Universidad de Deusto
Biblioteca

NICEPHORI
CALLISTI
HISTORIA
ECCLESIASTICÆ

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, SCRIPTORIS VERE CATHOLICI, ECCLESIASTICÆ HISTORIAE LIBRI DECEM ET OCTO.

SACRATISS. ROM. REGIS FERDINANDI LIBERALItate, opera verò ac ſtudio doctiſſ. viri Ioannis Langi, Conſiliarij Regij, è Græco in Latinum ſermonem tranſlati, nunc que denuò caſtigatiores, & Scholiis ad marginem permultis ſuperadditis, auctiores in lucem editi.

Quorum eximia vtilitas, præ cæteris Eccleſiaſticorum ſcriptorum hiſtoriis hactenus editis, cùm in Ioan. Langi ad S. R. Maieſt. tum ipſius Nicephori, lucubrationis huius ſuæ initio ſtatim adiecta Præfatione, ſatis luculenter exponitur.

Acceſſit locuples rerum & verborum in his memorabilium Index.

Adiecimus quoque ad Nicephorum, Magni Aurelij Caſſiodori Tripartitam, quam vocant, Hiſtoriam, luculenter à mendis propè infinitis cum ſuo Indice repurgatum.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO



PARISIIS,
Apud Hieronymum de Marnef, & Guilielmum Cauellat, ſub Pelicano Monte D. Hilarij.

Pertinet ad Bibliothecam Diui Hieronymi Eugubij

1576.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacratissimo & lectissimo Principi, Domino
FERDINANDO, ROMAN. PANNON. BOEM. & Slauor. Regi Augusto, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Siles iæ, &c. Comiti Sirolis, Flandriæ, &c.

Principi & Domino suo benignissimo.

A Deo Opt. Max. Ioannes Langus incolumitatem diuturnam, pacem tranquillam, & felicitatem sempiternam precatur.

NICEPHORI CALLISTI, scriptoris catholici, Ecclesiasticæ historiæ decem & octo librorū è Græco translationem, Maiestatis tuæ, Rex inclyte, iussu mihi mādatam, & Dei tandem Opt. Max. ope ad finem suū perductam, apud Maiestatem tuam officiosè exhibeo & repræsento. Quo in Opere non tam doctrinam, aut eloquentiam, quæ in me vel nulla, vel sanè quàm exigua est, ostentandam mihi, quàm curam & fidem, quæ in Ecclesiastico interprete summa requiritur, præstandam esse duxi. Quam laudem an assequutus sim, affirmare ipse non ausim: studio certè pietatis eam consectatus sum sedulò & diligenter. Eius rei penes Maiestatem tuam, & bonos prosque viros, qui ex animo & sincerè, non scriptis dictisque modò, verùm etiá rebus & factis ipsis, religionem Christianam profitentur quibus nimium solis liber hic ab autore ipso est editus, iudicium esto. Enimuerò, nisi me opinio mea fallit, Nicephorianum hunc piscatum Ecclesię rerum codicē, rebus temporibusque nostris valdè vtilem, commodum, necessariumque adeò fore puto. Nam & censuram corruptorum apud nos morum, veluti antiquus disciplinæ Christianæ magister: aget: ordinum omnium hominibus omnibus, simul & virtutum, quæ imitemur, & vitiorum, quæ vitemus, exempla illustria, & cum pietatis sempiterna præmia, tū infidelitatis perpetua supplicia proponens: & ad ordinandam constituendamque Rempub. Ecclesiasticam ciuilibus atque intestinis dissidiis admodum conuulsam & labefactatam, viam ostender: quemadmodum antiquitus dissensiones in Ecclesia multifariam exortę, legitimis quietisque consiliis sopitæ sint & compositæ. Synodorum aliquot œcumenicarum acta exhibens. Quæ omnia summos orbis Christiani Principes non nosse tantum, sed identidem secum in animo voluere, cōtinucq; ob oculos habere, communis omnium nostrūm salutis, & totius Reipub. magnopere interest. Non quòd ista antehac in libris, monumentisque literarū aliis, & in Eusebij Pamphili Ecclesiastica, quam Rufinus vertit, & ea quę vocatur Tripartita historia, tradita atque exposita non sint: sed apud Nicephorum nostrum omnia ordine meliore, delectuq; & iudicio acriore, dilucidius & copiosius, ab antiquis scriptoribus sumpta, oratione perpetua referuntur: ita vt si alius Operis huius vsus non esset, illa saltē re plurimùm id prodesset, quòd editioni veteris historiæ, quam dixi, Ecclesiasticæ nimis sæpè accisæ & obscuræ, permultum affert lucis. Quā de re plura mihi facere verba, opus non est: quandoquidem Nicephorus ipse, in initio statim lucubrationis huius suæ, vtilitatem eius præ cęteris Ecclesiasticorum scriptorum historiis, luculenter satis stilo est prosequutus. Ipse quidem, singulari prouidētiæ diuinæ beneficio, hosce Nicephori libros, Græco sermone compositos, elegantissimēque manu descriptos, tēporibus nostris reseruatos, ad nos peruenisse arbitror. Declarat hoc satis rei euentus. Quum nanq; annos multos, ex Budēsi regia bibliotheca, quā Matthias Coruinus, Pannonum Rex, pulcherrimam, Græcis & Latinis libris lectissimis refertam, instituit, surreptus, diu in priuati hominis bonis fuisset: & postea per milites Turcicos, in miserabili casu & direptione Pannoniæ, inter reliquam prædam Constātinopolim deportatus, in foro ibi scrutario vænisset, perquam cōmodè accidit, vt à Christiano, eodēque studioso homine emptus, postliminio in eādē Pannoniā sit reuersus. Vbi tandē in dominiū pręclari & eruditi viri, Georgij Logi Iurisconsulti, Vratislauiensiū sanctę Crucis, & diuini Ioānis, ecclesiarum Prępositi & Canonici, Maiestatis tuæ Consiliarij, concessit: vnde nobis, Maiest. tua iubēte eius Latinè vertēdi potestas est facta. Accidit prętereā paulo ante id tēpus, vt Lutetię Parisiorum in Frācia, regiis typis, Euseb. ipsius Pāphili & reliquorum Ecclesiasticorum scriptorū historiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnde & Tripartitam suam Cassiodorus Senator E decerpsit, & Nicephorus noster bona ex parte, pleraque loca & argumenta, arbitratu suo, in opus hoc suum congessit, in publicum græcè ederentur. Deo hoc sic disponente, vt libris eiusmodi græcè & latinè vulgatis, plurium testimonio editionum magis atque magis veterum in Ecclesia Christiana rerum gestarum veritas atque certitudo confirmetur: & ea vtilitas, quam pij omnes speramus, votisque omnibus expetimus, ad temporum nostrorum Ecclesiam, & populum Christianum vniuersum, ordinum in eo omniũ moribus pariter castigandis, erroribus legitimè tollendis, & doctrinis piè conformandis, perueniat. Ita enim viros religionis nostræ studiosos mecum arbitraturos esse opinor, quum à lectione Oracularium veteris & noui Testamenti literarum sacrosancta discesserint, vix extare opus aliud, quod cum ampliore certioreque ad veræ pietatis nostræ mysteria addiscenda, & vitã moresque in melius mutandos, vsu atque fructu omnis generis ordinis & ætatis homines possint nocturna versare manu, versare diurna. Quatenus veluti in augustissimo splẽdidissimoque Ecclesiæ amphitheatro, sic in historiarum sacrarum hisce monumentis præclarissimis atque sanctissimis, omne vtriusque sexus genus, ordo omnis, status & ætas omnis, pulcherrima in Christiani stadij curriculo, sanctè & fortiter, pro immortalitatis & vitæ cœlestis amplissimis præmiis, decertãdi, atque rectam synceramque religionem aduersis iuxta & secundis rebus, per fidem non fucatam, charitatem operantem, & spem inconcussam, cum bona & pura conscientia, patienter atque constanter exercendi documenta proposita habeat. Quid est enim Historiæ Ecclesiasticæ volumen aliud, quàm prædictionum, doctrinarumque, & promissionum Seruatoris & Domini nostri Iesu Christi, sanctorumque eius Apostolorum & Propheratum, sancta & admiranda repræsentatio, exequutio, oblatio, cœlestisque pietatis verissimum gymnasium? quod omnibus omnium philosophorum porticibus, Lyceis & Academiis tantum præstat, quantum mors vitæ, cœlo terra, Deo homo cedit. In sacro Actorum apostolicorũ diui Lucæ Euangelistę libro, Christianum pectus, gentis professionisque suę incunabula, cum ingenti animi voluptate & admiratione contemplatur. Auctus porrò & incremẽta eius non alibi, quàm in sacra Ecclesiæ historia perspexerit. Per quàm autem piis hominibus iucundum. eis verò qui magistratum, nõ Ecclesiasticum modò, verùm prophanum etiam & secularem gerunt, à Deo sibi mandatum, quàm maximè opus est, posteaquam quibus studiis Ecclesia adoleuerit, & eò maiestatis amplitudinisq;, diuinis incrementis, vt metuẽdum fortè sit, ne magnitudine propemodum sua laborare incipiat, peruenerit, cognitum habeant, vt eisdem studiis non solùm florentem conseruandam, sed etiam collabentem religionem instaurandam esse intelligant. Magnam ab humanitatis & bonarum artium sectatoribus ineunt gratiam, & multã consequuntur gloriam, qui ex veterum Græcorũ & Latinorum scriptorũ literis, antiquitatis cognoscendæ gratia, reconditi quidquam de numismatibus, coronis, vestimentis, conuiuiis, & moribus, rebusque priscorũ Græcorum, Latinorum & Barbarorum etiam populorum, aliis in lucem proferunt, atque declarãt: quive de colosso, columna, statua, arcu triumphali, aut inscriptione vetusta quapiam, aliquid indicant atque exponunt. Gratũ id esse solet doctis & studiosis omnibus. itaq; scripta eiuscemodi in manibus sedulò habent, legunt, admirantur, exosculantur in magno precio habent, antiquarios ipsos in cœlũ laudibus vehunt. Quod quum homines nostri tanto animi studio & affectione in rebus profanis & terrenis, eisque nõ admodum necessariis, quandoque etiam parum vtilibus, & planè inanibus faciant: quantã pietate eos cõuenit excipere atque versare sacræ historiæ codicem, in quo sacrosanctæ antiquitates, primordia & augmenta Ecclesiæ Dei & Reipub. Christianæ ostendũtur, thesauri cœlestes & æterni, omnis generis martyriorum & certaminum coronæ, mysticæ mensæ epulationes, sanctarũ animarum sempiterna monumenta, virtutum diuinarum, captum humanũ superantium, effigies & signa, cum immortalitatis ipsius certissimorum præmiorum spe indubitata proponuntur, frequentantur, celebrantur? Quæ cum eis, quas diximus, mundanis, fluxis & caducis rebus collata, nihili prorsus illas esse arguunt & conuincunt. Quo plus gratiæ veris istis antiquariis nostris debemus, quòd veneranda Ecclesiasticæ vetustatis memoriam, in literas relatam ad nos transmiserunt. Eã verò propè omnem Nicephoriani isti libri cõplectuntur. Quod si Augusto Cæsari, principi fortunatissimo, sub cuius auspicatissimo Imperio, aureo seculo, & optatã pace atque tranquillitate orbi vniuerso conciliatã, autor & donator pacis æternę, Dei filius Dominus Iesus Christus, Saluator noster, ex virgine homo, salutis & immortalitatis nostræ gratia nasci dignatus est: summa quoque illa felicitatis pars diuino munere cõtigisset, & in ea istẽpora incidisset, vt & ipse Christo nomine dato Christianus princeps esset, & Christianis populis imperaret, libentissimè medius fidius in senatu Rom ipse bonam Ecclesiastici operis partem recitasset, & in prouincias ditionis suæ descriptam, ordinibus omnibus legendã atque cognoscendam misisset. Nã in euoluendis vtriusq; linguæ autoribus (quod de eo Suetonius Tranquillus scriptum reliquit) nihil æquè sectatus est, quàm exempla publicè vel priuatim salubria, eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercitum, prouinciarúmque rectores, aut ad vrbis magistratus, prout quique monitione indigerent, misit. Libros etiam totos & senatui recitauit, & populo notos per edictum fecit. Quãto credibilius est, Ecclesiasticis eũ mysteriis initiatum, Christianumq; Imperatorem factum, nõ pauca quædam ex sacro hoc codice exempla petita: sed vel integrum ipsum opus, cũ cimibus omnis ordinis suis, ad publicos eorum simul & priuatos vsus, veritatis contestandæ, sempiternæq; incolumitatis consequẽdæ causa, quouis modo communicaturum, vulgaturumque fuisse? Non continuisset princeps optimus, intra domesticos aulæ Imperialis parietes libros tales, qui ad vniuersalem Ecclesiæ & Reipub. Christianę doctrinam & disciplinam sunt compositi, sed communis publicique omnino iuris esse voluisset.

Bonorum

Bonorum eos & piorum virorum calculo, quales à principio statim laudauimus, comprobatũ iri, dubium non est. Quin etiamsi extra aleã inuidiæ & obtrectationis ita sint positi, vt sibi à genuinis contentiosorũ hominũ, qui Christianismi virtutem & professionem in controuersis disputationibus, perpetuisque rixis, altercationibus & iurgiis collocant, minimè timendũ esse putent: sub Regiæ tamẽ Maiestatis tuæ auspicio latinè versi publicantur. Cõuenit enim, volumẽ de vera syncerăque pietate conscriptũ, sub Principis eius nomine potissimùm edi, qui pietatem studiosissimè colit, eandemque saluam & auctã esse summoperè cupit. Cuius studij Maiestas tua Regia, immò orbis Christianus vniuersus, per Maiestatem tuam peramplos diuinitùs percepit fructus. Siquidem quòd Turcica immanitas veluti diluuium quoddam in Germaniam omnem non exundauit: & quòd nobis à tyrannide ea, patria nostra salua est: id ipsum, secundum diuinam benignitatem & clemẽtiam, si syncerè rectèque iudicare volumus, virtuti Maiestatis tuæ ferimus acceptum. Libet namque, liber, Rex Ferdinande, beneficia summi Dei, ope operăque Maiestatis tuæ nobis præstita, gratis animis recognoscere: quod nisi faciamus, extremæ meritò impietatis crimen committamus. Regnũ enim Maiestatis tuæ nisi in hæc tempora difficillima & periculosissima, cum molestia quidem, labore, & ærumna Maiestatis tuæ infinita: commodo autem, emolumento, & vtilitate nostra maxima, incidisset: quorsum non iam barbaries Scythica excurrisset? Asserenti Maiestati tuæ Pannoniæ regnum, optimo & apertissimo iure ad eam deuolutum, plurima se ab aduersariis, tyrannidem ibi sæuam affectantibus, & crudelitatem exercẽtibus, obtulere impedimenta quibus, iusto aliquoties bello obuiam est itum. Accessere à finitimis principibus & populis, à quibus Maiestatem tuam adiutam oportuit, parum fidæ societates. Superuenit tandem Rex Turcicus, qui non semel omnibus suis copiis & viribus connixus, ex possessione Pannoniæ Maiestatem tuam deturbatam voluit. Verùm ea fuit Maiestatis tuæ in tuendo iure suo fortitudo, & ea in arcendo à Germaniæ & Italiæ cernicibus sæuissimo hoste constãtia, & tam præsens diuini numinis in Maiestate tua, populisque tutelę eius commissis, auxilio defensionéque sua seruandis, præsidium, vt conatus propè Barbari tyranni omnis, præterquàm quòd ei perfidia regni affectatorum proditione commodauit, frustra fuerit. Quater, Maiestate tua regnãte Scythicus princeps ex Thracia per Maiestatis tuæ infideles subditos euocatus, perinde atque olim Persarũ reges in Græciã, omnibus vndiq; cõtractis copiis, exercitibusq; suis in Pannoniam, & aduersus Germaniã, maximam suscepit belli expeditionem. Quater itidem non tam Maiestatis tuæ marte, quàm potẽti manu Dei, magnificè est repulsus. Atque ille ea spe aduersus nos bellum toties mouit, vt nihil se in Pannonia & Germania cuncta reliqui facturum putaret, quod sub iugum dominationis suæ superbissimæ non mitteret, sibique parẽre cogeret. O immensum erga Maiestatẽ tuam, Dei amorem. ô tempestiuè cœlitus missum præsidiũ. ô summã erga ciues subditosque Maiestatis tuę, Diuini numinis pietatem & misericordiã: quod nos vnà cum Maiestate tua, ope sua à monocerotis huius cornibus liberauit. Prodeat hic aliquis, & regem, principémve aliquem, toto eo tempore, quo non solum Ottomanorum familia in Asia & Europa rerum potita est, sed etiam Turcicum nomẽ orbi innotuit, proferat, quem toties ad hunc modum præsens Deus præsidio suo sit tutatus. Immò aliquem saltẽ ex Christianis nominet regem, qui se ætate nostra dominatori isti Asiæ opponere sit ausus. Vsque adeò tota Turcici belli moles in Maiestatis tuæ caput, & ceruices nostras, populis & principibus vicinis cessantibus, periculumq; nostrum inspectantibus, incubuit. Proinde sempiternas benignitati diuinæ, pro tanto illius in nos fauore & beneficio, agere debemus gratias: cuius propitiũ magis nobis, quàm seculis aliis fuit numẽ. Qui primùm in Europam ex Asia gens Turcica ciuili Græcorum bello pertracta esset, & nondum ad tantam vel dimidia ex parte potentiam peruenisset, bis cum ea primus ex Principibus Christianis Sigismundus Boemus, Pannoniæ, mox etiam Boemorum Rex, & postea Romanorum quoque Imperator, bello est congressus, sed infœliciter. Post hunc Vladislaus Iagellonius, Pannoniæ iridem, & præterea Poloniæ Rex, belli fortunam aduersus Turcas præliis aliquot tẽtauit. & fortiter ille primùm, nec minus prosperè rem gessit: sed tandẽ denuò cum illis, remisso inducis, ad quas eos petendas coegerat, nuncio, Martis aleam expertus, copiis hostium eorum longè maximis obrutus, cum ingenti suorum clade, pulchrum subiit per vulnera mortẽ. Græcorum hic Imperatorum & Principum, Scãderbecchio Castriota excepto, clades potius quàm expeditiones, & Venetorum item Turcica prælia omitto. Ludouici verò Iagellonij, Pannoniæ Boemorumque regis, Maiestatis tuæ sororij, iuuenis fortissimi, meminisse sine lachrymis nequeo, quem prima statim Turcicæ expeditionis coitione hostis oppressit. Cæterùm in Maiestate tua eiusdemque populis conseruandis, gratè & libẽter, sicut dixi, diuinum agnoscimus auxiliũ: cui tum demum locum esse maximè cõperimus, quum humano præsidio destituimur. Id autem nõ in Maiestatis tuę rebus gestis tantùm, verùm etiam in optimi & excellentissimi Principis, Caroli Quinti Imperatoris Romani, Maiestatis tuæ fratris germani, expeditionibus, à piis & prudẽtibus viris animaduersum est, & obseruatum. Cuius tot & tanta, contra potentissimos & acerrimos hostes, necessitate quadã semper susceptа bella, non tam viribus & copiis, quæ Maiestati suæ Imperatoriæ fuere non pœnitendæ, quàm Dei Zabaoth opitulantis præsidio, quo Princeps is nunquam non succẽturias fuit, prosperè sunt confecta atque expedita illud siquidẽ satis de Maiestate eius, hominibus prudentibus, & cœlestis numinis iudicium & benignitatem piè obseruãtibus, constat: quum in statum eum Maiestatis suæ res rediguntur, vt pro complo-ratis & desperatis habeantur, tum demum Maiestatem diuinam, vim potentiamque suam ostendere: & ita momentorum vicissitudinem repentinam atque inopinatam instituere in Imperatore suo solere, vt is de improuiso, præter ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stium & hominum aliorum opinionē, expecta E
tionemque omnem ex victo & contempto, victor & triumphator gloriosus euadat. Testatur hoc ad Ticinum bello Mediolanēsi captus Gallorum rex Franciscus, qui quum sibi propter opes, copiásq; suas de victoria aduersus Maiestatem Imperialem videretur esse certus & securus, proindeque Cæsaris res quas accisas & afflictas esse arbitrabatur, contemneret, pro triūphis, quos de Carolo iam spirabat & meditabatur, breui temporis conuersione, captiuitatis iugum ex prælio commisso reportauit: Deo nimirum Cæsari suo suppetias ferente, & Cæsarianorum ducum consilia gubernante. Idem declarat Gallici exercitus apud Neapolim admirandus profectò casus. Venerāt in Neapolitanū regnum, quarto à Ticinensi clade anno, sexaginta millium ex equitibus & peditibus Gallorū conscriptæ copiæ, Arces, oppida, & loca pleraque omnia, deditione magis quàm vi in ea ditione receperant. Caietena arx, & vrbs Neapolitana, tantū deditionem facere recusabant. Itaq; Neapolis obsidione graui premi cœpta est. Et fatagebat rerum suarum quàm maximè præsidiū ei imponi, nullāque iam propè salutis spes videbatur, esse reliqua: quum ita Gallicana castra morbi contagio si vis affligere, & Cæsarianorum impressio vrgere atque accidere cœpit, vt tandē ex tā numeroso & frequenti exercitu, ægrè quadringenti milites integri & salui euaserint. Sic Deus numine suo citra omnem ferè humanarū virium opem, Cæsari regnum Neapolitanum à Gallis recuperauit & restituit. In expeditione nauali Numidica, aduersa tēpestate in mare interisse Carolus existimatus est: sed eum tutelare G
numē Dei, Hispaniis suis breui saluum reddidit. Post varia rursus tentata cōsilia, & bella Cæsari eidem illata, populósque eius ad defectionē solicitatos, quid Fráciscō regi insuper profuit, copiis suis numerosissimis atque instructissimis, quadripartitō diuisis, quatuor eodē tempore diuersis Maiestatis Imperatoriæ ditionibus arma, bello non indicto, eo molimine inferre, quasi diebus paucis Cæsarē regnis prouinciisque suis omnibus enciendi consilium cepisset? Quid ille tum effecit aliud, quàm quòd vindictā in se diuinam à Cæsaris partibus prouocauit? Proximo motu Germanico, principes & populi quidā ita arma aduersus Maiestatem suam sumpserāt, ita opprimendi eius consiliis, viribus, opibus, tor H
mentisque belli omnibus, Gigātæo more rationem inierant, vt ne fugæ quidem locum & tempus relinquere Maiestati suæ velle viderētur. At Deus bone, quanta, Deo Cæsarem bene adiuuāte, conatus tam audaces & nefarios, rerū est cōsequuta mutatio? Quàm contra animi sententiā, temerariorum hominū, iusto iudicio Dei, cœpta cessere omnia? Cuiusmodi belli, seu rebellionis potius euentus, in rebus etiam nouis aduersus Maiestatem tuam, Rex generosissime, à perditis nonnullis temerè motis, Deo eodem procurāte (ita enim, sicuti res est, semper dicēdum) extitit. Licuisset tum vtrique vestrūm, iure manifesto, secundum Imperiales constitutiones, & sacratū literarum exempla, seueritatem in perduellionis reos exercere, & lege in eos agi iubere: vt intelligerent homines, quid sibi illud Solomonis oraculare velit verbum: Sicut rugitus leonis, ita & tremor regis: Qui prouocat eum, peccat in animam suam. Et rursus illud: Timeto regem, & cū seditiosis ne commiscearis. Sed maluerunt Maiestates vestrę, pro religione & pietate sua excellenti, ad imitationē & exemplū diuinæ benignitatis, omissis Iuliis legibus, mitius in reos peractos consulere, & per pancorum legitimam pœnam & castigationē, quęstione grauissima paternè defungi: non aliud ea re spectantes, quàm vt eiusmodi pauciſſimorū capitum coercio hominū esset metus & terror plurimorū. Et quādo remunerationis diuinæ, qua cœleste numen Maiestatis tuæ pietatem compēsat, pauca saltem ex multis documenta attingere nobis visum est: nō prætereundū illud quoque, à Deo Maiestati tuæ insigne cōcessum donum, quòd Maiestas tua, ex vnius nobilissimæ & pudicissimæ fœminæ, reginæ Annæ, Maiestatis tuæ coniugis charissimæ (cuius principis æterna in Deo pace fruētis, virtutis & sanctitatis recordatione, etiamnum Maiestatis tuæ subditi populi omnes recreātur) matrimonio, fœcundæ prolificationis, non modò apud reges, & magnates viros, sed etiā apud priuatos homines, exemplo raro & mirifico, tot vtriusq; sexus liberos suauissimos susceperit: de quibus dubium est, fœlicius ne prognati, an melius educti atque educati sint. Præclarissimū mehercule & hoc fœlicitatis specimen, cuius prouentum à solo Deo esse manifestum est, vt scilicet illustrissima domus Austriacæ familia, tum principes bonos & pios orbi Christiano doner, tum reges atque dynastas alios coniugis auspicatis cohonestatos, sibi conciliet: eósque ipsos arcta inter se sanctioris affinitatis necessitudine, publicæ pacis atque quietis constituendæ, stabiliendæque gratia, coniungat. Est hoc quodammodo peculiare Austriacorum Archiducum, vt per liberos suos, in gētes & familias alias, quasi coloniis è domo sua deducēdis, missos, pomeria ditionis suæ proferāt, & regnū, Deo fortunante, propagent. Non hic quidquā Maiestatis tuæ auribus datur, neque ad assentationem verba cōponuntur: sed reipsa & veritate cogente, benignitatē æterni & clemētis in Maiestatē tuam, & subditos eidē populos omnes, Dei summā: qui Maiestatem tuā, eiusdemq; germanū, Carolum Imperatorem, tātos videlicet & tales Principes, vt rēporibus nostris rei Romanę præessent, deditieorundemque non dissimiles hæredes atque successores filios, vivas parentum ipsorū & absolutas imagines, spectatæ iam virtutis industrię & pietatis iuuenes, cum pari potestate & gratia est daturus, cutsim saltem perstringimus: vt ne ingratæ mentis horrendo vitio à maiestate diuina, bonorum omnium conciliatrice, condemnemur. Exigit id à nobis professionis nostræ & pietatis officium, vt gratiam eius & munificentiam in nos tantam gratè agnoscamus. Veluti enim in importuoso & vasto pelago, vndique sæua procella & tempestate Typhonica ingruēte, fluctibus, rectorē nauis peritum: sic in orbe nostro vniuerso, multis difficultatibus infesto, propter varios grauesque, casus periclitantibus, principes prudentes, & omni genere heroicarum virtutum florētes, diuina prouidētia nobis attribuit. Abhorret profectò ab illa recordatione

tione animus, qui status Rerumpub. futurus fue A
rat, si in aliorum, quàm in vestram diuorum fratrum potestatem sceptra Romana incidissent: neque enim domi, neque foris illæ constitissent.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas:

rectè Maro exclamat, & sententię suę pulchrè & grauiter explicat rationem. Nos verò terq; quaterque beatos (vt verbis eiusdem poëtæ vtar) si nobiscum ipsi fœliciratis nostræ cumulum gratis animis consideremus, qua nobis sub Maiestatum vestrarum regimine & imperio æquo cum omni omnium vtilitatum commoditatumque copia plurifariam, si velimus, perfrui datur. Romani hominis præclara illa sunt verba: Non esse præstabilius aut pulchrius munus deorum, quàm castum & diis simillimum principem. Ea verba non rectiùs sanè in Traianum, de quo dicta sunt, quàm in maiestates vestras, B
quæ illum cùm virtutibus omnibus aliis æquarunt, tum sanctitate & verò cultu Dei longissimè superarunt, quadrant. Et sententiam istam veram esse experientia ipsa, & temporum status apertè declarat. Nunquam certè res hominum florentiores, quàm sub bonis: nunquam deteriores, quàm sub malis principibus fuere. Et quo præstantiùs est Dei donum, rex pius & prudens: hoc rarius seculis omnibus hominum generi cōtingit. Ex omni populi Dei regum numero (nam Mosen, Iosuem, Samuēlem, & pancos quosdam duces & iudices, qui reges ipsos præcesserunt, recensere supersedeo) si Dauidem, quem Dominus virum iuxta cor suum inuenit: si Solomonem sapientem, qui tamen à seipso stultè degenerauit: si Ezechiam pium, & religiosum Iosiam C
excipiamus, quod iudiciū de aliis omnibus sanctorum virorum erit? Idem si de Romanis imperatoribus, ab Augusto Cæsare vsque ad Constantinum Magnum, fecerimus: atq; quum Augusto ipsi, necnon Tito, orbis terrarum deliciis, & ei quem paulò antè nominauimus Traiano, Marco Philosopho, Alexandro Seuero, qui tot in aula & consilio suo habuit egregios Iurisconsultos, & per paucis aliis, virtutis & bene gestę Reipu. laudem tribuerimus, num cęteros plerosque omnes tanquam orbis terrarum faces, & generis humani portenta, non execrabimur? A Constantini temporibus nonnulli extitere principes, religionis & beneficentiæ studiis insignes: quidam hæresibus nimis addicti, alij ignaui, aut crudeles. Fuere aliqui, inter Græcos præcipuè, qui ne nominari quidem debeant. Germania imperatores plurimùm laudatos protulit. In primis D
autem Maiestatis tuæ genti inclytę, vel domi vel militiæ celebres, vel etiam pacis simul & belli studiis præstantes, religionis certè laude præcladiit Sardanapalicum, nihil tyrannicum, nihil Iesabelicum. Ita nanque Austriaci Duces & imperatores regimine potestatis summæ sunt vsi, vt strosatque interpretes administrationisque sibi creditæ non dominos, sed fiduciarios, siue depositarios esse iudicantes, collocatum depositumque apud se regnum, Regi regum & Domino dominantium reposcenti, bona fide restituendū, rationémque de eo reddendam esse scirent. Neqúe illis vllo loco & tempore memoria, iuxta Agathonis præceptum, excidit, hominibus se, quum & ipsi homines essent, imperare, & secundum leges imperare, denique non perpetuò imperare. Et quia primam sibi curam de religione & cultu Dei propagando sumpserant, Academiā vnam Viennæ Austriæ, alteram Friburgi Brisgoiæ instituerunt, vt ibi iuuentus vnà cum humanitate pietatem verā addisceret. Ad hæc præmia bonis liberaliter tribuentes, & pœnas malis legitimè irrogantes: ne dum hisce parcerent, illis nocerent, veritis atque imperium in seipsos maximè exercentes, tum autem cogitationes & actiones omnes suas ad laudem, honorem, & gloriam Dei, & ad bonum publicum referēdes, perpulchrè faustis populorum suorum acclamationibus, titulisque suis reipsa satisfacientes, respondērunt. Conuenire etiam sibi optimi principes putauere, vt ne subditis suis virtute inferiores aut deteriores essent: & quod per edicta proposita fieri à ciuibus vellent, id ipsi primùm factis exequerentur, vt rectè de quolibet eorum Sincerianum illud pronunciari posset:

Publica nimirum tum res sibi constat, & æquum
Imperium, quum rex quod iubet, ipse facit.

Neq; alia magis appellatione sunt gauisi, quàm vt testificatione certa benignitatis pietatisque eorum à ciuibus patres appellarentur. Ea animis eorum nihil fuit gratius, acceptius, iucundius. Talem honorem apud Homerum Vlyssi, comites Græci, & apud Virgilium Aeneæ socij Troiani habent. Ille nanque à suis πατὴρ ἥπιος, hoc est, pater benignus, audit: iste verò,

Et tu pater optime Teucrum.

Didicerant pij reges, in Cyri regia institutione apud Xenophontem reperiri, Nihil principem bonum interesse bono patri. Patres quippe prouida de liberis sollicitudine, vt ne quid eis bonorum desit, procurare: & Cyrum in medium consulere, vt ciues sui quàm maximè beati sint, & felices. Inde adeò factum, vt Archistrategorū Austrię familia, per tot secula à progenie in progeniem, & à generatione in generationem, Deo eam propter mandatorum suorum obseruationem, benedictione & gratia sua complectēte & magnificante, duraurit, duraturáque, eodem Deo adiuuante, sit.

In fera dum fluuij current, dum montibus umbræ
Lustrabunt, conuexa poli dum sidera pascet,

quum magnorum quandoque & potentium regum stirpes, seculum vnum non excesserint: aut certè vix ad tertiam, vel quartam, vt in Mosaicis legitur oraculis, generationem, iusta Dei vindicta peruenerint. Verùm enimuerò sicuti in terris nihil potest melius esse, atque expetibilius, principe bono: ita nihil è diuerso, praue domina tore damnosius est, atque deterius. Neque inter cæteras vltionis diuinæ plagas, quibus visitare & coërcere ingratum, rebellem & impium populum Deus solet, minimam affert cladem imperiis princeps malus. Non est opus hoc in loco vel veteribus, vel recēntibus exemplis. Res apertior est, quàm vt negari possit. Et horrendæ de ea sunt in diuinis responsis sententiæ. Propter peccata populi regnare facit hypocritā. Propter peccata terrę, multi principes eius. Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis. Sed cum gratiarum actione summa Deus Opt. Max. meritò laudandus est, qui gratè nostra populum suum, quantumuis graues commeritum ærumnas, à principibus conseruauerit (vt cum Esaia dicam) infidelibus, sociis furum, sequentibus munera, sequentibus retributionem, pupillo non iudicantibus, & causam viduæ ad se non admittentibus: à principibus (quod apud Ezechielem est) quasi lupis rapientibus prædam, effundentibus sanguinem, perdentibus animas, sectantibus lucra. Optimè sanè factum, quòd rei Romanæ summa duobus diuis fratribus, Carolo & Ferdinando, diuinitùs commissa est, cum vtriusque liberorum, eorundemque successorũ spe oprima. Patiatur benignè Maiestas tua, hoc nos repetere, & publicitùs sincero & grato animo profiteri. Virtutes verò Maiestatis tuæ alias hic commemorare, consilium non est: cùm quòd parum mihi ad opus tantum sit vitium, silerecque de re magna, quam pro dignitate persequi nequeas, præstet: tum quòd eas ipsas virtutes pleraſque Nicephorus in Præfatione sua, qua lucubrationem historiæ istius Andronico matori Palæologo Constantinopolitano Imperatori consecrat, luculenter veluti in speculo expressit. Aut enim Andronicus Cæsar, sicuti eum historicus noster ornamentis suis depingit, virtute pleraque omni colẽda. Maiestati tuæ quàm simillimus fuit: aut in persona illius, talem eum esse, qualem ipse descripsit (qui philosophorum de magnis principibus orationes & libros componentium, & quorundam etiam historicorum mos est) debere esse ostendens, Maiestatis tuæ tot & tanta decora conformauit: veluti animo iam tum præsagiens, sub eius principis nomine opus suum Latinè versum, aliquando vulgatum iri, quem ipse Græcè laudibus suis verissimè ornarit. Qua in re nisi in eandem mecum sententiam pedibus ibunt æqui censores omnes, quibus vel per trãsennam domestica Maiestatis quæ consuetudo inspecta est, nihil prorsus reluctor, quin leuis, vanus, & futilis habear. Reliquum porrò est, vt publico religionis nostræ sacrosanctæ nomine Maiestatem tuam orem, quo ea, propierare sua, liberalium artium, humanarumque literarum, atque linguarum potissimum studia, sine quibus pietatem ipsam sinceriorem frigescere oportet, præmiis honoribusque propositis, aucta & honesta esse velit. Perinde nanque atque homines nostri per ingluuiem sese literis eiusmodi ingurgitassent, incrassatique, impinguati, & dilatati (vt Mosaica locutione vtar) essent, ita ab eis per nauseam abhorrere incipiunt: aut fortasse quòd minus quæstuosa sit, ea deserunt, atque despiciunt. quorum alterum, ingrati erga Deum, cuius munus literæ tales sunt: alterum, pusilli per seipsum: vtrunque autem improbi animi est, ne dicam impij. Causæ huius paucis mentionem apud Maiestatem tuam feciſſe sat est, quod & ipsa se æquitate sua commendat, & Maiestas tua sua sponte ad bonas piásque artes ornandas propensa est: & proclivis, vt modò tempora nobis, sicuti cœpere, pacata currere pergant. Sic Maiestatis tuæ pietatem, promissionem habentem præsentis vitæ & futuræ, in altero etiam seculo, & regno cœlesti, inter sanctos principes, immortalitate diuina Deus remunerabitur. Et in hoc interim mundo, supra eas, quas retulimus, à Maiestate cœlesti, Maiestati tuę Regię tributas dotes, eidem concedet longæuitatem facilem, consiliorum & actionum omnium successum prosperum, domi administrationem regnorum tranquillam, foris contra hostes omnes victoriam optatam, & filiis Maiestatis tuæ regiminis successionem certam & pacatam: ita vt vnà cum paternæ & auitæ virtutis & pietatis hæreditate, Maiestatis illi tuæ sceptra obtineant, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Id quod ita fore, benignitate diuina freti speramus, votisque cunctis optamus & comprecamur.

AD ÆTERNAM SAPIENTIAM PRO NICEphori Callisti Xanthopuli Historiæ Ecclesiasticæ æditione, G. Logi Silesii Votum.

Aurea in æterno Sapientia numen Olympo,
Æterna æterni mens animusque Dei:
Omnia quæ nutu vna regis quæque vna creasti,
Quæ mare, quæ tellus, quæ vagus æther alit:
Aerios montes, ridentia prata solumque
Fruges ferum, fontes lene sonantis aquæ,
Et fluuios late irriguos, tum stagna, lacusque,
Siue supra tellus, siue ea subter habet:
Squamigerũ omne pecus salis hos vida mostra profundi,
Et volucres, pennis qui supera alta secant:
Sidera que, ingentis mundi quæ machina torquet,
Cæli: olasque domos, cælicolumque genus:
Et nemora arboribus densissima lustra ferarum,
Seu tuga celsa illas, seu cana vallis habet.
Hinc homines, partem diuina mentis, opusque
Ritè tuum, effigiem condis & ipsa tui.
Indiga nil nostri, tantum ex bonitate profunda,
O bonitas nullis æquiparanda bonis.
Quem licet æthereas eadem ex bonitate videre
Dius similes, meritis, te tribuente domos,
Nicephorus cuius virtute & numine plenus,
Nanque tuã hanc præsens mentẽ animumque dabas,
Sidereo ad templum quod sese æquabat Olympo,
Et Constantini nunc quoque in vrbe manet.
At nunc, indignum ô facinus, scelera impia, diris
Fœdatum à Turcis, impia sacra gemit.
Virgineo à partu repetens, & origine prima,
Ad sua perpetuum tempora duxit opus.
Grandiaque arcani verbi mysteria pandens,
Ad superos certa nos docet ire via.
Atque à syncero Zeæ nia frugibus arcens,
Nos alit æterne nectare & ambrosia.
Eloquio Grauis: sed docti munere Langi,
Ausonio didicit nunc simul ore loqui.
LANGI diua parens, quem multa insignis honore,
Siue soluta canat, siue ligata pede.
Ille diu ex oculis hominum sublatus, & aura,
In tenebris latuit squallidus, atque situ.
Quem Logus à charo diuinum munus amico
Accepit, hæc cuius carmina nomen habent.
Qui pius antistes, Augusto vbi sacra templo
Vicina hon nimium est regia Buda tibi.
Hæc ille Augustus, augusta in templa sacerdos
Ingredicns, supplex te Sophia alma colit.
Atque ait: A sacris procul hinc, procul este prophani:
Ite procul, superis non nisi casta placent.
Si dea, si nostro affueris veneranda labori,
Alite quo dextro prodeat istud opus:
Magnanimi auspicio vernandi regis, & ave,
Aurea cuius bonos sidera laude ferit:
Regis Romani, qui nobis aurea fœlix
Secula nunc condit, aurea restituit.
Ille tuum ante alios nam sanctum numen adorat,
Et nihil huic casta est religione prius:
Ritè tibi hic vario statuet de marmore templum,
Sacraque restituet prisca, decusque tibi,
Pulchra Odera in ripa multa qua flauus arena
Amne cito ureſta mœnia amœna lauat.
Latiniis nusquam quæ concessura Mycænis,
Ardua turrigerum tollit in astra caput:
Insula qua Vatis magni de nomine dicta,
Qui sacro æthereum tinxit in amne Deum.
In medio Pater almus erit, dehinc Filius, & qui
Spiritus æquali numine vtrunque refert.
Vnum sub triplici numen qui nomine regnant,
Quique tuum Sophiæ nomine numen habent.
Montis Auentini princeps, Habsburgia proles
Maxima, & à magno ducta Leone domus.
Quos infra vetus Austriacæ quæ gentis origo,
Romani impery te duce frena regit.
Cæsaris hinc magni, sed vestrum numen adorans,
Accedet post hunc Regis & effigies.
Quos circa sobolis magnæ generosa propago
Austriacæ Heroes qui decora altra domus.
Nomen aui Regis referent insigne Philippur,
Natus qui est maior Carole magne tibi.
Magdalis hinc coniunx, Romani filia regis,
Augeat vt Nymphas candide Bethi tuas.
Alterius dehinc nomine aui, cui regna Bohemi
Clara sola parent, Maximus Aemylius.
Hesperia in magna magni cui filia nupsit
Cæsaris, vt vestrum hinc augeat vsque genus.
Pannoniæ hinc Princeps, frater Fernande, paternum
Nomen habens, sanctæ stabis in æde deæ.
Quales Tyndaridæ gemini, seu pellere fide
Qui certet pugnis, seu mage certet equis.
Carolus hinc minimus natu, verum indole magnus:
Nam cursu ad metam fertur & ipse suo.
Dij quantum est animi in puero, & virtutis auitæ
Ignis agit iam nunc pectora in alta decus.
Ante diem & raptus Ioannes filius infans,
Scilicet vt vobis pranius astra pareț.
Hinc natæ innumeræ, magnis quæ Regibus ortæ.
Nupserunt magnis Regibus & Ducibus.
Inter quas dictis similis effulget Elysa,
Vethis quæ aurifero nomen ab amne tulit.
Sarmathiæ regi quæ nupta haud omine dextro,
Ante diem Elysias vidit Elysa domos.
Fœlices gentis, qualis vesseia proles
Æterno in solio regia sceptra gerit.
Vestibulo in medio, atque adytis, foribusque superbit,
Cælabit docti dein manus artificis,
Res gestas foris atque domi, vestra inclyta facta,
Marmore cum vario fictile stabit ebur.
Gallorum vt Cæsar domuit, Libyoque tyrannum,
Tot populos domuit nobilis Italiæ.
Regnatorem Asiæ, nostris dum sauit in oris,
Compulerit turpi mox dare terga fugæ:
Charo subueniens fratri nostroque labori,
Dum graue perpessa est vannonis ora iugum.
Hinc ope iam fratris, simulia tractus in arma,
cumque suis domuit vrbibus vtque duces:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum rapidum pedibus transmitteret Impiger Albim,
Insolitas fluuio tunc sibi dante uias.
Regis Romani mox his longo ordine pugnas
Adiunget longum quas numerare foret.
Aerias ut Pannoniæ disiecerit arces,
Déque feris sibi ist fixa trophæa Getis.
Iniustum ut tanties sternit pellitque tyrannum,
Tradidit hic diris seque suosque Getis.
Impius & sæuo potuit seruire tyranno,
Vax patria, & regni sanguinolenta lues.
Belláque, quæ longum mihi sit recitare, per orbem
Exlici amborum gesta sub imperio.
His tamen adiecit, nostrum dum Carolus orbem,
Et regit hunc mundum, quòd dedit ipse nouum
Ignotum antè aliis mundum, sua sidera nouit,
Quique suos coluit numina falsa deos.
Quis quòd te nouit iam, quòd veneratur, adorat,
Omne tuum, atque pij est Cæsaris istud opus.
Hinc illi pleno fundis largissima cornu,
Aurea inexhausta munera diua manu.
Hæc primum, facio mox Cæsare & auspice magno,
Iam tibi prædico Turca superbe malum.
Constantini vrbem sacri, tuáque inclyta templa.
Auferet è manibus, barbaricóque iugo.
Europæ victor sternens, Asiáque tyrannum,
Quem terræ atque maris exuet imperio.
Tu modò diua faue cœptis tum fortibus, unà
Et facias: nanque hic munus opusque tuum.
Tunc tibi quot sacris fumabunt ignibus aræ,
Et cadet ante tuos victima quanta pedes?
Quæque sacerdotes casti tibi carmina dicent?
Et tua tam misero turba soluta iugo?
Ipse ego dona feram, sacro velatus amictu,
Et tua voce pia numina magna canam:
Et manibus palma, ramoque insignis oliua,
Ingrediar templi lumina sancta tui.
Adsis ô Dea magna, piúque assiste labori,
Æterna æterni mensque vigorque Dei.

FINIS.



CVINAM PRINCIPI

Nicephorus hanc historiam Ecclesiasticam dedicauerit.

ANNOTATIO.

NICEPHORVS Callistus sub Andronico maiore, & Michaele filio eius, Andronicóque minore, Michaelis huius filio, Palæologis, Impp. Constantinopolitanis, vixit ante annos plus minus trecẽtos. Et opus hoc historiæ Ecclesiasticæ Andronico maiori, Michaelis maioris qui Latinos ex imperio Cõstantinopolitano eiecit, filio dedicauit. Colligitur id ex ipsius Nicephori versiculis, qui in Constantinopolitanorum imperatorum catalogo carmine composito vltimi reperiuntur:

Στερρὸς μιχαὴλ, παλαιολόγος μέγας
Ος λατίνους ἔξωσε τῆς κωνσταντίνου.
Τῆς εὐσεβείας ἀνδρόνικος ὁ τίλος,
Ασύγκριτος νοῦς, ἐξηρημένη φύσις,
Λαμπρὸς μιχαὴλ παλαιολόγος τρίτος,
Ορθως βασιλεὺς χὴ λόγοις χὴ πράκτέοις.
Ανδρόνικος παῖς σωσδρομὴ τῆς χαείτων.
Οὕστερ φυλάττοις εἰς χρόνοις ἀπειείτους.
Λόγος παλαιὲ παντάναξ παντοκράτωρ.

Hoc est.

Magnus Palæologos Michael, & potens,
Byzantis vrbe qui Latinos expulit:
Pietatis Andronicus inclitum decus,
Natura lecta mens secunda nemini:
Clarus Palæologus Michael tertius,
Dictis & actis Imperator optimus.
Flos Andronicus Gratiarum iunior.
Longissimis quos sospita temporibus
Omnipotens rex omnium vetus Loge.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RERVM ET VERBORVM IN ECCLESIASTICA HISTORIA NICEPHORI CALLISTI MEMORABILIVM Index.

Abacuc prophetæ reliquiæ. 814.e
Abarcs à Turcis pulsi, ad Istrũ nouas sedes recuperant. 1099.e. ex Oriente in Europam Iustinianeo veniũt. 1119.h
Abarum gentis primordia. 1140.h in Græciã irruptio. 1125.a item in Thraciam. 1117.a
Abasagi Christiani facti. 1074.a b
Abbas discipulus Ephræm. 478. h episcopus & martyr. 414.f
Abbas episcopus Ignis templum apud Persas demolitur. 879.f
Abdæ Persidis episcopi miracula. 879.f martyrium. 879.h
Abdechalas martyr. 411.c
Abdelas episcopus & martyr. 414.f
Abdelinatum cum Chagano bellum. 1138.c
Abderius diaconus, episcopus & martyr. 414.f
Abiathar Iudæorum Pontifex. 91.g h
Abibus S. Stephanum sepulturæ mandat. 865.b
Abilius episcopus Alexandrinus. 150.d
Abimelech Iudæorum Pontifex. 91.g
Abimelech generale & commune regum Palæstinorum nomen. 57.d
Abitus Chalcidis monachus. 718.h
Ablabius sophista. 872. h Nouatianorum Vicecæ episcopus. Ibid.
Aboras fl. 1105.b
Abraham discipulus Ephræm. 478.g h
Hebræorum progenitor. 34.b c
Abrahæ benedictiones. 10. a fides & iustificatio Ibid.
Abrahæ patientia cor per Mosen lex data. 30.c
Abrahamas monachus Antioch. 718.h
Abrianus episcopus & martyr. 435.f
Absalon mansuetus. 476.b
Absandamus sedidionem Alexandrinã excitat, pr electionem eius impugnat. 479.g h
Accesius, Aridæanus episcopus donum excelsæ constans, Persarum cæsionem refutat. 886.a
Acacius Berrœus episcop⁹. 287.b 741.f 742.b 821.c
Acacius Beroicus episcopus, Flauiani ad Romam legatus. 768.d
Acacius Cæsareæ Palæstinæ episcopus 358.g 512.b 518.b 517.a
Acacius episcopus Constantinopolitanus. 876.g 1008.h 1013.a
Acacius Constantinopoli aduersarios episcopos varias ob causas excommunicat. 130.e
Acacius orphanotrophus. 1008.h Felicis nomen in sacro albo inducit. 1021.b
Acacij symbolũ Seleuciæ oblati autor. 542.b. exauthoratur. 1023.h
Acacij contra symbolum Nicænũ discrepantia. 539.h
Acacij Cæsariensis noua fidei formula in synodo recusata. 511.c
Acacij post lapsum pœnitentia. 533.g contra symbolum Nicænum impius conatus 539.d martyrium 850.d sepultura. 518.d
Acacij episcopi mors. 1023.h
Acacio dignitas à Felice episcopo Romano abrogata. 468.d 1021.d
Acaciani exauthorantur & communicantur. 551.e 574.h
Acaciani cur à Macedonianis reiecti. 574.575.a
Acaciani per vim episcopos qui Constantinopoli fuere, sententiæ suæ adsentiri cogunt. 576.d
Acacianorum de inæqualitate filij hæresis. 542.h
Acephali hæretici 1154.c
Acepsimas Cyri monachus. 719.a eius martyrium. 413.g h
Acesti Nouatianorum episcopi de die festorum synodo Nicena decretum. 583.d
Achemenides Christianissimum apud Varanem regem libertimè defendit. 88.b
Achemenides camelorum in Persia custos 881. a eius egregia contra Varanem regem dicta & facta. Ibid.c
Achæus Maximi index. 270.e
Achæorum cum Troianis bellum. 347.b
Achillas Alexandriæ episcopus. 620.d Arij sectator. 360.d
Achillas presbyter Alexãdrinus. 289.g
Achilleum Constantinopolis gymnasium. 922.a
Acesimas Iudæorum Pontifex. 91.h
Achinoe Iudæorum Pontifex. Ibid.g
Achridocius. 1092.c
Acylus fl. 350.h
Adaarmanis res gestæ. 1108.a
Adamantius medicus ex Iudæo Christianus factus. 874.d
Adami lapsus. 29.d
Adane regio. 484.c
Adaulphus equitũ domesticorũ præfectus 845.a suorum fraude occisus. 845.c
Addæi Vincentij presbyteri consobrinus. 815.b
Addæi cædes. 1099.h
Addam Manichæus 286.h
Adelphius Arabiti episcopus per ecstasim locum Ioannis Chrysostomi in cœlo inquirit. 831.g
Adelphius hæreticus. 869. g thusiasta Ibid.g
Adelphianorum hæresis. 669.h
Adiabenorum regio. 484.a 413.c
Adolius episcopus. 659.b
Adoptio filiorum Dei per Christum in baptismo. 1040.c
Adorare reges apud Persas mortis est. 410.h
Adrazamis cum Arcobindo singulare certamen. 954.b
Adulteratum apud Romanos pœnæ. 765.g
Aedesius Tyri presbyter. 409. c. episcopus 659.b
Aedesius Indorum regis Ganymedes. 402.d
Aedesius diaconus. 802.e
Aegyptij diœcesis. 731.a
Aegypti ecclesiæ ab Arianis infestatæ. 689.f
Aegyptius propheta falsus perdnellis opprimitur. 319.h
Aegyptij monachi Petri apostoli temporibus. 106. d in insulam ab Arianis deportati. 690.f g
Aegyptiorum episcoporum ad Leonẽ Imper. supplicatio. 976.h apud vulgum existimatio. 689.g
Aegyptiorum simulachra diffluentia. 395.a
Aela vrbs. 484.d
Aelia ci. dicta Hierosolyma. 174.a
Aeliensis bibliotheca. 241.h
Aelij Hadriani imperium. 175.c. 179.g
Aelurus episcoparum Alexandrinum violentè occupat. 977. a Eutychianorum monachorum sententia laudatur. 1012.g
Aeluri exilium. 1008. h mors. 1016. a vide Timotheum Aeliurum
Aemylianus Aegypti præfectus. 268. a eius martyrium. eodem.
Aemylius Beneuenti episcopus. 840.h
Aequinoctium vernũ ante 9. Calend. April. 782.h
Aeseul-pij ad Aegas templum. 402. a eiusdẽ templum à Cõstantino diruum. 405.a
Aetherij cædes. 1099.g
Aethius Antiochenus doctor. 482. h Antiochia expulsus. 482.h
Aetius Arij discipulus. 369. c eiusque sectæ assertor & propugnator acerrimus. 663.a
Aetius Galli familiaris 483. a Eunomianæ hæresis author. 664.b
Aetius Lydæ episcopus. 369.g
Aetius presbyter. 613.c
Aetius a sophista domo eiectus. 482.f
Aetius Syrus. 482.g Arianus. 742.h
Aetius episcoparum sibi oblatum cõtemptit. 482. h medicus factus gratuito ægrotos sanat ibid. e hostis veritatis iudicatur. 472 Bonifacium Libyæ ducem apud Valẽtinianum accusat. 952.e
Aetius per translationem Comitatus dignitatem accipit. 861.g
Aetius propter penuriã artifex factus 483. e ab exilio reuocatur. 137.d
Aetij pietas in matrem. 471.e. hæresis. 516. d 742.h
Aetij hæresis Constantinopoli examinatur 511. f damnatur. 738.
Aetij aduersus Bonifacium dolus 963.a exilium. 485.e
Aetij præfecti Rom. cædes. 472.a
Aetio diaconatus adimitur. 135.d
Aetio suasore prorsus se Ariani à catholicis se iunxere. 481.g
Aetiana hæresis. 664.b
Affinitatis violatæ memorabile exemplum 18.a
Afflictiones sanctorum quàm necessariæ 711.b 859.h
in Afflictionibus Ecclesiæ semper exultandum 814.a
in Afflictionibus tolerandis pij vel pœnas commeritorum luunt, vel ad patientiam exercentur. 735.e
Agabus propheta. 117.c
Agapæ martyrium. 106.h
Agapetus Macedoniarum episcopus. 869.d
Agapius Cæsariensis episcopus. 291.a
Agapius Eusebij martyris filius 178.a
Seleuciæ episcopus Antiochiam translatus. 918.b
Agapij cum Marino contentio. 780.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agapetus episcopus ad orthodoxam fidem cum suis conuertit. 869.d
Agapetus monachus Apomeēsis 719.a
Agapetus Pont.Max. 1057.
Agarenorum in Mesopotamiam eruptiones. 1007.
Agathangeli martyrium. 506.
Agathon episc. Rom. 1057. f 1066.d
Agathonice martyr. 186.c
Agelius Nouatianorū episcopus 671.a 791.d proscribitur 758.e ab exilio reuocatur.ibid.a eius sanctitas.689.e
Agelius vitæ sanctitate quàm disputationis contentione clarior. 758.e
Agelo procepij tyranni proditor 622.f
Agnoetæ hæretici. 779.a
Agnoetarum hæresis. 1159.g. 1161.b
Agnus veros Paschæ. 70.b
D'Agnetis reliquiæ. 868.b
Agonales ludi. 173.b
Agricolaus. 342.b
Agrippa Iudæorum rex. 68.c.151.g
Agrippa iunior Iudæorum rex. ibid.
Agrippæ regis cum Paulo acta. 121.d 122. Fons de historia Iosephi Iudæi testimonium. 109.b
Agrippinus episcopus Alexand. 174.c 211.d
Aiax Bitolij episcopus cer cum cōiuge concubuit, & tres ex ea filios suscepit. 811.c
Aiax monachus. ibid.b
Aiacis sepulchrum. 147.b
Aithalas Arij sectator. 360.d
Aithalas presbyter & martyr. 414.f
Alamūdarus Seuerianos refellit.1044.c
Alamundarius rex ad fidem Christianā conuersus 1044.c Romanos prodit. 1115 Saracenorum philarchus terrā sanctam depopulatur. 1044.c
Alamundari Scenitarum ducis contra Rom res gestæ. 1068.f
Alani pop. 912.g
Alapij memoria. 476.a
Alaricbus diuinitus ad Romā diripiēdam impulsus.844.g perit se ducem Romanorum cōstitui.844. g vibem Romam expugnat ac diripit. 845.d 859.c
Alarichi Gothorum ducis res gestæ. 841.f cum Fridigerno bellum. 741.c contra Romanos res gestæ. 844.g mors. 845.c
Alba ciu. 510.b
Albinus Iudææ præfectus. 114.b
Alcibiades 209.g
Alcibiades Apomæus, eiusque contra Helcesiarū hæreses disputationes. 248.c
Alcibiadis martyris historia. 208.d
Alcimus Iudæorum Pontifex. 91.c
Alemanni à Gratiano Imp. debellati. 760.g
Alemannorū in Galliam eruptio. 716.
Alexandra coniunx regis Alexādri.38.c ab inferis sola oratione Georgij martyris reuocata 307.f
Alexāder Antiochiæ & Hierosolymæ episcopus 800.a 918.b primus Chrysostomi nomen sacris libris inscripsit. 890.d
Alexander episcopus Alexand. 361.e 620.c
Aerium à communione fidelium excludit. 360.d
Alexandri episcopi Alexandrini ad Cōstantinopolitanum episcopum de Arij dogmate epistola.362.g uē alia ad omnes episcopos, de Arianis. 365.b
Alexander episcopus Hierosol. 571.a 149.g.
Alexandrini Hierosolymitani episcopi epistolæ 237.b martyrium.238.c 376.d
Alexander Aristobuli filius à Scipione secuti percussus. 40.c
Alexādri Aristobuli filij res gestæ 59.d
Alexander episcopus Arium cum sectatoribus suis ab Ecclesia proscribit.320. d eius cum Ario presbytero de doctrina Christiana contiones. 360.a contra Arium precatio. 444.a
Alexander faucalis presbyter, Arianæ hæresis primus autor. 360.d
Alexāder Cappadocum antistes. 916.f 237.c
Alexander episcopus Constantinopolitanus 362. f 378. a eius contra Arianos disputatio 377. b mors. 474.c
Alexander hæreticus. 412.a
Alexander Hierosolymis Narcisso in episcopatu factus successor. 245.c
Alexandri martyrium.268. c eius cineres cōmemoriose à Chagano Hunno tractatæ. 1137.b
Alexander imperator Roman. 244. b in domestico sacello Abrahami & Christi seruatoris statuas habuit. 245.g.
Alexander Macedo in deorum numerum relatus. 607.d
Alexandri Mammææ filij imperium. 36.g
Alexandri ad Antinoitas epistola.237.f
Alexandri regis crudelitas.38 b eius cū Ptolemæo Lathuro bellū. ibid. b parricidium. ibid.b
Alexander Medicus martyr. 207.b
Alexander Pont. Rom. 174.c
Alexandri Seueri in Christianos benevolentia. 245.g
Alexandria Aegypti metropolis. 369.b
Alexandriæ in episcopi electione magna orta sedino. 565.d 873.b
Alexandriæ solus episcopus concionator. 788.
Alexandrina bibliotheca. 201.b 241.c
Alexandrinæ ecclesiæ duo œconomi creati 808.f
Alexandrinæ ecclesiæ Pontifices. 150.c 319.c quando secularia negotia tractare cœperint. 871.c
Alexandrinæ ecclesiæ sub Athanasio tranquillitas. 887.d 1016. g vmio.
Alexandrinæ mulieris pro conseruanda pudicitia certamen. 314.b
Alexandrina synodus.369. e pro Athanasio cōcta. 502. b quid de verbis subsistentiæ & subsistentiæ decreuerit. 569.b
Alexandrinum diluuium. 603 d
Alexādrinus tumultus aduersus Christianos in mansillimos. 251.b
Alexandrini episcopi priuilegia. 606.c
Alexandrini supra alios homines ad seditiones prompti 875.c.876.c
Alexandrinorum cōtra synodū Chalcedonensem & Proterium tumultus 973.c clades. 1751.d
Alexandrinorum ciuiū pauciras.274.e
Alexandrinorum hæretici à Cyrillo omnes vrbe eiecti. 873.c
Alexandrinorum in Dionysium episcopum suū pietas. 251.a pestis. 271.b propter Nili inundationem metus. 794.b
Alexādrini Christiani ab Arianis crudeliter infectati. 688.d
Alexādrinorum Christianorum à fide vera, propter martyrij metum defectio. 251.c
Alexandrinorum episcoporū cū Paulo Samosateno disputationes. 381.e
Alexādrinorum episcoporum successio. 174. c 209. b 245. c 288. c 610. d. 1057. b 762. d ἀλληγορικὸς herba
ex statua Christi prouenies quā ex erat mulier illa quæ in profluuio sanguinis à Christo sanata est.271.b
Alexionis memoria. 476.a
Alexij Comneni imperium. 918.c
Alpes Cottæ 859. Iuliæ.310. e.f ab Eugenio occupatæ. 757.c
Alpes Sufacenses. 550.c
Alypius episcopus Constantinopolitanus. 362.c
Amalasuntha Theuderichi sotor. 1070.d eius imperium. 1073.a b
Amānus episcopus Arianus.702 e sanctissimæ reinitatis oppugnator.ibid. Imperialium cubiculariorum præfectus 1017 b Theocrito amico imperij coronam imponere conatur. ibid eius ex des.ibid.c
Ambrosius Cæsariensis presbyter & martyr. 246.d
Ambrosij Mediolanēsis antistes. 722.b hominem ethnicum à Gratiano dānatum liberat 805.mutuus in episcopum Mediolanensem elogium.704 b Mediolanensium seditionem sedat. ibid.c Theodosium Imp. ob tyrannidem excommunicat. 802.c
Ambrosius episcopus Mediolanensis militari manu in templo captus. 761.f
Ambrosius optimi episcopi exemplū. 704 d.804.c
Ambrosius Valentinianorum acerrimus hostis 239. a eius ad Valētinianum dictum animosissimum. 761.g
Ambrosij baptismus.704.b contra Iustinā stupuationes. 761. c cū Theodosio excommunicato colloquiū. 803.c
Ambrosij in homis studiis prouehendis sedulitas ac liberalitas. 241.g.
Ammonius. 711.f
Amphilochia Basilij 678.b
Amphilochius Chalcedonēsis synodi conuiciator. 579.f 745.b
Amphilochius Cyzicenus episcopus Nicæam translatus 918.a
Amphilochi Iconi episc. 678.g 742.b
Amphilochius Massalianorum hæreticorum infectator. 669.a
Amphilochius fidei nostræ propugnaculum. 723.a
Amphion episcopus Nicomediæ. 381.f
Amphilochius monachus. 711.a
Amphion sinceritatis pietatis studiosus. 381.f
Amyci cum Argonautis prælia. 349 f
Amon Tabēnesiotes monachus 707.d diuina virtute vltra Lycum fossam transfertur.431.f seuisse in coniugio castitas.410.eius anima ab Antonio monacho in cœlum ferri visa. 410.c
Ammonius grammaticus 716.b 770.c
Laodiceæ episcopus. 811.b
Ammonius Lōgus 808.c Isidori apud Theophilum deprecator.810.d eius cum Epiphanio colloquium. 814.c
Ammonius monachus. 713.f Origenis præceptor. 240.b
Ammonius μυρέψης cognominatus 713.b
Ammonij crudeliter interficitur.875.f
Ammonius in martyrū numerū à Cyrillo relat⁹.ibid.a post mortē Thomasius dictus.ibid. a post mortem Theophilo inimico laudatus.817.b
Ammonij cōtra Orestem pugna. 877.f
Ammonij episcopi martyrium. 501. facetē dicta.714.c mors 817.b
Ammonij poetæ de bello Gothico scriptum. 811.a
Ammonij scripta. 240.b
Anabaptismi damnatio. 106.c
Anabaptismus Eunomianorū. 664.a

Anabaptismus prorsus in ecclesia non subsistit. 664.a
Anacletus Pontifex. 150.c
Anacletus Pontifex Iudæorum. 91.f
Ananus Caiphæ socer, Pōtifex Iudæorum. ibidem.
Ananus siue Ananias montis Iacobi Iusti autor. 134. c
Ananus Pontifici abrogatus pontificatus. ibidem.
Ananias episcopus Alexand. 150.c
Ananiæ & Sapphiræ horrendum fatum. 83.c
Anastasi 479.a
Anastasia ciuitas, olim Daras vocata. 1047.c
Anastasia domus. 741.c
S. Anastasiæ historia.951. g martyrium. 306.b reliquiæ. 869. a eius templum precibus Marciani illæsum Constantinop. incendio conseruatum. 980.b
Anastasij episcopi Antiochent contra Aphthartodocitarū hæresim scripta. 1096.c encomium.1097.f exilium.1097.e lucubrationes.1111.a martyriū.ibid.b
Anastasius episcopus Hierosol.
Anastasij episc. cui Sinaita dict⁹. 1155.d
Anastasius Dicorus Zenonis in Imperio successor. 1018.g
Anastasius Imperator à Macedonio ad Christi tribunal euocatus. 1012. b eluctatus. Qui crucifixus, &c. hymno additam voluit 1014.g
Anastasius Rom. Imp. Manichæorum sectæ addictissimus.1030.c Antargenteum sustulit. 1048.g
Anastasius Imp vinens.in facto codice expunctus. & Hierosolymis anathemati subiectus.1048.a in imperio Rom.aristocratiam instituit. 1014.b
Anastasij Imperatoris cum Longino exule bellum.1044.f item cum Vitaliano. 1047.g
Anastasij imperiū seuerissimū. 1054.a Euphemij in episcopū odium vndetoto. b in Ioannē Tabennesium ingratitudo.1011. f in Macedonium inuidia.1010.d 1011 e.1014. d magnificentia.1048.d mors 1055.1057 b
Anastasij cum Iustiniano contra hæresim Aphthartodocitarum cōtentio. 1056.c 1096 e
Anastasius pacificus & verè Christianus princeps. 1019.a
Anastasius Pontifex Rom. 818.c
Anastasius synodum Sidoniam contra Flauianum & Helium cogit 1017.d
Anathema in Arianos. 615.d
Anathemata. 457.c
Anatolius Alexādrinus episcopus. 29.f patriarcha. 955.f 974. c dignus indicatus qui ante omnes scholam Aristotelicam instituerec. 290.f
Anatolij diis gentilibus oblata sacrificia, 1113.b studitio. 890. f grauc supplicium. 1115.c lucubrationes.290.f portieus. 910.b
Anazarbus ciuitas terræmotu corruit. 1061. restauratur. ibidem.c
Ancyra propter receptum Marcellum magnus tumultus exoritur.494 g in delubro quodam synaxis. ibid.c
Ancyranæ ecclesiæ Basilius presbyter. 560.g
Ancyrani confessoris martyrium.565.f
Andragathius Maximini tyranni dux. 762.c in fluuio se submergit. 764.a
Andreæ apostoli acta & martyrium. 114.c Euangelium. 147. g eius ossa Constantinopolim translata 566.f
Andreas Apostolus Bizantij Christum prædicauit. 561.b
Andreæ apostoli post Christi ascensionem sedula prædicatio. 179.b
Angeli victoriæ Romanorum nuncij & adiutores 881.b
Angelorum ministeria. 1140. f in nativitate Christi saluatoris hymn⁹. 65.a
Angelicarum hæresis. 1160.f
Anibalianus Dalmatius. 307.b
Anicetus Pont Max. 174 a 191.f
Animarum immortalitas.931 fex inferis in paradisum reductio. 74.d
Animarum Pythagoreæ transmigrationes. 602.a
Animarum sanctarū ante resurrectionem sedes & habitano. 74.d
Aninas martyr. Christi. 411.c
Anna Mariæ Deiparæ virginis mater sanctissima.41. d eius inuenditas. ibid.d
Annæ pontificatus. 71.f
Annas diuina vltione punitus. 100 g
Anterotes episcopus Rom. 150.c
Anthemi⁹ Occidētis Imperator. 970.b Orientalis imperij administrator 851.c
Anthemius Tralliauus nobilis architectus. 1080 h
Anthemij cum Troilo sophista familiaritas. 851.c
Anthiæ martyrium. 178.c
Anthimius Nicomediensis episc. egregius exercita. 390. d capitis supplicio pro fide Christiana affect⁹ 108.b
Anthimus Troparionum poeta. 979.h
Anthimi episcopi martyrium. 500.a hæresis 1066.a
Anthimo episcopatus ab Agapeto abrogatus. 1067.c
Anthromorphitarum hæreticus. 668. 807 g cum monachis Longis disidium. 809 b
Anthropophagi. 350.a
Anthropophagis Matthæus ductu spiritus sancti præ dicauit. 17. a
Antichristi adactus sub Seuero Imp. expectatus. 222. b à Iuda historico ex Daniele propheta prædict⁹. ibid. de Antichristi nomine calculo Irenæi testimonium 160 b
Antichristi reuelatio. 200.d
Antiforum Antiochiæ ædificū 1017 b
Antigonus ab Herode pontificato dejectus. 91.f
Antigonus regnum Iudææ Parthorū auxilio recuperat. 60 b
Antigoni Aristobuli filii res gestæ. ibi. infelix cum Herode & Sosio conflictus. ibidem.
Antinous deus 608. a eius commenta. agones. 177.f
Antiochena clades diu à Zosimo prædicta. 1060.g
Antiochena fides in Caria cōfirmatur. 661.g
Antiochenæ fidei symbolū. 530 e formula. 472.d
Antiochenæ filiæ, ne stupro & idololatria contaminentur, se in flumen præcipitant. 704.b
Antiochena synodus.429.b 568.d 816.a
Antiochenorū episcoporū successio. 130.c 411 b 495 a 586. b 620 d
Antiochena synodus, in qua Nicænū symbolum stabilitur. 613.f
Antiochenæ synodi ad Iouianum Imperatorem scriptum. ibid.
Antiocheni concilij episcopi monachi 718.g ab Arianis proscripti. 696 e
Antiochenus Præmarches ad ecclesiā magnam primum officium transtulit. 918.b
Antiocheni martyres variis suppliciis affecti. 305.a
Antiocheni patriarchę diœcesis 1003.g
Antiochem Pontifices à Chrysostomo reconciliati. 54.b
Antiochenum concilabulum. 542. h ab Eudoxio congregatum. 518.b
Antiochenū cōciliabuli formula. 456.b
Antiochenarum virginū martyrium. 31.a
Antiochenorum ad Deum pro mitigāda Theodosij Imperatoris ira supplicationes. 808.c
Antiochenorum in Iulianum Imperatorem scommata.788 a item in Maximum philosophum. 604 a
Antiochia à Chosroe Persarum rege capta.1075.g à Iuliano hæremita ad Christianam religionem conuersa. 687. c à Theodosio amplificata. 816.g à Tiberio Cæsare multis ædificiis amplissimis exornata. 56.c
Antiochia Mygdoniæ, olim Nisibis dicta. 171. c à Sapore Persarum rege expugnatur. 513.b
Antiochia peste crudelissima vexata. 1078. d sæpenumero terræmotibus quassata.980.g 1059.f 1115.b 1123. g à Traiano liberata. 172.b
Antiochia Theopolis à Iustiniano vocata. 906. d 1059.b
Antiochiæ in Caria formula fidei Antiochenæ confirmatur. 661.g
Antiochiæ monachorum cōtra synodū Chalcedonēsem tumultus. 1051.a
Antiochiæ post Antonini mortem omnis idololatria à Christianis est demolita. 334. b propter eiectum iniquè Eustathium orta seditio. 430.f alia propter tributum. 813.f
Antiochiæ Pisephium restitutū. 930.b
Antiochiæ sedes apostolica. 566.g
Antiochiæ templū à Iuliano direptū. 591.b
Antiochiæ res eodem tempore Christiani episcopi. 171.g 736.d
Antiochiæ triginta Arianorum concilium aduersus Athanasium congregatur. 611.d
Antiochus Epiphanes Iudæos debellat. 17.a
Antiochi Epiphanis cum Ptolemæo bellum 36.b cum Iudæis. 37.a
Antioch⁹ presbyter proscribitur. 681.f
Antiochus Sedetes 17.d
Annochus Soter à Triphone occiditur. ibid.
Antiochi mors. 848.f
Antiochi regis fœdissima apud Iudæos tyrannis.37.a luxus & intemperantia ibidem.a mors. ibid.b
Antipater Herodis regis pater.19. e Iudææ procurator.ibid. Idumæis præclarè dictum.44 f Romana ciuitate à Cæsare donatus eius. 44.b mors.40.f
Antiphonarum in ecclesia institutio. 410 b
Antonini Caracallæ imperium. 235.c
Antonini Caracallæ nomēvnde.244.b
Antoninus Heliogabalus Imperator Roma. 249.f
Antonini Heliogabali imperiū. 249.f
Antonini Pij acta.179.g imperiū 176.b leges 179.b pro Christianis scriptū. 176.g.
Antonini Veri imperium. 189.a
M Antonius Cæsar. 174.c eius contra Germanos & Sarmatas bellū. 198.g
Antonius Germanici episcopus 900.g
Antonius Magnus in Aegypto monachus.418.f eius somnium. 617.c
Antonij abbatis ad Didymū præclarè dictum 481.g eius abstinentia & temperantia.721.e scitè dictum.418.c cū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Constantino Imp. arrichia 420.a cassi stas 420.c verecundia ibid. monastica polita.418.b insignis pietas.687.c vita. 418.g
Antonij monachi vita ab Athanasio descripta. 420.a
Antonij in Cleopatram amor. 41.a
Anubis monach*, cuius sanctitas. 475.b
Anylinus proconsul 339.b
Apamea ciu. 215.b diuina ope contra Chosroem Persarum regem seruata 1075.b miserè vastata. 1036.c
Apamcensium monachi. 719.a item zeugmatis. ibid.
Apelles Marcionista. 218.g monachus Aegyptius. 708.b
Apellis secta & opinio. 219.a
Aphacis mons. 401.b
Aphrastes. 718.b
Aphratis cum Valente Imperatore cõtentio pietas miracula. 686.g
Aphrica à Vandalis deuastata.
Aphthartodocitarum hæresis. 1092.c
Apocalypsis Ioannis. 191. d 277.c
Apocalypsis Petri liber 961.c d
Apollinaris cur ab Ecclesia descierit, suamque hæresim instituerit. 666 f
Apollinaris excommunicatur. 666. f post pœnitentiam recipitur. ibid.
Apollinaris episcopus Alexand. 1087 g
Apollinaris episcopus Hierapolitanus 166.c Montanistarũ refutator. 214.h eius luculationes 197 b contra Mãnæum disputationes. 211.b
Apollinaris hæreticus Athanasio amicissimus. 666 c
Apollinaris hæresis 739.b 666.c eius refutatio 718.b 718.f damnata.
Apollinaris carmina.665. h cum Vitali socius. ibidem.
Apollinaris hæretici cum Epiphanio amicitia 665. f vita ibid. historia. 199.b
Apollinaris impia dogmata 141.c 718.f eius libri per diuersas inscriptiones attributi aliis. 1014 c
Apollinaris Syri de Athanasij in Alexãdrina ecclesia successione scriptum. 427.a
Apollinares Syri duo omnium eloquẽtissimi. 281.b 281.c eorum lucubrationes ibidem.
Apollinares ob cõsuetudinẽ Epiphanij sophistæ excommunicantur. 483.c
Apollinaristæ ad ecclesiam catholicã à Theodoro reducti. 899.g sincerè se ad ecclesiam catholicam cõferunt. 718.h
Apollinaristarum hæresis. 483.c
Apollo Daphnæus. 187.b
Apollinis Daphnæi templi conflagratio. 191.b
Apollinis Didymæi oraculum. 341.f
Apollo Pythius 404 d
Apollonius in perferendo martyrio cõstantia 254.c
Apollophanes philosophus. 240.c
Apollonius Alexandrinus. 94.d
Apollonius monachus. 475.a 720.g h
Apollonius ex mercatore factus monachus. 710.h
Apollonius Tyanæus impostor. 162.a eius contra Cataphrygas disputationes 215.d martyrium. 217.f
Apollos monachus Aegyptius. 709.c
Apostoli non sunt pro diis habendi, cum Christi tantum serui fuerint. 128.d
Apostoli plerique vxorati. 141.c
Apostolorũ acta quo consilio à Luca conscripta 145.d
Apostolorum ad gentiles ad Christum conuersos epistola. 790.f
Apostolorum duodecim electio.8. catalogus.142.d doctrina. 784.a in docendo atque scribendo simplicitas. 148.f
Apostolorum quisque in quibus orbis partibus Euangelium prædicarint. 249.b
Apostolorum successores. ibid.
Appion archidiaconus. 365. f scriptor ecclesiasticus 214.c
Appionis contra Iudæos pro Cæsare scribitas. 98.d
Aqua diuinitus ignem alit & auget. 1077.c Narcisso in oleum versa.135.d
Aquila Aegypti præfectus.231.a Fontius.201.b imperium Maximiano prædicit 918 b
Aquilæ scripta. 258. g in Christianos crudelitas. 214.c
Aquileia ab Aspare capta.862.d ab Attila expugnata. 954 d
Aquilinus Bibli episcopus. 935.b
Ara ignoti Dei. 772.b
Arabia felix & magna. 408 b
Arabiæ felicis descriptio. 489.f
Arabum annuæ feriæ. 401.f
Arabum hæresis de animarum immortalitate. 148.a
Arabianus scriptor ecclesiasticus.214.c
Ararat Armeniæ mons. ab incolis sic appellatus. 485.g
Arbogastes Valentiniani iumoris interfector 796.a iræ imperiales ibidẽ f præfectum copiarum confodere nitus est. ibidem sibi ipsi inferri manus. 770.b
Arca Noæ.481.c eiusdẽ reliquiæ. ibid.
Arcadia Arcadij ex Eudoxia filia 850 b 798 g
Arcadiæ virtutes. 855.h
Arcadius monachus. 944.c
Arcadius Orientis Imperator. 787.c Theodosij Magni filius. 708. c Augustus renunciatus.753.f filio Theodosio Isdigerdem Persarum regem moriens curatorem designat. 853.a virgis castigatus præceptori struit insidias 766 f
Arcadius in sanctorum numerum relatus. 850.c
Arcadij ad Gainam legatio.798.c cum Gaina pax. ibid.
Arcadij Imper. Bom liberi ex Eudoxia nati.796.g de Gaina victoria. 801.d ipsum.871.d mors.850.a liberi ibidẽ. 413.a
Arcesilai vxor monocula sanatur. 1061.b
Archelaus Iudææ princeps cõstituitur. 13. b parentis sui in regno Iudææ successor. 5.c
Archelai exilium. ibid.
Ardaanianes Persarmeniorum dux. 1004.g
Ardaburius. 990. a eius contra Persas res gestæ.883.g magnanimitas.862.c cædes. 990.a
Ardaburium ducem cum filio eius Aspare aduersus Ioannem Theodosius mittit. 862.c
Ardaburium Ioannes capit. ibid.
Ardaburio zeno caput amputauit. 990.b
Ardaburius & Aspar duces Ariani. ibi.
Areobindus & Germanus duces classis Theodosij. 953.c
Ardazanes ab Areobindo victus.654.b
Arelatense concilium. 340.c
Arelatensium ciuitas à Gerontio obsessa. 860.g
Areobindus Gothus Theodosij contra Genserichũ dux. 953. c Ardazanẽ Persam monomachia vincit. 954. b
Areobindi Romanorum ducis contra Persas res gestæ. 884.g
Areopagitæ 111.
Aretas Cœlesyriæ rex. 38. d eius res gestæ.39. c cum Antipatre familiaritas ibidem.
Arethas martyr. 1063.f
Arethusa ciu 431.b fons. 563 a 1091.b
Argæus mons. 778.a
Argentuaria Galliæ opp. 742.c
Argonautæ Græcorum. 349.f
Argonautarum in Græciam reditus. 350.g cum Amyco certamina maritima.349.f latrocinia & prædæ.350 g
Argyropolis ciu.889 c ab Andrea apostolo ad Christi fidem cõuersa. 561 b Chrysopoli opposita. 889. c sic cum Atticus nominari oportere dixit ibi.
Ariadna 1008 g Romani imperij cum Dioscoro gubernatrix.1018 g Patricio Aspatis filio desponsata. 990. a item Zenoni. ibidem.
Aricmesius, deinde Zeno dictus. 990 b
Arimінensis synodus. 491 c 512. c 521. f 534 c
Ariminensis synodi ad Constantinum Imper. lucrę 513.c & eius synodi acta in synodo Romana reiecta 705 c
Arius presbyter & sacrarum literarum doctor Alexãdriæ ordinatus. 360 b hæreticus, Melitij sectator. ibid. à Petro Alexandrino episcopo excommunicatus.ibid. Nicænis decretis apud Constantinopolim subscribit. 443 b precationibus Alexandri episcopi expugnatur. 451.b Achilla Alexandrino episcopo in ecclesiam ertorti gratia impetrata, recipitur. 359.c
Arius cum sectatoribus suis excõmunicatur. 60. d 381. b 580.g Athanasio Alexandria exigitur. 451.b in sanctorum communionem ab Alexandro episcopo non admittitur. 371. c ab exilio reuocatur. 426. c Alexãdriam reuersus contemnitur 426.c à Constantino Imp. in aulam reuocatur. 431.b
Arij hæresis. 360. b 363.c 542. g 614.f 741.g
Arij hæretici pernicioſæ contentiones. 361. c eius confessio Constantino Imperatore oblata.433. b cum Alexandro episcopo contentiones. 360 b cum episcopis pernicioſa dissensio. 361. f ad Eusebium Nicomediensem episcopum epistola 367.a repentina atque horrenda mors. 441.d
de Arij morte variæ opiniones. ibid.
de Ario eiusque sectatoribus, Constãtini constitutio. 393.g
Ariani reliquis hæresibus improbiores 367. d damnantur. 738.c
Ariani ἀναγέλιοι. 694.c
Ariani hæretici ad arma atque vindictã promptissimi. 804.a catholicos in processione vi adoriuntur. ibid. in Nicæna synodo dãnantur. 718. c 521. g vnam Alexandriæ ecclesiam Constantino intercessore petunt. 495.d rerum suarũ satagenes. Eunomianis se cõiungunt. 745.c clericos & monachos Antiochenos Neoexsarcã proscribẽdos curãt, 696 c flamito cauent ne post hac quæstiones secessionis & dissidiorũ causæ proponantur. 780. b Gregorio episcopo Alexandrino repudiato, Georgij ei substituitur. 460.a Macedonianos iam resipiscentes persequuntur. 669.g iũ Alexandrinos catholicos. 687.b cum dogmatibus suis à Macedonianis damnantur. 670.g in Basilij absentia Cappadociam totam occupare conantur. 675 c pulsum episcopatibus suis abeunt. 686 d
Arianis à publicis conuẽtibus à Theodosio Imp. prohibitis. 745. g in conuẽtu prouinciali centh epistę excommunicati.367.a dissidentes à Plintha reconciliati. 780. b iis quos persequuti sunt, inferiores existimati. 687.c cum dogmatibus suis à Macedonianis damnati. 670 701 e
Ariani episcopi. 376. d Porphyriani dicti. 391.g
Arianorũ impia dogmata. 366 g 389.g in Aegypto imperium. 689 f monachomia. 689.c
Arianorum hæresis multarum in ecclesia turbarum causa. 755.c in duas factiones dissecta. 767.a
Ariani vecordi confidentia & impetu Nectarij ædem intendunt. 765.d
Arianorum flatuum. 780.b
Arianorum hæresis patrum constantia expugnatur. 387.f
Arianorũ dissidia.779.d in Nica Thraciæ ciuitate synodus. 524. a hymnodiæ 805 g cõtra monachos Aegypti magna impietas.690 f aduersus Athanasium criminationes. 456. b cõtra eundẽ insidiæ 511.c in Eunomianos cõcilia 745.c in catholicos crudelitas.671.a in Nouatianos odium. 669.f extra vrbẽ Antiochenã cõuentus.769.c post Cõstantini mortẽ animositas. 451. a cũ Melitianis contra catholicos cõsensus.411.c cũ catholicis in vrbe Constantinop. propter episcopi electionẽ tumultus. 454.h cõtra Athanasiũ arcs Paulũ episcopos fraudes 465.c dolosum cõsilium, vt Orientales episcopi seleuciæ. Occidẽtales Arimini cõgregẽtur 500 b
Arianorum canon à Chrysostomo reiuratus. 821.d
Arianorum contra Nicæna decreta figmentum.432.c fraus in suo ipsorũ dogmate damnando. 384. d in Nicæno concilio condemnatio. 381.f
Arianorum professio fidei in Nicæno concilio lacerata.381. f libri publico Constantini edicto combusti. 393.h
Arianorum excommunicatio. 660. d proscriptio. 381.f
Arianorum ecclesia à Nestorio incensa. 900.f
in Arianos anathema. 616.b
ab Arianis in Oriente catholici maximè afflicti 754 in exilium acti. 504.d
Arianæ hæresis sectatores. 368 c
Ariana hæresis ex tota Libya à Iustiniano eiecta. 1071.b eius cõfutatio. 367. a in vrbe Constantinopolitana propagatio. 452.b
Arianismus cur tantopere in Oriente propagatus.
Aristio. 742.b
Aristides orator. 170 d
Aristidis viri sanctissimi facta. 129.b
Aristobulus historicus. 171.f
Aristobulus primus sibi diadema imposuit. 222.g
Aristobulus Pontifex dolo cæsus. ibid. Aristobulus liberatæ donatur. 19 b
Aristobuli regis res gestæ.38.b cũ Hircano bellum ibid & 39.c infelix cõflictus. 14.c
Aristobuli Alexandri ex Salina filij res gestæ.38.d patricidiũ. ibid. & mors. 39.b sepultura. ibidem
Aristocratia Iudæorum. 36 b
Arma spiritualia fidelium. 251.c
Armenia maior Persis à Philippo Imperatore tradita 1104. f à Scenitarũ gente misere depopulata. 1044.f
Armeniacum bellum. 321.g
Armenij ad Christum quomodo conuersi. 409.g
Armeniorum hæreses. 1163.c
Aron primus Iudæorum Pontifex.91.g
Arsacidarum ordo. 1159.g
Artacius Chalcedonensis episc. 816.f
Arsacius episc. Constantinop.835.c eius mors 434 g miracula 835.b ibid.
Arsacius moritur.842. f defunctus exauthoratur. 842.d
Artemicus episc.659 c filiorum Theodosij præceptor.761.b ad pacificationẽ Alexãdriã à Zenone missus.1025.g
Artemius Tripolitanus episc.Antiochiã translatus. 919 e
Artemij cum Athanasio cõtentio.429 c encomium. 766.g
Artemium vinum exibens Athanasius falsum à se crimen refellit. 438.b
Artesius monachus. 713.g
Artabani regis mors. 36.g
Artemilla baptizatur. 118.a
Artemij ducis & Augustalis Antiochiæ martyrum. 566.f
Artemius mensis. 1059.f
Artemius Iuliani imp. percussor.602.b
Artemonis hæresis. 211.a 283.f
Arziburus Sergij canis. 1166. b eius sepulchrum. 1166.b
Ascetes monachus. 899. b inter impudicæ mulieris illecebras linguã suã mordicus conscidit. 307 g
Asceteæ sciũ de monachis dictũ. 474.f
Ascetriatum antiquus status 106.b
Ascetriarum puellarum persecutio & martyria. 300.a
Ascholius episc. Thessalonicensis.742.f 746.b veri episcopi exemplar. ibid.
Asclepas Gazæorũ episc. 402. b 468.c à Gazæis Constantio intercedente receptus. 490.c
Asclepiades episc. Antiochenus. 157.g 40.g Arianus. 700.c
Asclepiades Nouatianorum episcopus quinquaginta annorum. 889.c
Asia vndecim præsidibus olim gubernata. 794.a
Asia minor maximis terræmotibus cõcussa. 36.c
Asiana diœcesis. 751.a
Asiani propter paschæ celebrationem à pontifice damnati. 784.b
Asianorum episcoporum Ephesiæ cõgregatorum de circularoribus scriptum 1011.b
Aspar angelo Dei duce per lacum itinere facto Rauennam capit. 861 d
Asparis cædes. 990.a
Assentationis pernicioſæ memorabile exemplum. 101.a
Assyrij populi. 485.e
Assyriorum regnum. 36.f
Astacenus sinus. 671 d
Astacus. 312.b
Asterius Cappadox Ariani discipulus. 447. a Orientis præfectus ex sophista Christianus factus 447.a
Asterij hæresis ibid b in Gregorium episcopum Antiochenum rumultus. 1122. d in Christi mare pietas 270.g
Asterij senatoris Romani præclara facta ibidem.
Asterio magistratus abrogatus. 1123.c
Astrologorum errores. 248.d
Astronomiæ Proclesmaticæ gradium episcopis olim prohibitum. 478.c
Astyages Medorum rex. 36.c
Asylæ Entropij institutu abrogata. 795 g.
Atalaricbi mors. 1073.b
Ataxia & ordinis confusio in ecclesia vitanda. 580.b
Athanaricus Christianos inter populares suos crudelissime persequitur. 741.b
Athanarichi Gothi cum Fridigerno bellum intestinum. 728.d
Athanasius episcopus Alexand. 620.d 1075. c notarius & diaconus. 428.b 376.d Alexandri episcopi Alexandrini in episcopatu successor 417.a
Athanasius Anazarbi episcopus. 369.g
Athanasius Ancyran. episc. 539.a 613.f
Athanasius Magnus fortissimus hæresum expugnator 1162. c à concilio repudiatur.467 c à Constãtino iam morituro, ab exilio reuocatur.448.d Alexandriæ latitat.375 d ab Alexandrino præfecto in exilium mittitur. 435.f Alexandriam reuertens. Arianos ecclesiis exigit, eisque orthodoxos substituit.498. f ab Arianis grauiter accusatur. 438 f multis calumnijs ab Arianis afficitur. 435.c ab Arianis & Græcis magiæ insimulatur.514.c ab Arianis illustratur, apud imperatorem accusatur.614.c apud Constãtium falsò criminatur. 501.c à tribus Orientalibus episcopis apud Constantem accusatur. 463.a vt cõtumax damnatur.419 c accusatus, à Constantino imp. absoluitur. 457.g à Constantio in integrum restituitur.496. a cum Eustathianis cõmunicat. ibidem.
Athanasius Constantij literis ab exilio reuocatur.492. c auerso Nilo nauigans, persecutorum manus effugit. 575.c calumnijs Eusebianorum circumuenitur, ad Treuiros relegatur. 442. cum annis aliquot latuisset, subitò Alexandriæ apparet. 558.c diuina prouidentia à virgine conseruatus 558 f ecclesiæ suæ à Valente restituitur.862 g ex Gallia Alexandriã renocatur.453.c fallum stupri crimẽ à se amolitur.451.f idolomaniæ alexandrinæ abolitionẽ, prædicit.614.c in corrupto iudicio ad Cæsarẽ Constantinũ appellat.419.b in specu sex annis latitat. 415.g Origenis scriptis plurimum adiuuatur. 812. f per ludũ nondum ephebus, à pueris episcopus creatur. 427. d Romam fugit. 458. b sæpenumero diuinitùs periculà præsentis effugit 511 f vitã Antonij monachi descripsit. 420.a
Athanasij ad amicos de formula fidei epistolæ.548. h ad Constantinũ imperatorem precat. 440. c ad Iouianum de sinceriore fidei professione scriptum. 816. b apud Constantem querimoniæ. 462. g cum Maximo Hierosol episcopo colloquiũ.498.g cum Valente & Vticio arianis amicitia.499. b de arij perfidia & interitu scriptum. 444. a de arianorum improbitate sententia. 185. c de Virginitate liber 410. b liberè ad Theodosium imp. dictum. 971.h
Athanasij diaconi Hierosolymi martyrium.670 c encomiũ.428.c fuga.462.e 504.h exilium 575.c salutè dictũ. ibid. in ægyptum gloriosus reditus.499.c in Syrię antiochiam profectio.495 a
Athanasij innocentia ab Vticio & Valente declarata. 498.h
Athanasij liber synodalis.575.a sub Cõstantio tex & scriptæ 511. emotis 688.a
Athenais Leontij philosophi filia doctissima. 887.c patre exhæredata. 887.f Theodosio matrimonio copulatur. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Athenienſium ſeditio & rebellio. 55.h
Athenodorus epiſc. alexandrinus 245.c
Athenodorus epiſc. Conſtãtinop. 362.c
Athenodor' Origenis diſcipul'. 246.g
Athos mons. 714.g
Attalus ab Honorio ad imperij Rom. ſocietatem inuitatus. 845.b ab Honorio cum ſuis victus ibid. a eius contra alarichum bellum. 845. b cædes. 207.a
Attalus martyr. 204.b
Attali exilium. 700.b martyriũ. 207.b
Atticus epiſc. Conſtantinopolitanus. 839.c ex Macedoniano orthodoxus factus ibidem c perſecutionem in pleraſque eccleſias concitat. 836 g
Atticus ſuperſtitionum acerrimus hoſtis. 888 h horam mortis ſuæ prædicit. 890.a
Attici epiſcopi ad Calliopium ſcriptũ. 888.h ad Cyrillum de Chryſoſtomo o in epiſcoporum numerum recipiẽdo epiſtola. 891. f ad Petrũ & Aedeſium diaconos de Chryſoſt. ſcriptũ, 892.g in Ioannitas odiũ. 836 g in pauperes liberalitas. 888 g mors. 898.a
Atticæ Hunnorũ regis aduerſus Rom. bellum. 934.a mors. ibidem
Atys deus 607.d
Adaucti martyrium. 302.h
Audiani hæretici. 668.f
Audus Augari Edeſſenorum principis filius ſanatur. 96 f
Augarus Chriſtum ſibi à pictore formari curauit. ibid. à morbo incurabili liberatur. ibid.
Augari toparchæ ad Chriſtũ epiſt. 96 g de Augari rebus libri conſcripti, Edeſſæ ſeruantur. 97. b
Auguſtulus Occidentis imp. 570.c
Auguſti Cæſ. in Aegyptum impetus. 44.h mors. 56.c
Auguſti Cæſ. temporibus Rom. imperium fuit in ſummo flore. 20.h
Auguſto Cæſari de ſucceſſore datũ ab Apolline oraculum. 55 h
Auitus imp. Occidentalis. 970.b
Aurelianus eccleſiæ Epiphaniẽſis diaconus. 1038.a
Aurelianus imp. 281. 288. a epiſcopis præ cæteris prærogatiuam conceſſit. 282.g
Aureliani imp. contra Chriſtianos impietas. 282. g
Aurelius alexander imp. Rom. 246.g eius erga viros doctos amor. ibid. mors crudelis. 282 g
Aurelius Cyrenius martyr. 217. b præfectus ſummi apud Gordianum ordinis. 269 c
Aurum puriſſimum. 488.c
Authus epiſcopus. 659.c
Autonomi martyria in ſinu Nicomediæ templum. 1148. k
Autorum prophanorum lectio Theologis neceſſaria. 289 g
Auxemius Addæ filius. 815 c Exſcholaſtis. 980.d Mediolanẽſis epiſc. 477 h Arianus. 478. a 702. g 702. h monachus. 640.c
Auxentij confeſſio 341. g martyrium. 306 h mors. 704.b
Auxumis ciuitas. 485.c
Auxumitæ populi. 484 d Græcorũ ſacrorũ cõſectatores. 1097. b ad Chriſtianam religionem conuerſi. ibid.
Axiora Iudæorum pontifex 91.h
Azadanes diaconus & martyr. 414.c
Azadis eunuchi Perſarum regis martyrium. 413 c
Azaethi cõtra Rom expeditio. 1070.d
Azarias Iudæorum pontifex. 91.h
Azazene prouincia à Romanis vaſtata. 881.f
Azymorum dies. 70.b

B

Babylas epiſcopus & martyr antiochenus. 450.h
Babylas martyr Nicomedienſis. 451.a eius martyrium 288.a 589 g 924 f
Babylæ martyris oſſa in Daphnæum templum trãſlata. 389. g item Antiochiam. ibid.c
ob Babylæ cineres oraculũ Daphnæũ obmutuit. ibid.
Babylianus epiſcopus 281.f
Babylonica captiuitas. 36.c eius captiuitatis finis. 36 c
Bacchides Antiochi impietatis miniſter occidunt. 37.a
Bacchus impuritatis deus. 934.c
Bacchi androgyni ſtatua. 363.d
Bacchi martyrium. 307.a
Baccho hymnus ab Epiphanio decantatus. 466. f ibid.
Bacchylus epiſcopus Corinth. 210 g
Bacurius dux. 769.a
Baptiſmus Ioannis. 37.c
Baptiſmus per ignem. 234.c
Baptiſmus Iudæis poſt fidei inſtitutionem conferendus. 870.c 877.c
Baptiſmus à Iudæo lucri gratia ſæpe reiteratus ibidem
Baptiſmus hæreticis non iterum communicandus. 266.g
Baptiſmi cæremoniæ. 188. f vnda & cæremoniæ. 329 g in Theſſalia tempus & cæremoniæ. 787. b noua formula ab hæreticis conficta. 189.b
Baptiſmi verba à Deuteronomio Ariano præuaricata. 1041.h
Baptiſmi ſacramentũ Iudæo cũ hæreo. deficiẽte aqua, communicatum, 286.d
Baptiſmi ſacri improba reiectio. 669 h in Baptiſmo adoptamur filij Dei per Chriſtum. 1044.c
Baptizati per Iudum, non denuò rebaptizandi. 428.a
Baptizatorum myſtica veſtis. 750.f
Baptizatus Iudæus à pueris. 387.f
Baptizandi noua ratio ab Eunomio tradita. 665.b
Barachiæ ſacerdotis filij. 90.d
Barbarij ducis res geſtæ. 760.b
Barbas epiſcopus antiochenus. 871 g
Barbas quidam non abſque miraculo ab epiſcopo ariano baptizat'. 1044.c
Barbaſimes epiſc. & martyr. 414 f
Barcaba prophera. 190 c
Barchochebæ Iudæorum ducis res geſtæ. 173.d
Barcoph. prophera. 190 c
Bardas Cæſar. 1171.
Bardeſanes. 479.a
Bardeſanis Cyri ſcripta. 168.c & hæreſis ibid.
Barnabæ apoſtoli oſſa in Cypro ſub arbore inuenta. 1047 c
Barnabæ ſerui Ieſu Chriſti prædicatio & acta. 109 d epiſtola. 222 h
Barnabæ epiſtolæ fictitiæ. 147.g
Barſaba Iuſtus venenum bibit ſibi nequaquam nocuum. 170.c
Barſæ Edeſſeni epiſcopi exilia. 681 f
Barſanuphius Aegyptius monachus. 1083.c
Barſili populi. 718.
Bartholomæus Matthæi Euangelium Hebraico ſermone expoluit. 221 g
Bartholomæi apoſtoli prædicatio 31.c martyrium. 115.b
S. Bartholomæi oſſa apud Datas repoſita. 1047.a
Baſileus amaſiæ epiſcopus. 375. c
Baſilias hoſpitalis domus. 718 g
Baſilides hæreticus. 190. c 286. c Chriſtianorum carnifex, ad Chriſtũ conuerſus factus eſt martyr. 234 g
Baſilidiani hæretici. 293 g
Baſiliſcus Harmatij filius 1014. b ex Cæſare fit ſacerdos & epiſcopus Cyzicenus ibid eius martyrium 849.d
Baſiliſcus tyrannus propter hæreſim Daniele Stylite liberè obiurgatus. 681.c
Baſiliſcus Leonis imp. contra Vandalos dux. 989 b Romanorum claſſem prodit. 989. c eius duces Zenoni cõciliantur. 1014.c
Baſiliſci claſſis à Genſericho incenſa. 989 c
Baſiliſci res geſtæ. 1008 f tyrannis ibid. hæreſis 219.a circulatores literæ aduerſus Chalcedonenſe cõcilium. 1013.a 1004.c eius cædes. 1014.c
Baſilius aucyranus epiſc. 447.c 472. a 516.d 539.a 612. d ancyram Galatiæ reducitur. 502. f exauctoratur. 536.d
Baſilij ancyrani cum Photino diſputatio 511.e martyrium. 565 g
Baſilio ancyrano epiſcopatus abrogatur. 468 c
Baſilius Cilix Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor. 23.f
Baſilius Cretenſis epiſcopus Theſſalonicam tranſlatus. 918.a
Baſilius Macedo. 1171 g
Baſilius Magnus Cappadociæ epiſc. 668.a à Valente proſcriptus. 677.f
Baſilij Magni encomium. 672.d perſecutiones. 590.b pietas. 718. g ſcripta. 677 g Aſcetia Euſtathio Sebaſtienſi epiſcopo aſcripta. 816. f de ſcriptis Dionyſij Alexandrini iudicium. 279.d in profeſſione fidei cõſtantia & miracula. 676 b 677.c
Baſilij Magni cum Gregorio Nazanzeno arctiſſima amicitia. 672. d item cum Chryſoſtomo. 792.b
Baſilius Porphyrogeneta. 918.b
Baſilius presbyter, & poſtea epiſc. 674.b coſilium veritatis. 721. c Iuliani Imp. cõdiſcipulus. 581. d Theologotũ eloquentiſſimus. 586.b epiſcopo cedens Pontum proficiſcitur. 675 c à Valẽte exilio damnatur. 676.d
Baſilii Amphilochia. 678.b in Iuliani edictũ cõtra libros Chriſtianorũ reſpõſum. 584. c cũ Euſebio Cæſariẽſi cõcilio recõciliatio. 676 b cõtra Arianos diſputatio. 676 b de cognitione diuina atque humana ſententia 721.c
Baſſa fœmina ſanctiſſima. 943.b
Baſſiano epiſcopo Epheſio epiſcopatus abrogatus. 1005.a
Baſſones. 718.e
Baſumas Flauiani epiſc. percuſſor. 1004.c
Baſſus monachus. 718.e
Beatitudinis veræ ſcopus. 542.b
Belliſarii res geſtæ. 1068 f & cõtra vãdalos. 1069.b de Vãdalis victoria. 1071.b triũphus. ibi. c alius de Virtige. 1074.a
Benedictio epiſcopalis. 810.c 819.c
Benedictio peregrinãtibus ab epiſcopis data. 749.g
Benenoku Valentiniani imp. ſcriba. 761.g orthodoxi ſecretarij pulcherrimum exemplum. ibid.
Beniamis diaconus ob cõfeſſionẽ fidei ſincetioris biennio incarceratꝰ. 881.c
Beniamis illuſtre per grauiſſima ſupplicia martyrium. 881 d
Beniamin monachus Aegyptius. 710.f & eius miracula. ibidem
Beniamin epiſco. Hieroſol. 176.c
Benus monachus Aegyptius. 707.d
Berathaſia locus. 814 c
Berillus Boſtrenſis ſcriptor eccleſiaſticus. 242.c
Bernice oppidum. 94.a
Beritus ſtudiorum iuris magiſter. ibid
Berrhoæi incẽdio deformata. 1075.f
Berthicea eadem quæ Chaleb. 916.e
Beryllus hæreticꝰ ab Origene ad veri Euangelij doctrinã reductus. 247.d
Beryllj Boſtrenſis epiſc errores. 247.d
Bethania vicus. 400.b
Bethelea vicus. 716.a
Bethlehem ciuitas. 46.a
in Bethleem & in Nazareth Ioſeph & Mariæ poſſeſſiuncula habuere. 30.a
Bibliadis generoſitas. 205 g
Biblia quando à ſeptuaginta interpretib. in Græcum tranſlata 92.g
Bibliorum variæ tranſlationes Origenis tempore. 238 g
de Bibliorum libris canonicis, Origenis iudicium 243 a
Bibliotheca Alexãdrina. 241.g Ebenſis ibid c Hieroſolymitana. ibid. c Ptolemæi 201.c Sophiæ apud Cõſtantinop. inſignis. 24.b Theodoſij 816.b
Bigamorum reiectio. 789 f
Bithiretebis oppidum. 864.b
Bithera ciuitas muniſſima. 171.d
Bitya oppidum. 671.d
Blacherna ſuburbana Conſtãtinopolis regio. 985.b 815. f 1148. c reſtauratur à Conſtantino. 11.h
Blandilla martyr. 204. b eius conſtantia. 207.d in perferendis cruciatibus tolerantia. 204.c
Blandillæ martyrium. 207 d
Blaſius Perſarum rex. 1045.d
Blaſij hæreſis 211.a
Bochchi iudæorum pontifex. 51.g
Bombycum in Perſica copia. 1140 g
Boux deæ ſacra 911.e
Bonifacij Libyæ ducis cũ Genſericho bellum. 933. a cum Vandalis amicitia. 933 h
Bonifacius presbyter. 840.b Rom. põtifex. 899.c
Bononia Galliæ. 859 g
Bonoſus Pont. max. 1103.e
Briſon Auguſtæ eunuchus vulneratur. 804.f
Briſon philipporum epiſc 821. b
Britannus epiſc. Scithatum 651.c contra Valentem Nicænam fidem defendit. 697. g in exilium actus & reuocatus. 697.b
Britannio à Conſtantino in gratiam receptus. 519.f
Britomonis tyrannis. 501 g
Britannorum ſeditiones. 489.f
Brochti locus. 851.f
Bruti mors. 40.f
Bucalis Arianæ hæreſis primus auctor. 360 d
Buddæ hæreſis circa principia. 286.b
Bulgarorum ad Chriſtianiſmum conuerſio. 1172.f
Burgundiones ab Hunnis infeſtati, Chriſtianam religionem complectuntur. 921 a
Burgundionũ de hunnis victoria. 921 b
Buſiridis martyrium. 565.f
Bycharia. 1048. c
Byzantium opp. liberæ cõditionis, antea Lygos dictum. 146 h
Byzantij à Conſtãtino debellati. 546.h
Byzantij primordia. 537. f. Vide Conſtantinopolim.
Byzantiorum epiſcoporum ſucceſſio. 561.f vide Conſtantinopolim.

C

Caath regio. 1139 f
Cabades Perſarum rex. 1068. g ad fidem Chriſtianam conuerſus. 1046. c bellũ cõtra Anaſtaſiũ ob denegatã ſibi pecuniã renouat. 1046. a vxoris beneficio ex carcere liberatur, & Nephthalitarum regnũ recuperat. 1041. b
Cabadis Perſarum regis res geſtæ. ibi. b de vxorum cõmunione lex. ibid c cum Romanis pax. 1046. a
Cabad regnũ à Perſis abrogatũ. ibid. a
Cabaonis Maurorum ducis res geſtæ. 1069. d
Cænophrurium caſtellum. 388. a cæremoniæ myſticæ cur Iudæis à Deo datæ. 30. c
Cæremoniarum in eccleſia diuerſitas vnde. 789. f
Cæremoniarũ etiã apoſtolorũ tẽpore magna fuit in eccleſia diuerſitas. ibi.
Cæremoniarum veteris Teſtamenti vſus. 30. b
Cæſarea Philippi ciuitas. 270. h
Cæſarienſis ſcholæ inſtitutio. 291. b
Cæſarius Gregorij Nazanzeni frater & Theodoſij imp. aulæ magiſter. 808. c ab eius in vxorẽ pietas. 867. e
C. Cæſar Iudæorum templa ſuis ſtatuis exornat. 99. f
C. Cæſaris mollities atque animus effœminatiſſimus. ibidem.
C. Cæſaris effigiem in templo Iudæi nolunt erigere. 99. f
Caiphæ palatium. 401 c
Caius ſcriptor eccleſiaſtic' 242. c 298. g 823 d epiſc. Hieroſolymitanus 210. f Arij ſectator. 366 g
Calamitati nullius inſultandum 442. g
Caladion epiſc Antiochen'. 991. f eius exilium 1010. c
Calemerus agricola Eleutheropolis præfectus. 864 g
Caligulæ imperium. 98. b
Callicratea epiſcopus Claudiopolitanus. 411. d 639 b
Callirhoe fluuius. 54. b
Calliſtus 930 a pontifex. 210. c
Calliſti apud Conſtantinopolitanos porticus. 630. b
Calopodium. 1031. g
Caluariæ mons. 508. g
in Caluariæ locum noua Hieruſalem à Conſtantino ædificata. 399. d
in Caluariæ loco infideles, in Chriſti contumeliam Veneris templũ erexerunt. 506. d
Camelopardalis animalis elegans deſcriptio. 487. d
Cãpania ab Alarico depopulata. 846. a
Candaces Aethiopũ reginæ eunuchus ad Chriſtianiſmum conuerſus 94. c
Candidus ſcriptor eccleſiaſticus 124. c
Cãdidi in terrã ſanctã profectio 984. h
Canis humana voce loquitur. 120. c
Canis exci mirabilia vaticinia. 1097. d
Canis apud Armenios feſtum. 1168 b
Canones eccleſiaſtici. 731. c
Canonum non tam verba quàm mens eſt inſpicienda. 911 g
Canonici libri noui Teſtamenti. 224 b
de Canonicis ſcriptis noui Teſtamẽti Nicephori iudicium. 144. f
Carpargamala ciuitas. 865. b
Capernaum ciuitas 400. b
Capito epiſc. Hieroſol. 210 f
Capitolij Rom conflagratio. 161 b
Capitolini Thraciæ præfecti eruditas. 561. h
Cappadocum monaſteria. 718. f
Capriui olim eccleſiaſticis bonis ab hoſtibus redempti. 886 c
Carbunculi morbus. 511. g
Cari interitus. 288. a
Carinus. ibid. eius interitus, 288. a
Carmina funeralia. 245. h
Carnis abuſꝰ 166 b mortificatio. 709. h
Carnifices martyrũ virtute atque conſtantia ad fidem conuerſi. 383. b
Carpocrates hæreticus impurus, impudens & voluptuarius. 189 c
Carponas Arij ſectator. 360. d 368. c
Carpus martyr. 186 c
Carræ Craſſi clade nobiles. 599. b
Carterij Macedoniani cum Eutropio diſceptano. 778 c
Carthago à Genſericho capta. 970. b expugnata. 955. b Romano imperio ſubiecta. 1071 h
Caryophyllum. 487. a
Caſpiæ anguſtiæ. 1031. e
Caſſianus epiſc. Hieroſol. 210. f
Caſſij Syriæ prætoris res geſtæ. 40. c mors. ibidem.
Caſtalius fons oraculatis. 589. g
Caſtratio ſpontanea. 502. c
Caſtor Agrippa. 190. c
Caſtori atque Polluci templum Antiochiæ à Tiberio ædificatum. 56. f
Catecheſis ſiue inſtitutio ante baptiſmum. 877. d 870. c
Catharorum hæreſis. 683. f
Cathegius. 840. h
Catholicus Africæ. 519. a
Cataphrygæ hæretici. 197. h 213. f. 215. d
Cæſarea ciuitas. 595. d Romanis vectigalis à Tiberio facta. 94. c à Iuliano in ordinem redacta 356. a
Cæſareæ epiſcoporum poteſtatibus in eccleſiaſticis rebus ſubiecti. 250. e
Cecilianus Carthaginenſis epiſc. 519. c
Cecropius Nicomedienſis epiſc. 519. b
Cedron torrens. 400. a
Celadion epiſc. Alex. 174. c
Celer aulæ apud Anaſtaſium imp. præfectus. 1031 f
Celeſtinus pont. max. 899. e
Celſus epiſcopus. 659. c
Cẽſus vniuerſalis ſub Auguſto in orbe actus. 46. b
Cerdebæi cõtra Iudæos res geſtæ. 17. d
Ceraborrs martyrium. 278. b
Ceraunoboli. 199. b
Cerdo epiſc Alexandrinus. 150. d eius hæreſis. 189. g
Cereris Eleuſinæ ſacra myſtica. 437. h
Cerinthus hæreticus. 190 b 211 b
Cerinthi hæreſis. 164 c 277 f
Ceſtij Flori Iudæorum procuratoris auaritia. 151. g
Cete. 487. c
Chaganus Hunnorum dux. 1117. b eius in Macedonia res geſtæ. 1147. c item contra Romanos 1117. a cõtra Turũ 1110. c cũ Taugaſtanis fœdus. 1140. c in Alexand. martyris cineres impietas. 1117. c de Abdelitis ſiue Ephthalitis in oriente victoria 1118. c
Chagani barbaricus faſtus & inſolentia. 1117. d
Chaleb ciuitas. 916. c
Chalcedon quaſi ſuburbanus Conſtantinopolis vicus. 960. g
Chalcedonis muri à Valente diruti. 667. a reſtaurati. 667. d
Chalcedonenſis ſynodus 960 c
Chalcedonẽſis ſynodi doctrina. 1019. f 962. b 982. c 1011. c non ab omnibus comprobata. 1019. b 1042. b 1066. a
Chalcedonẽſis ſynodi canones. 1007. b 964. c oppugnatio. 1114. d 1057. b dãnatio. 1009. a 1010. b 1018. b
Chalcedonẽſis ſynod' à Timotheo Aeluro diffamata. 979. g à Iuſtiniano ſemper defenſa. 1065. b ab Aeluro & Amphilochio dãnata. 979. g omniũ epiſcoporũ calculo cõfirmata. 576. f
Chalcedonenſis ſynodi oppugnatores ab Anaſtaſio imp. dignitatibus priuati. 1039. b
contra Chalcedonenſem ſynodum à monachis Antiochiæ grauis mota

Universidad de Deusto
Biblioteca

seditio. 1031 a
Chalcidis solitudinis monachi. 717 h
Chaphar chon vicus. 716.c
Charchæ. 1131 g
Charistus episcopus. 659.c
Charitenis confessio. 287.d
Chazinzatij hæretici. 1165.d
Chelcias Iudæorum pontifex. 91.h
Cheremonis Stoici libris Origenes plurimum delectatus. 240.c
Chiliastarum hæresis. 170.d
Chioniæ martyrium. 307.a
Chosroes Persa diuinis miraculis ad Christianismum conuictus. 1078.c Mauricij imp. ope in regnum suum reducitur. 1130.c Sergio crucem auream dedicat. 1111.g
Chosrois contra Rom. bellū 1075.c de bello Romanis nō inferēdo lex. 1113.a
Chosrois Persæ in Oriente res gestæ. 1107.g
Chosrois Asiraronij diuinationes 1136.f nocturnæ visiones. 1136.ad Mauricij imp fuga. 1130.a clades. 1111.g mors. 1113.a
Chosroe discus aureus S. Seruio voti causa inscriptus. 1131.h
Chrestus Nicææ episcopus. 382.f
Christus ab initio mundi hominibus cognitus. 29. a verus deus & homo. 63.d statim ab Adamo patribus veteris testamenti per figuras fuit cognitus. 34.d
Christi cur & quomodo Ioseph dicatur filius. 91.f cur primis hominibus nō tā clarē vt nobis innotuerit 19.c
Christus cur à Ioanne baptizatus. 57. c quare dicatur filius hominis 30.b
Christus à domino vnctus Mosis testimonio 31 d verissimus seruator noster in quo nihil neque imaginarij, neque fucati. 31.c verus sacerdos ac pontifex. ibid. quomodo sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ibid. secundum eadem tantum passus. 1039 h
Christus Dei filius carnifer, & homo deifer. 740.b xij. annos natus cum legis doctoribus disputat. 53 a
Christus intra quod tēpus & sub quib. doctrinæ suæ cursum peregerit. 71.f
Christus miraculis fidem diuinitatis suæ confirmauit. 56.b
Christus quomodo patri cōsubstātialis dictus. 387. c Petri erga se amorē cur toties explorare voluerit. 81.b an extremam horam nouerit, disceptatur. 778. h discipulorum suorū pedes cur lauare voluerit. 70 c
Christus captus, ad diuersos Iudicij causa ductus est 72.g
Christus crucifigitur, & inter scelerato deputatur. 73. c cur in publico loco crucifixus. 75.c
Christus non tantum vt homo, sed vt deus enā iuxta carnē est passus. 74.a
Christus quānam ratione tertio à morte die resurrexit. 83. f post resurrectionem cur tam multis se manifestare voluerit. 75.h
Christus quo mysterio quadragesimo à resurrectione die ad cœlos ascenderit. 83.g
Christus cur die L. à resurrectione spiritum sanctum demum miserit. ibi.
Christus à Cæs. Tiberio contra senatus Rom. sententiam in Iudeorum numerum relatus. 97.b
Christus verus & fidelis martyr. 209.c
Christus ipse in sanctis martyribus, vt in membris suis patitur. 205.f
Per Christum sumus filij Dei baptismo adoptati. 1040.c
Christus per contemptum Galilæus à Iuliano apostata appellatus. 377.c
Christi nomen veteribus Hebræis cognium, & in magno honore habitum. 34.c
Christi nomen à Mose in veteri Testamento aperte expressum. ibid.
Christi seruatoris aduentu Romanum auctum imperium. 543 c
Christi genealogiæ dissonantia apud Euangelistas vnde nata 247.b
Christi genealogia ex Africano decerpta. 46.d
Christi natalis dies quando primū institutus. 1091.h
Christi incarnatio. 30.b 48. b 902. b 1000 f 1012 g
Christi duplex nativitas, diuina & humana. 28 c 907. c circumcisio. 49.d
Christus in domo Iosephi circumcisus. ibid d
Christi pueri exilium in Aegyptum. 52.e
Christi de Ioanne Bab. testimonium 38.d
Christi in templo oblatio. 49.c
Christi humanitas ac diuinitatis vera ac certa indicia. 64.h
Christi erga parentes obedientia. 53. b doctrina. 62 c
Christi doctrina non est noua. 53 d
Christi doctrinæ finis & scopus. 64 h miracula varia. 65 d
Christi miracula non omnia ab Euangelistis sunt conscripta. ibid.
Christi transfiguratio ibid. variæ vnctiones 69.a pontificatus & sacrificium 605 b œconomia in mūdo. 31.e monarchia. 1031 g sacerdotium sempiternum. 31 c regnum sempiternū in vrbem Hierosolymitanam triumphalis ingressus. 69. b passio. 1000 f mors illustris. 73. f sepultura magnifica. 74 g
Christi seruatoris sepulchrum magno miraculo inuentum. 397.f 398.h
Christi sepulchrum à cōstantino imp. restauratum. 397.c
Christo sepulchro obruto, infideles Veneris ibi templum erexerūt. 397.c
Christi resurrectio 66. d 74. e 1000.f
Christi resurrectionis certa indicia. ibid g
Christi post resurrectionem apparitiones & miracula. 79.f
Christi resurrectio sanctarum mulierum atque discipulorum testimoniis comprobata. 77.b
Christi resurrectionis festum quomodo & quando celebrandum. 392 b
Christi resurrectio cur non perinde vt mors eius aperta ac manifesta fuerit. 75. h
Christi in terris post resurrectionem, mille annorum regnum. 170 d
Christi corpus post resurrectionem diuinum ibid.
Christi descensus ad inferos. 68 g
Christi anima apud inferos non retenta. ibid e
Christi in cœlum ascensio. 82.b
Christi tunica indissolubilis. 363. b
de Christi imperio oraculum in templo Hierosolymitano inuentū 118 c
Christi in hilationibus connubiis inuocatio. 381 g
Christi negatores ab Ecclesia respisceētes suscipiendi. 207 a
Christi salutatoris effigies & statura. 85 b facies ab Augari pictoribus exprimi non potuit. 96.h
Christi & matris eius effigies ad Persārum regem perlata. ibid. f 97.a
Christi crucifixi imago martyribus ostensa. 234.h
in Christo tenera duæ naturæ. 881.c 1005.b 1039 e 1156.g 1000.e
Christo ab Augusto ara in Capitolio erecta. 15.h multa templa à Constantino sacrata. 148.d
Christiani ab omnibus dignitatibus à Iuliano remoti 381 g in infamiam & odium publicum cōiecti. 204.c permissione diuina afflicti. 316.b
Christiani hominis vita. 233.c
Christiani hominis professio in quibus potissimum consistat. 54.c
Christianorum origo ibid. d nomen Antiochiæ primum natum. 55.c
Christianorum nomen ab autore sanctificatum. 32.c
Christianorum nomen & ecclesia ab ipsa Christi apparitione extitit, sed professio eorum ex exordio mundi celebrata est. 33.d
Christianum nomen veteribus etiam ante Christum competit. ibid.
Christianorum fides vividissima. 33.c
Christianorum maxima apud Alexandrinos persequutio. 252. a item sub Nerone. 129 d Diocletiano repentina 305 f Domitiano. 160. f Seuero. 230. f Traiano. 165. c in Persida. 410 g
Christianorum contra satanam arma spiritualia. 231.b
Christianorū cum Iudæis de religione vera in vrbe Ro. colloquiū. 331.d
Christianorum diffidia ex ignauia & temporum felicitate nata 296.b
Christianorum oratoria in templa mutata. 296.b
Christianorū in reipus prosperis ignauia. 294.f
Christianorum Pæanes. 218.g
Christianis infideles mundi casus accrebunt 177.b membra mutilātur, ne morte supplicij finē assequātur 303 c
Christiana religio omnium antiquissima 27.h 33.d 31.f non est arte dialectica suffulta. 376.d
Christiana religio homines etiam feros ad humanitatem excolit. 727 b
Christiana libertas. 785 b
Christianismus nō ab hominibus, sed à Deo venit. 408.b
Christianismi mirifica propagatio. 344.c incrementa. 173.c 489.h
Chrysophorus martyr. 251.d
Chrysampelus episcopus. 659.c
Chrysanthus Britanniæ vicarius, inuitus episcopus à Nouatianis creatus. 871.c Aciam defunctus, Nicænæ synodi decretis miraculose subscripsit. 389 e
Chrysanti Nouatiani episc. mors. 876.g
Chrysaphius eunuchus. 943.d 959.f relegatur. 935.h
Chrysaphij in Flauianū odium. 931.g mors. 955.h
Chrysogoni ad Anastasium epist. 956.f
Chrysostomus theologorum eloquentissimus. 786.h
Chrysostomi cum Sisinio disputatio. 791.c eius epistolæ à Basilio & Gregorio commendatæ. 670.c
Chrysostomi orationes, quas ἀνεμέσητας inscripsit. 808 a
Chrysostomi sacri ordines 792.h mors 848. Vide Ioan. Chrysost.
Chrysopolis ciuitas. 889 c 543.c
Chubdan ciuitas ab Alexādro Magno condita. 1140.f
Ciborū in ecclesia Dei delectus 565.g
Ciborum delectus varius in ieiuniis à diuersis obseruatus. 786.b
Cinaron locus. 876 g
Circenses ludi. 857 b 1075. h
Circesium oppidum. 1105. b
Circumcisio Christi in domo Iosephi facta. 49.b
Ciricus episcopus Ptolom. 226.g
Claudianus poeta. 954.c
Claudius imperator Rom. 281 e
Claui Christi crucifixi. 389.b
Clauium ecclesia. potestas. 802 g
Clearchus præfectus. 667.c
Clemēs presbyter Alexandrinus. 237 g
Clemens Alexandrinus cōfessor. 191.a
Clemens Pantæni in schola Alexandrina successor. 222 f
Clementis Alexandrini facta & lucubrationes. 223.f
Clementis Ancyrani episcopi martyrium. 200.b
Clementis pontificis parentes & genus. 128 b 132. b scripta. 167. b vita & martyrium. ibidem.
Clementis ad Corinthios epist. 202.b & alia in Corinthiaca ecclesia lecta. 195 b
Cleobiani hæretici. 191 g
Cleomedes pugil in deorum numerū relatus. 608 a
Cleopater episcopus Arianus. 84 g
Cleopatra regina. 18. d quibus artibus in Cæsaris manus deuenerit. 44 g
Cleopatræ & Antonij amor. 41 b 44. g
electi à Iuliano in senatū lecti. 368 c
Cnaphei epist. Antiocheni impietas. 990. d exilium. 1009 a
Cœlestinus pont. max. 917. d eius ad Nestorium literæ. 905.c
Cœlestytiæ monachi. 717. h
Cœmiteria Christianorum à Gordiano permissa. 269.f
Cœna paschalis. 70.c
Cœnæ Dominicæ prima institutio. ibi Vide Eucharistiam.
Collurbus. 363.b
Columbæ auspicio Fabianus factus episcopus Rom. 210.f
in Columbæ specie cur spiritus sanctus. dum Christus baptizaretur, sit visus. 57 d
Comatius Procopij tyranni proditor. 622.h
Comæta ante mortem Constantini imp. visus. 448. b item sub Theodosio. 794 b
Comitenses. 692.c
Comitatus. ibid.
Compres monachus Aegyptius. 704 a
Commendaticiarum literarum cessatas Iulianus instituit 378 g
Commentioli Rom. ducis contra Chaganum Hunnum res gestæ. 1137 c nē contra Persas. 1128 g
Commentioli contra Barbaros res gestæ. 1145 c
Commodus imperator. 210 e
ad Communionem profugi episcopi à Romano episcopo admitti. 460. b Vide Eucharistiam
Concilia quatuor vniuersalia. 972. f septem prima œcumenica. 10. b Vide synodos.
Conciliorum vilitas atque necessitas.
Conciones ad Populum Rom. in ecclesia non habitæ. 788.b
Concordiæ studium in ecclesia diligēter conseruandum. 571.b
Concubitus illiciti à Constātino prohibiti. 349 g
Confessio peccatorum priuata. 775.c
Confessio peccatorum ante Eucharistiam necessaria. 708 d
Confessionis Christianæm emorabilia exempla. 709 g
in Confessione mulier à diacono compressa. 776.b
Congiaria quando Romæ dari solita. 58.e
Coniugij necessitas. 381 b
Cōiugij 2103 celebratus collatio. 106.b
Coniugij leges à Cōstantino latę 346 c
Coniugalis castitatis memorabile exemplum. 441.e
Coniugia sacerdotum. 787. b
Conon abbas. 1088 b
Conon Aparneus episcopus insignis bellator 1044. b eius aduersus Pluloponnum disputationes. 1157.b
Conomitatum hæresis. 1160 g
Conscientiæ caimsicina. 106 f
Conscientiæ bonæ hilaritas. 839.c
Constantia Phœnicum ciuitas. 405. f
Cōstantinopolis primordia 347 b 358.c homyn augurium. 358.f
Constantinopolis à Constantino denominata. 347 b noua Roma dicta. 346 b 744. d alter paradisus. 3.c
Constantinopolis ciuitas Mariæ virgini sacrata. 194. g diuina prouidentia à barbarorum insidiis conseruata. 800. g Gothis vastata. 801.a ab Andronico Palæologo restaurata. 10.c 11. h
ad Constantinopolis encænia episcopi Nicænæ synodi à Constantino imperatore inuitati. 194.f
Constantinopolis vrbs imperialis, à Christianis per Andronicum imperatorem restituta. 16 c
Constantinopoli commune imperatorum sepulchrum. 429.g palatiū imperiale ab Andronico imperatore constructum. 13 a
Constantinopoli tumultus in Anastasium imperatorem excitatus. 1015.c
Constantinopoli propter kurychetis errores synodus prouincialis coacta 931.h templum à Ioanninis incēsum. 816. c ob receptum Macedonium. 461. g propter episcopi electionem. 454 g
Constantinopolitanæ vrbis laus. 347.f ornamenta. ibid.
Constantinopolitanæ in fidei negocio contentiones. 441.g
Constantinopolitanæ sedi iurisdictio integra in concilio Ephesi restituta. 1031 d
Constantinopolitanæ plebis tumultus 1081. f alius propter lenitatem in idololatras iudicum sententiam. 1114 b item contra Mauricium imperatorē sedito. 1146.c
Constantinopolitani imperij terminus. 118 f
Constantinopolitani episcopi primatus. 961. c 759. h 1001. a
Constantinopolitana 10 episcopi electione seditio noua. 419.b
Constantinopolitana quinta synodus vniuersalis. 1088.f
Constantinopolitanum concilium. 715 c 1066. d 741. g 744. c eius decreta. 931. b 750 h 1089. a confirmatio. 1010 a
Constantinopolitanum concilium aduersus Scuemm & Zooram. 1067 f
Constantinopolitanum incendium. 921.c 966 1068 h
Constantinopolitanorum episcoporū successiones. 561. f 1057 a 1065. a
Constantia Licinij Cæsaris vxor. 309.h 556. d 561. d
Constantiæ Constantij vxoris mors. 313.e
Constantinianæ thermæ. 811.b
Constātia Palæstinæ Gazeis à Iuliano subiecta. 115 b
Constans Romanorum ad Persas legatus. 310.c
Constans Chiorus 310.e Imperator ex monacho creatur. 310.f 436.b Italiæ atque Africæ imperiū recusans, Britannia & Gallia cōtentus vixit. 310 b
Constans à Constantino patre Imperator declaratur. 109. h
Constans Imp. Christianorum fautor. 311.b constanter professionem fidei confubstantialis recinuit. 410.g
Constātis in Drepano somnium 110. g ad Constantium de restitutione Athanasij & Pauli literæ. 491. b ibidē 507.a mors 110 f 311. c mores & vita. ibid. d cædes. 110. g 860. g
Constantinæ Augustæ & filiarum eius cædes 1150. d epitaphium. ibidem c
Constantinus episcopus Constantinopolitanus. 361. f
Constātinus Constātis ex Helena fil". 110. g 310. b Constantis successor 557. c scripturā Christi fidelibus exemplar, quod imitarentur viuū proponit 329 d
Constantinus in Diocletiani aula diu educatus. 155. b a patre in Romanorum Imperatorem coronatur. 311 b
Constantinus Imp cōcilij Nicæni præses. 380. c Iudæis infensissimus 389. h baptizatur. 376. c 698. b 329. c 343. d 330. f
Constantinus concordiæ atque vnitatis insignis amator. 245. h in vrbe Constantinopolitana Sophiæ seu sapientiæ Dei templū ædificat. 462. f
Constantinus iniurias Christianorū in Maxentio tyranno persequitur & vlciscitur. 223. a ob amorē Christianorū Diocletiano ingratus 311. b Græcorū aras hæreticorum lingua indignis modis expetitur. 310. h cōmentitiosis Zosimi scriptis afficitur 1050. c falso crudelitatis erga suos accusatur. 310. g
Constātinus num Crispū filiū 1103 Faustā vxorē occiderit, dubitatur 1030. g
Constantinus multorū sanctorū tēpla diuersis locis facrauit. 107. g Romani imperij vexillum in Christi signum mutauit. 311. c
Constantinus imperij ditiones inter filios diuidit 448. a Nicænā synodum instituit. 178. f amplificandæ religioni Christianæ totus incumbit. 395. h viduis virginibusque sacris sumptus ex publico cōstituit 394. g suum vaticinium innocentium infantum vitæ postponit. 328. b idolorū templa & statuas diruit 404. c Christi sepulchrū ab infidelibus dirutū atque contumelia affectum restituit 106. d
Constātinus Imp. lepra inficitur 328. b liberatur. 329. f
Constantinus à Licinij insidiis diuinitus seruatus 341. f morituris Athanasiū ab exilio reuocari iubet 448. b 448. d locum qui Olea dicitur, magis ædificiis exornat. 361. c
Constaminus Pogonatus. 1096. h
Constātini Imp ortus, genus, ac parētes 314. f eius vita breuiter descripta. 1169. a encomium. 327 b 450. c 748 b
Constātini imperium. 309. h cū Irene. 899 h 1171. f
Constantini virtutes. 341 b statura & forma. 450. f pietas. 328 b erga Christianos insignis humanitas. 311. b liberalitas & munificentia. 1050. d erga Theophilū Indū munificentia 484. a promouēdæ religionis studiū. 416. b erga Athanasiū malevolentia. 445 g
Constantini baptisterium Romæ diu asseruatum. 350. e
de Constantini baptismo discrepant autores. 330. f
Constāt. Imp de Ario, sectatoribus eius papa Iacob*, & libris eorundem cōstitutio. 363 f nec alia pro Christianis 325. h A-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sianorum libris comburendis. 395.h
item de immunitate clericorũ. 338.g
de episcoporum conuentibus. 339.c
pro Christianis edictum. 336. c aliud de bonis ecclesiæ atque Christianis restituendis. 338. c leges atque pro Christianis actiones. 342. f 345. b 356. d
Constantini contra Iudæos lex. 490. f
item contra hæreses omnes. 446. e
Cõstãrini Imp. portatilis ecclesia. 402. h
vicennalia 394. e donatio. 343. f
Constantini priuilegia Christianis cõcessa. 338. c
Constantini Imp. cum Syluestro Pontifice colloquium. 328. d ad Arĩũ epistola. 433. g item alia ad Alexandrinos, de Ario atque Nicænæ synodi decretis. 391. d ad Alexandrum episcopum Alexandriæ & Arium 372. d ad Asianos de celebratione Paschæ. 780. d ad Cecilianum Carthaginensem episcopum 338. b ad Eusebium Pamphili de ecclesiarum structura. 395. d de libris ecclesiasticis comparandis. 396. b ad Macarium de Christi monumento. 399. e ad Persarum regem Saporẽ pro Christianis 391. b ad Tyri episcopos de synodo Constantinopolitana 440. d ad Visum catholicum Africæ. 339. a
Constantini Imp. ad vnionem ecclesiasticam exhortatio. 371. c ad episcopos in Nicæno cõcilio cõgregatos, de incũda cõcordia oratio. 379. a
Constantini imp. ieiunia 328. d pia in vrbe opera 335. b forum. 148. c 443. c 580. a Porphyretica columna. 441. c porticus 147. d regia magnifice instituta ibid. statua ibid. f alia cũ vexillo crucis. 335. c thermæ 84. c et tyrannis. 859. g 845. g contra Byzantios bellum. 346. h item cõtra Iulianum. 343. d cum Maximiano 332. e de Byzantiis victoria. 347. b alia de Maxentio. 324. b 356. d de Licinio. 343. c 356. d
Constantini & Constantij ad Arelatense fuga. 860. g
Constantini Magni statua Constantinopoli restauratur. 12. g
Constantini Copronymi Imperatoris in Mariam virginẽ cõtumeliæ. 1169. a
Constantini Cæsaris testamentũ. 448. d mors. ibid. 544. a 551. g sepultura 449. f
Constantini Imp. ossa transferuntur in alium locum. 628. d
Constantini iunioris in Occidente imperium. 460. b ad Alexandrinos pro Athanasio epistola. 455. e cædes 459. c 500. b
Constantini iunioris corpus in Alsam fluuium deiectum. 454. f
Constantini Lardy patricij domus à furiosa plebe incensa. 1148. f
Constantini Porphyretica statua. 450. e
Constantius Gallus Cæsar in Oriente. 509. g
Constantius Iuliani apostatæ pater. 309. h imprudenter à Iuliano in Cæsarem creatus. 544. a in societatem imperij ab Honorio assumptus. 859. f
Constantius patris sui egregius imitator. 549. f per vniuersam Athanasij condemnationem, inter Orientales & Occidentales vnionem fidei cõciliare contendit. 511. e
Constant. princeps Christianissimus. 544. c ab episcopis seductus. 549. e episcopos antea restitutos denuò extrudit. 502. f ante bellũ ciuile mortuus. 551. f
Constantij Imp. in Athanasium simultas. 462. c
Constantij laus à Gregorio Nazianzeno decantata. 490. h 491. a
Constantij cum Liberio de Athanasij fide colloquium. 511. e in fide lapsus. 491. a ad ecclesiam Alexandrinã 510. Athanasio literæ. 486. d ad Philippicũ vrbis præfectũ de Paulo episcopo eiiciendo epist. 461. f alia item ad Augustonicæ, Thebaidis & Libyæ præfectos, pro Athanasio restituendo 498. e ad Antiochenos cõtra Eudoxium literæ. 517. f ad synodũ Armenicensem responsio. 521. b cũ Maxentio bellum 321. g item cõtra Magnentium. 510. g cum eodem prælium 510. Etruphus 511. b funus. 541. g
Constantij Galli res gestæ. 511. a
à Constantio Gallo horrenda visa prodigia. 500. g
Consubstantialis verbum magnas excitauit aregoedias. 505. a
Cõsubstãtialis verbi significatio. 611. g explicatio. 700. a
Consubstantialitatis verbum non est nouum aut recentèr inuentum. 389. e
de Consubstantialis verbo noua inter episcopos contentio. 429. g
Consuetudinis præscriptio in ecclesia catholica 24. c
Contobadiratum hæresis. 1139. g
Corinthiorum sectiones 202. a terræmotus. 1039. h
Cornelius episcopus Antioch. 174. c
Cornelius episcopus Rom. 288. c 250. g eius decretum. 670. f cum Novato de pœnitentibus in ecclesiam recipiendis disceptatio. 384. a
Corruti libris Origenes plurimùm est delectatus. 240. d
Corruptio in sacris literis duo significat. 1001. h
Cosmas ad pacificationẽ instituendam Alexãdriam à Zenone mittit. 1027. g
Cosmæ Epiphaniensis episcopi assutũ farinus. 1036. g
Coriæ alpes. 1066. h
Creatũ verbum quot modis in scripturis accipiatur. 469. g
Crescens philosophus Iustino mortis fuit causa. 181. a
Crescentis Cynici philosophi cum Iustino martyre disputatio. 180. f
Crispus Heraclii præfectus. 1168. e
Crispus constantini Imp. filius cũ patre baptizatur. 329. e
Chrispi pro Christianis leges. 331. a mors. 346. g
Chrispion monachus. 716. b
Chrispionis archidiaconi mors. 814. c
Cromon centum & decem annorem monachus. 731. f
Cronius philosophus. 240. e
Crux Christi ab Helena inuenta. 368. f in nummis Constantini impressa. 340. b Gallo Hierosolymis in cœlo visa. 509. g Constantino in cœlo visa 348. d 356. a 347. a
Crucis Iesu Christi exaltatio. 399. a
Crucis exaltationis dies anniuersarius. 440. c
Crucis victricis efficacia. 336. a 350. f
Crucis vexillum contra Maximinum à Constantino erectum. 332. b
Crucis armatura fretus Theodosius hostes aggreditur. 797. h
in Crucis ligno Apameæ miraculum editum. 1076. h
ad Crucis signum multi ægrotantes sanati. 464. a
Crucis signaculo dæmones à Iuliano fugati. 554. f
Crucis signa in fronte à Turcis contra pestem gestata. 1137. e
Crucis tria trophæa Constantinopoli à Cõstan locis celebrib⁹ statuta. 403. c
Crucis atque afflictionis fructus 772. b 756. b
Crucis supplicium abolitum. 545. h in Cruce semper exulcrandum. 815. d
Cubicus apud Aegyptios non in Græcorum delubra, sed in Christianorũ templa Constãtin. cæteris delat⁹. 126. g
Cucusus locus. 834. c
Culices & muliones diuinitus Persis vrbem Nisibin expugnantibus immissi. 501. f
Cunni fl. 1139. c
Curatores possessionum Imperatorũ. 119. c
Curs Scytarum dux. 1112. f
Cusum opp. 505. d 502. f
Cyri opp. 719. a
Cyriacus episcopus Constantinopolitanus. 756. c 1142. h 1133. d
Cyrini Chalcedonensis episcopi in Chrysostomũ odium. 816. e mors. 848. f
Cyprriana tempestas. 1071. g
Cyprriana dies apud Lybias festus. ibid.
Cyprianus magiæ studiosus. 251. b
Cyprianus lectione Tertulliani plurimum est delectatus. 223. c
S. Cyprianus Vandalorũ cladẽ prædixit. 1072. c martyrio coronatur. 251. b
Cyprriani templum à Vandalis demolitum. 1071. g
Cyprris Antipatri vxor. 39. g
Cyrenius Syriæ præfectus. 45. d ejus dignitas. ibid.
Cyrillia scripta. 523. d
Cyrillianus episc Alexand. 873. a 561. f
Cyrillus episcopus Antiochenus. 289. c
Cyrillus Hierosolymitanus episcopus. 472. a 527. a 611. c 746. b 757. b
Cyrillus in episcoparum Hierosolymitanum restituitur. 543. d
Cyrillus per seditionem in episcopum Alexandrinum creatus 874. b
Cyrilli Alexãi in synodo Ephesia Romani Pont. locũ tenens. 906. c suũ de Chrysost. errore corrigit 896. b Chrysostomi nomẽ episcoporũ matricula inscribit ibid. b libros aliquot Chrysostomo deleuisse falsò credit⁹. ibid.
Cyrillus episcopus Iudæis Christi veritatem prædicat. 507. b propter famem Ecclesiæ aulas vestimentis & donariis venditis, egenis subuenit. 518. f ab Acacio episcopatu orbatur. 538. b cum suis proscribitur. 908. f
Cyrilli cum Oreste contentio 874. a itẽ cum Iudæis 874. b & cũ Leone Põt. Max. 1001. c ad Atticum epistola. 893. b item ad Nestorium. 911. b ad eundẽ de duabus in Christo naturis. 899. g Iconii Rom. episcopi epistolam in synodo Chalcedonensi respondum. 1001. c ad Ioannem Antiochenũ de Mariæ virginitate epistola. 1000. g alia ad Felicem Papam 1012. b nec ad Acacium ibid contra Nestorij hæresim scripta. 904. g aliæ lucubrationes. 873. b
Cyrilli episcopi libri à Timotheo Aeluro depravati. 976. ejus mors. 970. c
Cyrilli Romanorum ducis contra Vitaliani & Hunnos res gestæ. 1047. h
Cyrilli diaconi Heliopolitani cædes. 561. c
Cyrilli Hierosolimitani episcopi condemnatio 508. e mors. 746. b
Cyrillo Hierosolymitana ecclesia adempta 543. d 908. f
Cyrus vibis præfectus. 854. a
Cyrus Panopolites poeta insignis. 754. c 810. c
Cyrus ex præfecto vrbis Constantinop. fit Iust episcopus. 929. c
Cyrus rex à Medis ad Persas transtulit imperium. 36. f
Cyricenotum in Christianos odium. 576. b Iulianum propter templorũ restaurationem legato. 576. a
Cyzicenum templum ab Hadriano conditum. 173. c

D

Dacia à Traiano victa. 172. g
Daroa vicus. 778. c
Dadastana cõ. 617. g
Daiseus hæreticus 669. c
Dæmoniacus Constantinopoli cladẽ Eugenij prædicit. 772. c
Dæmoniaci in Nicomedia insania. 510. a
Damabius episcopus. 659. b
Damasus ecclesiæ Romanæ præfectus. 723. a
Dalmatia ab Alarichо vastata. 841. g
Dalmatius Cæsar 436. c
Dalmatius Antiochiæ administrator. 436. c
Dalmatij cædes. 500 c. 549. g
Dan Phœniciæ ciuitas. 594. c
Daniel Carrarum episcopus. 719. b
Daniel Nicopolitanus episcopus Ancyram translatus 896. h
Daniel Stylites. 497. c eius miracula. ibidem.
Damasus Pont. Max. 759. b 702. h 688. c 702. f
Damasi Pontificis ad Paulinũ episcopũ catholicæ fidei professio. 730. b ad Orientales ecclesias scripsit 578. f de Romani synodi decretis epist. 702. h
Damasi orthodoxia 739. a
Damianistarum hæresis. 1100. f
Daniel columella. 1015. a
Daniel monachus 476. b
Daphnes lucus. 1027. b 1076. g 857. c
Daphnæ templum à Gallo imperatore constructum. 589. f eius conflagratio. 591. a
Daphnæus Apollo. 589. c
Daphnæum oraculum. 589. g
Daphnem cur Ladonis fluuij filiam poetæ finxerint. 588. c
Daras castellum. 1100. a Romanis restitutum. 1111. c
Daras ciuitas Anastasia Imperatoris nomine vocata. 1047. c
Darius Arsamus Persarum rex. 36. g
Darij Histapis leges. 1140. f
Dassarites lacus. 1092. c
Dacius Patricius. 620. a
Dauidis regis propheræ sepulchrum. 38. a 400. d
Dauidis posteros Vespasianus in Hierosolymæ expugnatione præcipuè occidi iubet. 160. g
Dauidis posteri vt interficiantur, à Domitiano inquiruntur. 161. a
Dausus episcopus & martyr. 414. f
Decennius Cæsar. 510. g
Decennius Imperator. ibidem.
Decij in Christianos crudelitas. 250. h
Defunctorum memoria. 402. g in Deccat. 1089. b
Delphicum oraculum Christo nato prorsus conticuit. 51. g
Demetrianus episcopus Antiochenus. 285. g 180. c eius mors. 280. c
Demetrius histrionicus. 222. g
Demetrius episcopus Alexand. 235. d 231. a 250. f eius mors. 245. c
Demetrius Pellinuntius episc. 857. b
Demetrij episcopi in Origenem fauor & inuidia. 231. c
Demetrius propter fidem Christianã crudelissimè mactatur. 503. c
Demophilus episcopus Constantinopolitanus. 671. c Arianorũ apud Cõstantinopolitanos princeps. 766. b 671. c ecclesias Constantinopoli excedit, & extra vrbem conuentus instituit. 744. b
Despotes septem gentium & septem orbis climatum dominus. 1119. f
Deus gratuam suam cuiã indignis largitur. 578. a
Dei gratiæ qui capaces homines. 4. g
Dei longanimitas Iudæos frustra ad pœnitentiam vocant. 152. f. 159. f
Dei substantia qualis. 200. c d visiones vbique horrendæ. 29. a
Deorum gẽtilium turpissima flagitia. 514. d
Deorum in numerum qui relati. 606. e
Demetrius Arianus baptismi veiberum prævaricator 1041. h
Diabolus dissidiorũ in ecclesia autor. 1017. b
Diabolus materiæ princeps à Manichæis indicatus. 286. c
Diabolus idololatriæ autor & propagator. 344. d
Diaconorum ordinatio. 89. b
Diantus Cæsareæ Cappadocum episcopus. 457. f
Didymus Alexandrinus monachus. 716. c 719. b
Didymus Alexandrinus doctor, & Ecclesiasticus scriptor exeus. naturæ miraculum. 480. d
Didymus Alexandrinus in visione Iuliani apostatæ eãdem vidit 602. f hostis veritatis iudicatur. 472. a
Didymi Alexãdrini libri. 481. g cædes. 859. g
Didymi episcopi Aegyptij martyrium. 508. d
Didymion episcopus. 659. c
Dierum observatio 26 festa. 274. f
Digamus à Valentiniano digamo consecrata. 706. f
Dilunium Alexandrinum. 804. a
Diocæsarea cui. 696. b
Diocles episcopus. 638. c
Diocletianus Imp 288. a Imperio se abdicat 321. c 305. d vno Soteriorum die ecclesias Christianorum omnes diruit. 282. b
Diocletiani imperũ quale. 309. g in Nicomediam profectio. 310. g
Diocletiani imperatoris facta 131. d crudelitas in Christianos 109. c. 217. g ergo Constantinum odiũ ex illius pietatis amore natum 309. a
Diocletianæ adnexius Christianos edicta 296. a mors. 312. b
Diodorus Ciliciæ episcopus. 748. b Manichæorum infectator. 284. b
Diodorus Tarsensis episcopus. 740. d 746. b. 751. a
Diodorus fortissimus pro Christi gregis athleta. 685. c
Diodori Tarsensis episcopi theologia 791. c
Diœcesium ordinationes. 731. b
Diogenes episcopus Constantinopolitanus. 862. c
Diogenes Cyzici episcopus. 1004. e
Dionysius Alexandriæ episcopus. 187. c 245. c 252. a
Dionysius Alexandrinus pro Christianis apud Aegypti præfectũ causam dicit. 268. a in Libya relegatur. 268. b
Dionysii Alexandrini epistolæ. 279. b variæ scriptæ 275. c 279. d contra Nepotis hæresim disputationes. 275. d errores. 280. b mors. 281. b
Dionysium Alexandrinum à martyrio conseruauit Deus 252. a
Dionysius Areopagita Apostolorum discipulus. 974. a Pauli cohortatione factus episcopus. 192. f
Dionysii Areopagitæ philosophi in Christum fides. 111. e imperii. 161. c martyrium. 187. f & incubationes ibid
Dionysii Corinthi scripta. 103. d eius epistolæ adhuc viuentis ab æmulis depravatæ. 159. f
Dionysius Magnus episcopus Alexandrinus. 150. h
Dionysius Mopsuestiensis episc. 929. e
Dionysius Pompeiopolitanus episcopus. ibidem. e
Dionysius Romanus episc. 285. a 288. c
Dionysii Paschales epistolæ. 275. e 285. f
Dionysio templum Antiochiæ cõstructum. 36. f incensum. 498. b
Dionysius Ouenus dux. 975. e
Dionysio muliebri mancipio dedicata statua. 565. d
Diophantus episcopus. 659. c
Dioscorus episcopus Alexandrinus. 910. c 107. b in concilio Chalcedo. ab Eusebio Doryclæo accusatus. 982. h in synodo Chalcedonensi ignorantiam tuam fatus. 961. d
Dioscorus Hermopolis episc. 808. f
Dioscorus Longus. 808. e
Dioscorus monachus. 708. b 713. g cũ in Scythopolim profectio. 808. d
Dioscorus synodi Constantinopolitanæ præses 932. g hæreticus indicatus. 995. f cur in cõcilio Chalcedon. damnatus. 910. a 998. a 1004. g
Dioscori ad principes & senatores varios prosopopœia. 686. b cum Theophilo bellum 808. h impietas 910. d in Flauianũ crudelitas. 913. a 959. g exilium. 965. d mors 817. a per Dioscorum episcopi in synodo Chalced. damnati restituuntur. 1003. f
Diospolis ciu. 569. f
Disciplinæ domestice memorabile exemplum. 185. b
Disputationes de rebus diuinis quomodo instituendæ. 2. b
Dissidia Christianorum ex ignauia & temporum felicitate nata. 204. f
Dissidia in ecclesia Christi obsunt Euãgelio. 340. a
Dissidiis intestinis ecclesiarum Euãgelij hostes maximè delectantur. 380. a
Diuinationes atque prognostications legibus damnatæ. 324. c
Dius episcopus Hierosol. 256. d
Dolichianus episc. Hierosol. 210. f
Domentia Phocæ Imperatoris filia Prisco nupta. 1167. e
Domenius episcopus Constant. 362. f
Dominica Valentis imp. vxor. 677. e eius contra Gothos res gestæ. 735. a
Dominanus episcopus Hierapolitanus. 1130. e
Dominanus Melitinẽsis antistes 1130. c
Domitianus agnatos Christi propter inopiam contempsit. 161. a primus Romanorum imp. se dominum Deumque dici voluit. 160. f
Domitiani crudele imperium. ibid. d in Christianos crudelitas. 160. e
Domitiani ducis laus 1130. b
Domnæ virginis martyrium. 100. a
Domnus episcopus Antiochenus. 285. f 911. b. 182. g
Domitij monachi martyrium. 561. g
Dominus episc. Antiochenus 1087. h
Donatus Euæ episcopus serpentem pestiferum occidit. 810. e
Donati episcopi miracula. ibidem. d
Dormientium septem historia. 926. b
Dorotheus martyr. 298. h
Dorotheus Antiochiæ episc. Arianus. 760. a aulicus & Christianus ecclesiæ multũ profuit. 285. CXX. annorum epis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopus 871.g Ariano religionis præfectus ibid. & Eusebij Pamphili præceptor.289 g propter suam pertinaciã ex Antiochia Cõstãt. translatus. 872 g
Dorotheus presbyter Antioche . 289.f eunuchus natura. ibident a
Dorotheæ mulieris pro conseruanda pudicitia certamen. 314.h
Dorothei monachi Aegyptij vita 709.f eius de carnis mortificatione scitè dictum ibid c martyrium. 765.d
Dositheus Hierosolymitanus episcop' Constantinop. translatus. 918.d
Dositheus Seleuciæ & Tarsensis episcopus. 916 f
Dossi heam hæretici. 191 g
Dracones. 487.c
Draconis leges. 172.b
Dracontius episcopatu priuatur. 539.b
Draconti Pergameni episcopi exauthoratio. 537.e
Drepanum, seu Drepana ciu. Heleno polis dicta. 149.e
Drepani descriptio 310.f
Drinus fl. 1092.f
Ducennarij principes. 503.b
Dunaan 1065.h
Dyrachium terræmotu corruit. 1060. egregiæ ædificiis ab Anastasio imp. exornatur. 1029.

E

EBionis doctrina 165.a hæresis.165.g Ebionitarum hæresis 229.a 201.b Ecclesia cur virgo incorrupta à veteribus dicta. 191.f
Ecclesia per dispensationem se quandoque temporibus accommodat. 931.g
Ecclesia vna in toto terrarũ orbe cõgregata. 392.d
Ecclesiæ magna post Maximini mortem tranquillitas. 331.d
Ecclesiæ primitiæ in cæremonijs magna simplicitas 786.a b
Ecclesiæ restaurandæ difficultas 776.c
Ecclesiæ votio atque concordia in primis conflectanda. 778.g
in Ecclesia etiam Apostolorũ tempore obseruationes fuerunt diuersæ 790.f
in Ecclesia quæ variarum cæremoniarum causa. 789.f
Ecclesiarum ante Diocletianum pax. 309.c
Ecclesiæ suas Germani cur Ecclesias vocarint. 515.h
Ecclesiasticæ disciplinæ necessitas.339.f
Ecclesiastica a libert. 8.346.f immunitas. 338 c 497 c
Ecclesiastica pax quæ potissimum probanda. 893 g
Ecclesiastica potestas.821.g 888.b 1500
Ecclesiasticæ poestati etiam Imperatores olim subiecti. 210.e
Ecclesiasticæ quæstiones non temerè à quo promulgandæ. 572.b
Ecclesiastici canones. 151 c
Ecclesiasticorũ virorum in primitiua ecclesia catalogus 191.c
Ecclesiasticis bonis captiui ab hostib. redempti 886.a
Edessa ciuitas à Iustino Imperatore restituta 1060 per Taddæũ ad Christianismum conuersa. 96.g
Edessæ clades ex fluuij inundatione. 1060 e Edessenæ vrbis expugnatio. 107 g
Edessenorum ecclesiastici extra vrbem cœnemus 613.e fames. 486.a
Educatio ingenua non est negligenda. 766.a
Educationis puerilis memorabile exẽ-plum. 230.g
Egesippi de Iacobo Iusto testimonium. 332.h
Egesippi scripta. 195.e
Egnatius Antiochenus vide Ignatius.
Eleazar Iudæorum pontifex. 91.g 71 g
Elebecus Theodosij imp dux. 808.e
Eleemosyna cũ delectu distribuenda. 888.h inter pauperes qua ratione dividenda 829 g
Eleemosynæ destinata pecunia druinti iuris est. ibidem.
Eleemosyna ecclesiis afflictis mittẽda. 395 a
Eleemosyna in viris ecclesiasticis Christiano populo gratissima. 898.a
Elephantes. 487.c
Elephantina ciu. 911.h
Elesbaan Aethiopũ dux Pseudò Moysen bello infectatur. 1084.c
Eleusius Cyzicenus episcopus. 327 b 746.g Macedonij sectator. 374.h
Eleusis Cyzici episcopus. ad Ariamissã à Valente coactus 638. b Nouatianorũ ecclesiã dirutã restituit 537.g
Eleusius epist. propter pietatis opera à Iuliano ex Cyzico expellitur. 378.a
Eleusij Cyziceni epist. exauthoratio. 530.a in concilio disputatio.532.c pœnitentia. 698.c
Eleusio episcopo Cyziceno dura de restituẽdo Nouatianorũ templo propositæ conditio. 376.d
Eleutheropolis. 713.h.814.e
Eleutherius diaconus. 191.f
Eleutherius episcopus Constant. 362.c
Eleutherius pont. max. 174 c ante ætatem maturam multis honoribus exornatus. 178.b.
Eleutherij martyrium. ibidem e
Eli Iudæorum pontifex. 91.g
Elisæph Iudæorum pontifex ibidem e
Eliezer Iudæorum pontifex. ibidem b
Elimæus Iudæorum pontifex.ibidem c
Elisabeth ætate prouecta peperit Ioannem iam in vtero sanctificatum.43.c
Elisei prophetæ cineres profanati.568.a
Eulogius epist. Alexand. 1155 g 1155 f
Elogius Edessæ episcopus. 741.f
Elogij piorum apud Edessam ducis cũ Modestio præfecto colloquiũ. 686.b
Elpidius episcopus. 659.b
Elpidius presbyter occidentalij episcoporũ ad orientales inter nũcius. 700.c
Elpidius Saracenorum episcopus. 337.f
Elpidius vltione diuina punitus. 593 e
Emanuel Palæologus ecclesiam catholicam turbatam restituit. 11.e
Emanuel Palæologus optimi atque absolutissimi principis exemplar.5 a
Emanuel palæologus parentis in imperio successor, eius aulæ morũ pietate monasterio perinimilis. 8 g
Emanuelis Palæologi cum Constantino magno collatio. 15 f
Emanuelis Palæologi imperatoris infantia 5 e perita adolescentis. ibid.e pietas. 11.e temperantia. 6. b virtutes atque ornamenta animi. 8.f.4.e
Emaus ci. 194.d
Emesa ciu. 110.a 563.c
Empusa. 1120 g
Emi oppidi primordia. 350.h
Encænia Christianorum. 336 d
Encratitarum hæresis. 130.f 197.h
Enthusiastæ hæretici. 638.e
Eortasius episcopus. 619.b
Eortasij Sardiani episc. exauthoratio. 537.e
Ephesinum contra Nestorium concilium. 905. deius acta in concilio Chalcedonẽsi prædatorio lecta 993.d
Ephesini concilij confirmatio. 1010.a
in Ephesino concilio multi episcopi actis subscribere coacti. 994.a
Ephesius patriarchatus iura per Acheruin restituta. 1011.g
Ephesij per temporum impugnatorem episcopos à Chrisostomo ordinatos exigunt. 836.h
Ephesiorum puerorũ martyrium.131.d
Ephratas Abasgus eunuchus. 1074.a
Ephraim famis tempore eleemosynã pauperib. à diuitib. collectã diuidit. 480.a.
Ephraim monachus. 501.f 502 503. 478.h
Ephraim simulatione insaniæ,quo minus episcopus consecraretur effugit. 479.c
Ephraim Syrus. 476. b 471. b 478. a 1146. a eius cælitas 479. e facetè dictum. 479.c
Ephraimum Basilius Magnus admiratus est. 478.h
Ephrem episcopus Hierosol. 175.g
Ephthalitarum cum Chagano bellũ. 1138.d
Epicurcorum secta. 585.f
Epidamnus terræmotu corruit. 1060.c
Epimenidis Cretensis oracula à Paulo apostolo lecta. 586.f
Epiphanius epist.Salaminius. 713.e Theophili secta ot. 814.b Origenis libros in prouinciali synodo damnat. 811.e
Epiphanius sophista Laodicensis apollinarium amicus. 48.,c
Epiphanius sophista Laodicæ hymnũ in Bacchi laudem cantauit. 666.f
Epiphanius Cyri epist. 1056. e Ioanni Chrysostomo episcopatus abrogationem atque exilium prædicit 813.f
Epiphanij Constãtiensis in Cypro episcopi pietas. 811.a
Epiphanij cũ Ammonio Longo colloquium. 814.d cum Apollinaristarũ amicitia. 661.f
Epiphanij de abolendis Origenis scriptis decretũ.ab episcopis synodi Cõstantinop. approbatum. 814 a
Epiphanij erga Ioan. Chrysostomum simultas.814.b mors. 817 b
Epiphanij Panariũ, de hæreticis opus. 780 b
Episcopalis benedictio. 801.c.818 c
Episcopalis hospitalitatis memorabile exemplum. 713.e
Episcopalis inrisdictio. 818.c
Episcopalia liberratus exemplum 182 b
Episcopalis vnctio. 726.f
Episcopatus ardua & diuina res. 950.a
Episcopatum administrare bonum est opus. 887.d
Episcopatum multi boni viri olim recusarunt. 704.c
ab Episcopatu vno num in alterum transire liceat. 515 g
Episcopatus pecunia redempti. 816 h
Episcopus arruscatur. 283 b
Episcopi à suis conseruati memorabile exemplum. 252.a
Episcopi veri officium. 922.c 894.d
in Episcopi viuentis locum alius nequaquam substituendus. 840.c
Episcopi canonica electio.791. h.250.e 350.b.515 b 701.e consecratio. 717.f
Episcopũ quatenus integrũ sanimque esse conueniat. 715 b
Episcopi olim publica vectura in prosechionibus ecclesiæ vsi 540.c
Episcopi olim vxorati. 950. d quibusnam olim consecrati. 857.d
Episcoporum ambitio. 517.f
Episcoporum delicta propter offendicula sedulò sunt tegenda. 373.b

in Episcoporũ electionibus potissimũ spectanda. 717 g
Episcoporum est, doctrinas ecclesiarũ diligenter obseruare. 705.a
Episcoporum in imperatores olim magna potestas. 250.c
Episcoporũ in primitiua ecclesia paupertas. 375.a
Episcoporum translationes.916.c Cœlestino Pontifice comprobatæ. 917.c
Episcoporum translationes quæ legitimæ. 919. g de Episcopis non transferendis canon. 913.b
Episcoporum occidentalium cũ orientalibus dissidia.471.a ad Iulium Romanũ litteræ.462.d matrimonia 533 g contra Athanasium & Paulum episcopos technæ atq; insidiæ.462.h 464 d 468. d
Episcoporum Orientalium cum Occidentalibus insidiæ. 467.
Eremius episcopus Hierosol. 621.e
Eridanus fl. 478.h
Eros episcopus Antioch. 350.h
Esdras Mosen & alios veteris testamẽti libros restituit. 202.b
Esther Ioseph ex Salome filia. 90.d
Ethnicorum autorum lectio Theologis necessaria. 229.g.382.h
Ethnicorũ idololatriæ dãnatio. 914.b
Ethnicorum libri à Paulo apostolo diligenter perlecti. 586.e ab Ethnicis interdum de rebus sacris sunt quædam manifestata. 109.d
Euagrius discipulus atque archidiaconus.719. c episcopus Constantinopolitanus à catholicis contra Arianos electus. 671.c 767.a
Euagr. Macariorũ discipul. 719.d 720.
Euagrius monachus somnio admonitus, insidias necis sibi structas effugit. ibidem.
Euagrij Aegyptii monachi vita elegãter descripta. ibidem.
Euagrii cũ Ammonio socieras. ibid. c exilium.671.d 7.6.c
Euagrii Epiphaniensis episcopi de libertorum iurorum amissione cõquestio.1134.b eius de Seuero scriptum. 1016.g facetè dicta. 714.c
Euagrii historia Ecclesiastica. 23.f
Euagrii monachi lucubrationes.570.g 720.a
Euangelica doctrina quibus rebus in orbe propagata. 189.d
Euangelicæ doctrinæ synopsis. 62.d
Euãgelicæ prædicationis summa.68.b
Euangelistæ non omnia Christi miracula scripsisse sunt complexi. 65.d
Euangelistæ quatuor cur suas historias conscripserint. 144.f
Euangelistarum concordantia à Tatiano conscripta. 190.f
Euangelistarũ in conscribendo Euangelio ordo. 223 b
Euangelistarum in genealogia Christi dissonantia. 247.b
Euangelij Hebræo & Syriaco sermone conscriptum. 195.h
Euangelium, quod secundũ Hebræos inscribitur, non est canonicũ. 147.f
Euangelij prædicatio libera per mundum vniuersum. 97.d
Euangelij prædicatio atque defensio nequaquam in verborum ornatu posita. 379 b
Euangelica quatuor quibus rationibus conscripta. 416 g
Euaresti pontificatus. 174.c
Eubula baptizatur. 118.a
Eucarpius episcopus. 659.b
Euchaitus hæreticus. 1161.a
Eucharistia in manus olim communi-cantibus data.805.e 802. g item morientibus. 802.d 431.a b
Eucharistiæ communis participatio, charitatis & vnitatis ecclesiæ certissimum symbolum. 227.c
Eucharistiæ communionem Massilianiinter adiapliora posuerunt. 667.h
Eucharistiæ etiam apud hæreticos cõseruatio. 1154.a
Eucharistiæ reliquiæ pueris innocuis Constantinopoli olim datæ 1087.e
Eucharistiæ faciẽ vtraq; species in loco sacrationis tẽpli secuata. 823. e in Eucharistia verum Pascha exhibetur. 70.e
Euchern Stilconis filii mors. 843.h
Euchyiæ hæretici. 668.h
Eudocia cum liberis Roma in Africã à Genserichio transfata.970.a Honorio Genserichi filio nupta. ibidem.
Eudocia per Euthymium ad fidem orthodoxam conuerta.971. g Pulcheriæ reconciliata. ibidem.
Eudocia rerum in Theodosii aula potitur. 931.f
Eudocia senior ab errore Eutychiano ad orthodoxiam redacta. 971.g
Eudociæ apud Antioch. statua. 936.e
Eudociæ in Palæstinã profectio. 887.f 971.e 936.f
Eudociæ largissima eleemosyna.939.e
Eudociæ pietas. 936. b 938. d mors. 972.g
Eudoxia altera Dalida. 842. b Arcadij Imp Rom. vxor 790. g. diacomissa. 971 c ad Maximum vlciscendũ Genserichum ex Aphrica Romã mittat. 969.d bene dictionem à Longis fratribus accepit. 811. h cum filia Placidia Byzantium missa. 971. c Eutropij cubiculatium apud Arcadium accusat. 796 g Theodosij laudes carminibus describit. 886.c
Eudoxia Valentiani tertij vxor.887.g vtà Maximo stuprata. 969 b
Eudoxiæ in Chrysostomum odium. 806.g 821.b c d e mors.848.c argentea statua. 821 a
Eudoxiæ vina moueri visa. 848.f
Eudoxius Aetianus.516.a Arian'. 620.c
Eudoxius episcopus Antiochen'. 621 g exauthoratur. 532 d
Eudoxius episcopus Constantinopolitanus 539.b 621. g episcopos multos Constantinopoli exauthorat. 531.d
Eudoxii Constantinopolitani episcopi mors. 671.c
Eudoxius Germanicienſis episcopus. 457.f 464.a 472.a
Eudoxius Germanicienſis, Antioch. & Constantinopolitanus epist. 916. e arte aulica episcopatũ Antiochenũ inuadit.516. a populariũ sectæ cõciliabulum Antiochiæ cogit. ibid c
Eudoxii contra symbolum Nicænum impius conatus. 519.d impiæ opiniones ibidem e exilium. 485.e ab Eudoxio orthodoxi episcopi Antiochia expulsi. 527.e
Eugenius à suis captus ad Theodosiũ ducitur. 780.b
Eugenius ab astronomis ad tyrannidẽ stimulatus. 796.c
Eugenius episcopus Nicenus Arianus. 511 c alpes Iulias præsidio impositio occupat. 797. e primũm ludimagister, deinde imperialis [illegible], Occidentale inuadit imperiũ 796.d
Eugenii cum Theodosio Imp.bellum. 796.d de eodem victoria,798.h martyrium.706. h mors. 780.b
Eulalius episcopus Antiochenus.621.e
Eulali' Cæsareæ Cappado epist.536.d
Eulalii Amaseni episcopi cum Arianis contentio. 740.b
Eulampiæ atque Eupsychij martyria 306.h
Eulogius philosophus 302. c Edessæ episcopus. 748.b
Eulogij monachi sanctitas. 708.d exilium.
Eulysius. 686.d
Eumathius episcopus. 840 h
Eumenes episcopus Alexand. 659 b
Eumolpius episcopus. 674.d
Eunomius Aetii sectator.483 a ab Eudoxio Cyzici episcopus designatur. 668. d proscribitur. 777.g
Eunomius anima & corpore leprosus. 665 a cur Cyzico discesserit. 663 d
Eunomius Halmynde Cæsaream Cappadocum transfertur. 778. c nouam baptizãdi rationem excogitat.663.b
Eunomii cadauer effossum. 789.a
Eunomii cõtra Basilium scripta. 778.e cũ Eudoxio cõmentio hæresis.664.g 778 e humanitas 810. a cõtentiones. 663.c mors.778.e
Eunomii libri cremati. 789.b
Eunomiano baptismo baptizati sine baptismo legitimo obierunt. 664.b
Eunomianorũ baptismus qualis.663.d cum Arianis familiaritas vnde. 745.e
Eunomianorum dissectio. 778.f
Eunomio eutychiani hæretici. 778.g
Eunomiotheophroniani hæretici. ibidem e
Eunuchissimus à Iustiniano interdictus. 1074.b
Euodius Antiochenæ ecclesiæ episcopus. 129.b 130 c
Euolcius diaconus proscribitur. 681.f
Eupdius discipulorũ Iesu Christi successor. 89.d
S.Euphemiæ martyrium. 1142. d 963.e
S.Euphemiæ phanum. 960. c Chalcedone templum. 798.d
S. Euphemiæ sepulchrum miraculis clarum. 960 h
Euphemiæ templum à Constantino episcopo Constantinopolitano ædificatum.363.g in Euphemiæ templo synodus Chalcedonensis habita. 961.d
Euphemius episcopus Constantinopolitanus ab Anastasio Imp proscriptus. 1029. c post mortem in integrum restitutus. 1067.f
Euphemii episcopi Constantinopolitani authoritas.1025 c canonica electio. 1024 h
Euphrasiæ virginis egregium factum. 104. b
Euphrasij episcopi interitus. 1059.g
Euphrates episcopus 491.b
Euphrates fl.481. f 558. d eius or[illegible]. 481.g
Euphrates & Tigris fluuii ex Paradiso profluunt. 486 e
Euphratesia regio. 486.f
Euphremius Oriẽtis præfectus, in episcopum Antiochenũ electus. 1039.h
Euphremius Antiochiæ episc. 1073 g
Euphronius episcopus Antiochenus. 455.b 621. e 495.a
Euphronius Cappadociæ episc. 431.b
Eupolemus scriptor. 122 g
Eupsichius hæreticus.546. b ab Eunomio in exilio laudatus. ibidem
Eupsychij Cæsariensis martyrium. 565.g
Eupsychianorum secta. 779.b
Euripidis fabulæ à Paulo Apostolo diligenter perlectæ. 586.f
Europa à Scythis direpta. 797.d
Eusebia Constantij vxor. 551.c
Eusebia diaconissa Macedonia. 866.c
Eusebiæ sepultura. ibid.f 866.e
Eusebius Alexandrinus Laodiceæ episcopus. 282.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eusebius Cæsariēsis Arian' 511.e 580.d
Eusebius Cæsariensis ad Constantinum Imp. in concilio Nicæno oratio. 572.f cum Basilio diffidium. 675.c b reconciliatio. 675.d
Eusebius Chalcidēsis episcopus. 742.c
Eusebius Constantinopolitani episcopi ex uno episcopatu in alios translationes. 454.h mors. 459.a
Eusebius Constantini Imp archieunuchus. 432.b
Eusebius Dorylæus. 951.h 959.f 992.h eius contra Dioscorum Alexandrinum in synodo Chalcedonensi actiones. 995.h 995.h
Eusebius Dorylæus episcopus exauthoratur. 933.a
Eusebius Emesenus. 455.c 457.g 472.a
Eusebius eunuchus. 520.c
Eusebius eunuchus Arianorum antesignanus. 452.b
Eusebii eunuchi exedræ. 537.g
Eusebii eunuchi insidiis Gallus Cæsar trucidatus. 513.b
Eusebius Longus 808.f monachus Antiochenus. 718.g
Eusebius Nicomediæ episcopus. 581.c ab exilio revocatur. 426.c
Eusebius Nicomediensis Arij amicus. 565.h 570.c 740.b Athanasij adversarius. 425.c Constantinopolitanus episcopus declaratus. 659.b subscriptionem suam in Nicæno decreto fraudulenter inducit. 432.c
Eusebij Nicomediensis episcopi ad Paulinum epistola 362.b de perfidia filij Dei sententia. ibid.d
Eusebius Nicomediensis propter Arianismū episcopatus eden ptus. 582.a
Eusebius Pamphili 169.c 582.f Arianus fuisse Nicej loco videtur. 292.c 581.c 469.f
Eusebius Pamphili cur in anathema Arianorum decreto synodali adiectum consenserit. 588.b
Eusebij Pamphili contra Marcellum scripta 469.d de Christi naturitate opinio. 602.b de Constantij imperatoris pietate testimonium 1077.g eruditio armis locupletissimos 35 f 422.c 591.b 306.b de substantia filij Dei sententia. 425.g de synodi Nicænæ actis scriptum. 586.f 772.d mors. 453.g
Eusebium Pamphili Cæsarea Antiochum Athanasij traductū volunt 406.b ab Eusebio Pamphili professionis fidei Christianæ formula in synodo Nicæna oblata. 586.h
Eusebius Phœnix Manichæorū acerrimus instaurator. 287.b
Euseb. Samosatenus proscribitur. 679.d ecclesias in suo exilio vidua reddit. b ab exilio revocatur. 741.c ecclesias sacrorum antistites creat ibid. martyrij pro potestate nullius momenti eius orat. ibid.d
Eusebij Samosateni mors. ibid.d
Eusebius Scholasticus Gazæus. 802.b
Eusebius Vercellensis episcopus. 512.b 68.d
Eusebius Vercellensis veri episcopi exemplar. 574.f
Eutebius episcopus Constantini Imp. hæresis Byzantium vocatus. 447.c
Eusebius monachus. 713.g
Eusebius ob Arianismū à Socrate defenditur. 479.g per causam Antiochenæ templi encæniorum, concilio episcoporum convocat. 455.a
Eusebij adversus Athanasium calumniæ. 421.g martyrium. 859.b
Eutechianorum contra Marcellum Ancyranum odium atq; invidia. 447.c
Euthymius archicunuchus apud Arcadium sit patricius & consul. in Cyprum relegatur. 797.a al. Eudoxia propter convicia apud Arcadiū accusatur ibidem c ob immodicū vestimentorū ornatū capitis iobū supplicū. 796.g in carcere expirat. 818.g
Eutropij & Carterij Macedoniani disceptationes. 779.c
Eutropij contra asyla edictum. ibid. ies contra asylorum immunitatem. 797.a
Eutropij nomen ex consulum Romanorum catalogo erasum. ibid.d
Eutropij portus. 1149.c
Excōmunicato monachi etiā illegitimā à Theodosio nō contēpta. 857.c
Excommunicationis necessitas. 802.g
Expiationes virbium. 273.b
Exechias prædonum dux ab Herode interfectus. 40.f
Euzoius Antiochenus episcopus 542.f 563.f 571.h 614.c 620.d 742.g
Euzoius Arianæ hæresis sectator. 560.d damnatur. 692.b
Euzoius Constantinopolitanus episcopus. 562.c
Euzoius diaconus ab Alexandro episcopo exauthoratus. 431.h
Euzoi confessio Constantino Imper. oblata. ibidem.

F

Fabianus episcopus Antiochenus. 210.f 235.f
Fabianus episcopus Rom. 210.f
Fabianus columbæ auspicio antistes Romanus creatur. ibid.e
Fabianus martyr. ibid.e & 251.b
Fadus Iudææ præfectus. 101.a
Fames crudelis 311.h 604.a 669.a
Fames ingens sub morte Augusti Cæsaris. 36.e
Fames sub Claudio Imp. dira. 101.a
Fames summa in Hierosolymæ obsidione. 136.e 137.b
Faustæ Constantini vxor. 313.e 330.h
Faustinus episcopus. 619.a
Faustus diaconus. 268.a episcopus Arianus. 101 ejus martyrium. 108.d
Felix episcopus Constantinop. 361.h
Felix episcopus Rom. 218.c 511.b 1011.c
Felix Romanus episcopus Acacio episcopo dignitate literis abrogat. 1019.e eius mors. 518.a
Felix Iudææ præfectus. 118.b
Felicis in Christum blasphemia. 592.d & eius obitus. 591.b
Felicis nomen ab Euphemio in episcoporum catalogum repositū. 1025.e
Festi Romani tenatoris facta. 1041.d
Festorum dierum ratio. 27.g.e
Ficus à Christo infructuosa maledicitur. 99.c
Fides in cērationibus exercetur. 494.c
Fidei arma spiritualia. 251.b
Fidei Christianæ contentientis atque concordis commoditates. 1017.a
Fidei confensus in ecclesia Christi per necessarius. 577.a
Fidei formula ab episcopis Orientalibus confanti oblata. 461.b
Fidei formula Seleuciæ propositæ. 498.d Syrmiensi conuentui cōposita. 506.b 512.g 509.a
Fidei formularum siue symbolorum numerus. 551.b
Fidei orthodoxæ formula non temerè mutanda. 964.b 999.e
Firmianus Cæsareæ Cappadocum antistes. 281. e eius cum Origene familiaritas. 246.b contra Samosatenū disputatio. 281.b
Firm' Cæsareæ Cappadocū episc. 917.e
Flauia nova civitas. 573.g
Flauia Domicilla in insolam sub Domitiano relegata. 160.g
Flauiæ Domicillæ in fidei confessione constantia. ibidem f
Flauianus Antiochenus episc. 478.e 737.b 751.b 737.g 767.a 789.d Antiochenorum ad Theodosium exasperatum legatus 807.c cum Massalianis contentio. 669.f
Flauiani Antiocheni episcopi exilium. 1031.f mors. 837.b
Flauianus Antiochenus monachus, primus hymnum Gloria patri & filio, &c. cecinit. 496.b
Flauianus episc. Constantinop. 928.g
Flauianus episcop' à Paulinianis apud Imperatorē accusatur. 767.b episcopatu se abdicat. 767.c exauthoratur. 941.h
Flauianus pro grege Christi decertat. 685.c post mortem in integrum restituitur. 1067.f
Flauiani contra Arianos argumenta. 683.g cum Xenaia contentio. 1034.a exilium ibid. mors. 911.b 953.f 989.f 1004.c
Flauiani corpus Cōstantinopolim trāslatum. 936.e
Flauiani præfecti Ro. encomiū. 706.d
Flauitas Constantinopolitanus episcopus 1034. fin epistolis suis synodalibus bilinguis. 1035.a
Flauites Gothus rem strenuè gerendo consulatum meruit. 801.d
Flauitæ sycophantia 518.c repentina mors. ibidem c
Flauius Clemens Domitiani Imp. patruelis. 160.g
Flecus vallis. 477.c
Florianus Imperator. 287.d
Florini hæresis. 219.h
Florus vibs Alexandrinæ præfectus. 966.c
Flori Iudæorum procuratoris auaritia. 131.g
Fœminæ capite raso. 477.c
Fœminæ Marcionis hæresim sequutæ martyrio coronantur. 268.d
Fontis miracula. 571.f
Fornicidmis officium. 721.h
Fornicæ apud Constantinopolitanos templum. 177.g in martyrium Ignatij Antiochiæ redactum. 905.b
Fortunæ volubilitas atque inconstantiæ memorabile exemplum. 1137.d
Forum clerī. 345.h
Francorum in Galliam irruptio. 458.g
Fortunæ volubilitatis atque inconstantiæ memorabile exemplum. 1137.d
Forum clerī. 345.h
Francorum in Galliam irruptio. 1589.f
Fraternæ charitatis officium. 948.h
Fridigernes post victoriam in Arianā hæresim prolapsus. 728.d
Fridigerni intestinū cum Athanarico Gothio bellum. ibidem
Frigidus fl. ibidem
Frumentius Indorum apost. 408.b Indorum regis quæstor. 709.a
Fugere in persecutionibus quatenus liceat. 162.b 371.b 473.e
Fulgor conformatio in cœlo visus 847.e
Fulvianus baptizatur. 337. c consecratur in episcopū ibid. hæresiarcha à spiritibus immundis. ibidem.
Fundanos Asiæ proconsul. 197.e
Funerabia carmina. 545.h
Fures diuinitus per miraculum vincti, & ad meliorē frugem reducti. 421.b
Furti pœna. 1110.a

G

Gabinij contra Alexandrum Aristobuli filium res gestæ. 19.f
Gadiabes episcopus & martyr. 414.f
Gæon. fl. Paradisi. 487.a
Gagalica civitas incensa. 1106.c
Gainas dux Arianus ecclesiam in vrbe Constātinopolitana ad Arcadio petit. 797. b 799. c à Ioanne Chrysost. liberè accusatur. 797. a Constantinopolim diripere conatus. 800 f transfuga ad imperū aspirat. 800. f. ibid. 798.a
Gainas ab Arcadio victū & cæsus. 801.d
Gainæ cum Chrysost. apud Arcadium colloquiū. 759 g 765 gestæ. 797. c contra Trigibildum expeditio ibid. b in Chersonesum naufragio. 801. a in Romanos bellum. 787 b
Gainæ interfecti caput Constantinopolim missum. 801.d
Galatarum monasteria. 718.f
Galbæ imperium. 159.a
Galbij in terrā sanctā profectio. 984.h
Galla Honorij soror ab Alarico rapta. 859.c Valentiniani Imp. filia 706.g
Galeri' 309.f Cæsar creatur. 310. f 312.b
Galerij genus. 309.h
Gallia à Vandalis occupata. 512.h
Gallicus morbus. 596.b
Gallienus Imp. Rom. 269. c 287.b Christianorū persecutionē inhibuit 269.c
Galieni pro christianis rescriptū. 269.c
Galilæus per contemptū Christus à Iuliano appellatus. 377.g 375.c
Galilæorum hæresis. 191.h
Gallinaria ins. 477.c
Gallus Aegypti præfectus. 1052.h
Gallus Hostilianus Imperator. 267.b 287. c templum Daphnæ ædificat. 587 b Iulianū ab idololatria auocat. 483.a
Gallus crucem relucentē in cœlo Hierosolymis vidit. 313.g
Gamal verus & sincer' cōiliarius. 89.a
Gamaliel & Abibus d. Stephanū sepeliunt. 865.b
Gamaliel Pauli apost. præceptor. ibid.b
Gangra ciuitas. 1033.e
Gangrensis synodus. 477.c
Garamantides aues. 489.e
Gaudentius. 840.g
Gaugalius mons. 476.b
Gazæorum contra Constantienses res gestæ. 355.c
Gazæorum nauale. 405.c
Gazæ portus. 575.c
Gelasius Cæsareæ Cappadocum episcopus. 748. b 909.g
Gelimer Vandalorum rex. 1070. d
Gelonius episcopus. 619.c
Genealogiæ Iudæorū ab Herode rege combustæ. 48.c
Genealogiarum apud Israelitas ratio. 470.c
Gennadius episc. Constantinop. 869.a 976. f nullū sacerdotē consecrauit, qui psalterium non edidicet. 685.h
Gennadij ad Eleutherium martyrem epistola. 685.h
Genebio spectrū crudele oblatū. 984.c
Gesericus Vandalorū dux 532. f 935.d
Gesericus Africæ rex. 955. a Arianus. 939.c
Gensericli contra Theod. bellū. 951.b ad Theodosiū de pace legatio ibid. f cū Marciano amicitia. 958. b de Bonifacio Libyæ duce victoria. 952.h in Aphrica res gestæ ibid f item contra Rom. res 970. a mors. 1069.b
Gentium ad Euangelium vocatio atq; receptio. 109.d
ex Gentilibus an fideles obsequiūdæ legis onere grauandi sint, grauis disceptatio ibidem.
à Gentilibus quoque interdum de rebus sacris manifestata. 509.d
Georgius Alexandrinus episc. ecclesias Aegyptias malè tractauit. 502.h
Georgius Alexandrinus episcopus exauthoratur & excōmunicatur. 532.d
Georgij epist. Alexand. crimina 520.e
Georgius Arianus presbyter, Platonicus philosop. 872. g eius in catholicos crudelitas. 874. f cædes. 538.h
Georgius Laodiceæ episcopus eius ad concentum episcoporum in Ancyra epistola 516 c hæresis. 541.a
Georgij martyris historia. 306.h
Gepidarum eruptiones. 952.f
Gerora torrens. 716.c
Gerræ opp. 280.e
Germa. cia terræmotu concussa. 667.d
Germanicus iuuenis martyr. 185.e
Germanion episcopus Hierosolymitanus. 236.d 240.g
Germanus episcopus Adrianopolitanus Constātinopolim trāslatus 919.e
Germanus episcopus, Dionysij Alexandrini hostis & calumniator. 268.b
Germanus militarū in Libanensia ordinum ductor. 1122.a contra vsurpatorem Orientis præfectus factus 1122.a
Germanus Theodosij contra Gensericum dux. 953. à iudicibus damnatus, & magnis honorib. à Mauricio persequutus. 1124.g
Germani Romanorum ducis præclara de Persis victoria. ibidem
Germanorum rebellio. 765.d
Geronticus Maximum ad Imperalem dignitatem suffulit. 1064.b
Gerontius Nicomediensibus mirificè charus. 805.b
Gerontij res bello gestæ. 1064.b
Geronnio episcopatus Nicomediensis abrogatus. 805.a
Gerſemani ager Christi precationibus deputatus. 71.c
Gildonis tyranni Aphricani historia. 851.c
Gilo. 1110.f
Gimas Ariana hæresi maximè infectus. 799.c
Gladiatorum spectacula Romæ prohibita. 344.d
Gloriæ vanæ contemptus. 958.b
Glyceriæ martyris in Heraclea templum. 1137.b miracula. 1141.c
Glycerius Occidēs Imperator. 970.c
Glycerij impostoris fraudes à Georgio martyre sublatæ. 307.b
Glycerij presbyteri martyrium. 259.d
Gnostici hæretici. 189.c
Gadoliæ mors. 91.b
Golinduch post martyrium superstes mansit. 1114.c
Gongidisclus Alanorum dux bellicosissimus. 961.g
Gōgdisclī Vandalorū regis res gestæ. 969.b
Gontaris Vādalorum rex. 961.g 1069.b
Gordia Philippici vxor. 1121.a
Gordius episc. Hierosol. 236.d
Gordiani Cæsaris imperium. 249.g
Galieni pro Christianis rescriptū 269.c
Gordius. 350.g
Gorgonia Gregorij Cæsarij soror in sanctorum numerum relata. 678.f.
Gorgonius aulicus & Christianus ecclesiæ multum profuit. 294.c
Gorgonius martyr. 298.h
Gotoannes Persarum dux. 858.c
Gorpiæus mensis. 1040.h
Gotteani hæretici. 193.f
Gothinianorum hæresis. 779.c
Gothi olim Scythæ dicti. 1115.g
Gothi ab Hunnis pulsi. 928.a Valente Imp. 728.a permittente in Thracia cōsident. 728.a
Gothorum de Valente Imp. victoria. 783.f diuersæ eruptiones. 951.a in Ita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liam irruptio 841. f item in Thracia. 742. c 1074. b 721. a
Gothorum in urbe Constantinopolitana ecclesia. 801 a
Græcæ religionis obseruationes 680. a
Græcarum artium studia Christianis vtilissima. 581. c
Græcarum disciplinarum magna vtilitas. 585. h
Græcia ab Abarum gente miserè vastata 1128. a item ab Alarichio. 843. f
Græcismus. 429. g 483. a
Græcismum ad posteros transmittere Iulianus apostata conatur. 578. c
Græcorum cum Iudæis bellum. 171. h
Græcorum dies festi interdicti ab Imp. 544. d
Græcorum superstitiones. 470. c
Grando miraculosa. 847. c
Gratiani Serenij ad Hadrianum Imp. pro Christianis epistola. 192. d
Grata Valentiniani Imp filia. 706. g
Gratianus Ro. Imp 715. a 706. g 849. f
Gratianus Imp. venationis studiosissimus. 801. g
Gratiani cũ Alemannis bellũ. 760. d Alemannis apud Argentariã victoria. 741. g de restitutione episcoporũ rescriptũ. 737. g in occidente res gestæ. 742. c
Gratiani imperatoris literis Oriẽtales episcopi in Occidẽtem vocati. 711. e
Gratiani miseranda cædes. 761. e
Gratiani Imperatoris, vt quisque vellet sequeretur religionem, constitutio. 735. b
Gregorius Heraclij legatus. 1167. g
Gregorius Aegypti episcopus. 911. c
Gregorius Agrigentinus. 1088. f
Gregorius Alexandrinus episc. 455. c 457. f hæreticus. 741. b 668. a
Gregori armata manu in ecclesiæ Alexãdrinę possessionẽ perducitur. 418. f
Gregorio Alexãdrino episcopatus abrogatur. 468. c
Gregorius Antiochenus episc. grauissimè apud Imperatorem accusatus. 1125. e abdicatus restituitur. 1125. f
Gregorii episc. Antiocheni laus. 1103. g ad Imperatorem & concilij iudicium prouocatio. 1125. f
Gregorius hierarcha Antioch. 1120. e in Gregorium episcopũ Antiochenũ tumultus ab Asterio cõcitatus 1124. e
Gregorius Armeniæ maioris episcopus. 176. e d. Gregorius in Armenia crudeliter à Teridate tractat*. 409. h
Gregorius Beryti episcopus 369. f
Gregor Laodicẽsis, Arian*, Manichæorũmque acerrimus insectator. 187. b
Gregorio Laodicensi episcopatus abrogatur. 468. d
Gregorii* Magn* episcopatũ primarũ depouit publicæ pacis gratia. 748. b
Gregorius cognomẽto Mirificus 272. a Origenis discipulus. 246. f g 409. e
Gregorius Nazianzenus 719. c d 490. b Iuliani condiscipulus 551. c Constãtinopoli in æde priuata catholicam fidem docet. 741. c in episcopũ Constantinopolitanum eligitur. 674. h. 746. c 747. c eius ad Nectarũ epist. 667. a cõtra Iulianum scriptũ. 608. c contra Monophysitarum hæresim disputationes. 1158. c cum Basilio Magno amicitia arctissima 671. e de duabus in Christo naturis opinio. 1156. f de veritate prophanarum literarum sententia. 583. b
Gregorij Nazianzeni laus. 581. c 671. e 675. f miracula. 745. c scripta. 678. c virtutes. 1104. e
Gregorij episcopi Neocæsariensis miracula. 272. a
Gregorius Nyssenus episcopus, Basilij frater 677. f eius coniugium & scripta. ibid. b
Gregorij Pisidis aduersus Monophysitarum hæresim disputationes. 1158. c
Gregorius Safimorum & Cappadocũ episcopus. 916. f
Gregorius Syracusanus episcopus Nicæam translatus. 917. d
Gregorius theologus. 678. g eius eloquentia. 586. g
Gregorij Theopolitani episcopi ad mulites sedulos oratio. 1125. c contra Seueri hæreses disputatio. 1133. c mors. 1122. c 1135. g
Gregorius Theopolis episcopus. 1105. c
Gregorij tres in Dei Ecclesia præclari. 678. c

H

Hadrianus episcopus Antioch. Eudoxij successor. 532. d exilio dãnatur. ibidem.
Hadrianus Imp. in deorum numerum relatus. 608. a
Hadrianus Imper. curiositatem explorat. 199. c
Hadriani Cæsaris res gestæ. 175. b statua ibid pro Christianis ad Minutiũ Fundanum rescriptum. 176. e
Hadriano Cæsari oraculum ad Castalium fontem datum. 589. e
Hadrianopolis ciuitatis primordia. 171. c
Hæreses ex ecclesia tollendæ. 391. d
Hæreses septem primæ. 193. h
Hæresiũ abolendarũ via ac ratio. 191. a ex Hæresibus oriuntur multa etiam in ecclesia commoda. 932. d
Hæretici à publicis cõuentibus coercẽdi 668. a caute di 368. a fugiẽdi. 179. e
Hæretici etiã quondã inter orthodoxos viros non temerè enumerati. 489. g
Hæretici in ecclesia primi, erant manifesti impostores. 190. b
Hæretici, instrumenta sunt diaboli ad extinguendam veritatem. ibid.
Hæretici sunt velut chamæleontes. 367. d
Hæretici multi fidẽ suæ doctrinæ martyrio confirmarunt. 215. b
Hæretici non sunt rebaptizandi 266. f
Hæretici studiosè veterum libros depranant. 1035. b
Hæreticorũ cõuincendorũ ratio. 281. h ex Hæreticorum dissensione Ecclesia catholica crescit. 789. a
Hæreticorum extra vrbem Constantinopolitanam conuentus. 777. g
Hæreticorum falsas opiniones nosse iuuat. 266. f
Hæreticorum libri damnati & combusti. 182. e
Hæreticorum qui in Oriente extiterũt catalogus. 742. g
Hæreticorum resipiscentium anabaptismus. 266. g
Hæreticorũ reuocationes publicè audiendæ. 266. g
Hæreticorũ sub Constantino coercitio. 519. a
contra Hæreticos quomodo procedẽdum. 755. g
Halmyris locus. 778. c
Harmatius Cæsar. 1014. a
Harmatij ducis aduersus Zenonem in Thraciam profectio. 1014. b cum Zenone familiaritas. ibidem.
Harmonius.
Harmonij hæresis. ibidem.
Hebionitarum hæresis. 139. g
Hebræum Euangelium. 193. g
Hebræi quomodo facta recipiant Biblia. 595. d
Hebræorum laus & dignitas. 34. b
Hecebolius Constãtinopolitanus sophista. 581. b 604. d Iuliani imp. præceptor. 549. f
Hecebolij à fide Christiana defectio, atque eius pœnitentia. 582. c
Helcesitarum hæresis. 248. b
Helena Adiabenorum regina inopiæ pauperum in Iudæa subuenit. 101. a
Helena Constãtini mater ad Christianam religionem conuersa. 310. e
Helena crucis Iesu Christi inuentrix. 398. c
Helena in Hierusalem multa templa excitauit. 398. e speluncam vbi Christus natus est exornauit. 902. d
Helena Constantis vxor. 510. f
Helenæ ad Constantinum filium literæ. 311. c
in Helenæ honorem duæ ciuitates à Constantino ædificatæ. 402. g
Helenæ Cõstantini matris pietas 398. e S. Helenæ pietatis opera. 402. e statua in Daphnæ luco à Constantino Imp. erecta. 589. e item aliæ in suburbanis Aeliæ locis. 101. a
Helenopolis ciu. 348. d
Helenopolis Bithyniæ ciu. 448. a
Helenopolitanæ thremæ. 448. a
Heleneponti maris nomẽ vnde. 402. h
Helenus Cilicum episcopus. 281. e
Helianus episcopus. ibid. b
Helias Anastasij mortẽ præuidit. 1041. d
Helias hierarcha Hierosol. 1014. b 1038. a eius ad imperatorem literæ.
Helias episcopus Hierosolymitanus ex episcopatu electus. 1040. h
Heliæ Hierosol. episc exilium. 1031. f
Helias monachus Aegyptius. 708. a
Heliæ Thesbytæ templum. 398. f
Heliodorus episc. episcopatu sito abire, quàm amatorium suum poema abolere maluit. 787. e
Helio patricius Rom. 861. g
Helion Romanorum ad Persas legatus. 884. h
Heliopolis ciu. 561. a 604. g
Heliopolitæ in Phœnicia virgines suas ante leginmas nuptias prostituerunt publicè. 161. c
Helladius episcopus. 748. b Arianus. Ctator. 366 f 805. b
Helladius grammaticus 769. g
Helladius Pont. episcopus. 751. a
Helladij vatia homicidia. 771. c
Helladi* Arianæ hæresis sectator. 160. d
Helianteus hæreticus. 369. c Tripolitanus episcopus. ibid. b
Hellas monachus Aegyptius. 708. a
Hemero baptistarum hæresis. 191. b
Hetaeias Origenis socius. 238. c
Heraclas epis. Alexand. 245. e martyr. 252. a
Heraclas philosophus. 250. g scholæ theologicæ apud Alexãdrinos præfectus. 245. e
Heraclas presbyter philosophico habitu incessit. 241. c
Heraclea ciu incensa. 1106. b
Heraclides Chronius monach*. 708. a
Heraclides Ephesius abiens Theophili iudicio damnatus. 821. c
Heraclides martyr. 253. h
Heraclides Nicomediẽsis episc. 804. b
Heraclides possessionum Constantini Imp. curator. 336. a
Heraclides quatuor annis in carcere detentus. 836. b
Heraclij* scriptor Ecclesiasticus 224. c
Heraclij* epis. Hierosolym. 543. d 621. e 659. b
Hieroglyphicæ literæ crucis formam referentes, in euersione templi Serapidis inuentæ. 771. e
D. Hieronymi mors. 859. h
Hierosolyma Aelia dicta. 173. b quãdo capta. 17. a Antiocho 159. g item ab Herode & Sosio. 40. g Pompeio 19. e Vespasiano. 151. e
Hierusalem nona in Caluariæ loco à Constantino ædificata. 399. d
Hierosolymæ grauis obsidio. 133. a 136. e excidium. 151. g 173. b
Hierosolymitanæ vrbis excidium à Christo Iudæis prædictum. 159. e
Hierosolyma vrbs omniũ clarissima. 599. a munitissima. 147. d Christianæ doctrinæ sons Græcorum facta habitatio. 175. c
Hierosolymitana precationis ergo profectio. 509. h quando incœpta. 720. a 414. g 442. g
Hierosolymitana synodus. 498. g
Hierosolymitanæ vrbis varia nomina. 599. a.
Hierosolymitanum templum in Caluariæ loco ædificatum, dedicatum. 440. a à Iudæis instinctu Iuliani restauratum. 596. a 597. f
Hierosolymitani templi gratia episcoporum conuentus in Cæsarea Palæstinæ habitus. 437. g
in Hierosolymitani templi restauratione varia visa miracula. 599. a
Hierosolymitani patriarchæ diœcesis. 1005. f
Hierosolymitanorum post Christum episcopi. 175. e
Hierosolymitanorum episcoporũ catalogus cur non exstet. 174. c
Hierosolymitanorum episcoporũ successio. 151. c 210. e 250. g 289. c 673. f 890. e 1087. g
Hierotheus apostolorũ discipul*. 973. d
Hierothei fides ac pietas. 112. c
Hilarion Hesychæ præceptor & amicus. 715. d Palæstinus monach*. 471. b
S. Hilarionis monachi historia discipuli 715. d in Palæstina memoria. 476. a miracula ibidem d mors & sepultura. ibid. d
Hilarius episcopus Hierosolymitan*. 623. c 543. d
Hilarius Pictauiensis episcopus. 512. b ab exilio reuocatur. 574. f
Hilarij Pictauiensis encomium. 498. c in prædicando Euangelio studium admirandum. 572. b scripta. ibidem
Hilulfus castellum. 1092. e
Himenæus episcopus Hierosol. 249. e
Himerius sophista. 674. f
Hippolytus scriptor ecclesiastic*. 241. c
Hippolyti Portuensis scripta. 241. c
Hispania à Vandalis vastata. 931. a
Historiæ conscribendæ libertas. 23. f
Historiæ cum prophanæ tum sacræ ingens vtilitas 21. a
Historiæ Ecclesiasticæ quo studio & qua fide ab aliis conscriptæ. 21. a
Homeritæ pop. 408. b 1097. a ad Christianissimum à Theophilo Indo conuersi. 484. c
Hominis fragilitas. 1150. a b
Homines monstrosi. 795. b in sues diuina vindicta conuersi. 408. g
Honoria Honorij filia. 850. c
Honoricus Vandalorum rex. 1022. b 91* in orthodoxos crudelitas 1069. b 706. g Occidẽtis Imperator. monarchiam Romæ lata lege tollit. 787. g
Honorius Theodosij magni filius.
Honorij de Attalo victoria. 845. b mors 850. a
Hormisdas episcopus Rom. 1057. a
Hormisdas Persarum rex. 1113. e eius res gestæ. 1128. f
Hormisdas captus, & in custodiã conjectus exscæcatur. 1129. c obtrũcatur. 1128. b 1129. d.
Hosius confessor. 506. f
Hosius Cordubẽsis episc. 367. d in Aegyptum atque Asiam ad concilianda ecclesiæ concordiã à Constantino missus. 672. b primus de substantia & subsistentia mentionem in Ecclesia fecit. 520. c
Hosius Niceænæ synodi promulgator. 374. b tormẽtis coactus tribus Arianorũ fidei formulis subscripsit. 506. f
Hosii Cordubæ episcopi pietas atque constantia. 375. c
Hosij oratoris facta ibid. a
Hospitalitatis episcopalis memorabile exemplum. 715. b
Hospitalitatis leges atq; officia. 424. d
Hospitij violati exemplum. 37. d
Huldas Hunnorum dux. 843. c
Huldericus Honoriclij filius. 971. c
Hulderichus Vandalorum rex. 1071. c
Humanæ victimæ. 254. 582. h
Hunni populi. 727. d
Hunni Caspi in Romanorum agros eruptionem faciunt. 1048. c
Hunni ad Christianismum à Chrysost. cõuersi 794. a hẽ à Theonimo. 810. h
Hunni Saberi olim vocati. 1031. e
Hunnorum contra Rom. imperiũ bellum. 963. e item cum Burgundis. 921. c
Hunnorum in Oriẽtem eruptio. 1032. e 788. e in Thraciã. 843. e 1047. g. 1008. e
Hygiaus Pont. Max. 174. b
Hymenæus Hierosolymorum episcopus. 281. e 289. c
Hymnodiæ Arianorum. 805. g
Hymnorum canẽdorum ratio ac via. 106. d
Hyppatiæ doctissimæ fœminæ sedes. 876.
Hypatii contra Vitalianum Thracem res gestæ. 1045. c cædes. 1068. h
Hyperechius episcopus. 659. a
Hyphasis fluuius è paradiso prosluit. 487. a
Hyphasis vnda febribus medetur. ibid.
Hyrcanus à Parthis captus. 41. a redimitur. 44. g ab Herode occiditur. ibi.
Hyrcanus obsidionem Hierosolymæ redimit. 38. a
Hyrcanus Romana ciuitate à Cæsare donatus. 40. e
Hyrcanus Salinæ & Alexandri filius ignauus. in Pontificem electus. 38. c
Hyrcani res gestæ. ibid. d cum Aristobulo bellum. ibid. 39. e cum Herode amicitia. 44. f mors. 38. a
Hyrcano pontificatus à Cæsare confirmatur. 40. e
Hyrtius episcopus. 659. a

I

Iacobus apostolus Iosephi fili*. 90. e
Iacobus frater Domini, primus episcopus Hierosolymitan*. 91. f 172. h
Iacobus Iustus, cur frater Domini iudicatus. 91. f
Iacobi apostoli duo. ibid. e
Iacobi apostoli ritidens prædicatio. 90. e epist. 134. c num canonicè scripta 146. b
Iacobi fratris Domini thronus. 271. d laus. 132. h
Iacobi filij Alphæi acta & mart. 136. f
Iacobi Iusti martyrium. 193. f
Iacobi apostoli mors. 92. b 93. a 101. e laus. 132. g
Iacobus Nisibis episcopus. 375. c. 983. a & eius miracula. ibid.
Iacobus Nisibenus monachus. 679. e
Iacobus Persa ex Christiano ethnicus. 882. a reuersus ad Christianismum

Universidad de Deusto
Biblioteca

martyrio coronatur. ibidem.
Iacobi Persarum presbyteri persecutiones. 414.c
Iacobus Zanzalus. 1165.e
Iacobi episcopi precibus Nisibis ciuitas restauratur. 521.f
Iacobitarum secta. 1154.a 1163.e
Iadeus Iudæorum pontifex. 91.h
Iannæus Alexander. 92.c
Ibas Edessenus episcopus eius scripta concilio Constantinopolitano damnata. 1089.c
Iberia regio. 406.c 735.c
Iberiæ princeps cũ tota familia ad religionẽ Christianã conuersus. 408.d
Iberus fluuius. 735.c
Iberes Armeniæ populi per mulierẽ captiuã ad Christianismũ cõuersi 405.h
Icar regio & mons. 1139.f
Iconium Lycaoniæ metropolis. 678.g
Iculus Iudæorum Pontifex. 91.h
Idolorum vsus. 271.a
Idololatriæ author & propagator Sathan. 339.a
Idololamiæ inceptiæ. 769. g abolitio. 344.d 472.a
Idololatræ casuum fatalium clades Christianis asscribere soliti. 521.e
Iebus ciuitas. 398.h
Iechonias Arziburi. 1165.d
Ieiunia ante Paschæ ferias 786. f post Pentecosten 504. a ante baptismum. 921.a 877.c quadragesimæ 424. d diuturnum. 957.a
Ieiunium quæ ratione in ciborum delectu apud diuersos obseruatũ 786.f
Ieiunij tempore carnis eius in piscũ penuria à Iustiniano cõcessus 091.a
Ieiunij magnus dies 567. b superstitiosus 268.d
de Ieiunij obseruatione grauis contentio. 127.a
Ieiunij diuersa apud diuersos tempora. 786.f 926.e
Ieiunia Romanorum. 789.f
Iesus Gamalielis filius, Iudæorũ pontifex. 92.f
Iesus, seu Iosue filius Naue. 1071.g
Iesus Phabi filius Iudæorum pontifex. 91. Item Sæ filius. ibidem.
Iesus Iosedec filius Iudæorum pontifex ibidem.c
Iesu nomen cur in veteri testamento Nauæ filio inditum. 31.d
Iesu nomine quid intelligendũ 49.b
Ignatius episcopus Antiochenus 150.c 167.c. patriarcha. 1168.g 91.a
Ignatius amphionarum in ecclesia autor. 804.f
Ignati Antiocheni episcopi res. 168.f cũ bellis pugna. ibidẽ martyrii. 169.c
Ignatij reliquiæ Roma Antiochiã trãslatæ. 915.b
Ignauiæ detestatio. 855.b
Ignis cœlestis in terrã prolapsus. 847.g
Ignis delubrium apud Persas ab Abda episcopo diruptum. 879.h
Ignis pro Deo à Persis cultus. 678.d mis. h
Ignon Dei ara. 771.d
Illus tyrannus. imperium contra Zenonem affectat. ibidem
Illi ducis contra Zenonem res gestæ. 1008.h
Illyricæ synodi decreta. 640. d ad episcopos Asianos de Trinitatis consubstantialitate scriptum. 700.c
in Illyrico conuentus episcoporũ propter Trinitatis consubstantialitatem conuocatus. 798.b
Imagines sanctorum ex ecclesia à Xenaia Hierapol episcopo eiectæ. 1035.a
Imaginum sacrarũ vsus 594.c 271.c ab Eugenio. 1167.g
Immeres gens bellicosissima. 1047.f
Christianismum amplectitur. ibid.
Imperatoris sanctissimi descriptio. 2.a 4.b 1119.f 1007.f
Imperatoris est, sibi primùm, deinde subditis imperare. 8.f
Imperatores quid potissimũ ornet. 3.e
Imperatores certa Dei prouidentia gerentur hominibus. 2.c
Imperatores episcoporũ potestati in rebus ecclesiasticis olim subiecti. 350.e
Imperium curarum & arumnarũ nomen. 309.f
Imperii status felix ac bonus. 4.h
Imperii custos timor Dei. ibidem
Imperij administrandi præcepta & leges. 1108.e
Imperij administratio non penes subditos, sed principem. 610.b
Imperia Deus suo præsidio conseruat. 797.c
Imperiale sceptrum splẽdidi cuiusdam seruitii signum. 3.a
Imperialis aula Emanuelis Palæologi, motũ pietate monasterio pũmilis. 8.f
Indæ eunuchi martyrium. 317.h
Indi Homeritæ. 402.b
Indi Sabæi. ibid.d
Indi interiores ex insperato ad Christũ conuersi. ibidem.b
Indorum idololatria. ibid.b
Infelicitati nullius insultandum 444.b
Inuitiarum humanarũ recordatio curaltius mortalibus insideat. 721.e
Innocentius Pont. Ro. 768.d 838.d 838.b
Innocẽti apud Alaricht̃ orator. 844.g
Innocentij Pontificis Rom. ad clerum Constantinopolitanũ pro Chrysost. epist. 859. f lucrꝛ quib' Arcadiũ imp. Arrio, &c anathemati subiicit. 842.a
Ioas Iudæorum Pontifex. 91.h
Ioachanus Iudæorum Pontifex. ibid.
Ioachim Iudæorum Pontifex. ibid.
Ioachim Mariæ virginis Deiparæ pater sanctissimus. 41.d
Ioachim Iudæorum Pontifex. 91.h
Ioannes Baptista Christi consobrinus. 91.e ante natiuitatẽ suã Christũ salutasse mundi veneratur & adorat. 42.e Christi præcursor, præclarè suo munere functus. 8.a à primis fluminis annis vitam solitariam amauit. 52.h Herodis incestum aperte reprehendit. viz sanguinarias Herodis in infantes innocentissimos fœmẽtas manus effugit. 52.h
Ioãnis baptismus 57.b doctrina. ibid. a prædicatio. 56. f laudes à Christo decantatæ. 58.c prope Iordanẽ domicilium. 400.b vitæ austeritas. 54.d in prædicatione pœnitentiæ ardẽs studium. 56.g
Ioãnis Bapt. cineres prophanati. 568.a
S. Ioannis Baptistæ in Septimo templum. 797.h
Ioannes apostoli duo. 348.b
Ioannes apostolus hæreditatem à Zebedæo patre sibi relictam, Caiphæ Pontifici diuendit. 92.g
Ioannis apost. epistolæ in Pathmum relegatio. 139.c 160.f ex Pathmo liberatio. 162.b
Ioannis apostoli epistolæ & apocalypsis 170. b 148. a 160. b 192. d
de Ioannis Apocalypsi Dionysij Alexãdrini iudicium. 277.c
de Ioannis Apocalypsi Irenæi iudicium. 102.d 103.a
Ioannis apostoli miracula. 217.f
Ioannes apost. Quatuordecimanos in Asia Pascha celebrare docuit. 786.h
Ioannis Euangelistæ domus. 87.c 90.b 70.a filii. 143. f mors. 52.g
Ioannis apostoli Euãgelium, epistolæ & apocalypsis. 243.c
Ioannes quo ratione 28 Euangelium suũ scribendũ sit addit'. 142. f 137.c
Ioannes cur postremo locum suum Euangelium scripserit. 144. f 223.b
Ioannis apostoli ex hominum consortio decessus qualis. 81.d
Ioannis Euangeliũ in specu quodã subtẽpli Hierosolymitani fundamẽtis Iuliani Imp. rẽpositum inuentum. 596.f
Ioannes episcopus Alexãdriæ. 1035.d eius exilium. 1032. f
Ioãnes presbyter Antiochenus episcopatum reiicit oblatum. 566. g cũ sua damnatur. 907.h
Ioannis Antiocheni episcopi ad Nestorium scripta. 901.b in Ephesio contra Cyrillũ & Memnonem facta. 907.h
Ioannes Apameæ episcopus. 740.c
Ioãnes Armentarũ copiarũ dux. 1135.h
Ioannes Cappadox episcopus Constãtinopolitanus. 1037.b
Ioãnes Catilinus episcopus Ro. 720.b
Ioannes Chrysost. diaconus Antiochenus. 679.b inuitus episc. Cõstãtinopolitanus factus. 791. h aeris criminum censor. 791. g eleri reformator. 793. c liberorum Theodosij in baptismo susceptor & cõpater. 811.b 925.h hæresium plurimarũ expugnator. 802.a Origene multo felicior. 914.d
Ioannes Chrysostomus concionibus suis efficit vt Eudoxia ademptã Gallitropæ vineam restitueret. 811.g
Ioannes Chrysostomus inuitus episcopalibus officijs funginr. 819.f
Ioãnes Chrysostomus exul ecclesiarũ curam gerit. 831. d Cyrino episcopo Chalcedonensi grauiter inlectatur. 816.c ab Eudoxia apud Arcadiũ accusatur. 811. b Seueriani cõmicis laceratur. 818.a cõsilio ab Eudoxia cõuocato cõdemnatur. 821. c ab exilio reuocatur. 818.b percussores eius accusatos à suppliciis liberat. 821.a Epiphanio mortem prænunciat. 821.f
Ioannes Chrysostomus eo quod vitia acriter taxaret, à multis odio habit'. 805. d indicta causa proscripti'. 839.g re & causa indicta damnatus. 642.a Cucusum in exilium missus. 845.a
Ioannes Chrysost. apprime virtutũ reprehensionẽ multorũ cõtra se odia cõcitauit. 799. b Scythas ab Arianismo ad orthodoxam fidẽ cõuertit, ibid. c idololatriã in Phœnicia tollit. 794.a eleemosynæ dandæ modũ præscribit. 839. c in exilio etiam Christianismum propagauit. 831.g
Ioannis Chrysostomi parentes. 790.a præceptores. 790. d cocomiũ. 793.b 709.a 846.a
Ioãnis Chrysostomi nomẽ quãdo primũ in episcoporũ matriculã inscriptũ. 897. f 997. a eius nom. in episcoporũ Occident. albũ relatũ. 817.h
Ioannis Chrysostomi in diceon magna libertas. 795. h in Arcadiũ dictũ. 811.a ad Gainam legatio. 801.a cum Basilio magno amicitia. 792. h in Gainam ducem dicteria. 791.h
Ioannis Chrysost. obtrectatorũ gratia synodus Cõstãtinopoli cogitur. 814.a
Ioannis Chrysost. querela de suorum ex ecclesia Cõstantinopolitana eiectione. 811.d
Ioãnis Chrysost. eloquẽtia. 990.d 791.e cũ Gaina apud Arcadiũ colloquium. 796. g scripta. 792. h 793.b 848. g cum Sisinnio disputatio. 791. e cõtra Eudoxiã cõciones. 815.g cõtra fastũ potentũ homilia. 795. h ad Cõstantiũ presbyterũ scripti. 835.a ad Cyriacũ episcopũ epistolæ. 848. c ad Olympiadẽ epist. 848. f cõtra Eutropiũ orat. 795.h

Ioannis Chrysostomi dictio atticismũ refert. 946.b
Ioannis Chrysostomi phrasis & stylus ab Isidoro laudatus. 926.a
Ioannis Chrysostomi libri non sunt à Cyrillo deleti. 897.b
Ioannis Chrysostomi opera diuinitus seruata. ibidem.
Ioannis Chrysostomi rumnæ. 824.a exilium. 835. f 837.d 814.c de exilij loco querelæ. 834.b in reditu ad populum oratio. 818.d
Ioannes Chrysostomus in die exaltationis crucis obiit. 849.d
Ioannis Chrysostomi tumulus immobilis. 923.g
Ioannis Chrysostomi corpus Constantinopolim translatum. 923.g
Ioannis Chrysostomi cadauer in epist copali throno collocatum, pacem populo precatur. 925.a
Ioanni Chrysostomo Petrus & Ioannes apostoli moriturò apparuerũt. 849.b eum presbyter consecraretur, columba capiti insedit. 792.h
Ioanni Chrysostomo in synodo Constantinopolitana episcoparus abiogatur. 817.c restituitur. 818.a
in Ioãnem Chrysostomum multi percussores sitborum. 821.d
Ioannes Calybetes monachus. 981.h
Ioannes Chuzicites monachus. 1060.b eius miracula. 1061.b
Ioannes Gordi & Proconnesi episcopus. 916.f
Ioãnes Hierosolymitanus episcopus. 766.f 787.g 174.d 865.d 1041.b
Ioannes episcopus Hierosolymitanus contra Anastasij dueis expectationẽ orthodoxam pro concione deprædicat. 1041.b 1041.d
Ioannes Hyrcanus. 92.c
Ioannis Iemni archiepiscopi Cõstantinopolitani mors. 1143.e sanctimonia. ibidem.
Ioannes Latifeus episcopus Synnadẽ translatus. 918.a
Ioannes monachus Aegyptius. 707.b 710.c 707.c eius vaticinia. ibid.b
Ioannes Maiumæ episcopus Alexandriam translatus. 918.a
Ioannes misericors Cyprius, Alexandrinus episcopus 1168.g
Ioannes Philoponus Aristotelicus in signis. 1156. g Tritheitarum hæresis præfectus. 1161.b
Ioannis Philoponi cum Canone disputationes. 1157. b de Monophysitarum hæresi nugæ. 1157. c contra Græcos & ethnicos scripta. 1160. b refutationes. 1158.c
Ioãnes presbyter, & eius scripta. 201.e
Ioannes Rhetor historicus. 980.h
Ioannes Tabẽnesiotes se episcopatũ Alexãdrinum nõ recepturũ iurat. 1016.f
Ioannis Tabẽnesiotæ apud Romanos actiones. 1021.c exilium. 1031.f
Ioannis Cyri ducis res gestæ. 1032.f
Ioannis Damasceni lucubrationes. 780.b
Ioannis Eleemosynarij episcopi Constantinopolitani sanctitas. 1145.f
Ioannis Palæi episcopi exilium. 1035.e
Ioãnis Palæologi Imperatoris mors. 4.e
Ioannæ monachi. 821.b militari manu in conuentibus suis male tractantur. 835.c Constantinopoli templum incendunt. 816.c
Ioannitarum incrementa. 815. h persecutio. 816.d
Ioannitus Magnus. 850.d 1071.a
Iodas Iudæorum Pontifex. 91.h
Ionatas Anani filius, Iudæorum Pontifex. 91.c in seditione cæsus. 119.e
Iónathæ cum Romanis amicitia, & eũ Antiocho fœdus. 37.d
Ionicus Clementis Alexandrini præceptor. 211.h
Iopas Iudæorum Pontifex. 91.h
Iordanis fontes. 270.b
Iosedech Iudæorum Pontifex. 91.h
Ioseph Mariæ sponsus, vir iustus. 43.f eiusdem cum Maria tribus. 48. b antequam Mariæ virgini desponderetur, vxorem & liberos habuit. 90.d
Iosephi sponsi Mariæ virginis integritas. 42.d
Ioseph episc. Hierosolymitanus. 774.d
Ioseph Persa martyr. 474.c
Iosephus Annapatri filius. 39.g
Iosephus Camæ filius Pontifex. 92.f
Iosephus hymnorum scriptor. 1172.f
Iosephus Iudæorum Pontifex. 92.f
Iosephi historici in historia scribenda fides & integritas. de Christo luculentissimum testimonium. 84.b eius libri à Vespasiano descripti atq; cõseruati. 162.a
Iosephi de Hierosolymorum excidio iudicium. 157.a 102.c
Iosis Iosephi filius. 90.d
Iosophat valis. 400.a
Iosue Christi seruatoris typus. 32.c
Iouianus Pergenis episcopus. 681.g
Iouinianus imperator. 681.b 610.f concordiæ amantissimus. 612.c Christianos in integrum restituit. 611. b propter græcissantes imperium recusat. 610.g idolorũ cultũ abrogat. 749.g
Iouiani Imp. vita descripta. 618.g Christianæ virtutes. 616.c contra Persas res gestæ. 610.b constitutio, qua matrimonium Vetalium probibetur. 611.b mors. 917.f
Iouius Illyrici præfectus. 841.e
Ioutus Italiæ præfectus. 844.g
Iozarus Iudæorum Pontifex. 94.c
Ira ex voluptatibus nascitur. 721.f
Irenarcæ officium. 184.c
Irenæ cum Constãtino imperiũ. 918.a 1171.f
Irenæ Spiridonis filiæ miracula. 421.c
Irenæus Spiridonis filiæ miracula. 421.c
Irenæus grammaticus. 370. c de Attica liber. ibidem
Irenæus Tyri episcopus. 911.a Polycarpi auditor. 100. a 220.a eiusdem lucubrationes. ibidem.e f
Irenæus pacis studiosissimus. 217.d
Irenæi erga religionem & fidem ardens studium. 202.c
Irenæi ad Florũ & Blastũ scripta. 219.d exantio, ne scripta eius à nostris deprauarentur. ibid.d
Irenæ tempore in Ecclesia Christi miracula virtute diuina facta. 200.a
Irenion Gazæ episcopus. 611.f
Isaac episc. Hierosolymitanus. 968.g
Isaac Persarum episc. & martyr. 474.f
Isacius in vinculis Valentis mortem prædicit. 733.f
Isacci monachi Cõstantinopolitani ad Valentem pro catholicis oratio. 613.f
Isauri Phœnicen, & Cariam inuadunt. 843.c
Isauriense concilium. 511.c
Ischyræ & Athanasij iudicium. 430.b
Isidorus Cyri episcopus. 742.f
Isidorus Milesius insignis architectus. 877.a
Isidorus Peluseotes. 944.f 897.a
Isidorus solitarius. 708.b
Isidori de phrasi & stylo Chrysostomi iudicium. 926. a pro Chrysostomo defensio ibidem a & b vita. 944. c scripta. 944.b
Isigerdes Persarum rex, Theodosij tutor. 854.a
Ismaelus Phabi filius, Iudæorum Pontifex. 71.f 91.f
Ismaelitæ Saracenorum nomen sibi imponunt. 716.g
Ismaelitarum ceremoniæ cum Iudæis communes. 787.e
Isiri pons saxeus. 356.b
Ithyphalli turpiter nudati in publicũ prodeunt. 780.h
Iudas Apostolus, Iosephi filius. 90.d frater Domini secundum carnẽ. 161.a episcopus Hierosolymitanus. 175.c
Iudas Galilæus Iudæos ad defectionẽ ob tributi exactionẽ sollicitat. 46.b
Iudæ Machabæi res Pont. Max. 91.c
Iudæ apostoli epistola. 154.c
Iudæ cũ Romanis pax & fœdus. 17.b erga religionem & cultum diuinũ ardens studiũ. ibid. b. bellio contra eosdem & descriptionẽ vindicata. 89.b
Iudæ Gaulanitidis scelus. 46.b
Iudæ historici lucubrationes. 225.d
Iudæ Iscariotis auaritia & proditio. 72.c
Iudæ Taddæi acta & martyrium. 131.g
Iudæa quãdiu sub aduenis regib'. 131.f
Iudææ tetrarchiæ. 40.f
Iudæus Cõstantinop. in desperato eius paralyticus, per baptismum sanatur. 879. c harena pro aqua baptizatur. 186.c
Iudæus Homerites pseudomessias. 1060.f
Iudæus insigni flamma diuinitus cõseruatus. 967. f 1087.f
Iudæus per Iudam baptizatus. 187.f
Iudæus quidam lucis spe captus, sæpenumero baptismum reiectat. 877.c
Iudæi ad restitutionem templi Hierosolymitani extimulati. 396.a
Iudæi C. Cæsaris effigiem in templo ferre nolunt. 99.f
Iudæi Christo nato à Romanis subiugati. 103.a. c Christianis semper infensissimi. 873.d circa natiuitatẽ Christi in seruitutẽ à Rom. redacti. 44.e
Iudæi corporalium rerũ & typorũ studiosi spiritũ & veritatẽ nõ eurẽt. 791.b
Iudæi è Bibliis dicta de Christo quædam sustulerunt. 192.d
Iudæi ex Alexãdria eiecti. 873. c in Babylonicam captiuitatem à Nabuchodonosore ducti. 36.e
Iudæi in Christi contumeliam infantẽ in cruce exarnificãt. 876. h nocturnam ex insidiis cædem Christianis moliuntur. 874.c
Iudæi Nazarenorum religioni semper fuere infensissimi. 101.b
Iudæi Diocæsareæ rebellantes, à Gallo coercẽtur. 311.h
Iudæi per Sylueſtrũ ad Christianismũ conuersi. 39.b
Iudæi propter Christi cædem multas pertulere clades. 99.c
Iudæorum atrocitas. 36. b aduersus Romanos rebellio. 12.c bella ciuilia. 17.a contra Græcos bellum. 171.b contra Samaritanos seditio. 118.b cũ Christianis de Christiana religione in vrbe Roma colloquium. 131.b cũ Hierache contentio. 871.d ex captiuitate Babylonica liberati. 36.g
Iudæorũ extrema impietas à Deo vindicata. 117.g
Iudæorum genealogiæ ab Herode cõbustæ. 748.b 48.e
Iudæorum hæreses. 197. g in Christianos magna crudelitas. 1086.a 192.c in Christianos apud Constantinopolitanos tumultuarius. 815.b libertas & prærogatiua. 35.b in Paschæ festo cruenta seditio. 118.b nouæ clades sub Traiano apud Alexandriã Cyrenens. & in Aegypto. 170.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorum oligarchia. 36. g pertinacia. 870.d 874.c
Iudæorum regum aduenarum catalogus. 151.f
Iudæorum sacerdotia & vnctio abolita. 45.b
Iudæorũ seditio & bellum intestinũ. 151.h seditiones 37.a sub Claudio Imperatore calamitates. 118. b sub Adriano clades cruentissima. 173.b item sub Nerone 151.f
Iudæorum veterum Pascha. 783.e vide Pascha.
Iudæis vectigalia à Pompeio imposita. 59.b
Iudæos longanimitas Dei frustra ad pœnitentiam vocauit. 151.f 159.f
Iudaici belli à Tito gesti initia. 91.b figura. 155.a
Iudicis corrupti memorabile exemplum. 417.f
Iudices Iudæorum duodecim. 36.e
Iudicij iniqui contra Eustathium processus. 430.e
Iuliæ alpes. 310.f ab Eugenio occupatæ 797.e
Iulianus episc. Alexandrinus. 210.e
Iulianus Antiochiæ rerum rerum venalium precium instituit. 587.g
Iulianus Bostrensis episcopus. 1055.h
Iulianus monachus ad Edessam. 476.b
Iulianus episc. Hierosolymitan⁹. 210.e
Iulianus Halicarnassæus multarum hæresum author. 154.c
Iulianus Marriani patricius. 918.d
Iulianus Sabas monachus, in visione Iuliani Imperatoris cædē vidit. 602.f
Iulianus Imper. à militibus lect⁹. 552.e
Iulianus apostata magnus & necromanticus. 604.b 551.a
Iulianos Iudæorum fautor. 591.c
Iulianus diuinationis periustim⁹. 551.b ariolorũ sacris imitatur ibidē. e propter suspitionē Constantij de se cōcepta fit monachus ibid. e Fortunæ publicè Constantinopoli sacrificat. 577.f idololatriam Græcorũ restaurat. 578.e 580.a 555.a Iudæos ad templum Hierosolymitanũ restituendũ extimulat. 596.a in ipsa idolomania spectris diabolicis cæterimus figuraculo crucis ea fugat. 614.f Constantij funus curat. 551. b apud Cyzicenos pios persequitur. 576. c res siculctas venales sacrificiorum sanguine polluit. 567.a inuctuti Christianę liberalib⁹ Græcorũ studiis interdicit 585.c à Christianorum libros proscribit. 584.c Christianis sub prætextu Persici belli ingentem pecuniam extorquet. 582. g Valentiniano atque aliis Christianis martyrij honorem inuidet. 610.c 577 b totus in hoc incumbit, vt Christianismo abrogato, Græcismum confirmet. 580. Christianos ab aula atq; omnibus dignitatibus remouet. 581. e clero annonã suam adimit. 596. d sacras Christianorum ædes diripit. ibid. e 581. e propter odiũ Christianismi ius legatorũ violat. 566. g Christianismum eradicare penitus conatur. 577. f clericos in senatũ legit. 548. b instituta Christiana inculsũ idolorũ inuexit. 578. e Maximi philosophi cõsilio à Christiana religione defecit. 551.a fidē Christianã anxiosũ cõsuetudine adductus abiecit ibid. a in locũ staturæ Christi, suã reponit. 594. f suã imaginẽ depingi ad deorum simulacra curauit. 580.a moriturus Christi vindictam agnouit. 609. b diuinitatẽ affectat. 610.e lechalirer vulneratur. 601. f Tarsi tumultuatur. 610. f 617. g
Iulianus in deorum numerum à Libanio relatus. 606. h cur Christo adeò infensus. 606. g
Iuliani Cæsaris imperium. 511. b educatio, præceptores. 550. h & studia. 549. g res gestæ 549. g in Gallia profecto. 126. g aduersus Gallos res gestæ in Thraciam profectio aduersus Persas expeditio. 587. c 591. e. 599. b
Iuliani culpa pernicioſe cum Persis bellatum. 611.a
Iuliani prælatæ victoriæ. 545.d
Iuliani Imp barba ab Antiochenis derisa. 587.d
Iuliani à Christiana religione apertæ defectio 551.d harnspicina 611. e leges ecclesiasticæ impiis sacerdotib⁹ propositæ 574. h ad Arsacium Pontificẽ epist ibid. f contra Antiochenos oratio 586. e in vrna simul & mortua sanctorum corpora crudelitas 566 e de sacris litteris iudicium. 606. f suprema in Christũ blasphemia 603 c 599. c contumelia in Arsacium Antiochenorum ducem. ibidem b
Iuliani præfecti in Christum & vasa templi contumeliæ. 561.c
de Iuliani Imperatoris morte oraculum. 617.h
Iuliani cædes. 601.f 603 c 609. f 619.a funus. 545. h 610.f
Iuliano imperatore in terris nihil prodigiosius atque monstrosius. 609.f
Iuliano sacrificanti horrenda apparẽt prodigia. 554.f
in Iulianum Imp. ros crucis forma decidit. 551.f
Iulius Aphric. & eius scripta. ibid.b
Iulianus Apameus. 114.g
Iullianus heremita. 687. a eius miracula. ibid.f
Iulianus, Iuliani Imperatoris auunculus. 519.b
Iulius episcopus Romanus 375.b 457.f 459 a 610.d
Iulius Arianæ hæresis sectator. 360.d 366.f
Julij Cæsaris mors. 1051.a
Julij Maximini in Christianos crudelitas 545.g
Iulli Romani episcopi ad Alexandrinos pro Athanasio epistola. 491.g ad Antiochenum concilabulum responsum. 462. g mors. 511.c
Iurisiurandi violati vindictæ. 1045.b
Iusta Valentinianni Imp. filia. 474.g
Iustificationis formula in Abraha 35.e
Iustina Valentiani senioris vxor. 705.h
Iustinæ Arianæ contra Ambrosiũ disputationes. 760.d
Iustinæ virginis pudicitia. 250.b
Iustinæ Augustæ mors. 761.e
Iustinianæ. 1091.e
Iustinianæ ciuitas. 1047.f
Iustinianea prima & secunda ciuitas. 1108.h
Iustinianus à Iustino in Imperij societatem acceptus 1064.g Chalcedonensis synodi acerrimus defensor. ibid.
Iustinianus Ro. Imp. architecturæ peritissim⁹. 1082.c in Libya ccmũ & quinquaginta oppida construxit. 1072. g
Iustiniani fides & pietas 1096 b immanes auaricia. 1079.g prodigalitas. ib.c contra Persas res gestæ. 1111. b 1113.a de Persis victoria 1113 a item de Vandalis. 1071.e contra Seuerũ constitutio. 1067.c somnium. 1071.e mors. 1096.f sepultura. 1098.a
Iustiniani memoria anniuersaria celebrata. 1096.g
Iustiniani iunioris imperium. 1098.b à Iustiniano crux aurea S. Sergio dedicata. 1151.h
Iustinopolis ciu. 1108.h
Iustinus dux, Iustini Imperatoris cognatus. 1098.d eius cædes. ibidem.d
Iustini Cæsaris imperũ. 1057.b iguauia & suauicia. 1098.b 1104.b in ecclesias liberalitas. 1109. a magnificentia in restaurandis ædificiis. 1060.c de fide Christiana & concordia eiusdẽ scriptum. 1100 c mors. 1109.a
Iustinus phreneticus. 1107.c
Iustinus philosophus diuina gratia ad Christum conuersus. 191.d
Iustinus philosophus & martyr, Christianæ religionis verus propugnator. 180 e suum martyrium præuidit atque prædixit. ibidem e f
Iustini philosophi cum Crescente Cynico disputatio 180. e scripta. 192.a facta 171. f pro Christianis ad Adrianũ apologia ibid martyrium. 180 e
Iustitiæ officium. 721.b
Iustus episcopus Alexan. 174.c
Iustus episc. Hierosolymita. 151. c 175.c
Iustus constantij iussu cæsus. 706. f
Iuuenalis episc. Hierosolymit. 961.d
Iuuenalis Hierosolymitani episcopi laus ac lucubrationes. 114.d
Iuuenali episcopatus restituitur. 968.c
Iuuenis puellæ pudicitiam morte sua redemit. 305.f
Iuuentij martyrium. 567.d
Iupiter parricida. 954.c
Iouis spurcissima flagitia. ibidem a
Iouis Amici simulacrum ac oraculum 319.a Christianis demolitum. 335.a
Ioui ɔplum Antiochiæ ædificatũ. 56.c

L

Labarum Romanorũ vexillũ 843.g Labarum, præcipuũ Rom. signorũ vexillum. in crucis formam mutatum, 551.b
Lab las episc. Hierosolymitanus. 289.c
Labyrinthus parnus, 211. a falso Origeni ascriptus. ibidem b
Lectus Aegyptiorum proconsul. 211. a
Lucici contra Arianos disputatio. 571.f
Lagadius. 859.h
Laicis in Nicæna synodo loquẽdi etiã data facultas. 575.d
Lampsacenum concilium, eiusq; decreta. 611.h
Laterancse apud Rom. palatium 549.c
Latoni⁹ Melitinẽsis episc. 979.b Massilianorum Domicilia incendit. 669.c
Latronianus. 140.b
Laurentius episcopus Constantinopolitanus. 361.c
Laurentij martyris reliquiæ. 868.g
Lazari mors quatriduana quid declaret. 85.g
Lazari resuscitatio. 503.f
Lebes episcopus Hierosol. 174.d
Lectio prophanorum autorum theologis necessaria. 289.g
Leo à Zozimo manufactus. 1061.d
Leo Pont Max. 915.f
Leo Tribunus⁹, Romanorũ Imp. 974.c
Leonis Armenij res gestæ. 1171.f
Leonis episcopi Ro. epistola in synodo Chalcedonensi lecta. 1000 g 1001.d
Leonis Romani episcopi cum Cyrillo in synodo Chalcedonensi disceptatio. 1001.b ad Martianum & concilio Chalcedonense scriptum. 962.b
Leonis Imperatoris circulares ad episcopos litteræ. 978.c. in Vandalos expeditio. 989.a
Leonis Isauri res gestæ. 1171.f
Leonis minoris imperium. 991.c
Leonis principis erga Antiochenos liberalitas. 980.h
Leonis Sapientis imperium. 918. a res gestæ. 1171.f
Leonis senioris Imp. mors. 991.g
Leonis tomus cum Chalcedonensibus decretis damnatus. 1010.a
Leoni cœlitus imperium Romanum promissum. 986.e
Leonas Iynodi Seleuciæ celebratæ præses. 529.e
Leonides Origenis pater martyrio coronatus. 230.g
Leontia Augusta. 1149.b
Leontius Ancyræ minoris Galliæ episcopus. 792.d 659.b 819.e
Leontius episc. Antiochenus. 495.a ad hunc presbyter seipsum castrauit. 502.f
Leontij episcopi Antiocheni damnatis pulchre dictum. 496.a
Leontius Comanenus episcopus. 612.d
Leontius Laudicensis episcopus. 501.f
Leontius martyr. 1015.c
Leontij martyris in Tripolis regione templum. 1034.d
Leõtius Nouatianus Rom. episc. Symmacho impunitatem impetrat 764.c
Leontius Pamprepes tyrannus. 1019.e
Leontius presbyter. 481.f
Leontius tyrannidis affectator. 1027.g
Leontij monachi contra Monophysitarum hæresim disputationes 1158.c sanctitas. 718.g
Lepræ sanguinarium atque horrendũ remedium. 328.b
Leui episc. Hierosolymitanus. 274.d
Lex cur diuinitus cõcessa hominibus. 30.b
Lex Iudæis. Abrahæ posteris, per Mosen cur data. 30.b
Lex pædagogus verus. 30.c
Legis obtestandæ onere an fideles ex gentibus grauandi sint. grauis disputatio. 110.a
Leges Antonini Pij. 179. c Constantini contra Iudæos. 450.f
Libanius Syrus sophista. 709. a 550. g
Basilij & Gregorij Nazanzeni præceptor. 674. f Ioannis Chrysostomi præceptor. 709.a
Libanius Iulianũ Deum facit, dæmonem appellat. 606.h
Libanij sophistæ contra pædagogos suos oratio. 550. h alia in funere Iuliani. 601 e 604.b
Libanij sophistæ lenitas & vanitas. 604.d
Libanij sophistæ libri à Iuliano apostata diligenter perlecti. 510.g
Libanio sophistæ Iuliani apostatæ cædes prædicta. 602.h
Libanus mons. 401.h
Liberius ex Pertroea reducitur. 519.a
Liberius episcopus. 698.g
Liberius Ro. episc. 620. d 511. e exulaturus donum quingentorũ aureorũ à Cõstantio sibi missum reiicit 515.b
Liberij episcopi cõstantia fidei. 518.g cũ Constantio de Athanasij fide colloquium. 514. 515.a
Liberij & Occidẽtalium episcoporum ad catholicos Orientales epist. 619.a
Liberij Romani episcopi exilium. 514.g
Libertas ecclesiastica. 346.e
Liberi arbitrii ratio. 29.c
Libya in Romanorum potestatem redacta. 1071.g
Libyci hæretici. 280.a
Licini⁹ à Constantino bello victus. 341.b Maxẽtio & Cõstãt. Cæsar fact⁹. 315.e
Licinius apostata oracula de belli euẽtu consulit. 541.a
Licinij imperiũ 316 c 317. c contra Cõstantinũ res nouæ. 340 d contra idolatras egregia facinora. 335.a
Licinij encomium. 317. b in Anxentiũ crudelitas 542. f item in Christianos. 349. d fœda tyrannis. 541. c contra Christianos leges. ibidem d in Christianos odiũ. ibidem c pro Christianis edictum. 325. f 336. b interitus. 543.
Licinij statuæ deiectæ, atq; omnis eius delera memoria. 543.d
Ligandi potestas. 802.h
Lilius Mauritij Imperatoris interfector. 1152.g
Linguæ vsus legitimus. 1146.a
Linguis exciſis martyres aperte loquuti. 1046.c
Linus Pontifex. 156.a
Litarbis regio. 1125.a
Lixcianorum hæresis. 1172.f
Longinus philosophus. 240.b
Longinus ab Anastasio imperatore in exilium missus. 1029. a in bello captus, & in triumpho Constantinopolim tractus. 1044.g
Longinus Zenonis frater seustra ad imperium aspirat. 1028.g
Longini contra Anastasium Imperatorem bellum. 1044.f cædes. ibid.d
Longobardorum eruptiones. 952.f
Longi fratres. 713.f
Longorum monachorũ cum Anthropomorphitis dissidium. 809. a cum Theophilo bellum. 809.c
Lucas Euangelista pictor præclarus. 272.b 857.f 972.b
Lucas Christi & matris eius, Petri item & Pauli apostolorum effigies depinxit. 142.b
Lucas Euangelista apostolorum acta quãdo & quousq; descripserit. 128.c
Lucas suum Euangelium Pauli iussu conscripsit. 144.f
Lucas quo consilio suum Euangelium scripserit. 145.c ibidem.
Lucas Euangelium à Paulo laudatum. 243.b
Lucæ Euangelistæ prædicatio & acta. 142.a ius olla Constantinopolim translata. 366.g
Lucernæ & carmina funeralia. 545.b
Lucernarum in ecclesia gestatio. 803.b
Luciani Antiochem episcopi martyrium. 308.c
Lucianus Constantinopoli in locum Eudoxij surrogatus. 789.b
Lucianus martyr. 482.f
Luciani ex sorore nepos ab Eunomianis deficit, & suam sibi instituit hæresim. 789.b
Luciani martyrium. 320.c discipuli Asiani. 401.a
Luciani martyres corpus Helenopolim translatum. 405.h
Luciani martyris fides. 417.f
Lucifer Calaritanus episcopus. 568.d
Lucifer episcopus ab Eusebio Vercellensi distinguitur. 573.h
Lucifer hæreticus. 472.a
Lucifer Sardous episcopus. 478.e
Luciferanorum in Oriente hæresis. 573.h 737.h
Lucius Arianorum Alexandriæ episcopus. 614.e
Lucius Alexandrinus episcopus Arianus. 736. c Arij sectator. 568.f
Lucius episcopus Rom. 288.e
Lucius episcopus à Samosatenis cõtumelia afficitur. 680. d ab exilio Adrianopolim reuocatur. 496.c vinctus in carcere necatur. 502.f
Lucius martyr. 182.a
Lucius Quintus Iudæorũ præfectus. 172.e
Lucij eum monachis Aegyptiacis cõtentio. 690.e
Lugdunensium martyrum commendatoriæ pro Irænco ad Eleutherium episcopum Rom. litteræ. 201.b 203.a
Lunæ promontorium. 487.b
Lupanaria Romæ à Theodosio abrogata. 784.d
Lupus Aegypti præfectus. 172.b
Lyæus pugil diuina virtute à Nestore victus. 307.d
Lychuedus lacus. 1091.c
Lycus episcopus Edessenus. 681.f
Lycus. fl. Gregorij miraculo repressus. 272.b
Lygos opp. 546.g
Lysanias in patrium regnum succedit. 40.g
Lysanias Ptolemæi Minæi filius. 40.g
Lysias. 342.h

M

Macarij Aegypti miracula. 472.c
Macarius Alexãdrinus, vinctus Tyrum ducitur. 417.h
Macarius Hierosolymitanus episcopus. 361.f 369.f 375.b 611.e 455.b. 1087.g
Arianæ hæresis sectator. 360.d
Macarij monachi Aegyptij duo pietate insignes. 471.c 721.f 710.g 720.a.
Macarij de successore & posteritate solicitudo. 451.d
Macarius hæreticus. 567. d Politicus. 472.c presbyter. 780.d
Macrontichos Anastasij Imperatoris opus. 1048.f.
Macedonius Anachoreta. 808.d
Macedonius episcopus Constantinopolitanus. 454.f 621.f
Macedonius Cõstantinopolitanus orthodoxorũ acerrimus persequutor. 537.c ab Anastasio Imp proscriptus. 119.c Anastasium imp iam mortuum ad Christi tribunal euocat. 1052. e Cõstantinopolitano episcopatu priuatur. 539.b malis artibus episc. Constantinopolitanus factus. 462.c Constantij imperatoris ac multiorum bonorum virorum odium erga se cõcitat. 528. b grauiter ab Anastasio imperatore infectatur. 1055.f
Macedonius cur tanopere ab Anastasio imperatore ödio habitus. 1030.d
Macedonius episcopus post mortem in integrum restitutus. 1067.f 461.g
Macedonius Mopsuestiæ Ciliciæ episcopus. 464.a
Macedonij Constãtinopolitani in orthodoxos crudelitas. 504.d
Macedonij miracula. 1031. h hæresis. 737. h 540. b in spiritum sanctũ blasphemiæ. 539. b exauthoratio. 535. d exilium 1031.e vita solitaria. 539.b
Macedonij sectatorum persequutio. 1031.g cædes ibidem b c martyrium. 581.a 594.d
à Macedonio episc. Constãtinopolitano fidei formula etiã descripta. 1034.c
in Macedonũ criminationes ab Anastasio imperatore subornatæ. 1031.e
Macedoniani monachi. 814.e ab Antiochenis ex ecclesia electi 900.f Theodosio episcopo Synnadæ persequuti. 869. b à Liberio ad communionẽ admissi. 659.a
Macedoniani quoque Marathonij dicti. 540.d
Macedoniani cur se ab Acacianis & homousianis segregarint 574.h
Macedonianorum dissidia. 779.b persecutiones 698. d eum Paphlagonibus bellum. 698.d 518.a
Macedonianorum libellus de professione fidei Liberio oblatus. 670.e
Macedonianorum errores. 617.a 763.h Iouianum supplicationes. 611. b
Macedonianorũ hæresis post Cõstantij imperatoris mortẽ repullulat. 574.g
Macedonianorũ cũ Liberio episcopo

Universidad de Deusto
Biblioteca

conciliatio 737.c
Macellum locus in Cappadocia. 519 g
Machometi primordia. 1.71.c
Macrinus imperator Rom. 249. f per seditionem creatus. 269.f
Macrini militis martyrium. 270.c
Macrina Basilij magni soror. 678.f
Magia Iuliani post eius mortē in publicum producta. 604.b
Magi orientales Christi munerātur. 30.a per Persidem omnem in Christianos sæviunt. 413.f
Magorum domis Christi regnatus sacerdotum indicatum. 51.f
Magorū in Matutham fraudes. 879.f cum Matutha contentio. 880.f
Magistratibus obediēdum. 169 b 184 g
Magna Quinta. 913.c
Magnetis lapidis vis. 966 b
Magnus largitionū comes. 692.b quæstor imperatorius Ananorū fautor maximus. 628. c Eleryti ecclesiam incendit. 691.b cogit catholicos vt Arianismum amplectantur. 691 c
Magnus argentariæ mensæ præfectus. 1106.b
Magnentij in Occidente tyrannis. 451.c in Romanos crudelitas. 284.c interitus. ibid d
Maiorianus occidētis imperator 970.a
Maiuma civ. 557.c 815.c Gazæorum nauale. 405 c
Malchus Aegypti monachus. 718.g
Malchi martyrium. 268.d
Malchion monachus. 281. e 716. a Sophistices scholæ. Græcarumque disciplinarum apud Antiochenos præceptor 281.e e conspectu fratrum raptus eisdemque redditus. 716.a
Malchionis presbyteri contra Samosatenum disputatio. 281.e
Malchus Antiquitū interfector. 44.f ab Herode interfectus. ibidem.
Mamas Diascorinus. 1056.e
Mamantis martyris templum. 1150.d
Mambræ vallis. 707.b quercus. 410.e
Mamæ martyria templum. 550.e
Mammææ Alexandri matris pietas. 246 f 249.g
Mammiani præclara apud Antiochiā ædificia. 1028.f
Manalles Iudæorum Pontifex. 91.e
Mandatarij episcoporum. 575.c
Mandra Simeonis. 942.a
Manetis hæresis. 285.h 287 b sectatores. 286.h interitus. 286 h
Manichæorū hæresis 283.h eius expugnatores. 287.b
Manna cluriētibus piis de cœlo missa. 967.a
Mannum impositio in creandis ecclesiæ ministris. 290 g 350.g
Manuum impositione datus spiritus sanctus. 351.d
Mantaco nex hæreticus. 1164.f
Maran discipulus Ephraim. 478 g
Marathonius Nicomediensis episcopus. 544.a 540.c
Marathonij hæresis. 540.b
Marcellinus episcopus Rom. 288.c
Marcellas martyr. 234.c
Marcellus episcopus Ancyran^s. 460 b eius hæreses. 447.b eius scripta obiecta à Catholicis lacerata. 447.b
Marcelli Ancyr. episc. defensio. 470.c
Marcelli Apam episc. martyriū 772. E eius ad martyres epistola. ibid.g
Marcello Ancyrano episcopo in concilio episcoporum Constantinop. dignitas ademptat. 446.b
Marcellus hæreticus. 465 g damnatur. 718.c in Ancyranum episcopatū ab Occidentalibus restituitur. 469.c
Marcionis hæresis. 189.c 195, a 218. f 268.d
Marcus Alexandriæ episc. 119.a 174.c
Marcus Arethusæ episc. 463. a eius cōfessio fidei in Syrmiensi conuentu oblata. 506.b martyrium. 563.d
Marcus Iustinianæ tyrannus. 858.f
Marcus episcopus Constantinop. 362.c
Marcus euangelista Petri interpres. 170.d primus in Aegypto Euangeliū prædicauit. 104.b quo occasione suū euangelium conscripserit. 185.f 104.g 182.b 170.d
Marci euangelistæ prædicatio & acta. 141.d martyrium. ibid.
Marci euangeliū à Petro dictatū 243.b
Marcus episcopus Hierosol. 175.c
Marcus monachus Aegyptius. 710.f 944.f
Marcus Seyrarum episcopus. 922.c
Marcus hæreticus. 189.g
Marci Antonini de institutione imperiali liber. 179.g
Marci monachi lucubrationes. 946.d
Marcotis lacus. 375.a
Mare ardens. 816.a
Maris Chalcedonis episc. 381. f 514.f hæreticus 742.b mira liberatæ Iuliani apostatam reprehendit. 577.f
Mardonius eunuchus. 671.a
Mardarij martyrium. 306.g
Marea lacus. 421.b
Mareas episcopus & martyr. 414.f
Mareotis lacus. 710.g
Maria & Ioseph eiusdem fuere tribus. 48.b sub ignotarium nomine Ioseppho commissa à sacerdotibus 24.b ante natiuitatem est consecrata à Deo, vt ederet mūdo suum redemptorem. ibid c
Maria virgo D. Elizabethę cōsobrina. 91.c multis contumelijs à Constantino imp. affecta. 1169.a
Mariæ virginis cognatio atque cōsanguinei 91 e parentes, natiuitas, & educatio sancta. 41.d mortis. 125.f forma & figura. 125 f ætas & vitæ tenius annis; 60. humilitas & vaticinatio de Christo 41.f virginitas. 1000 g cōceptio ab angelo prædicta. 442.a pias & assumptio. 60 f miracula 910 e
Mariæ purificationis dies institutus. 1092.b assumptionis. ibid.d
Maria virginis ex hominum cōfortio decessus. 975.b exequiæ. 114.a
Mariæ virginis tumulus, & imago à S. Luca depicta. 972.b 855.f
Mariæ virginis corpus in Paradisum translatum. 114.c
Mariæ virginis zona 956.c 972.f vestimenta ad Leonis Magni tempora seruata. 974.b
Mariæ virginis rotundum templum à Leone imperatore ædificatur. 985.a aliud ad Pontem ibidem b. 987 f.
Mariæ virginis vestis à Palæstina Cōstantinopolim translata. 984.b in Mariam virginem blasphemiæ diuinitus vindicatæ. 1142.c
Mariæ Magdalenæ in Christum beneficia. 69.a
Maria Aegyptiaca. 1062.b
Maria lacus. 710.b
Mariana Arcadij ex Eudoxia filia. 796.
Mariamna Philippi apost. soror. 133. f
Mariamnis Herodis vxor. 40.f
Mariamnus monachus Antioch. 718 g
Marina Arcadij filia. 850.a
Marina monialis Olympiadis cognata. 851.c
Marinæ virtutes. 855.b
Marinus Beryti episcopus. 1035.b
Marinus Thrax Constantinopolitanus episcopus. 766.b
Marini cū Agapio contentio. 782.f hæresis. 781.b
Marini Syri aduersus Vitalianū Thracem res gestæ. 1047.b
Marosios. 718.c
Martis adulteria. 915.c
Marcianus Chalcidis monachus. 718 g
Marcianus episcopus Constantinopolitanus Nouatianus. 792.a
Marcianus Lampsacenus episc. 746.g
Martianus episcopus. 746.b
Marcianus imperator à Pulcheria renunciatus. 954.d
Marcianus ecclesiæ œconomus. 581.c
Marcianus vir tribunitius. 954.d
Marcianus Nouatianus filiastū Valentis imperatoris præceptor. 669.c
Marciani Nouatiani episcopi de Sabbatio facetè dictum. 781.c 503.a
Martiani imp. vita eleganter descripta. 977.a b
Martiani Rom. imper. præclaræ virtutes. 956.c cōtra Vādalos res gestæ. 956.b orthodoxa cōfessio. 1040.b cū Gelasio cho amicitia. 956.b contra Zenonem expeditio. 1026. cōtra Persas res gestę. 1104.f
Martianus post bellū à suis desertus. factus est presbyter. 1010.c
Martiani mors. 974.d 789.d
Martiano imperium omine prædictū. 958.b
Martini Sabariensis siue Pannonij historia. 477.g
Martyrem verum quid faciat. 871.b
Martyres Alexandrini propter tormēta varia à Christo deficiunt. 251.c
Martyres Antiochenī variis supplicijs affecti 302.b
Martyres in Phrygiæ oppido, incēdio consumpti. in diuersis locis crudeliter tractati. 265.b
Martyres feris obiecti nō sunt laniati. 300.d
Martyres Catholici coniugi cum hæreticis martyribus soluere. 135 b
Martyres imperatorū domestici. 299 d
Martyrū varia supplicia 301.f sub Diocletiano varia tormēta. 297.b 298.b
Martyrum diuina alacritas. 302. constāt a in confessione fidei in maximis tormentis. 251.a
Martyrum constantia carnifices etiam ad fidem conuersi. 302.b
Martyrum cōstantia Iustinus philosophus ad Christianismū cōuersus. 191.d
Martyrū viginti millia in natali Christi occisa. 300.a
Martyrum cadauera inhumaniter tractata. 228.a
Martyrum defunctorum honor. 924.d memoria. 208.d
Martyrum stigmata à piis deosculata. 192.c
Martyrum viri præclarissimi, qui edictum imperiale contra Christianos proponiū conscidit. 298.b 910 Martyrius obitus Deo agēdæ gratiæ. 775.a
Martyrius episcopus Hierosol. 659.b 464.a 997. b
Martyrius Martianopolitanus episcopus. 751.a Chapheo de suo episcopatu decessus. 991.f
Martyrij martyrium. 305.a
Martyropolis ciuitas proditione capta. 1117.b restituta. 1139.a
Martij Turbonis contra Iudæos res gestæ. 177.b
Matuthas Mesopotamiæ episcopus Romanorū ad Persas legatus. 878.d Christianismi apud Persas propagator. 879.a
Matuthæ miracula. 878.c
Maxbotheni hæretici. 193.f
Massalianorum domicilia à Latoio episcopo mensa. 628.d
Materni lapsus. 339.d
Mathematicam & Astronomiam apostolicam tractare episcopis religio olim erat. 418.c
Mathematicorum error. 248. c prædictiones legibus damnatæ. 724 d
Matrimonij sacerdotij in Niceno cōcilio à Paphnutio cōprobatū 781.b
Matrimonij contrahendi leges à Constantino latæ. 341.b
Matrimonia sacrarum virginum à Iuliano interdicta. 611.b
Matthæi Euangelistæ & apostoli acta. 137.a martyrium. ibidem c
Matthæi Euangelium Hebraice scriptū 142.f 243.b 170.d Bartholomæo Hebraico sermone expositū. 221. g 616.b arbore Barnabæ apostoli effossū in Cypro inuentum. 1047.f
Matthias in locū Iudæ proditoris surrogatur. 87.g
Matthias Theophili filius pontifex Iudæorum. 92.f
Matthias episcopus Hierosol. 174.d
Matthiæ Euangelium 147. g acta & martyrium 136. h eatnis concupiscentia præceptum. 265.a
Mauthiæ Asamonæi filij contra Antiochum res gestæ. 17.b
Mauri martyrium. 206.b
Mauia Saracenorum regina. 735.a
Mauiæ Saracenorum reginæ contra Romanos bellum. 735.g
Mauricius imperfectura orientis Iustiniani successor. 1114 d Imperator Rom. 1118.a
Mauricius in maiestatis violatæ reos non fuerus 1112.b
Mauricii imperatoris electio & renunciatio. 1115.b cum Cōstantina Augusta nuptiæ. 1118. c mores & institutio. 1119. g in Constantinopolitanos seditiosos lenitas. 1146. d ex vibe Cōstantinopon fuga 1148. g liberalitas & opera. 1151. b 551. h contra Chaganū Hunnum expeditio. 1137. b in Europa res gestæ. 1136 g in vlomo vitæ actu pietas & animi fortitudo. 1153.a cædes ibidem e
Mauricii imperatoris mors multis prodigijs prænunciata. 1144.c
Mauricii imperatoris milium & cognatorum cædes. 1151.c
Mauricii ducis in oriente præclaræ res gestæ. 1114.d
Mauricio quibusdam prodigijs imperium prædictum. 1118 a
Mauricio imp. numinis irati visio obiecta. 1147.c
Mauri Palæstinorū infidelium coloni. 1071.c
Maxentius Herculii filius Romæ à militibus Augustus renunciatur. 312.d
Maxentius magiæ studiosissimus. 313.h sub Christiani nomine præteritam sæ dissimam exercuit tyrannidē. 313.g
Maxentii cum Constātino belli. 313 a insignis crudelitas. 313. g libidio & idolomania ibid interit. 309. h 314.b
Maximianus episcopus Constantinop. 713.a & eius mors. ibid f
Maximianus Herculius imperator Rom. 265.b
Maximianus imperio se abdicat. 312.b 313.b
Maximiani Herculii imperium. 309.f
Maximiani mors. 312.c
Maximilla prophetissa. 213. g 215. a 216.d mors. 214.b
Maximinus Alexandrinus episcopus. 288.a 288. c 283.c 274.c
Maximinus Treuerensis episc. 468.a
Maximinus ad imperādum plane fuit ineptus. 337.b
Maximinus diuina vindicta morbo grauissimo vexatus. 316. c per eundē grauiter punitus. 320. b magorum impostoris turpiter deceptus. 312.c magos iugulat. 331.c
Maximini Cæsaris imperium. 249 g cum Armenijs bellum 311.f odium in Licinū 317. b in Christianos crudelitas 245. g 240. g mors 249 g 317. g. 333. c contra Christianos edictum. 320.d
Maximini filii cum idololatria miserè trucidantur. 330.a
Maximini fuga omnium turpissima. 333.c horrendus morbus. 324.f
Maximini imperium. 115. d in Christū atque fideles contumeliæ 319 d pœnitentia. 316. c piis Christianis edictum. 317 c per hypocrisim vi exortum. 312.b 314.f
Maximini statuæ post eius mortem deiectæ. 314.g
Maximini tyranni memoria vbique damnatur. 334 b
Maximini martyrium multa. 317.c 333. 34.f
Maximino tyranno subiato, Christianismus in ortes se tollere cœpit. 331.b
Maximus Aeliæ episcopus. 457.f
Maximus episc Alexandrinus. 288.c
Maximus episcopus Antiochen^s. 210.c
Maximus Diospolis & Hierosolymorum episcopus. 916 h
Maximus episcopus Hierosol. 210. g 563.b 551.b
Maximi Hierosolymitani episcopi & confessoris cum Athanasio colloquium. 458 g
Maximus episcopus Seleucensis. 791.c
Maximus presbyter. 207.d scriptor ecclesiasticus. 224.c
Maximus episcopus exauctoratur. 527.c
Maximus à Gerontio ad imperū euectus. 860.g
Maximus Britannię tyrannus 760.d
Maximus philosophus Cynicus 747.d excommunicatur. 748.d 751.c
Maximus philosophus Ephesin^s. 432.a magus. ibid c
Maximi philosophi Ephesini studio Iulianus apostata a vera religione defecit. 511.a
Maximus Saporis Persarum regis archimagus 432.a
Maximus tyrānis à Theodosio victus ac captus. 763 d
Maximus tyrannus 702. e eius ad Valentinianum rumore iniuriæ. 762. g contra Valentinianū inuitus bellū. 762. h in Gallia res gestæ. 762. f mors 969. d miraculum ingens. 1044.c
Maxabenes episc Hierosolymit. 571.a
Mazaca civ.
Mecia episcopus. 714.h
Melana fœmina sanctissima. 843.h
Melchitarum hæresis. 1093.h
Meletius Antiochenus antistes. 615.c 541.b 746.g
Meletius Antioch. ecclesiæ gubernator à Sapore fugā. 739. c proscript^s. 679.c
Meletius Sebastiæ episcop. 171.c 510.b
Meletius Sebastiæ & Antiochenus episcopus. 742.b
Meletius ab Eudoxio proscript^s. 542.c à Constantino in exilium actus. 542 f
Meletius episcopus, simul & manus indicio & voce libera tyrannidem deprædicat. 542.b
Meleti cum Paulino contentio atque concordia. 739. b exilia. 685. g 812. g 1002.
Meleti episcopi corpus Antiochiam translatum. 747.g
Melitus episc ex Ariano fit orthodoxus. 542. f ab exilio reuocatur. 573.f
Melenus hæresiarcha à Petro Alexandrino antistite excōmunicatus 540 f in Aegypto nouos motus concitat. 412.b
Meletius Ponticus. 483.f
Meletius perfectissimi in actibus hominis exemplar. 483 f
Melitius propagādæ hæresis suæ causa temere sibi manus imponendæ authoritatem rapit. 379.d 381.b
Melitiani hæretici. 371.b 412.b
Melitianorum aduersus Athanasium apud Constantinum criminationes. 436.b cum Arianis cōtra catholicos cōsensus. 431. b cū Eusebianis apud Antiochenos diuidio. 739. f de ecclesiarum præfecturis decertatio. 412. c
Melitinensis diœcesis 731.a conuentus. 537.c synodus. 538.c
Melitio Sardianus episcopus. 175.b
Melitonis de Canonicis veteris testamenti libris iudicium. 297 f defensio pro Christianis ad Antonium imp. 198.b
Melitonis eunuchi mors. 216.c
Memnoni episcopo dignitas à Ioan. Antiocheno adempta. 908.f
Memnonius. 929.d
Menander hæreticus. 190.b
Menander Symonis magi, hæresisque eius discipulus & successor. 161.c
Menādri Samaritani impostoris facta. 163.f
Menas episcopus Cōstantinop. 1066.a Arij sectator. 560.c 606.f
Mendacij pœna. 1110.e
Menedemi martyrium. 672.a
Menophantus Ephesi episcopus. 581.f Arianus. 511.c 745.b
Menephanto Ephesio episcopatus abrogatus. 568.d
Meremius Iuliani imp. percussor. 602.f
Mercurij Sozomeni historia ecclesiastica. 23.c
Mereadis episcopi martyrium. 414 f
Metemiculæ contra Eustathij episcopum calumniæ & periurium. 430.f
Meroe opp. 593.d
Metopius Tyrius philosophus. 480.b
Mesenorum regio. 485.h
Mesoporamia ab Agarenis vastata. 1048. e 116 à Scenitarum gēte. 1044.c
Mesopotamiæ descriptio. 486.c
Mediolanensis synodus. 512.a
Mediolanēsium in episcopi electione dissidium. 704.a
Medorum regni primordia. 381 c apud Medos lepiem populi ordines 1139.b
Megalopolis. 751.a
Metaxa primū ad Rom. allata. 1097.d
Methodij patriarchæ res gestæ. 1072. e
Metræ senis martyrium eiusque in eodem constantia. 257 f
Metrani in martyrio perferendo constantia. ibid.a
Metrodorus hæret. 284.f martyr. ibid. e
Metrophanes episc Constantinop. 562 f 601.f Probi imperatoris nepos 561.f
Michaelis Amorai imperium. 1171.e
Michaelis Archangeli variæ apparitiones. 517. g 549. 600. 1171.f
S. Michaelis templum in Sosthenio ædificatum. 537. g templa à Constantino sacrata 549.
Michaelis Raucabæ mors. 1171.ff
Michææ prophetæ reliquiæ. 814.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

sepulchrum. ibidem.
Milas ex Persico milite factus episcopus. 414.g
Milas mortuorum excitator coronatur martyrio. 414.g
Militaris disciplinæ conservatio. 1121.b
Militaris licentiæ exemplū 835.f 1122.b
Militaris rebellionis & ferocitatis exemplum. 1123.h
Millenariorum hæresis. 170.d
Miltiades Romanus episcopus. 211.b 339.b.362.f 431.c
Miltiadis apologia pro Christianis. 215.d
Milvius pons 323.b
Minodorus episcopus. 659.c
Minutius Fundanus Asiæ proconsul. 176.c
Miraculum à Constantino visum. 323.c
Miracula Christi pontissima. 60.d
Miracula in ecclesia Irenæi temporibus divina virtute facta. 200.a
Miracula varia ab Apostolis edita 89.a
Miraculis editis Christus suam divinitatem declarauit 65.b
Mirrha à Persis adorata. 59.b
Mithrii euersio. 769.h
Moderatus philosophus. 240.b
Modesti aduersus Marcionem hæreticum scripta. 195. d magna in catholicos crudelitas. 672.c
Modogisclı Alanorum ducis in Hispaniam eruptio. 932.g
Moggus diuersorum libellis apud Felicem pontificem accusatus. 1022.c
Moggi ad Acacium Constantinopolitanum literæ. 1019.h
Momus conuiciorum inuentor & autor. 20.f
Monachus inter impudicæ mulieris illecebras, linguam suam mordicus concidit. 305.f
Monachi Aegyptii Petri apostoli temporibus 105. a ex persequutionibus orti. 417. h non temerè peculiarem sibi sumpsere habitum. 475. c olim ferè omnes longa ut 352. c 714.a
Monachi solitudinis Chalcidis. 718.g
Monachorum apud Galatas & Cappadoces multitudo. 798.f
Monachorum circulatoriorū in Chrysostomum odium. 806.a
Monachorum habitus mystice interpretatus 471.c
Monachorum in terra sancta ritus ac cæremoniæ. 937.c
Monachorum omnium commune concilium atque institutum. 718.h
Monachorum sanctitas plurimos ex gentilibus ad Christianismum perduxit 718.c
Monastica dicta. 417.g
Monasteria olim fidelium scholæ. 105.d
Monastica Antonii politia. 417.h
Monastica obedientia 711.d
Monastica vita quas ob causas instituta. 721.f
Monasticæ vitæ incommoda. 477.c descriptio 416.b
Monasticorum operum omnium quinque causæ. 721.f
Mongi Alexandrini episcopi insolentia & impietas 1023.c eius nomen ex episcoporū cathalogo ab Euphemio erasum. 1025.c
Monoceros. 487.c
Monophisitæ hæretici. 1154. b etiam Theopaschitæ dicti. idem. 1163.g
Monophisitarum hæresis. 1155.f 1171.g
Monophysitarū hæresis contraria Nestorii hæresi. 1158.d
Monstra marina. 3344.h
Monstrosi homines. 795.c
Montanus. 206. g hæreticus. 197.h
Montani hæresis. 229.g
Montani hæretici diuinationes. 213.g noua ieiunia & coniugiorum solutio ibid. c mors. 214.h
Montanista fallo se confessore Christi iactitat. 216.c
Montanistæ plures se martyres habere iactitant. 215.a
Montanistarum Pascha. 701.f
Mopsi fontes. 545.d 553.g
Mopsocrenæ. 545.d
Mortificatio carnis. 710.h
Mortuus ad fidem resurrectionis confirmandam resuscitatus. 474.c
Mortuorum memoria. 402.g
Mortuorum resurrectio. 510.b
in Mortuos nō anathema iacere licear. 1089.a
Moses antiquorū omnium antiquissimus 222.g
Moses Christū in veteri testamēto suis nominibus apertè expressit. 31.h
Moses veterum omniū antiquissimus. 101.f
Mosis miracula 35.h per Mosen cur lex Abrahæ posteris data. 30.c
Moses Aegypti monachus. 718.g
Moses Aethiops Aegyptius. 710. fex prædone factus monachus. 711.a
Moyses falsus ab Elesbano Aethiope debellatus 1063.h
Moyses falsus in Creta emicuit. 120.c
Moses ab episcopis Catholicis exulibus Saracenorū episc. creatus. 726.g ab exilio reuocatus Maniæ auxilio in episcopatum restituitur. 726.c
Moses mensam ad Boream collocare iussit. 722.c
Mosi monachi Aegyptii miracula. 711.a cum Lucio Alexandrino episcopo contentio. 726.f
Mosaici libri lacerati, ab Esdra sacerdote restituti. 371.f
Mucrui pop. 1138.d
Mulæ humana voce loquutæ. 865.c
Mulier Gigantea & mirandæ magnitudinis. 1060.c
Mulier pœnitentiam agens Constantinopoli à diacono compressa 776.a
Mulieres egregiæ de pudicitia conseruanda concertantes. 314.h
Mulieres religionis gratia virilē habitum mentitæ. 477.c
Mulierculæ quædam vi adactæ, summas Christianis fœditates falso impingunt. 319.d
Mulliones Persis Nisibim expugnantibus diuinitus immissi. 101.f
Musani ecclesiastici doctoris scripta. 197.g
Musonius episcopus defunctus etiam, synodi Nicænæ decretis nō absque miraculo subscripsit. 389.a
Mutationes in republica vitandæ. 48.f
Mygdonius fl. 501.c
Myrmena Anthropophagorū ciuitas. 153.b

N

Naamanis Scænitarum ducis ad Christianismū cōuersio. 1133.a
Narcissus episc. Arianus. 351.c
Narcissus episcopus Hierosol. 244.c
Narcissi Irenopolis Ciliciæ episc. 463.a
Narcissus Neroniadis episcopus. 502.f
Narcissus ex suo episcopatu fugatus. 236.d
Narcissi episcopi miracula. 236.d
Narcisso Irenopolitano episcopatus abrogatur. 466.h
Narcæ eunuchi in Italia res gestæ. 1074.
Narsiā Persarum ducis contra Romanos res gestæ. 881.f Romanorū ducis de Persa præclara victoria. 1130.c
Narsis Rom Choricæ ducis cōtra Varamum res gestæ. ibidem
Nanus perdici similis. 795.c
Natalis confessoris historia. 211.c
Naucratius Basilii magni frater. 678.a
Nauæ filius Christi formationis typ. 13.c
Nauę filio soli cur Iesu nomen inditū. ibidem.d
Nazaret ciui. 46.a 400.c
Neamus episcopus Hierosolymitanus 1145.g 1168.f
Nebri populi. 728.c
Nectarius Constantinopolitanus episcopus 789.d 797. f eius mors. 789.d
Nectarius episcopalem functionē addiscit 731.c
Nectarius Thraciæ episcopus. 731.a
Nectarius vir profanus, & nondū baptizatus, in episcopum Constantinopolitanum eligitur. 749.f
Nectarii cum Geronnio dissidiū. 805.b
Nectarii domus Constantinopoli incenditur, 761.h
Negra ciu. 1063.f
Neon Seleuciæ episcopus. 617.a 537.f
Nephalo cemana. 814.c
Nephalitarum contra Perozem res gestæ. 1041.b
Nepos episc. Hierosolymatanus. 768.d
Nepos occidentis imperator. 970.c
Nepotis hæresis 276.a
Neri Iudæorum pontifex. 91.h
Nero primus inter imperatores Romanos Christianorum persecutor. 131.g
Neronis crudelitas & vita fugitiosissima. 110.d 197.c
Neronis impulsu Hierusalē à Vespasianis cincta obsidione. 152.c
Neronis mors. 131.g 154.a
Nerua imperium. 162.b
Nestabi martyrium. 561.f
Nestorii cum Lydæo pugile certamē. 507.d martyrium. 559.d
Nestorius Blemmyarū captiuus. 910.b
Nestorius episcopus Antiochia translatus Constantinopolim. 899.b
Nestorius hæreticus in Ephesino concilio damnatus. 1015.d
Nestorius in summis æstibus vt resipiscere, animum inducere non potuit. 911.c
Nestorius in synodo Ephesina damnatus. 907.g
Nestorius nū ad Chalcedonensem synodū vocatus, ambigitur. 959. h nū in Samosateni & Photini hæresim incideritt, à Socrate dubitatur 907.c
Nestorius Samosateni & Photini hæresim reducere vitus. 901. b quarto condemnationis suæ anno Oasim deportatus. 908.g
Nestorius sui erroris à Cyrillo per literas admonitus. 905.b
Nestorii à vera pietate defectio. 900.b ad Theodosium præfectū epistola 911.c
Nestorii episcopi Antiochēni insolentia 899.b ex barbarorum ciuitate ad Panis vrbem profectio. 911.g fucata pœnitētia. 909. a hæresis. 898.d 617.c 1019.c.
Nestorii in Mariam virginem blasphemia. 900.b
Nestorii lingua ante mortem à vermibus corrosa. 911.f
Nestorii suam hæresim defendentis pertinacia. 905.b post condemnationem facta. 910. a varia exilia. mors crudelis. 910.d
Nestria mons. 421.c
Nicæa in Thracia synodus ab Arianis coacta. 126.a

Nicæa ciu terræmotu concussa. 667.d reædificata. 170.b
Nicæna fides catholica est, & apostolica. 650.d 697. f 1017. 1018.a
Nicaetæ monachi medicinæ peritia. 842.c
Nicaetæ virgo Christianæ vitæ exemplum ibidem.
Nicæna synodus. 286 f g 384.c 387.388. 425 426.c 435.d 519. b c 570.f
Nicæna synodus Paschæ celebrandi errores introduxit. 785.a
Nicenæ synodi apparatus. 378. g h
Nicænæ synodi celebratæ epus. 105 c
Nicænæ synodi decreto miraculo iugemi duo etiam defuncti episcopi subscripsere. 389 c
Nicænæ synodi decreta 711. a ab Arianis damnata. 512. Hola in Oriēte & Occidente seruata. 703.d
Nicænæ synodi de non transferendis episcopis constitutio. 451.a b
Nicænæ synodi cucomium 718 g progressus 380.b c
Nicænum symbolū 618.a 516.a 1017.d
Nicænum symbolum ab Occidentalibus ecclesiis retentum. 471. a aurquinis semel tantum in anno cantari in ecclesia solitū 1042. d in Antiochena synodo stabilitum. 215. c ité in synodo Chalcedonensi 997.a
Nicæni cōcilij canones leguntur 840.c confirmatio. 511.g h 1009.d
Nicæni symboli de spiritu sancto supplementum 711.c
Nicæni concilii synodalis ad Alexandrinos & Aegyptios epistola. 389.h
Nicephorus Chrysost studiosissimus 795. c cur ecclesiasticam post alios historiam conscripserit. 22.b c
Nicephorus Ephesius episcopus Constantinopolim translatus 918.d
Nicephorus metropolitanus Gangiæ episcopus. 918.c d
Nicephorus nondum sextum & trigesimum annum egressus, præsentem absoluit historiam. 27.g h
Nicephori Callisti ætas. 918.d
Nicephori historia ecclesiastica quæ tempora complectatur 18.d
Nicetas Gothus martyr. 741.g h nicetes. 18.a.c
Niceræ ducis cōtra Phocam res gestæ. 1167.g
Nicoeles Lacon Iuliani imperatoris præceptor 350.b
Nicolaus hæreticus. 190.b
Nicolaus Myrotum episcopus 371.c eius miracula 415.f
Nicolaus patriarcha Constantinopolitanus. 1171 col. 2
Nicolaitarum hæresis. 164.g
Nicomachus philosophus 240.b
Nicomas Iconii episcopus. 281.c
Nicomedia ab Hadriano imperante restituta 175.b c
Nicomediense incendium 510.a
Nicomediensis terræmotus. 519.c d
Nicō episcopus Nicænus Hierapolim translatus. 918.a
Nicopoli ciu. 258.h 594.d
Nigyr fl. 1158.d
Nilammon monachus apud Gerar in episcopum eligitur 820.c f dium in episcopū cōsecraturus, moritur. 820.c
Nilus ex præfecto vrbis monachus factus. 946.d
Nilus fl ex paradiso profluit. 487.b execratur. 771.g
Nili inundatio. 571.g. 794.g
Nili inopinato incremento multi ad Christum conuersi. 794.g
Nili per cubitus mensuratio. 544.d latitudo. 794.g
Nilus monachus. 944.g
Nili Aegypti episcopi martyrium 380.d
Nili episcopi Constantinopolitani vita & scripta 885.g
Nisibis ciu. 946. d à Mattiano obsessa. 1101 item à Romanis 886.a a Sapore Persarum rege expugnata, 100. a Iacobi episcopi precibus restaurata. ibidem c d
Nisibis Mygdoniæ ciuitas postea Antiochia dicta. 871.c
Nitria mons 710.a monasteriū 714. f g
Nitriensium monachorum cōtra Origenem pugna. 875.f
Noe arca 485.g h
Nomades 49.d
Nonnus episcopus Edessenus. 869.g
Nouatus cur ab ecclesia secedens hæresim suam instituerit 670.c
Nouati cum Cornelio episcopo Romano de pœnitentib. in ecclesia recipiendis disceptatio. 584.a
Nouatiani a Nestorio plecti. 900 f g ab Arianis eur odio habiti 669.g
Nouatiani apud Constantinopolitanos episcopi. 791.d
Nouatiani Constantinopoli affliguntur. 669.e
Nouatiani cum orthodoxis *homoousios* pariter profitentur. 528.a
Nouatiani quàm aliæ hereses pacatiores 704.c quibus in rebus à Catholicis dissideant. 890.a
Nouatianorum de Paschatis festo canon 781.f dissidia 781.c 782.c Catholicis contra Macedonium consensus. 528.a
Nouatianorum ecclesia. 612.h
Nouatianarū ecclesia diruta, ab Ieusio Cyziceno restituitur. 537.b
Nouatianorum grauis pœnitentia solennis in ecclesia ruitura. 775.c d
Nouatianorum ecclesia in Constantinopolitano incendio illæsa conseruata. 921.c
Nouatianorum hæresis. 670. f persecutiones. 128.b 872.c seuerè obseruationes. 789.f
Nouatianorum synodus Saugari celebrata 781.c f
Nouatianorum templa à Macedonio destructa. 537.d
Nouatianis Alexandriæ & Romæ ecclesiæ ademptæ. 872.c d
Numenius. 440.b
Numertanus. 288.a
Numertiani mors. 288.b
Numerorum lanacrum. 461.g
Nunychiæ in Gerōtium maritum piratas. 861.a
Nuptiæ spirituales. 190.c
Nymphæū Constantinopoli in Theodosij foro, 667.c

O

Obedientia monastica 711.d
Obedientiū magistratibus 784.g
Occasio rei gerendæ nō temere est negligenda. 1017.c
Occidētales ecclesiæ Catholicæ 741.f g
Ocij detestatio. 845.h
Odoacer rex. 870.c d
Oeconomia restitutionis generis humani. 84.f
Oedipi & Sphingis fabula. 488.c
Olea Constantinopolis regio. 361.c 897.d
Olibrius occidētis imperator. 970.a b
Oligarchia Iudæorum. 32.h
Olivetī mons 509.a
Olympias altera Thecla. 830.b c
Olympias apud Optatum quamam incendiatis causam dixit 830. b c cum Chrysostomi persecutoribus communicare recusāt. 830.c d
S Olympiadis abbatissæ vita elegantèr descripta. 829.a b
Olympiadis exilium 830.c in pauperes liberalitas. 830. d in Theophilū benignitas 830. a mors 831.c monasterio Marinæ cognatæ relictū ibid. b sepultura 831.f reliquiæ Constantinop. translatæ. ibid e
Olympianus episcopus Constantinopolitanus 362.f
Olympius Palæstinæ dux. 1041.a
Olympi sophista idololatras ad sæva sua defendenda cohortatur 770.a
Olympio episcopo struuntur insidiæ. 502.f
Olympio magistratū adeptus. 1041.a b
Onagri descriptio. 488.d
Onesimus episcopus Constant. 361.h
Onesimi martyrium. 362.a
Onias Iudæorum pontifex. 92. c in Heliopolitanum agro templum Hierosolymitano simile ædificauit ibid. d Tobiæ liberis vrbe expulsis seditionem concitat. 37.a
Oniæ Pontificis ad Ptolemæum fuga. 37.a
Opilius Macrinus Imp. Rom 244.b
Optati præfecti de incendiariis crudeles quæstiones. 818.c
Oppianus poeta. 179.h
Optimus Agdamitæ & Antiochiæ episcopus 679.b 701.a b 916.g
Optimus Pisidiæ monachus. 723.a episcopus. 748.b
Or monachus Aegyptius. 707.c
Oraculum de bello cuemu Licinio datum 343. b c de Iuliani Imp. morte, 618.c in ruinis nuri Chalcedonēsis repertum, 667.b Iuliano datū. 591.c
Orōdum pro principibus 686.g 977.b c 816.c d
Oratio Ecclesiæ concors efficacissima. 304.b 199.a b 493.g 500. 501. c 700.a 741.d 748.g 914.c d 917.b
Oratoria Christianorū in templa mutata. 296.b c
Orestes præfectus Alexādrinus. 874.a b
Orestes Occidentis Imperator. 970.c à saxo ab Ammonio vulneratus. 871.c
Orestis cum Cyrillo episcopo contentiones ibid. martyrium 306.h
Orgia Græcorum abolita. 144.d
Oribasius Iuliani apostatæ medicus. 603.c
Orientales ecclesiæ à Theophilo Indo ordinatæ. 484.c
Orientales ecclesiæ in religione semper discordes 742.g
Orientales populi ad Christū à Theophilo Indo conuersi 484.a b
Orientalium antistitum ad Occidentales contra Arianos scriptum. 755.a
Orientalium ecclesiarum turbæ. 527.a cōtra Athanasium & Paulum episcopos techuæ atq; infidiæ. 461 463. 464.465.c
Orientalium episcoporum cum Occidentalibus infidiæ. 465.466.c
Origenes Adamantius multorum stylis ac lucubrationibus confossus. 1090.a ab Alexādro episcopo Hierosolymitano in presbyterū creat*. 211.g h adolescentulus affectat martyrium. 211. a aduersus Marcellum Galatam & Porphyrij literas Christianas defendit. 606.c Cæsaream Palæstinæ cum magna quorūdam inuidia presbyter creatur. 544.b commentarios in sacram scripturam edidit Ambros ei notarios & sumptus suppeditante. 242.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Origenes conuincendorum hæreticorum gratia in Græciam profectus. 244.b cuius instinctu suos libros cõscripserit 221.c
Origenes egregius hæreticorum confutator. 247.c Hebraici sermonis studiosissimus. 238. f hæreticis propè omnibus materiã erroris præbuisse creditus. 1050.d
Origenes libros innumerabiles, qui hodie non extant conscripsit. 194.e f
Origenes monachus. 330. b parentem pro fide Christiana captum ad martyrium adhortatur. 211.b
Origenes philosophorum omniũ scriptis plurimùm delectatus 240.b
Origenes quo consilio philosophicas & prophanas literas sit consectatus. 241.c 245.c f quod verbis docuit, factis etiam alijs demõstrauit. 232. c d
sacras literas in Ecclesia docuit, antequam esset factus presbyter. 241 g
Origenes scholæ Christianæ apud Alexandrinos catechistes. 231. f seipsum propter regnum Dei castrauit 235.a
Origenes vocabulum Dei genitrix quàm probè exposuerit. 902 b c
Origenis absurda atq; impia dogmata 1090. c ad sacras literas studiũ. 231. a apud philosophos autoritas. 239 b contra Arabum hæreticos disputationes. 248. a cõtra Celsum Epicureum libri. 245. f de canonicis Bibliorum huius iudicium 241. a de trinitate traditio. 569.c f
Origenis discipuli. 246 g 331. a 233 g
ob Origenis dogmata Constantinopolitana synodus cõgregata 1088 g
Origenis dogmata pontificium à Macario episcopo Hierosolymitano euulgata. ibidem a
Origenis encomium. 674 h horrendus lapsus. 249. f in Arabiam profectio. 241 f in Esaiam & Ezechielem lucubrationes 245. c in tradẽdis disciplinis facilitas 240 g in vrbem Romanam profectio 241.c
Origenis libri à Basilio Magno & Gregorio Nazanzeno diligenter lecti. 674. g h ab Epiphanio in synodo prouinciali damnati. 812 g ntẽ à monachis Aegyptiacis. 808.c & à Theophilo 811 h
Origenis lucubrationibus Athanasius plurimùm adiutus. 811.c f
Origenis patrimoniũ fisco illatũ 231.d
Origenis paupertas. 231. c res 230. g scripta. 242. f 245 c 470. g
Origenis scripta à Theotimo Scythico episcopo defenduntur. 815 b c
Origenis vita austerissima. 233. f
in Origenem anathema. 1091.e
Origenistæ. 809 b
Origenistarum hæresis. ibid.e
Ormisdas episcopus Rom. 1067 f
Orothei hæresis. 779.d
Ostiensis portus. 844.c
Othonis imperium. 154 a
Otreius Melitinensis episcopus. 751.a
Oxyrynchon opp 682.e
Ozi Iudæorum Pontifex. 91 g

P

Pachomij monachi leges & ordo. 474 c symbolum atque monumentum. ibidem e
Pacorus Parthus. 40 h
Pæanes Christianorum. 318 f g
Pæsius monachus. 473.c
Palatij Cõstantinopolitani descriptio. 11.a
Palæstina à Sarracenis & Persis miserè depopulata. 1044.e
Palæstinæ monachi. 751.c
Palæstinorum monachorum ad Alcisonem de statu Syriæ & Palæstinæ ecclesiarum scriptum. 1035 g h
Palæstinorum monachorum ad Alcisonem de rebus Flauiani & Xenaiæ scriptum. 1033 b
Palladius. 840.h
Palladius episcopus Antioch. 1025.d
Palladius Aegypti præfectus Theonæ armatus ecclesiam occupat. 691.a
Palladius Helenopolis & Aspunæ episcopus. 916.g
Palladius cursor velocissimus. 884.h
Palladij episcopi mors. 1025. d scripta. 721. h
Palladij Aegypti præfecti in orthodoxos impietas. 688.c
Palmarum apud Scythopolim copia. 810.a
Palmarum folia in vsum monachorũ cedunt. ibid.f
Pamboms historia. 689 h
Paphnutij presbyter & martyr. 146 c 191.b
Pamphili Cæsariensis martyrium. 308 d
Pamprepes. 1027 g
Pan deus Arcadiæ, impurissimus. 955.c cur deus à gentilibus creditus. 448.a b
Pan deus à Pausania post Medicũ bellum dicatus. 406.c
Panceratius Petri apost. discipulus. 167.f d. Panceratius Siculorũ apostolus. 129.c
Panemus mensis. 1017 a
Panius mons. 270.h
Panophiæ siue amuletæ victricis cruris efficacia 313.d
Pansophius Nicomediensium episcopus. 803 c
Panteelemonis martyrium. 305 b
Pantænus episcopus 237.g 241. c 245. e theologicæ scholæ Alexãdrinæ præfectus. 211 f
Pantichium opp. 814 g 797.a
Paphlagones Nouati dogma moribus suis conueniens recipiunt. 670. h
Paphlagonum contra Macedonianos præsidium. 331.a b c
Paphnutius monachus. 473.c
Paphnutius Aegyptius episcop. 375. d
Paphnutius Thebaidis episc. martyr. 371 c
Paphnutij Thebæi episcopi de cœlibatu sacerdotum in Nicæno concilio sententia. 383.b
Papias episc Hieropolitan⁹. 151.c 167 c eius facta. 169.d
Papylus martyr. 185.a
Papyrij castellum. 1027. g
Papyrii episcopi mors. 526. f
Parabolæ Saluatoris ex quatuor Euangelistis collectæ. 69.f
Paradisus sanctarum animarum ante resurrectionẽ communẽ. sedes. 74.c
Paradisi felicitas. 489 f
Paradisi locus, & elegans descriptio 286.g
Pardalis. 487.d 679.b
Parentum primorum lapsus. 27.g
Paris Perigenes & Rom episc. 916.f
Parthenij Hellespontiaci episcopi sanctitas & miracula. 465 g
Parthorum imperium 36.g contra Romanos bella 310 e f
Parthorum regibus Arsacidarum nomina imposita. 36 f
Pascha verum Christus trophæo crucis diabolum deuicit. 787.b
Pascha verum in eucharistia exhibetur 70.c
Pascha Iudæorum. 784.a
Pascha legale. 70 b
Pascha Nouatianorum 781. g Montanistarum, Samaritanorum. 782.g
Pascha ab initio moribus magis quàm legibus obseruatum. 784 d
Paschæ celebrandi errores in Nicæna synodo non introducti. 785.a
de Paschate vno eodemque tempore celebrando decretum 391.e
Paschæ celebratio inter adiaphora numeranda. 781.f g
Paschæ festum non cum Iudæis, sed die Dominico habẽdum. 211.d 391.b
Paschæ celebritatẽ apostoli Christianis liberam reliquerunt. 783 c
Paschatis festum quo tẽpore celebrandum, à multis disputatum. 224. 225. e. 271. e 190. f 781 e f
Paschatis celebrandi in Occidente tẽpus atque ratio. 670 h 382. g 391.a
Paschatis celebrandi consensus. 788 b
ob Paschatis celebrationem illegitimã Asiani à Pontifice damnati. 784.b
Passalion diaconus. 866.b
Passalion. 1037.b
Passinicus episcopus. 654.b
Pastoris liber, & Irenæi de eo iudicium. 201 a
Pastoribus renunciata Christi natiuitas. 49.a
Paternæ in filios pietatis memorabile exemplum. 801 h
Patientiæ corona. 839.f g
Patientiæ in afflictionibus consolatio. ibidem g
Patriarcharus constituti. 750. h
Patriarchatuum siue diœcesium ordinatio. 751.a b
Patricius præfectorum Constãtini vicarius. 339 a
Patricii consulis exilium. 990.c
Patricio consuli Ariadna in matrimonium data. ibidem b c
Patropassianorum hæresis. 466 e
Patrophilus Seleuciæ episcopus. 339 a
Patrophilus Scythopolitanus episcopus. 461. g 511. c 371. a 381. g 461. g 511. c 527. a 539. a exauthoratur & excommunicatur. 531.e
Patrophilus Scythopolitanus episcopus Arianus 742. g h
Paulinæ prædicationis summa. 124. e
Paulinus Antiochenus episcopus. 241 g 678. c 574. e Arij discipulus. 369. h
Paulinus Nolæ episcopus. 970. c
Paulinus in Cappadociam relegatus, capitali supplicio afficitur. 888. c
Paulini hæresis 730. a 742. h 786. c
Paulini Tyri episcopi pietas. 336. a
Pauliniani cum Meletianis communicare nolunt. 542. g
Paulini cum Meletio dissidium. 739. b
Paulini Antiocheni episcopi mors. 767. a b
Pauliniani hæretici. 466 c
Paulinianorũ aduersus catholicos cõuentus. 767. a eorũ cum Meletianis apud Antiochenos dissensio. 737. f
Paulonas. 479. a
Pauli apostoli forma, totiusque corporis habitus. 132. f laus ab Origene decantata. 243. c
Paulus omnibus apostolis præferendus, licet in eorum catalogo nõ numeretur. 143. c
Paulus apostolus qua ratione omnibus omnia factus. 894. a
Pauli apostoli naufragium. 125. b miracula. 111. c 116 g 126. a
Paulus apostolus num fuerit coniugatus, à multis dubitatur. 345. h
Paulus apostolus cur vxorem suã non circumduxerit in suis peregrinationibus. 141 f
Pauli apostoli prædicatio & acta. 109. d
Pauli actorum liber ficticius. 147. a
à Paulo epistolæ ad diuersos quomodo & quo consilio scriptæ. 127. h
Pauli apostoli ad Heb. epistola. 162. c 224 a 243 d.
Pauli ad Hebræos epistola à Luca in linguam Græcam versa. 222. 235 a
Pauli epist. ad Hebr. num canonicè scripta 146. d
Pauli ad Timotheum epistola. 127. g & Titum. ibidem
Pauli Apocalypsis. 788. d
Paulo pugna cum feris. 118. a à Iudæis captus causam dicit. 121. a accusatur apud Felicem. 121 d
Pauli apostoli vincula. 111. e 117. d ad Cæsarem appellatio. 122. c
Paulus priore Neronis iudicio absoluitur. 124. d
Pauli apostoli martyrium. 127 c 128. g
Paulus Alexandrinus hæreticus. 710. d
Paulus episcopus Cõstantinopolitan. 451. g 460 b 822. f g
Paulus episcopus Constantinopolitanus à Constantio in exilium actus. 461 f proscribitur. 479 in Cuensium relegatur 502 f reuocatur. 450. b
Paulus episc. Cõstantinopolitanus Macedonianorũ opera strãgulatur 502 f
Pauli episcopi Constantinopolitani apud Constantium querimonia. 462. 463 a exilium & cædes. 464 g
Pauli Constantinopolitani martyris ossa Cõstantinopolim translata 702. a b
Pauli Emeseni episcopi pacificandi in ecclesia studium. 909.b
Paulus ex Ephesino episcopato ejectꝰ. 1013 g restituitur. 1012. g
Paul⁹ Euphrasius episc Antioch 1037 c
Paulus monachus Apameẽsis 718. 719. a
Paulus monachus Cœlesyriæ. 717.h
Paulus Neocæsareæ episcopus. 371. c
ambarum manuum vsu Licinii improbitate orbatus. ibidem.
Pauli Nigri hæresis 1160 e
Pauli Nouariani episcopi encomium. 87. b eius cum Iudæo contentio. ibid. c d
Paulus philosophus ac monachus Zeugmatensis. 719 a
Paulus Samosatenus episcopus Antiochenus 270. c 289. c excõmunicatur. 280. c ab errore conuersus, iterum lapsus. 279. b
Pauli Samosateni doctrina. 364. b mores atque improbitas. 281. b hæresis. 280 d 284 a de regno Christi falsa opinio 417. b cum Alexãdrinorum episcopo atque alijs presbyteris disputatio. 281 g
Pauli Samosateni hæresis damnatur. 717. h
Paulus cognomento Simplex, Antonij discipulus. 420. b
Paulinus Treuirorũ Galliæ episc. 511. b
Paulinus Tyri episcopus. 369 g
Paulus episc. à concilio repudiatur. 467 a
Paulus quingentorum Ascetarum abbas. 711. d
Paupertate cur interdum pij premantur. 288 d
Paufinicus Zelenus episcopus. 611. d
Pax Christi quàm efficax. 274. g h
Pacis templum à Pertinace episcopo Constantinopolitano ad mare ædificatum. 361 f
Pazus vicus. 671. a 780. d
Peccatum ad mortem. 606. h 889. d
Peccati horrenda pœna. 29. 30. a
Peccati originalis grauitas. ibidem.
dima Pelagio. 899 g
Pelagius Laodiceæ episc. 613. c 748 b 711. b proscribitur. 679. d
Pelagius Pontifex Rom. 1105 c
Pelagius ob affectatum imperium à Zenone interfectus. 1018. f
Pelargus vrbis Constantinopolitanæ regio. 922. a
Peleimartyrium. 308. d
Pentadia Timasij coniunx. 791 h
Pentaelas Rofianus archiepisc. 918. c
Pepuziani hæretici. 214. e
Pepuzitarum Pascha 782. h
Perẽnij in Christianos crudelitas 217 g
Perinthus ciu. 1157. a
Periurij diminutis vindicati memorabile exemplum. 236 b c
Prozis regis contra Hunnos res gestæ. 1045 b c
Persicæ arboris in medicina vsus. 595 f
Persarmenij pop. 1104 g
Persarmeniorum ad Iulianum profectio, ibidem.
Persecutio Christianorum sub Aurelio 181. h sub Decio. 250. f sub Maximiano. 249. g sub Diocletiano. 297. f 309. e sub Maximino. 245. g in Persida omnium grauissima. 410 g sub Seuero. 230. e sub Valeriano. 168. a b
Persecutionum necessitas. 882 d
Persecutionibus Christianorum diuinitus finis impositus. 316. a
Persecutionibus Ecclesia Christi auctior semper facta.
Persæ ad Christum quomodo conuersi. 878. c
Persæ ad Daras & Nisibim victi. 1068. c d item à Romanis 885. b 1110. c d
Persæ à Romanis capti & bonis ecclesiasticis ab Acacio episcopo redempti. 886 a
Persarum regni primordia. 36. e f
Persarum reguum ad Parthos translatum. ibid. f
Persarũ religio crebris Romanorũ legationibus vehementer aucta 878 b
Persarũ in Christianos crudelitas 883 e
Persarum martyres. 414. f
Persarum legati à Iuliano in Christianorum odium violati. 566 f g
Persarũ aduersus Hormisdã rebellio. 1110 a in Romanorum agros excursio 876 a cum Romanis bella. 1046. d 1068 f g 1106. b 1112. g.
Persarũ cum Romanis fœdum annorũ induciæ. 851 b pax. 1116. e contra Iulianum Imp res gestæ. 600. b c d eũ Traiano Imp. bellum. 172. g
in Persida Christianismus à Matumba propagatus. 879 e
Pertinax episc. Constantinop. 361. f
Pertinacis imperium. 110. e
Pestis dira. 311. f 604. a 868. b 1078. d
Pestis iugens apud Alexãdrinos 274 g sub Vespasiano. 161 c
Pestis tempore charitatis officia exercenda erga ægrotos 274. 275. a
Pestilentiæ infidelibus sunt pœna, fidelibus pietatis probatio. ibid.
Petri erga Christum amor cur totics explicatus. 81. c d
Petri apostoli statura & corporis forma. 131. prædicatio & res gestæ. 94 d 128 h
Petrus apostolorum antesignanus & princeps & eius epistolæ. 241 c
Petrus apostolus Christi manibus baptizatus. 89. c
Petri apostoli cũ Simone mago collocutio. 120. c de S. sancto cõcio. 88. f
Petri apostoli Euãgelium ab hominibus falsò sparsum. 147 e
Petri & Pauli apostolorum memoria & solemnitas quãdo instituta. 1041 e
Petrus apostolus Romanus & Alexandrinus episcopus. 913. g
Petri apocalypsis. 788. d
Petrus apostolus ab Herode incarceratus, liberatur ab angelo. 101. d Romæ martyrio coronatur. 128 g 130 d eius sepulchrum. 400. c
Petri in ecclesia Romana successores. 250. b
Petrus de Ioãnis obitu studiosè inquirit. 81 d
Petrus primus Pontifex Rom. 110 b
Petri Aegypti præfecti de Mauricij morte vaticinium. 1151. e
Petrus Aegyptius monachus. 718. h
Petrus episcopus Alexandrinus 288. d martyr. ibid. 610. d eius cum Theophilo contentio. 810. b c
Petrus Alexandrinus episcopus ab Aegypti præfecto in carcerem conjectus 688. a eius contra Melitium & Arium disputationes 160. a de Lucij in Alexandrinos erudelitate scripti, 690. b mors 1131. f martyrij. 308. c d 320. a 360. a
Petrus Basilij Magni frater. 721. a
Petrus Cnapheus episcop⁹ Antiochenus 990. d 1019. h 1031. h
Petrus Cnapheus ex episcopatu Antiocheno ejectus. 1015 g
Petri Cnaphei quatuor in ecclesia inuecta. 991 g hæresis 1162. c mors 1025. d
Petrus Damascenus. 1036 f
Petrus Galata monachus. 718. g
Petrus Gazæ siue Maiumæ episc. 967. g
Petrus Iberus monachus. 1035. f
Petrus Moggus episc Alexandri. 1036. f
Petrus Moggus Chalcedonensem synodum damnat 1019. f Timothei episcopi sepulchrum violat ibid g
Petrus Mauricij Imperatoris frater. Europæ præfectus. 1110 b c
Petrus Sebastiensis episcopus, Basilij Magni frater Athanasij in ecclesia Alexandrina successor. 428. a b
Petrus Diocletiani domesticus martyrio coronatur. 299. a
Petritarum hæresis. 1161. b
Felicetius post Maximini tyranni mortem turpiter tractatur. 335. a
Phadæus Iudæorum Pontifex. 91. h
Phalli. 316. e
Phalli turpiter nudati in publicũ producti. 770. c
Pharasmanis eunuchi pietas. 1151. e
Phariseorum hæresis. 193 g h
Pharnabazus Parthus. 40. h
Phasaelus Antipatri filius. 19. g h Hierosolymæ præfectus. 40 e
ad Pheronesis metalla orthodoxi ab Arianis damnati 695 b
Pherochanis Persarũ ducis cædes. 1129 c
Pherorus Antipatri filius. 19. h
Philagrius episcopus 639 c
Philadelphiensis synodus. 569 f g
Phileas Thmuitarũ episcopus. 300 d
Phileæ episcopi de Alexãdrinis martyribus scriptum 301 f martyrij. ibid. 309 e
Philetus episcopus Antiochenus 350. g
Philippus apostolus. 116 c
Philippꝰ Herodis filius, Iturææ & Trachonitidis regionis princeps constitutus. 58 b
Philippus episcopus Hierosol 174 d
Philippi apostoli filiæ prophetiscè habuere spiritum. 170 c
Philippi ap. post. prædicatio. 135. e martyrium. 333 f g
Philippi apostoli vxor & liberi 141 h
Philippi Euãgelistæ quatuor filiæ prophetissæ 117. c
Philippi diaconi cum Simone mago disputatio. 94 a b
Philippus Sidites Byzãtium perit epis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

coparum. 911. h eius pietas. 898. a scripta. ibid.a b
Philippus ex Apamea Asiæ in Eudoxiopolim episcopus mittitur. 916 g
Philippus Asiæ rector. 285.c
Philippi præfecti Cõstantinopolitani prudentia. 461 f g
Philippus Imp. 150. e post confessionẽ atque pœnitentiam in ecclesiam ab episc. admissus. ibid.e
Philippus primus ex Imperatoribus Romanis Christianus. ibid d
Philippi Rom Imp. res gestæ. 1104 e f
Philippicus militari tumultu infectatus. 1123.e
Philippici res bene gestæ. 1111.a b 1129.c
Philippo Mineus. 40.g h
Philippion Ptolemæi filius. 40.e
Philippopoli episcoporum concilium congregatur 468.b
Philo Iudæus monachorũ quorundã Christianorũ instituta describit. 417.h
Philo de monachis in Aegypto scripsit. 105.a
Philogonius ex causidico factus episcopus Antiochenus. 361 g 365. f g 369. g 621.e
Philogonii episcopi mors. 375.b
Philogonius hæreticus. 369.e
Philonis laus 98.c cum Petro apostolo colloquium. 104 h Iucubrationes, earũmque commendatio. 107. f
Philonis & Ioseph Iudæi collat. 110.d
Philonis de vita cõtẽplatiua libri. 105 a
Philopon⁹ Aristotelic⁹ insignis. 1156.h vide de Ioan. Philop.
Philoromi martyrium. 300.d
Philosophia quandoque mendacium admittit. 951.b c
Philosophi Christiani vita. 233.e
Philosophiæ vilitas. 856.f g
Philosophi multi à Valente Imp. occisi. 723.e d
Philosophi etiã de Christiana religione disputãt. sed improbo cõsilio 377.e
Philosophorum gentilium contra orthodoxos tumultus. 769. 770.e
Philosophicus habitus à multis sub Valente abiectus. 724.a b
Philostorgius ineptus Eunomij laudator. 778.f
Philostorgius scriptor ecclesiasticus. 778. e f eius de amne Tigride scriptũ. 280.g
Philoxeni contra Heliam & Flauianũ odium. 1038.b
Phineas Iudæorum pontifex. 91.g 92.h
Phison fluui⁹ è Paradiso profluit. 487.a
Philumena Pythonissa Apellis. 219.a
Philumenæ prophetia. ibid.b
Phlacitus Antiochiæ episcopus. 431.b 495.a 435 b 621.e
Phocas Rom Imp. 1149. b 1168 e f
Phocæ Imperatoris cõtra Heraclium & Nicetam bellum. 1167. g in rebus gerendis infelicitas. 1151. g impunitas & crudelitas. 1133 a 1117 e f
in Phocam & genus eiusdem post mortem maxime sæuitum. 1167.e
Phœnicia vtraque à Scenitarum gente miserè depopulata. 1144.f
Phœnicum idololatria à Chrysostomo abrogata. 794.a
Phœnicum virgines ante legitimas nuptias ad stupra prostitutæ. 344. 345.c
Phœnix auis. 489.e
Photinus episcopus. 659.b c
Photini hæretici pertinacia. 509.e cum Basilio Ancyrano disputatio ibid.e
Photini Sirmiensis episc. hæresis. 506.e 455 d damnatur. 506 f g
Photini exilium. 508. 509.e in Phocam Imperatorem odium. 1168.e
Photius patriarcha. 1172. col. 2.
Phrauitas episc Constant. 1029.f
Phrygiæ oppidum propter Christianã confessionem ab infidelibus incẽdio consumptum. 302.e g
Phryges Nouatianorum hæresim receperunt. 304.a
Phrygum regio temperatissima. 304.a
conuenticula. 440. f hæresis. 197.h 214.h Pascha. 782.h
Physcon monachus. 716.b 814.d
Piammon monach⁹ Aegyptius. 710.e
Pictor, qui Seruatorem Iouis habitu pinxit, manus exaruit. 683.h
Pierius presbyter Alexand. 289.g
Pietas imperiorũ fundamentũ. 854.b
præcipuũ imperij præsidiũ. 864 f virtutum omnium fundamentum. 2.b
Pietatem veram plerunque res secundæ sequuntur. 344 b
à Pilato templi thesaurus in æquæductuũ ædificationẽ cõsumptus. 100.e
Pilatus Iudææ post Archelaum factus procurator. 55.f
Pinna episcopus. 269 e
Pinytus episcopus Cnosius. 195.a
Pionius celeberrimus martyr. 186.c
Pior monachus Aegyptius. 712.d eius sanctitas. 713.e
Pitholaus à Cassio interfectus. 39.g h
Pityrion monachus. 473.e
Pius Pont. Max. 174 b
Piorum in cruce probatio. 819.e f
Placidiæ Theodosij magni ex Gallia filia. 706. g Constantio duci nupta. 850 f item Olibrio patricio. 970.a
Placidiæ pietas, atque in fide constantia. 741 f g
Placillæ Augustæ pietas ac sanctitas erga Deum & homines. 806.f
Placillæ statua à plebe furibunda deiecta. 805.c
Placillæ Augustæ mors. ibidem
Plato Myrmenẽsium episcopus. 137. a b
Platonis de rerũ causis sententia. 872. h itẽ de mortuorũ resurrectione 949.e
Plinius iunior, Christianorum apud Traianum defensor. 166.c
Plinthas Arianos dissidentes conciliat. 780.b
Plotini schola. 310.h
Plutarchus episcopus Constantinopolitanus. 361.h martyr. 231. 235.e
Pluuia ex cinere. 981. a
Pluuia in summa siccitate à Deo per assiduã precationẽ impetrata 198. 199.a
Pœnitentia lapsorũ Christianorũ. 318 f
Pœnitentiæ veræ formula. 140 f
Pœnitẽtiæ ceremonia in eccl. Ro 771.d
Pœnitentia solennis propter Nouatianos in ecclesia instituta. 771.c d
Pœnitentiæ veræ exempla. 185.c
Pœnitentiæ libellus. 416. f
per Pœnitentiam homo reuocatur ad vitam. 836.h
de Pœnitentibus in Ecclesiam recipiẽdis Cornelij episcopi Rom. cũ Nouato disceptatio. 421.d
Pœnitentiarij in ecclesia Dei presbyteri. 773.a Polybius episcopus 368 g
Polycarpus Antapristenæ & Nicopolis episcopus. 169.a 916.g
Polycarpus Constantinop episc. 362.c
Polycarpus Smyrnæus episc. 141.e
Polycarpus in somnis videt, quo mortis genere esset obiturus. 183 f
Polycarpus Irenæi præceptor. 220.b
Ioannis apostoli discipulus. 167 f
Polycarpi laus 178. d cũ Aniceto pontifice colloquiũ. ibid. cum eodẽ cõmunio. 784. c ad Philippenses epistola. 179.c ad Deum, dum martyrio coronatur, oratio. 183.b martyrium. 182. d 184. f 226 c 784.c
Polychronius Arianus. 702 e
Polychronius Apamenus episc. 899.g
Polychroni⁹ presbyter decrepit⁹. 867 g
Polycratæ Ephesiorũ episc. 220. g ei⁹ de celebratione Paschatis sententia. 215.h
Pompeius primus Romanorũ Iudæos domuit 39.e
Pompeius Hierosolymam depopulatur. ibid. & 39 e f
Pompeij bellum contra Tigranem Armeniæ regem. 39.e exedes. 1068.h
Pompeiopolis in Cilicia terræ hiatu absorpta. 1074.e
Ponnanus episcopus Rom. 250.e
Ponnica diœcesis. Pontici pueri 207.d
Pontici marty. variis tormentis cruciati. 303.a
Põtificatus Romani exordia & incrementa. 122.d
Pontifices Iudæorum ab ipso Aarone vsque ad captam vrbem. 91.f g
Pontificũ Ro. successio. 131. b 150. b 174.d
Pontificum & sacerdotũ in Hierusalẽ seditio cruentissima. 119.e
Pontificum Iudæorum dissidia & seditiones. 151.f
Pontius Pilatus Archelai à regno expulsi in terrarchia successor. 55 f vltione diuina manus ipse sibi intulit. 100.f
Pontij Pilatij ambitio. 73.a aduersus Christum acta quæ olim circumferebantur, ficticia. 55.f
Porphyrius Libanio deus. 608 b
Porphyrius sophista. 605 e Christianorum insectator. 239. e eius furtiua & illegitima in episcopum Antiochenum ordinatio. 837.d in Ammonium & Origenem calumniæ. 240.c
Porphyrius cur Christũ abnegarit. & in Christianismũ sit inuect⁹. 606 g h
Porphyriani hæretici. 395.g
Potamiena martyr. 234.c
Potestas omnis à solo Deo. 193 g
Prothini Lugdunẽsis martyrium. 205.b
Potini hæresis. 219.a
Prapidij monachi sanctitas. 718 g
Paxylius episc. Hierosol. 866.a 899 f
Prædictiones atque diuinationes legibus interdictæ. 724.d
Prædonũ impunè Hierosolymis grassantium horrendus tumultus. 119. f g
Præsagia futuri imperij à Iuliano visa. 551. a b c.
Prasini. 1049.a
Prasinorũ Cõstantinopoli factio. ibid.a
Præsentium ordines. 1057.d
Precationis vis & efficacia. 198. 199.a 491 g 742. d 863. f 914. d 798. e
Precationum in diuersis ecclesiis varietas. 789. g
Preces Ecclesiæ vnanimes efficacissimæ. 499.a
Presbyteri in ecclesiis catholicis pœnitentiarij. 771.b
Priapus deus omniũ impurissim⁹. 935.a
principis Christiani institutio. 854.d
Principis absolutissimi exemplar. 5 a
Principis ecclesiast. disciplinę sese submittẽtis memorabile exemplũ. 250.e
Principis decedentis pulcherrimũ epitaphium, bonus successor. 1117.b
pro Principũ salute assiduè orandum. 977 b
Priscus Mauritij Imp. in Europa dux. 1137.a
Priscus Romanorũ dux de manubiis Byzantij accusatus. ibid.b c
in Priscum militaris tumultus concitatus. 1121.c
Prisci Rom. ducis cum Domẽtia nuptiæ. 1167 f insolentia. 1121. d contra Barbaros res gestæ. 1124. f cum Chagano pacta. 1139 c d in Phocẽ morte conspiratio. 1167. f martyrium. 268.d
Priscianus episcopus. 736.a
Priscilla prophetissa. 213 g
Proclus episcopus. 655.b
Procl Iustiniani Imp. quæstor. 1068. f g
Proclus monachus. 902. a episc. Constantinop. 281. f 868. g 905. c eo quod relicto Cyzico Constantinopolitanũ episcoparum susceperit, multorum inuidia notatus. 915 f g
Proclus præter opinionẽ omnium ex Thessalonica Illyrici præfecto episcopũ Cæsariensem facit. 515.c
Proclus Philippi Siditæ in archiepiscopatu Byzantino competitor. 912 g
Proclus placidi episcopi memorabile exemplum. 914.a b
Procli episcopi Cõstant. res gestæ ibid. ad Proconnesia metalla Christiani ab Arianis damnati 695.a 622.b 715.a
Procopius tyrannus captus ad Valentem ducitur. 667. a sub Diocletiano martyrio coronatur. 307.b
Procopij Cæsariensis scripta. 1068.e eũ Valente bellũ. 607 a supplicia. ibid.
Proculus hæret. Chryc. discip. 897.d
Proculi hæresis. mors 910.b
Probanus eunuch⁹ Aicx3d. epist. 614.f
Probian⁹ medicus podagric⁹ sanatur.
Probus episcopus Constantinop 362.g
Probus episcopus Chalcedon. 1136.g
Probus Imperator Rom. 187.c
Prodigia diuina in Christi passione exhibita. 74.a
Prodigia dira. 56.e 153.a 311.d 347.a b 795. c 800. f g 847. e 928. g h 958. a 1144.c
de Prodigiosis casibus theologicũ iudicium. 847 g h
Prodigiosæ vites post vindemiã germinant. 513 e f
Prodromis pœna. 667 a 1131.e
Prophanæ literæ theologis necessariæ. 289 g
Prophanarum literarum magna vilitas. 586.h
Prognostications multæ legibus damnatæ. 714.d
Prohæresius sophista. 674.g
Prophetæ in ecstasi non diuinant. 211.c
Prophetarũ scripta lacerata, ab Esdra sacerdote integrata restituta. 201.a
Prophetica dona in ecclesia Iustini philosophi temporibus. 191.d
Prostibula Romæ à Theodosio abrogata. 765.c
Protorectus Cæsariensis presbyter & martyr. 246.c
Prouerbia Alexandriæ episcopus à Lynodo Chalced. lectus 965. d in baptisterio à percussoribus obrutus 977.e
Proterij episcopi Alexandrini martyrium 976 g h
Protogenes epist. Sardicẽsis 281 f 467.c
Protogenes Carrarum episc. 741. e f
Protogenes factæ. 667. a b miracula. 687 a exilium. ibid.a
Prouerb. Funem omnẽ mouere. 1167.e
Prouerb. A prima linea. 3 h
Prouidentia diuina in mediis malis opem benignè ferr. 1059.g
Prouidentia diuina paternè simul castigamur & erigimur. 321.h
Prudentiæ officium. 721.h
Psalmodiæ. 811.e f
Psalmodiæ Arianorũ. 802. c d Syrorũ. 479.a à Chrysostomo institutæ 805.h mulieribus decantatæ. 668.c apud veteres non eædem. 788.d
Psalmorũ Dauidicorũ commendatio. 983. h
Psarhyrianorum hæresis. 779.c d
Pseudobaptes pop. 1139.e
Pseudomoyses. 1063 f
Psephium Antiochiæ restitutum. 930.a
Psiraci a. 14 descriptio. 489.e
Ptolemæus à matre Cleopatra fugatur. 38.c
Ptolemæus martyr. 187.a
Ptolemæi bibliotheca. incestæ nuptiæ & parricidium. 40.a
Ptolemæi Latburi contra Alexandrum res gestæ. 38.c
Publiæ abbatissæ sanctitas. 366.h
Publius episcopus Hierosol. 110.f
Publij episcopi martyrium. 194.f
Publius monach⁹ Zeugmatensis 719.a
Pudicitiæ confirmatæ memorabile exemplum. 504.c d
Puer Constantinopoli mortifice in aere sublatus, & inde remissus 928.g h
Pulcheria Arcadii Imp. Ro. ex Ennoia filia 756 f g 810. a b Marcianum post Theodosij mortem renunciat. 955. fa Septimo in sulam imperiali reducta 916.e priuatam in Septimo vitam complectitur 631 f
Pulcheriæ principis religiosissimæ laudes 85. e f virtutes. 804. a pietas & liberalitas 854. c d. vaticinia diuinitus reuelata. 868.g
Pulcheriæ Augustæ duæ. 972.h
Pulcheriæ sororum virtutes. 855.h
Pulcheriæ mors. 939. g f 974 a b
Putorum hæresis. 983 e f
Purpuræ tinctio. 289.f
Pusices Saporis Persarũ regis artificii præfectus martyrio coronatur. 412 e
Putubaites monachus. 713 fg
Pyrenæi montes 735. e
Pythagorica animarum trãsmigratio. 60. a b
Pythagoricum silentium. 190.

Q

Quadragesimale ieiunium. 786.b
Quadragesimali tempore in piscium penuria Iustinianus carnibus homines vesci permisit. 1098.a
Quæstiones ecclesiasticæ non temerè promulgandæ. 272.d
Quatuordecimani hæretici 118.b 782.g
Quadratus episc 101.e propheta. 131.e
Quadrati vita sanctissimi facta. 171.f
Quintiano Gazæo episcopatus abrogatur. 468.c d
Quinæ fœminæ constantissimæ martyrium 218.g
Quirini Chalcedonensis episcopi in Chrysostomum odium. 816 e f

R

Rais catechumena. 254.e
Rebellionis vindicatæ exempla. 55.b 101 b
Reformatio cleri & ecclesiæ. 71.g
Reges sacerdotali munere functi. 36.h
eico vncti typum gesserunt veri regis Christi 12.f
Resurrectio mortuorum à Platonicis derisa. 949.e
Retitius. 859.d
Reuerentius Phœniciæ & Tyri episcopus. 516.g
Rhinocurera locus. 716.a
Rhinocurura catholica. 715.c
Rhodus terræmotu quassatur. 1048.e
Rhodonis aduersus Marcionistas scripta. 118. b contra Marcionem certamen. 211.a
Rhutenorum ad Christianismum cõuersio 1171.
Ritus & cæremoniæ veteris testamẽti symbola noui testamenti fuere. 34.d
Rhodiorum colodus. 161.c
Roilas Scytha cum copiis suis fulmine cœlesti extinctus. 8. 2.a 914.c
Romanus monachus. 718.h
Romanus cantor exustus. 924.c
Romanus episcopus profugos episcopos ad communionẽ admittit. 460 b
Roma figurate à Petro Babylon dicta. 104. b ab Alarico obsessa. 8. 95. g fraude & perfidia ab Alarico capta 859 e ab eodẽ direpta. 841.c Gothis expugnata. 1075. b c 844. e f 845. e iterũ à Genserico 970. a à Totila. 1073.d
Romæ olim septem tantum diaconi. 788. b duo eodem tempore Pontifices concordes. 119.a
Romæ conciones in ecclesia ad populum non habitæ. 991. b 916.f
Romani episc authoritas. 788.c 345.c f prærogatiua. 282. g 1027. b 455. b
Romani à Persis & Varacho duce debellantur. 330. e f Gothorum obsidionem auro redimunt. 844.g
Romanorum Pontifices vnde. 129.c
Romanorum episcoporum catalogus. 261. a 210 e 288. c 620. d 859. e
Romanorum in electione episcoporũ seditio. 1045 f reiuncta. 788. a b
Romanorum cõtra Persas res fortiter gestæ. 600. b 883. e f 1046. e 1105. a b de Persis præclara victoria. 885. b c 1128. b 1135. b pax 1130. d item cũ Cabade pax. 1046.a
Romanorum sub Iuliano innumeræ calamitates 603 c d fames & pestis dira 844 f synod⁹ prouincialis. 1067.f
Romanæ ecclesiæ primi episcopi 129. a b vetus priuilegium. 460. b c
Romanum concilium propter Auxentium episcopum coactum. 702.h
Romani concilij acta. ibidem
Ros crucis forma in Iulianum decidit. 551.g
Rubri maris duo sinus. 484.d
Rufinus apud Arcadiũ præfectus prætorio 757 g imperiũ affectat. eodẽ.
Rufinus Ecclesiasticæ historiæ interpres. 590.h
Rufini cum Theodosio colloquium 801. h perpetua cũ Persis pax. 1068 h cædes. 787. 788.c
Rufini caput hastæ infixum. 787.g
Rufus abbas. 1088 g
Ruga Scytha cum suis militibus vltione diuina extinctus. 914.c d

S

Saba Arabiæ metropolis. 408.b
Sabbas philosophus. 1038.a
Sabbas Aelensis episcopi ad Iustinianum legatus. 1086 c
Sabbas monachus 943. h 1038. a orator & deprecator Palæstinorum apud Iustinianum 1086.f
Sabbas hæresiũ. 669 c ei⁹ mors 1086 g
Sabbati⁹ ex Iudæo Christianus factus. 781.c contra iuniorũ religionẽ illegitimè episc ordinatus 871.h Nouatianũ⁹ episcopatũ ambit. 870 871.a propter Paschæ diem Iudaico more celebrandum, à Nouatianorum ecclesia secedit. 888. h Euangelicam lectionem adulterat. 871.e
Sabbatius Christianus factus. cum Iudæis Pascha celebrat. 781.d e f
Sabbatij sepulchrum. 889.a
Sabaxi pop. 408.b
Sabellij Libyci hæresis. 409.g
Sabellij hæresis. 360.c 419.g 280.b damnatur. 506.h 516.g
Sabelliani hæretici. 1140.f
Saberi populi. 1032.e 1139.c
Saberorũ in Orientẽ eruptiones 1132.e
Sabinianus Pont. Max. 1168.g
Sabinus episc. & mart. 419.f Heracleæ Thraciæ Macedonianorũ episc. 467.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sabini acta synodalia. 575.b c
Saborius Persarum rex. 311 c
Sacerdotes olim erant reges vncti.31.f
Sacerdotes oleo vncti figurâ gesserunt Christi. 31.f
Sacerdotum vocatio à Manuele Palæologo reformata. 111.f g
Sacerdotum coniugia.787.b nundinatio. 1098.d
Sacerdotalis dignitas eorum tantum est, qui ad eam sunt vocati. 89 c
Sacerdotalis functio. 977.c d
Sacramentum corporis & sanguinis Christi communicantibus standum in manus.802.g 803.e f miraculose in lapidem versum. 803 e f
Sacramẽ sanguinis & corporis Christi primâ infantiâ.47.f reliquiæ pueris innocentibus olim datæ 1087 e
Sacramenti altaris vtraque species in loco templi sacratiore seruata.81. e f
Sacramenta altaris morientibus communicata. 849.d
Sadoc Iudæorum Pontifex. 91 g
Saddoei Phariſæi sedutio. 46.b
Seductorum hæresis 191 g
Sacnes sua omnia quàm Christum abnegare maluit. 891.b
Salambria monachus. 916 g
Salamines monachus. 716 a 814.c
de Salomonis sapientia Irenæi iudicium. 201.a
de Salomonis prouerbiis Egesippi & aliorum antiquissimorum authorũ iudicia. 193.194.a
Salianus Constantis dux. 492.b
Salutia Alexandri regis coniunx. 38.c d
Salome ager. 42.h
Salome Iosephi vxor.91. e obsternix in bethleem. ibidem f
Salophactolus episc. Alexand. 1016. e eius mors. 19.h
Saltatorum spectaculum sabbato Alexandriæ exhibitum 875.d
Salustij episc Hierosol 1084. e Iuliani imper.præfectus.509 g mart. 1057 b
Samaritanorum de Paschate celebrãdo sententia. 781 g
Samaritanorum hæresis 191. g. h cõtra Iudæos seditio. 118 b
Samosatenus excommunicatur.282. e f damnatur 306 g h
Samosatenorum in fidei syncerioris amatores odia.680.d vide Paulum Samosatenum
Samuel propheta, sacerdos, & populi iudex. 91.g
Samuelis prophetæ ossa 869.a prophetieum ibidem.
Sanctus martyr. 104.a b c 205. 206.a
Sancti Martyrium. 206.b
Sancti non pro diis colendi,cum serui tantum fuerint altissimi. 328 d
Sanctos suos etiã defunctos Deus glorificat. 915. b c
Sanctorum adorationes à Xenaia episcopo Hierapolitano phibitæ.1035.a
Sanctorum veneratio vnde nata. 271. 272.a in quibus consistat. 328.d
Sanctorum imagines vnde, atque cur antiquitùs erectæ. 271.272.a
Sanctorum monumenta vnde culta. 330 e 271.c
Sanctorum reliquiæ olim circumuectæ. 1088.f
Sanctorum memoria. 942.d
Sangaris fl. 671.a sangarum op.781. e f
Sangari martyrium. 196.a
Sangaris episcopi mors. 226.f
Saugarensis synodi decreta. 781.e f
Saphiræ & Ananiæ horrendũ fatũ 88.b
Sapientiæ Dei templum à Cõstantino excitatum.461 Eiusdem. 811.c
Saporis episcopus & martyr. 414.f
Sapores Gratiani Imp.dux. 737.f
Sapores Gratiani constitutionis de religione promulgatæ exequator.739.a
Sapores Persarum rex Nisibim expugnat. 500.c eius contra Christianos edictum. 413 c
Saracenii olim Ismaelitæ 726.g h
Sãracẽi à Mose ad Christum cõuersi. 726.727.d
Saracẽi metu correpti in Euphrate submerguntur 384.f
Saracenorũ origo & antiquitas. 726.g contra Romanos res gestæ. 884.d
Sardicense concilium. 468.d 501.e
Sareas Iudæorum Pontifex. 91.h
Sari præfecti militaris contra Alarichũ res bellò gestæ. 845. 846.a
Sarmatas Arianæ hæresis sectator.360. d 386.g
Sarmatæ à Constantino victi. 345 c
Sarmatæ ab imperij finibus à Iuliano repulsi. 705.f
Sarmatiæ hæreticus. 190 c 193 g 198.e
Saul primus Iudæorum rex. 36 c
Saulus Christianorum maximus persecutor.95.b conuertitur. 35.f
Sauromatæ gens barbara & infirma 705.f g
Sauromatæ cũ Romanis bellũ. ibid.f
Scautus Cœlesyriæ administrator.39.c
Scenitæ Persæ. 1106 a b
Scenitarum in Mesopotamiam eruptiones. 1044.c
Scirti amnis periculosa exundatio. 1060.e
Scorsano à Cõstantino prohibita 345 g
Scriptura diuina non nouis, sed receptis vocabulis est explicanda 388.b c
Scythæ Caucasij & Boreales. 1118.c
Scythæ Parisitri, à Constantino subacti. 348. d
Scythæ ab Arianismo ad orthodoxam fidem à Chrysostomo cõuersi. 794.a
Scythæ vnũ rẽũ habẽt episcopũ.788 b
Scytharum cũ Arianis contentio. 697 f in Romanorũ agros irruptio. 797.c
Seas summus Cabadis regis amicus. 1041.d
Sebastiæ ciuitatis descriptio. 342.h
Sebastiẽses quadraginta martyr.ibid h
Sectarum sectiones. 791. b c
Secundus Apollonij martyris accusator. 101 117 g
Secundus Arianus 360 g 381. g 390.f
Secũdus Ptolemaidis episc. 381 g in cõcilio Nicæno excommunicatur.386.f
Sedecion episcopus Cõstantinop 161.h
Seditio Iudæorum cruentissima. 119 c
Seditionis vindicatæ exẽplũ. 53.h 101.b
Seleuci in Iudæos odium 99.f
Selem Iudæorum Pontifex. 91 h
Seleucenum concilium. 492.a 510 c eius acta 512 519.c
Seleucenæ synodi ad Imperatorem legatio. 513 f
Seleucia eius 509.b directa. ibidem
Selinas Gotthorum episcopus.779.c d
Seneca episcopus Hierosol. 175.c
Senioribus honos tribuendus. 185 b
Seosses summus Cabadis Persarũ regis fautor. 1045. c d
Septem dormientium historia. 926.b
Septuaginta interpretes. 139.a
Septuaginta Christũ discipuli quomodo & à quibus baptizati. 99 a
Septuaginta discipulorũ vocatio. 61.b
Septuaginta interpretum elegans historia. 201 c
Septuaginta interpretum translatio qualis. ibidem c
Sepulturæ apud Christianos honor. 511.b
Sepulturæ honos martyribus denegatus. 208.a
Serapidis sacra.760.h templum.ibid.h post Græcorum fugam à Christianis ꝛeccpium. 771.a
Serapidis templi deuastatio prædicta. 771 a
Serapiõ episc.Antioc.110.f 217.h 569.h
Serapion à Chrysostomo accusatus,in exilium mittur. 807.c
Serapion Heracleæ episcopus. 810.g
Serapion Magnus. 713.
Serapion monachus.463.c 708.b patet decem millium monachorum.ibid.
Serapion Thmuitis episcopus. 472.a
Serapionis monachi multo sudore victum sibi parabant. 708.c d
Serapionis archidiaconi superb.810.g
Serapionis egregia dicta. 722 c
Serenus martyr. 235.h
Sergia monasterij Olympiadis apud Constantinopolim præses. 851.c
S. Sergio crux aurea à Chosroe dedicata 1131 g
Sergiopolis per Sergium martyrem à Persarum impetu defensa. 1078.a
Sergius diaconus. 1153.c
Sergius Constantinop. episc. ibidem
Sergius patriarcha Constantinopolitanus 831 g hæreticus. 1166.d
Sergius proconsul à Paulo ad Christũ conuersus. 109.d
Sergij martyrium.307. a templum.984.g
Seruatoris templum in Lateranensi à Constantino condituin. 306.h 307.a
Seuera Valentiniani Imp vxor. 706.c
Seuerianus Cabalanorum episc. 806.c
Seuerianus episcopus Scythopolitanus.815.b à Theodosio occisus.867.f
Seueriani Arethusij episcopi astutum facinus. 1036 g
Seueriam insolens atque impiũ dictetium 807.c cum Chrysostomo amicitia.808 b in Ioannem Chrysostomum conuicia.818.b mors. 848.a
Seueriani hæretici. 190 g.
Seuerus à Nephalio monasterio pulsus. 1035.f
Seuerus episc 659.b eius scripta in Cõstantinopolitana synodo dãnata.1067.c
Seuesi episc. hæresis à Gregorio Theopolitano episcopo exterminata 1135.c
Seuerus ἀσιφλος Antiochenus episcopus.1051. c 1059. c in Chalcedonensem synodum inuehitur 1058.b
Seueri Antiocheni epist perfidia.1035.f cum Alamundaro disputatio.1044.c
Seuer⁹ Cõstantinopolim euocat⁹.1065.d
Seueri episcopi Constantinopolitani synodales literæ 1035 g ad Iustinianum & Theodoram epistolæ.1065.d
Seuerus monachus Aegypti. 728.b
Seuerus Occidentis Imper.970.a b tyrãnus ecclesiastica 1040 g mors.315.e
Seuero epis. Antioch. lingua, Iustino Imp iubente,excindi debuit. 1057.c d
Seueritarum hæresis. 1161.b
Sextuplum Bibliorum opus. 238.g
Sextus scriptor ecclesiasticus. 224.c
Sibyllæ Erythrææ de extremo in terris iudicio vaticinium. 1174. item de Inuentione sanctæ crucis. 299.c
Sicariorum Hierosolymis horrendus tumultus. 119.f
Siccitas ingens. 604.a 847.c 968.g h
Sida ciuitas. 1059.f g
Sidena cin. 958.b
Sigismundus ab Heberstain, baro Austriacus. 727.c
Silentiariorum schola. 1028.g
Siloæ fons. 401.c
Simeon Columella monachus. 899.g
Simeon discipulus Ephraim. 478.b
Simeon epist. Hierosol. 151.c 175.c
Simeon Ioannis Chrysost. vitam descripsit. 795.a
Simeones Laodiceæ episcopus. 918. a futurum terræmotũ prædicit 1086.c
Simeones hæreticus. 669.c in somnis ad Felicem Pontificem ominus 1022.c
Simeones monachus Antioch. 718.c
Simeones monachus Apameẽsis.ibid.
Simeones monachus sanctus. 979 c f
Simeones propter stuprum illatũ falsò accusatus. 1084 f g
Simeonis Cleopæ longæuitas. 165 a martyrium ibid f
Simeonis Stylitis fuit Columellæ historia rũ miracula ibid.d
Simeonis Stylitis cadauer Antiochiæ translatum. 941.c
Simeonis apud Edessani nona visendi ratio 1084.b de Christo vaticinium. 1120.f g 49 epistas 1120.f g
Simeonis Magi ri de Simeonis Stylitæ vita lucubrationes 1134.c
Similæ deæ simolacrum ad perpetuam fœdinatis idolomaniæ memoriam consecratum. 771.c
Similarum variæ species. 488.a
Simmas episcopus Rom.ad Zenonem legatus 1022 b ob legationis præuaricationem damnatus. 1022.1025.a
Simon Borthi filius, Pontifex Iudæorum. 91.e f
Simon Camythi filius Iudæorum Pontifex. 71.g 91 f g
Simonis Cananæi nuptiæ. 400 d
Simon Cleopæ filius, Hierosolymorũ episcopus. 160 f
Simon hæreticus. 190 b 210 h
Simon Herodis socer Pontifex. 91.f g
Simon Iosephi filius. 90.d
Simon leprosus,pater Lazari. 70.a
Simon magus, apostolorum apertissimus hostis 119 d eius artes & studia. 94. b c præstigiæ. 120 f hæreses, & c 101 g mors. 110.a
Simon à genero Ptolemæo in cõuiuio occiditur. 37 d
Simonis contra Cendebæum ducem res gestæ. ibidem.
Simonis Zelotis res & martyriũ. 131 g
Simoniani hæretici. 195 g
Simonium locus. 150.b
Simplicius episcopus Rom. 1021.c
Simulachrorum materia preciosior in pauperum vsum expenditur. 771.b
Simulras inter ecclesiarum antistites Origenis tempore maxima. 244 c d
Sina mons. 716.c
Siricius epist 789.a Pont. Rom. ibidem.
Sirimis vicus. 1092. b
Sirmiense concilium. 534. c f g propter Photini hæresim coactum. 506. f g in Sirmiensi cõuentu triplex fidei formula ab Arianis composita 718.c d
Sirmiensis conuentus Latina fidei formula, 522 g
Sirmiẽsis fidei symbolũ Arimini lectũ. 535.b item Constantinopoli. 535 b
Sirmiensi symbolo Occidentales episcopi quatenus & quomodo subscripserint. 535.536.c
Sirmium à Persis captum. 505.c
Sirmius Germinius. 1107.h
Sisinius Constantinopolitanus episcopus Nouatianus. 792.a 898.a
Sisinius Cyzicenus episcopus. 905 a
Sisinij episcopi facinus 964. Eius Leontium Anticytanum episcopũ sacrè dictum 964. g h de Eutropio somnium.828.g h mors. 871.g 899.h
Sisinius presbyter. 897.c
Sisinij cum Chrysostomo disputatio. 965.b eruditio. 964. c natura & mores 994. c f g
Sittas Martyropolis proditor. 1127. g crucifigitur. 1131 c
Slauinorũ in Thraciam eruptio. 1137.a
Smyrnæorum ecclesiæ scriptum ad ecclesias Ponti. 181 d
Soba 91 e f
Socrates scriptor Ecclesiasticæ historiæ fuit Nouatianus. 191.a 470. g h ob Græcorum deorum contemptum damnatus. 786.e
Socratis de Ioanne Chrysostomo testimonium. 911.a b
Socratis Ecclesiastici scriptoris de Nestorio iudicium. 901. e pro Eusebio Pamphili apologia 476.f
Sodomitarum coercio. 1098.a
Sogdoanæ regio. 1139 f
Sogoi gens. 1158 d
Sol à Persis adoratus. 911.a 1139.b
Solis defectus sub Augusti morte 36.c
Solomon Antiochiæ presbyter 1025.d
Solon episcopus. 715.a ex mercatore factus monachus. 774.c
Solonis leges. 173.b
Sommum Sisinij de Eutropio 828 g h item Theodosij Imp. 796 b 798 f g
Soparer philosophus. 530. b colloquiũ cum Constantino Imp.institutum.31.a
Sophiæ Iustini imper.iunioris cõiunx. 1100 g
Sophiæ ad Chosroem literæ. 1107 g
S.Sophiæ in vrbe Cõstantinopolitana templum.454 b 462 f deformatum. 1068.h Iustinianus restaurauit. 1060 a
S.Sophiæ templi ad Constantinopolim structura. 1080.g
S.Sophiæ apud Constantinop insignis bibliotheca. 24.h
Sophroniæ ad conseruandam pudicitiam insignis certamen. 110.a
Sophronius Pompeiopolit episc 612.d Macedonij sectator. 174.b
Sophronij Pompeiopol anarithia. 117.c exauthorato. ibid de mutatione symboli fidei præclare dictum 511.b
Sophronius Tyri episcopus. 910.c
Sorex. 1147 b
Sosij cõtra Antigonum res gestæ 40.b
Sosthenium locus 149 f 167 g
Sosthenium à S.Michaele Michaelium dictum. 316.e
Sotas exorcista. 218 e
Soter Pont Max. 174.b
Soteriolus Cæsareæ episcopus. 1037.d eius contra Faulanum odium 1038 a
Sphingis descriptio. 488.b
de Sphinge & Oedipo fabula. 1096.c
Spiridon Cyprius episcopus martyr. 575 c philosophi argutia verborum simplicitate cõuincit.577 g Trypliliũ episcopi propter verborum in concionando nouitatem reprehensio. 224 c
Spiridonis historia. 425.a hospitalitas 425 e
Spiritus sanctus cur quinquagesimo demum à resurrectione de apostolis missus sit. h in ipso Pentecostes die quomodo apostolis datus 88 c cur in columbæ specie sit visus, vũ baptizaretur Christus 17.c
Spiritꝰ sancti efficacia atq; officia 81 b an Spiritum sanctum cõsubstantialẽ patri & filio profiteri oporteat. 608 e
Stachys Argyropolitanus episc. 361.b
Statua Christo à muliere Cæsariensi erecta. 378 b
Statuæ Antonini tyranni vbique demolitæ. 34.h
Statuarum sacratum vsus. 271.c 594.c
Staurati mors 1171 col.1
Staurolatarum hæresis. 1181.d
Stella à magis in oriente visa, qualis fuerit. 30.c
Stella prodigiosa.800 falsa sub Theodosio Imp.visa. 734.b
Stellæ in cœlo medio die visæ 847.f
Stemmichaguus Hunnus Chaganj contra Scythas dux. 1118.c
Stephanus episc. ex Amasena Constantinopolim translatus. 918 a
Stephanus episcopus Antioch. 821 c 495.a legatus Rom. insidiarum episcopatu priuatur 495.a b à pueris trucidatur. 901 f
Stephanus Laodicensis episcopus profanarũ artiũ lõgè doctissimus 497.g
Stephanus episcopus Rom. 288.e
Stephanus Germanicensis episc. 741 c
Stephanus monachꝰ Aegyptius. 712.a
Stephanus patriarcha. 1171 col. 2
Stephani Apostoli prædicatio & miracula 92 b martyrium. ibidem h
D.Stephani reliquiæ è Palestina Constantinop translatæ. 865 c
D. Stephani apostoli sepulcrum. ibid h
D. Stephano Constantinop. templum à Pulcheria ædificatum. 866. c item Hierosolymæ. 939.f g
Sthenelus episcopus. 659.b
Stilico apud Honorium præfectus prætorio 787 g imperiũ affectat ibid.g
Stiliconis res gestæ. 843 h mors. 785 f 841 h
Stiudæ. 1092.c
Struditarum templum. 1041.a
Studius episcopus Constantinop. 98 . c
Subsistentiæ nomen in sacris quomodo vtrpandum. 569.570.c
Substantiæ variæ definitiones ibid c
Substantiæ verbum ab Arianis antibus ex symbolo delerum. 535 a
Substantiæ verbum malè intellectum magnas in ecclesiis excitauit tragœdias. 621 c d 514. 516.a
Substantiæ nomine in sacris quid intelligendum. 589.570 c
de Substantiæ & subsistentiæ verbis Alexandrina synodus quid decreuerit. 568 569.c
Sudæus Iudæorum Pontifex.91 h 400 g in Soes homines diuina vindicta conuersi. 409.g
Supplicatio pro serenitate & clementia aeris imperranda. 857.h c
Supplicationes belli temporibus pro victoria instituendæ 883 h
Supplicationum solẽnes terræmotum Constantinop institutæ.918 g item Romæ ob Constantini de Maxentio victoriam 353.f
Surium op à Chosroe expugnatum. 1075 f
Susacenses. 512.f
Susacis mons. 470.g
Susannæ historia à Iulio Africano reiecta. 247.b
Sylvanus Ciliciæ episcopus Romam legatus. 659 h
Sylvanus episcopus Const. causarum controuersarum iudicium non clero,sed laicis, ne nundinatione vicrentur,committit. 917.a
Sylvani Emesenæ ecclesiæ antistitis martyrium. 509 c d
Sylvanus Philippopolis primũ, deinde Troadis episc 916 g
Sylvanus Scythopoli cõbustus 1084 f
Sylvanus Tarsensis episcopus 611 d damnatur 510. h eius contra Acacii pro symbolo Nicæno disceptatio. 519.h
Sylvanus episc cum xxvii sociis apud Gazam Palæstinæ, propter fidei cõfessionem mactatur. 308.d 310 a
Sylvanus monachus. 716 c
Sylvanus nouem latam onerariã immobilem è littore in mare oratione pronoluit. 916. g. spatium calcis est Constantinop. vsus. ibid g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syluanus Gallorum occidentalium tyrannus 510 g eius interitus. ibid g
Syluerius episc Romanus. 1075.c
Syluester Pont. Max. 311. d 362 f 431.c Deum solum inuocandum esse, non sanctos docet. 528.c d
Syluestri pontificis ad Cõstantinum in baptizandum oratio. 528. d eum iudæis de religione disputatio efficacissima. 331.d
Symeon Metaphrastes. 941 a b
Symeon monachus. 476 c
Symeõ Persid' episcopus calumniose apud Saporẽ regẽ accusatus 410 f g
Symeonis apud Persarũ regem facta. 410 411 a martyrium. 610 h
Simeonis Stylites, siue Columella, primus in columna vitæ monasticæ institutum mouit. 919 h
Symeonis Columellæ ætas longæua. 941 a ad Basilium episcopũ de pietate Leonis & Chalcedonici synodi epistola 979 g ad Eudoxiã literæ. 971. c
Symeonis corpus vsque ad Enagrij tempora integrum conseruatum. 941.d
Symeonis Mandra. 942. a templũ. ibid torques ferreus ibid.
Symeonis monachorũ obediẽtia 941.c
Symeonis historia à Theodorito descripta 940.f
Symmachus Bibliorũ interpres. 149 a
Symmachus Ebionita. ibid a
Symmachus episcopus Hierosol. 210 e
Symmachus ab accusatione à Leonio episcopo liberatus 764 c d
Symmachus vir consularis. ibid b criminis perduellionis atque læsæ maiestatis reus factus. ibidem
Symmachi scripta 218 219 a 764.b
Symmachi pontificis in relegatos in Sardiniam episcopos pietas. 1070.c
Symmacho episcopatus à Theudericho confirmatus. 764 b 104 g
Synerus. 219 a
Synesius vt philosophus studiis & ludis dedutus 950 a
Synesius ex philosopho episcopus factus 948 h cur adeo episcopatum reformidarit. 951 c
Synesius vxorem propter episcopalem dignitatem dimittere recusat. 950 d
Synesii ad Eutropiũ fratrẽ epist. 949 g
Iucubrationes ibid. b c vita ibidẽ a b
Synnada ciuit. 869.b
Synodi quatuor vniuersales. 971 e f
Synodalium decretorum exequutiones. 382.c
Synodorum decreta à Cõstantino firmata. 346.c
Synodorum frequentia ad ecclesiasticã dissidia tollenda. 840 f
Synodorũ legitima cõgregatio 911. h
Synodorũ multitudo eccle obest 451 c
Synodorũ sacrarũ vsus & vtilitas 387 d
Syriæ descriptio. 485 g
Syriacum Euangelium. 193.g h
Syrorum psalmodiæ. 479 a

T

TAbenna insula. 474 g
Tabennesiotarum monachorum origo 472 d 473 a leges 474 c
Tacitus imperator Rom. 288 a b
Tadda ei prædicatio & res gestæ. 96.c
Taffan Taugastanorũ princeps. 1140 c
Tapharnis opp. 484.c
Taprobana insula. 487 a
Tarbula virgo cum stupro vitam redimere posset, mori maluit 433 g
Tarbulæ virginis martyrium. 432 c
Tarsensis concursus. 601 g
Tatiana fœmina sanctissima 941.h
Tatianus Encratitarum hæresis autor. 190.f
Tatianus Marciani patricius. 958.c
Tatiani martyrium. 594.d 583.a scripta. 95 a 181 a 190 f
Taugast Turcorum ciu. 1138. c ab Alexandro Magno condita. 1140 f
Taugastanorum cũ Chagano fœdus. 1140.c
Taugastanorum ritus & mores. ibid.
Taurefia ciuit 1108 f g
Taurus in nummis Iuliani imperatoris. 388 a
Tauri forum. 982 a
Teiæ ducis contra Romanos gestæ. 1074 c
Telemachus Arianus. 702.c
Telemachius monachus dum Romæ dirimere certamen gladiatorum parat, martyrio afficitur. 787 f
Telemachus in martyrum numerum relatus ibidem g
Telmissus vicus. 718 c
Telesphorus Pont. Max. 174.b
Telesphorus Rom episcopus. 101. a & eius martyrium. ibid d
Temperantiæ officium. 721 b
Templa diuersa à Constant. imp ædificata. 348. 349 c
Templa multa à Constantino ædificata. 317 g h
Templa Dei vera. 810.c d
Tentationis tempore declaratur vera in Christum fides. 494.c
Terbelis Bulgarorum dux. 1110. col. 2 eius leges. ibid.
Terebynthus. 561.c
Terentius Tomitanus episcopus. 751 a
Terentii in Armenia res egregiè gestæ. 711. b in Valentem imp. liberè dictum. ibidem b
Teridatis erga D. Gregorium crudelitas. 409 g
Terræmotus Nicomediæ grauiss. 519.c
Terræmotus ingens 197 c 601 d 667. d 847 g 917 h 982. g 1048. f 1059. h 1074. c 1085. e 1111 b 1121 g
Terræmotu Asiæ minoris vrbes conquassatæ. 56. c
Tertullianus factus montanista 221.d
Tertulliani hæreses. 202. b c scripta. ibidem. 225 c
Tertullius orator, accusator Pauli. 122 a
Tetraditarum hæresis 1160. f
Tetrapylum Antioch. ædificiũ. 1028.h
Tetrarchiæ Iudææ. 40.f
Thabor mons. 400.c
Thalassius Illyrici præfectus in episc. Cæsariensem electus. 925.c
Thamor Iosephi ex Salome filia. 91 c
Thaumasius in martyrum numerum relatus. 875.h
Thebaïs vicus. 474. c
Thebuthes hæreticus. 193 g
Thecle templum Seleuciæ à Zenone ædificatum. 1014. a
Themistonis auaritia. 196.b c
Themistius philosophus Agnoetarum hæreticorum dux, adulatorũ hostis. 616.d Iouiniani imperatoris præco. 616 d
Themistii philosophi cõsularis ad Iouianum oratio. 616. d 725 c
Theocritus quidam contra Iustinum imperator electus. 681 a
Thenenti cædes ibid. f
Theoctistus episcopus Cæsariensis. 241 g
Theoctistus monachus. 941.h 1038 a
Theoctistus presbyter. 780.b
Theodorichus Scythicorum ordinum dux. 1113 g
Theodorichi Ostrogothorũ regis res gestæ 1017 g ad Iustinum imp. pro Arianis legatio. 1067. g
Theodulus abbas. 941.h
Theodora cõstantini vxor. 310. c Herculij filia. 354. h Iustini Imp. vxor. 1047.f
Theodora procera. 505 g
Theodora sub virili habitu in monastica vita pœnitentiam agit. 1061 c eius contra synodum Chalcedonẽsem odium. 1055 b
Theodorij Byzantij historia ecclesiastica. 25 a
Theodorus Ascidas Eustochij aduersarius. 1088 g
Theodori Cappadocis in Origenem lumi. 1060.b
Theodorus Cœlesyriæ monach. 717. h
Theodorus Comitatensis. 724.a
Theodori duris martyrium. 342 g
Theodorus medicus Rom. ad Chaganum Hunnum legatus. 1137.d
Theodorus Mirificus cognominatus. 246 g
Theodorus Mopsuestiensis episcopus. 791 f 899.f Arianorum antagonista. 899.f
Theodori Mopsuestienses fœtipta damnata 1089.c d
Theodorus Palæstinus Origenis discipulus. 246 g
Theodori Pergensis martyrium. 342.h
Theodorus Perinthi episcopus. 461.a 472.a Arianæ hæreseos propugnator. 742.h
Theodoro Perinthio episcopatus abrogatur. 462.d
Theodorus Psaltes grauissimè execratur. 590.g
Theodorus Sctibo episcus Alexandrinus. 899.c 1168.f
Theodorus episcopus Heracleot 417.f
Theodori episcopi martyrium 98 309.e
Theodorus Thrax episc Arianus 511.d
Theodori tyranni cædes. 1046.a
Theodorus Tyro martyr. 567. b
Theodoritus Cyri epist. 719. a b 911 a b
Theodoritus ecclesiæ valorũ custos, & martyr. 561.c
Theodoriti ecclesiastici scriptor. 899.c
Theodoritus Cyri epist. proscribitur. 908 g
Theodoritus poeta. 944 g
Theodosiorum de hæresibus liber. 780 b c
historia ecclesiastica. 25 g
Theodorius Cyri episcopi scripta in synodo Constantinop dãnata. 1089.d
Theodorii Syri lucubrationes. 948 g
Theodosiolus. 859 h
Theodosius imp ab Ambrosio episcopo excommunicatur. 802.g
Theodosius Rom Imp. ab Ascholio æger baptizatus, conualescit. 742.c
Theodosius Imp. à barbarorum insidiis diuinitùs conseruatus. 878. d à Deo plurimum dilectus. 913. d à Gratiano imperij consors lectus. 908 h à patre fustibus cæsi iussus 1148.c
Theodosius imp. ab equo delapsus mortuus. 954.d
Theodosius Arcadij Imp. Rom. ex Eudoxia filius. 796.g
Theodosius belli tempore ciuib. extraordinaria tributa imponit. 807.a
Theodosius fuit calligraphus philosophus insignis. 808.c
Theodo. Christianissimi principis exẽplũ. 855 h cœnobiorũ princeps 1038.b
Theodosius Imp concilium ducibus hæresium euocatis Constantinopoli cogit. 755.c
Theodo crucis armatura frems cũ barbaris manẽ cõserit 797.h ecclesiastic' tyrannus vix Dorothei manẽ effugit 967.h hæreticos ab hominũ frequentia locos priuatos proscripsit. 667 h
Theodosius non fuit acer hæreticorũ persequutor. 777 g
Theodosius imp. hostes suis preci. ma-

gis quàm armis vicit. 914 b c
Theodosius idololatriæ accerimus hostis. 617.c
Theodosius illegitimam monachi excommunicationẽ contempsit ibid d
Theodosius iunior Chrysostomi perbaptismum filius adoptatus. 807. f
Theodosius latrocinia ac fœda lupanaria Romæ sustulit 765.c per iram lapsus, crudelissimã patrauit cædẽ. 800.b
Theodosius imp. quibusuis literis facilè subscribere solitus 888.f
Theodosius imp. Romanæ vrbi multũ profuit. 764.d
Theodosius imp. successorem sũ divina reuelatione vidit. 951.c
Theodosius Synnadæ episc. Macedonianos tyrannicè persequitur 869 b
Theodosij imp ad Chrysostomum defunctum literæ. 923.h
Theodosij ad Severum & Antimum epistolæ. 1066 a aduersus Eugenij expeditio. 798 g h
Theodosij Arcadij filius pupillus. 841.h
Theodosij bibliotheca 816. g cõtra Arianos edictũ. 746. f contra Genseric. bellũ 915. a b cõtra hæreticos constitutiones 754. c contra Maximini tyrannum in Italia res gestæ. 765. b de Maximo victoria atq; triumphus. 764. a b contra Nestorij edictũ 911. g contra Persas bellũ 884. e f præclara de Persis victoria 885. c 954 b cũ Ambrosio colloquii 801. c cum Attila pax auro coempta 954 a cum Rufino colloquii 802. h de cõciliorũ authoritate dictũ 1058. d de processu synodorũ lex. 912 g de diaconis cõstitutio. 777. e itẽ de cuerte dis idolorũ remplis cõstitutio. 769 f
Theodosij de Eugenio victoria. 799. c de Ioãne tyranno. 85 c de Nicæna, eademque apostolica fide constitutio. 741 a b de Nili sacrificiis intermittẽdis ad Aegyptios rescriptum. 904 g
Theodosij imp. Rom. educatio. 851. c e. egregia dicta 856. h erga Placillam vxorẽ iam defunctã amor. 807 a erga suos humanitas atque benignitas. 764. b c
Theodosij imp excommunicati pœnitentia. 804 c
Theodosij forum. 667. c hæresis. 1064 g
Theodosij impietas à Romanis Pontificibus accusatur. 768.a
Theodosij imp. humanitas & mansuetudo. 914. b c in Antioch. odiũ 807. h item in Flauianũ. 915 f in Oriẽte res gestæ 742. c item in Thracia. 735 d
Theodosij in summo vitæ discrimine preces. 798 f g
Theodosij iunioris contra adulteras lex. 765. h natiuitas. 802. a de filiorũ educatione dictum. 766.c
Theodosij imp. mortui, quæ filius reliquit, mandata. 787. f
Theodosij imp. Rom. mors. 816. a
Theodosij Mauricij imp. filij cũ Germani filia nuptiæ. 1146. a
Theodosio Mauricij filio oblatũ imperium. ibidem f
Theodosij imp pietas. 806. f somnium. 798 f virtutes. 856.c
Theodosio visione diuina in somnis imperium nunciatum. 736 b
Theodosij monachi mors. 1084.c
Theodosianorum hæresis. 1159.h
Theodosiopolis ab Eunomio ab immani Persarum vi conseruata 858.c
Theodorus. 212 b Rhij discipulus. 569.c
Theodori Byzantij coriarij hæresis. 211.b
Theodorus Hieropol. episcopus. 741.e
vita monastica celebris fuit. ibid e
Theodorus Laodiceæ episc. 742. h
Theodorus episcopus corporũ simul & animorum medicus. 591.a
Theodori mors. 214 b
Theodoriani hæretici. 212.c d
Theodorion Ephesius. 201 b
Theodotionis scripta. 238 g
Theoduli martyrium. 564. d 583.a
Theodulo episcopo struũtur insidiæ. 502.g
Theognis Nicææ episcopus. 381.g Arianorum antesignanus 452. b c Nicænus hæreticus. 742. h ab exilio reuocatus in episcopatũ restituitur. 426.c
Theognus subscriptionẽ suã in Nicæno decreto fraudulenter induxit. 452. d
Theognidi Nicæno episcopo propter Arianismũ adẽptus episcopat'. 382 f
Theologi prophanorum autorũ lectio pernecessaria. 587.a
Theon philosophus. 876 c
Theonas episc. Alexandrinus. 288. c Arij sectator 366.g
Theonas Marmaritæ episc. 381.g Arianus. 590.c f in Nicæno concilio excommunicatus 586.e
Theonas monachus Aegyptius. 707. 708.a
Theopaschitæ. 991 c
Theopaschitæ & Monophysitæ iidem. 186.a
Theopaschitarũ hæresis. 1161. d origo. 1162 c d
Theophaniorum vnda in sacrum lauacrum quando primùm infusa. 991 g
Theophilus Alexandrinus episc. 767.a b 789 c d
Theophilus episcopus Alexand. Chrysostomi obtrectator. 797.b infidus Theodosij amicus duplici corde. 791. f ad episcopatũ Constãt. vocatur ibid d Anthropomorphitarũ errores rebellit 807 a rosdẽ aduersus monachos Longos concitat. 809.a
Theophili Alexandrini episcopi auaritia 808. b in Isidorum odiũ. 810 b cum Petro archipresbytero contentio ibidem a mors. 873.a
Theophilus episcopus Antioch 174 d
Theophili Antiocheni episcopi facta & scripta. 195.c
Theophilus Cæsariensis episc. 210. f g
Theophilus Castabalenus episcopus. 612. c d 669.h
Theophili Castabalensis episcopi historia. 137 h
Theophilus Gothorũ episcop'. 514.g
Theophili episcopi cum monachis à Sceti reconciliatio. 768.b
Theophili imperat. res gestæ 1171. col. 2
Theophilus Indus Arianismo addictus. 484. propagãdæ fidei gratia ad Orientales missus. 484 a
Theophili in di exilium. 485. e miracula. 484. c res gestæ 512. d virtutes atque studia. 484.b
Theophilus Iudæorum pontifex. 92.g
Theophilus à Longis fratribus apud Eudoxiam accusatur. 811. eius actæ Constantinop deletæ. 820. f g
Theophili aduersus Heraclidẽ Ephesium iudicium. 819. g cum Dioscoro & fratribus eius bellum. 809. b in Chrysostomum insidiæ. 811.c
Theophil. omnium calculo damnatus. 820. f g
Theophili mors. 848.c
Theophroni' Eunomian'. 663. c 778. g
Theophronij hæresis. 778.g
Theophylactus Sebastiæ episcop' Rosiam translatus. 918. b c
Theopistus Eustatij martyris filij'. 178. a
Theopolis ciuitas. 1106. a b antea Antiochia dicta. 906. d 1059 b
Theopõpus Nouatianorũ episc. 872.f
Thendæ rebellio atque seditio. 859. a capitis pœna vindicata. 101 a
Theudatus Occidentis imp. 1073 b
Theuderichus Cõsul & Thraciæ dux. 1027.b
Theuderichi ducis mors. 954. a
Theuderich' Gothorũ princeps. 1027. g eius mors. 1026. b
Theuderichus Arianus amasium suũ propter defectionem iugulat. 1045. h
Theuderichi cõtra Attilam res gestæ. 954. a contra Zenonem imperatorẽ bellum. 1026. a b in Romanos liberalitas. 1043. f g mors. 1073. b
Theotecnus Cæsareæ Palæstinæ episcopus. 581. f 591. a
Theotecnus impostor. 519. a
Theotecnus Logista Antiochenus idolomaniæ & persecutionis Maximini administer. 519. a eius ad Maximum vt fortiter martyrium perferat, cohortatio. 570. f
Theotecni apostatæ miseranda mors. 593. c 535. b
Theotimus episcopus Hunnis Romanorum Deus appellatus. 810. g
Theotimi Scythici episcopi pro Origene defensio. 811. c miracula. 810. g
Thermon episcopus Hierosol. 289. c
Thermopylarum angustiæ. 510. f
Thessalonicensium in Comitatenses tumultus. 801. f
Thomas Apamenus episcopus. 1075. h
Thomæ Didymi hæreditas. 80. f Fuxgelij 247 g acta & martyrium. 136. f
Thomas episcopus Cõstantinop. 1154 a
Thomæ episcopi Apam. in Chosroem Persam libere dictum. 1071. h
Thomas Manicheus. 286. h
Thomas monachus Cœlesyriæ, sibiipsi & Anastasiæ mortẽ prædicit. 1085. f
Thomæ monachi Cœlesyriẽsis honorifica sepultura. eod. f festus dies apud Antiochenos. ibid.
Thracia à Rhoila vastata. 858. a item à Vitaliano. 1047. g ab Abarum & Slauinorum gẽte 1137. a ab Hunnis aut Massagetis. 1008. c
Thraciæ præfecturæ sex. 794. a
Thrasæa martyr. 217. e f
Thrasææ Eumeniæ episc. mors. 226. f
Thyrsus martyr. 867. f eius reliquiæ. 868. h
Tiberia Thraciæ ciuitas à Tiberio Cæsare ædificata. 56. c
Tiberias ciuit. 400. b
Tiber Imp. declaratur. 56. c. 1107 1108 c
Tiberius Cæsar non temere mutãdos esse publicorum numerum administratores putauit. 56. f
Tiberij imperatoris statura, mores & virtutes. 1111 e
Tibernus Mauritio filium simul & imperium committit 1117. a multa templa ædificat. 56. f
Tiberius per Pilatum de rebus Christi certior factus, eũ in deos retulit. 97. b
Tiberij de Mauricij surrogatione oratio. 1116 f nocturna visio. 565. d prudẽtia 56. f res gestæ. 1115. b cõtra Persas bellum. 56. c 1111. g mors. 1118 c
Tigranis Armeniæ regis contra Pompeium bellum. 39. e
Tigris fl. 591. c 1105. b à Philosorgio eleganter descriptus. 485. f
Tigris & Euphrates fluuij ex Paradiso feturiunt. 486. e
Tigrius eunuchus presbyter. 817. b 12. quam incẽdiarius crudeliter ab Optato tractatus. 828. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Til fiu. 1138.d
Timæus episcopus Antiochenus,285.e
Timasij exilium. 795.h
Timocles poeta. 984.e
Timostratus ab Alamundaro captus. 1068 g
Timotheus Aelurus Cyrill. librorum depravator iudicatus.976.f malis artibus Alexandrinũ episcopatũ occupat.975.f g 977 a cum suis damnatur. 976 a 977.a
Timothei impostura. 748. a ab exilio revocatio. 1008.h
Timotheus Archidiaconus in episcopum Alexandrinum eligitur. 871 g
Timotheus Alexand.episcopus. 709.f 766.h eius mors. 768.h
Timotheus Apollinaris discipulus cũ dogmate suo damnatur. 768.e f
Timotheus Celo & Litrobunes episcopus. 1032.f
Timotheus Constãc episcopus, homo in religionis studio inconstantissimus.1017 eius synodales literæ 1035 h
Timotheus Pauli discipulus. 1217 g in funere Mariæ virginis. 974 a
Timothei apostoli ossa Constantinop. translata. 566.f g
Timotheus presbyter Arianus, Origenis sectator. 871 g
Timotheus Salophaciolus Alexandrię episcopus 976.f
Timothei cadauer Constantinop. pertractum 54.a b
Timothei episcopi sepulchrũ à Mogo violatum. 1019.f
Titus Bostrensis episcopus. 472 a 613.f 941.h Manichæorum infector. 287.b à Iuliano ex Cyzicenorũ vrbe electus 377 a
Titus episcopus Constantinop. 361 g
Titus Vespasianus amauit literas ac vitos literatos. 161.162. a Iudæorum cladem ex animo est miseratus.317 h
Tit Vespasiani contra Iudæorum gestæ.154.b 161 162.a mors. ibid.a
Tobias episcopus Hierosol. 1116 c
Tobiæ liber vide ab Onia pontifice excisi. 17.a
Tomos Scytarum metropolis. 697 f
Tonitæ contra Rom res gestæ. 1075 d
Traianus. 1107 g
Traianus Valentis imp cõtra Gothos dux. 711.c d
Traiani Cæsaris Christianos crudelitas. 165.c 166 d 172 h imperium. 162. e iustitia & æquitas. 172 g
Traiani Cæsaris res gestæ. ibidem, ad Traiani vsque tempora ecclesia ab hæreticis incorrupta. 166 a
Traiani via. 1119 e f
Trasimundus orthodoxorum hostis acerrimus. 1070 d
Trasamundi Vandalorum ducis in Catholicos crudelitas.1043.f g ad Theudericum legatio. 1070 1071.e
Tribum alia tribu commiscere, lege prohibitum. 48 g h
Tributum ciuibus à Theodosio imp. extraordinariè impositum. 807 a
Trigibildus Gothus Phrygiæ rector. 798 a
Trigibildi natiuitas.802. a cum Gaina bellum. 798 a
Trimmythus insula. 423.a
Trinitatis consubstantialitas. 698.f g
Trinitatis declaratio. 57.58.a
Trinitatis inæqualitas Philippopoli introducta. 468.a b
ob Trinitatis inæqualitatẽ episcoporũ disputationes cõcertatissimæ.468.b
Trinitatis mysteria. 756. 757. e 369. f 1165.b
Trinitatis sanctissimæ ineffabilis Theologia. 28 f g
Triphon interfecto Antiocho, Syriæ regnum inuadit. 37.d
Triphillius Ledrensis episc. inter concionãdum à Spiridone obiurgatus. 424.c
Tritheitarum hæresis. 1156.h 1160 g
Trocundi ducis contra Zenonem res gestæ. 1008.g h
Troianorum cũ Achæis bellũ. 347 b c
Troilus Sophista Anthemij familiaris. 851.a
Turbonis cõtra Iudæos res gestę.172.e
Turci cruce contra pestis crudelitatẽ in fronte signati 1131.e f
Turcæ prædones Cõstantinopoli eiecti. 1.b
Turcorũ ciuile bellum.1139.c dij bid religio ibid.f
Turunoi contra Chaganum res gestæ. 1139.c
Tyaneum catholicorum episcoporum concilium. 661.c
Tyrannicidæ martyrium. 308.c d
Tyrannus Antiochiæ episcopus 289.c
Tyranni diuinam vindictam in se atque subditos sua impietate provocant. 311.c f
Tyranni propter Christianorum persecutionem in maximas interdum clades inciderunt. 31.a b c
Tyrannorum internecione tranquillitas ad Christianos semper peruenit. 324.a
Tyrannorum plerumque crudelis exitus. 1043 a
Tyria synodus. 459 a
Tzundaer Persarum ciui. 1046 b

V

VAlens episcopus Hierosol. 210 f excommunicatur. 123. d post pœnitentiam ab orthodoxia ad Arianismum lapsus. 124.a
Valentis Ariani cum Arbanasio amicitia 490 c eius libellus pœnitentiæ Iulio Romano episcopo oblatus. ibidem f 131 g h
Valens Rom. imperator. 181. h alter Herodes.722.b induratissimus Pharao 827 b Catholicæ ecclesiæ infensissimus.683 d idolo latra. 760.g cũ casa ab hostibus comburitur. 735.g
Valentis imperatoris contra Gothos bellum 742. g h contra eosdem pugna.733. c de monachorum militia lex 690. a crudelitas. 679 c 731.d
Valẽtis Rom.imperatoris in Christianos crudelitas à nullis bonis viris aperte accusatur. 731.a b
Valẽs ab Eudoxio Ariano baptizatur. 620 b
Valens toti orienti propter Arianismũ grauis. 697 h
Valentis ad Athanasium scriptũ.500.b apud Constantinopolitanos lauacra.609.e aquæductus. 667 b
Valentis thermæ Antiochiæ à Theodosio restauratæ. 916 g
Valenti Mursiæ episcopatus abrogatur. 468.d
Valentinus Emesenus. 717.h
Valentinianus imp. 581.h 698.c 735.a
Valentintianus iunior in Imp. quadrimulus lectus. 706.e
Valentinianus tertius Rom.imp in Occidente constitutus. 602 b
Valent. à Iuliano in exilium actus. 619. d à Maximo interfectus 569.b
Valentinianus Sarmatas à finibus imperij repellit. 705.f
Valentiniani iunioris cum Maximo tyranno bellum.763.b mors. 796.a
Valentiniano iuniori amissum imperium restituitur. 764.b
Valentiniani senioris digamia. 706.e de Digamia lex.706. e contra Procopium bellum. item cum Sauromatis. 705 e f g consubstãtialitate trinitatis constitutio 698. b in conseruãda pura religione studiũ.569.g Sommium. 706.f vitia 969.b mors. 705 f
Valentiniani hæretici. 189.f
Valentiniana hæresis. 219.c 219.a b
Valentius presbyter. 840.b
Valerius Aurelianus imp. 282.c
Valerius Gratus. 71.g
Valerianus imp.267.b 287. c d à magis seductus factus est idololatra. 267 c à barbaris captus. & in seruitutẽ redactus. 269 h
Valerianus imp. primus Christianorũ fautor. 267.e
Valeriani imp.cum Persis bellum infelix.287.c d apud Persas dura seruitus.269.h magna in Christianos crudelitas. 267.268.a b c
Vallis Betus. 460.a
Vallis Iosaphat. 400.a
Vandalorũ cũ Rom.bellũ.1069. b eruptiones 952.f in Aphricam eruptio. 852 g item in Hispaniam & Libyam occidentalem. 1069 b
Vandalorum in orthodoxos,eorumq; templa.nefanda crudelitas. 1070.a b
Varachi Persarum ducis contra Romanos bella. 310.c
Varadatus monachus. 979.c 985.c
Varanes magnus Christianorum persecutor. 879 880.c
Varani contra Narsen res gestæ.1130 a item contra Rom. 1129.a fuga.1130.d Vdir fl. 1118.d
Venationes principũ laxamẽta. 805.h
Venus dea impudicissima. 934.d
Veneris templum in Caluariæ loco in Christi contumeliam à gentilibus ędificatum. 397.e
Veneris templum ad Libanum momẽ à Constantino diruitum. 401 h
Verbũ & filius Dei homo factus. 40.d
Verbum & filius Dei subinde caliginosam hominũ malitiã discussit.29.a
Verbi Dei incarnatio. 756.757.e
Verborum affectatio in fidei atq; ecclesiæ negocio fugienda. 705 g
Verbis nouis scripturã diuinam explicare,religio est. 588.b c
Verina Basilisci soror.989.d Tarsum in Ciliciam relegatur. 1026 d
Verina Zenonis socrus 1027.e eius mors. ibidem
Verinus simplex oratio. 377.e f
L.Veri imp.mors. 179 g
Veroniani cædes. 319 g h
Vesalia Germaniæ ciu. 244 d
Vesaura ciui. 241 b
Vespasianus in expugnatione Hierosolymæ posteros Dauidis ad cædem requiri iubet. 160.e
Vespasiani imperium. 354 a
Vespasiano cuita Iudææ à Nerone cõmissa. 151.e
Vestalium matrimonia à Iouiano prohibita. 611.c
Vesuuij montis sub Tito conflagratio 161 d
Venus Epagathus, egregius iuuenis 204.a
Viæ ducum. 85 g
Vicarij præfectorum. 330 a b
Vicelia Germaniæ ciuit. 224.d
Victor pontifex Romanus 110 g h Asianos excommunicat 116 h eius cõtra hæreticos certamina. 118.a
pro Victoria Deo potissimũm gratiæ agendæ. 863.e
Vidua publicæ Constantini imperatoris edicto nuncupatæ. 394.g
Vienna Galliæ. 796.b
Viennensium martyrum commendatio.112 pro Irenæo ad Romanum episcopum literæ.102.103. a Irenæi lucubrationes 201.c
Vigilius episcopus Romanus. 1073.c 1087. g eius in Eutichium inuidia. ibid.g exilium. 1088.e
Viminatium insula. 1141.d
Vincentius episcopus.495.b presbyter. 813.a
Vindictæ diuinæ memorabilia exempla. 1100.c
Virgines sacræ publico sumptu iuxta Constantini decretum nutritæ.394.g
Virginitatis conseruatæ memorabilia exempla. 258. c 304.c 305.c
Virtidiani cædes. 859 g h
Virtutes omnes quasi catena coniunctæ. 2.b
Virtutum omnium fundamentũ pietas. 2.a
Visigothorum eruptiones. 952.f g
Vita probæ doctrinæ pię respondens, facillimè summum bonum assequitur. 944.c
Vitæ humanæ fragilitas. 1130.a
Vitaliani Thracis aduersus Anastasium Imp.bellum.1047. cædes. 1057.c
Vitalis Antioch.episcopus. 361.g Apollinaristis Antiochiæ præfectus datus. 740.a
Vitalis episcopus Rom. pontificis ad Zenonem legatus.1021.a b ob legationis præuaricationẽ damnatus. 1022. 1023.c
Vitalis episcopi à Christiana fide defectio.961 g mira sanctitas. 740.a
Vites prodigiosę post vindemiam germinant. 551.g
Vitiani Romanorum ducis cõtra Persas res gestæ. 884.g
Vitigis Chosroem Persam in Romanos concitat. 1075 e
Vlphilas Gothorum episcopus. 741.f eius magna authoritas. ibid.g
Vlpia basilica. 329.g
Vlpianum op. 1109.col.2.
Vmbra sium repellens. 721.f
Vniguri pop. 1139.e
Vnctio episcopalis.726. g sacerdotum & regum. 331.f
Vnctio sacra à Petro Cnapheo episcopo Antiocheno inuecta. 991.g
Vnia monastica. 712.c d
Vptarus Hunnorum dux crapula crepuit. 921 b
Vranius Tyri episcopus.516.b exauthoratur & excommunicatur. 532.d
Vrbanus pontifex. 110 c 130 e
Vrbasij martyrium. 672.a
Vrbium expiationes 275.c d
Vrias Iudæorum pontifex. 91.h
Vrsicius Arianus.471 a Damasi in pontificatu competitor.702 f post pœnitentiam ab orthodoxia ad Arianismum lapsus. 324. a excommunicatur. 523.d
Vrsicius & Valens veri Protei. 521 f
Vrsicij & Valentis Arianorũ cũ Athanasio amicitia. 499 b ad Athanasiũ scriptum 500.a pœnitentiæ liber. 515.a 499.c
Vrsicio Singidonis episcopatus abrogatur. 468.d
Vsthazanes Saporis Persarum regis pædagogus 411. a religionem Christianam abiurat. ibidem.
Vsthazanis publicæ apud Saporem regem peccati confessio. 411 a martyrium. 411 c
Vxorum communio Cabadis Persarũ regis lege concessa. 1045.b

X

XEna fœmina sanctissima. 943.h
Xenaias Persa ex seipso natus presbyter. 1032 g
Xenias ex seruo clericus,ex clerico pessimus Hierapolis episc. factus.1031.h 1037.d imagines Christi & sanctorũ eius venerari prohibuit. 1031.1033 a
Xeniæ aduersus Flauianũ inimicitiæ. 1034.a
Xenophon ex senatore monachus. 944 c
Xenophontis laus. 889 b
Xistus episcopus Rom. 174.b 288.c

Z

ZAbdæa regio. 414.f g
Zabdas episc.Hierosol. 289.e
Zachæus episcop. Hierosol. 175.e
Zacharias abbas Gerarę. 865.a
Zacharias Cæsareæ episcopus. 1041.b
Zacharias episcopus Hierosol. 1168.f
Zacharias Palæstinæ monachus. 716.c
Zacharias Rhetor. 959.h
Zachomus Saracenorum tribunus ad Christum conuersus. 727.c
Zachariæ prophetæ ossa reperta. 865.a b
Zadeprami contra Chosroẽ res gestæ. 1131 g
Zadeprami caput ad Chosroem missum. ibid.g
Zarethas Persarum dux terram sanctã depopulatur. 1044.c
Zebenus episc. Antiochenus. 814.c
Zelotypiæ vitium.719.c d exemplum. 164.h
Zenobia regina. 280.d
Zenobius discipulus Ephraim. 478.h
Zenobius Sydonienus presbyter & martyr. 308.c d
Zenobij martyrium. 308.d
Zeno Gazæ siue Maiumæ episc. 793.a
Zeno Aegypti monachus. 718.b 813.f cẽtum annos natus 813.g prius Aricmesius dictus. 990.b
Zeno Rom.imp. 952.g flagitiosissimus. 1007.c 992. e Verinæ socrui struit insidias.1027. f Theclæ protomartyri Seleuciæ templum ædificat. 1014.a
Zenonis imp.ad Felicem pont. epistola.1021.c contra Marcianum expeditio. 1027. d contra Scythas bellum. 1016.b cum Basilisco cõtentio.1014.b c d cũ Harmatio familiaritas.1014.b henotica ad Alexandrinos constitutio.1016.h in Thracia mor. 1014.a b martyrium 561. f miseranda mors. 1028. h
Zenonis tyrannis & nefanda in bonos viros crudelitas. 1028.f
Zephyrinus episcopus Rom. 210.e
Zeugma op. 680.b c
Zeugmatius cæcus concionator.719.a
Zeugmatensium monachi. 719.a
Zeuxippus Constantinopolitanus tyrannus.361. b eius lauacrum. 461.f
Zoilus. 910 a
Zoilus episc. Alexand. 1066.a 1087.h
Zonaras monachus Syrus. 1067.c
Zosimæ leo ferus paret. 1061.d
Zosimæ vita à Sophronio episcopo descripta. 1061.b
Zosimus cladem Antiochenam præuidit. 1060.g
Zosimi de Constantini liberalitate & munificentia testimonium. 1050.c in Constantinum Cæsarem contumeliæ. ibidem e
Zoticus Ostrenus exorcista.217.c presbyter. 214.g
Zosimus Pont Max. 699.a

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEDICATIO OPERIS

LAVDES (ANDRONICI SENIORIS Palæologi) piißimi & ſanctiſſimi Imperatoris complectens.

Imperator virtutibus omnibus, & ornamẽtis plurimis clarus.

ECCLESIASTICA Historia compoſita, multorúmque & admiradorum virorum rebus geſtis à me ſcriptis, nemini profectò Opus id, quàm tibi, rectius conſecrarim, imperator, Principũ omnium Chriſti amãtiſſimo atque humaniſſimo qui omnes prorſus virtutes complexus, nihil rerum pulcherrimarum & excellentiſſimarum prætermiſiſti. Et quũ permulta atque adeò innumerabilia tua ſint præclarè facta, orationẽ noſtram lõgè ſuperantia, manu divina cõſiliúm omne tuum & factum dirigente: tum, vt mihi quidem videtur, & rectè quiſpiam dixerit, omniũ maxima & illuſtriſſima eſt pietas, egregiumque in eccleſiã Chriſti ſtudiũ & flagrãs atque incredibilis in eãdem amor, & quas eius nomine reportaſti, victoriæ & tropæa. Quæ ſanè pietas, immenſis ſæuientis impietatis fluctibus, immanibuſque conflictantium vẽtorum procellis huc atque illuc quodãmodo grauiactatione agitata, beneficio tandem tuo, qui rebus omnibus aliis poſt habitis, hoc vnum curaris maximè, tutò ad tranquillum portum tuum annauit atque applicuit. Et nunc integra, veluti recenti ſinu abiecto, & priſtina veteríque venuſtate recepta, ſeu potius falſugine, quam ex tempeſtate cõceperat, orationis tuæ ſuauiſſimo ſoritu repurgata atque reiecta tibi diuino orbis rectori atque gubernatori, ſucróque (ſic enim dicendum) auſpici & curatori, condignas refert gratias, claram veluti & ingentem emittens vocem, omnes nos per te ſaluam atque inuiolatam retinentes pietatem, conſtanter firmiterque in ſincera fidei ſententia, opinione de diuino numine erronea, ita vt conueniebat, longiſſimè repudiata, conſiſtere. Verùm enimuerò, ſi deliberatione habita, res tuas à primo initio ſingillatim proſequi, quaſue radices actionum tuarum, quæ omnia ſapienter cõſtituit diuina prouidentia, egerit, exponere vellem, in immenſum oratio excreſceret: & hiſtoriã potius, quàm operis dedicationẽ inſtituere viderer. Sed quum aliud ſcribendi conſilium mihi ſit propoſitũ, paucas quaſdã res tuas in præſentia attingere, atque oratione perſtringere, eſt viſum: reliquis ſuo loco & tempori, pro eo atque decet, rectè reſeruatis.

Idem potißimum ſinceram pietatem, opinionibus de ea prauis reiectis reſtituit.

Ex plurimis pauca tãtum præclarè imperatoris res in hac Præfatione attingenda.

præſertim quũ id quod nunc quoque dicere inſtitui, propter abundantem atque exuberantẽ rerum copiã, me ad nouam quandã redigat inopiã ita vt etiam ea quæ cupio, perficere, atque ſtylo exequi nequeã: eo quod perinde atque in prato vario, innumeriſque amœnitatibus ſcatẽri, ad ſe quæque res me pertrahãt, eiſque tractandis retinere conẽtur. Cæterum orationi meæ modum imponam: quæ non longior futura eſt, quàm vt qualemcũque ſaltẽ mei erga te amoris & deſiderij ſignificationẽ exhibeat: & ego egregiã in te volũtatem meam, quæ ad hoc vſque tempus tecta occultáque fuit, cũlibertate propalã declarem. Tuæ verò mãſuetudinis atque humanitatis fuerit, vt me placidè aſpiciat, atque fiduciã animo meo addat. In primis verò, ſi quid minus rectè in hoc opere à me dictum fuerit, vt mihi ignoſcat: hiſtoriámque meã, pro iudicij ſui acrimonia, addẽdo atque adimendo repurget. Quic quid enim calculus tuus accuratius emẽdauerit, id & mihi & omnibus aliis gratũ certũmque habebitur: propterea quòd ex omnibus, quicũque fuere, tibi maximè perſpicere talia, & deprehendere, prõptitudine & acrimonia naturæ, Dei dono contigerit: & quòd diſſerere atque diſputare moderatione iuſta, & timore multo adhibito, de rebus diuinis explicatè noris. Præterea quòd mẽte concipere, & ore diſerto eloqui, id quod viſum eſt inſuperque idipſum prope diiudicare, ita vt alterũ ab altero pernoſcatur, optimè poſſis. Neque quiſquam reperitur eſſe tam audax & temerarius, qui poſt limã, iudiciúmque tuum, digitũ adhibere ſcriptis ſuſtineat. itaque rebus multis omiſſis, inde tãdem orationem de rebus tuis ordiar. Quum enim veluti quidam eorum, qui ſingulari Dei dono dati ſunt, optimorũ & nobiliſſimorum illorum virorum, naſci, & imperium in homines vniuerſos ſuſcipere deberes, magni conſilij angelus, ac potius rerũ vniuerſarum pater atque rector, cõſilium agitauit: & ad eos qui cum illo eiuſdem ſunt naturę & honoris. Faciamus (inquit) rurſum hominẽ ad imaginem noſtram & ſimilitudinẽ primi illius qui dudũ diffluxit. Et edimus es, diuina quadam vi & natura, ſpiritu vitę tibi affato, qui vitalis aliis virtus primitíæque, & quaſi quidam alius generis *princeps in orbe noſtro futurus eras. Qua in re, illa, perinde atque inſtrumento & autore vſa eſt patre tuo qui maiorũ ſuorum ſplendore, nobilitate, amplitudine gloriæ, arte imperatoria, opibus, ad hæc

Beneuolentiã captatio.

Opus hoc imperatoris iudicio ſubmittitur.

Quomodò de rebus diuinis diſputãdum.

Iudicium acre principis.

Imperator prouidentia certa Dei genitus.

πρώτος ἐκγονος

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæres imperatorem maximè deceant.

Imperatoris huius patria Constantinopolis, Paradisus alter.

Latinos imperatores qui Constantinopoli sexaginta prope annis regnum obtinuere designat.

Imperatoris Andronici in fantia.

Puericia.

Adolescentia.

Virtutū omnium fundamentum pietas.

Virtutū aliarum accessio. Virtutum catena.

prudẽtia,fortitudine,& naturæ vi,antiquissimos quosque susque & nostri tẽporis principes obscurauit. Nec illi, quum antea res multas pro Romanis egisset, aliam ob causam Deus imperiale tradidit sceptrum, quàm vt tu facile & incruentum obtineres imperium, pietate & facinoribus omnibus bonis futurus longè clarissimus: eis quippe rebus verissimè Imperator declaratur. Quandoquidem verò tibi quoque,qui imperium in vniuersos e manu Dei fueras susceppturus, seu potius ante natiuitatem receperas, Imperialem domum & aulam instrui oportuit, quæ sanè tam ingens & amplum decerer Imperiũ:ea quoque,quemadmodum primo illi Adam orbis vniuersus, & quicunque tãdem fuit paradisus ille,condigna præparata est. Ea verò erat noua Eden, terrestre cœlum, paradisi veluti primarium exemplar,patria quidem tua,commune autem Christianorum omnium domicilium,vrbium videlicet omniũ regina. Simulatque enim ipse ex materno prodiisti thalamo, prædonum examen,quòd eam longo tempore afflixerat,inde est expulsum, terrore quodammodo perculsum atque accisum : germanúmque planè hæredem, Imperatorem,& conditorẽ eius,veritum: qui sanè prædones,exitum atque fugã acceleran tes,tanquam coruscãti ense tuo electi,alius aliò profugit. Ad eum modum illa per te nobis omnibus repurgata,& tibi nutricia atque educatrix facta est,duabus his rebus in te atque illa diuinitùs benignè præstitis.Neque enim illa,quę nuper admodum liberã lucem videre cœperat, in alio quopiam,quàm in te vno,debitã gloriam cõsequi potuit:qui maximè quidem ad gloriam Dei propagandam processeris,& summa omniũ dignitate honoris auctus sis:neque etiã tibi prę illa cõdignius contingere potuit domicilium & habitatio. Quapropter,sicuti Deus solitus est longius etiam antea magnarum rerũ iacere fundamẽta,itidem meritò quoque tum id est ab eo factum. Sedenim,vt quum etiamnum fasciis puerilibus inuolueris,& à nutrice curareris, futurã rerum gratiã exultans, atque(vt sic quispiam dicat) subsiliẽs,grani atque imperiali corporis habitu exhibueris:atque inter quotidianam membrorum fingendorum compositionem,senilem quodammodo præ te ferens prudentiã,excellentem in te pietatẽ,sicuti Ioannes,exultãs, & eum qui tibi in vndis lustralibus gratiã concessit adorans, ostẽderis.Atque alias res tuas,donec ex infantia ad puerilem peruenisti ætatẽ, quid dicere attinet? præterquam quod(vt in proœmio est) à prima linea,in primis pietas,amor Dei,& humanitas tibi studio fuit: quum quidẽ & alia omnia, quę cura & laude digna sunt,concurrerent:& tu ætate simul,sapientia & gratia procederes, non quidem quòd incrementa hæc in te caperẽt, sed quòd simul sese proferrent,atque exhiberent:fir mitatémque cum ætate,morũ grauitate, & cultura augescente, assumerent. Atque equidem ad pulchrum bonúmque fundamentum,pietatẽ ipsam,fortitudo primũ accessit : hãc consecuta est prudentia, deinde temperantia etiam efflouruit. Aduenit ad has iusticia quoque,aurea hęc prorsus,quam multi complicare & connectere nequeunt,catena.Eam verò tu omnium pulcherrimè cõcinnans, nouam quandam & admirãdam

Michael patricius Leologus imperator mortuus.

Successor eius in imperio Constantinopolitano. Andronicus filius.

Huic pietas & religio ab initio imperij in primis curæ fuit.

Imperij prosperitatis cultus.

Diuini numinis erga Andronicum gratia & fauor.

Amplissima pietatis præmia diuinitus concessa.

Qui hominum gratiæ sint capaces.

Bonus fidus & à reipso illi satis præbuisti causæ, vt perfacile precanti tibi aurem suam inclinaret, actionibus status.

Verus imperator.

Timor veri imperii comitatus. Tribunatus Andronico præcipue competebat.

Quod hic Nicephorus obscurius dicatur.

A Baptista Egnatio apertissimè patefactum declarabitur.

Michael Leologus (qui) Lugdunum ad Gallos venit.

Gregorius Pontifex dixerat, Ecclesiæ illi Romano præficiendum. Ex quo tam inuidiæ Græcanicæ vt nec

Insita perfidiæ rint, & locũ sepulturæ negauerint.

Bona corporis in imperatore

Adumbratur in hac imperatore, virtutibus cumulatisque plerisque omnibus absolutũ optimi principis exemplar.

magistrum optimum,cõstituisti. Quin potius ti A dens, aut securis dissecans, * aut sphæra, quod dicitur,seu globus quidã per præcipitiũ, missi: omnibus cognoscendis in cumbens, omnia eriam facilè mente concipiens. Et quæ semel audita vellecta discis,tam tenaci memoria complecteris,vtin ferreis pugillaribus, quæ in cordis tui tabulis conscripsisti, incisa esse videantur:tam solida firmáque tibi est memoria. Porò attẽtione,& mentis sagacitate scientiam & eruditionem omnem,breui superasti, naturæ magnitudine eas virtutes cunctas re ipsa exhibens. Idque melius multo, quàm qui longissimo etiã tempore operam illis nauarunt. Vnde illa tua est prouidentia,& vsitata mentis consideratio, nec non singularis morum gratia & affabilitas. Vnde etiam violentorum laborum contra naturæ leges & corporis necessitates,tyrannis quædam & dominatio,imperialisque,quæ tibi præstatur, obseruantiæ contemptus,atque alię insuper primarię virtutes,supra naturę humanę captum diuinitus tibi infręe. Quales sunt & nocturnæ & diurnæ stationes, cùm vel Deum orationibus placas,vel pro repub. defendenda excubas, vel etiam iura ciuibus reddis : ita vt qui te conspiciunt,non viro te,sed potius viri statuæ conferant,frigus exæquo & æstum toleranti. Vsqueadeò te vnum atque eundem in eis omnibus prębes, tanquam inuictum,& ad naturæ momenta immobilem:cum omnibus quidem familiarius viuentẽ,omnibus autem te omnia, & omnigenum suauémque admodum & placidũ exhibentem,multámq; atque eam metã atque sinceram, vt apud Platonem est,libertatem subditis perinde, atq; virum temperantem. Ac veluti inter B dam seruitij signum esse, & coronã preciosissimã,nihil à lapillis,quæ in littore maris sunt,differre putares:quamuis hæc,diuinę quedã res, & immensorum arcanorũmque mysteriorum imagines sint,purpurã ipsam pro vilibus pannis habens.Horemque eius molestum & tristem medicãs,moderatum nouo quodam modo in rebus fecũdis animum obtinuisti:ne quaquã eis, sicuti plerique,exultans atque superbiẽs. Quæ tua moderatio maxime Deo grata fuit:eadẽ quoq; publicæ lętitię,& solennibus conuentibus causam præbuit, multã animis omniũ voluptatem immittẽs. Quum nãq; oprimus, & supra alios maximè generosus esses, haudquaquã ad res minus decẽtes declinasti:verùm constaret in factis laudatis perstitisti,prudẽtiæ scilicet & iudicij rationibus adductus.Insuperverò circa pulcherrimas C quasque res ambitiosus, ritè omnia atq; ordine peregisti.Formã siquidem atq; habitũ prę te ferẽs tyrãnide dignum, animo mitis admodũ atq; humanus es, cõspectu ipso statim omnes, vt ita dicã, benignè excipiens:& nouo quodam more, orationisque tuæ gratia atque illecebris, fluminis instar profluentibus, vniuersos,perinde atq; magnes lapis ferrum, suspensos tenens. Decẽtissimum verò quoque tibi corpus, & excellentissimum,rerum vniuersarũ architectrix natura contulit : vt sanè quispiam existimet, non principũ solùm,sed etiam hominum fere omnium te absolutæ formæ ideam atq; specimen,iuxta Platonem,& venustatis omnis archetypũ atque primarium exemplar esse.Robur insuper & fortitu D do corporis, partiúmque omniũ & mẽbrorum proportio,aprãque & tẽperata constitutio,ætatis quoque flos & vigor,omnia simul cõcurrentia,suprà quàm dici potest, optimam in te cõsiliunt temperaturam & harmoniam:haud aliter quàm si in parte qualibet natura tibi præsens insideat,mensurarúmque & magnitudinum ratione artificiosissimè omnia,& perinde atque lyram coagmentatione compositionéque conuenientissimè cõformet.adeòvt in te vno,propter tot & tanta,quæ in te scatentia protulisti bona, cõmunis natura ictare se & gloriari possit, tandicam,donario,in quo illa munificentiam suam ostentarit. Itaque constanti exercitio rerum honestarum & pulcherrimarum, cum generosa animi alacritate tibi proposito, ignis planè ar-

Ἔπος σπᾶς. ἐγ. κρτα πεφυκός.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantibus. Et quum quàm longissimè, vt aliquis E dicit, ixta dianetrum, à voluptatibus & ignauia abfuisti: tum quotidianæ vitæ disciplinam & seueritatem maximè es cõsectatus. Vnde tibi bona corporis habitudo, & valetudo secunda maximè fuit. Et qui hac in re elaborant, nugatores meri visi sunt. Aesclepiadæ quidam de Hippocrate præceptore gloriantes, nec minus qui Galeni lucubrationes euoluunt. Qui sanè quum valetudinis tuæ curatores essent, à suis ipsi morbis & ægritudinibus magis, ad te accedentes, liberi atque integri discessere: quippe qui ad summam accuratissimámque valetudinis tuendę rationem perueneris. Et neque Medici tui, neque illi ipsi qui eis artis suæ præcepta tanquam magistri & duces tradiderũt, prorsus quidquam habuerunt, quod aduersus præscriptum degendæ ad salubritatem vitæ tuum opponerent. Plutarchus quidem Chæroneus Romanum Imperium laudibus vehẽs, pulchrè dixit, eas quæ antehac dudum per graues motus & certamina inter se dissensissent, virtutem & fortunam, vix aliquando tandẽ, propter vrbem Romanam solã, pactis cõuentis per fœdus initum, in gratiã rediisse, vt omnium humanarum rerum longè pulcherrimũ opus absoluerent atque perficerent. Mihi verò rectè quoque existimare in mentem venit, in te etiam vno, Imperator optime, veram pietatem cultúmque Dei, atque opes felicitatémque humanã, quæ inter se semper depugnarunt, semel ad cõcordiam redactas esse: eo quòd pietas felicitatem veluti vi quadam ad se pertraxerit, eámque omnino pessum ire non siuerit: siue potius, vt equidem puto, quòd Deus tandem necessitatẽ eis imposuerit, vt simul coniungerentur atque contemperarentur: & vt ille ab vtraque, eo quod vtriusque esset proprium recepto, hominibus omnibus nouum & verè admirandum perficeret emolumentũ & auxilium, firmamentum nimirum quoddam stabile, & elementum, vt ita dicam, textum & sempiternũ, in diuinis rebus labascentibus, & per naufragiũ pessum euntibus, tam horrendæ fluctuationis & erroris, ingentem, supremam, verẽque sacram anchoram te, sacris simul & prophanis exhibẽs vt in te aliis quoque qui tecum sunt, solidam stabilitatem repręsentaret. Et profectò ea quæ huc atq; illuc circumagebantur, & circumferebantur, maximam te tutissimámque perfugii sedem in mundum pacis vnum, & rectioris fidei professionis, seu rerum administrationis, minimè hallucinantem aut labantem orbem habuere. Quin illud etiam studuisti, vt non corpori modò, verumetiam animo purpuram circumdares. Siquidem tu omnium propè, qui te præcesserunt, Imperatorum vnus, ipsi tibi imperasti: & reuera *sũmæ potestatis Imperator, quum * vitiosas tumultuantium atque imperium sibi vendicantium affectuum perturbationes è domicilio animi tui eiecisti: rationi, s Imperio eo quod penes paucos optimates est, tradito, viuam teipsum virtuti: imaginẽ, ad certam cinues tuos imitationem instituens, proposuisti. Nam animi moderatione in acie contra ignauiam opposita, non solum hominum, verumetiam perturbationum animi simul & corporis omnium Imperator meritò censeris. Quamobrem conspicere licet, humanitatem tuam ad summũ peruenisse. Nam bella quoque quæ geris, perhumana sunt: & placabilitas virilẽ præ se fert fortitudinẽ. Porrò benignitas & munificẽtia quam maximè ad vtilitatem publicam spectant. Ira autem admodum est placabilis. Animus nanque tuus ad iracundiam, vt ita dicam, sterilis: & ardorem eum qui ex flagranti vehementia prouenit, cælebs & immobilis est, quamuis bonorum omnis generis ferax & fœcundus. Legibus verò ferendis, moribúsque corrigendis quàm recta apud te instituta est ratio? qui improbum impetum legitimis institiæ præceptis cohibes: & vbique terrarum honestum bonúmque, haud aliter quàm decantatus ille Triptolemus in terram semina coniecit, seris. Quis igitur hominibus improbis te est formidabilior? aut ærumnosis placabilior, atque clementior? Quis supplicantibus benignior, & ad misericordiam propensior? qui etiam, nisi quæpiam obstet necessitas, precantium optata præuenire solitus es. Neque verò à me ista ad gratiam, aut per adulationem prorsus dicta sunt. Quomodò enim id faciam, quum neque res ipsas, vt sunt, verè exponere queam, excellenti pulchritudinis earum præstantia victus? Verùm hæc ita se habere, tum diuina quæ tibi obtigere dona, tum actiones, quas in Imperium tuum contulisti, omnes comprobant. Nec minus id quoque illa satis declarant. Quis etenim, quàm tu, religione pura & simulationis nescia, vel Deum magis glorificauit, vel flagrantiorem pro eo ardorem ostendit? Quis sinceriorẽ fidem in discrimen coniectam, tanta æmulatione & zelotypia affectatus est, aut sacram mensum repurgauit? Quis etiam, vt eruditio omnis summa caperet incrementa, effecit? Quis ita virtutem extulit, aut optimos quosque honoribus auxit? Quis Dei ministris, aliisq; item qui ei chari sunt, & omnibus propè, pro cuiusque dignitate, debitum honorem tribuit? Quis porrò tanta attentione, insignique religione, & decenti moderatione, vt Imperialis aula nihil ab asceterio, pietatisque exercendæ schola differret, procurauit? quis sic æqua stateręque lance rempub. gubernauit? Quis ita veluti dicẽdo instituit, vel maleficia coercuit: vsque adeò, vt multam se tibi debere gratiam illi etiam profiterentur, qui è iudicio victi, & calculo tuo damnati abiere. Cuius tanta fuit cum peritia simplicitas, & cum clementia prudentia? quibus virtutibus vnà cum humanitate maximè enites, ingentem quandam serenitatem in animo simul & vultu præferens, sensim quandoque, ceu fluctibus quibusdam, horrescentem, nec tamen vllam tẽpestatis significationem præbentem. Cęterùm orationis opportunitatem, silentij commoditatem, linguæ lepõrem, familiarium colloquiorum instar olei prorsus & mellis profluentem suauitatem, aut verborum tuorum Musicum planè concentum, quis rogo eloquatur? Sententiarum autem dẽsitate, præterea verborum perspicuitate & copia

(*vt verni voces fluuij de more ruentes*,

Homerus dixisset) quis te diuinitùs locupletior fuit? Quapropter euenit, vt te verba faciẽte, omnes prorsus quasi numine aliquo afflẽtur, modoratáq; insania percellatur, & bacchari incipiant, simúlque vel inuiti exiliant: & vocibus tuis rapti ita ducatur

Εὐσέβειαν τε καὶ εὐδαιμονίαν.

Verus Imperator.

* αὐτοκράτωρ τῶν ὅπλ. * τῶν παθῶν ὀχλοκράτειαν. ἀριστοκράτειαν.

τὸ τῆς ἐνεργείας ἀφιλόξενον.

* ὀλβῷ.

* τῶν ὁπλιτικῶν τῆ βασιλείᾳ.

* ζωῆς καὶ θανάτου τιμὰς μόνον θεὸς.

ἀμελλιβαῖαι.

Imperialis aula pietatis morum asceterio similis.

ita ducatur, vt retrocedere nolint, sed veluti affixi tibi videãtur, perinde prorsus atque à Sirenibus demulsi. Rectè sanè quispiã te mare dixerit, quod alios super alios verborũ fluctus densè excitet, aut certè ingentem aliquam aquarum vim: quæ, si in eam alicunde lapillus incidat, ex obscuro cẽtro, seu potius circuito, cóq; si, ita vis, liquido, alium super alium circulũ, sensim admodum intumescentẽ, ac deinde propter alium influentem, paulatim donec ad summũ perueniat, deficientem atq; euanescentem mirabiliter circonscribat: potissimũ verò, quum tibi de reb. diuinis est sermo. Quis nãque alius habet vel mentem & sententiam oratione atque lingua meliorẽ, vel orationem que illis ratione meliore subserviat, vel linguam etiam quæ bene admodũ & acutè (rotũdè & suauiter poeta dixisset) verbis in orbẽ reductis conceptã animo sententiam proferat: atq; vtrumq; iis, ita vt decet, expediat, & id quod in animo latet in apertũ trãsmittat? Equidem vnum illud de te dicam, quum concionantẽ audio, alius ex alio, & orationis tuę illecebris, Deo* plenus efficior, nec hominem me loquentem, sed mirificè aliquẽ è cælo prospectantem, & noua quædam atq; diuina, quę cõmunia hæc, quidem longè excedant, sublimia autem & arcana mysteria contineant, renunciantem audire puto. Adeò vt Deum orandum duxerim, qui mihi aurem aliam addat, sicuti quidẽ Prophetæ videtur, vt mihi cũ lepõre vrbano verborũ ruorum gratia absũdè influat. Quod quidẽ omnibus etiam cõtingere arbitror, qui firma & cõsistenti sunt mẽte: neque omnino tales, qui demulceri & flecti verbis huiusmodi nequaquam possint. Quos sanè neque Orpheus ille, decãtata sua lyra, frequẽter eam plectro percurrẽs, vt puto aliqua ex parte permulserit: quam quidem lyram irrationales etiam naturas sono suo trahentem, ei affingunt Græci. Iam prẽter alia istud quale est quod nullius sanguinem, qui *imperio ob maiestatẽ læsam obnoxius fuerit, effundere volueris? Quod tu quidem te ita facturum esse non iurando confirmasti, verùm cœlesti prudentia optimum esse, maximéque Imperio conuenire iudicasti, qui nimirum & vitæ* & necis potestatem penes solum Deum esse scias. Incruentam enim prorsus, cædisq; puram solã Imperij tui administrationẽ, vniuersum iactat æuũ, quæ vitam felicem & bonorũ omniũ prouẽtum producit. Quod quidẽ cernere licet quũ in aliis exundãtibus cõmoditatibus, tũ in eo quòd ætate tua magna rursus ingenia & artes nobilissimę reuixerũt & per prosperum successum ad summũ peruenerunt, non tua quidem, sed illarum plane gratia, vt simul & testis earum esses, & spectator: qui quum iudicare de rectè factis, tuum reponere ea atq; remunerari maxime possis. Neq; sanè affirmare dubitarim, tua gratia primarios qui apud nos sunt viros, sub Imperio tuo editos esse. Si nanq; vberem fructuum prouentum, sicuti dicitur, temperata constitutio atque tenuitas circunfusi aeris efficit: præclarum profectò artium & præstantium ingeniorum incrementũ benignitas, honorificentia & humanitas principis elicit. Qualis nunc eorum est copia: quam iudicio, liberalitate & munificentia tua tantopere, proficere, adaugeri, & ad cœlum vsque tolli conspicimus. Quod quidem in eloquentia maximè videre est, vt propè nostrũ temporũ Græci, cum ipsis artis eius inuentoribus certent, proindeque * primas ex secundis ferant, ita vt sententiis omnium videtur: quãuis omnes isti te atq; actionibus tuis laudãdis occupati, inferiores hac in parte reperiãtur. Lõgè enim orationis & eloquẽtiæ vim emnẽ superas, in tantũ virtutibus excellere studuisti. Demaratus ille Corinthius quũ Alexãdrum Sutis vidisset, præ lętitia illachrymãs ingẽri dixit voluptate & gaudio, qui ante id tẽpus obiissent, orbatos, quòd Alexandrũ in Darij throno sedentẽ non viderint: prętereà, quòd pars aliqua adhuc terræ obscura & sole carens reliqua esset, quę eundem Alexandrum non conspexerit. Ego verò dixerim, laudem istã, quam alius tẽpore occupaturus, in te multo magis cõpetere. Atq; ille dicto eodem Alexãdrum quidẽ ornauit: ad tuam autem præstantissimã Imperij administrationem respiciens, laudem rãtam retulit. Quòd si & hoc dicere oportet, quàm insigni animi lętitia caruisse putas, septenarium diuinorũ religionis nostrę virorum conuentũ, quòd te simul cum eis coruscantem, veluti ingentem opum accessionem, nõ viderint? Potissimùm verò primum illum, qui trinitatis mysterio est cohonestatus, quòd te assessorẽ, seu potius throni simul & Imperij post se statim successorẽ germanũ nõ habuerit, professionis fidei nostrę ducem, & reuera patrẽ tuum Constantinũ, magnum apud Christianos nomẽ? Nõ tãta siquidem inimicorũ multitudo irruisset verborum peruersa versutia sinceritatũ fidei miscens atq; concutiẽs. Enimuerò singulari quadã prouidẽtia Deus te, nulla re illis inferiorẽ, quem admodum quoddam põdus æqualis momẽti in lance opponẽs, conuenientémque magnitudini Imperij mentem simul & morum dignitatem tribues, cóque experiẽtiæ & bonitatis progressum rerũ administrationi temporib. nostris præfecit, vt eas quã optimè gubernares, nec nos prorsus pessũ iremus. Quis enim suffecisset alius, qui tot & tantis malis vndequaq; circumfluentibus obuiã iret, quàm tu ipse, qui fortitudine & prudentia & Dei cultu iustus es iudicatus, tẽporibúsque nostris alter quidam Noẽ aut Moses existimatus scapha & ligno, crucẽ adumbrantibus, ex arumnarũ fluctibus subducens, & populũ tuũ à persequutoribus eripiẽs, & percutiẽs iis atq; submergens persequẽtes, atque per manum Dei tropęa vbique excitans, magnificámque mundi nauem magnificè crucis velo noui orbis semina cõseruantem gubernans: aut ignis quoque columna prorsus habitus, veluti nouum Israelẽ, nos cœlestę videlicet semen, ad veram pietatem producens: aut sanè liquor seu succus sacer, aut sal quidam diuinus, vt Euangelicè dicã, suo planè tẽpore nobis iã fatiscẽtibus atq; diffluẽtibus iniectus? Sed quid ago? Si enim quãplurima dicẽdo vel minimã partẽ rectè factorum tuorũ attingere possem, nihil prorsus difficultatis aut molestię orationi adesset. Quãdoquidem verò verba etiamsũ omnium lõgè optima in mediũ proferãtur, cedere tamen plurimùm rebus ipsis necessario oportet, ne ea accumulando vltra modũ progredi videar: vbi pauca quędã addidero, ad argumentũ historię propositũ descendã. Quę enim tibi deus exuberãti manu bona cõcessit, & quã munificen-

* τὸ τοῦ ἀνωτέρω ἐκ τῶν δευτέρων λαμβάνειν.

septem primaria ecumenica Concilia.

Constantinus Magnus.

Andronicus, alter Noe & Moses.

Arca Noe & virga Mosæ Crucis fuere figura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tię gratiā prolixè præstitit, quisnam satis vel ora- E
tione prosequi, vel mēte concipere queat? quā-
uis vnà cum Gratiis & Musis omnibus, & pluri
bus quàm quas Homerus dixit, capillōsque no-
stros numero equātibus linguis, insistēs, res tuas
exequendas sibi proponat. Adeò enim nihil sibi
dixisse videbitur, vt pœnitētia postea, qui semel
dicendū sibi quidquam sumpserit, ducatur. Mihi
verò satis fuerit, vbi ea quæ pietatis erga Deum
tuæ sunt, dixero, quamprimū orationē in summā
redigere. Itaq; Ecclesiā catholicam & vniuersa-
lem rebus nouis turbatā in veterē statum restī-
tuisti, doctrinā illegitimā atque impuram om-
nem ab ea repulisti: templum à diuinæ doctrinæ
cauponibus & deprauatoribus hæreticis, nō qui
dem triplicato flagello, sed veritatis verbo siue† F
cognatę diuinitatis triplicitate repurgasti, pia æ-
mulatione pro diuina mensa flagrasti: vehemen-
tius pro spiritu spirasti, quare ille quoque tibi ac-
curatā certámque diuinitatis cognitionem inspi
rauit: doctrinā stabiliuisti, cōstitutiones de ea tu
listi, ingētibus sepūs veram pietatē vallasti, quod
dirutū fuerat restituisti, atque id apta mēbrorum
partiúmque omnium coagmentatione redinte-
grasti. Neque deinceps apud nos noua illa no-
mina audiuntur, Paulus & Cephas & Apollos:
sed vnus est vbique & in omnibus. Christus. Ad
hæc vnctionem sacerdotalem adulterinū quid-
dam resonantem, flagrāti ardore finceriotem &
puriorem auro reddidisti: atque lege & litteris
propositis, continentiam morū & pecuniæ con-
tēptum docuisti. Quapropter nunc reipub. sa-
crū* est sacerdotale ministerium, quod superio-
ribus temporibus paulatim disciplinæ & morū G
corruptela adulteratū deprauatúmque fuerat.
Ecclesiæ formam & habitum, semper amplius
quiddam excogitans, & imaginem pulcherrimè
ad primarium exemplar expoliens, ornasti. Con-
uentus Ecclesiasticos lætiores effecisti, non so-
lum ingenti lucernarum copia, quæ in orbē per
catenas serpunt & emicant, intellectualiúmque
ordinum & numerū & splendorem referunt, &
veluti astriferū in multa nocte atque cœlestem
tractum secundi, vt ita dicā, atque intelligibilis
firmamenti exhibent: in quorū medio ipse pe-
rinde atque, quod auditu nouū atque mirum est
plenilunius sol reluces: verumetiam rebus aliis,
quibus numen diuinū lætari solet, & vasis qui-
busdā nouam speciē atque formā horrore pror-
sus plenā præ se ferentibus. Quis porrò eloquatur,
quā præstātibus & variis sacris vestibus puro H
auro preciosisq; & resplēdentibus lapillis & mar
garitis ornatis, nihil planè ad magnificentiā reli-
qui faciens, hierarchiā seu episcopatū nostrū illu
straueris? per quę omnia incredibilis, plurimūq;
flagrans tuus in Ecclesiā Christi amor & deside-
rium magnopere declaratur. Quid igitur est? Ta-
lis tuquidē in ornāda atq; defendēda ea, quæ ma-
terię expers & intellectualis est Ecclesia, verā pie
tatem dico, appares: erga eam verò quę ex mate-
ria ista cōstructa est, non eodē es affectus modo:
Id verò longè abest. Quemadmodū enim illā iam
collabentē & pessum euntē, quantū potuisti opū
cōferens, nō lapidibus & lateribus, sed spiritua-
libus suffultā colūnis, patrū scilicet doctrinis &
sanctionibus cōfirmasti: sic & hanc erexisti. Hoc
inquā cogitationē mētis excellens & immēsum
opus, hanc incredibilē formam, sempiternæ au-
læ imaginē, commune hominū, dicam etiā ange-
lorū, delectamentum & spectaculum, * hoc di-
uinum Dei verbi Sapiētiæ inquam palatium: hāc
quoque basilicam tēporum vi affectā, & immi-
nētium cacuminū mole veluti in genua inclinata
tam & labefactatam, adhibita ei aurea dextra, ad
stabilem & certū restituisti statū: ad eum modum
ædificio omni firmato, vt in posterū nulla tēpo-
rum iniuria detrimenti quicquā ei afferre possit.
Nam saxis iniecticiis & pulchrē politis ex parte
vtráque eam restauraſti, structura solida & ferè
adamantina ita longissimè in altū excurrente, vt
totum opus propter summam conuenientiā &
coagmentationē, saxum vnū esse videatur. Et to-
tum quidem hoc tēplum solida stabilitate con-
firmasti: maximè tamen eam ædificij partē, quæ
ad orientem solem spectans, sensim quodam-
modò à reliquis partibus abrupta est, & disiun-
cta. Nec manū tantū operi isti adhibuisti, sed ad
reliqua etiā, diuinam & immortalem tuā curam
& solicitudinem rebus his impendens, adiecisti.
Siquidem ad has etiam artes sapientis intelli-
gentia & magnitudine, admodū es appositus.
Et opus hoc omnino, quod diximus, non ea so-
lum quæ à seculo condito extitere, verumetiam
decantatissimum illum Semiramidis bitumine
cōpactum murū longè superauit. Verùm enim-
uerò priscum quoque diuini huius delubri con-
ditorem, ex ære in statuā pulcherrimā arte fictō-
rū diffusum, atque in columna aurigationē hue
gubernationē exequentē, vnà cum galea superba
& habitu magnifico dextráque graue quiddam
& terribile minanti, equo etiam ingenti naribus
& fremitu vim planè spirante, iuba quoque per
aurā ludente, & iuxta Homericū equum, in su-
blimi campo lasciuiente: aut etiā, iuxta Pegasum
illum, volandi opinionē præbente, à tēporum
inordinata circuuolutione & motu ratione pa-
rum nitenti, longa & continua aēris iniuria ita
perculsum, vt quæ continere visus fuerat, crucē
videlicet & orbem, quibus statuarius terrā omā-
nem & mare ipsum per crucē ei subiectū esse in-
dicauerat, ea cefflatione ignaua è manu eius exci-
derint: & hunc inquā artificio quodam incredi-
bili, perinde atque quodā stimulo & flagello, au-
reo sceptro excitans, vt fortiter cursum suū vrge
ret, & vna cū sole, immobili motu, in sempiter-
nū perequitaret, procurasti. Sed si exactè oratio-
ne persequi pergam, quibúsnā templis tēporum
iniuria ruinā minantibus, aliisque publicis operi
bus, atque in primis vrbis ipsius mœnibus, quæ
circumcirca eam, inuestigantiū modo, cingunt,
& ex senili situ ad pubescentē iuuentā reuocant,
muris adamātinis robur firmū adieceris, tēpus
me' id memorantē destituet. Cæterū veritatē verbis meis astruere possunt vtraque sacra Apo-
stolorū templa, & Dei genitricis ædes cum cœ-
lesti pulchritudine certans, quam Bizantij Bla-
chernas vocāt, & propè vrbis ipsius fana omnia
sub te & per te ad immensā magnitudinē & for-
mam excitata, & tantū nō clara voce sincerū de-
sideriū, fidem & amorē erga Deum tuum, præco
nū more, deprędicātia, tēporibúsque futuris de-
prędicatura. In quibus omnib⁹ merito admiratio
ni sit animi tui magnitudo, tantæq; pecuniæ im-
pensa: præsertim quū in tāta munificentia tua, li-
beralitas

restauratio sacri sancta Sophiæ templi constantinopoli.

τὸ τῆς τῶ θεῦ λόγου σοφίας θεῖον ἀνάκτορον.

Palatium Imperiale ibidem ab Andronico constructum.

ὑπαίθριον ἦθος.

Instauratæ statuæ equestris Constantini Magni, altera manu globum cui infixo crucis signo continentis. Quod symbolum orbis terrarum per crucem victi.

Aliorum Imperatorum & publicorum Constantinopolitanorum operum restauratio.

beralitas ipsa se non proferat & vēditet. Quum A
nanque tua ipse opera, ita vt quodlibet illorum
excellentissimum esset, extruere posses, maluisti
tamen honestū factū tuum, ei qui omnia cernit,
intimósque cordiū recessus perspicit, consecrās,
in aliorū operibus restaurandis magnificā libe-
ralitatē declarare: subnascentē inde paulatim fa-
stum & tumorem, vt equidē puto, sapientissimè
supprimēs. Etenim si quis per partes suas singil-
latim quæ in eiusmodi structuris perfecisti ope-
ra in vnū cumulū congerat, omnes longè post te
relinquas, qui munificentiā suam in eis ostende-
runt. Quòd si specimen aliquod magnanimita-
tis tuæ sit indicandū, in cōspectū omnium pro-
feratur (oratione enim præstantiam & impēsam
immensam explicare non est) regia ea, quam pro
eo atque fieri maximè potuit, ædificasti, vt scili-
cet illa & loci ipsius situ & solida firmitate, nec
non exacta pulchritudine, ita vt conuenit, con- B
spicua sit, dignum mehercule mente & lingua,
dicam quoque manu & prudētia tua, opus. Ad-
hæc & quod quatuor columnis fundasti, & tan-
quam fulcris firmasti solarium, insigne prorsus
spectaculum, vt ex superiore eo loco, tanquam
sublimioris cuiusdā naturæ quispiā prospiciens,
nos respicias: Deū quoq; hac in parte imitatus,
pro misericordia & bonitate sua hominib. se im
miscentem. Nam quid magis cōueniebat, te, qui
magnus principū aliorū Princeps es, quàm re-
giam hanc domū extruere, quā tu quidē nō tibi
magis quàm nobis omnibus prorsus excitasti,
opus minimè silentio dignum: imò quod silen-
tiū potius propter admirationis excellentiā mā-
dauerit, & pulchritudinis fulgore quàm celerri-
mè loca omnia pernaserit: magnitudine quidem
illud supra multa, forma autē & firmitate ferè su C
pra omnia est, ingenti & multa luce abundan-
tiáque splēdoris cornscās porrarúmque & pro-
pylæorum seu vestibulorū amœnitate & gratia,
quandocunq; accedētibus, obuias simul, & eos
benignè excipiēs, & ambulationibus intus atq;
xystis, quos columnæ quędā Gigantibus similes
decenter & pulchrè inter se ordine distantes, di-
stinguunt, longè latéque spaciari, atque oculos
pascere permittes. Porrò marmoris gratiā & sul
gorem, quod etiā in villos, vt ita dicā, cōformā-
tum est, & zonas seu cinctūras, quas totū opus
præ se fert, ei simul intextas, quomodo quispiā
dicat? Præterea verò, quod solo instratū est, &
quod pars murorū omnis quasi quoddā peplū
variè distinctū cōplectitur. Quod derepentè vi-
dens, mare quoddā esse dicas, lenib. vbique in-
tumescēs fluctibus, & sensim quodāmodo hor- D
rescens: vsque adeò, vt cōfestim veste subducas,
ne fimbria eius humore inficiatur. Eam porrò
structurę partem quæ supra caput est, cœlo ipsi
propter late & copiosè diffusum aurū, nec non
æthereo alicui tractui, igne multo relucēti atque
coruscāti cōpares. Verùm quomodo tantū & tā
longi tēporis & multi laboris opus verbis tam
breuiter explicetur, quod neq; oratio vlla, neq;
oculus, imò neque mens aliqua, quæ quidem in
eiusmodi reb. sit exercitata, satis complectatur?
Mihi certè vnū illud dicere sufficerit: quamuis
multæ & ferè innumerabiles regiæ aulæ supe-
rioribus tēporib. sanè quā ambitiosè & magni-
fice sint cōstructæ, hāc tamē ipsam inter omnes
temporum omniū, calculis, vt ita dicā, omnibus
primas ferre magnitudine, pulchritudine, firmi-
tatéque ædificationis, & cōuenienti rationique
respondenti modo: magnifica verò atq; superba
coagmētatione, lapillorúmq; inerustatione, atq;
eorundem variis formis, & rebus ferè omnibus
quibus ædificiū tantū exornari æquum est, na-
turā quoq; ipsam superare. Sed de operibus tuis
hactenus. Et quū tātus princeps sis, Imperator
optime, atq; eò glorię perueneris, cuinā rectè cō
ferri possis? Ego quidē Plutarchū quoq; illū, qui
virorū clarorū collationibus magnus fuit, arbi-
tror, si adhuc superstes esset, operæ prætiū se fa-
cturū esse existimaturum fuisse, si studio suo, in
quod per vitā omnē libenter incubuit, superse-
disset, eo † quod idoneū, quē tecū componeret
atq; cōferret, nō inueniret. Verùm Adamo illi &
Noæ & Abrahamo, præterea Iosepho & Iob,
Mosæ, Iosuæ, Sāsoni, Samueli, Dauidi, & Solo-
moni, & qui eius generis fuere aliis: insuper Cy-
ro illi, Dario, Alexādro, aut aliis quibusdā, Iulnis
etiā fortassē & Augustis & Cæsarib. comparari
posses. Sed satis constat, te huius quidē Imperiū
in oēs, alioru autem bonā spem, atque in Deum
amorē, cæterorū verò moderationē, & in rebus
duris constantiam: alicuius porrò fortitudinem,
æquanimitatē, mansuetudinē & modestiam: ali-
cuius itē sapientiæ vim: prorsus verò omniū, ea
quæ Imperatori, Principi, populique & reipub.
administratori competit, virtūtem habere: ita vt
veluti quædā noua, atq;, vt ita dicā, inimitabilis
mixtura Imperiū tuū sit constitutū: quod videli-
cet hos quidē lōgè prætereris, cū his aūt certes:
à quib. autē nō multum abfis, dicerē nō habeo.
Atque, vt breuiter dicam, quidquid in quolibet
datū, vel præstātis naturæ beneficio cōparatum
fuit, id tu quasi quædā bona atq; sedula apis ma-
gno studio collectū atq; cōportatum, admirādo
quodā modo miscuisti atque tēperasti: & prop-
terea * Imperatorio cubito oēs es supergressus,
Imperio tuo perinde atq; nō imitabili archety-
po, primarióq; quodā exēplari omnib. exhibito.
Quapropter & illud facilè dicere ausim, te quic-
quid est rerū bonorum atq; honestarum, partim
quidē imitatū per æmulationē esse partim verò
ingenij & naturę prestantia superasse: quę autem
hucusque à quopiā inuēta nō fuissent, eas & in-
uenisse, & in lucē produxisse: & quoad eius fieri
potuit, cernere volentib. ostēdisse: proindeque,
quòd per virtutes & præclaras res oēs, ad sum-
mum quoque peruaseris omnes longè vicisse.
Itaq; longiorē etiam tibi vitā, qui bona omnia,
pro eo atque decuit, omnino in vnū collegeris,
obtigisse existimo: vt ex temporis diuturnitate,
ad incremētum gloriæ hoc tibi accederet, quòd,
quum apud nos certiorem stabiliorémque sedē
& stationem optimè fixeris, sedula imitatione
laudum virtutumque tuarum, quæ inimitabiles
ferè sunt, assequi eas non potuerimus. Nam ve-
luti quidā arcanorum † sacrorū princeps es, &
magister virtutū omnium optimus, perinde atq;
eam ob causam Deus, natura administra & du-
ce, splendidè atque magnificè te, vt non solū pu-
blica imperij columna, verumetiam omniū hu-
manorum bonorum diuinitùs exhibita statua &
imago esses, proposuerit. Sed enim omnib⁹ eis,

Laus pietatis restitutæ, & doctrinæ, christianæ ab hæreticis opinionibus repurgatæ. Nam Andronicus patris sui Michaelis de religione acta rescidit.

† συμμιξίας τριπλῆ. *Reformatio cleri.*

ἱερόν τι τὸ ἱερατεῦσαι. Reformatio Ecclesiæ.

Ornamenta & donaris eiusdem.

παγκλήνος ἥλιος.

μὴ τὸν σὸν ὠκεανὸν κατὰ λόγον ἔχον εὑρεῖν.

summæ imperatoris laus qui singulas optimorū quorumque principum veterū virtutes, ipse vniuersim omnes sit consequutus.

βασιλικῷ πήχει πάντας παρῆκας.

imperator longæuus. septuagenario enim maior mortuus est.

* μεγαγαθός.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos diximus, omissis: vbi te vni solūmodo cō- E parauero, orationis cursum fistā, qui me semper propter meū erga te amorē & desiderium latenter transfuersum agit, & sensim extra modū producit: propterea quòd animo semper id quod prætermissum est, prestātius esse eo quod dicendum elegimus, videtur. Adeò magnitudine sua æqualia sunt omnia, neq; pro se quodque aliud alij de victoria partibúsque primis cedere cōstituit. Itaque ex ingenti copia ad dicendi inopiam recido, & mihi abundās exuberātia in insignem indigentiā cedit. Plus etiā negocij mihi, quid omittēdū sit, quàm eis qui laudes tuas mecū persequendas statuerūt, quid dicendum sit, facesslt. Vnus sanè quidē, vt ita dicam, mihi pro omnib. sufficiet, cum quo etiam fortasse, pro ea quæ tibi cum illo intercedit cognatione & similitudine, libenter te conferri patiere. An verò is alius sit quàm Cōstantinus ille, magnū apud omnes momentū & nomē? Cōstantinus, cuius memoriam veluti spiritū quendā inesse omnib. oportet, qui in necessitate summa tam magnificè & tā fortiter opē nobis tulit. Cōstantinus, artibus Imperatoriis magnus, prudētia incōparabilis, ardore autē erga Deum, magnisque rebus gestis, & certaminib. pro vera pietate susceptis, supra omnes, quemadmodū sol super astra alia relucens. An tu verò, Princeps optime, non certa illius es imago? Non speculū mediusfidius ita primariū imaginis exēplar reddit, sicuti tu diuinū animæ illius specimē exprimēs, atq; illū admodū referens, refulges: nō aliter quàm germanus filius patrē suū repræsentat. Atq; equidē, quāuis audaciā meā te improbaturū sciā, qui maximè fugere & cauere talia soles, dicere illud tamē audacter sanè non dubitē: (quod te rogo vt patiare, & rationē mecū cōsideres, qui te filium Dei per gratiā & Christū Domini, præter cæteros, maximè esse sciā) imaginē te illius per omnia similē esse, qui verè piā illius formā & vim characterémq; animalis siue Imperatoriæ eius subsistētiæ apertè obtineas. Id verò sic consideremus. Accepit ille, patriis moribus relictis, à Deo Imperiale sceptrū: & diuina potēria maximè fretus, scelestos & pernicioſos tyrannos, in cœlo victoriæ tropæo viso, deuicit. Tu quoq; ad eundē modū, summa rerum susceptā, & victrici armatura non semel, sed continuè inspecta, atq; in manib. gestata, seu potius in corde tuo, vt per quā solā & vivas & spires & moueare, circumlata, itidē vt ille, fortiter aduersarios superasti, quicunq; opponere se tibi sunt ausi, inuictóq; Marte de eis triumphū egisti. Quis namq; te aspicere saltē sustinnit, forti manu Dei & excelso brachio suffultū & cōfirmatū? Excitauit ille & extruxit Deo vrbem Im- H perialē, eandémq; ad formā & magnitudinē ingentē extulit, non solū necessarius reb. abūdē, verumetiā superfluis magnificè exornās, nec non t opæa de prædonibus, qui multo tēpore ei incubauerāt eiectis, statuēs. Liberasti hāc tu quoq; ab eis qui eā occupauerāt latronibus, nouámq; eam & iuuenescentem reddidisti, mœnib. solidis circumcirca ea vallata, aliisq; eius ædificiis perpulchrè & ambitiosè extructis, quę lęta vbique sæte sese oculis omnium ingerunt & cōsurgunt: effecistíque adeò, vt suo, ita vt appellatur, respōdeat nomini, qui alter scilicet cōditor eius es & Deus * tutelaris. Ille fidei dogma confirmauit, & linguas malè sentientium cōfudit, iniustitiam in sublime loquētes: & perinde atque alter quidam Abraham, trecentis decem & octo vernaculis contractis, præ se egit Arianos furentes, persequens eos atq; confringens, germanúmq; & natiuū ius filio, decreto suo, & autoritate stabiliuit. Non creaturam, sicuti homines desipiētes opinati sunt, sed ὁμοούσιον, hoc est, consubstātialē patri eum esse: nec non imaginem, sed eam illi per omnia similem, & characterem seu figuram subsistentiæ paternæ statuens, & patrē reuera principij expertē patrem, id ipsum scilicet verè existentem faciens, & congruentem, ita vt æquum est, dignitatē ei tribuens. Tu verò quid? An non eundem cum illo cursum de cōnaturali spiritu tenuisti? Nanque cōcilio coacto nō equidem vernaculorū quorundam, sed Ecclesiæ primogenitorū nostratium, veluti quidam nouus F Abraham, beatam rursus hospitio excepisti Trinitatem, & phalāges * eorum qui è lingua laborarunt, disturbans, processionem vnde ea proueniat liquidò declarasti: ex solo videlicet Patre, vnde etiam existentiam suam inexcogitabili modo, verumtamē vt genitus habet Filius. Proinde & illud cum fiducia dicere ausim, quod illi antea de filio per gratiam datum est, id tibi postea de spiritu inspiratū esse: ita vt in hac quoque parte, quantum permissum est, æquam laudē habeat, in æqualibus & eisdem rebus mirificè æqualem atque eundem consequuti honorē, infigni nimirū erga diuinum numen studio & deliberio, nec non rerum actarum magnitudine. Itaque nihil me ab instituta veritatis ratione discessurum puto, si illi quidē hoc tribuero, fundamētum quodammodo eum rectorum Ecclesiæ dogmatum & esse perhiberi: te verò cuidā pulcherrimo fastigio & claui atque sigillo integro comparēt: & vtrunque ingens istud veræ pietatis momentū ex patrū præscripto conseruare, atque id nō in plerasque terræ partes, sed loca vbique omnia propagare, & tāquàm buccina promulgare dicam. Quandoquidē ille vtramque Christi generationem, tu verò postremum testamentum sigillo confignas tuo. Enimuerò an tu quidem in rebus quās diximus ex æquo cum illo certas: morum autem consuetudine, clementia, magnanimitate, misericordia, humanitate, præterea syncera & simulationis ignara in Deū religione, atq; Dei ministros pietate: insuper actionum magnificentia, operúmque ambitioso splēdore: denique, quod maximum est, flagrāti erga Deum amore, adeò sanè, vt omnem, sicuti in prouerbio est, propterea mouerit sunē, orationibus, legibus, & exēplis propositis, vt religionis cultus incrementa sua caperet, & res nostræ quàm rectissimè ordinarentur, aliqua ex parte illo inferior secundas fers? Id verò tātum abest, vt nisi quod medium interceſſit tēpus, interullum quoddam fecisset, nihil prorsus impediméri obstaret, quo minus alter in altero situs esset: & alter ab altero, atque adeò per alterū, in publico obambulans, propter indiscretā similitudinē ita cognosceretur, vt per eā similitudinē dū vterq; alter ipse vestrūm prorsus esse à quolibet iudicaretur, vtérnam esset: non satis cōstaret, quē admodum aēris & aquæ inter se commistæ partes.

Quin

*πολιθ'χος Concilio generali Nicæno trecēti & decem octo inter fuere patres. Decretū eius Synodi, cui Cōstantinus præfuit.

*Γλωσσαλγῶν. imperatoris ſtius ductu, in Concilio Episcopi oriēbales ſpiritum ſanctum ex ſolo patre conſtra Occidentales, procedere ſtatuerunt. Sed non lōgè poſt abnepote eius Leanne Paleologo Imperatore autore, in Florētina Synodo anno Do. 1439. Græci in Latinorum ſententiam pedibus diſceſſere, ita vt ſpiritum ſanctum ex patre & filio procedere profiterētur. Quum perſuaſum eis eſſet, Latinos Deum patrem vnicam filij & ſpiritus ſancti cauſam credere: duo verò principia, duásve cauſas in cōſubſtantiali Trinitate exercrari.

Comparatur imperator Constantino Magno, & cum eodem cōfertur.

Constātinopolis Deo à Constātino cōstructa.

Quin & illud, atque audaciter quidē, non tamen A (vt simpliciter dicam) quicquid est in terris optimū omnē, magnā hanc & Imperialem vrbem Constantinopolim dico: quòd eam per te habemus, & quòd eò perueneris, vt certò Ecclesiæ decorē suum nitor émque restitueres, viis omnibus quæ ad errorem ferunt concisis: sola ea satis tibi esse possent ad præclarum decus & ingentē gloriam vnā cum æuo ipso, & quàm quispiam vel excogitare vel eloqui possit longius duraturam, atque ad immensam quandā, quæ non pudeſiat, spei erga Deum simul & libertatis fiduciam. Hæc ego de rebus hisce quæ philosopher & dicam, habeo: qui sub te tāto principe & præside & curatore dego, beatam & felicē Imperatorio modo meditante atque exercente philosophiam, & res Christianas in prospero statu & successu administrante, quemadmodum inquit Aristonus. Cæterùm, Imperatorum omniū humanissime, suscipe orationē hanc nostrā, vnum quiddam ex eis quæ apud te sunt rebus præclaris: atque id quidem breuiter admodū & tenuiter, veram scilicet pietatem prosequentem. Non enim instituti nostri est, singillatim res omnes tuas commemorare, quæ dudum à multis vel iā celebratæ sunt, vel adhuc celebrabuntur, & futuris seculis commemorabuntur. Et quidē quæ ab aliis prætermissa sunt, alij inuere: * & omnia ab omnib. & præterita & dicta sunt. Posteaquā enim permulti se ad res tuas commemorandas, perinde atque in altum mare demiserunt, hic quidem multa, ille autē plurima, quidā nōnulla, atq; e alius alia variè recensuerūt. Nemini quidē omnium tanta incessit audacia, vt ad omnia describenda se cōferret: quod id fieri omnino non posse, rectè ab omnibus iudicatū sit. Quemadmodū & nos partē quandā per humani Imperij tui, egregium in Ecclesiam Christi studium & pietatē tuā, nobis dicendā proposuimus: quippe qui Ecclesiasticæ historiæ librum recēs à nobis conscriptum, dedicandum tibi statuerimus. Cui enim alij eū cōsecraremus? Quum namq; visum nobis esset, historiā eam omnē in vnum cōferre codicē, priorémque, & eā simul quæ omissa est, in ordinem vnum disponere, à multis & variis scriptorib. in operibus pluribus sparsim quodammodo tractatam, calculo & iudicio tuo optimo eam exhibendam duximus. Ac siquidem sententia tua comprobata fuerit, rectè se res habebit. Sin minus, perinde atque nunquam extiterit, meo ipsius & omnium ferè iudicio cēsebitur. Progreditur autē mihi op° hoc, pro eo atq; fieri potuit, initio sumpto à descēsu è cœlis atq; * intrāsitiuo è paterno sinu, motu & trānitu ante secularis & Filij & Verbi æterni principióq; carētis Dei & Patris Dñi & Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, in plures diuisum tomos. Procedit verò ad eū qui cōueniebat locū, satis longè ante nostra tempora resistēs atque suspēsum facili atq; æquali maximè ductu, quali scilicet eloquutione, dictione & cōpositione scripta eiusmodi potissimū cōponi decet. Quapropter admitte quæso benignè ad te historiā hanc: quā, sicuti dictū est, ad calculū tuū, pducimus, ac poti° venerādo & Imperiali vertici tuo, cū timore, veluti quādā coronā imponim°: nō equidē in pratis aliquib° flosis & quàm celerrimè defloreſcē tib°, neq; ex floribº marceſcētibus decerptā ne-

Eam per hæreticū Græci retinuerūt. Ecclesiæ reformatio commendatur.

Amplificatur rhetoricè principis ſtius laudes.

pietas & religio imperatoris præcipuè inter virtutes eius reliquas effertur laudibus.

* πάντα δὲ καὶ πᾶσιν λείπεται τοῖς πᾶσι, καὶ λέλεκται.

Opus hoc Imperatori dicandum offertur.

Quæ tempora complectatur hæc historia.

* ἀμετάβατε καινούς.

Laus vrbis Constantinopolitanæ.

Dedicatur Ecclesiastica historia imperatori Andronico, & veluti corona capiti eius imponitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que etiam ex pellucidis lapidibus fulgore quodam & iuri splendore suaue quiddã & gratum relucentibus, cõsertam atque compositam: quæ res celeriter hinc & inde volutæ transferuntur, & nunc quidem hunc, nunc verò illum perinde atque in somnis ad breue tempus deliniũt atque demulcent: sed ex æterno paradiso quodam & floribus immortalibus collectam, qui neque tẽpore, neque sanè senio vllo intereant & euanescant, verùm diuino quodam modo & spirituali odore picti atque imbuti sint, & aliquid de stillante rore montis Hermon delibauerint. Hanc coronam, pro eo atque fieri potuit, contextam, sumine sublimitati tuę adaptamus: quã, vt puto, ingens etiã ætuum, maxima tua certamina & labores veritum, conseruabit immarcescibilem. Etiamsi aliquãdo lingua quæpiã impotẽs atque castigatio & mens cõtumeliosa, vt scriptura inquit, in cælum gloriæ tuæ blasphemare, atque F tela in aërem mittere, & verba vmbra quadam, quod in Tragœdia est, tollere atque erigere cœperit, quod quidẽ minus aliquẽ vnquã auãrum esse puto: sed vbi viderit te ea esse coronatum & exornatum, os eius obturabitur, & in iusticiã in sublime loqui ipse statum redargutus supersedebit, captúsque oculis prodibit, vt qui intendere eos in eiusmodi ornamentũ tuum, & quæ inde cum gratia prominet & lucem & vim nequeat. Varios illa sanè & omnigenos florũ coruscãtes & aureos habet colores, quam aliquis aptissimè agri hortum herbarum omnium feracẽ dixerit. Potissimũ verò illis mirificè abundat, qui pullulantes candescunt, & qui purpurea specie florẽt, quíque nitore ad nigredinem magis vergentes, quàm maximè relucẽt. Sunt verò ij ex quib. corona tibi quàm pulcherrimè cõtexta atque cõserta est. Hierarcharũ stola, vitæ sanctitate supra solem ipsum coruscans: & Martyrum vera & venerãda purpura, sanguine eorum prolixè tincta atque rigata: insuper lucis conciliatrix nigrescẽs & diuinitùs cõtexta vestis, illis admodum congruens, qui ad vitam angelicã contẽdunt atque aspirant. Ex quibus Christi Ecclesia, aureũ prorsus virtutibus circumamicta ornatũ, veluti quẽdam sponsa, tẽ omniũ pulcherrimã vniuersitatis huius exhibet atq; repræsentat Regi & Imperatori. Eorũ labores & certamina liber iste cõmoratiper quem tibi vt illis honore & dignitate æquali, & hãc ex eis confertam coronã imponimus, qui reb. omnib. optimẽ ex, & natura simul atque anima regius & imperialis. Hũc tibi nuncupamus atque dedicamus, quum quidẽ antea coronã gloriæ magnopere sis exornatus: quam hic etiamnum quasi quendã futuræ illius & sempiternæ arrabonem, & veluti proœmium, hanc inquam preciosissimam Imperij coronam, mirificarum virtutum, certaminum, atque laborum tuorum, perinde atque brauiũ, coronarũ largitor Christus tibi, qui pulcherrima trophęa, & splendidã, tuo ipsius respondẽs * nomini, victoriæ mercedẽ tulisti atque statuisti, donauit. Ergo age, tu, qui solus natura, sicut ille dixit, omnia, quæque diuinæ, quæque externę sunt doctrinæ, præcipuè verò propter eximium & sedulũ in res quasque pulcherrimas studiũ tuũ, quæ in disciplinis sunt arcana magis & sublimiora, nosti, vtere ingenio tuo, & materiam adhibe igni incomparabilis tuæ eruditionis & iudicij: seu potius ad amussim tuum accõmoda & explora lucubrationẽ istã. Quãuis sperẽ (nam quod antea rectè dixi, id nunc quoque à me dicetur) nullum fore tam præfractum & audacem, vt scilicet post censuram tuam, vel dignum scripro huic adhibere audeat. Improbas verò & inuidas linguas veneno parricidæ serpentis consumi & interire permitte. Quis namque, rogo, in te rebus omnibus me cõparabilem, quod male diceret, habuit? (O diuina vindicta & tonitrua & fulmina cœlitùs cadentia!) De quo, propter diuinã & magnificam mentem, actionũmque magnitudinem & pondus, neque encomiũ laudémq; condignã & decentem inuenire licet, quum quidem plurimi plurima dixerint, multúmq; diu operæ & studij in rebus tuis posuerint: qui sanè omnes inferiores eis esse sunt deprehensi, cœlum attingere conantes, aut suam ipsorũ vmbram cõprehendere contendentes: quę quo magis ei impendeant, eo cedat magis, & diffugiat. Quid ais? Reprehẽdere & carpere constituisti eum, qui ex seipso prorsus natiuam obtinet gloriam & dignitatẽ, & quem honor & amplitudo maximè satellitio quodam stipantes illustrant atque exornant: ad quem neque ille qui apud Græcos pro Deo cultus est conuiciorum inuentor atque autor Momus, non modò nó propius accedere, sed ne respicere quidẽ prorsus audeat? Quin potius Momus deinceps nullus extat, vt qui interierit atq; diffluxerit, in hoc solo ne tantillum quidẽ quod perstringeret habẽs. Cæterùm ego quidem ista. Tuum autem fuerit Princeps optime, vt consideres atque perpẽdas seorsum omnia, & æquum constantémque iudicij tui calculum mihi adhibeas. Dei enim planè tua fuerit sententia. Qui verò me ipsum in certamen maximũ cõiecerim, nunc demum fugientia me persequi, & à tergo fluentium aquarum ire, comperio. Quæ res veniam profectò meretur. In qua nimirũ, vt equidem puto, quiliber fallatur, qui scilicet se in certamen tantum demittere conetur: vnde tamen, propter res propè incomprehẽsibiles atque inexpugnabiles, euadere non possit. Ipse verò Rex regum & Dominus dominantium Christus, qui sanguine suo Ecclesiam suã sacrauit, & firmiter constituxit, & te illi virum iuxta cor suum auxiliatorem & defensorem germanũ purpura decoratum cõstituit, pium Imperiũ tuum in infinitos æui annos custodiat: atq; id in stabili & immota lætitia, inter omnes qui circumcirca sunt, donec prorsus cuncti sub pedibus positi conterantur, H inimicos, in maius excrescẽs seruet, maioremq; aliam super aliam gloriam subministrans cõsirmet: atq; adeo te, liberos & genẽ omne, ipsamq; hanc vrbem, cuius es tutor & conditor, in perpetuum florere faciat, vt tãdem bonis omnibus abũdè accumulati, in decãtatas illas auras * Ennas Romani conscẽdamus. Post longũ verò tẽpus, prouectúmque demũ & molle, quod ad infinitũ propè pertingat, senium, illo quoq;, quod successionẽ nescit, sempiterno regno & imperio te dignetur: atq; in illa primogenitorũ Ecclesia in eundẽ thronũ, & numerum, cum fidei principe Imperatore referat, diutinorũ pro Christi Ecclesia & grege susceptorum laborũ, ita vt decet, honores & fructus cõdignos percepturum.

ECCLES.

Flores eius coronæ, & opes. præsentis materia: Episcopi, Martyres, Monachi.

** Andronicei videlicet.*

Precatio ad Deum pro Imperatore.

** Nouam & cœlestẽ Hierusalem. Est apud Ciceronem in actione Verrina 6. Enna oppidũ in vmbilico Siciliæ situ, & fertilissimũ & ob id Cereri sacratum. Christianipro ad aurea Ennas, cœlestem patriam aspiramus.*

ECCLESIASTICÆ HISTORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS PRIMVS.

1 *Præmium autorũ, consilium quo ad opus præsens conscribendum animum adiecerit: præterea breuiter totius voluminis argumentum perstringit.*

CAPVT I.

NICEPHORVS Callisti filius Ecclesiasticam historiã cõposuit, initio ab ipsa statim Seruatoris nostri IESV Christi apparitione in carne sumpto: opus id præclarũ & lectoribus gratum fore ratus. Quòd si enim nõ in paruis humilibúsque rebus habetur, quin potius summa laude & veneratione dignũ ducitur, si quis historiã prophanã pulchro ordine colligens proponat, fructúmque & vtilitatẽ eius studij in mediũ proferat, eã cognoscere volentibus: multo profectò laudabilius censeri debet, res gestas sacras in publica monumenta, quę omnibus cognoscere liceat, referre, doctrinámque facilẽ & salubrẽ publicitùs profuturam constituere. Equidem maximã deberi gratiã eis existimo, qui historias & res communes priuato suo labore sibi conscribẽdas sumunt. Illi siquidem, quod in eis est vtile & admirandum, non apud te tanquam primatas opes retinent: sed publicæ vtilitati, edendis eis, inseruire malunt, administros prorsus se diuinæ prouidentiæ exhibentes, qui in vno scilicet opere varij generis res gestas, perinde atque in publico ærario reponentes, perscribant. Facilè quippe cuiuis est, ex huiusmodi publico monumẽto exempla capere, atque ex aliorũ erratis actiones suas probè cõstituere, & ad varia rerum mutationẽ non variare opinionibus: sed potius, quoad eius fieri queat: eorum qui rebus rectè sunt vsi, facta imitari, & virtutem. Porrò si in cõsultationibus seniorum consilia excellunt, & experientiæ vsum propter temporis diuturnitatẽ præstare necesse est: quodque dicitur, quicquid vetustate commendetur, venerabile id esse oportet: historiam omnino, vt quæ & diuturnitate tẽporis, & plurimarũ rerũ vsu valet, plurimi faciẽdã esse cõstat: in primis verò sacrã, ingentẽ nimirum fructum atque vtilitatem omnibus simul & Ecclesiis & negociis suppeditãtem. Namque, ita vt æquum est, omne genus vitiorum ea ipsa traducens & damnans, quàm longissimè reuicit, malósque & impios iustis cõuiciis execratur: & magnos laudatósque viros, qui in rebus religionis nostræ maximis, excellenti virtute & pietate plurimum studij posuerũt, verbis amplissimis, laudúmque præconiis, quasi quibusdam coronis exornans admirandos imitandósque aliis efficit. Quibus quoque rebus posteritatem ipsam pulcherrimè excitat, & sanctissimis operibus & factis, decentique & rectà de diuino numine opinione, eorũ virorum laudem æmulando cõsectari cohortatur. Quapropter & nos iudicio nostro eos qui sacra historia scribenda, ad publicã vtilitatẽ tantum contulerunt studij, comprobantes, æmulatione ad eãdem materiam tractandam prouecti sumus, non nos quidem egregia virtutis nostræ facta ostentantes, neque eloquentiam orationis vi & vbertate freti iactitantes: sed animũ, quantum quidem fieri potuit, ad eos qui ante nos res Ecclesiasticas scripserunt conuertentes, institutum quidem & propositum eorũ in primis cõplectendum duximus: sed nõ itidem scripta eorundem omnia ad publicam vtilitatẽ facere iudicauimus. Quidam enim ex eis sanæ doctrinæ non adhærentes, multis in rebus non satis idonei dictorum suorum testes esse videntur. vnde factum, quòd quamplurimi etiam ea quę ab illis C verè sunt dicta, propter insanas eorum opiniones, in dubium vocant. Nonnulli autem, quum semel à verbo fidei discessissent, & ad aduersas ei partes defecissent, etiamsi postea eos æqua & decentia sapere contigerit, aduersandi tamen eis, à quibus aliquando dissenserant, studio, permulta in scripris suis prætermittẽtes, non prorsus constantem & solidã obtinuere apud lectores fidẽ, quãtumuis viribus eloquẽtiæ & scribẽdi acumine excellẽtes, atque egregio erga Christũ desiderio & ardore, inter nostri nominis homines, primas ferre cõtendentes. Etenim Eusebius Pamphili statum à Christi tẽporibus vsque ad Constantini Magni tẽpora, quæ in Ecclesiis acta sunt, prosequitur, ex Philone, Iosepho, Clemẽte τῶν μαρτύρων (hoc est, cõtextore) Egesippo, Hippolyto, Papia, & aliis ordine Ecclesiasticis scriptoribus, historiã mutuatus. In qua historia

Vtilitas cùm profanæ, tum sacræ historiæ.

Consilium, quo ad historiã Ecclesiasticã scribendam, author est adductus.

Iudicium eius de prioribus sacræ historiæ scriptoribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cacoethes hæreſeos eius apparet: quāuis quibuſ-
dā rectè ſentire videatur, ex eo id aſſeuerātibus,
& ipſe primę Synodo interfuerit, & τὸ ὁμοούσιον
(hoc eſt, cōſubſtantiali) cōſenſerit: quodque cō-
ticiis reprehēdens inceſſerit eos, qui Filium Dei
creaturā eſſe opinātur. Mercurius porrò Sozo-
menus, qui & Salaminius dicitur: item qui Cyri
epiſcopus fuit ſapiens Theodoritus, quique idē
tertiā impugnauit Synodū: itē Deo inuiſus Phi-
loſtorgius: præterea cognomine quidem, ſed
animo min⁹ καθαρὸς id eſt, purus Socrates, finē
illius initiū ſuorū faciētes operum, vſque ad tē-
pora Theodoſij iunioris hiſtoriam produxerūt:
materia eadē, neſcio quo conſilio, oēs ſibi pro-
poſita. Qui quidem in rebus quibuſdā variè in-
ter ſe diſſentiūt: & Epiſcoporum inter ipſos cō-
tētiones, pro eo atque cuique viſum eſt, cōme-
morāt. Omnes etiam iſti varias quaſdam & no-
uas res, ab aliis minimè dictas, hiſtoriis ſuis in-
ſeruerūt. Deinceps verò, Theodorus lector Byzātius, & Baſilius Cilix, & qui * prætor prouinciā geſſit Euagrius, ſuperiorū ante ipſos tempo-
rum res prætergreſſi, & tēpora ſua ſtylo proſe-
quuti, eorum quos modò diximus hiſtoriis, ſuas cōiunxerunt, operis difficultatē reformidantes,
nonnulli etiā è vita inter ſcribendū excedentes:
inſtitutū opus minimè compleuerunt. Ipſe qui-
dem Euagrius illuſtri dignitate prædituſ, hiſto-
riā vſque ad Iuſtini ætatem deducit, maxima ex
parte res prophanas tractans: quarū argumenta
& materiam ex Euſtathio Syro, Zozimo Priſco,
Ioanne, Procopio Cæſarienſi, Agathia, qui illis
temporibus ordine inſignes fuere oratores, &
præterea ex aliis nō pœnitēdis hiſtoricis, decerp-
ſit. Cæterùm oēs iſti multa nō ſatis idonea & cō
moda importunè recēſent: nō pauca verò, quæ
neceſſariò ſcribenda erāt, prætermittunt: ſiue id
cōſultò affectibus ducti fecerunt, ſeu quòd non
omnia attingere potuerunt, timore quodā & in-
dignitate rerū pereuntiū: quòdque fortaſſe eis nō
perinde ſtylo indulgere de rebus rectè conſtitu-
tis licuit, atque nūc, quum Eccleſia ampliſſimè
dicēdi & ſcribēdi libertate vtitur, quam ſanè li-
bertatem in noſtro hoc opere in primis vſurpa-
bimus. Enimuerò Euſebius trecētos & aliquot
præterea annos eſt complexus. Socrates autē &
Theodoritus, nec minus Sozomenus, centū ferè
& quadraginta, à primo ſcilicet Cōſtantini Ma-
gni anno, quum is Cæſar eſt renunciatus, vſque
ad decimūſeptimum Theodoſij iunioris annū.
Deinceps porrò & ipſe Euagrius tempus proſe-
quitur annorū circiter centū & quadraginta: vt
hiſtoria à Chriſto nato omnis, quā ij quos no-
minauimus hiſtorici cōſcripſerūt, ſimul & ſeor-
ſim nō minus tēporis, quàm ſexingentorum an-
norū cōplectatur. Eorū aurē quæ poſtea ſubſe-
quuta ſunt temporum res Eccleſiaſticas, ad hāc
vſque ætatē, quum nec pauciores nec minores
quàm illæ eſſent, nemim vni qui hiſtoriā ſcribe-
re potuerūt, in mentē venit, vnius operis volu-
mine his cum illis cōiunctis, cōplecti atque cō-
prehendere: neſcio ſocordiāne & imbecillitate
ingenij rem tātam omittenti, an à magnitudine
& difficultate arguméti abhorrenti. Quippe tē-
porū ſimul rerúmque hiſtoriis carptim & obi-
ter in multos variōſque ſcriptores & volumina
conjectis, ardua & difficilis earum eſt cognitio

*ὁ ἀπ' ἐπάρχων ἐυαγριος, Fuit u patria Epiphanienſis.

Libertas in hiſtoria ſcribenda.

& memoria, aliis ſcilicet alio loco rebus multifariā & ſparſim deſcriptis. Ego verò labore & tēpore multo, affectione & ſententia cuiuſque inquiſita, faciendum mihi putaui, vt argumentum & materiam omnem, vnam hiſtoriā Catholicæ Eccleſiæ mihi proponerem, &, Deo bene iuāte, eam in vnum opus redigerem. Et primùm ea quæ ab iis ſcriptoribus, qui ante nos fuerūt, tradita ſunt, ſtylo, quātum fieri poterit, noſtro perſequi conabimur, at ſi quid ſuperfluum, & vetuſtate iam præſentibus tēporibus & ipſi materiæ inutile viſum fuerit, id prætermittemus: quę verò ſentētiæ & doctrinæ neceſſariæ ſunt, eas ſuo loco collocabimus. Præterea quæ deeſſe iudicabimus, ſcriptis illorum addemus: & quæcunque cognitione digna eorū quiſquā, aliis omittentibus, annotauit, operi noſtro intexemus. Dabimus etiā operā, vt diſſentiētes illorū opiniones ad cōſuetudinem Eccleſiæ, quæ temporum prę-
ſcriptione inualuit, dirigamus atque accōmode-
mus. Quicquid inſincerū adulterinúmque fue-
rit, repudiabimus, & ſermone ſimplici & aperto
rectā ſanámque fidei doctrinā cum legitima li-
bertate profitebimur. Deinceps & ea quæ cōſe-
quētibus prętērita omiſſaque ſunt temporibus,
adiicere ſtudebimus, non ita lōgè ante ætatis no
ſtræ tempus hiſtoriæ finem impoſituri. Ea verò,
vt equidem puto, plurimū lectoribus prodeſſe
poterit: minimum certè moleſtiæ verſare cā vo-
lentibus afferet. Cuius enim ex ea tanquam ex
fonte vberiore, ingentem vtilitatem haurire li-
cebit. Satis enim cōſtat, quum plures ſint Eccle-
ſiaſticorum hiſtoricorū ſparſim ſcripti libri, nō
facile eſſe eos comparare & cōſequi, ei qui ſacrā
hiſtoriam omnē perlegere & cognoſcere velit.
Præterea varietas ſtyli & elocutionis, tum etiam
librorum multitudo, efficiunt, vt ardua admodū
& difficilis legentibus, eueniat rerum cognitio.
Opus verò perpetuū, vnóque ſcripturæ cōtextu
compoſitum, res certas vndequaque narratio-
nibus dilucidis commemorās, facilem omnibus
& promptā exhibet lectionē: & propter eūdem
elocutionis tenorē conſequentem quoque rerū
ipſarum cognitionē, tanquā quādam catenā om-
ni ex parte ordine ſuo coaptatā, mirabilitérque
inter ſe cōtextā, & veluti procurrentē. Denique
tantum noſtrā hanc hiſtoriā aliis præſtare puto,
quantum parti totū prętat, & interpolato con-
tinuum opus. Quicquid autem eſt tam vtilis li-
bri, id non ita facilè, ſed multo ſanè cum labore,
quum adhuc à pueris ad auguſtum * ipſius Dei
Verbi Sapientiæ templum eſſemus, & plurima
ex eis quæ ibi ſunt, voluminibus & commenta-
tiis peteremus, collegimus. Quam verò aliā ipſi
AEternæ Sapiētiæ referremus gratiam, quæ ma-
xima in nos prolixè contulit beneficia, & nos
amœnitate deliciiſque ſuis perfrui eſt paſſa, do-
micilium ibi & māſionem multo tempore no-
bis præbens, & pietatem quaſi cunſdam obſte-
tricis & nutricis præſtans, atque ad id nos ætatis
& profectus deducēs: quàm vt res eius, fortaſſe
aūt dicendū Catholicæ Eccleſiæ, omnes, quantū
fieri poſſit, vno volumine comprehenderemus,
& id publicè omnibus in cōmunem vſum vtē-
dum collocaremus? elocutionis pōdus, verbo-
rúmque ornamēta min⁹ cōſectātes: ſed oratione
pura, res apertas, vt ab initio in Eccleſiis ſunt ge-
ſtæ, cuiuis

Quos author-res ſequatur & quid tradet in libris hiſce author.

Præſcriptio cōſuetudinis Eccleſiæ Catholicæ.

Commoditas hiſtoriæ iſtius legenda.

Quantum hoc aliis eiuſdem generis hiſtoriis præſtet.

Τῆς τῶν θείων λόγων σοφίας. Volumen iſtud Nicephorus Conſtantinopoli ad templum Sophiæ ibi bibliotheca inſignis, & Monachorum Aſceteriam ſunt, cōpoſuit.

ſtæ, cuiuis exponere conantes. Quod vt facere A
poſſemus, quantum eruditionis noſtræ tenuitas
permiſit, cum cura & fide, quæ de rebus veterū
tēporū in monumēta ſunt relata perquiſiuimus.
Verū enimuerò quū ea nobis ſit propoſita ſcri-
bendi materia, vt dilucidior res omnis fiat, de to
to opere præmittendū aliquid duximus. Scien-
dum itaque, totum hoc volumen nobis in decē
& octo tomos eſſe diuiſum.

Argumentum & materia librorū iſtorum

I Horum primus res geſtas Seruatoris noſtri Chriſti Ieſu cōplectetur, vt ſcilicet ille à proprio throno * intranſitiuè excitus, propter incōpa-
rabilis bonitatis affectionē & miſericordiam, aſ-
ſumpta ex Maria virgine carne, & * terreno vitæ
curſu quàm optimè confecto, per ſalutarem
paſſionem atque naturam omnem ſuperantem
reſurrectionem, ad paternum turſus aſcenderit
ſolium, reconciliatione noſtra ſuo ipſius patri B
perfecta atque abſoluta.

ὁ ἀμεταβάτως.
*πολιτείαν.

II Secūdus ea quæ ad Spiritum Sanctum perti-
nent, comprehendet. Quas ille ſcilicet res per
ſacros Apoſtolos peregerit: quibuſque illi rebus
geſtis, qualem finem vitæ quiſque eorū ceperit,
ſacroſanctа nobis ſcripta relinquentes. Quæ ea
ſint ſcripta, & quæ in eis vera, ſincera, & * teſta-
mentaria.

*ἀνόθευτα.

III Tertius primos Apoſtolorū ſucceſſores expo-
net, vbi & quomodo ſalutaris doctrina per or-
bem vniuerſum peragrarit, quas calamitates &
clades Hieroſolyma propter eādem Seruatoris
Chriſti Ieſu pertulerint: quos rurſus tanquam
hæredes miniſterij ſui, quæ item literarū monu-
menta Apoſtolorum ſucceſſores poſt ſe relin-
quentes martyrio pro Chriſti nomine ſint co-
ronati. Et quæ iam tum primùm emerſerint ad-
uerſus ſalutarem doctrinam hæreſes. C

IIII Quarti tomi argumentū erit: Quinā falſæ &
adulterinæ doctrinæ extiterint duces, quóſque
contra eos Eccleſiaſticos ſcriptores & doctores
quæ omnia bene diſponit & dirigit diuina pro-
uidentia excitarit, Apoſtolicis donis excellentes
viros, ſimúlque & vita & doctrina illorum euer
tentes infanas opiniones. Qui iſti fuerint, & que
tum de quæſtione celebrandi Paſchatis ſint diſ-
ſidia exorta.

V Quinti materia erit, ſub Seuero & Decio Im-
peratoribus Eccleſiarum perſequutio præterea
qui multum ſapientia valuit ipſe Origenes, quæ
eius vita fuerit, quæ ſcripta. Tum qui in oriente
& in occidēte ſanctiſſimi martyres ſacroſanctum D
pro Chriſto certamen fortiter pertulerint. Item
de Cypriano Africæ epiſcopo. Itē de Dionyſio,
qui Alexandrinę preſuit Eccleſię. Item de Chri-
ſtianis, qui in perſequutione ſub Decio pieta-
tem abiurarunt, hiſtoriam texet.

VI Sextus commemorabit hæreſes varias, quā-
rum autores fuere, impius Manes, impurus No-
uatus, Apollinaris, & Samoſatenus Paulus. Deſ-
cribet etiā res Dioniſij Alexandriæ epiſcopi. Et
qui magnarum vrbium vſque ad Eccleſiarum
oppugnationem permanſerint Epiſcopi. Oſten-
det quoque, qui tum temporis Eccleſiaſtici ſcri-
ptores, & aliter in diuina ſapientia clari viri
floruerint.

VII Septimus contentionē & rixas noſtrorū ex-
pediet Epiſcoporum, vnde illi à diuina ad tēpus
excidentes gratia, in magna inciderunt pericula.

Deinde de exitialibus tyrānis, Diocletiano &
Maximiano, Maxētio & Maximino, & Lycinio,
quā crudeliter illi in gregem Chriſtianū ſæuie-
rint tractabit. Poſtremò, quomodo magnus &
Apoſtolis ipſis par Conſtantinus, diuina ope ab
iis victoriam reportans, pacem Eccleſiis con-
ciliarit: & primus Chriſtianorum Imperator
creatus, magnificè cognominem ſibi vrbem
conſtruxerit.

Octauum tomū ſibi vēdicabit idem ipſe Apo- F iii
ſtolis nō inferior Cōſtantinus: & res quæ eo im
perāte Eccleſiis acciderunt. Res item impij Arij:
& primam, quæ Nicææ eſt celebrata, Synodum.
Et quemadmodum res Chriſtianæ incrementū
cæperint. Itē de angelica Monachorū vita, vnde
initiū ſumpſerit, & quos habuerit authores. Itē
quæ Ariani cōtra veræ pietatis ſectatores, & ma-
ximè aduerſus magnum Athanaſium moliri ſint
& fecerint. Præterea de beata Helena, & pijs eiuſ
dem Deóque gratis operibus: & vt finita vita,
vnà cum filio Cōſtantino, in cognomine ei vrbe
ſit ſepulta, idem narrabit.

Nonus res filiorum ſacroſancti Conſtantini, xi
& in primis ea quę Eccleſiis ſub Cōſtantio euе-
nerunt, perſequetur. Item qui viri tum & in re-
cta & in peruerſa doctrina floretes fuerint. Item
qui eo tempore Monaſtica vita per Paleſtinā &
Ægyptum excelluerint. Item de diuerſis Syno-
dis, & variis profeſſionis fidei expoſitionibus &
formulis tractabit.

Decimus porrò complectetur res Deo inuiſi x
Iuliani, vt ille à recta pietate deſciſcēs, & ad Gre-
corum idololatriā deficiēs, variis ſubinde modis
perſequutionē contra nos concitarit: & vt bel-
lo Perſis illato, malus malè perierit. Aliqua etiā
is tomus ex parte res piiſſimi Imperatoris Iouі-
niani comprehendet, quo modo ſcilicet magno
animo rectā doctrinā propagans, vitā finierit.

Porrò qui hunc conſequetur vndecimus to- xi
mus, copioſè teſtabitur, quę Eccleſię ſub Valen
tiniano & impio Valente pertulerint. Itē de ma-
gnis Eccleſię orthodoxæ luminaribus, & qui ex
aduerſo eiſdem extiterint oppugnatores, oſten-
det. Præterea vt ordo Monaſticus in immenſum
creuerit. Item quæ gentes Chriſtianiſſimum ſu-
ſceperint: poſtremò, vt Valens incēdio perierit.

Duodecimo tomo deſcribentur Gratiani & xii
Valētiniani iunioris, & ex Hiſpania oriundi Ma
ximi Theodoſij res. Item ſecundum vniuerſale
ius ſit prouecta, templis vbique quæ idolis con-
ſecrata fuerant euerſis. Inſuper de eius temporis
grauibus hæreſiarchis: & ſanctis etiam piiſque
in eccleſia noſtris hominibus.

Tredecimus tempora Arcadij & Honorij pro xiii
lixè exponet. Præterea; res aurea lingua præſtā-
tis viri, Chryſoſtomi ſcilicet. Et quæ inſuper ea
ætate Eccleſiæ cōtigerint, accuratè proſequetur.

In quartodecimo tomo argumentum nobis xiiii
Theodoſius iunior, & omnium admiratione di-
gna fœmina Pulcheria ſuppeditabit. Et acta con
cilij tertij Epheſi coacti cōmemorabit. Et præte-
rea epiſcoporum ſucceſſionē, qui maximis qui-
buſque Eccleſiis præfuerunt. Commemorabi-
tur etiam Eutyches & Dioſcorus hæretici. Item
Eudocia & Pulcheria, reginæ ſeu Imperatri-
ces. Denique qui ea tempeſtate in palæſtina,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& alibi Deo placentem vitam, monasticem scilicet, optimè sunt professi & sequuti.

XV Hūc qui sequetur decimus quintus, hæc complectetur. Celeberrimi Imperatoris Martiani & Leonis magni res, & quartæ Synodi acta, omnia ea abundè exponens: & insuper, quæ Antiochiæ & Alexandriæ in seditione euenere. Item quæ circa adiectionem tersanctī hymni sunt facta.

XVI In decimosexto erūt res Zenonis & Basilisci, huiúsque circulares literæ. Et quę tempore Anastasij Dicori Ecclesiæ euenerūt. Deinde res quoque Seueri, Petri Gnaphei, Petri Mongi, Timothei Hæluri, & aliorum insuper hæreticorum. Et item quæ denuo per seditionē de quarta sancta Synodo sunt acta, accuratè proponet.

Decimusseptimus ex rebus Iustini primi, & successoris eius maximi Iustiniani, & actis quin- E tæ sanctę Synodi constabit. His adiicientur Belisarij res gestæ. item Iustini iuniors res. Et qui eodē tępore vita angelica clari fuere Monachi.

XVII Decimus & octauus tomus clarè explicabit, quæ sub Tiberio & Mauritio Imperatoribus in ecclesiis sunt acta. item res Hormisdę, Chosroę, & Chagani Persarum: & vt Mauritius pœnas Deo persoluens, gladio perierit. Deinde quædā cōmemorabuntur de singularib. quibusdā dissidiis & hæresibus, scilicet Monophysitis, Tritheitis, Agnoetis, & Theopaschitis. item de Iacobitis, & Armeniis, & præterea quæ in iis ipsis hæresib. fuere dissidia. Postremò quàm turpiter Phocas, qui Mauritio succedens crudeliter tyrannidem gessit, sit iugulatus.

XVIII Et hæc quidē accuratius clariúsque tori operi præmittere voluimus, eo consilio, vt animis G lectorum propositū argumentū eo perspectius esset. Ne cui autem historiam nostrā depraua te facile esset (cōsueuerūt enim multi aliena scripta ex arbitrio suo, prout eis est visum, digerere atq; disponere) primas sine capitales literas tomorū, qui quidē totī annorū suorū numerū quisque expressum continent, ita posuimus, vt certioris fidei gratia nomē & cognomen nostrū referant atque complectantur. Quamobrē peto, si quæ à nobis per totum hoc opus rectè sunt exposita, vt ea extra inuidiam sint collocata, quæ optimis quibusque rebus præcipuè imminere coniuent. Sin verò in aliquibus ignorantia lapsi sumus, ea vt ab aliis, qui & doctrinæ & eloquentiæ, atque etiam experientiæ virtute pollent, corrigātur. In iuuenili enim ętate opus hoc cōscribere aggressi sumus, idémque nondū sextū & trigesimū annū egressi perfecimus. Quandoquidē autem abūdē omnia ea quæ opus esse putauimus, hucusque præfati sumus, agendum diuini numinis ductu rem ipsam, vnde maximè conuenit, ordiamur in primis historiæ nobis firmamentum, ipsam scilicet veritatem, consectandam proponentes.

Epistola Iulij Africani historici ad Aristidem, de ea quæ apparet esse in genealogia Christi dissonantia apud Matthæum & Lucam Euangelistas. Capat.

RES Christianorum à prima sua origine repetere, qui sint, vnde, & quo modo tanta cæperint incrementa, eóque magnitudinis & gloriæ peruenerint, intempestiuum, atque adeò superuacuum esse puto, vt in præsentia de eis perquiratur. Quū sacra oracula & acta, innumerabiléque aliæ ex ordine res, apertè satis & accu

Prima decem & octo tomorū historum literæ, hoc est, ἀκροστιχίδες cōpositæ, nomē authoris in Græco exemplari exprimunt, Νικηφόρος καλ. Scopus historicę propositus est veritas.

Christianismus à conditi mundi initiis extitit.

ratè declarēt, lōgissimè antè, & ab initio, cúmq; ipsis conditi mundi principiis, dogma nostrum vnà esse iactū & fundatum, seu potius vltra tempora & secula omnia id extitisse: siquidē ad autorem & ducē professionis & fidei nostræ Deū verbum Dominū nostrum Iesum Christum respicere oporteat. Quandoquidem enim duplex considerandum venit mysterium, & alterū quidem tanquam quoddam caput contemplamur, quod scilicet ad æternam, principio carentem, seculáque omnia præcedentem generationē refertur: alterum autem quasi posterius quiddam, vt ita dicam, & vltimū spectamus, quod nimirū ad inferiorem hanc & postremis temporibus ex virgine incarnationē factam, terrenámque conuersationem & vitā pertinet: prius illud exponere, & accuratius oratione persequi, minimè omnium conuenit. De eo enim si quis disserere instituat, quam oratio talis extra propositum opus sit, tum plus operæ & negotij, quam opus ipsum, & ea de quibus tractare decreuerimus, exhibeat. Siquidē, quum neque tempus, neque seculū ei mysterio intercesserit, & proinde neq; adesse illi, neque contemplari & eloqui id quod supra intelligentiam nostram est, concessum sit: quicquid id est, tuto filētij prēmio permittemus: ac potius ingeniis nostris, ne in talib. reb. curiositatem nimiū exerceant, imperabimus, vtpote seusu, ratione, & acumine mentis nostræ longè superiotibus. Nobis verò satis fuerit, sola è diuinis scripturis adducere testimonia: vt, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Et insuper scire, quòd Deus † semper existēs, principióque carēs, & secula præcedēs ita vt ipsi soli cognitum est ante ipsa secula gignit suum ipsius Filiū, verum Deum verbum, supra omnis intelligentiæ & deprehensionis captum, & supra mētis sensum & cogitationem, cogitationémque omnem: simúlque sanctissimum suum profert Spiritum, non vt genitum illum, sed vt procedentem, Deum & ipsum perfectū atque ὁμοούσιον, hoc est consubstantialem illis, & † eiusdē planè virtutis & potestatis. Et quòd res ipsi vnū sunt, vna natura & essentia & potestas, cum quibus & per quos simul & angelicas potestates & mūdum in vniuersum produxit & condidit, quum is antea non extitetit & præterea id quod in ipsum cadit cōspicitúrque omne, quódque anima agitatur, & quod anima caret. Atque hæc quidē de superno Christi, persuasionis & fidei nostræ principis, genere, ipsíusque sublimi dignitate & natura, nobis dicta sufficiant. Quæ enim rebtantis explicandis idonea suppediret oratio? pro eo atque diuinum id quoque ostendit oraculū.

Duplex christi natiuitas, diuina & humana.

ὁ λόγος

inseparabiliter, & coagmentatur separabiliter. Etenim quæ in tribus Deitas ipsa, & ipsa tria vnū, in quibus Deitas, seu quæ Deitas sunt. Gregor Theologus. Vnus Deus, tres personæ, vna essentia, potestas, sapientia bonitas, vna & indiuisa Trinitas. Deus, Dominus, Paracletus, Genitor genitus, regenerās. Ab vno omnia. A quo, per quē, in quo omnia. Vnus à se, vnus ab vno, vnus ab ambobus, οὐ à se, οὐκ ab altero, οὐ ab vtroque. Pater, Vis Spiritus sanctus. Vna pater, λόγος παράκλητος καὶ ζωὴ essentia, vna virtus, vna beatitudo, à quo, per quē, et in quo beata sunt ęua, quæcunque beata sunt. Augustinus.

Idē sanctis patribus apparuit.

Gene. 18. Hæc exquisitè & luculenter in Tryphone suo tractat S. Iustinus.

Ineffabilis sanctissima Trinitas. Theologia.

ὁ ὢν θεὸς καὶ χς. τὸν υἱος.

* πατρικὸν.

Totum & una & eadem & coæqualia semper. Deo vero facio. Deus autem dico, vos estis dij. Psal. 81. Trias iuxta Trinitas. subsistentia. seu persona. vnum secundum rationem.

† τὸ αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.

generatio-

Generationem verò eius, inquiēs, quis enarrabit? Neque enim quisquam Patrē, pro eo atque decet, satis cognouerit, præterquam Filius: neque rursum Filium, præterquā qui illū genuit Pater. Ad quem, vt est apud veterum Mosen, † loquens Pater in creatione vniuersi huius: Faciamus, inquit, hominē ad imaginem nostrā, & similitudinem. Hunc ipsum sanè, quicunque virtute & in Deum pietate aliis præstare primis temporibus dicti sunt, vt Abraham & Moses, & insuper quicunque ante & post eos iusti morū mutatione fuerunt Prophetæ, & alij Deo placiti & grati homines, mēris oculis sincerè & clarè contēplati prolixè cognouerūt, & tāquā germano Dei filio præstantissimū pietatis honorē tribuerunt. Ille porrò persuasionem fidémq; eiusmodi remunerās, & patris & sui cognitionem perfectiorē ab B solutioremque illis adauxit. Est quippe vetus oraculare verbū neminē eorū qui antiquitùs Deo placuerunt, sine fide in Christum sine vitę cōsequutum esse. Siquidem per coniecturā id colligere licet, ex multifariam visionibus, quas aliàs aliis accumulauit, pro eo atque eas quisq; ferre potuit. Atq; equidē in hominis specie ipsi Abrahæ frequētius, progenitisq; ex eo apparuisse creditur, quādoq; per se ipsum, quandoq; per administros suos angelos, oraculis eos admonens, & docens de rebus optimis. Quod quidē ciuis vel inde facile est existimare & credere. Angelū enim Dominum, vel etiā Deum appellare, cōsuetudo scripturæ nō est: sed ita simpliciter, nudo scilicet nomine, angelum: illum verò semper insignibus & excellentibus extollit & celebrat nominibus, Deúmq; & Dominū apertè & clarè vocat. Itaque Verbum, quod colimus, æternum, & seculis tē- C poribúsq; vniuersis antiquius fuisse, & veteribus olim, etsi non omnibus quibusdā tamen, in mysterio apparuisse, paucis hisce dictū esse satis sit.

Quam ob causam non citius Seruator Christus, sed in postrema temporum ætate, hominem assumpserit: & de perpetuo & sempiterno eius regno. cap. 3.

MInimè verò mirari oportet, non dudum antea, ita vt nunc, omnibus hominibus & gentibus Christum innotuisse. Doctrina enim Christi omnium consummatissima atque perfectissima, omnique sapientiæ & virtutis genere absolutissima, non apta, opportuna & congruās omnio veterum hominum vitę & moribus fuit. Quandoquidem à primis statim initijs, qui in corruptibilē senioque expertem & beatā vitam receperat, primus videlicet homo, & generis nostri autor, minimū dari præcepti memor, immorralē fatali commutauit vitā. Qui verò ex eo sunt progeniti, longè deteriores, vno atq; altero excepto, agrestam quandā, ferā & prope beluinā omnes, appetitionū suarum impetu ducti egerūt vitā. Non itaque illi verbes condidere, nō artibus aut doctrinis scientisque ingenia excoluere, lōgè etiam à legibus diuinis, cultibus & institutionibus abfuere. Virtus porrò & philosophia ne de nomine quidem apud eos notę fuere: sed perinde atque quidam Nomades, palantes in solis lucis vixere, & insita sibi à natura rationis semina corrumpentes, ac vitio situ tem malitiámque omnē * ex liberi arbitrij sententia refingētes, quicquid esset pessimum, timore depositò peregere: vsque adeò, vt quandoq; quidē ad

Quare primus hominibus filius Dei Christus Iesus, non ita clarè, vt nobis, innotuerit.

Parentum nostrorū primorū lapsus.

Primæ ætatis hominum rudes & malitiosæ.

mutuas cædes & homicidia inter se armati cōsurgerēt, aliquādo verò Deo bellum inferre inciperēt, supérque terrā munitiones & muros construere aduersus cœlum, & caput ad id illidere, ac in tantum denique inexpugnabilē vim & potentiam in se prouocare atq; excitare auderent, vt ad coercendam eorum simul & præfractam temeritatem, & inane inutiléque cœptum, tanquam pernicioſam nocentis herbę syluam per vniuersam terram effusam, deus nunc immensis aquarum diluuiis vindicare, nunc horrendis ignis imbribus & immanibus fulminum ictibus compescere, & violētum malignitatis eorum impetū opprimere aggrederetur: & præterea fame simul & peste, & variis bellorum generibus ad indecētem & importunā malorum molitionem tollēdam vteretur: tantámque animorum (vt ita dicam) luem, impunè omnia depasci erem, grauitérque inualescentem, efficacioribus repurgaret remediis & pœnis. Posteaquam igitur tanta malignitas, vitorúmq; omnium grauedo, perinde atque damosa quædam ebrietas, per omnes fere est grassata, caliginémque eorum animis offudit ipsum omnium optimum Dei Verbum magnitudine bonitatis propriq; coactum, nunc per naturę legem nunc per angelorum aduentum & præsentiam, quandoque etiam per se ipsum myslicis quibusdam & arcanis apparitionibus pan eis quibusdam qui antiquitùs pietate & amore Dei clari exiterunt viris, alicubi se exibuit, hominis forma assumpta: quòd aliter id ipsis aspicere concessum non esset. Quum porrò satis ad eum modum per diuinos illos viros in multos homines pietatis cultúsque Dei coniecisset semina, & gens tali cultui dedita paulatim in dies magis magisque in vnū coalesceret corpus, & quasi germen quoddam radice sua, Abrahamo nati cognosceretur, ei genti quæ & antiquitùs, & nō ita pridem vita & morib. tirè exculta esset legem per Mosem, perinde atque quendam ducem & manu ductorem, ad præstantiorem pietatem, Deíque cultū, tradidit: symbola & signa, figuraque & imagines sabbari & circuncisionis, & alia quædam elementa seu principia diuinorum con- *Lex inducta, Abrahæ posterea cæremonias, non apertas illas & claras, sed obscuras, renues & vmbratiles illis ostendens & præbens. At vbi deinceps lege vbique diuulgata, ex dura illa & agresti vita homines paulatim ad humanitatem sunt exculti, & ad philosophādum animū adiecerunt, inuicémque amicierunt (pædagogo & doctore lege quasi regula sitis fieri per Moſen data.* stabiliórque Dei patris noticia apud eos radices egit, aptique iam & idonei tanquam ad semina maiora Dei cognitionis suscipienda fuerunt: tū idem illud rursum, quod antea virtutis semina seuerat, Dei Verbum principij expers, seculáque præcedens, quandoquidem aliter fieri non potuit, vt hominum genus tandem prorsus ab interitu

Verbum & filius Dei subindè caliginosam hominum malitiā disepsit.

* *Homo doctus abundè*
Linguis difficilis, vndis atque imbribus ignis,
Et legis scriptæ tabulis, & carmine Varum,
Cuncta nec haud potuit primi depellere vincla, &c.
Greg. Nazanz.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

fusa ei liberaretur execratione & pernicie & ad A immortalem illam atq; beatã reduceretur vitam postremis temporibus, Romanorũ Imperio orbem obtinente natura & conditione nostra accepta, nulla re à nostra (fatalibus † duntaxat peccati inquinamentis exceptis) differente, ea & fecit & pressum est, quæ quum erat Deum facere corpore, in hac vita, peregrè versantem. In qua ille natiuitatem mirificam, opinionémque omnem excellentem, cõuersationémque insolitam, & doctrinam nouam, omnique naturæ miraculo superiorem mortem & sepulturam & resurrectionem rediuiuam exhibuit. Que omnia singillatim vaticiniis prophetarum prædicta fuerãt & promulgata. Quemadmodũm & regnum eius in fine seculi diuinus Daniel spiritu liberiore & puriore perspexit, & hisce verbis humano more visionem eam descripsit: Spectabam, inquiens, donec throni ponerentur, & antiquus dierum B consedit. Et commemorans res ipse suas, infert rursus: Iudicium consedit, & libri aperti sunt. Et deinceps: Spectabam, inquit, & ecce cum nubibus cœli tanquam filius hominis ueniens, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectum eius adductus est, & ipsi traditus est principatus & robur & regnũ, & omnes populi tribus, & linguæ seruient ipsi. Potestas eius potestas sempiterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur. In quem verò alium hæc quadrẽt, quàm prorsus in Seruatorem nostrum Christum, hominis filium, propter postremam ipsius per assumptam carnem a humanitatem, per oraculum propheticum nominatum?

† πλὴν τῶν ἐπιγενομένων ἁμαρτιῶν. Oeconomia christi in mũdo.

Regnũ christi sempiternum.

Tanquã filium hominis

* Nominis ergo

Submittens decus, immutabilis, æthereúsque
Ætherei effigies, hominum sub lege creatus:
Non hominum de more tamen, caro matris ab alvo
virginis intacta: sancta (mirabile dictu),
Credere quod nequeant infirmi, prodiit idem
et deus & mortalis homo, dum iungit in vnum
Naturam geminã, hanc manifestam, illámque latentem
Qua Deus vsque fuit, nebu ablam ille recepit,
Visceribus Deus humanis cùm conciperetur,
Vnus utrinque, Deus, reu Christus numine mixtus,
Atque Deo mortalis homo sic subsistit ipse.
Gregor. Theologus.

Quæ dicat hic filius hominis, & propter Adam, & propter virginẽ, ex quibus exstitit ex illo quidẽ tãquam primo maiorũ parente, ex hac autem tanquã matre lege & naturæ generationis. Theolog.

a Quod nomina Dei, eiusdémque hominis verbi, Christus scilicet & Iesus, longe antea ab ipso vsque Mose symbolicè, & sub certis indiciis in honore & precio fuerint: propterea & sacerdotes ipsi, & reges, & prophetæ, Christi, per adumbrationẽ quandã sunt dicti. Ca. 4.

REliquum est vt demonstremus, ipsum æternum principióque carentem Deũ verbum D non solum antiquitùs piis, Deóque charis hominibus cognitum, suóque tempore apud nos corporaliter, tanquam * peregrinum, versatum fuisse: verumetiã diuinas eius appellationes, Iesu scilicet, & Christi, nõ nobis solis, sed, & veteribus prophetis in maximo habitas esse honore. primũ liquidẽ magnus ille Dei spectator Moses, quum imagines & symbola signáq; quædam arcana & noua, iuxta typũ & figuras quę ei in mõte diuinum ostenderat oraculũ, instituerat, pontificem Dei fratrem suum Aaronem promulgauit: excellentémque ei honorẽ, præeminentiam, & gloriã tribuũs, Christũ & vnctum Domini pronunciauit: & nomen id illi accommodauit, arcanè per

* ἐπεδήμουν.

Christi nomen veteribus Hebræis cognitũ, & in magno habitũ honore.

* ἅγιον μυστικὸν ὀνομα Iesu.

mysterium celebrans & cohonestans appellatione eam, illúdque diuinando adumbrãs, diuinũ quiddam & excellens esse, * ducem & principẽ. Porrò Iesu quoq; cognominationẽ ipse primus diuino afflatus spiritu quum nunquã antea hoc nomen auditum fuisset, filio Nauæ soli sapiẽter indidit: veluti præcipuũ, & regio diademate præstantiorẽ perfectioremque honorẽ illi habens, quem per symbola cognouerat, post obitũ suum imperium in omnes suscepturum esse. Imaginem enim Iesus Nauę filius, Seruatoris nostri ferebat qui vnus post Mosen atque consummationem symbolici vmbratilisque cultus illius, regnum veræ & illustris pietatis, manifestò suscepit. Mosen itaque, vt dixi, distinctis Seruatoris nostri appellationibus, quas summo honore & gloria extulit & condecorauit, pontifici quidem, Christi: successori verò suo duci, Iesu nomen magnificentissimè, non sine arcano & ingenti mysterio, seruator nostri tribuit. Quin & alij post illum prophetæ, apertè & significanter admodum, Seruatorem Christũ nominarũt. Spiritus enim, inquit Hieremias, ante faciem nostram: Christus Dominus comprehẽsus est in corruptionibus eorũ. Et Dauid: Astiterunt, ait, reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christũ eius. Quibus verbis deinceps illa infert: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc ipsum porrò Christi veneratione dignum nomen, non solum ex qui sacerdotio cohonestati essẽt, sacrificio exornauit oleo, idq; per symbolũ: sed & reges ipsos. Diuino enim hoscę iungentes spiritu, quibus id fuerat commissum Christos per imaginem & faciebãt, & vngebãt. Quandoquidẽ & regibus omnino typi quidam C & figurę inerant veri regni & potestatis Seruatoris nostri Iesu Christi in omnes. Cęterũ & prophetas quosdam Christos esse, diuini spiritus instinctũ percepimus. Etenim ij omnes, ad vnicum Pontificem omnium, & creaturæ omnis regẽ ipsumque prophetarum Prophetam, Seruatorem Christum, respectũ suum habuerunt. Id illud ela rissimè ostẽdit, quòd nulli omnium Põtificum, sa Regum, & Prophetarũ, qui symbolicè huius nomine vncti honoratiq; sunt, tanta diuinę virtutis vis fuit & potestas, quàram scilicet Dominus noster Iesus, & reipsa verè † Christus, natiuam & christa proprium eam habens, ostendit atque exhibuit. Sed nulli etiam ex omnibus hoc cõtigit, vt eos † saluator qui se illis vt subditos subiecerũt, imaginario & fier vmbratili nomine Christianos cognominarent: dicitur, quum illi tamẽ ad ingentẽ gloriam & honorem processissent. Iam nec alij cuipiam tantus etiam ea post obitũ arributus est cultus, & venerationis honor, vt pro eius nomine ipsam quoque vitam aliqui nõ grauatẽ vilem habuerint, admiserintq; Insuper neque circa quenquam à mundo cõdito, tanto motus & concussio habitabilis terræ, quãtus circa eum, fuit. Enimuerò fieri neutiquã posse, vt vis & virtus typi atque imaginis tãtum perficiat, quantum nimirũ veritatis ipsius repręsentatio & exhibitio, ea quę in Seruatore nostro est perspecta potestas, manifestissimè cõprobat & declarat. Qui quidem quum nihil eorũ quę magnifica & præstabilia habẽtur, à quopiam ac † τὰ κατὰ Seruator noster verissimus & ipsissimus est christus, in quo nihil imaginarium aut fucatũ reperitur.

3 * ἅγιον μυστικὸν. itidẽ nomen Iesu.

Seruatoris nostri gessit.

seruator nostri apertè & significanter dictus.

Sacerdotes olim & reges christi.

Prophetæ etiã quidam.

christianorum in christum fides vindicatur.

† τὰ κατὰ λόγον ἐστὶν ἀκριβῆ.

Ex hoc capite dij omnes discere possint quid sibi velit Paulina illa cõclusio: Arbitramur fide iustificari hominẽ absque operibus legis. Rom. 3.

2. de filio.

cepisset

cepisset: sed neque genus † fortasse ex sacerdotũ A ordine duxisset, neque opibus aliquibus ad regnum euectus esset: neque propropheta, vt veteres illi, se gessisset, neque dignitate aliqua à Iudęis auctus esset, quãuis per se ipsum reuera omnia à Patre, & non per symbola aut figuras haberet: Christus tamẽ prę omnibus illis maximè est renũciatus, atque declaratus: & cum orbe habitabili vniuersò cognomen simul suum, simul & veneranda & sancta instituta moresque suos cõmunicauit: non vmbras, typos', & imagines, vt antea factum fuerat, rerum pulcherrimarum, sed manifestas ipsas & veras virtutes exhibẽs vitámque quandã sublimem & cœlestẽ, vnà cum veritatis dogmatibus, eis qui sacris eius initiati essent, relinquẽs, ipsissimus scilicet & verissimus Christus perfectissimũ dei verbũ, qui nõ facticio perinde atque reliqui sed diuino naturaliter vnctus esset spiritu. Cuius rei certissimam fidẽ facit illud Esaię verbũ: Spiritus Domini super me, propterea quòd vnxit me: & quę sequũtur. Rursus illud diuini dauidis: Propterea vnxit te Deus deus tuus, oleo exultationis, prę cõsortibus tuis Vbi id etiã quòd lõgissimè eis præstet, qui quondam imaginariè vncti fuerant, latis subindicat & describit. Idem Dauid alibi quoque: Tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinẽ Melchisedech. Qui introducitur, nõ facticio oleo ad sacrorum C ministerium vnctus, neq; quicquam ad Hebræorum sacerdotiũ pertinẽs: qui Catalogũ & genis concatenatã continuationẽ soleniter perscribebantur. Quapropter secũdum ipsius ordinem non autem iuxta aliorum qui symbola, typos & figuras acceperant, ritum, Christus & Pontifex, recepto iureiurãdo, Seruator noster est promulgatus. Vnde illum neque corporaliter vnctum, neque ex sacerdotali tribunatum, qui attentè & diligenter historias legendo obseruarit, inueniet quippe qui ab ipso Deo & patre, ante secula cõdita, sempiternũ ab æterno & in æternum sacerdotium, tanquam munus quoddã & honorem præcipuũ obtineat. Illud quoque non minus est incorporeæ diuinitũque aduenientis vnctionis signũ & indicium, quòd hũc ex omnibus vnum, per omnẽ terram, Barbari simul & Græci, Christum nominant. Et qui tam inde à tẽporibus eius ad hunc vsq; diẽ, in eum credunt, vt verũ Deum & regem vnicumque põtificem Dei & Prophetam eum colunt & venerantur: quique († quod orationem & rationem omnem excellit) nomine eius censentur, persuasum illud habẽt, vt non labiis tantum & verborum strepitu illũ, sed omni prorsus animi affectione & virtute colant: vsque eò, vt de facili consilium capiẽt & statuant, & ipsam propter eum ponere animam & vitam.

Christum sacerdotes secundum ritum Melchisedech.

Christi sacerdotium sempiternum.

christianorum in christum fides vindicatur.

† πάνυ λόγῳ ἐστὶν ἀκριβῆ.

Quod Christi doctrina, & vita ex præscripto Euangelii Christiana, cum ipso hominum genere exiterit, & quòd ea antiquitus in sanctis & Deo dilectis hominibus efficax fuerit: quod ipsum & Abraham declarauit, fide iustificatus ante circumcisionem. cap. 5.

SVb hęc, doctrinam Seruatoris nostri nõ nouam ac recentem, posterioribúsve temporibus à quopiam, qui minimùn multis præstet, institutã: sed potius quantũ dicere possum, à prima hominum origine, lege naturæ, antiquitùs à piis Deique amantibus, & iustis viris, rectissimè tractatam: disciplinæq; eius morẽ, vnà cum pietatis & religionis dogmatibus, tempore, genere humano æqualem cognitum, & non nuper admodum inuentum atque excogitatum esse, æquum est visum astruere. Et quòd nos quidem recentes omnino, nouo nomine, vt Christiani vocemur, heri quodammodo & nudius tertius aucti simus, satis constat. Cæterùm quòd in ipsa Seruatoris apparitione, quæ clara & illustris prorsus coaluit gẽs, non exigua illa & infimũ locum obtinẽs, neque in vno aliquo orbis angulo collocata, sed quę ferè vniuersam peruaserit terrã: ob eámque causã quùm pietate in Deum excellens, tum ope diuina inuicta futura est & incolumis, ad eius specimẽ, cuius nomine gloriatur, eiusdémque mores & instituta, longè etiã antea cõfirmata sit, quoad eius fieri poterit, ostendere conabar. Id quod prophetæ etiã cuidã, vt quod B omnino futurum esset, diuino spiritu illustratus videret, & quasi mente cõsternatus prædiceret, cõtigit: Quis audiuit talia, & quis sic vidit? Si paturiit terra die vno, & si gens progenita est nixu vno. Deinde futurã quoque indicat appellationẽ Seruientibus autẽ mihi, inquiens, indetur nomẽ nouũ, quod benedicetur in terra. Genus equidẽ hebræorum veneratione dignum est prorsus, vetustate nimirum insigne & præstãs. In eo genere raros quidem illos, sed tamẽ in Deum amore, iustitia, & cæteris virtutibus excellẽtes viros fuisse, publicis scriptorũ monumentis est testatũ, & ante & post vniuersale orbis diluuium. Inter eos Seth, & Enos, & alij, ipse Noë cum liberis nepotibúsque & posteris suis: atq; horum vnus etiam Abraham fuit, quem progenitorẽ suum hebræi gloriabũdi iactant: cumq; iis vnà, qui cognationę genus illius attingunt, & amplum iustitiæ, religionis & pietatis in Deum in testimoniũ reportarunt. Quod si quis ab ipso Abraham, & posterioribus ab eo tẽporibus, ratione inita ad primũ vsque hominẽ recurrat, quamuis non nominis ipsius appellatione, sed tamen re omnes ipsa, de quibus testatũ aliquid sit, Christianos inuenier. Quicquid enim complectitur Christiani nomẽ, vt scilicet obtineas hdei & doctrinæ Christi cognitionem, vt sobrietate, temperantia & iustitia polleas, vt sanctiorem vitã virrutémq; virilis & magni animi perpetuo tenore constanter continues, interitúsq; & impauidus in professione pietatis in Deũ per omnia perfistas: id omne nõ minus atque nos, illi quoque prestare studuerũt Non enim illis admodũ curæ fuit vel circumcisio, vel sabbatorum festorúmque dierum cæremonia, vel etiam alimentorum & ciborum obseruatio & delectus aliarúmque rerum discrimen, quæ Moses primus vt symbola & imagines instituẽs, posteris suis per manus tradidit: & ne nobis quidẽ obseruãdi ea necessitas imposita est. Certò autem & liquidò illis constitit, ipsum Christũ Deum visum esse ab Abrahamo, eundẽ respõsa dedisse Isaac colloquutũ esse cum Iacob cum Mose autem, & qui post eum fuerunt Prophetis, sermonem contulisse: pro eo atque id tacræ indicãt scripturæ. Quam ob causam & illos omnes obscura quadam & tenui nominis sui appellatione dignatus est. Iuxta illud oraculare verbũ Noli tangere Christos meos. Et itẽ aliud: Et in prophetis meis ne malignemini vt iam summatim dicere & colligere liceat, quã anti-

In quibus reb. consistat christiani hominis professio & fides.

Sine operibus legis. Rom. 3.

Ritus & cæremoniæ veteris testamenti symbola & vmbræ rerum aliarum fuere.

Veteres christũ cognouerunt.

Eadem fuit Abrahæ fides, cum ea quam Christus ipse docuit.

quitùs Abrahæ ostendimus fuisse erga Deum E pietatem & religionem, eam non aliam fuisse ab ea quam nuper per doctrinam ipse suam Christus in omnes vbique vulgauit gentes. Neque huic rationi quidquam illud obest, quòd is lõgo post tempore circoncisionem acceperit. Ante hanc enim ipsam fide iustificatum eum fuisse, testimonio scripturæ comprobatum est Quod per illud astruitur. Credidit autem. Abraham Deo, & imputatum est ei ad iusticiã. Porrò eidẽ etiámnum incircunciso, oraculo diuino (fuit autẽ id ipsum Dei verbum Christus) de eis qui eodem quo ipse modo in futurũ iustificari deberent, talibus est renunciatum verbis: Et benedicentur in te omnes tribus terræ. quod sanè ipsum in nobis consummatum esse, satis constat.

Iustificatio Abrahæ.

Sicuti Abraham, ita & Christiani iustificantur.

Fides iustificãs Iustificationis in Abraham.

Sicut enim ille fide, quam apparenti sibi Verbo F Deo habuit, iustificatus, pristina vita patriáque religione relicta, ac professione pietatis omni, in vnicum rerum omnium gubernatorẽ & Dominum Deum collata, non Mosaicę illum legis cęremoniis, sed virtutis factis coluit titidẽ & in prę sentia, eundem ipsum pietatis erga Deum ritum, per habitabilem terrã omnem, apud solos Christianos in vsu esse, manifestò satis apparet. Vtiã nihil obstet, quin colligere inde & concludere possimus, vnam eandémq; & nunc esse, & olim fuisse viam, & nobis Christianis, & qui antiquitùs ex præscripto Dei vixerunt omnibus: neque nouum aut peregrinum esse institutũ nostrum, sed (siquidem liberius dicẽdum est) primum hũc esse & solum verúmque Dei cultum, qui per Christum est: qui cultus olim quidem tenuiter & obscurè sit exhibitus, nunc verò tanquam G quædam fax lucidior orbi vniuerso illuxerit.

Christiana pietas & religio omnium ansiquissima.

* *Hæc quæ est in præputio fides, finem coniungens principio, & prima & nouissima facta est. Et enim & ante circũcisionẽ erat in Abraam & in reliquis iustis, qui placuerunt Deo. Et rursus in nouissimis temporibus orta est in humano genere per dominũ aduentũ vren. li. 4. ca. 42.*

Historia breuis succinctè res Hebraicas exponens, vsque ad Herodem aduenam, seu alienigenam, qui Iudæorum regnum optinuit. quæ historia prophetiam illam declarat: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux ex fœmore eius, donec veniat cui repositum est, ipse erit expectatio gentium.

HÆc quum ita sẽ habeant, necessarióque sic sint præmissa, deinceps ab apparitione Seruatoris secundum carnem, tanquam auspicata & felici viæ duce, adiutorem atq; autorẽ ipsum principio Dei verbum, initio eius quæ de eo susceptа est orationis præficiẽs, ne scilicet à veritate aberremus, historiã ordiemur. Paulo verò altius res ipsa repetenda. Gẽs Iudæorum, vt dictũ est, priusquã diuina prouidẽtia Moses dux ei præfectus esset, libera quodammodo & sui iuris fuit & progenitorem iactãs iustum Abraham, tenui cognitione numinis aliis antecelluit populis. Hęc postquã in Ægyptum venit, per Iosephũ, in seruitute ibi fuit annos quadringentos. Inde autem illã eduxit Moses: qui miraculis & prodigiis edendis, in tantum supra ipsius naturę captũ poterat, vt etiam colloquio Dei frueretur, ab eoq; rerũ agendarum consilia & rationes peteret. Prę fuit ergo genti ille, ac rex ipse & idem sacrorum Antistes ius populo dixit. Rerum tamẽ sacrarum curam Aron sortitus est, cõmunicata ei per Mosen tali functione, qui Aaronis frater fuit. Post hũc autem successor eius Iesus Nauę filius, rerũ administrationem suscepit. Deinde rẽ Iudaicam principes rexerũt, Iudices dicti: qui numero duodecim fuerunt, per successionẽ ordine in defunctorum locum surroganti. Postea talem rerũ administrationem ægrè ferentes Iudæi, regem sibi creari depoposcerunt. Et Saul primus eis à propheta Samuele rex Vnctus est, idq; Dauidi filius Salomon. Deinde ordine alij reges, viginti quatuor numero, qui quidem rebus Iudaicis annos quadringentos quadraginta octo præfuerũt. postea quum Babylonis Nabuchodonosor bellicam contra eos expeditionem sumpsisset, vnà cum vrbe templũ est euersum, & populus Babilonem Captiuus ductus ad annos septuaginta. Quum equidẽ Chaldæi siue Babilonij antea idẽ quod Iudæi perpessi fuissent à Medis, bello illis illato, qui ad trecentos vsque annos ferè regnũ vltimũ, cui Astyagis nomen erat Cyaus Persa bello oppressit, imperiúmque à Medis ad persas transtulit, Cęterũ & ij non minus quàm ducẽtis viginti annis imperio potiti, vsque ad Darium Arsanum, ab Alexandro Macedone eo sunt exuti. Qui regno in Monarchiæ formam redctao post duodecimum rerum suarum gestarum annum, vita excedens, amicis suis Macedonibus quorum pars Ptolemæi cognominabantur, regnum reliqui. Ij per successionem tredecim numero Persarũ res obtinuerunt annos ducentos nonaginta tres. Arsaces porrò Parthus Ptolemæo vltimo, qui etiã Dionisius dicebatur, Cleo patre patri in qua postrema Mcedonum apud Ægyptios defecit regnũ, bellum intulit, Parthique Persarum imperium tradidit. Nec ita multo post Macedonũ ditio in Romanorũ peruenit potestatẽ: & inde Parthorũ reges nomen quoq; Arsacidarum habuere. Porrò qui ab Arsace progeniti regnũ optinuere, vsque ad Artabanũ peruenerunt, rerũ administratione annis ducentis septuaginta retenta. post Artabanũ verò, Chosroæ genus Persis imperauit Artaxerxes enim pater Chosroæ Magnus, dolo Artabanũ aggressus occidit: primúsque inter Persas cidarim sũpsit. vnde & apud ipsos celebre magnorũ nomẽ fuit. Alexander autem Mãmęæ filius Romanum administrauit imperiũ quum Parthus adhuc Persis rex præesset. Enimuerò Iudæi à Dario primo, seu (vt alij tradũt) à Cyro, post annos septuaginta, captiuitate soluta, libertate donati, vrbem simul suã & templũ, quæ Dauid & Solomon construxerãt, restaurarũt & patriis sacris, ritibus, atque cæremoniis operati sunt, non regia (vt ante hac) potestate & administratione, sed paucorũ optimatium gubernatione vtentes. Sacerdotes enim res eorum rexerunt. Et ad aliquod vsq; tẽpus saris feliciter atq; ordine res eorũ gerebantur. Postea verò inter potentiores Iudæorũ seditio incidit. quo tẽpore Antiochus Epiphanes de cuncta Syria aduersus Ptolemæũ sextũ bello decertabat. Causa verò seditionis erat, quòd ne

captiuitas Iudæorum Babylonica.

Regnũ Assyriorum, Medorum, Persarum.

Darium ipsum Arsani filium alij dicunt. Iustin. lib. 10.

Macedonum Chronographi Ptolemæos in Ægyptoregnũ se tradunt. an. 296.

Parthorum.

Chronici scriptores Medorum imperium duxisse narrãt annis 265. vel vt alij volunt, 292 Persarum an. 231 Chosroes genus.

Libertas Iudæorum ex captiuitate Babylonica.

Oligarchia & Aristocratia. 1. Esr. 6.

Notabilis seditionis causa apud Iudæos fuit is Ptolemæus Lathyrus secundus.

* *Iustinus lib. 13. de verdica loquens: inter principes inquit, prouincias diuidit, simul vt remouerct amulos et munus imperii beneficii sui faceret. primo Ptolemæo Ægypto, & Africa, Arabiæque pars forte venit & c.*

Bella ciuilia Iudæorum. 1. Mach. 1.

mo optimatium æquali & eiusdẽ sortis homini A subiici aut parere voluerit. Et Onias quidẽ Pontifex, Tobiæ liberis vrbe expulsis, superior erat. Illi verò Antiochum Epiphanem aduersus vrbẽ dũxere, iam pridem sua sponte cõsilia eo animo agitantem, & tãquam cupiditatem parturientẽ, vt vrbe eorum potiretur. Ducibúsque illis vrbẽ cepit, prædam multam egit, templo quoq; Dei spoliato: & religionem omnem cum victimis & ceremoniis sustulit, ad annos tres cum dimidio. Prætercrant tum annum trecenti quinquaginta quinq;, ex quo populus Babylone redierat. Sed enim Onias ad Ptolemæum profugit, qui tum ab Antiocho dissidebat, & in Heliopolitarum agro vrbem aliam & templum condit, structura omni ad eã quę Hierosolymis erat, conformata. Antiochus porrò ex luxuria & intemperãtia maiorem in modũ arrogãs, Iudæis persuadet, vt patrios ritus despiciant, sues ad aras pro victimis immolent, infantes incircumcisos relinquãt, denique vt cultum legis omnem tãquam rẽ nihili despuant, mandat. Bacchides autem quidam, impietatis eius administer erat, vir qui ad summã insaniam nihil fecisset reliqui. Hunc Matthias Assamonæi filius (fuit is ex sacerdotibus vnus, ex vico cui nomen erat Modeim ortus) armatis secum quinque filiis occidit: & per metum, loca superiora capit. Vnde postea manu armatorum contracta descendit, prælióque cõmisso Antiochum vincit, fœdissimẽq; vrbe expellit. Is popularibus suis, vt princeps, non inuitis præest: breuíque moritur, Iudæ maximo natu filio rerũ administratione relicta. Iudas porrò Antiochũ timẽs (minimè enim illum quieturũ putabat) militẽ ex popularibus conscribit: & primus legatis Romã missis, cum Romanis ducibus pacẽ fœdúsque pacificitur. Idem pro insigni pietate sua templum simul repurgat, & vasa noua ad sacrificiorũ vsum procurat. Interea Antiochus moritur, & filius eius (Antiochi ei quoq; nomẽ fuit) cũ maximo exercitu contra Iudęos progreditur, prælioque cõmisso retrocedit, & patrẽ copiarũ ad obsidionẽ vrbis relinquit. Ibi Iudæ in prælijs omnibus virtus in primis enituit. qui quum fortiter dimicãs, multos ex hostibus ferro cecidisset: tandem ipse quoq; cæditur, cumq; eo frater Ioannes. Eius fed enim potestas ad Ionathã, fratrem quoque eius, peruenit: qui magis etiam cõfirmata cum Romanis amicitia & societate, fœdus insuper cum Antiochi filio init: apud quem quũ pro hospitij atque amicitiæ iure versaretur, à tutore eius Triphone necatur. Simon porrò frater in locum eius succedit: & rem strenuè gerens, Antiocho se belli societate coniungit, cõtra Triphonem, qui ei bellũ intulerat, ducenti. Cæterũm quum Antiocho in Triphone opprimendo egregiam nauasset operam, postea illum minimè amicũ sibi esse cognouit. Ille enim Cendebæo duce misso, & terrã Iudæã vastare, & Simonem captũ ad se addũcere iussit. Sed enim Simon Cendebæũ cum exercitu plurimorũ milliũ aduenientem, prælio & conflictu omni fortissimè vincit, popularesque suos à vi & impetũ Macedonum liberat, post annos centum septuaginta* & pontifex creatur. Sed breui. Postea & ipse Simon à genero Ptolemæo in conuiuio interimitur. Ptolemæus sanè vxorẽ quoque eius,

Idem etiam templo imposuit. Ioseph. lib. 12. cap. 6.

Antiochi fœdissima apud Iudæos tyrannis.

Hic Matathias in libro Machabæi dicitur.

1 Mach. 8.

Antiochus Eupator.

Antiochus Soter.

Triphon, interfector Antiochi, regnũ 55 annis annauerat. Iustin. lib. 36.

Exemplum violati iuris hospitij.

Antiochus Sedetes.

Fœdus violatæ societatis belli. Ioseph. lib. 13. cap. 11.

* *Ex quo scribere illi apud Ægyptios regnare cœperũt & Syros.*

& duos filios, in vincula cõiicit: & percussores, qui Ioannem tertiũ filiũ (erat huic quoque Hyrcani nomen) necarẽt, disponit. Sed ille Hierosolyma profugiẽs, structas sibi cædis insidias effugit: & paterno per successionem pontificatu accepto, gratiisque per sacrificia Deo actis, quãta potest celeritate cõtra Ptolemæum progreditur, auxiliũ matri & fratribus laturus. At illos Ptolemæus, vt Hyrcano ægrè faceret, occidit. Porrò Antiochus iunior indignatione simul & recordatione earum rerũ quæ à Simone Hyrcani patre perpessus fuerat, cõmotus, aduersus Hierosolyma exercitũ iterum ducit. Hyrcanus autẽ, Dauidis recluso sepulchro, obsidionem vrbis trecẽtis redemit talentis. Post hæc, quum prosperis vteretur rebus, & lõgè latéque ditionẽ suã propagaret. Aristobulo & Antigono filiis eius cum eo rem militarẽ administrãtibus, inuidia populariũ quàm maxima cõtra eum est exorta: qui tamẽ apertè cõtra susceptо bello, occubuere. Sed enim Hyrcanus, qui & Ioannes dictus, sanctis feliciter peracta vita, quinque relictis filiis, & optimè repub. annis triginta tribus gesta, vitam finit. Eius deinde maximus natu filiis Aristobolus, administrationem rerum confestim in regni formam redigit, & primus sibi diadema imponit, post annos quadringentos septuaginta & vnum, & menses tres, ab eo tempore, quum populus seruitute Babylonica liberatus, in patriam suam rediit. a Atque hic quidem matrem fame enecat: inox quoq; fratrẽ, quẽ maximè dilexerat, Antigonum. quomodo autem ea ædes peracta sit, Iosepho eam cõmemorandam relinquimus. Sed enim quum non vltra vnum annum rebus præfuisset, moritur. Cuius vxor fratres eius ex custodia & vinculis emittit: & alterũ, qui ætate grandior videbatur. Alexãdrum nomine, regem constituit: qui mox alterum regnum affectãtem, trucidat, tertium verò, qui ociosam sibi delegerat vitam, priuatum agere patitur. Alexãder iste, cum Cleopatræ filio Ptolemæo, cognomento Lathuro, prælio congressus fortiter victorem reportauit: & Ptolemæus à matre Cleopatra pulsus, in Aegyptum profugit. Alexãder autem, quũ populares grauibus affecisset iniuriis, adeò vt octingentos in crucem egerit, quartana febri confectus, vitã finiens, coniugi Salinæ, quæ etiã Alexandra dicta est, regnũ reliquit. Eodẽ tẽpore & Damasceni Aretam Parthum contra Ptolemæum ducunt, & Cœlesyriæ regem cõstituunt: qui victoria contra Iudæos potitus, inde ex pactis conuentis retrocessit. Salinæ duo erant filij, quos Alexandro progenuerat. Ex iis ætate proiectiorem, cui Hyrcani nomen inditum erat, defidem, & ad res gerendas minimè idoneum, põtificatu cohonestat: alterum verò Aristobulum, propter animi & corporis vigorem, priuatũ esse iubet. Qui deinde, quum mater Alexandra grauiter ægrotaret, occasione ea arrepta: & eorum manu, quorum sibi studia conciliauerat, coacta: magnáque pectiniæ vi parata, regem seipsum renunciauit. Et Alexandra, priusquã rem pro arbitrio suo cõposuisset, è vita migrauit. Et cõflictu inter fratres cõmisso, ab Hyrcano ad Aristobulum multitudo defecit. Ita Hyrcanus vel inuitus fratri regno cedit, & priuatam sibi vitam degendam sumit. His ita gestis, quum multis aliis, tum

Exemplũ crudelissimũ hospitij & affinitatis violatæ.

In festo tabernaculorum Antiochus Hyrcano in hoc ipsum taurum donẽ dedit. Ioseph.

Hyrcanus Idumæã subegit, & Iudaicis legibus & viuere permisit. adẽ Ioseph. a Aristobulus parricida.

Hic etiam primus apud Hebræos peregrinum militem alere cœpit. Lib. 13. c. 28.

Alexãder iste propter crudelitatẽ Truncida cognominatus est Ioseph.

Sub Alexandra Pharisæi rempublicam Iudæorum administrarunt. Idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antipater Herodis pater.

maximè Antipatro, qui Herodis pater erat, metus incessit. Inimicitias enim cõtra Aristobulum gerebat. Hyrcano quàm maximè amicus. Et reuerà is genus traliẽs, opibus & splẽdore apud eam gẽtem facilè princeps erat. Is itaque Hyrcano autor fuit, vt ad Aretam Syriæ regẽ se conferret, & auxilia ab eo ad regnum recuperandũ peteret. Et Aretas quidem Hyrcano subsidiũ ferẽs, regnum & ipsam vrbem illi restituisset, nisi Põpeius aduersus Tigranem in Armenia bellũ gerens, id prohibuisset. Ad quẽ Antipater & Hyrcanus profecti, et persuadent, vt Aristobulũ cõtemnat, & se Hyrcano, qui iniuria esset affectus, coniungat. Ita Aristobulus vnà cum vxore & liberis vincitur, Hyrcanus autem in regnum restituitur: quum quidem * Pompeius vrbem ipsam deuastasset, & res sacras arcanâsq; in rẽplo omnes explorasset, vectigálq; Romanis pẽdendum Iudæis imposuisset. Pompeius verò Aristobulũ, & Alexandrum filiũ eius, Romã secum ducens, profectus est: Scauro administratione Cœlesyrię permissa. Eidẽ Pompeio, idoneus & vtilis visus est Antipater Romanorum exercitui, bellũ contra Arabes gerenti, & inopia rerum necessariarũ laboranti, quòd is per Hyrcanum commeatũ in castra subueheret. Interea Aristobuli filius Alexander à Pompeio profugit: & satis magna collecta manu, negocium periculúmq; facessit Hyrcano. Sed à Gabinio captus, postea quietus fuit. Enimuerò Gabinius Hyrcano cura tẽpli demãdata, reliquam rerũ administrationẽ ditioni optimatiũ cõmisit, & gentẽ vniuersam in quinq; cõuentus distribuit: Iudæiq; vnius tandẽ dominatione liberati, deinde optimatium gubernatione ritè regebantur: nec multo postea intercedẽte tẽpore, & Aristobulus Roma profugus, exercitu ex eis qui nouãdis rebus studerẽt collecto, graui pugna cũ Hyrcano decertauit: sed Romanis Hyrcano opem ferentibus, à Gabinio, qui tum proconsule exercitui præerat, Aristobulus & victus & captus, & vnà cum filio Antigono Romam rursus abductus est. Hyrcanus autem & Antipater, Gabinio, qui tum † ad Ægyptũ quæ ad Euphratẽ est, castra habebat, pecunias, frumẽtum, arma, & auxiliares copias summittere nõ intermittebant. Deinde Crassus quidẽ Gabinio, huic autẽ succesſit Cassius. Hic autore & suasore Antipatro, quicunque essent factionis Aristobuli, atq; inter hos Pitholaum, interficit. Antipater verò ex Arabia vxorẽ ducit, Cyprum nomine, ex qua quatuor filiorũ fuit pater, quorum nomina erant: Phasaelus, Herodes rex, Iosephus, & Pheroras. Sed enim potentissimos quosque muneribus sibi cõcilians, potissimũ per cõiugem suam, Arętæ Arabum regi se familiariter insinuauit. Et Aristobulũ timens, liberos suos illi, depositi statu, commisit. Cæsar porrò, quum Pompeius Roma * ad Ionium profugeret, Aristobulum libertate donatũ, in Syriã dimisit. Sed effugere nõ potuit, quin veneno necaretur à Pompeianis: cuius cadauer in Melita repositum, ab Antonio

* At Cn. Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. In primis hoc, vt multa alia sapiẽter, in tam suspitiosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Non enim credo religionẽ & Iudæorum & hostium impedimento præstantissimo Imperatori, sed pudorem fuisse. Cicer. pro L. Flacco.

Ioseph. Arabum rex exercitu, de bell. Iudaic. libro 1. cap. 12. Ioseph. libro 14 cap. 9. Paulo post M. Crassus eundo ad bellũ Parthicum, pecunias, quas Põpeius nõ tetigerat, è templo abstulit. Ioseph libro 14 cap. 14. Hanc nonulli interiorem Syriam vocãt. Romanorum primus Cn. Pompeius Iudæos domuit, templumque iure victoriæ ingressus est. Inde vulgatũ nulla imus Deum effigie vacuum sedẽ, & inania arcana. Tacit. lib. 21. Sed is infeliciter aduersus Parthos pugnauit. Perit in eo prælio filius eius, & ipse cum vniuersa ferè exercitu, vt latius in Crasso, & Pompeio.

Τῶν ἄνω τῶν πρὸς Εὐφράτην. Cassius Syriæ prætor. Parthes Syria expulit. *Eutrop. lib. 6. Suscepit præterea ex ea filiam Salome.*

* πρὸς τὸν Ἰόνιον. *Rgesip. lib. 1.*

Ptolomæi impiæ cęstæ nuptiæ et parricidiũ.

Et quum Malichus quidã Antipatrum Herodis patrem veneno sustulisset, ipse quoq; ab Herode filio occisus est. Vt verò Cassius quoq; ab Antonio & Augusto Cæsare cæsus est, & Augustus quidẽ Italiam obtinuit, Antonius autem Asiam recepit, venerunt Hierosolymis ad Antoniũ legati, Herodẽ & fratrẽ eius accusantes, quòd scilicet nomine tantum regis Hyrcano relicto, ipsi per vim, rerũ in Iudæa potirentur. Herodes porrò sibi metuens, pecunia Antoniũ aggressus, expugnat, adiuuãte Hyrcano: cuius ex filia neptem Mariamnem Aristobuloprogenitã, post obitum vxoris, quam ex Arabia duxerat, Herodes matrimonio sibi iunctã habebat. Multis itaque Herodẽ, fratréque eius accusantibus, ita querelis eorum animũ Antonius attendit, vt in quatuor ditiones vniuersum paternum regnũ diuisum fratribus traderet. Cæterùm Aristobuli filius Antigonus, qui apud Philippionem minæum fuit, postquam ille è viuis excessit, & Lysanias in patriũ successit regnũ, persuadet Pacoro & Pharnabazo (Parthi hi fuerũt) sub mille talẽtorũ spõsione, vt se in patriã reducãt, Hyrcanũ autẽ pessundẽt. Atqui hic quidẽ, nulla interposita mora, in Iudæam irruptionẽ facit: illi verò breui Hyrcano & Phasaelo captis, Antigono rerũ omniũ administrationẽ tradunt. Herodes autẽ fuga sibi consulens, & Romã ad Cæsarem profugiẽs, fertur: atq; ibi Antonij testimonio cõmendatus Senatui & Cæsari, rex Hierosolymorũ à Cæsare designatur. Itaque vt Roma reuersus, exercitum ab Antonio (circa Syriam is erat) accepit, variis certaminibus cũ Antigono cõgressus, sæpius repellitur. Postea autem Sosio adducto, & multa cæde facta, vi magna Hierosolyma capit. Et sacri templi rebus à direptione conseruatis, Antigonum vinctum Sosio tradit, illúmq; hic statim ad Antoniũ ducit. Herodes porrò rursum suspectã habens

Antipatri mors.

Alij Mariamnẽ Alexandri filiam fuisse dicunt Tetrarchia Iudææ.

Antigonus regnũ Iudææ Parthorũ auxilio recuperat.

Lysanias Ptolomæi Minæi, qui ad Libanum habitauit filius.

Herodes primus ex aduenis Iudæa rex.

habens & metuẽs Antigoni generis nobilitatẽ, ne scilicet ille Romã profectus, iura sua apud Se natum exponeret, & Romani se quidẽ vt primatum & aduenam reiicerent: illi verò, aut fratrẽ filiis eius regnum redderẽt: persuader, corrumpítque pecunia Antonium, vt Antigonum occidat. Sic ille cõfestim secuti percuritur. Hyrcanus verò & ipse à Parthis redemptus, ad Herodem cõfugit: & ille quidẽ eũ in precio primùm habuit, sulpectum autem postea sibi interemit. Postquã verò fratrẽ quoq; Mariamnæ coniugis suæ, quẽ Pontificem arte quadam, per speciem tutelæ & curæ, creauerat, ætatis tempore in solio lauantẽ & natantẽ suffocauit: vnus ipse dominus & rex cunctæ Iudææ factus est. Primùm equidem Antonius illi regnum autoritate sua cõfirmauit. Simulátque verò ille Cleopatræ desiderio & amore captus est, & Cæsar Augustus ad Actinũ prælio cõmisso eũ fortissimè deuicit, atque is in Syriam peruenit, ac paulo pòst Antonius & Cleopatra viuere desierunt: ipse quoq; Augustus Herodi diadema imposuit, regemq; totius Iudææ promulgãs, quũ plures ei alias adiecit regiones, tum Arabię etiã procurationẽ cõmisit. Sed enim vt serenas secundáſque eius res fortuna indignãs acerbis domi casibus vindicarit, vtque ab vxore aduersa pati cœperit, ciuium familiarium, cognatorũmque suorum sanguine pollutus, nũc dicẽdi locus nõ est. Atque hæc sic exposui, vt prophetiam dilucidam clarámque producerem, quę dicit: Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux ex fœmore eius, donec veniat is cui repositum est, & ipse est expectatio gentiũ. Vt nanque, qui à Iuda generis coniunctionẽ traxere Principes defecerint, & vt Herodes ex Idumæis aduena Hebræis rex præfuerit, satis est declaratum, quum scilicet finẽ exitúmque suũ prophetia est consequuta: sicuti paulopost longius progressi, apertioris cognitionis gratia exponemus. Quum enim Augustus Romam reuersus, Romanorum imperiũ in vnius redegisset potestatẽ, quadragesimũ secundum eo Imperij annum agẽte, & quum per vniuersum Imperium edictum promulgatum esset, vt in sua quisque vrbe recenseretur atque describeretur: tum etiam Saluator noster Iesus Christus natus est, idque eo qui opinionẽ fidémque omnem superat modo. Quæ verò genitrix, & qui partus ipsius fuerit modus, inde iam, quàm fieri potest breuissimè, dicam.

Antonius hũc securi percussisse Ioseph. Ioseph lib. 14. cap. vlt.

Herodi ab Augusto Cæsare regnũ Iudæa confirmatum Herodes Mariamnẽ vxorẽ, & amicos necessarios suos occidit. Ioseph. lib. 15. cap. 9.

Quam ob causam hucusque res Iudaicæ sint expositæ. Prophetia de Messiæ natiuitate et aduentu, Impleta.

De sancto Ioachimo & Anna, & de natiuitate atque educari ne sanctissimæ Dei genitricis: in templo, & vt desponsata Iosepho fuerit. Caput vij.

Mariam virginem matrem ante christum Iesum filiũ eius natũ annos xv. genitam esse, chronicis scriptores memorant.

De sanctificatione virginis Dei genitricis sentẽtia est Graecorũ Theologi.

POsteaquam enim perfici atque exhiberi debuit ingens illud, naturámque omnem sõgè superans mysterium, opùs fuit prorsus instruere & præparare vas, quod eum qui incomprehensibilis est comprehenderet. Inuenta itaque est beata virgo Maria, dignũ Deúmq; decens Verbi domicilium, etiam ante natiuitatem Deo consecrata, atque ex membris senilibus & longè à natũræ feruore alienis, tanquam quidam diuinitùs datus fructus producta. a Ioachim & Anna parentum erant nomina. Ambo accuratiore, iuxta præscriptum legis, vita præstantes & clari, nec non primis quibusque & splendidissimis nobilissimísque genere cõnumerati. Vitam autem ad sẽ sectũrem, sine prole edita, produxerant. Erat enim ad liberorum procreationem Anna aluo infœcunda. Et quum ob sterilitatis causam non haberet communes cum matronis & matribus à lege tributos honores, exẽplo matris Samuelis ipsa quoque fit supplex Deo, & in templo sedulò versatur: ne scilicet à benedictionibus legis excluderetur, sed vt ei matri esse liceret, orãs: ac quod paritura esset, ipsi Deo dicaturam se esse vouens. Sed enim diuino nutu, ad eam quam petierat gratiam, Anna confirmata atque roborata, postquam puella è maternis prodiit locis, *gaia.* Mariam eam statim nominauit, ænigmate latenter à Deo acceptam gratiam declarans. Vt verò infans à lacte materno iam abhorruit, & mammam attingere noluit, promissionem mater adimplet: & in templum ascendens, iuxta votum, eam Deo confecrat, tertium iam tum ætatis agẽtem annum. Et sacerdotes quidem tum eum tam quem sanctius quoddam donariũ susceperet, & puellam in sacrario fouendã esse duxêre, ad antiqui illius Samuelis similitudinem. Itaque illa, vt res diuina, intacta, & sacrosancta, in templi sanctiore loco & adytis ipsis viuebat. Postquã autẽ adoleuit, consilium sacerdotes agitarũt, quid de ea statuerent, ne in sacrum eius corpus admittere quicquam viderẽtur. Sacrilegiũ nanque prorsus se cõmissuros putabant, si viro eam coniungerent: atque in seruitutẽ cõiugalis legis redigerent, quæ semel Deo dicata esset. E diuerso autẽ puellam eo ætatis flore, in sacratiore tẽplo versari, nec permissum lege putabant, nec rem satis honestam & decoram esse videbãt. Sæpe itaque & multa re deliberata, diuinitùs eis per inspirationem ostenditur, vt eam alicui, qui ad rẽplum sedulò esset, sponsæ nomine committerẽt. Eum verò talem esse debere, cui rectè virginitatis custodia demandaretur. Porrò non alius ipso Iosepho visus est esse magis idoneus, ad solorũ spõsalium coniunctionem contrahendam: quippe qui propinquitate generis eam cõtingeret (eiusdem enim tribus erant) insuper verò & senio & honestate morum iampridem bonæ fidei existimationem consecutus esset *

* *Homo iustus. & ad testimonium coniugalis semper mansuræ virginitatis electus. Augustin. Non cõiugij, sed custodiæ gratia ad testimonii rei futuræ, nõ nuptam siue illegitimã videlicet accidisse Christi in carne prouinciã obtendam: sed veritatis attestatione sine viri semine in Spiritu sancto certò dispensatam fuisse. Epiphan. contra Anidicomarianitas. Hæc autem exempla magnificè fidelibus insinuatur coniugibus, etiam separatæ pari consensu continentia, posse permanere vocarique coniugũ, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu. Augustinus de consensu Euangel. lib. 2. cap. 1. Iosephus senex admodum fuit, octuaginta plus minus natus annos, & sex ex priore coniuge habuit liberos. Epiphan.*

De annunciatione sanctissimæ Dei genitricis: de sancta Elisabeth, eiúsque vteri gestatione: & de conturbatione sponsi Iosephi, propter diuinam & supernaturalem iesu conceptionem. Caput viij.

ITaq; in Nazareth cũ Iosepho domicilio illa habẽs, ab archãgelo Gabriele latũ accipit nũciũ: Aue, dicente, gratia plena, Dñs tecũ, & simul cum ea ipsa voce † intransibiliter æternum & ante sæculare Verbum Dei descendit, & cõditionẽ naturámque nostram inenarrabili naturám-

in homilia paschali christi sius secundũ omnia, præter peccatum, fit homo, & virgine progenatus, carne simul & anima prius per spiritum purgata.

Oportuit enim & natiuitatẽ honorari, & virginitatem prædicari.

a Parentes Dei genitricis virginis Mariæ. b Maria virgo Dei dimittitur sub sponsalitio nomine Iosepho committitur.

Maria verbũ Dei diuinitus concipit.

c Καθόλου ἀπροσίατος

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ superante modo subit, supra mentis intelligentiæque nostræ captum, massæ & fermento humano mixtum atque temperatū. Et angelus quidem salutatione legationéque functus, ab ea discessit. Ipsa verò festinabūda ad oram montanam concessit, simul & fœtum præter opinionē sibi ab angelo denunciatum considerans, & id quod de se accidisset cognoscere festinans: præterea, vt cognatam suam Elizabeth saluraret & alloqueretur, quæ & ipsa, præter ætatē, in sextū iam mēsem, Ioannem in vtero grauida gestabat. Putabat denique illam, quòd prouectioris esset ætatis, nouī quicquam sibi dicturam, annunciaturámq; esse, de noua fœtus sui cōceptione. Adit itaque eā, & salutat. Infans autem illius sextū iam implens mensem, suauiter subsilit & exultat: famulúsq; in vtero conclusus Domino, qui & ipse in vtero gestabatur, debitū ad orationis honorē sanctius eicit: & ore materno quasi mutuo sum pro, supra naturæ captum vaticinatur, matrem eam Domini vocans, simúlque inter mulieres benedictā: nec minus ventris fructū, qui ab ea gestabatur, ad quem scilicet nihil virilis seminis esset collatum, benedictum. Inde porrò & ipsa, id quod proposuerat quæsiuerátque cōsecuta, diuino subseruiens spiritui, inani gloria & arrogantia quàm longissimè semota, quum se ipsam beatam prædicat, tum id quod futurum esset, apertissimè prænunciat. Quum autem in moribus esset, vt virgines, quum partus grauidæ mulieri & iam parturienti immineret, secederétertium cum ea versata mensem, quod iā ex imminēsa illa consternationis atque admirationis addubitatione magis magisq; aliquid remitteret, domū suam reuertitur. Interim ei venter tumescere, & Ioseph de ea, quod minus deceret, suspicari, mysterium ignoras: quin etiam occultam ab ea discessionem meditari, quòd vir iustus esset, & rem actam eliminare atque vulgare nollet. Sed cōfestim talia cogitanti, cū læto nuncio assistens Angelus, dubitationem eam seni soluit. Oportebat enim clarissimo gratiæ receptaculo & vasi, nihil reprehensionis, indignitatis & iniuriæ inferri: quod nimirū vel ipsius solis radiis sit splēdidius & illustrius. Porro & filiū Dauid illum Angelus vocat, per insinuationem declarās, vnde exoptatus expectatúsque ille proditurus esset. Ipsam quoq; sponsam coniugē nominat, quasi diceret: Caue, ne cogitatio deliberatione vlla cōturbet, vt vereare, ne Deum offendas, tanquā adulterā vxorem domi cohabitantem habēs. Tantum enim à piaculo & macula omni abest, vt etiā longè supra naturam sit ista in vtero fœtus gestatio. Ne igitur dubites, aut timeas ipsam recipere, quā tu (quantū in te est) repudiasti & extrusisti. Quin gaudio exilire te magis decet, & animū lætitia & voluptate, quę natura excellit, adimplere, Quod enim, inquit, in ea editū est, ex spiritu sancto est.

De gen. vt Antipatri & Herodis, & de Hyrcano, & Aristobulo pontificibus: & vt à Cæsare Augusto Herodes Iudæorum rex creatus, propterea quòd aduena esset, tribus Iudæorum ab Esdra conscriptas igni cōmunxerit, atque Pontificatum venalem emere volentibus proposuerit. Cap. 9.

NVnc sanè necessarium mihi esse videtur, ita vt pollicitus sum, vt ostendam, ad finem exitúmque suum prophetiam illam peruenisse:

Elisabetham cognatam visitat.

Elisabetā excipit.

Vaticinatio Mariæ.

Maria domū reuertitur.

Iosephum à Maria sponsa aiscedere meditantem, Angelus in officio retinet. Quæ angelus Mariam Iosephi coniugē dixerit.

Prophetia de nouem Messiæ in Christo adimpleta.

E Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux ex fœmore eius, donec veniat cui repositū est, & ipsum esse expectationē gentū. Quę prophetia, de Saluatore nostro hoc liquidissimè profert. Tunc enim ille aduenit, quū Iudæorū duces in Romanorū potestatē redacti defecerunt, & sceptro imperioque eorū paruerunt. Sub iugū enim seruitutis ab illis missi, tributum illis soluerūt, & vnà cum aduentu Christi prima illa descriptio & cēsus est actus. Oportebat enim in descensu Regis cœlorum in terram, etiam terræ Principes suum ministerium & munus ei præstare. Verumenimuerò nihil obstat, quo minus deruò per cōpendium historiam percurramus: vt & ea quæ præmissa sunt, certius clariúsque intelligantur. A tēporibus Mosæ, & quæ illum præcessere, vt antea dixi, à suis principibus, qui ex tribu Iudæ genus ducerēt, gens Iudæorum olim regio more regebatur, donec Augustus vnus solúsq; Imperator est renunciatus: sub quo primus Herodes, aduena & alienigena, à Romanis demandatū sibi Iudæorum regnū accepit. Fuit in paterno genere, vt Iosephus opinatur, Idumæus: materno autem Arabs. Antipater enim, huius pater, ex Arabia vxorē Cypriim duxit: quę cum quatuor filiorum patrem tecit, quorum vnus Herodes fuit. Vt aūt Africano videtur, qui & ipse magnam est in scribendis historiis laudem consequutus: Antipater (sic ipse scribit) Herodis pater, filius Herodis cuiusdā Ascalonitæ fuit, sacerdotis cuiusp iam seruii, cui in tēplo Apollinis sacrorum cura demandata fuerat. Huius filium Antipatrum adhuc tenerum, prædones Idumæi captū apud se retinuerunt. Redimere enim pater eum, propter pecuniæ inopiā nō potuit. Itaque quòd apud eos est educatus, pro Idumæo habitus est. Postea verò in Hyrcani Iudææ Pōtificis amicitiā peruenit, & in certaminibus illius aduersus fratrē Aristobulum commodus compertus est: regnúmque eius admodum à fratre accitum, in libertatē asseruit. Deinde autē Romanis in rebus omnibus se vtilem & industrium, quum aduersus Ægyptios & Arabes bello occupati essent, præbuit. Et postquā Aristobulus quidē à Pompeio turpiter vinctus, Romā missus, & Iudæorum natio seruitute oppressa est: beneficio fortunæ huic contigit, vt procurator Palæstinæ fieret. Et quum deinceps Hyrcanus quoque à Parthis captus, in quo vltima dignitatis Pontificiæ constitit successio: & Antipater Herodis pater, qui inde magis magisq; creuerat, Malichi cuidā dolo necatus esset: is ipse Herodes, magnā vim pecuniæ Romanis ducibus largitus, eorúmq; se imperata facturum pollicitus, regnū ab eis traditum accepit. Quum enim Cæsar Augustus, cum ingē. i exercitu, procellę & fulminis instar, impetum in Ægyptū faceret, eo cōsilio, vt Cleopatram, ad quā postremam Macedonica Ptolemęorum ab Alexandro potestas & ditio pertigit, & ipsum Antonii illecebris eius detētum debellaret & caperet: Herodes iste se ei cōiunxit, paratus quæcunque illi placerent, præbere & suppeditare: frumentū, arma, & pecuniæ numerum ingentem, & quęcunque præterea posset præstare auxilia. Ibi Ægyptus & Cleopatra in potestatē Cæsaris & Romanorum venit, duodecimo anno postquā Augustus Imperium suscepit. Huic sanè Herodi, quū Romam

Paperuntur breuiter Antipatri & Herodis ter.

a crudelitas Herodis in cæteros suos.

b Herodes templū post captiuitatē Babylonicā à Zorobabel & Esdra ædificatum funditus diruit. Et maximis sumptibus tumāque magnificentia aliud secundū formam primi illius quod Salomon extruxerat, denuo cōdidit Ioseph. libr. 15. cap. 11. de Bell. Iudaic. lib. 1. c. 27. Idemque templum socerum suum sacerdotis primarii et Mathiā y heophili filiū i ēt sue dessignauit Idē lib. 17. c. 5. c tēp. vt ei⁹ vitatē natalib⁹ suorū regeret, descriptiones tribuū & genealogias Iudæorum cōfecit. d Pōtificarū ac & sacerdotia Iudæorum venalia habuit. e Christo nato Danielis hebdomades impletæ sunt. f Iudæorum vnctio abolita.

Exiit itaque edictum census & descriptionis antiquissimum etiam, in terena illa tranquillitate pacis quę ex vnius imperio obtinuerat, patriā quemque suam petere, ibique censeri atque describi coēgit. *a* Cum alius porrò & Ioseph, vnà cum Maria, admiratione inter mulieres omnes dignissima, ad ciuitatem suam Bethlehem, intra Iudææ fines sitā (quippe qui ex Dauide genus traheret) est profectus: eam quam tum incolebat, Nazareth scilicet, relinquens. Erat ea illi aliena, sed ibi tum domicilium habebat: quod Iudææ regio proximis contineis bellis, nunc in huius, nunc in illius potestatem transisset. Edictum autē Cæsaris, in suam ciuitatem ipsum Iosephū coēgerat, ne quid de vaticinante propheta illa intercideret: Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. *e* Cēsus & descriptionis huius, quæ grauis admodum Iudæorum genti fuit, & ipse veritatis confectator Iosephus in decimo octauo historiarum suarū libro meminit, hisce verbis: *f* Cyrenius vir Senatorius, gestis ordine aliis magistratibus, quum Iudæam & reliquam Syriā erat, à Cæsare eo missus, vrbis diceret, auctis quinque populo administraret, & præterea censum ibi ageret. Et post pauca de incepto: Iudas Gaulanites, ex oppido Gamala oriundus, Sadduco Pharisæo partibus suis adiūcto, ad seditionem & defectionem plebem solicitabat, censumque nihil aliud quàm meram prorsus seruitutem afferre prædicabat, populúmq; ad libertatem asserendam cohortabatur. In secundo quoque belli Iudaici libro, ita inquit: Vir quidam Galilæus, Iudas nomine, populares ad defectionem solicitauit, maledictis probrosè illos insectans, si Romanis tributum pēdere perseuerarēt & secundum Deum mortales ferrent dominos. Cui Lucas in sacris Actis consona quoq; scribit: Post hunc, inquiens, extitit Iudas Galilæus, in diebus descriptionis, & per defectionem auertit populum multum. Periit autem ipse, & omnes quicunq; ab eo persuasi fuerant, dispersi sunt.

Epistola Iulii Africani historici ad Aristidem, de ea quæ apparet esse in genealogia Christi dissonātia apud Matthæum & Lucam Euangelistas. Cap. 11.

QVandoquidem autem diui a euangelistæ Matthæus & Lucas, genealogiam Christi varie prodiderunt, & non pauci, qui talibus rebus persequandis magni clarique habiti sunt, de ea dissonantia integros libros composuerunt: ego prętermissis aliis, Africano historico vtar autore, qui aliorum opiniones, vt pote quæ ad veritatem non pertingant, reprehendens atque refellens, quam ipse à veustioribus acceptam, in epistolis de Euangeliorum dissonāria ad Aristidem exposuit, inde trasla tam verbis ipsius in opus hoc inseram sententiam. Nomina eiusdem gentis & familiæ in Israel numerabantur, censebantúrque vel natura, vel lege. Et natura quidem, legitimis & naturalibus liberis partibus suis succedentibus: lege autem, alio sobolem, sub nomine fratris sine liberis defuncti, creante. Quoniam enim nondum satis manifesta data fuerat spes resurrectionis, futuram promissionem morali quadam

a Concordantur Matthæus & Lucas Euangelistæ de variante genealogia Christi.

a Varia in annotatione anni huius natiuitatis Christi Chronographi, et re Parū observato res Nam quidā etiā Christū na. tū esse asserūt.

A est, ita vt etiam per prophetiam esset præditum.

c Monarchiæ commoditas.

d Ioseph, cum sponsa sua Maria in ciuitatē Bethlehem, vt ibi cēseatur & Nazareth scilicet, relinquens. Erat ea illi aliena, sed ibi tum domicilium habebat: quod Iudææ tendit.

e Cēsus vniuersalis sub Augusto, in orbe actus.

b Cyrenio alii Cyrinum nominat. Forte autem Cēsorinus a mundi cōdita 3944. nonnulli. 3962. Quidā tum Quirinus, quem multi Cyrenium hunc fuisse putāt. tiam. 3979.

Bethlehem, vt ibi cēseatur & scribatur censendi.

malè perierūt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» imitabitur resurrectione, ne nomẽ mortui prorsus intercideret. Et quum ex eis qui in genealogiã relati sunt, quidam vt legitimi & naturales germinisque filij patribus succesſerint, quidã verò ex aliis quidem procreati, aliorum autem nomine, quasi per adoptionem scilicet cẽsi sint, vtrorúmque facta est mentio: & eorum videlicet qui genuissent, & eorũ qui quasi genuissent. Sic neque hoc, neque illud Euangeliũ, vel à naturæ, vel à legis necessitudine atque coniunctione genus deducens & numerans, falsi quicquã habet. Implicata enim inter se sunt genera, & quod à Salomone, & quod à Nathan descendit, repræsentatione eorum qui liberos non creassent, secundísque nuptiis ac resuscitatione seminum: vt rectè iidem quandoque huius & illius fuisse existimari sint, quum quidem ij viderentur esse, illi autẽ essent patres: & vtraque generis cõmemoratio veritate nixa, ad ipsum Ioſephũ, multipliciter quidẽ illa & variè, sed tamen certò deducatur. Porrò vt clarius manifestiúsque sit, quod modò dictũ est, mutationẽ ipsam generis exponam. A Dauide per Salomonẽ progeniẽ dinumerando, tertius à fine, iuxta Matthæum, recipitur Matthan, qui Iacob genuit, patrem Ioſephi. A Nathan autem Dauidis filio, iuxta Lucam, itidẽ tertius à fine est Melchi: cuius filius Eli, ipsius Ioſephi pater est. Quum itaque quasi scopus nobis sit propositus Ioſeph, ostẽdendum venit, quomodo vterque ipsius pater dicatur: ipse videlicet Iacob à Solomone, & Eli à Nathan genus ducẽtes. Simúlque quomodo primùm duo isti Iacob & Eli fratres, & ante hos, eorũ patres Matthan & Melchi, seorsim alter post alterum, eandem ducendo vxorem, vterinos procreauerint fratres: lege videlicet non prohibente, mulierẽ, vel per repudiũ, vel per prioris mariti obitum viduã. alij nubere. Itaq; ex Estha (hoc enim nomẽ mulieris fuisse traditur) primus Matthan à Solomone originem trahens, Iacob generat: Matthan aũt mortuo, Melchi ad ipsum Nathan genus referens, viduam relictã, ipse quidẽ eiusdẽ tribus, sed nõ eiusdem generis, sicuti antea dixi, vxorẽ duxit, & ex ea filiũ Heli suscepit. Hoc modo, diuersorum duorum generum Iacob & Heli extitisse, eosdémque vterinos reperiemus fuisse fratres. Quorum fratrũ alter, alterius, Heli scilicet, qui nulla creata prole decesserat, vxore ducta, tertiũ ex ea suscepit Ioſephum filiũ: iuxta naturã quidem & rationẽ sibi ipsi (propterea quẽ scriptum est, Iacob autem genuit Ioſeph) iuxta legem autem, ipsi Heli, ei enim frater Iacob semẽ suscitauit. Quapropter & ea quæ de eo texitur genealogia, irrita non est. Quam genealogiam Matthæus euãgelista dinumerans, Iacob autem (inquit) genuit Ioſeph: Lucas verò, Qui erat, vt putabatur (nam & hoc addit) Ioſeph, qui fuit Heli, qui Melchi. De generatione enim ex quæ ex consuetudine & præscripto legis est, significantius quicquam dicere non potuit. Et verbũ, Genuit, in hac parandorum quasi per adoptionem liberorum ratione, per omnia ad finẽ vsq; subtricuit, relatione generis vsque ad ipsum Adã, qui fuit Dei, per recensionem facta. Posthæc Herodis genus ordine Africanus prosequutus, à propinquis & cognatis Christi ea quæ sequũtur accepta, ad hunc modum exponit. Quum

Heredes iudæorum, proselytorũ, &c. genealogias Iulianus cõsecrauit.

A Hebraicarum familiarum genealogiæ in scripta relatæ in archiuis & publico tabulario, atque in his etiã eorũ qui ad proselytos & aduenas, vsq; ad Achior Amanitem, & ipsam Rhut Moabitidem, quiq; ad eos † qui ex Ægypto promiscuè prognati prodierunt, referebãtur, asseruarentur: Herodes, quòd nihil ad eum Israelitarum genus pertineret, & quòd obscuritatis suæ sibi, õscius esset, ea ipsa genealogiarũ monimenta cõbussit, tum demũ se nobilem genere & illustrem vulgò fore putans, si neque alius quisquam ex publico scripto genus suũ ad ipsos Patriarchas aut proselytos, ipsosq; etiã alienigenas promiscuos, qui γειῶραι, vocabantur, referre posset. Pauci sanè diligentes homines, priuatos sibi ipsis genealogiarũ commentarios, aut nomina ipsa memoria tenentes, aut ea ab exẽplaribus petẽtes, studio eo delectati, cõdiderũt: per quos nobilitatis memoria est cõseruata. In eos cõmentarios incidêrũt, de quibus diximus, δεσπόσυνοι, seu δεσποτικοί, hoc est, Dominici seu Domicelli & heriles cognominati, propter eam quę illis cum Seruatore intercessit generis coniunctionẽ: qui ex Nazaris & Chochaba Iudeæ vicis, frequentius reliquam terram visentes, eiusmodi genealogiam etiam ex diurnarum rerũ libris, quoad poterãt, vulgarũt. Cæterùm siue ita, seu aliter se res habeat, diluciorẽ expositionẽ aliis quisquã nõ inuenerit: vt mihi quidem, & vnicuique qui æquo candidóq; ingenio præditus sit, videtur. Eã verò ipsi quoq; probate, quãuis nullo certo testimonio sit cõfirmatur quòd scilicet certius aut verius quicquam afferri nequeat. Ipsum sanè quidem diuinum sacrúmque Euangelium, omni ex parte verum est. Sed illa quoque in fine eius, quam diximus, epistolę, addit: Matthan à Solomone proueniẽs, genuit Iacob. Matthan mortuo, Melchi à Nathan ortum ducens, ex coniuge eius procreauit Heli. Vterini itaque sunt fratres Heli & Iacob. Heli, absque sobole susceptа, defuncto, Iacob ei semẽ resuscitauit: & Ipsum Ioſephum sibi ipsi quidem iuxta naturam, ipsi autem Heli iuxta legẽ genuit. Sic amborum Ioſeph filius fuit. Hæc quidem sic Africanus. Certò autem colligere quoque licet, Mariam ipsam ex eadem, quæ Ioſephi fuit, fuisse tribu. Quandoquidem ex præscripto legis Mosaicæ, tribũ alia tribu commiscere prohibitũ est. Vt nanque hæreditates & successiones bonorum à tribu in tribum nõ transferrentur, ex eadem gente & familia nuptiarum coniunctiones contrahi debere, legislator decreuit.

Matthæi & Lucæ de genealogia Christi concord. antiq.

Maria & Ioseph eiusdem tribus fuere.

De admiranda & diuina natiuitate Domini nostri Iesu Christi: item de eiusdem circuncisione, & obuiatione, quæ ei honoris causa in templo facta est. Item cõmemoratio de Simeone, qui eũ vnlnis suis excepit. Cap. 12.

VErum enimuerò, edicto cogente, quum Ioſeph simul cum sponsa Maria põdus vẽtris naturam ipsam supergressum, leuiter admodum ferente, in patriam suam, vt ibi censeretur, iret, neque dum ad domum perueniſſent in agrum quendam diuerterunt, qui ager Salomę erat. Vigesimus autem & quintus tum mensis Decembris erat dies, quum ibi ineffabile pietatis & amoris erga genus humanum tuę, Verbum Dei, maximúmque inenarrabilis partus perficitur mysterium. Tugurium humile, & præsepe ad iumenta

Mirifica Saluatoris nostri natiuitas.

menta excipienda constructum, cœli & terræ Rectus, quũ Christum Domini oculis suis conspexisset, eundémq; in vlnis gestasset, carnis mole protinus solutus atque liberatus est.

Ea pastoribus renunciatur.

Angelorum hymnus.

De stella, quæ præter omnem opinionem in Oriente ad natiuitatem christi apparuit: & de muneratoribus Magis, & de Herodis dolo. cap. 13.

DEinde parãtes, puero Iesu recepto, domum in Nazareth sunt reuersi. Congruebat enim quum per quadraginta dies a Bethlehemitæ scilicet munus suum, in censu & descriptione, eo loco ritè obiissent, vt ad domicilium suum in Nazareth redirent: propter eam quæ tum ibi eis erat, substantiam & possessionẽ. Vtrobiq; enim habitabant, quòd vtroque loco prouentum aliquem, vt conijcere licet, haberent. Porrò duobus elapsis annis, post spontaneã illam seminisque expertem conceptionẽ, vteriq; gestationẽ, quum in domicilio b Bethlehemitico virgo Dei mater esset, seu potius (vt alij tradunt) duobus ante diuinam natiuitatẽ annis, patria relicta se in viã c Magi Perſici dedere: atque itinere peracto, quum etiamnũ in præsepi faciſq; iaceret Christus, & simul in casa illa diuersorij versarentur Dei genitrix in Bethlehẽ aduenere: quod quidem certius est. Sapiẽtes autem ij, nobilitate atque generis & opibus insignes fuere. d Stellam quippe in regionę suã conspexerant, nõ ex illis vnam quæ à primordio rerũ firmamento cœli affixæ sunt: neque ex eis, quæ prodigio & quasi zonigmate regum succeſsiones prænunciãt, & dolia barbaræ trabes, iacula, & cometæ, seu crinitæ, pro formarum varietate nominãtur: quarũ sanè omniũ ortus ab exhalationibus, quæ supra aerẽ circum ætherẽa cœlestemque amplitudinẽ effusæ accẽduntur, substantiam capit, (vt quidẽ illi, qui eiusmodi rebus inquirendis landem sibi & gloriam cõparárunt, tradũt.) non itaque stellam eius generis illi viderant, sed nouã planè & insolitam, ad terrã vergentem, & plurimũ relucẽtem perſimilémque adeò reliquis cœli astris: neque aliis, quam qui sideribus cognoscẽdis operã dedissent conspicuã & apparentẽ. Et illa quidẽ non breui, sed duos ante annos, quam Christus natus esset, exorta apparuit, ne quis duobus post natiuitatem annis edità putet. f Sedenim Magi cùm nouo illo apparentis stellæ spectaculo in ambiguam considerationẽ cõiecti essent, & de ea diu multúmque inquirẽdo deliberarẽt: haberẽtque simul veterẽ illum Balaam, qui de ea, quod futurum erat, numine afflatus cecinerat: & fortasse etiã ab eis quos in veneratione atq; admiratione habuere. sacerdotibus, paulatim per doctrinã, ad mysteria eius quæ rationem omnẽ excellit, Dei verbi natiuitatis, deducti † essent: maximè verò Deus ipse animos eorũ ad hoc excitaret: proindéq; summi omniũ regis Christi nati prouidẽtia stellã perindè atq; animatã quandã intelligẽnęq; participẽ vim, ex perſide Indęa versus moueri in telligerẽt tanquã vię duce vsi præcedẽte eo omnibus posthabitis rebus ponè sunt sequuti. Erãt prope Iudæa, ipsámque adeò Hierusalem erant, quum viæ dux stella, quòd (vt equidẽ puto) natiuitas ea, quę opinonẽ fidémq; omnẽ superat, fama increbrescerer, manifestáque fieret, de repẽtè dispaeret. Quũ ergo ambiguũ illi de natiuitate recẽ nati regis inquirerẽt. (Ab Oriente enim, dicẽres *ueratione sua puero adorationis honorẽ præstiterint. ibi.*

a in Bethlehẽ simul & in Nazareth Iosephũ & Mariam possessiuncula habuisse conijectura est.

b Hãc sententiã sequitur Epiphanius cõtra Alogos.

c Magi cœlestes Christum muneranturdCetu persarũ Magi sunt, in obseruationerũ sublimium impesturi in cãtat ionibus, naturalibusque cõtrariorũ cõiunctionibus vacantes.

Huiusmodi præstigijs quo que videtur studuisse balaã qui à balaac euocatus est, vt quibuſda verbis maledicere t israeli. Ille verò: exorcizabo (inquit) stella ex Iacob & exurget homo ex Israel, &c. Num. 24.

Quapropter loco Indæ quarentes recorda tione veterũ hi storiæ venerũt vt cognoscerẽt vbi natus esset rex Iudæorum Basilian Sermatalis Dom.

f Quomodo in cognitionẽ natiuitatis christi, Magi peruenerint.

† Fortasse verò, cùm apparitione Domini aduersaria potestas redditus esset infirmior Magi etiam efficaciã suam abolitam esse sentientes, magnámq; potestatẽ nato re gi attestantes propterea mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

venimus, vt congruẽtem illi cultũ & adoratio-
nẽ piè persoluamus) cũcta verbo tumultu imple-
rentur: maximè verò, qui tũ regnũ ibi obtinebat, He-
rodes * conturbatur. Metuebat enim regno &
plurimũ, ne id ei abrogaretur, solicitus erat. Itaq;
Iudæorũ sacerdotes ad se cõuocat, accuratiusq;
singula percunctatur: & postsimũ, vbinã Chri-
stum apud ipsos nasciturũ, prophetæ vaticinati
essent, inquirit. Hic illi Bethlehem Iudeę indicãt
& prophetam Michęam testem laudant, vt ver-
bis suis fidem astruerũt. Celebrat autem, laudi-
búsque Bethlehẽ ille effert, progressurũ inde Is-
raelis ducẽ diuino instinctu prædicẽs. Tunc He-
rodes secretis colloquiis solicitè & diligẽter tẽ-
pus perquirit, ex quo noua illa illuxisset stella:
occultéque & latẽter cũ Magis sermone cõmu-
nicato, ire quidẽ illos, & eũ qui natus esset inqui
rere, quumq; inuenissent ad se reuerti iubet: vt
quàm magnifico illos viatico adiutos domũ suã
remitteret, tũ ipse quoque profectus iustũ recẽs
genito regi honorẽ præstaret. Illi igitur insidio-
sis Herodis verbis decepti, Hierosolymis excũt,
& rursũ in stellã viæ ducẽ incidũt: quæ ab oriẽte
eis præcedẽs, in Iudæa euntibus euanuerat. Ad-
modũ sanè leti, atq; incredibili voluptate replet-
ti, rursũ ductum illius sequũtur. Postquã autẽ stel
la supra domũculam constitit, & quasi loco firmo
affixa, immota permansit, vbi scilicet & ma
ter ipsa & diuinissimus eius filius erãt: tibi latẽre
quod querebant, rectè existimantes, lõgius pro-
gredi supersedent. vt autem in domum sunt in-
gressi, matrem & puerũ conspexerunt, in ob-
scura, humili, & paupere casa viuẽtes, & in rebus
omnibus ad summã parsimoniam & frugalita-
tem nihil reliqui facientes. At puer ipse, præter
ætatẽ quasi exultans, & intelligens exceptionẽ
officiúmque, quod per dextrarum porrectionẽ
fiebat, adorationéque Magorũ, & munera item
eorũ agnoscendo admittebat, quæ munera Deũ
ipsum & regẽ esse declarabant. hunc siquidem
aurum, illum autẽ thus indicabat: myrrha porrò
mortem, mea causa susceptam, adumbrabat. Sed
enim quum eum, pro eo atque æquum fuerat, a-
dorationẽ prosequuti essent, dextréq; admodũ
& auspicatò salutassent, & vt filiũ Dei & rerum
omnium regem honorassent: in ipso diuersorio
sibi pernoctandũ esse statuerunt, tanquàm fami-
liarem cum eo cõsuetudinem studiosé ambien-
tes, & eximiũ quiddam ipsis (sicuti decebat) com
ciliare studẽres. Sedenim ea ipsa nocte Angelus,
qui dux viæ eorũ fuerat, illos oracula admonuit
vt Herodis inuidi congressũ fugerent. Ita factũ,
vt per aliã viã in suam reuerterẽtur regionẽ, vide
licet, vt quàm celerrimè in Persaram regionem
doctores & nuncij tãtæ rei venirẽr: & præterea,
vt tyranni inhiberetur furor: simúlq; vt ipse co-
natũ se esse, quæ perfici nõ possent, intellegeret.

Trigesimo tertio anno regni Herodis natus est Iesus: trigesimo quinto aduenerunt ad eum Magi, & trigesimoseptimo primo mortuus est Herodes. Epiph. contra Alogos.

Quid Magorũ munera in christo Seruatore designarint.

* *Regem Deumque annunciant*
Thesaurus & flagrans odor
Thuris Sabæi, at myrrheus
Pulvis sepulchrum prædocet,
prudentium.

De fuga Seruatoris in Ægyptum, & cæde infantum, quã Herodes in Bethlehem fecit: de antecursore Ioanne, & de doctrina Seruatoris in templo, quum duodecim esset annorum. Cap. 14.

IN ipsa quoque Magorum abitione, Ioseph in somnis oraculo diuino admonitus est, vt
citra moram & cunctationem, matre & puero
receptis, quo tyranni cædem euitaret, celeriter
in Ægyptum profugeret: ibique tam diu mora-
retur, donec qui pueri animæ insidiaretur, ani-
mã exhalerat. Et Ioseph quidem id facit, b trien-
niúque apud Ægyptios exiliũ tolerat. Nec multo
pòst, Herodes turpiter vitã finit, & Ioseph rur-
sum diuino responso cõmonitus, vnà cum ma-
tre, & supra naturæ captum genito filio, in suam
reuertitur c patriam. Enimuerò Herodes, quum
voto suo excidisset, cœptúmque ei consiliũ mi-
nus successisset, e quum vindictę in Magos cupi-
ditare, à quibus sibi illusum esse putabat, incen-
sus, tum periculo regni amittẽdi cõcitatus, con-
tra infantes, qui nihil ei iniuriæ intulissent, in-
dignationem irãmq; omnẽ euomit, & aduersus
natura omnẽ insurgit. d Bethlehemiticos enim
pueros vniuersos, qui bimuli teneriorẽs ve essẽt
edicto interficiẽdos sancit in cõmuni & vniuer-
sali innocentiũ cæde, simul occisurum se esse eũ,
cui per æmulationem insidias struebat, existi-
mans: & lugere ciularéque omnes alios (proh
hominem ab omni misericordia humauitatis-
que sensu alienũ) volens. vt ipse modò meru
omni leuaretur. Obseruauerat is certò stellæ e-
xortũ, quòd eam biennio antè à se in Persida vi-
sam Magi dixissent: atque inde coniectura ac-
cepta, extra iensum affectionémque omnẽ posi-
tus, infantes cõtrucidauit. Quod profectò quis-
piam ne aduersus inanima quidem commiserit.
Quippe tenellos flores conspiciens, per cõmise-
rere (vt ita dixerim) pergeret, quæ comprehendi
non possent. Porrò eam infantiũ cædem, Hiere-
mias etiã multis antea temporibus vidit & præ-
dixit, Rachelẽ inducens deplorantem liberos
suos miniméque consolationẽ vllã, propter im-
manitatem facinoris Tragici, admittentẽ, Deus
autem, quum inhibere facile posset, ineffabili
tamen ratione & consilio, per bonitatem
suam, id permisit. Et Seruator quidem, ita vt
dictum est, in Ægypto exulabat. Filius autẽ Za-
chariæ Ioãnes, in cuius natiuitate patris vox so-
luta est, quum prius ab illo Ioannis nomen in
tabula fuisset exaratum, alterum cum dimidio
annum agebat g & vnà cum mare Elizabetha in
Hspelunca quadam ad regionẽ montanam saluus
conseruabatur, fortasse Herodis sanguinariam
effugiens manum. Atque inde in solis locis li-
benter versari solitus, angelósque duce vsus, in
remotiores syluarũ recessus secessit. *b* Ibi tenerio
ribus arborum frondiúmque summitatibus pro
cibo, cameli pilis pro tegumẽto, pelliceáq; insu-
per zona vtebatur: quo ad vsq; inde progressus,
Israeli se exhibuit, clara efficaciq; voce pœniten-
tiam prædicans, & per baptismũ homines quasi
manu ducens ad Christum. Iesus autẽ crescebat
sapientia & gratia, atque ita quidẽ, vt paulatim
magis magisq; virtutes eæ elucescerẽt non tamẽ
incrementũ aliquod caperent. Quũ autem duo-
decimũ iam ageret annũ, ascendit simul cũ matre
& Iosepho Hierosolyma, festũ ibi Paschæ cele-
braturus. Quod vbi peractum est, illi quidẽ re-
uerti, Iesus autem latenter in templo manere: &
quòd præcessisse eum in comitatu putarẽt, domũ
ipsi ire

a *Exilium pueri christi in Ægypto.*
b *Biennio, phan.*
c *Ætatis christi anno sexto ferè completo.*
Reditus eius ab exilio.
d *Herodis fanticidium.*
Herodes vbi saos, quia regni sui se prædixerit, necci debet omnèmque vxoris suæ gnationẽ sustulit. lib. 17. cap. vbi innocentes quoque perstingere detur.
eherorum sẽ trẽ idẽ vere necauit.
Augustus cæsar, quia disset, pueros, qui Syria rex Iudeorum intra biennium iussit interfici filium quoque eius occidisse. Melius est rediisse porcum quã filium crob. libro Saturn. Cap.
g *Ioannes ptista à puer statim antea vitæ solitudinem in eremo duit. Syluæ eiusdem quæ Euthymia dicuntur nomine locusta appellantur.*

Christus 12. annos natus in templo Hierosolymitano cũ doctoribus legis disputat.

ipsi ire. Sic eis ille totum triduum inuisus fuit. A
Postea autem se eis, admodum fatigatis & do-
lentibus, exhibuit in templo sedens, & cum do-
ctoribus legis disputans. Quibus ille, quùm pro
pter quæstiones, quas nouas inueniebat, tum
quòd obscura & abdita loca scripturæ declara-
ret, admirationi fuit. Ad eum porrò quum mater
ex affectu eo quo vnicè eum prosequebatur, di-
ceret: Cur hoc sic, fili, fecisti, vt tantum parenti-
bus dolorem conciliares? sic enim illa simul eius
qui putabatur esse, patris meminit: ille natiuum
germanúmq; patrem sensim demũstrans, Opor-
tere se (respondit) verbis operibúsque patris va-
care & incumbere, atq; in illis potius quàm aliis
locis versari, nihil quippe illius in terris templo
esse præstantius. Sic ille tum abiit perfectã expe-
ctans ætatem: parentibus, quę decebat, tribuens B
& cõpetentem illis subiectionẽ exhibẽs, virtuti-
búsque diuinis omnibus, operibúsque diuinis
omnibúsque mirificè pollens: nihil tamen quæ
opinionem fidémque superarent, edens miracu-
lorum, donec trigesimum expleret annum. Et de
his quidem satis.

Parẽtibus debitum honorẽ exhibet.

Vt herodes primus immissa diuinitus plaga vehementer mortuus sit: historia ex decimoseptimo libro Antiquitatum Iosephi excerpta. Cap. 15.

Herodis regis quatuor filii, eorumque Tetrarchiæ. Herodes iste etiã Antipas dictus.

HErodes verò furoris sui percipiẽs fructus,
in toto corpore diuinitus prouenientibus
plagis affligitur, & malus malè perit. Huius
regnũ postea in quatuor diuisum est tetrarchias.
Quatuor enim reliquit filios. Et Archelaus qui-
dem Iudææ princeps cõstitutus est, Herodi Gal-
ilæa attributa. Philippus porrò Ituræã & Tra- C
chonitidem regionem consequutus est: quarto
verò, Lysaniæ scilicet, Abilene obtigit. Quomo-
do autem post iniustissimam illã cædem, diuina
vindicta Herodem hunc, bellum Deo mouẽtem
sit vlta, quasi procœmiũ (quod dicitur) futurorũ
malorum exhibens, operęprecium est cõmemo-
rare. Atque equidẽ domesticas eius calamitates,
& qui ex vxore, liberis, cisque qui genere ei pro-
pinqui fuerunt, accidêre casus sanguinarios, cæ-
désque nefarias, quæ omnes omniũ Tragœdia-
rum actiones lõgè post se relinquant, quum eas
luculenter veritatis amator Iosephus in Iudaica
temporũ suorum historia cõmemorarit, in præ-
sentia exponere tẽpestiuum & cõmodum nõ est.
Vt verò impius ille suscepto aduersus Deũ bello
diuino mulctatus flagello, ex hominibus excesse
rit, æquum omnino est eiusdẽ historici cogno- D
scere verbis: qui in decimoseptimo Antiquitatũ
libro, vltimum vitæ eius actum ita prosequitur.
Herodi autem morbus etiã atque etiam adauge-
batur, vindictã atque supplicium pro flagitiis scele
ribúsque eius ab eo sumente Deo. a Lętus ei ince-
rat ignis, non tam magnã contrectãtibus ostẽ-
dens inflãmationem, quàm intrinsecus sęuã effi-
ciens vexationẽ. Ab hoc malo † grauis sumendi
cibi prouenìebat cupiditas, quem quidẽ nõ lice-
bat illi non subministrare. Accedebat intestino-
rũ exulceratio, potissimumq; coli acres & acerbi
dolores. Item inflãmatio humida, & quasi pellu-
cens in pedibus. Nec absimilis in imo ventre ex-
cruciatio. Prętera & pudendorũ putre-
do, vermes procreans. Ité spiritus ardua & diffi-
cilis intensio, multũ molestiæ acerbitatisq; affe-
rens, grauitate & dolore respirationis, frequen-

Herodes prater vxores alias, Mariannem ex fratre neptem, & alteram neptem filiam Simonis Pontificis sa-
marię in matrimonio habuit.
Salome Herodis regis soror, Mariannæ filios Alexandrum & Aristobulũ parricidii apud fratrẽ accusauit: quos ille primùm in vincula conie-
cit, deinde in nocẽtes laqueo necari iussit.

a *plagæ & morbi diuinitus Herodi immissi.*

† ἐπισυρμὸς ἐπὶ τὸν ἐσχάτιον.

b Herodes moriturus, pluri-
mos egregios eósque innocẽ-
tes viros post mortem suam
cadi iubet quæ si inferius.

† ὑδέρια Φῦσα.

Eadem sibi manus afferre voluit.

Fuit is Antipater, quem ei adhuc priuato Dosis coniunx genuerat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõcidit. Huic autem a Archelaus successit filius, E quod ipse etiam Euangelista dicit, quum inquit. Audiés autem Ioseph, quòd Archelaus prò Herode patre ipsius regnaret, &c. Quòd enim nuper admodum ille mortem obiisset, nondum in plures ditiones regnum fuerat diuisum. Cõsenserò cum his etiam quem antea nominauimus scriptor, ex testamento Herodis patris, & iudicio Augusti Cæsaris, inquiens, Iudæorum regnũ Archelaum cõsequutum esse: fratres autem eius b trientem quemque reliqui paterni regni obtinuisse. Atque illi suas quidem quisq; administrarum tetrarchias. c Archelaus autem nono ex acto anno, regno pulsus, Pontium Pilatũ in tetrarchia sua successorem habuit, duodecimum imperãte Tiberio annum: vt idipsum idem scriptor subindicat. Duodecimo Tiberij anno inquiens, procurator Iudææ constitutus est Pi- F latus, Tiberio quàm maximè amicus atque familiaris totosque annos decem procurationem eam, ad ipsum prope Tiberij obitum, obtinuit. Vt inde facile sit colligere, figmentum esse, quæ de actis monumentisque Pilati cõtra seruatorẽ nostrum editis sunt iactata: vt pote quum ex longo tempore posteriora reperiantur, tempusque ipsum ante alia præcipuè mendacium redarguat. Siquidem ea ipsa acta & monumenta salutarem passionem & necem, quæ temerario ausu Christo est illata, in septimum imperantis Tiberij annum referunt: quo tempore nõdum Pilatus Iudææ præfuit, vt Iosephus ipse scribit: duodecimo scilicet demum anno eum Iudææ præfectum esse, apertè astruens. Ac de his hæc sic dicta sint.

De obitu Augusti, Cæsaris & quæ sub eo acciderint & de Tiberio qui ei successit, rerumque sub Tiberio actarũ ex parte quadam commemoratio. cap. 17.

CÆsar autem Augustus quàm plurimis præclarè fœlicitérque gestis rebus clarus, primúsque ipse Monarchã renunciatus, prouectior etiam ætate ad oraculum Pythij Apollinis venit & sacrificio omnium maximo quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæsiuit, quisnam post eum Romanum administraturus esse imperium? At quum nullum ederetur responsum, alterum quoque adiecit sacrificiũ, denuóque rogauit: Quid ita oraculũ pluribus verbis vti solitum, nunc tandẽ obticuisset? Tum illud, parua interposita mora, adhuc modum respondit:

πρῶτ' ἐβραῖος κέλεται με θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων
τῶνδε δόμων ἐκλιπεῖν τε χθὸ ἄψυχις ἀίδος εἴκοσι μολὼν
λοιπὸν ἀπὸ σφείων σιγὴν ἐκ βωμῶν μετίημι.

Suidas, in dictione Αὔγουστος.

Me prior Hebræus, diuus Deus ipse gubernans,
cedere sede iubet, tristémque redire sub Orcum:
Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris.

Tali responso accepto, Cæsar Romã est reuersus, b atq; ibi in Capitolio aram maximã extruxit, cũ eiusmodi latina inscriptione: Ara primogeniti Dei. Hoc imperãte, Athenienses seditionẽ rebellionémq; primùm sunt moliti. c Cæterùm quum breui pœnas excitati tumulus dedissent, à cœpto destiterunt. Is quoque Romanorum ciuium censu acto, numerum iniit: inuenitque triades tredecim, bis mille & triginta septẽ. Sed enim quum quadraginta tres, siue, vt aliis placet quadraginta septẽ annus ipse Imperator fuisset, & supra septuaginta quinque annos vitæ totius cursum produxisset, e morbo tandem oppressus, inter homines esse desiit. f Quo tẽpore solis traditur fuisse deliquium: & fames præterea maxima, vt scilicet denariis multis vnus frumenti cõpararetur medimus. Vbi porrò ille ita vitam finiit, Tiberius priuignus eius Romanũ suscepit Imperium. Sub quo quatuordecim minoris Asiæ vrbes terræ motu condidisse, memoriæ proditũ est: quarũ nomina sunt, Ephesus, Magnelia, Sardis, Mosthene, Hierocæsarea, Philadelphia, Tmolus, Timus, Myrina, Cyme, Apollonia, Hyrcania, Dia, Cibyra. Tiberius porrò maximis copiis contra Persas progressus, legationibus eorum cessit, bellũ soluit, tributũ eos pendere coëgit. Ac illi quidẽ imperata fecere. Ipse autẽ ab expeditione ea reuertãs, Antiochiã diuertit: quã splẽdidius magnificẽnúsq; exornare constituẽs, muro firmo & inexpugnabili cinxit, porticus extruxit, columnis æreis, statuis, aliísque ædificiis variis exornauit. Tẽpla quoque Ioui, Dionysio, Castorique & Polluci ædificauit. Plurimaque præterea alia illũ opera ibi perfeciſſe ferũt. Opus quoque eius est Iudęę celebris vrbs Tiberias, & quę in Thracia est Tiberia. Expulsis autem qui Cæsaræ Cappadocum post Archelaum tyrannidem exercebãt, vectigalẽ eam Romanis fecit. Porrò ad vrbiũ rectores, ac magistratus scripsit, si quid fortè eum contra leges mandare contingeret, eos id approbare & exequi, vt pote per inscitiam cõmissum, non debere. Morem quoque illũ habuit, vt nõ facilè aut celeriter magistratus & præfecturas mutaret, aut administrationem eis abrogaret, qui rerumpublicarũ gubernationem sortiti essent. Eiúsque rei quibusdã causam G inquirentibus respondit: Natura esse omnes, qui rerum administrationi præsint, pecunię cupidos plurimúmque studij ad rem magísque augẽdam eos collocare. Cæterùm si diutius in magistratu versentur, segniores ad quæstum faciẽdum fieri itidem vt muscas, quæ si longius Corporũ vlceribus insideant, minus graues aut molestæ fiũt, quippe sanie vlcerũ ad satietatẽ vsq; referrę: & eũ qui vlceribus scateat, durius acceptum afflictumque iri, si saturis iam repulsis, famelicas alias ad vulnera admitere velit. Is quoq;, vt dixit Pontium Pilatum, pro Archelao filio Herodis, ducem non regem, Iudæã misit, duodecimo Imperij sui anno.

De præconio & doctrina Ioanni Baptistæ, & de baptismo Christi, insuper & de testificatione Ioãnis. cap. 18.

H VErùm enimuerò, quintum decimum annum Tiberio imperante, tertium verò Pilato Iudææ præsidente, tribúsque tetrarchis, videlicet Herode iuniore, Philippo & Lysania, Archelai quidem fratribus, Herodis autem filiis, ditiones suas regentibus necnon Anna & Caipha pontificatum per vices suas administrantibus: iuxta diuinitùs afflatum Euangelistam, verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, qui trigesimum iam annum, & paulo longius in solitudine vixerat, factum, vt in Iudæa baptismum pœnitentiæ prædicaret, ei inunxit. Et præstò erat Ioannes: homo quidem ille aspectu primo visus, cæterũ mẽre ipsa & animo diuinus prorsus

a Archelaus Herodis filius, Iudææ regiã sibi Archelai Cappadocum regis filiam, Alexandri fratris sui relictam vxorẽ duxit.
b τριτημόρια πᾶσ' ἕκαστον τῆς πατρῴας ἀρχῆς.
c Archelai exilium Viennæ Galliæ, vbi etiam mortuus est. Pilatus Iudææ præfectus.

Acta, quæ sub nomine Pilati aduersus Christum olim circumferebãtur fictitia.

Quur oraculũ Delphicum, Christo nato, prorsus conticuit.

b Ara ab Augusto, Christo in Capitolio collocata
c Exemplo seditionis & rebellionis vindicatæ.
d Quinquaginta septẽ Euseb. lib. 1. histo. eccles. cap. 9.

e Augusti mors.
f Eclipsis solis, & fames sub Augusto.

Terræ motus sub Tiberio.
Existimatur ob esse, qui in passione Christi accidit Plin. lib. 2. cap. 80. Cornel. Tac. libro 2. Tiberij cæsarũ rex.

Notabile Tiberij & prudens consilium.

Ioannis Baptistæ prædicatio.

prorsus atque magnificẽtissimus, & vt quispiam A & vnigenitum, voluntatémque suã in hoc vno, beneplacitúmque omne & benedictionẽ esse, promulgantem. Hic igitur Ioannes, maior omnibus ipsíssimæ veritatis testimonio cõfirmatus baptismi ministerio, ita vti docuerat, quã optimè defunctus, spõso Christo spõsam Ecclesiam decentíssimè amplíssimèque despõsauit, agnum Dei Christum voce clarissima mũdi totius peccatum corpore suo, quod affectionibus deterioribus omnibus careret, tollentẽ: nõ tantùm Andreæ & Petro, omnibúsq; qui tum cum eo conuersabatur, sed & toti mundo, & omnibus deinde generationibus hominum designauit: filiũ illum Dei, & deum Verbum, cœlitús propter salutem omnium demissum, datorémque spiritus, & adoptionis filiorũ Dei principium & fontem omnibus illi credentibus, spectator ipse Dei annuncians. Et amicum quidem se eius, pro excellentia illius in genus humanum caritate est professus: sed ita tamẽ, vt œconomię & administrationis eius rationem ne infimam quidem & minimam propter naturalem tenuitatem, disquisitionem inuenire posset. Id ille ore claro & diserto omnibus deprædicauit, & persuadere est conatus:

militatis, & honorata sub missionis.

Vt Ioannes Herodẽ in facie arguerit, propter Herodiadem: & vt is in conuiuio capite truncatus, ad inferos, prædicaturus tibi, processerit. Cap. 19.

QVandoquidẽ verò decebat, quemadmodũ iis qui in corporibus versantes viuunt, cor poralẽ Christi præsentiam predicauerat, quo eis opus munúsq; tale omni ex parte perfectũ constaret: vt ad inferos quoque mearet, & tibi etiã animabus cõclusis, iamiã per fidẽ aduenientem salutem & liberationem annunciaret: ea ipsa de causa Herodem manifestè in faciem reprehẽdit, qui propria reiecta coniuge (filia hæc erat Arabum regis Aretæ) amoribúsque eius nuncio remisso, vanam & effœtam erga Herodiadem affectionem rebus omnibus anteponebat. Hãc ille, quum vxorem esse sciret fratris † Philippi, cõtra legis constitutionẽ (semen enim habebat ex fratre) & quidem eo adhuc superstite, vt Iosepho videtur, duxerat. De illis enim hoc solis facere permittitur, qui non procreatis liberis excedunt e vitaũdq; prouidentia consilióque eo factum vt fratribus semen resuscitaretur. Ita que Ioannes delictum id arguere non cessabat. Ille verò quanuis antea eum libenter audiuisset quòd admiratione simul & veneratione dignum virum esse, compertum haberet: tamen vehementioribus Herodiadis amoribus, quibus erat captus, sermones cohortationésque eius posthabens, in custodiam hominem demisit. Is porrò, quum se breui vita excessurum videret, duos ex discipulis suis ad Iesum mittit, opinionem eorum quam de se habebant abolituros. Maiorem enim multò Christo Ioannem esse putabant. Christus verò nihil ad interrogata respondens, miracula eos, quæ virtute ipse sua ederet, Ioannt renunciare iubet. Et quum iam illi in veriore opinione confirmati essent, volens Christus & aliis circumstantibus veritatem indicare, Ioannem laudibus vehit, maximam illi tribuẽs dignitatem, & maiorem omnibus qui ex muliere geniti essent,

Doctrinæ diui Ioannis summa.

Mellęque deprimens dulcem magis ore loquelam.

Siquidem diuitibus & opulẽtis, eleemosynã & misericordiam commendabat: Principibus viris & magistratibus, æquas iusticiæ proponebat leges: publicanis, tributorúmque exactoribus, ne B cuipiã graues essent & molesti, néve quidquam prẽter constitutum peterent, lenitatem subiiciebat, & clementiam: stipendia autem faciẽtes, militámque sectantes, ne proximos suos concuterent, artéve & dolo malo per sycophantiam eir cumuenirent, sed vt quisque eorum stipẽdio suo cõtentus esset, cohortabatur. Iuuenes porrò moderationem affectionum, & cõtinentiam perturbationũ docebat: senibus, prudẽtiam deprędicabat, & ad vberiorẽ eos Dei cognitionẽ adducebat. Postremò apertè, ne id quẽquam latéret, declarans cõfirmabat, se præmissum esse ei qui iam propè adesset, Seruatori Christo, ad occupandas quamprimum, expediendásque vias illius, pœnitentiæ disciplina, & aquæ baptismo. Illum autem ipsum iamiã affuturum, qui igne & spiritu sancto baptizaturus, atque tritici, & eos qui inutilem & infructuosam atque adeò palearem vitam egissent, discreturus esset. Ad hunc modum præuia Verbi vox, ad se accedentes, Iordani fluuij vndis, præcedente peccatorum cõfessione, immittebat, præcidaneisq; expiationibus per aquam purgabat: & aduenienti illi reponebat, certóq; reseruabat. Quũ & expectatus ipse Iesus ex Galilęa progressus, tanquã vnus è vulgo aduenit baptismi subiturus: fortasse quidem, vt contactu suo vndam sacraret & benedicetet: reuera autem, vt mul & baptistam ipsum diuinum attingentem verticẽ sanctificaret, & aquam fide subituris spiritum suum communicaret: fidémque faceret, mandatũ à Deo esse baptismi Ioannis ministerium dudũ ad iusticiã, id admittentibus & recipientibus datũ. a Itaque quum manu eius tingitur & baptizatur, qui terra genitus esset tum vndis abluitur ille, qui natura inuiolatus, solúsque mundus & purus est, nimirũ me à peccato repurgãs. Sed enim huius tantæ & tã sublimis, quęq; naturam ipsam superet, summissionis & humiliatis, maximum illi naturámque iridem supergredienté retulit honorem, quòd ex vndis prodeunti portæ cœli aperiuntur, b & spiritus sanctus colũbæ specie super ipsum descẽdit, petuóque in ipso corporaliter manet. Factũ id, quum propter voluctis ipsius puritatem, tum quòd ea olim diluuij finẽ læto prædixit nuncio. c Traxit quippe illa tũ quoque secum, in eũ qui patris voce, clarè & diserté, filiũ hunc dilectum

Testimonium Christi de Ioanne.

a Peccata quæ nẽ detulit nos abluẽda sustulit.

b Spiritus factus in specie colũbæ super christũ baptistæ descendit.
c Exẽplum exaltatæ hu

Universidad de Deusto
Biblioteca

præstantiorem q; propheta esse declarat. Deinde E
assentationis suspicionem auferens, minorem
quidem se, iuxta eorum opinionē, maiorem ve-
rò rursus illo in regno cœlorum vocat. Posthæc
conuiuium Herodes natali suo die parat. In hoc,
cùm largior comparatio, tum omnis generis de-
liciæ affluere: quibus & incestę illius puellæ est su
pertinducta, infractos & indecētes corporis mo-
tus & saltationes, quum quidem & viro esse exi-
stimaretur, & regis filia, in tot virorum conspe-
ctu exhibens: rem modestis & pudicis oculis nō
tantum ingratam prorsus, sed effugio etiam dig-
nam. Sed arbor ex fructu cognoscitur. Tantæ
autem impudicæ saltationis fuere illecebræ, vt
quanuis illa non posceret, Herodes tamē (proh
regiam illam munificentiam) cum ea regnum di-
uidum communicare voluerit, irritandumq; eam F
ad id duxerit. At illa, viperę soboles, à matre edo
cta, rem longè maiorē, regnisque omnibus præ-
stantiorem Ioannis caput, precium omne supe-
rans, petit. Ille autem, quasi iurisiurēdi religione
obstrictus: re autem ipsa acri Herodiadis, cui sa-
tisfactum volebat, amore distētus, cuestigio fer-
rò caput Ioannis amputat: & id etiamnum cruo-
re rabido & puluere respersum, & lanci impo-
situm, in conuiuium omni luxurię genere diffluēs
inferri iubet: spectaculum cōiuuis quidem ipsis
inamœnum & triste, matri verò puellæ gratum
& iucundum. Admodum enim optauerat, quæ-
siuerátque caput id, quod ei, quas concupiuerat
rebus ex sententia & libidine sua vti inhibebat,
ista refectum sperare: & linguam zelo & æmula-
tione sancta velut cote acutiorem redditam, po-
stremò murum despicere. Atque sic ille quidem
est occisus: capútque eius longè præstantissimum,
mollioris saltationis præmium, Mænadi illi &
furibundæ, tanquam munus honorificentis da-
tum. At ipsa Ioannis reprehensionem quodam-
modo etiam post capitis refectionē vertit. Con-
iungeret q; id rursus reliquo corpori timēs, apud
se remotis arbitris, in abiitusiore regiæ loco se-
pelendum duxit: truncum autem ipsum abiice-
re quopiam iussit. Eum porrò solū discipuli eius
furtim sublatum, cum solēni veneratione in ce-
lebri quodam sepeliere loco. Enimuerò Iesus
quum ea quæ Ioanni accidissent, audiuisset, ma-
gnum de eo concepit mœrorem: & nauigio con
fecto, in locis desertis versatus est, solitariæ vitæ
tranquilitate eum dolorem solans. Ioannes igi-H
tur præter res alias, quibus pulcherrimis posse-
bat, martyrio quoque pro Christi nomine co-
honestatus, cœlorum, quibus dignus erat, con-
sequutus est domicilium: triginta & duobus an-
nis, & mēsibus insuper sex, munere in terris suo
explendo peractis.

Ioannis in natalitio Herodis magnificentia.

Saltatio puellæ meretricia.

Indignissima Ioannis adeo.

Ex quo modo perit iustus, quasi non esset Deo dilectus.

Sepultura Ioannis.

Christus in solitudinē secedit.

De turpissima filiæ Herodiadis morte, & Herodis obitu, & quæ de eo Iosephus commemoret: & vt ide baptistam magnis ornet laudibus. Cap. 20.

Herodiadis mors.

FVribunda sedenim, & adultera, incestáque
adeò illa quæ quidem Herodis habebatur,
teuera autem Philippi erat coniunx, vita lōgius
acta, quum prius filiam & saltatricem acerbo fa-
to sublata vidisset, deinde ipsa quoque decessit:
futuri seculi iudicio & supplicio reseruata, meras
ibi quàm citissimè diuinæ iræ feces, intolerabi-
lisque indignationis Domini calicem hausturа.

Filiæ autem eius (dignus enim est, qui memorię
cōmēdetur) talis fuit obitus. Eundum ei quo-
piam brumali tempore erat, & fluuius traijcien-
dus: qui quum glacie constrictus coagmētarēt-
que esset, pedes eum transibat. Glacie autē rupta
(idque non sine Dei numine) demergitur illa sta
tim capite tenus: & inferioribus corporis partibus
lasciuiens, molliúsque se mouens saltat, non in
terra, sed in vndis: caput verò sceleſtum frigore
& glacie concretum, deinde etiam conuulneratum, & à reliquo corpore, non ferro, sed glaciei
crustis refectū, in glacie ipsa saltationem letha-
lem exhibet: spectaculoque eo omnibus præ-
bito, in memoriam ea quę fecerat, spectantibus
reuocat. Herodem porrò ipsum nō multo pōst,
vindicta diuina, quanuis tardior lentiórque vt
plurimum esse solita, itidem prosequitur: tam
immanem vt equidem puto, nefarij sceleris im-
puritatem præcipuè ægrè ferēs. Quòd enim He-
rodes alieno prorsus, propter vehementē acrēm
que adulterę amorem, ab vxore erat animo, do-
mo eam exegit. Hæc verò tantam contumeliam
non ferens, ad patrem suum se contulit, (Aretam
autem Arabum regem hunc fuisse, suprà memi-
nimus) & illi tam proteruum despectū, aliáque
omnia ad minimū vsque recensens, vindictā tam
indignæ mulierique non ferendæ rei petiit. Ille
verò non minus suam quam filiæ contumeliam
eam esse iudicās, contractis copiis suis omnibus
bellum Herodi infert: exercitum eius concidit,
regionem omnem igni vastat, hominū vim mag-
nam capit & abducit: omnibusq; rebus ex sen-
tentia confectis, in regnū suum redit. Atque hæc
quidem nō solùm sacrorum Euangeliorū liber
verumetiam veritatis amans Iosephus testimo-
nio suo cōfirmat, Herodiadis mentionē faciens:
vt scilicet Herodes viuo adhuc fratre, cōiugem
illius, opera sua ab eo alienatam, sibi coniunxe-
rit, in matrimoniúmque & domum duxerit: eam
autem quæ ei legibus nupta fuerat, Aretæ regis
Arabiæ Petrææ filiam repudiauerit. Et vt pro-
pter adulteram Ioanne cæso, bellum Aretæ, tan-
quam filia eius armorum causam præbuisset in-
tulerit: in quo bello vniuersas Herodis copias
cōtrucidatas esse commemorat. Atque id ira ac-
cidisse addit, propter Ioannis temerariam & ne-
fandā cædem. Ioannē porrò iustissimum fuisse te
statur, & baptismi mētionem facit de rebus eius
per omnia Euangelia consona scribens. Refert
quoque, propter Herodiadem regno Herodem
excidisse: cum qua exilio quoque lit multatus.
Exulasse autem eos Viennæ: quæ vrbs Gallis fi-
nitima, occidentem versus est sita. In decimo-
octauo Antiquitatum sanè libro, hisce verbis de
Ioanne memorat. Quibusdam Iudæis Herodis
exercitus per iustam vindictam à Deo concissus
esse visus est, vt pœnas is penderet Ioanni, qui
Baptistæ cognominatus est. Occidit enim hunc
Herodes vt virum bonū, qui Iudęos virtute exer
cenda, iustitia colenda, pietatéque in Deum prę-
standa, ad baptismum conuenire iubebat. Tum
demum enim gratum acceptúmq; Deo docebat
eorū fore baptismum, si non tantū peccata quæ-
dam per confessionem deprecarentur verum
etiam mundicei & puritati corporis anima simul
iustitiæ cultu repurgata, aliisque virtutibus om-
nibus studerent. Valde enim oratione eius per-
mouebant,

Filiæ itidem eius saltatricis obitus pergrauis acerbus.

Quibus rebus peccamus, eisdem plerunque pœnas damus.

Aretas Arabū rex cōtumeliā filiæ suæ ab Herode pertę pudiū illatam bello vindicat. Iosseph. li. 18.

Herodes exulat, mulctatus a Seph. lib. 18. ca. 7.

Iosephi de Ioanne Baptista testimonium.

» mouebantur. Herodes sedenim eloquētiam vi-A
» ri, quòd hominibus persuadendis efficax esset,
» suspectam habens: & rem in defectionem eua-
» suram tumens (omnia enim de cōsilio Ioannis
» Iudæi facturi esse videbantur) multo melius esse
» duxit, antequam quicquam ab eo nouatū esset,
» hominem occupare, & è medio tollere, quàm
» vt rerum mutatione facta, tum primum in ipso
» tumultu & periculo pœnitentia duceretur. Itaq;
» ille, propter huiusmodi Herodis suspicionem,
» in custodiam Macheruntem cōiicitur, atque ibi
cædítur. Hæc Iosephus.

De tentatione seruatoris, & de electione duodecim & item septuaginta discipulorum, & de Euangelij prædicatione. Caput 21.

Apud inferos etiam animæ aduentū Saluatoris prædicant.

ITaque Ioannes etiā iis qui apud inferos erāt,
præcursor aduenit, præsentiam ibi quoque B
Christi annuncians. Iesus autē diuino spiritu
solus in solitudinem agitur: atque ibi ocio pieta-
tis vacans, ieiunus prorsus dies noctésque qua-
draginta cōtinuas perstitit, oratione mentísque
agitatione atq; cōtemplatione refocillatus atq;
confirmatus. Quum autē naturæ congruenti af-
fectione afficeretur, fameque percelleretur, sua
sponte oppugnādum se tentatori permisit. Qui
diuinā aggressus mentē & intelligentiam, mēris
quoque & intelligentiæ prætextum, experiri tē-
tareque eam volens, attulit. Atque cum tribus,
eisq; potētissimis congressus affectibus, primùm
quidem, Si filius (inquit) Dei es, ita vt suspicor,
iube in panes verti lapides istos. Deinde verò in
pinnaculū templi ductū, vt se deiciat præcipit,
nihilq; periculi ei rei subesse subijcit: consestim
cōgruentē quoque prophetiā adducēs. Adhæc,
inanis quoque gloriæ cupiditate eum capere stu
det, & cuncta ei regna ostendit, daturúmque se
illi ea pollicetur, si procidēs se adoraret: periculū scilicet faciens, exhibendæ declarādæq; diui-
nitatis. Posteaquā autē in rebus omnibus tenta-
tori oracula scripturæ obiiciens reluctatur. Sathanā
à se repulit: & nō modo, quas modò diximus, cō
certationum, sed etiā omnium aliarū incursionū
oppugnationúmque illius victor descendit, hu-
mana cōditione superior omniū virtutum per-
fectionúmque diuini spiritus applausu cōproba
ministerio cohonestatus, solitudine relinquit, &
ad Iudææ atque Galilææ ciuitatis accedit, om- D
némque Israelis gentem vi sitans, ad pœnitentiā
& resipiscentiam omnes cohortatur: appropin-
quare iam, atque adeò prope esse regnū cœlorū,
lato prædicās nuncio. Atque inde initio Euāge-
lij facto, & quasi quibusdam cōmunis naturæ sa
cris primitiis primordiisque tactis, Deus Ver-
bū, non longè ab eius concionis tempore, duo-
decim sacros deligit discipulos: quos Apostolos
etiā, præcipuo quodā honore prosequēs, nomi-
nat. Horū Andreæas primus, vtpote à præcursore
in disciplinam cooptatus, à quo etiam de rebus
Christi accuratē edoctus fuerat: & cum hoc Pe-
trus frater, patrem nauigiū, & quicquid præterea
habuerant reliquum, abiicientes, se ei cōiungunt.
Deinde Iacobus & Ioānes Zebedæo progeniti,
quos etiam filios tonitrus cognominauit: itidē
cum sequuntur. Philippus quoque à Bethzaida,

Villeriam, à Ioannē relictam Antipatri uxorem.

Duodecim Apostolorum electio.

vicinum Andreæ & Petro domum habēs, hosce
consequutus, discipulus esse iubetur. Deinceps
Thomas, qui & Didymus dictus est: septimúsq;
Bartholomæus eum comitantur. itē Matthæus,
ex publicanis: & Simon Cananæus. His accedit
Alphæi filius Iacobus: & Iudas † Iacobi germa-
nus, qui frater Domini cognominatus est: vter-
que autē sponsi Iosephi scilicet, filij fuere. Vl-
timus porrò & duodecimus Iudas fuit, qui & Isca
riotes dictus est. Insuper verò alios quoq; legi:
septuaginta: quos & ipsos in ciuitatē & regionē
omnē binos ante faciē suam, quò postea ipse itu
rus erat, dimittit. Hisce duodecim & septua-
ginta Dominus in societatem arctiorem accitis
atque delectis, fidelibus vrebatur ministris, Euā
gelisque cooperariis: sensimque cū eis arcana,
ineffabilia, deificáque prorsus cōmunicabat lu-
cra, magis magisque eos ad perfectionem pro-
ducens, ac non aliter atque propriis filiis vtens,
omnem ciuitatē atque regionem perābulabat.
Et primùm quidē ad eam quæ peculiaris ei esse
videbatur, Israēlis accessit gētem. Æquū quippe
erat, benè atque benignè facere incipientē, pri-
mùm apud familiares suos benignitatis iacere
fundamenta: ac sic deinceps eos quoque qui re-
motiores essent, in effusam atque superfluentem
recipere gratiam.

† *Incubuisse alter est à Iacobo Alphæi, primus ab Apostolis Hierosolymorum episcopus creatus.*

Quis finis sit præceptorū euangelicæ doctrinæ, quæ parabolarum vis, quòd scilicet per opera & cōtemplationem ad diuinam & perfectam ducamur charitatem, Deo similes fiāt, & cohæredes christi. cap. 22.

BEneficiētia porrò eius in sermonibus & fa-
ctis omnibus egregiè est spectata. Siquidē C
sapientissimum Verbum Dei sermonibus per-
fectæ sapientiæ & sanæ intelligentiæ, nec nō na-
turam superantibus spiritus vitæ legibus disci-
pulos suos certò & accuratè exercebat: vt eos ad
contemplationem & cognitionem Dei, præte-
rea ad actiones Deo placitas, imitationémq; di-
uinam adduceret, paulatim eis virtutis colores
adumbrans: factis verò prodigiorum & miracu-
lorum immēsorum magnitudinem cognitionis
diuinæ confirmans, vt crederent, fideque certa
assentirētur à se prædicatæ veritati, persuadebat.
Atque per fidem & spem perfectionis conceptā
eos producens, ac per vtranque confirmās atq;
protegens, ad præcipuam & summam virtutem,
amorem scilicet Dei, prouehebat. Enimuerò ad
eum modum familiaribus auditoribus spectato
ribúsque suis edoctis, factísque & doctrinis per
fidem, vt par erat, cōfirmatis, conroboratísque,
in orbem eos vniuersum mittit, animámque re-
ctam omnē per doctrinam eorū erudit, sibi ipsi
familiariter adiungit, &, quoad eius fieri potest,
deificat, † iustitiáque dignam efficit. Accuratio-
rem sine exactiorémque Euangelicæ doctrinæ
orationē, & magnificam miraculorum Christi,
& singillatim quæque exponentem commemo
rationem, quaternio discipulorū, eorundémque
Euangelistarū Christi repræsentat. Aequū verò
mihi videtur, hęc denuò persequi: & nō illa qui-
dem, quasi præsentis finr instituti aut propositi,
vt fusius, sed summatim tantum perstringantur,
per opus esse duco: itidem vt in arte & disciplina
omni necesse est, fidē & vtilitatē eius cognosce-
re, siquidē non ociosè, & quasi aliud agēs quis-

Disciplina christi, qua discipulos suos erudiit.

Doctrina fidei, spei, charitatis.

Hoc est, iustitiæ idoneam.

Synopsis doctrinæ Euangelicæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

piam doctrinæ ei incumbere velit. Sicuti igitur E
in aliis, ita in hoc quoq; studio, eos qui ex præ-
scripto Euāgelij vitam sibi agendā cōstituerunt,
finē eius in primis, videlicet quæ nā vtilitas eos
qui per id ad perfectionem consequendam aspi-
rant, cōsequatur, scire cōuenit. Itaque quema-
modum doctori omni ille finis propositus est, vt
discipulum, quoad eius fieri potest, disciplinę cō
municatione sibi reddat perfimilem: itidem pre
ceptori Christo Iesu, qui reuera summè bonus
est, cōstitutum scilicet est, quārum humana per-
mittit conditio & fragilitas, vnumquenque per
Euāgelium ad se accedentem sibi ipsi cōformā-
re, atque ita conformatos filios suo exhibere pa
tri, & hæredes quidem Dei, cohæredes verò per
eam adoptionē quæ gratia obtigit, ipsius vnige-
niti & primogeniti Iesu Christi cōstituere. Qua- F
propter ad hunc tā magnū & mirificum Euāge-
lij finē, & tam insignis adoptionis honorē spe-
ctantes, vnumquodque seorsum præceptū eius
ad animum adducere, & penitius perspicere de-
bemus. Horum siquidē aliqua rationalē animæ
partē repurgāt, longéque ignorantiā inscitiāmq;
omnem exigētia, quicquid est in rationis nostræ
cogitationibus vanitatis, abiiciunt atque repel-
lunt: & pro eis cognitionem Dei amantē Deóq;
gratam, prudētiāmque cum ratione recta indu-
cunt. Quædā verò ferociores animi affectus or-
dinant atque constituunt: incompositos enim,
inobedientes & rebelles, quasi catenis constrin-
gunt, itémque & vociferationem vehementiorē
atque deformiorē omnem, præterea blasphemiā
& maledictionem vel diminuentia, vel prorsus
eximentia tollunt: morem verò mitem & māsue G
tum, animúmque æquum & fortē, ritè atque or-
dine omnia exequentem, substituunt. Nonnulla
autem, cum cura & diligentia seruata, partē ani-
mæ cupiditati obnoxiā erudientia, componunt:
stuprū, omnémq; aliā impuritatem & immundi-
ciem, & (vt vno verbo simpliciter dicam) omnē
cordis malā affectionē atque perturbationē abo
lent & extinguunt: puritatē verò, sobrietatē, tē-
perantiā, pudorē, omnique appetitu malo carē-
tem cōstantiam, denique innocentiā & mundiciē,
atque omni carnis simul & spiritus contamina-
tione & inquinamēto vacuam castitatem intro-
ducunt. Omnia denique, aliud aliū sensum, pæ-
dagogorū more, erudiunt atq; instruunt, & lin-
guā rectè formant, atque frenant. Omnia etiā ea
præcepta, per spiritū efficaciā suā consequuta ri- H
tēque & cū iudicio in animo cōcepta, alacres &
viuidos exequutores eorū efficiunt, bonos scili-
cet & iustos, placidos simul & æquos, item mi-
sericordes & Dei amātes: &, vt summatim dicā,
iniustitiā & iniquitatē quámque nos omnino ex
corde eicere, atq; eas auersari: iusticiā verò om-
nem & virtutem, iuxta proportionem cōformā-
tionis & similitudinis ad Doctorē ipsum, exer-
cere & meditari docent: vt deinde quum iam ad
dispositionē affectionémq; cordis, atque adeo
ad boni habitum pertigerint, & ea quātum fieri
potest obseruarint, nō amplius peccare possint:
quippe ad perfectionem, quātis humana capit,
compositi atque deducti, perinde scilicet atque
ipse qui eis præit rerū optimarum magister &
præceptor. Cæterūm ad eum modum per effe-
ctricem cognitionē præceptorum ad perfectio-
nem perductis, procliuis facilisque fit, per effe-
ctricem eam vim, ad contemplatricem sublimi-
tatem transitus. Si quis enim præcepta rectè exe-
quendo, per timorem Domini, implet, eum ille
simul diuina dulcedine & caritate dignatur. Ita
is demum effectricis operum virtutis, tanquam
præmium iuxta profectus proportionem, reue-
lationis diuinorum mysteriorum percipit fru-
ctus. Et quas res ne audire quidem potest, quum
ab effectrice virtute ociosus abest: eos, per ope-
ra aditum sibi faciens, clarè & euidenter cōtem-
platur. Et quæ intelligendo non assequitur per
interpretationē expolita, ab operum effectrice
remotus, ea effectricem persequens ipse quam
optimè interpretatur, compósque fit rerum arca
narum, & ineffabilium omnino per contempla-
tionem: ac diuinarum scientiarum altitudinem
aggressus, eas inquirit, sapientiæque profundo
liberè atque sine periculo innatat. Itaque is pa-
rabolas & ænigmata ad ædificationem discentiū
eodem proponit spiritu, & quasi gradus & ascē-
sus in corde sibi per mentis acumen constituit:
res obscuras, abstrusas, & abditas sapientiæ Dei,
sanctè simul & mysticè contemplans. Sed enim
præcepta & parabolæ Euangeliorum, quatenus
eæ breuiter dici possunt, in his quæ perstrinxi-
mus sunt sitæ. Effectores nanque operum atque
contēplatores, verósque philosophos, qui Apo-
stolicam planè vitam degendam eligant, imò fra
tres etiam & participes Christi, eos qui iuxta ea
præcepta ad perfectionem pertingunt, efficiunt.
Porrò fieri efficique nō potest, vt hominis natu-
ra & tenuitas proprio cōcita motu & vi natiua,
vel ad perfectionē effectricis virtutis pertingat,
vel ad altitudinem cōtemplationem aspiret: ni-
si quis in intimo corde suo Saluatorē Dominū,
vt Deum perfectum, atque eadem cum patre po
tentia & virtute, eundémque hominē perfectū,
tanquam quoddam firmissimum *a* fundamentū
iecerit: atque eo aditore vrēs, sedulò oret, vt ei
simul & operum effectio, & arcanorum cōtem-
platio rectè succedat. Quod sanè tum quidē ipse
per seipsum Dominus Iesus suis ostendit secta-
toribus: deinceps verò & omnes omniū homi-
num nationes, per sacra Euāgelia docuit, videli-
cet, Deūse & simul hominem perfectū esse clarè
& disertè astruens. Id nos quoque in primis cō-
siderātes, Deum ipsum & Dominum, eundémq;
hominem perfectum profiteri oportet, & per
præcepta eius probè institutos, ad diuinā illam
contendere & anhelare perfectionem.

a Fundamentum veræ pietatis actus eius simul & cōtemplationis virtutis est, vt Christum Saluatorem verum Deum eundémque verū hominem credas & profiteare.

Quænam opera in Euangelio descripta, Christum perfectum hominem, quæ item perfectum Deum esse declarant. Caput 23.

VErùm enimuerò, quòd perfectus natura homo Dominus sit, citra tamen naturæ in- *Indicia certa humanitatis christi.*
quinationem & sordes, apertè astruit nouem
illa mensium, qua in vtero gestatus est, fœtura,
natiuitas eius, educatio, baptismus, tentationes,
fames, sitis, labores, fatigationes, lachrymæ, an-
gores, somnus, tædium, & quæcunque sunt ho-
minum naturales & irreprehensibiles affectio-
nes: adhæc alapæ, colaphi, flagra, contumelię, ir-
risiones *b*, sputus, sannę, ludibria, & reliqua eiūs-
modi: præterea crux, clauis, acetum, fel, lancea:
postrema

Recēsentur ex pluribus, quædam miracula.

b Impuratis ore expuentē venenatos sputus. Lucif.

postrema denique mors, sunus, & sepultura. A
Atque hæc quidem à discipulis, tum ad confir-
mandam carnis eius fidem, sunt spectata: poste-
ris autem ex ordine omnibus ea sacrorum Euā-
geliorum scripta exhibent atque repræsentant.
Itaque omnia, Seruatorem verum esse hominē,
satis indicant. Quòd verò idem perfectus Deus,
extra cōfusionem & contaminationem omnē,
(vt qui ad subsistentiam suam diuinam, humanā
inseparabili modo naturam susceperit, peculia-
résque eius naturę cōditiones sibi proprias red-
iderit, neque dedecere se quicunq; illi sunt na-
turales & irreprehensibiles affectus putauerit)
manifestò declarat: primùm expers seminis è vir
gine natiuitas: & qui circa eam auditi sunt, cœle-
stis & angelicæ militiæ, Gloriam canētis, magni-
fici hymni: stella itineris Magorū dux, hotúmq;
secretò res magnas insinuās muneratio & ado- B
ratio: præterea circa baptismum eximia Ioannis
testificatio: eáque longè sublimior, quæ cœlis
apertis prorupit, paterna vox: & qui inde in co-
lumbę specie super ipsum descēdit spiritus, vocē
eam in eū qui baptizabatur peculiariter trahens
filium dilectū cœlitùs intonās: & alia multa, quę
singillatim recensere præsentis operæ nō est. Sa-
tis porrò ea quæ dicta sunt, diuinitatis eius fidē
fecerint illis, qui perspicere eam & intelligere so
lidè possint. Cæterùm, vt crassius quoque iste &
tenebris obsitus mundus illustraretur, & homi-
nes in caligine versantes immensam incredibilis
& plusquam infiniti diuini in genus humanum
amoris lucem conspicerent, diuitiásque bonita-
tis eius cognoscerent, prodigiis & miraculis lō-
gè maximis edendis, fidem hominum luculen- C
tius adaugens & cōfirmans, magis atque magis
per ea † Deus idémque homo Verbum diuini-
tatem suam comprobauit.

Miraculis Christus fidē diuinitatis suæ confirmauit.

† ὁ θεάνθρωπος λόγος.

Indicia aperta diuinitatis in eodem.

Breuis commemoratio admirandorum & supernaturalium miraculorum Domini nostri Iesu Christi, in quatuor Euangeliis expressorū, quæ quidē miracula certissimū diuinitatis eius perhibēt testimoniū. Cap. 24.

ET singula quidem seorsim miracula, quibus
diuinitas eius est declarata, in presentia ora-
tione cōplecti & explicare, tantū abest vt nostre,
absumus cōtemplatione, sic facultatis: vt ne ipsi
quidem diuini Euangelistæ, quęque singillatim, D
quæ viderunt, referre potuerint: perinde atq; ra-
diorū solis, & fluctuū sibi ipsis cōfertim ingru-
entium, rationem & numerū inire omnino non
est. Illis siquidem celebertima quæque, vt quæ
fidē maximè apud auditores habitura essent cō-
memorare satis fuit: maximam eorum partem,
quod non facilè in vulgus probabilia essent,
mundóve, & qui huius studiis tenentur, crassio-
ríque mente sunt, vt crederētur, persuaderi pos-
sent, persequi supersedentibus. Huc enim referri
illud arbitror: Si omnia singillatim perscriban-
tur, nē ipsum quidem mūdum recepturum esse,
qui scribendi essent, libros. Proinde & nos co-
rum quæ ad præsentem narrationem sunt accō-
modata, compendiosè exponendorum delectu
habito, ad reliqua instituti nostri ordine per se-
quenda progrediemur. Quęnam igitur sunt, quę
certam plenúmque diuinitatis Iesu faciunt fidē?
Aqua in vinū solo verba versa: febris verbo iti-

Euangelistæ non omnia christi miracula scriptis suis sunt complexi.

Potissima seruatoris nostri miracula,

dem propulsata, quâ apud Petri socrū, quâ apud
Regij hominis puerum curatio: leproforum vo-
luntate sola purgatio, claudorum item mandato
solo sanatio: multorum etiā à natiuitate cœcorū
illuminatio: surdorū eorundémque vel difficul-
ter vel omnino non loquentiū, linguæ simul &
auditus articulata & clara expeditio: membra
quæ longiore temporis spacio soluta fuerant, ad
officium suum reducta, quùm in eo qui à qua-
tuor basilis ex tecto per tegulas funibus demis-
sus fuerat, tum in eo quoque qui ad probaticam
Salomonis triginta & octo annos æger decu-
buerat: aridarum manuum laxata vincula: eorū
qui in terrā corporis inclinatione vergerent, di-
recta restitutio: plurimorū dæmoniū præsidia
& castra vno impetu in fugam versa: lunatici
morbi expiatio: fluxus sanguinis occulto fim-
briæ vestis cōtactu cōsistens: Centurionis puer
expectato & iam imminente periculo liberatus:
Iairi filia à morte reducta: multifariā variorúmq;
malorum spirituum propulsatio & eiectio, atq;
vnà cum grege porcorum in vndis submersio.
Iam quinq; panibus, duobúsque piscibus quin-
quies mille viri ad satietatem vsque refecti, ho-
rúmque reliquiæ duodecim cophini: ac septem
rursum panibus quater mille pasti alij, & sportæ
septem, quæ insigni superfuerunt miraculo: in
mari non alia quàm in solido pauimento deam-
bulatio, nec ipsius ea tantum verumetiam Petri
Apostolorum * principis, ipsius Iesu cohorta- * κορυφαίου.
tione suscepta: vehementis increpatio procellæ,
quæ mare pacauit, atque ex tempestate sæua ad
maliciam & tranquillitatem summam reduxit:
hydropici venter nutu contractus atque ad sta-
tum suum reductus: ciuitas quoque Naim, quæ
elatum viduæ filium rediuiuum conspexit: at-
que, vt semel dicam, varij & omnis generis cor-
porum languoris & imbecillitatis auxilium pię-
sens & curatio.

Metamorphosis & transfiguratio eius.

De diuina transformatione Seruatoris, & de mirifico miraculo in amico Lazaro exhibito. Cap. 25.

SEdenim diuinorū miraculorū omniū ad fidē
diuinitatis eius faciendā potissimū, maximū,
& euidentissimū est, in montē cum discipulis as-
census ille, & corporis ad diuinæ similem formā
mutatio: cuius spectatores vt temuibus admodū
vestigiis fierent, præcipui ex discipulis, honore
tanto digni reputati, obtinuerunt, Petrus, & Ze-
bedæi filij. Orante enim eo, instar, solis, mul-
perinde atque lux resplēduerunt. Eximo autem
inferorum recessu legis administer Moses appa-
rens, & simul Helias ex occultis latebris exitēs,
præstò fuere. Vterque porrò cum eo colloquuti
sunt de migratione eius per crucem, quam breui
peracturus fuerat in Hierusalem. Cæterùm qui
per tam sublimis miraculi cōspectum arcanis il-
lius sacris initiati essent, magnitudine eius cōster
nati, tum id quidem silētio texēre, supra naturæ
captum id arbitrantes esse. Quum autem postea
eo maius vidissent prodigium, ipsam scilicet ex
mortuis resurrectionē eius: tum demum & hoc
vnà cum aliis, manifestioris certiorisque fidei fa
ciendæ & cōfirmandę gratia, omnibus promul-
garunt. Præcellit porrò & illud, quod in amico
Lazaro, ex vico Bethania oriundo, Marthæ & Ma-

Resurrectio ipsius christi à mortuis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lazari resuscitatio.

riæ, quæ ei inseruiebant, fratre præstitit. Eo iam- E iam morituro, ad Iesum germanæ nuncium mittunt, qui ei id significet, opémque eius imploret. At ille, gloriæ id sibi fore sciens, cum discipulis familiarius colloquitur, ac paulo pòst Lazarum obdormiuisse, lætarique se eis dixit eorum cuiusquòd ibi tum non affuerit. Vt verò defunctus ille quartum iam diem in sepulchro clausus iacuit, præstò adest Seruator: & quum sorores multa miserabiliter cum lachrymis proloquutæ essent, ad monumentum tandem accedit, & lapidem auferre iubet. Ille autem, neruis in cõpage & connexione corporis diffluentibus iam putrescebat, grauitérque olebat. Seruator porrò, quum orationi incubuisset, atque acrius infremuisset, inuocato cœlitus paterno auxilio, Lazare vent foras, inclamat. Itaque defunctus, per- F inde atque viuens, & amico semper assistens, cõsequitur: & sepulcralibus fasciis ligatus, celeberrimum omnibus spectaculõ prodit, vinculisque eis solutus domum vadit. Multitudine autẽ tumultuante, ac Pontificibus & ipsius & Lazari occidendi consilium rationémque quærẽtibus, Hierosolymis relictis, inde secedit: & finitimũ, qui Ephrem dicitur, incolit locũ. Ac nona quidem & supra naturam omnem posita miracula, sic se habent.

Parabolarum omniũ Seruatoris cõmemoratio. Cap. 26.

Parabolæ Saluatoris apud Matthæum.

FOrtasse autem non intempestiuum fuerit, oratione breui & ea quæ ille per parabolas loquutus est, quoad eius fieri potest, clarioris intelligẽtiæ causa referre. Itaque prima apud Mat- G thæum parabola est, semen, pro eo atque decebat, in terrã cadens, partim trigecuplum, partim sexagecuplum, atque etiam cẽtuplum germinãs. Secunda, ager zizania superinsita habens: cui ob id, vt parceretur, dignum visum est. Sequitur sinapis granum, in altam arborem excrescens. Et farinæ fermentum, tribus satis exceptum. Item magno comparatus ager, propter defossum ibi auri thesaurum. Preciosa autem illa margarita, quam lucri causa mercator emit. Præterea omne genus piscium, sagenâ piscatoris cõclusum. Postea centum ille ouium grex: & ouis vna, quę lõgius inde aberrans, bono pastori seruata est. † Decem mulium debitor talentorum. Operarum mercede conductio, in inæquali æqualitate ad æquitatem deducens quod videbatur iniquum. H Duo filij, qui à patre vocati & in vineam suam missi, * ordine inuerso opus faciunt. His succedunt pessimi agricolæ, qui herili filio necẽ crearunt. Insuper rex magnificas filio nuptias struẽs, & cum conuiuis ex tempore conquisitis conuiuium celebrans. Item quinæ & prudentium & fatuarum virginum lampades, vel ardentes, vel extinctæ. Paterfamiliãs prudenter seruis suis talenta diuidens. Et pastor prudenter oues a dextram & sinistram segregans. Et has quidẽ Matthæus habet. Marco verò quatuor tãtum ex his referre, in mentem venit. Inæqualem scilicet reditum duplicis seminis: & eos qui patrẽfamiliãs suadendo orãt, vt zizania euellere permittat: Sinapis arborem, & vineæ hæredem pessimè à seruis cæsum. Lucas porrò plurimas cõgerit: & inter reliquas, has quoque exponit. Primùm, de eo qui domum supra petram firmiter construit, hospitio excipit, quem apocryphi libri patrem Lazari fuisse aperte tradunt. Apud hunc, quũ cibum caperet, conuiuam simul, quem nõ ita pridem in vitam restituisse, Lazarum habuit. Ibi quoque Lazari soror Maria humaniter excepto Iesu, tanquam Deo, propter redituum restitutionem fratris, vnguento precioso caput eius imbuit. Quemadmodum scilicet & alia antehac circiter medium prædicationis tempus: atque iterum alia mulier quæ vitam meretricio quęstu tolerauerat, paulo ante passionem extra Hierosolyma vnguento ingentis ponderis & precij, pedes Iesu lauit, sepulturæ adumbrans & repræsentans mysteriũ. Quæ sanè mulier, quibus multos in perditionis attraxerat lubricitatem, capillis, tanquam spongiis, pedes eius exterfit: vnguentúmque lachrymis miscens, grauì peccatorum est catena liberata. Deinde, vt competentem debitúmque finem scripturæ de eo proditæ B haberent, pullo subiugalis iumenti, qui thronis Cherubin vehitur, insidens, patentibus portis Hierosolyma ingreditur. Ibi multitudo * honorem eum qui ex itinere aduenientibus debetur, deproperans, quasi cuidam præstanti, hominémque superanti, reuerẽque Domino & Regi, carmina publicitus canit. Puerorum præterea tenerorum caternæ circa eum congregantur, diuinos pæanas & victoriæ carmina accinentes: atque ex his alij vestimenta humi sternunt, alij olearum & palmarum ramos frangẽtes, partim pedibus eius subiciunt, partim manibus quatiẽtes, magnificis ei applaudunt apprecationibus, perinde atque triumphatori & victori cuiquã: Osanna, dicentes, filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & C apparuit nobis. Atque ita vociferabantur longiùs eum producentes, donec cum laude & gloria in templum est ingressus. Vnde ille * rerum sacrarum nundinatores, sanctorúmque cæremoniarum & mysteriorum deprauatores, flagello cum libertate plurima ac potestate maxima, ad inuidiam vsque, & furibundam illam eorum insaniam, expellens, sceleratos & impios euertit. Iræ deinde cedens (iam enim in cædẽ eius ruebant, tanquam mundum ipsum post eum euntem conspicati) Hierosolymis Seruator precationis ergò egreditur. Postea verò, interposita aliqua temporis mora, eò reuertens (mane tum erat) qui fames ei incessisset, quod scilicet proprium humanæ conditionis erat, ad quandam diuertit ficum: cui quum nullus inesset fructus, vltima statim ei per execrationem imprecatur, vtpote quæ autor primum & dux transgressionis fuerit. Atque illa humore protinus omni prorsus exarescente, arida omnibus exhibetur. Quod sanè in eo spectatissimum omnibus modis diuinitatis opus fuit. Etenim, sicuti naturalis simul & hominis & idem Dei voluntas, ita simul & hominis & Dei efficacia atque actio, in ipso eodem conspiciebatur. Vtraque nanque natura efficiebat, cum alterius naturæ scilicet communicatione. Neque enim seorsim & absque communicatione, vtraque natura natiua & propria munia faciebat: verùm & diuinitas cum humanitate, & rursum humanitas cum ipsa diuinitate, quæ cuiusque essent officij, supra naturæ

Vt triginta tribus annis expletis, Seruator Bethaniam venerit: & de muliere meretrice, & de palmarum ramis, item de exarescente ficu. Caput 27.

DEinceps, quum triẽnalis temporis filij Dei in terris, doctrina sua promulganda, cõuersatio finem suum haberet, oportereque ipsum pro eo atque à mundi constitutionem præfinitum constitutúmque, atque oraculis sanctarum scripturarum prædictum fuerat, vitam suam pro mundi vita & salute ponere, necnon per mortẽ ad inferos descendere, vt dignos idoneósque, qui videlicet constanter in fide perseuerassent, in vitam, ipsumque adeò paradisum, tanquã princeps & autor vitæ æternæ reduceret: quúmque eius rei gratia summum Dei Verbum iam perfecisset omnia, ac discipulis suis læto significasset nuncio, appropinquare regnum cœlorum: à Satana quoque captis libertatem, eisque quorum animi tenebris obfuscati atque incredulitate deprauati essent, ingens lumen affuturum annunciasset, ad prædicandum annum Domini acceptum, & diem retributionis, consolationem verò lugentibus in Sion: receptis secum: quos sacris mysteriisque suis imbuerat, accedit ad Bethaniam vicum, qui Hierosolymis ad stadia maximè quindecim abest. Ibi eum Simon leprosus

In domo Simonis Leprosi Christus à Maria vnguẽta inungitur. Simonis Lazari pater. A tribus mulieribus Christus vnctus est. Vnde nonnulli doctores, tres Marias faciunt.

Triumphalis Christi in vrbem Hierosolymitanam ingressus.

* εἰσόδιον πομπῆς χεδιάζοντες.

Eiicit è templo Hierosolymis ementes & vẽdentes Christus.

* βεκκαπήλους.

Ficus infructuosa ad vocem Christi arescens.

De pomo sici primi parẽtes nostri gustarunt.

Idem Christus Deus & homo, vtriusque naturæ efficacia simul & continuim, & diuinitatis miracula edidit & humanitatem imbecillitatem exhibuit.

Descensus Christi ad inferos.

Summa prædicationis Euangelicæ.

hospitio excipit, quem apocryphi libri patrem A Lazari fuisse aperte tradunt. Apud hunc, quũ cibum caperet, conuiuam simul, quem nõ ita pridem in vitam restituisse, Lazarum habuit. Ibi quoque Lazari soror Maria humaniter excepto Iesu, tanquam Deo, propter redituum restitutionem fratris, vnguento precioso caput eius imbuit. Quemadmodum scilicet & alia antehac circiter medium prædicationis tempus: atque iterum alia mulier quæ vitam meretricio quęstu tolerauerat, paulo ante passionem extra Hierosolyma vnguento ingentis ponderis & precij, pedes Iesu lauit, sepulturæ adumbrans & repræsentans mysteriũ. Quæ sanè mulier, quibus multos in perditionis attraxerat lubricitatem, capillis, tanquam spongiis, pedes eius exterfit: vnguentúmque lachrymis miscens, grauì peccatorum est catena liberata. Deinde, vt competentem debitúmque finem scripturæ de eo proditæ B haberent, pullo subiugalis iumenti, qui thronis Cherubin vehitur, insidens, patentibus portis Hierosolyma ingreditur. Ibi multitudo * honorem eum qui ex itinere aduenientibus debetur, deproperans, quasi cuidam præstanti, hominémque superanti, reuerẽque Domino & Regi, carmina publicitus canit. Puerorum præterea tenerorum caternæ circa eum congregantur, diuinos pæanas & victoriæ carmina accinentes: atque ex his alij vestimenta humi sternunt, alij olearum & palmarum ramos frangẽtes, partim pedibus eius subiciunt, partim manibus quatiẽtes, magnificis ei applaudunt apprecationibus, perinde atque triumphatori & victori cuiquã: Osanna, dicentes, filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & C apparuit nobis. Atque ita vociferabantur longiùs eum producentes, donec cum laude & gloria in templum est ingressus. Vnde ille * rerum sacrarum nundinatores, sanctorúmque cæremoniarum & mysteriorum deprauatores, flagello cum libertate plurima ac potestate maxima, ad inuidiam vsque, & furibundam illam eorum insaniam, expellens, sceleratos & impios euertit. Iræ deinde cedens (iam enim in cædẽ eius ruebant, tanquam mundum ipsum post eum euntem conspicati) Hierosolymis Seruator precationis ergò egreditur. Postea verò, interposita aliqua temporis mora, eò reuertens (mane tum erat) qui fames ei incessisset, quod scilicet proprium humanæ conditionis erat, ad quandam diuertit ficum: cui quum nullus inesset fructus, vltima statim ei per execrationem imprecatur, vtpote quæ autor primum & dux transgressionis fuerit. Atque illa humore protinus omni prorsus exarescente, arida omnibus exhibetur. Quod sanè in eo spectatissimum omnibus modis diuinitatis opus fuit. Etenim, sicuti naturalis simul & hominis & idem Dei voluntas, ita simul & hominis & Dei efficacia atque actio, in ipso eodem conspiciebatur. Vtraque nanque natura efficiebat, cum alterius naturæ scilicet communicatione, vtraque natura natiua & propria munia faciebat: verùm & diuinitas cum humanitate, & rursum humanitas cum ipsa diuinitate, quæ cuiusque essent officij, supra naturæ captum efficiebant. Siquidem quemadmodum propria diuinæ sublimitatis munera filio hominis † communicata: itidem rursum naturales hominis imbecillitates Deo Verbo manifestè, per quãdam quasi remunerationem redditæ * sunt, propter eam quæ per subsistẽtiam est vnionem. Fortasse autem ficus ista exarescens, inuolucro quodam synagogæ Iudæorum sterilitatem, ferẽdorúmque fructuum inopiam expressit. Et profectò omnis anima rationalis incredulitati & diffidentiæ in Christum obnoxia, etiamsi legibus literæ tanquam foliis admodum florere existimetur: tamen si lege fidei in Christum qua illa maximè nutritur & fouetur, excidat, longè à benedictione Dei dissita, exarescit.

† μεταδιδοται. * ἀντιδίδοται.

Ficus ista exarescens et infructuosa, Synagogæ floręs quidem sed sterilis, typus est.

De mystica cœna, de diuino lauatore, & de Christi precatione. caput 28.

Ioannis Euangelistæ domus Hierosolymis.

SVb hæc cœna paratur in domo, vt aiunt, Ioannis Euangelistæ: quam ille, possessione sua (nõ exigua autem ea fuit) in Galilæa Caiphæ, eius rẽporis Iudęæ Pontifici vendita, (cuius gratia etiã illi notus extitit, sicuti ipse alicubi sacro suo testimonio astruit) in locis circum Sion montem sitis comparauerat. Ibi igitur discipuli apud hominem certum, priusquam Azymorum instaret dies, ita vt illis mandarum præscriptúmque fuerat, legis pascha instruunt. Verumenimuerò, quum per opus esset, parasceues die ad vesperã, vt lex præcipit, agnum immolari: nihilominus tamen eo verum agnum qui iamiam pro nobis pascha immolandus erat in cruce, præueniri, & typum imaginémque legalis paschatis cõplere, circiter quintæ diei vesperam oportebat. Opinio sanè obtinet, quùm multis aliis, tum Chrisostomo præcipuè comprobata, irrationalem tum agnum primùm, ita vt par erat, Christum cum discipulis omnino edisse. Deinde quum ad mysticam arcanámque illam cœnam cõfedisset, parua interposita mora consurrexisse, vestimenta (vtpote quæ eum fortasse grauarent, & in ministerio obeundo impedirent) statim deposuisse, linteum sibi circumcinxisse, atque ita prompte & alacriter discipulorum pedes lauisse: vt simul & nouã summissionis atque humanitatis ostenderet sublimationem, & per symbolum atque signum ipsis propriè competere mentis corporisque expiationem & purgationem declararet. Insuper verò illud eis innuens, pedes eorum ad esse. Adhæc, obscurè etiam, diuinorum pedum, pacem læta prædicatione annunciantium, pulchritudinem insinuans. Quum verò rursum discubuisset, mysticum tradidisse sacrificium horrendorum simul & viuificorum nostrorum mysteriorum pane † fermentato, & vino ex vite expresso. Eáque quum per gratiarum actionem & sanctificationem benedixisset, discipulis dedisse. & quum verè corpus & sanguinem suum esse, quasi fide sua interposita, confirmasset: accipere & participare eos illa, quippe * nulla re à diuina carne sua discrepantia, iussisse: atque id, ad eundem modum, in futurum deinceps fidelibus faciendum, ad sincerum euidentémque sui memoriam, per manus tradidisse. Itaque quum quibus oportuit cœlestibus mysticisque sermonibus conuiuas sodalésque suos instituisset, no-

Pedes discipulorum lauantur.

Lotionis eius mysterium.

Pascha verũ in Eucharistia exhibetur.

† ἐν ζύμῳ ἄρτῳ. hoc sic vt ab homine Græco dictũ.

* κατὰ μηδεμίαν ὅτε θείας σαρκὸς διαφορὰν.

Universidad de Deusto

uásque & Cæcanas res proloquutus esset, aduenitumque Spiritus, qui à Patre (filióque) procedit, secretiore ac sanctiore modo eis spopondisset, nouum denique postremò omnium testamentum exposuisset, in Gethsemani agrum oratu rus vnà cum illis egreditur. Atque ibi humanam imbecillitatem declarans, precatione fiquidem facturita visum esset, vt ab eo mortis poculũ abiret, deprecatur. Discipuli sanè grauedine somnipressi, segnes admodum esse, & quomodocũque vbi fors tulit, concidentes, quisque obdormire, ipse verò magister eos reprehendens obiurgare, & præcipuè Petrum, alios feruentiorem acrioremque, & qui constanter se in periculis perstiturum esse fuisset pollicitus.

Christus in horto ad certamini præparatur.

intra quod tempus Saluator doctrinæ suæ cursum pergerit.

cæsaris procuratores pro sua libidine & auaritia sacerdotium conferebant. eutrop. lib. 1. cap. 12.

† *Alii legunt Iabisil. Ioseph. lib. 18. cap. 7.*

De Anna & Caipha pontificibus, & de tempore doctrinæ Seruatoris. caput 29.

SCire autem cõuenit, diuinam scripturam innuere, Seruatorem ipsum omnem doctrinæ suæ cursum sub Anna & Caipha pontificibus absoluisse: quandoquidem intra istorum Pontificatus rerũque administrationis annos, totũ sesu doctrinæ tempus ad finem suum peruenit. Initium enim docendi Annę pontificatu fecit, & munus id vsque ad Caiphæ administrationem consummauit *b*. Tempus autem doctrinæ Seruatoris omne non totum expleuit quadriennium. Quum enim constitutiones legis paulatim solutæ interirent, præter alia etiam is qui ex maiorũ successione per sanctioris vitæ mores excellebat Dei cultus, sacrúmque ministerium collapsum intercidit. A ducibus enim & præsidibus, qui tẽporibus quisque suis Roma mittebantur, aliàs alij ministerium sacrum pecunia comparantes, non vno lõgius anno in eo perseuerabat. Quòd autem id verum sit, teste Iosepho vtar, qui post Annam quatuor per successionem pontifices vsque ad Caipham fuisse, in Antiquitatibus suis hisce verbis prodit: Valerius Gratus Anano põtificatu abrogato, Ismaelum pontificem creat, † Phabi filiũ. Sed & huic quum paulo pòst dignitatem eam ademisset, Eleazarum Anani pontificis filium põtificem designat. Anno porro exacto, & illo quoque à pontificatu reiecto, Simoni Camithi filio sacram administrationem tradit. Verùm & huic honorem eum obtinenti, nõ annuo longius tempus fuit: cui Iosephus, qui & Caiphas dictus est, succesſit. Ex his igitur consequitur, non prorsus quadriennij integri Seruatoris nostri doctrinæ fuisse tempus, quum quatuor annis quatuor pontifices, ab Anna vsque ad Caiphæ ordinem & creationẽ, annuo functi sint ministerio. Caipham verò ipsum Põtificem eius anni, in quem salutifera incidit passio, fuisse, scripta Euãgelica attestãtur. Vnde & hæc illi, de tẽpore Christi doctrinæ, quæ modò proposita est, cõsona esse obseruatio, liquido ostenditur.

d De quadriennij istius obseruatione Nicephorus Euseb. lib. 1. cap. 10. est imitatus. Verum ea cum 18. c. huius lib. 3. & cum Luc. non conuenit.

Et *Valerius Gratus ante annos ferè x. priusquam Pilatus Romã in Iudæam præses missus est prouinciæ eius præfectus fuit. Quid verò eodem tempore Hierosolymis Gratus faceret, quum ibi eorũ obtineret administrationem Pilatus. De alio itaque tempore, Iosephi verba ista sunt accipienda. Et autori ipsi in cap. 18. atque præcipuè Luc. c. 3. hac in re fides habenda. Hoc etiam declarat. cap. 4. lib. 2. infrà*

De proditione Iudæ, de diuinis cruciatibus Christi Iesu, & saluatoris cruce cuiusdem. Cap. 30.

AB hoc ipso Caipha, & improbo scribarum cõsilio corruptus Iudas Iscariotes, & quasi morbo auariciæ correptus, qui dicendorum tacendorúmque ac rerum præterea omniũ cum reliquis discipulis particeps à Seruatore factus fuerat, quum alienum sẽipsum & expertem diuinæ gratiæ, per excellentem malignitatem suam reddidisset, post lotionẽ ipsum, atque * arcanorum † sacrorũ initiationem, vitalémque ipsum panẽ, viuus etiamdum in potestatem inimici captus peruenit, cui se antea quoq; voluntatis animiq; destinatione dediderat *a*. Itaque ab apostolorũ choro seiunctus, quæ cum scribis & phariseis inierat pacta conuenta adimpler. Cohorte enim cum tribuno & multitudine ea quæ rapinis & latrociniis gaudet, adducta, quibus quidem laternæ & faces accensæ & fustes in manibus erãt, osculo Dominũ prodit, & abit. At ille captus, vt ouis innocens ad mortẽ fertur. Neque enim cõtentionẽ vllã subindicans, neque percussorũ imperũ ægreferens, placido quietôque animo trahentes sequebatur. Nec id ille tantũ præstitit, sed & feruidiorẽ discipulis aliis Petrũ, qui gladium strinxerat, obiurgat, ferrũ in loculos suos reponere iubet: tũm autẽ Pontificis serui, cui Malchi nomen erat, resectã aurẽ restituit: nõ inopia aut imbecillitate hæc se pati, quippe cui legiones quamplurimæ auxiliares, si vellet, præsto essent, sed arbitrio alterius ea permittere: & superari in præsentia, vt quæ in scripturis essent constituta, legitimũ debitúmque caperent finẽ, testatus. Sic itaque abductus ad Annam primùm: deinde ad Caipham, qui eius anni Pontificatũ sortitus fuerat, ducitur. Atq; ibi ingressũ adstringitur, vt profiteretur an ipse sit expectatus ille Christus. Vt autem quod verũ erat, Pontifex audiuit (non grauatẽ enim Christus se Dei filium esse profitebatur) cõfestim vestem discindit, impiũ atque blasphemũ vocat, dignúmq; morte præiudicat. His à Pontifice dictis, in caput ei plagæ impinguntur, facies conspuitur, atque per noctem totam omni ludibrij genere per vinum & temulẽtiam importunorum hominum, probrisque & cõtumelijs afficitur. Porrò autem quum illuxit, manibus eum vinctis ad Pilatum ducunt. Et iam dies erat, præsidésque pro tribunali consederat. Ibi Iudæi tanquam rabie agitati, eum circunsistunt, cõuiciisque prosciduntille cõtra filetio & placabilitate eorum obturat & refellit accusationẽ. Pilatus verò tam acerbũ, ab omniq; humanitate alienũ latratum eorũ audiens, quænã eius causa esset, rogat. Seruator autem eum responso non dignatur. Interim clamor, ad crucem eum condemnandum esse, minaci horribilisque voce de-

† μετὰ τὴν μύησιν τοῦ ζωτικοῦ ἄρτου. *Iudas sceleratus Christum prodit.*

christus capitur.

ἀναβαλλόμενος. *Apud Pilatum.*

** Augustinus apostolos reliquos in cœna Dominica panẽ Dominum, Iudam verò panem Domini contra Dominũ sumpsisse, scribit in Ioan. tract. 59. si Dominus hac (Eucharistiam) quod isti cauendum putant, vellet intelligi non ipse suo traditori dedisset quod in suam ille perniciem, sine culpa dantis, cum dignis indignus accepit. Id. lib. 1. de adult. coniug. ad vollent. cap. 27.*

poscentium,

poscentium, exaudiebatur. Ille autẽ, quum à cõspectu sua Procle per internuncium, ne quid aduersi contra hominem iustum decerneret, admonitus, tum sua ipse conscientia percussus, absoluere eum cõtendit: nihil enim capitalis afferebatur crimnis. Sed enim ad Herodẽ, qui tum Hierosolymis diuersabatur, eũ mittit: vt ille inquireret, si quid capitali supplicio dignum commisisset. Vt verò ne ille quidem quicquam inueniret, apud Pilatum rursus sistitur. Tum illi crimen ei † capitis intendunt, tanquam regem seipsum constituent: & Pilatum ad absoluendũ propensum, contra Cæsaris amicitiam facturum, si eum dimitteret, dicunt. Quod vbi Pilatus audiuit, metuens ne malam à Tiberio iniret gratiã, prouidéque præfecturæ dignitate excideret: atq; honorem retinendi, hominibúsque placẽdi studio victus, flagellum de collo eius suspendit, & sanguinariis carnificibus flagellãdum permittit. Et tam rursus in prætorio Saluator erat: multitudõque & vilissimi quique ex plebe, impunitatẽ sibi quodcunque vellẽt aduersus eũ faciẽdi, sumpserant. Ibi ex impuris illis quidam vestimẽta ei detrahunt, atque chlamydem coccineam in morẽ purpuræ circundant *a*. Præterea corona spinea caput eius tanquam regis coronant, & arundinem sceptri loco in manib. reponunt: nonnulli genib. flexis adorationem gestu ei offerunt. Aue rex Iudæorum, cum risu cõtumelioso ingerẽtes. Aliqui arũdine caput pulsantes, plausum addũt. Erant qui colaphis maxillas eius cedẽtes, irrisionémque naso per sannas suspẽso iungẽtes, quærerẽt, Vaticinare Christe, quis est qui te percussit *b*? Postea suis ipsum vestib. rursum indutum, crucem in humeros tollere iubent, & extra portam producunt *c*. Posteaquam autem ad Caluariæ locum est ventum, ibi crux compingitur, Seruator in eam sustollitur, clauis affigitur, & à prætereuntibus plurimis cõuicijs exagitatur. Vt verò malefícus etiam existimaretur esse, duos latrones ad partẽ vtranque eodem supplicij genere torquent. Titulus porrò supra caput eius positus, condemnationis causam triplici literarum genere indicabat *d*. Ex prædonib. verò alter, ipsum qui sic condemnatus esset, Deũ professus, paradisum rapit, eúmque per vim ingreditur: alter autem, vt blasphemus despicitur. Cæterũm quum omnia iam consummata essent, Sitio, inquit. illi porrò ad malitiã celeres *e*, acetum felle mixtum confestim afferunt: quibus olim in locis aridis siti pressis, petra fontem prouoluẽs, aquã sumministrauerat. * Et fel præbẽt, qui mel antiquitus fuxerant *f*. Postremò, quum voce magna cõclamasset, & in manus Patris spiritum cõmendans deposuisset, viram finit. Et corpus mortuũ aliquandiu ita pẽdebat: quum ex militibus quidam, Iudæorum genti gratificaturus *g*, latus eius lancea perforat: ex quo vulnere sanguis & aqua, præter opinionem omnẽ, profluxit. Quum verò metu homicidarũ omnes profugissent, sola ibi aderat mater, & quã diligebat discipulus, qui omnia quę vel ante vel post mortẽ eius gesta essent, oculis ipsi suis spectarunt: sanguinémq; & aquã è latere eius, quasi adhuc viuentis, recens profluentẽ, religiosè simul & honorificè admodum vasculo exceperunt. Deinde & Deipara mater, discipuli mater dicitur: cui à se multum amato

Ad Herodem mittitur.

κατασταθεὶς ὑπηγου ἐγκλήματι. *Manifestis læsa.*

Damnatur ad flagra.

a irridetur.

b Ad supplicium cructs ducitur.

c Crucifigitur.

d inter scelerato reputatur.

Iesus verbum Dei incarnatũ suspensum est super lignum.

Periculũ verò Deo status sui nullam fiat Tertull.

** Fellet et aceto potatur.*

Moritur.

Latus eius perforatur. Tertullianus in Apologetico, cap. 21. de passione & morte christi, inquit, ab latum contra Pilato, iyriam tunc ex parte Romana procurãte, primores iudæorum violentia suffragiorum in crucem Iesum dedi sibi exortes sunt.

prædixerat et ipse ea facturos. parũ hæc, si non & prophetæ ista etiam.

Tamen suffixus, multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum

cum verbo fronte dimisit, præsentia carnificis officio.

Eodem momẽto diei, medium orbem signante sole, sub dubia est.

religionum vtique putauerunt, qui id quoque super christo prædicatũ non scierunt.

Et tamen cum mundi casum relatum in archiuis vestris habeto, &c.

h Diuina prodigia in passione christi exhibita.

i Defectus iste solis mirabilis erat & prodigiosus.

Augusti.

k Descensus eius ad inferos piarum animarum in paradisum reductio.

ἀχρὸνος ἀνθρώπος. *paradisus, sanctarũ animarum ante resurrectionẽ communis sedes.*

filius eam commendans, vt pietatem quam parentibus debent liberi, ei præstaret, iniunxerat. *ex diuinis passionibus quanã christo, vt Deo eidémque homini, & quæ vt Deo asscribere conueniat: & de christi, quoad animam, descensu ad inferos: quando & quomodo eos quoque qui apud inferos vinculi fuerant solutos liberauerit. Caput 31.*

ENimuerò affectiones & perpessiones, quas diximus, Christo non vt puro homini, sed vt Deo, eidemque homini carne accidẽre *h*. Atquæcunque supra humanæ naturæ cõditionem, & ante mortem, & post depositionem de cruce, sepulturámq; ipsam magnificè, vt Deum decet, in eo euenere, citra controuersiam, certò & euidenter ipsius declarant diuinitatem. Quænam verò ea sunt? Tenebræ densæ, & propè contrabiles, à sexta vsque ad horam nonam. Sol nõ ordine aut ratione naturæ, sed quòd creatori cõpateretur, per deliquium extinctus, & rursum relucẽs: terræmotus immanis, petræ ruptæ, sẽpli velũ scissum, monumenta aperta, & mortui è sepulcris exilientes: multísque sibi notis, qui scilicet digni atque idonei visi fuerant, manifestò apparentes: nec non resurrectionem eius, qui eos excitauerat, certissimè comprobantes. *k* Ipse enim iustitiæ sol Christus, anima sola per mortẽ à corpore * segregata, apud inferos iustorum animis præstò fuit: & dux itineris ad paradisum ferentis præit, lucis princeps viæque ductor eis perinde atque latroni factus. Eadẽ nanque die, ac potius eadem hora ab inferis rediit: vt quidẽ quum alij nonnulli, tum is cui aurea lingua nomen indidit, in primis hæc accuratius certiúlq; expositure. Nec enim rationi cõsonum erat, animam eius apud inferos retineri: qui nihil prorsus à primi parentis maledictione & exitiosecum attulisset *a*. Subitò verò, &, vt ita dicam, fulgetri celeritate, dignos atque idoneos, luce summè coruscantis Deitatis illustrans, ac immensa potentia ex caliginosis illis, soléque carentibus latebris reducẽs: & principibus ibi te-

* *Quid fecit christi passio? quid fecit mors? nisi corpus ab anima separauit, animam verò à verbo non separauit. Aug. super 10. tract. 47. Christo Domino omnia tradita sunt, & potestas in cœlo & in terra, à patre videlicet. Tum verò tradita & data, cum Verbum caro factum est. Vt quemadmodum in cœlis primus (τὰ πρῶτα τῶν) habuit verbum Dei sic & in terris primas obtineret vt homo iustus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: primas quoque eorum quæ sub terra sunt ferret, primogenitus ipse mortuorum factus, vt viderent omnia regem suum, & in carnem Domini incurrerent paterna lux, & à carne eius splendida venirent in nos, ac sic demum venires homo in incorruptibilitatem coelumine paterno circundatus. Irenæus libro quarto cap. 57. Hic videre est causam descensus Christi ad inferos, & fructum primogenitæ eius ex mortuis.*

* *Prophetiarum quoque (προφητῶν) adest Abrahæ. id est prophetarum domicilium, & dignam habitationem vnaquæque gens percipit, etiam ante iudicium. Irenæus libro secundo, cap. 64. cur nõ capiat (ἀπολάβῃ) sinum Abrahæ dicit temperale aliquod animarum receptaculum in quo tam delineatur futuri imago ac candida quædam vtriusque iudicij prospiciatur. Tertullianus aduersus Marcum, lib. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nebrarum, ducibúsque malorũ, diuinæ potestatis splendore, & angelicarum cohortium militia quasi obtritis, † nullo tempore, & labore nullo, atque (vt semel dicam) eo qui solum Deum decet modo, in momẽto vno, ad sacra immensaq; luce relucentia paradisi * tabernacula traduxit, eáque tabernacula, perinde atque quosdam arra bonẽs & primitias earum quæ in cœlis aliquando, post communem scilicet illam resurrectionem omnium, condignis atque idoneis paratæ sunt, mansionum, sempiternorúmque hærediorũ ita vt par erat, eis donauit. Et quemadmodum nuda anima nudis apud inferos animabus, eo quo dictum est modo, Saluator vespertina paraseeues diei hora præsens affuit, resurrectionémque quodãmodo subindicauit: sic rursum tertia pòst die, quum profundũ etiamnum vna sabbatorum esset diluculum, ac fol quidem rum circa paradisum in Edem oriretur, altioráq; & sublimiora mõtium iuga attingeret: circa nostrum autem horizontem septima, vt sic dicam, aut etiam octaua obtineret hora nocturna, † eũ vitæ principe, Deo simili, animato, & purè intellectuali corpore ex sepulcro prodiens, ita vt antea prænunciauerat, resurrexit.

resurrectio Christi.

τμετὰ ζωαρχικὸν αὐτοῦ καὶ θεοῦ δῶς ἐμπόχῳ τε χαγγαρῷ σώματος.

Mors Christi illustris.

Demonstratio clara, ex eis quæ acciderunt supernaturalibus miraculis, quòd Dominus ex mortuis resurrexerit. Caput 32.

ATque equidem Deus ipse, idémque homo, non in angulo aut occulto quopiã loco, nõ etiam obscuro vel tẽpore vel modo, est defunctus: sed in ligno sublimè sublatus, gentibus simul & Iudæis spectãtibus, & quidẽ in loco atq; die celebri & insigni festi Paschæ, † vitam finiit. Nec minus sepulcrum magnificum illi fuit: hominis quippe opulenti, & nouũ, nupérque adeò in lapide excisum. Quale & sunus, iplaque sepultura fuit. Aloë siquidẽ & myrrha admodũ commistæ, corpus mortuum sindone & linteis exceptum cõplectebantur: atque ar ctissimè continẽtes vsque adeò constringebant, vt omnia ea corpus vnum esse existimarentur: quòd quouis glutine ea quæ diximus aromata, cuicunque iungãtur rei, arctius potentiúsque eam constringere possint. Et quẽadmodũ mors & sepultura Christi irrefragabilem in conspicuo peractæ loco fidem sunt consequutæ: itidẽ sanè cõsequens erat, decebátque resurrectionẽ eius, ad fidẽ faciendã, certum quiddã absolutúmque habere, vt omnibus modis firmã indubitatámque dignis & idoneis persuasionem credulitatémque astrueret. Itaque qui substantiã nostram, excepto peccato, susceperat, vinificas & salutares perpessiones in conspectu omnium sustinuit, ita vt recẽsuimus. Cæterùm vitalẽ triduanámq; ex mortuis resurrectionẽ suã, nõ omnibus prophanis simul & sanctis eodẽ modo perspiciendã permisit: quod nec æquum, nec sublimis, diuini, & iusti iudicij Dei esse creditum sit, impuris ingratísque oculis talia cõmittere, & peruersitati cordis in periculũ & experientiã rursum sanctũ Israëlis tradere, vt in ancipiti dubiáque cõsistentes opinione, quẽadmodũ etiã antea, & in cogitationibus variãtibus nõ rectũ adhibẽtes iudiciũ, eum reprobarẽt atque repudiarẽt. Illis verò qui mentem rectã & cor quàm maximè purum obtinerent, claram & ab omni ancipiti dubitatione aliena resurrectionem suã exhibuit, fidéque certa cõprobauit: primùm quidẽ à matre & reliquis conspectus mulieribus, deinde à delectis discipulis, aliás aliis, per dies quadraginta visus, ac verbis nouis atq; insolitis, simúlq; signis & prodigiis naturã superãtibus, omnẽ illis (quantũ fieri potuit) soluens atque adimẽs resurrectionis ambiguitatẽ. Non his autẽ solis, sed aliis quoque miraculis sepulcrũ cõsequutis, fidem resurrectionis suę confirmauit. Quæ verò ea sint, agedũ dicam⁹. Primùm, † signũ illud sigillũ sepulcro impressum, quod intactũ permã fuit: & custodia militaris illa, & genere alienigena, quæ in propinquo sigillũ id obseruabat. Præterea ingens ille lapis ad os sepulcri appositus, qui inde defluens, ac potius manu & robore angeli deuolutus, (quod ianẽ in his omnibus opinionẽ omnẽ excellit) ne ipse quidẽ vel minimũ signum suũ corrupit. Traditum enim nobis est ab antiquis, Iudæos lapidẽ eũ qui in saluniferũ illud sepulcrũ pro operculo positus fuerat, ad summũ monumẽti labrũ, petrámq; infernè illi se cõiungentẽ, ferramẽtis quibusdã fabrili lapicidarũ arte perforasse, ferrúmque ingẽs à fabro ex propinquo acceptũ, per vtrunque foramẽ immisisse, & in circi siue annuli formam circũegisse: atque ita firmiter captis commissis, omni ex parte quasi vinculũ circũduxisse, vt lapis, qualicunq; modo, loco suo reuelli, aut saltẽ ratione aliqua moueri (nisi arte quapiã & vi adhibita, necessariò aut ferrũ cõfringeretur, aut petra perrumperetur) non potuerit. Atque ad hũc modũ cum magna cura, atque etiã signo appresso, quem sepulcrũ firmissimè cõmunissent, custodia insuper competenti adhibita, eos abusse. Quapropter, quum nihil prorsus deignis illis motũ mutatúmve esset, & lapis † absque fragore & sonitu inde defluxisset, (qui quidẽ magnus fuisse perhibetur) ita vt vnguẽta afferentibus mulieribus, & discipulis ipsis accedẽtibus locũ is, vbi corpus depositũ fuerat, magnitudine sua apertè indicarit: quis nõ euidẽtem hãc & irrefragabilẽ resurrectionis † probationẽ atq; demõstrationẽ agnoscat? Et talia quidẽ sunt hæc resurrectionis Seruatoris indicia apertissima. Sindonis verò & linteorũ, ipsiúsque adeò, si placet, in capite sudarij, rursum qualia? Hæc etenim myrrhæ, & aloæ, & itẽ viuifico corpori illi cõpacta, & quasi vnum corpus, vnguẽtorum vi atque efficacia, facta, haudquaquam corpus furtim auferri permisere, iuxta Iudæorũ insanã clementiã. Quomodo enim corp* ipsum rudantes, hæc fure sic detraxissent: quum sepulcralia lintea intacta, & decenter, perinde atq; ei circundata fuerant, suo quæq; loco reperta sint? Et sudariũ nõ temerè, sed in vno capitis scilicet loco, ritè circumuolutũ iacuerit? Certum itaque est, ac persuasum omnibus, qui intelligere cogni tionémque assequi & rectè sapere volũt, Dominum nõ solùm die tertio cũ corpore surrexisse, sed etiam cum corpore tenui ac leui: nec amplius mortali & corruptibili & immortali, atq; (vt semel dicam) spirituali magis & diuiniore quódq; † simul Deus esset, (nã sic dicere ausim, * *perfectus Christus est, non propter deitatem modò) qua nihil perfectius, sed etiã propter carnẽ assumptã, quæ deitate vncta, & idẽ quod vncta facta est, adeóque, se erat perfectã. Greg. Theolo.*

Certum resurrectionis eius indicium.

Quibus post resurrectionẽ apparuerit.

signa eiũ resurrectionis.

captum

captũ sensus omnis excellẽrie, vestitúque & alimẽto, quo nõ indigeret, supetiore, ita vt & clausas fores naturaliter pertransiret: quanuis mirifica * ratione summissionis atq; cõformationis, eis quos sibi in arctiorem conluetudinem acciuerat, conspectus sit & latus fissuráque clauorũ contrectari sinerit, cibúmque cæperit, ac pisces & mel gustauerit, nõ ille quidem quòd esuriret, sed vt fidem resurrectionis nouę faceret, & phãtasmatis opinionem aboleret, ineffabili quodã modo præter naturã alimento à diuinitatis igne consumpto.

De sanctis mulieribus vnguentum ferentibus, quoties ad sepulcrum Christi sepulchrum accesserint Caput 33.

NEque verò minus ad veram certámque resurrectionem confirmandam faciunt, mulierum vnguenta ferentium testimonia. Nam & hæc fidẽ apud Deum meretur. In Christo nãque Iesu neque masculus neque fœmina, neq; seruus neque liber: sed vnus, in dignis atque idoneis, atq; adeo in omnibus. Dominus: vna fides, vnus sanctus spiritus, qui efficit atque operatur pro arbitrio & voluntate sua, omnia. Itaque quẽadmodum recti integrique homines, per quos & mundus vniuersus euangelica fagena captus est: & secũdum hos alij, secundas in fide veritatisq; cognitione ferẽtes, qui præ cæteris propter fidẽ egregiam susciperentur digni visi sunt: sic & mulieres plurimæ credẽtes, & necessaria ei ministrãtes, à Christo sunt admissæ. In quibus omnib. celebertima est Maria Magdalis orta, quę quidem antea septẽ spiritibus afflata atque detenta, eísque ab Iesu liberata, de cætero cõuersandum viuendúmque sibi cum curatore suo putauerat. Quapropter cum genitrice Dei, & Salome, & alia Maria spõsi Iosephi filia, ex Cleophæ fratris ei⁹, qui sine liberis procreatis decesserat, cõiuge procreata, atque cũ aliis familiarẽ consuetudinẽ habẽs, obsequi & ministrare Christo & discipulis eius non intermiserat. Magdalenã porrò istã Chananæ illius filiam esse quidam prodiderũt. Cum eis autẽ, quas diximus, alia rursum Maria erat, Iudæ Ioseph filij, vnius ex duodecim † conjunx: quam etiam minoris Iacobi & Iosæ matẽ nonnulli memorant. Itẽ Ioanna filiorũ Zebedei, Iacobi & Ioannis mater. Has q matri Iesu, nec minus ipsimet Seruatori omnib. officius præstandis fideles essent, aliæ plures ex Galilæa sequebantur, ad vestimentorũ vsum reliquúmque ministeriũ percõmodæ. Hæ igitur desiderio magistri flagrantes, meru autẽ persequutorum sese colubẽres, in sabbato quietæ esse, vt decebat, cogebãtur. † Vespere autẽ sabbatorũ, hoc est, post sabbata omnia, (cõsueuere autẽ Iudæi ipsos dies septẽ sabbata vocare) post totius videlicet hebdomadis peractũ circuitũ, & post mediæ noctis horas vnius sabbatorum, ipsa nimirũ illucescẽte Dominica: Maria Magdalena, & alia Maria (Dei libri) vt reliquis seruidiores, vehementioréque affectæ dolore, vnguẽta quædam ritè præparata habentes aduentebãt. de Iudæorũ consuetudine Iesum vnctũrę, atq; ex matutino tempore cõploraturæ, lachrymísque adeò animorũ mœrorem exacturę. Ecce autẽ lapidẽ conspiciunt longè à foribus deuolutum ‖, angelúmque ei insidentẽ, A lucis fulgore oculos perstringentem: bonóque animo eas esse, atque cuestigiò redeuntes, mystis discipulísque cũ lætitia resurrectionẽ renunciare mihi iubentẽ *b*. Reuertẽtibus itaque illis obuius fit Christus, saluere eos iubens: Petróque paret Christum & discipulis dicere, vt primo quoque tẽpore in Galilæam. de sideratũ ipsum visuri, irent. Atque illæ quidẽ stupore multo perculsę, ita abiere. Petrus hæc post resurrectionẽ duabus Mariis apparitio atque exhibitio fæta, quàm Matthæus & Marcus deprædicant. Illæ igitur, vt dicere cœpi, abiere, timore à seipsis dissidentes, neq; quicquã eorũ quę vidissent. *c* Magdalena certè quidẽ, sicuti Ioannes scribit, desiderio tabescẽs, ad monumentum rediit, iterúmque lapidẽ sublatum videns (femina enim seu vinopem sibi vidisse visa fuerat) confestim cucurrit, Petro & Ioanni, qui reliquis acriores calidioréque erant Apostolis, sublatũ quidẽ è monumẽto esse Iesum, se autem vbi locorũ esset ignorare, annũciatura. Illi porrò solicite atque anxij confestim ad sepulcrũ accurrere, atque intus ritè locoque suo sepulcralia lintea cõposita cernere, & verborũ quæ is qui resurrexerat proloquutus fuerat, memini sse, resurrectionísque fidem habere, cæterùm propter metum rursum seipsos cohibere: Maria autẽ stãs ad monumentũ flere, & dubitãs ambigere, vbinam corpus esset. Tum ibi humana specie angeli duo, alter quidẽ ad capitis locũ, alter autem inferiore parte, sedẽtes, quæ nã luctus fletúsque eius causa esset eum rogãt. Quibus illa respondet: nõ adesse eo loco Dominũ, seque vbinã positus esset nescire. His dictis, à tergo ei prẽsto adest Seruator. Angeli autẽ eo viso, illicò consurgunt. Illa porrò angelorũ assurgentiũ statu exterrita, cõuertitur, ipsúmque astantem videt. cæterùm hortulanum eum esse existimans, (in horto enim monumentum erat) ad interrogationẽ eius modicæ fidei profert vocem: Si tu, inquiẽs, illũ inde sublatum quópiam deportasti, dic fodes vbi locorũ sit, & ego illum tollam. Sedenim Dominus amentiam incredulitatémque eius vna appellatione corrigit & emẽdat. Ibi illa statim cõsuetam dulcémq; agnoscens vocem ex lætitiæ abundantia, magistrum eum vocat, & mysterio fidem adhibẽs, vitales pedes subitò cõtingere parat. Eámque ille quòd tum crassa etiamnum mente esset, ne se tãgeret, donec ad Patrẽ reuerteretur, inhibet. Tũ enim eos, qui spiritu adhærere adiungíque ei possent, potestate ea frui debere, dixit. Itaq; Magdalena ter ad sepulcrũ venit, & bis Christũ vidit: primũ cũ ipsa Dei genitrice, vt diuus cõmemorat Matthæus: secundò autẽ & tertiò, sola, vt quidẽ diuinus scribit Ioannes. Iã verò & quartò aduenit. erat autẽ cũ ipsa, Maria Iacobi, Ioãnna, Salomę, & aliæ plures quę à Galilęa venerãt sole recẽs admodũ orto. Quibus, iuxta diuũ Lucã, cõsternatis & stupentibus præstantes humana specie angeli dicũt, Viuentẽ nihil habere cũ mortuis per cũ esse eum in monumento, testificantur: verbáque eius in memoriã reuocare, atque discipulis abeuntes eadem indicare iubent. Ita demum illę cũ seruidissima Magdalena reuertit, vndecim illis, præterquãque aliis omnibus, quæ viderant, renũciant. At illi mulierculãrum verba pro nugis habẽtes animum ad credendum inducere nõ potue-

a Sanctarum mulierum de resurrectione testimonia.

Hæc ex hagiographis decerpta.

b Nomenclatura earũm. Maria Magdalena.

c Ea Chananæ illius filia habita est.

† Maria Iudæ Apostoli coniunx.

Malim legere, mater.

Sedenim & Iudas Iacobi, ac proinde & Domini frater, infra lib. 3. ca. 10. nepotes ex filio itaque & cõiugem, ex qua illum susceperit, habuisse scribitur. Verũ ea coniugem. si Maria nominata fuit, aliã a matre Iacobi & Iosæ, &c. fuisse necesse est.

d Discrepãt ipsa acta sub. sequen.

‖ Vesperę autẽ sabbati, &c. quo accipiendum. Dũa Maria Christũ volutæ ad monumentum eunt.

g Vt angelum ibi cõsistentem.

Apparet & ipse Dominus.

Quoties Maria Magdalena ad sepulcrum Christi venerit

Mulieres discipulis resurrectionem. Christi renũtiant.

Milites sepulchri custodes pecunia corrumpti Christi surto sublatum esse mentiuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt. Et tam fama viribus magis magísque sumptis, passim vna cum die Iesum ex mortuis resurrexisse, increbrescebat: quum Pontifices, & qui in Concilio alicuius essent nominis & existimationis, consilium texunt: & argento dato milites corrumpũt, vt persuadere omnibus conarentur, quum ipsi somno profundiore consopti essent, discipulos corpus defuncti magistri rapuisse. quod ad hunc vsque diem, apud eos Euangelista falsò iactari dicit.

Quoties ex quibus ex Apostolis apparuit: vt primum scilicet Lucæ & Cleopæ, deinde vespere vndecim discipulis clausis ianuis videndũ se præbuerit: et vt post dies octo, ab Apostolo Thoma sit cõrectatus. Cap. 34.

De apparitione Christi post resurrectionem, & miraculis eiusdem.

DEinceps, quoties discipulis apparuerit, quibúsque signis & miraculis, eis perculsis cognitus sit, ne ipsis quidẽ, qui suis ipsorum oculis ea spectarunt, in publica monumenta referri oportere visum est, sublimi Deúmque decẽte terrore simul & admiratione, facilis cõpendiariáq; orationis occasionẽ illis præbente: quippe quibus illud studio fuerit, vt ea tantum exponerẽt, quæ ad fidem non satis idoneis parúmque credulis hominibus faciendam sufficerent, plurima autẽ securitate silẽtij cõmitterent. Diebus enim, diuinus inquit Lucas, quadraginta ex interuallis se illis exhibens, & quidem nõ sine miraculis & prodigiis, quæ regni Dei essent, læto recensuit nuncio. Primũ itaque, sicuti antea dictũ est, mulieribus, vtpote fide feruentioribus ac desiderio cordis magis flagrantibus, cõspectus est. Deinde Simoni Petro, & ipsi singularem ardorem erga magistrũ obtinenti, in primísque linguę lubrico lapso, atque maiorẽ in modũ supra alios rerum suarum satagẽti Ac eadẽ ipsa, tertia quidem illa, sed prima resurrectionis die, à Luca & Cleopa, iter carpẽtibus, quum vespere ad cœnã cum eis consedisset, per panis nimirũ fractionẽ, cognitus est: qui, quum è conspectu eorum euanuisset ipsi cœna relicta, nullãque mora interposita, eo ipso tempore cum festinatione Hierosolyma reuersi sunt: atque in cœnaculum, vbi & cœna peracta fuerat, & tũ discipuli metu percussorũ cõfertim conuenerant, quàm primùm ascenderũt. Ibi eis apparitio Christi Simoni Petro exhibita, aliáq; de ipsa Magdalena, de lapide, & de angelis, præstantissimis vestimentis coruscãtibus, magna cũ voluptate renunciata sunt. Et ipsi vicissim, quod illis in itinere euenisset, & vt eum panẽ frangentem cognouissent, commemorarũt. Sedenim nõ exigua quoque tum ibi excitata est turba ab eis, qui inter se ancipites adhuc erant. Cæterùm illis ita ambigentibus, propter earum rerũ quæ dicebãtur nouitatẽ, circa eius ipsius diei ferũ, vesperam increbrescente, quum fores firmiter clausæ manerent, (metuebant enim, ne quis clàm ingrederetur) derepentè in ipsorum addubitãtium medio consistens Dominus, serenã tranquillitatem animis eorũ immittit: ac turba sedata, pacem eis more suo apprecatur, manus quoque & pedes prętera & diuinum latus contrectandũ permittens, fluctuantem eorum de resurrectione opinionem dissoluit, & plenã illis certámque facit fidem, vt firmiter constantérque crederent, se eũ ipsum, qui clauis nuper admodum trãsfixus fuerat, non spiritum esse. Quomodo enim spiritus

Apparuit mulieribus Petro.

Lucæ & Cleopæ.

Non Lucam hunc sed Nathanaelẽ fuisse, arbitratur Epiphanius.

Ipsis vndecim discipulis.

carne & ossibus vteretur? sicuti illi illum habere viderẽt. aut quomodo attactum admitteret, qui prorsus incorrectabilis esset? Itaque ego, inquit, sum, nõ prorsus omniq; ex parte mutatus. Atq; equidem primus nunc primitias Paracleti vobis in faciem spirans, Accipite, dico, Spiritũ sanctũ, per quẽ potestatem etiam tribuo soluendi ligãdique quicunque peccauerint homines. Cõuenit autem vos scire, id quod sæpenumero vobis à me est dictũ, sic omnia oportuisse fieri: Christúmque ex præscripto literæ pati, & ad gloriam suam reuerti. Vt autem non oculis modò ipsis, auditúque & tactu, verùm etiã gustatu fidei confirmationem habeatis, quod scilicet nõ spectrũ, sed ego ipse sim, qui in ligno quidẽ mortuus, & in sepulchro clausus fuerim, inde autem diuina vi & potẽtia euaserim: si quid vobis in promptu est cibi, proferatur. Atque illi partem pisces assi, & mel fauo suo mixtum, ei apponunt. Itaque in conspectu omniũ, manibus, quæ posita erãt, carpens, edit: & præterea potum degustat, ex mortuis corporis resurrectionem confirmans. Et talem quidem Seruatoris apparitionẽ & exhibitionẽ apud discipulos, diui Lucas & Ioannes optimè in Euangeliis suis promulgarunt. Ea autem quæ porrò sequuntur, ronitrus filius intonuit. Thomas nanque, cui & Didymi cognomẽ erat, vespertino spectaculo Christi non aderat. Quapropter quum reliqui discipuli cum gaudio aduentum ei apparitionẽ annunciarent, molestè eum sermonem ferebat: atque iniuria se affici putans, animo propter fluctuantẽ opinionis ambiguitatem in partes varias diuidebatur: nõ modò vt annunciantibus non crederet, verùm etiã illũ resurrexisse negaret. Quî enim id, homo quum esset, faceret? Quin & obnixè contra asseuerãtes contendebat, se non crediturũ, nisi manibus ipse suis clauorum fissuras attingens, manúmq; intra latus immittens, rem ipsam per contractionem certò deprehẽderet. Postquam autem deinceps octaua venit dies, foribus modo suo ritè occlusis, sectatoribus Christi omnib⁹ simul ibi metu congregatis, (aderat autem cum eis & Thomas) rursum Iesus sine strepitu omni adest, tacitéque spirituali, & vt vno verbo dicam, diuino corpore illo, nullo obstãte impedimẽto, in mædio eorum astãs, cõsuetam sibi vocem profert. Deinde & Thomæ dubiam ambiguitatẽ admens, & per illum apud alios omnes certa firmáq; faciens resurrectionis fundamenta, manus simul & pedes ipsúmque latus ostentat, accuratéq; & diligẽter pertractare iubet clauorum vestigia, & quę satis alta erat, lateris fissuram. Itaque in tantum illius fides ea contrectatione est confirmata, vt voce magna & Dominũ & Deum ipsum profiteretur.

Eisdem spiritũ sanctũ afflauit potestas ligandi & soluendi.

Denuò Christus Apostolorum congregatus apparuit.

Thomæ fit contrectandum præbuit.

Vt posthac ad mare Tiberiadis Petro, Thomæ, & Nathanaeli apparuerit, in captura piscium: vbi etiam cibum cum eis capit. caput 35.

Apparuit discipulis quibusdam piscantibus.

POstea rursum Petro, Thomæ, & Nathanaeli, Zebedæi liberis, & duobus præterea aliis, in Tiberiadis mari capiẽdis piscibus occupatis, cernitur. Nox verò tota illis abierat, quum admodum laborassent, nihil autem prorsus eius quod sperassent consequuti essent. Cæterùm vnà cum diluculo Iesu appetente, & verriculum ad dextram immittere laxaréque iubente, tanta

Plurimorum & maximarum piscium captura per miraculum.

tanta vis piscium extrahitur, vt sagenam perrahere non possent. Piscium igitur immensa opinionémque excedẽte captura, quinam esset, qui in littore astabat, cognoscitur. Et Petrus continuò natat. (circiter enim ducentos cubitos à terra aberant) Ardenti namque desiderio concitus ille, quum linteolo quod ei tum subitò tempus suppeditauerat, lumbos circumcirca cinxisset, vndis innatans, suauissimèque subinde aquam spiritu attrahens atque remittens, ad Christum contendit. Reliqui verò † naui piscatoria remigantes, ad littus appellũt. E naui itaque digressi, desideratum illum suauiter salutant, & amplectuntur. Et ecce, in solo prunas & piscem cum pane positum cernunt, sanctorum scilicet angelorum, vt puto, manibus ientaculum præparatũ. Iubentur præterea & ex recens captis piscibus aliquid afferre ad epulas. At illi conscenso nauigio, rete pertrahunt piscibus confertum, & numero & magnitudine præstantibus. ad centum enim quinquaginta & tres erant. Mirandũ autẽ erat, quum tot & tanti illi essent, verriculum ruptum prorsus nõ esse: adeò vt eo ipso prodigio, certò illis Dominum eum esse, constaret. Quapropter magna inter se affecti sunt voluptate atque letitia: & ille cum eis ex eo quod propositum fuerat, communicauit cibum. Enimuerò, quum admirandum illud * ientaculum finem haberet, non semel, sed iterum ac tertiò Dominus Simonẽ interrogauit, an se plus aliis diligeret? non ille quidem rescire hoc volens, (quomodo enim id ei opus esset) qui manifesta compertáque etiam quæ nondum facta essent, haberet? sed vt per triplicem expressam professionem triplici mederetur negationi. Vt autem ille celerrimè amorem est professus, hactenus suo diuit se * legitimum verúmque officium præstiturum esse, quatenus re ipsa & opere rationales oues pasceret. Id verò tum demum fore, si animam quoque, sicuti ipse, pro illis ponere vellet. futurum enim, vt ipse ouibus præfectus, itidem per crucẽ Deum glorificaret. Id namque innuit verbum illud, iuniorem ipsum quidem, quocumque voluisset, iusse: senem autẽ alij manus ad vinciendum præbituruum, viámque ad mortẽ ferentem, quam natura, vitam quàm longissimè producere cupiens, abhorreret, iturum. Intelexit ille quæ dicta fuerant, & discipulum cum † qui super pectus Domini recubuerat, ponè sequentem vidit. Itaque & de fine obitúque eius quæsiuit. Cæterùm Dominus, eo quòd temerè & frustra arcana inscrutabilis iudicij Dei inquirere & inuestigare vellet, acrius obiurgato: Sicum, inquit, volo in præsenti vita cum corpore manere, donec veniam, (casum Hierosolymorum, aut secundum aduentum suum scilicet innuẽs) quid id ad te? Tu, quẽadmodum tibi cõstitutũ est, indè vt ego, ad crucis mortẽ te para. De Ioanne verò, aut aliquo aliorum, nõ tibi, sed mihi cura erit. Atque indè fama increbuit, discipulum illum mortem nõ visurũ. Quam quidem multorum opinionẽ tanquã importunam, mihíque verã ipse corrigens, Non dixit ei, inquit Iesus, quod moriturus non sit: moriturus est enim eo, quo Dei genitrix, modo: cõfestim verò reuiuiscet ac resurget, incorruptibili scilicet corpore alterum magistri expectaturus aduentum.

† ἀκτίῳ. cibus diuinitus præparatus.

† ἐπιφθέγ. Petrus de Ioannis quoque obitu curiosè inquirit.

Τὸ ἀρίστον. Christus de amore erga se Petri certior fieri vult.

Quid sibi velut triplex interrogatio.

** τὸ γνήσιον.*

Mors sua Petro prædicta.

Ioannis apostoli & Mariæ Dei genitricis decessus.

Vt postremò in Galilæa sit visus: & quum in montem Oliuarum ascendisset, receptus in cœlum ad dexteram Dei consederit. Caput 36.

Postremum se discipulis Christus exhibuit, & Ascensionis formam.

DEinde iuxta sublimem Matthæum ab eis cõspicitur in Galilææ monte, & ibi à patre potestatem summam cœli & terræ sibi, iuxta a humanitatẽ scilicet traditã esse confirmat eósq; cohortatus, proficisci ad gentes omnes iubet, ac canis sacris initiaturos: baptizaturósque in nomen patris & filij & spiritus sancti, credentes, præceptáque seruaturos omnia: se quoque iuturum cum eis per dies omnes, ad cõsummationẽ vsque seculi præsentis, pollicetur. Postea per Bethaniam eos in montem olearum ducit, & promissionem spiritus promittit, in Hierusalem videlicet sedentibus, expectantibúsque, donec cœlitùs diuinorum omnis † generis armorum spirituali apparatu instruerẽtur. Et quum præcipua mandata & munera functionis Apostolicæ cõ cionans exposuisset, benedictionẽque eis, pro eo atque decebat, largitus esset, spectãtibus eis, lucidissima nube circundatus, b in cœlos * sublatus est: & cum ea, † quam receperat, accessione Deificata, reuersus ad dextram patris cõsedit. Ne autem ea res mœrorem eis crearet, (quòd non iniquum esset eos magistro orbatos, immensõ corripi dolore) & hoc ipsum pastori bono curę fuit. Angelos enim duos demisit, qui reditũ eius in cœlum indicarent, admirãdáque & ineffabili eos implerent lætitia, sic illum cum illustri magnificentia rediturum annunciãtes. Itaque adoratione peracta, libẽtes domũ redeunt, & in cœnaculo illo Paracleti expectant aduentum. Precario autem eorũ erat exercitiũ, vt diuus Lucas testatur. Catalogo namque vndecim discipulorum recẽsito, deinceps addit: Et omnes isti vnanimes constanter orationi & precationi incumbebant, vnà cum mulieribus, & ipsa Maria matre Iesu, cúmque ipsius fratribus, tantisper dum paracletum decimo ab abscensione, quinquagesimo autem à triduana resurrectione die, subitã tialiter descendentem acciperent.

† τὴν ἄνω πατρίδα. b Ascensio Christi in cælum.

** vt corpus non iam in terreni, sed in cœlestibus & in patris dextera collocaret. Rufinus. Hæc in cœlum indicarent, admirãdáque & ineffabili eos implerent lætitia, sic illum cum illustri magnificentia rediturum annunciãtes.*

Hilar. psal. 143 Vnigenitus filius siquidem in sinu Patris euãgelico spiritu reperitur, Ambro. de incarn. dn. sacram. cap. 15. Reuera magnum & admirabile & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, & adorari ab angelis & archangelis & Cherubin & Seraphin. hos sæpe in meo meũ versari, excessum patior, & maiora de genere humano imaginor. Maiora quippe video & clara exordia, malim Dei satagere pro natura nostra. Chrysostomus. Hebr. 2. Quã ratione triduana Domini fuerit resurrectio, qua ite quadragesimo post die in cœlos ascenderit. cap. 37. Reuera mirabile humane spei ratione peracta, libẽtes domũ redeunt, & in cœnaculo illo Paracleti expectant aduentum. Præcario autem eorũ erat exercitiũ, vt diuus Lucas testatur. Catalogo namque vndecim discipulorum recẽsito, deinceps addit: Et omnes isti vnanimes constanter orationi & precationi incumbebant, vnà cum mulieribus, & ipsa Maria matre Iesu, cúmque ipsius fratribus, tantisper dum paracletum decimo ab abscensione, quinquagesimo autem à triduana resurrectione die, subitã tialiter descendentem acciperent. veritas est humanam naturam corruptibilemque rum gloriæ debitam in immutatione in æternam esse transformatã substantiam.

Vt quidẽ conciuismodi rebus inquirendis delectãtur, dixerit, ictura colligere licet, post resurrectio, reditus autem in cœlũ quadragesimo die duorũ hic peracta sit: decimo porrò deinde, à sanctæ autẽ Pentecostes resurrectione quinquagesimo, Spiritus diuinus, ita vt promissus fuerat, missus in Apostolos descenderit. Arbitror enim nihil temerè & casu enim gratia aliquo, sine singulari quapiam consideratione, & Sabbati à Seruatore verbo, cum ratione & ordine decentu, vt par est, exequenti omnia, factum esse: vt diuus Lupassim bis mille, quantum videlicet castra à tabernaculo eas dixit. est testimonij abierant: quemadmodum diuinus constituit autem Sabbatismos. Sancta porrò & diuina ascensio die quinto est bati iter, facta. Niceph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi quòd propter cognitionis incomprehensi- E
lis difficultatem, humanæ mentis ea superant
b ceptum b. Mihi quidem nõnihil super intelligẽ-
tiam ipsam & mirificam audenti, Vniuersitatis
huius Dominus resurrectionẽ suam propterea
in diuinorum consulisse videtur: quum tres
principui ordines, siue ætates hominum vitæ, ex
quo patria nostra eiecti sumus, numerentur, co-
rum nimirum qui ante legem datam, deinde qui
sub lege ipsa, postremo qui post eos extitẽre (qui
etiam vitæ, quæ per gratiam est, participes sunt)
quod is qui pro salute omnium mortem obeun-
dam susceperat, restituere triduanam mũdo e va
filitatem & direptionẽ debuerit, vnicuique parti
earum ætatum quasi signo impresso, libertate à
corruptione & pernicie, accommodata conue- F
nientique proportione descensus ad inferos, seu
portius corporalis in sepulcro mansionis morti-
ficationisq; suæ, cõfirmans. Quod si cui placeat,
generis humani d in principia elementáque sua
resolutionẽ, eiusdémque e restitutionem, ad cau-
sam Dominicę resurrectionis referre: & propte-
rea quòd ea à perfectrice rerum cunctarũ Trini-
tate effecta sit, tribus, à Domino omnũ, diebus
morte esse abolitã, affirmare: ab eo quoque no-
stra non dissentiet contemplatrix consideratio.
f Lazarus liquidem, mundanæ corruptionis ele-
mentarisque resolutionis & regenerationis ty-
pus & exemplar, in fatalem ac morti, etiammum
obnoxium restituitur ordinem, quem in elemẽ-
taribus eodem numero principiis ipse Christus
constituerat. g Quadragesimo autem die ad cœ-
los paternúmque reuertitur thronũ Dominus:
quòd & lex, rerum futurarum exemplar & figu-
ra, iis qui ex corruptione progeniti essent, per
hunc numerum, quasi sacrum ductorem, aditũ
& ingressum ad sacra adyta permittit. Eam scili-
cet ob causam etiã nunc * primogenitus ex mor
tuis factus Christus, immortalitatémq; creaturę
suæ per restitutionem asserens, ad supercœleste
nullaque manu factam, nec non † omniũ sacro-
rum sacratissimum ipsius sanctum sanctorum
splendidè ac magnificè contendens recipitur.

Quæ ratione quinquagesima quidem post resurrectionem, decima autem post ascensionem die paracletus, diuinus videlicet Spiritus, substantialiter apud Apostolos fuit versatus. Caput 38.

CÆterùm quinquagesimam diem repetio, 11
non solùm quòd ipsa sacra, è radice sacra
orum ducat, ex illa nimirum die, sua ipsius cir-
cularí in se ipsam reuelatione emergẽs, qua die,
ab omnibus quæcunque voluisset operibus, seu
† in peregrinatione sua, seu in mundi * constitu-
tione effectis, creator ipse cõquieuit: verumetiã,
quòd typum & imaginem impleuit perpetuæ il-
lius omnisq; vesperæ expertis remissionis diei.
Quapropter etiam eis qui iuxta veterem literã
viuebant, tanquam per vmbrã exhibita, liberta-
rem rerũ omniũ concedebat, circulari annorum
cursu in numero isto cõsistente: eisq; rebus, quæ
tum agebantur indicãtibus, post septimanũ hũc
fatis ac seruituti obnoxiæ vitę nostrę circuitum,
aduenturum esse diem illam, qua in antiquũ nos
statum recipi, pristinámq; & cœlestem libertatẽ
restitui oporteret. Quum itaque & nũc Spiritus
sancti aduẽtus ita comparatus sit, vt nouum no-

bis vitæ modum præscriberet, & ad illam ipsam
diem, ex obscura & caliginosa præsentis vitę no-
cte, nos excitaret: ideo in hac ipsa aduenit ille
die. Decima autẽ ea post ascẽsionem dies, quòd,
sicuti septenaria in seipsam per circuitũ reuersa, *Quid ita de-*
quinquagesimã remissionis diem proierit: itidem *cimo ab ascẽ-*
& tertia in seipsam reuoluta, hanc ipsam nobis *sione die spi-*
sacram substantialis Spiritus aduẽtus diẽ creat. *ritus sanctus*
Erat quippe hoc sic cõsequens & consentaneũ, *aduenerit.*
non tantùm † propter diuinam rerum omnium Διὰ τὴν τῆς
principis trinitatem, verumetiam quòd ingens θεαρχίας.
hoc resuscitationis & restitutionis mundi opus Τριήνυ.
* quod tertium in trinitate est Verbum: arcana
admodũ vt paulò antè memorauimus, ratione τριττὰ ἀεὶ
peregit. Dictũ præterea à nõnullis est, decima ab λόγος.
ascẽsione die Spiritum, alium quippe paracletũ,
propterea venisse, quòd reuertente cũ Deificata
humanitatis accessione Deo Verbo, ex nouena-
ria principũ angelorũ classe, ordo quilibet seor-
sim accedẽs, accessioni ei Deificata vnà cum Di-
uino Verbo, debitam sacrarit atque præstiterit
adorationẽ: quippe quæ res reconciliationẽ ge-
neris nostri, sapientissimè optiméque administra-
rit: & postea iuxta promissionẽ, diuinũ missum *Restitutionis*
esse Paracletum. Ad hunc quidé modum nobis *generis hu-*
hæc dicere in mentem venit. nihil enim temere, *mani.*
aut extra singularem insignis considerationis cõ
templationem, Verbum fecit atque impleuit. Si
quid verò est alterius arcani mysterij, abditarum
secretarúmq; rerum Iesu amplitudine dignũ, id
illi viderint, quibus profundã altitudinem rerũ G
ineffabilium diuinitúsque peractarũ, actoribus
contẽplationis oculis perspicere est concessum.

Ὡς ἑμοὶ δοκεῖ τῶν προσλήμματι γεγενημένων σύμμα τῷ θείῳ λόγῳ πρόσκτησιν ἀφῶσιν. descripta sunt hæc ex veteribus Græcis theologis. Quid verò ad ea dicẽt nostræ ætatis theologi, qui carne Christi glorificatam, & cæli ordinem creaturarum redigunt, & adorationem eius in dubium vocant? agunt in cælestibus paschalia gaudia ipsi angelici spiritus, & resurgentis Domini gloriam admirantur: lætantur & delectantur in eo, quòd forma serui reuersa sit in formam Dei, & exinanitis humilitatis ad depositæ altitudinis redierit maiestatem Cyprian. Sermon. paschal. Inde Theologus, Paschæ Dominũ dicit esse τιμὴν τῆς δόξης, hoc est, honorem siue decus Trinitatis.

Quòd & ipse Iosephus Seruatoris nostri Iesu Christi in decimooctauo libro Historiarum suarum mentionem fecerit, & quibus de eo verbis sit vsus. Caput 38.

ATque equidem quæ de Christo, in sacrorũ
Euangeliorũ librum relata sunt, vt ea quam *Luculentis-*
breuissimè exponi potuerũt, ad hunc sese habẽt *simum Ios-*
modũ. Reliquũ nũc esse puto, Iosephũ quoque *phi historici*
veritatis amantem apud Hebræos historicũ, in *de salutari*
mediũ producere, & quę is in decimooctauo An- *nostro testi-*
tiquitatũ libro de Seruatore nostro Iesu Christo *monium*
scripta reliquerit, primo huic historiarum libro,
tanquã coronidẽ apponere. Quum enim de præ-
cursore Ioanne, ea quæ paulo antè recensuimus,
exposuisset, deinde de Christo verbis hisce ita
scribit: Extitit eo tẽpore Iesus, vir sapiẽs si quidẽ
virum eum dicere fas est. Erat enim operũ, opi-
nionẽ fidémque omnem excedentium, effector:
& hominum eorum qui libenter veritatẽ com-
plecterentur, magister. Multos enim simul &
ex Iudæis,

ex Iudæis, & ex Græcorum supersitione, in di- A
sciplinam suam asciuit. Christus is fuit. Et quum
eum principum apud nos virorum delatione,
Pilatus crucis supplicio affecisset, non tamen,
qui ante eum erant complexi, confectari super-
sederunt. Apparuit quippe, illis tertio pòst die
superstes ac rediuiuus. Quandoquidem diuini
prophetæ & hoc & alia, de eo admiranda, vati-
cinati fuerant. Et ad hodiernum vsque diem,
quæ ab eo est cognominata.

De diuina ortis corporisque figura & forma Seruatoris nostri Iesu Christi. cap. 40.

POrrò effigies formæ Domini nostri Iesu
Christi, sicuti à veteribus accepimus; talis
propemodum, quatenus eum crassius verbis B
comprehendere licet, fuit. Egregios is viridó-
que vultu fuit. Corporis statura ad palmos pror
sus septem. Cæsariem habuit subflauam, ac non
admodum dẽsam, leniter quodammodo ad cri-
spos declinantem: supercilia nigra, non perinde
inflexa. Ex oculis subflauescentibus mirifica pro
minebat gratia. † Acres ij erant, & * nasus lon-
gior. Barbæ capillus flauus, nec admodũ demis-
sus. Capitis porrò capillos tulit prolixiores. No
uacula enim in caput eius non ascendit, neque
manus aliqua hominis, præterquàm matris, in-
tenera duntaxat ætate eius. Collum fuit sensim
decline, ita vt non arduo & extẽto nimium cor-
poris statu esset. Porrò tritici † referens colorẽ, C
non rotũdam aut acutam habuit faciem, sed
qualis matris eius erat, paulũ deorsum versum
vergentem, ac modicè rubicundam: grauitatem
atque prudentiã cum lenitate coniunctam, pla-
cabilitatẽque iracundiæ expertem, præ se feren-
tem. Persimilis denique per omnia fuit diuinæ &
immaculatæ suæ genitrici. Ac hæc quidem hactẽ
nus. Cõplectitur autẽ primus hic historiarũ Li-
ber, annos triginta tres: initio sumpto à quadra-
gesimo secũdo Augusti Cęsaris iã senescẽtis Im-
perij anno, quo Dominus noster Iesus Christus
cum carne ex sancta processit virgine: fine autẽ
in decimum octauum Tiberij Cæsaris imperan-
tis annum desinente. Qui quidẽ à mundo con-
dito. Quinquies millesimus quingentesimus tri-
gesimus octauus, à natiuitate autem Domini
trigesimus tertius fuit. D

† Gen. 49. *de Iuda dicitur,* κεχοὸς ὀἰόφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐκ οἴνου. *Fulus oculi eius à vino. Fuerunt & domino Christo oculi* κεχοὸς *id est, fului, splendescentes, nigros habentes aliquid. Theodorus Gaza fulvos vertit in Aristotele, qui leonem oculas habere scripsit* κεχοώδεις.

* *Hic mihi ingenuè fatendum est, cum ingentem esse viderem inter veteres & nouos Chronologos & temporum obseruatores dissentiam, annis à condito mundo notandis, me in Nicephori nostri præcipit editionis libris vbique mille annos detraxisse, vt notatio eius & computatio propius ad recentiorum quas è sacris Bibliis acceperunt rationes, accederet. Sed in posteriore ista & accuratiore editione, millenos eos annos vbique restitui, ita vt in Græco exemplari positos reperi. Feci id ea potissimùm adductus ratione quod & Lactantium & Augustinum viderem scripsisse ætate eorum sextum mundi millenarium cucurrisse. Lactantius lib. instit. 7. cap. 14. Sciant, inquit, philosophi, qui ab exordio mundi seculorum millia enumerant, nondum sextum millesimum annum esse conclusum, qui numero expleto consummationem fieri necesse est, & humanarũ rerum statum in melius reformari. August. de ciuit. lib. 20. cap. 7. de mille annis Apocalypseos: In vltimis, inquit, annis mille ista res agitur, id est, sexto annorum milliario, tanquam sexto die, cuius nunc spacia posteriora voluuntur, sequuturo deinde sabbato, quod non habet vesperam. A qua ratione non multum annotatio Nicephori annorum mundi discrepat.*

Neoterici chronologi admodum à veteribus discrepãt.

Quorumquidam hunc annum mundi conditi censẽt esse 3665 Theodorus nihilominus ponit 4011

Effigies & statura Christi.

† εὐόφθαλμος. * ἐπίρρυτο

Primi huius libri anni.

Nicephorum, atque alij itidem authores, passionem Christi Iesu Saluatoris nostri in decimumoctauum imperantis Tiberij annum referunt: quo anno Consules fuere Furius Camillus, Arruntius Scribonianus, & Cn. Domitius Ænobarbus. At Lactantius Instit. diuinar. lib. 4. Tiberij inquit, anno quindecimo, id est, duobus Geminis Consulibus, ante diem septimum Cal. Aprilium, Iudæi Christum cruci affixerunt. Eorum consulum integra nomina fuerunt, C. Rubellius Geminus. Lactantius Tertulliani sententiam est secutus; cuius hæc verba sunt in lib. aduersus Iudæos: Tiberij quintodecimo anno imperij passus est Christus, annos habens quasi 30. quum pateretur, &c. Quæ passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, Cons. Rubellio Gemino, & Fufio Geminо, mense Martio temporibus Paschæ, die octauo Cal. April. die primo Azymorum: quo agnum vt occiderent ad vesperam, à Mose fuerat præceptum.

Octauianus imperauit annos 29.
ante Xtum natũ, post natũ Christũ.
ad annos 15 obijt Iunius
et anno 18 imperij Tiberij ca. s. passus est Xtus. annos Sabinus quasi triginta alij in anno 18 Tiberij. Lactantius anno 16. lib 4 institutionũ. ex quolibet sic affirmamus.

Consideratio ista, quur quinquagesimo à resurrectione die, Spiritum sanctum Christus Apostolis miserit.

Nam Deus transijt in hominem, vt homo transeat in Deum. Iren. lib. 4. cap. 59.

† πάντων τῶν ἰδίων ἐξορτασθῆναι ἀξίως τῶν ἁγίων

Quam ob rem quinquagesima ab ascensione die Christus cœlos ascenderit.

Quadriduana Lazari mors quid de signet.

Quo mysterio quadragesima a resurrectione die Christus cœlos ascenderit.

* πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν

* ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORICAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS SECVNDVS.

Vt post ascentionem Domini, Matthias pro Iuda in numerum duodecim Apostolorum sit cooptatus.

CAPVT I.

περὶ θεολογίας.

PRIMO libro, quæ opus fuit de verbi diuinitate, & doctrinæ Christianæ antiquissima origine, quòd videlicet institutum ex præscripto Euangelij viuendi, vnà cum ipso mundo extiterit à veteribus Deo dilectis hominibus, quasi per vmbram frequentatum: præterea quod appellationes Seruatoris nostri in magnum antiquitàs fuerint honorem, & quomodo Iudæorum regnum iam inde ab initio ad Herodem vsque sit deductum: tum autem de apparitione & præsentia Seruatoris Christi in terris, simúlque de vita & institutis eius: insuper de Apostolorum electione, de baptismo, diuina passione, resurrectione, & reditu eius in cœlos, denique de restitutione mundi exposuimus. Deinceps ea quæ post ascensionem Seruatoris acta sint, breuiter percurremus, rebus Apostolorum gestis suauiter immorantes, vbinam & quomodo salutiferum Verbum per habitabilem orbem increbuerit, quaslibet etiã vniuscuiusque eorũ per spiritum effectiones & opera, & quam quisque vitæ finem habuerit, quasve ex gentibus cõstituerit Ecclesias, postremò quibus fuctionis suæ illi reliquerint successiones. Eáq; partim ex diuinis literis colligemus, partim ex aliis historicis, vt sese quisque locus dabit, afferemus. Itaque sacri & diuini Apostoli, quum ex monte Oliueti in domum Ioãnis Euangelistæ ad Sion sitam, (vbi quoque Dei genitrix à virgine eodémque discipulo seruata vsque ad vitalem obitum eius, vt antiquitàs fama obtinet, vixit) reuersi essent, orationique & precationi vacarent, paulo post, quum cõcentum & viginti conuenissent homines, Petrus, concione habita, primus duodenarium Apostolicæ electionis numerũ supplendum esse arbitratur: & ex septuaginta illis, qui & fortitudine, & opere illustres essent, duos produci, vt ex eis alter pro Iuda, qui ipse prodiderat Magistrũ, locum ministerij sortiretur. Iustus & Matthias delecti isti erãt. Quum autẽ sortes missæ essent, ad Iabita congruenti orationi, vt, qui idoneus Verbi ministerio esset, cœlesti suffragio & iudicio declararetur, sors in Matthiã peruenit. Ita sacratus ille numerus suppletur, Matthiásque impositione manuum duodecim Apostolis adscribitur.

Quæ primo libro sint dicta.

Quæ hoc libro dicenda sint.

Matthias in locum Iudæ proditoris subrogatur.

De Spiritus sancti ipsa die Pentecoste subito aduentu, & de miraculis per Apostolos editis.

ET iam decima, ab ascensione: quinquagesima autem, ab resurrectione aderat dies, omnésque vnà in cœnaculo congregati erãt. Quum derepente tertia diei hora sonitus ingens, tanquam vento subito & vehementi flante, exauditur, totámq; is complet domum: & linguæ igneæ pari cum discipulis numero dispertitæ, in vniuscuiusque vertice considére videãtur. Itaq; illi sanctissimo Spiritu pleni, varijs linguis gloriã Dei loquuntur, diuinitatémque Iesu eis qui confluebant, deprædicãt. Accurrebat enim, inquit, multitudo ad fulminis sonitum, & circum domum eam currebat, varietatem audiens linguarum. Aderãt quippe tum ibi propter diei celebritatem, ex omni propè orbe, Parthi, Medi, & Elamitæ, Syri simul & Arabes, Romani & Iudæi Phryges & Cappadoces, &c. Et illi vsqueadeò miraculo eo sunt consternati, quòdquidam loquentes intelligerent, quidam verò minus, vt ebrietatem quoque eis probrosè obiicerent, & vario multiplicíque percunctantium colloquio conuiciarentur. Ad quos diuus Petrus, diuino aperto ore causam varietatis linguarum indicãs, non vinum id, sed Spiritum sanctum esse dicebat, quil* per spectatorem Dei Iohel promissus esset: Extremis videlicet diebus, eum à Deo super carnem omnem effusum iri. Oraculúmque id allegans, firmissimis sermonibus Seruatoris res gestas cõfirmabat: omnésque cohortabatur, vt per pœnitentiam resipiscerent, in salutiferò Iesu nomine baptizarentur, & spiritum acciperent. Ipsis enim, liberísque eorũ, & quos præterea Dominus vocasset, promissionem peculiarem esse, cõfirmabat. Et confestim ad tria millia hominum ad diuinum accedunt baptismum, qui etiam inde per communionem in doctrina simul & oratione, atque etiam mensæ participatione cum Apostolis perseuerabant. Et quum multa miracula per diuos apostolos ederentur, timor animum omnẽ occupabat. Multi porrò facultates suas vendẽtes, ad Apostolorum pedes ponunt: & quæ ad necessarium vsum essent, duntaxat capiunt. Communia quippe omnia erant omnium, & vno viuebant in loco: neque cuiquam dicere licebat, se quicquã habere proprij. Quod sanè quum Ananias & Saphira audendum sibi putarent, vt qui diuino mentiti essent Spiritui, repentina morte tollũtur. In templo quoque conueniebãt, laudibus Deum vehentes, & cibum cordis simplicitate communem habentes. Quamplurimi autem ad diuinũ admittebantur lauacrum, & diuina vis atque virtus Apostolos cõsequebatur, nihil prorsus erat malorum, quod non præsentia & attactu illorum celerrimè diffugeret. Itaque pro foribus & sub dio

ipsâ die Pẽtecostes Apostoli Spiritũ sanctũ accipiunt.

Concio Petri ad multitudinem.

† διεδόθη.

Ad concionem tria milia hominum ad Christum conuersa.

Cœnobium christianorum Ananiæ & Saphiræ damnatum.

Miracula per Apostolos edita.

& sub dio in plateis deponebantur, qui diuturnis confecti erant morbis: vt saltem vmbræ Petri participes facti, ab ea qua premebantur ægritudine liberarentur. In quibus ille quoque fuit, qui à natiuitate sua claudus, ad templũ, decũbebat attactu enim Apostolicarũ manuum artubus recuperatis exilire est visus. Inde verò contra eos inuidia exoritur, quæ nomẽ Iesu prosùdo silẽtio premendũ hortabatur. Illis autẽ id haud quaquã tolerandum fuit. Quũ ergo multa cum libertate Verbum publicitùs prædicarent, in publicam coniiciuntur custodiam. Cæterùm per angelos inde educti, & templum ingressi, idẽ quod antea facere pergunt. Deinde ab Anna & Caipha concilium cogitur, & qui facilè apud eos princeps erat Gamaliel, non prohibendũ Apostolorum opus esse suadebat: hortabatúrque, coalescere & obonere id necessariò oportere, si ita Deo visum esset: etiámque atque etiam videndũ eis esse dicens, ne bellum contra Deũ susciperent. Theudam quoque quendam, & Iudam Galilæum in medium afferebat, qui censui & descriptioni primæ, multitudinis manu coacta, restitisset: &, quòd contra voluntatẽ Dei conatu suo venisset periisset. Tum illi Apostolos plagis mulctandos curant: & absoluti, nequid posthac in nomine Iesu vel docerent, vel facerent, præcipiũ. Sed enim quum ingens magis magísque ad fidem cõflueret multitudo, indignatio in ea & murmur Græcorum exoritur, quòd viduæ eorum despicerentur. Ita Stephanus, & cum eo sex viri, diuini participes spiritus, precatione & manuũ impositione ad ministerium publicum delecti ordinantur. Ipsi verò Apostoli soli sibi verbo vacandum esse statuuntur.

Christianorum persecutio.

Gamaliel verus & sincerus cõsiliarius.

μὴ θεομάχοι τχῆτε.

Rebellio cõtra censum & descriptionem vindicata.

Septem diaconorũ ordinatio.

De electione Iacobi fratris Domini. Et expositis de genere Ioseph, sponsi Mariæ, & Ioannis Baptistæ, nec non sanctissimæ Dei genitricis ex scriptis clemẽtis collectis, Euodij & Hippolyti, qui Apostolorũ successores fuerũt, decerpta.

SANÈ quidem & a Iacobum, qui frater Domini dicebatur, quod sponsi Ioseph filius is, & mater Iesu spõsa Ioseph esset, propter excellentem eius virtutem & præcipua alia ornamenta, Iustum ab omnibus cognominatum, primum Hierosolymitanę ecclesiæ episcopum creãt. Testatur hoc Clemens contextor in sexto Dispositionum libro, ad hunc modũ scribens: Petrus & Iacobus & Ioãnes, quos Dominus præcipuo dignatus fuerat honore post ascentionem eius gloriam non affectarunt: sed Iacobum Iustum episcopum Hierosolymorũ legerũt. In septimo autem eiusdẽ argumenti libro hæc quoque de eo commemorat: Iacobo Iusto, & Ioanni, & petro post resurrectionem Dominus cognitionem & scientiam tradidit. Hanc illi reliquis Apostolis, atque ij rursum aliis septuaginta, quorum vnus quoque Barnabas fuit tradiderunt. c Duo autẽ fuere Iacobi: alter Iustus, qui ex rẽpli pinnaculo deiectus & à fullone fuste ad necem vsque cæsus est: alter autem, qui capite est ab Herode plexus. Iusti porrò illius & Paulus mentionẽ facit, scribens: Alium autem ex Apostolis quenquã non vidi, præter Iacobum fratrẽ Domini. Porrò diuinus Euodius, qui & ipse Apostolorum successor fuit, in commentarijs suis, præcipuè autẽ in Epistola quã d Lumẽ inscripsit, hæc quoque posuit

a Iacobus frater Domini, primus Hierosolimitæ Episcopus eligitur.

b Epiphanius aduersus Nazaræos scribit Iacobum hunc primogenitũ filium Iosephi, non ex Maria Virgine natum, sed ex coniuge alia susceptũ et sanctificatũ fuisse. Eiusdẽ fratres addit Iosen, Iudã & Symeonem. Item idem vt Hippolytus.

c Hoc ipsum quoque Epiphanius scribit aduersus Antidicomarianitas.

d Iacobi duo. d Quæ ex Euo-

Virginis matris ætas, & vita totius anni.

Domus Ioannis Euangelistæ Hierosolymis ad monẽ sion sita.

πόρτα τῆς προβατικῆς κολυμβήθρας ἐπισκοπος. Ex Hippolyto Portuensis episcopo, de Iosephi sponsi Mariæ ex priore coniuge & sua Salome liberis.

dio quadã, ad historiam Euangelicam illustrandam pertinentia.

διονάυλαξ fossa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdotis) quatuor suscepit filios Iacobum, Simeonem, Iudam, & Iosem: & item filias duas, Esther & Thamar ita vt Salome ipsa, & Ioannes baptista, duorum fratrum liberi fuerint. Et enim Aggæus filius quidem est Barachiæ, patruus autem Ioannis Similiter & Zacharias frater quidē Aggæi, patruus autem Salomæ Iosephi cōiugis. Salomen porrò dico, non illam in Bethleē obstetricem (illa enim Bethleemitica, consobrina Elizabethæ erat, & item sanctæ virginis Mariæ, vt hoc sacrum Lucæ Euangelium indicat) Siquidē tres fuere sorores Bethleemiticæ, filiæ Matthan sacerdotis, & Mariæ coniugis eius, sub Cleopatræ & Casoparis Persæ regno, ante Herodis Antipatri filij regnū. Primę Mariæ, secūdæ Sobæ, tertię Annæ nomē erat. Nupsit prima in bethleē Mariæ & peperit Salomē obstetricē. Nupsit quoq; secunda itidem in Bethleē Sobe, & genuit Elizabetham. Nupsit postremò & tertia Anna in terra Galilęa, & protulit Mariam Dei genitricem, ex qua nobis exortus est Christus, ipsa veritas. Ita vt Salome ista obstetrix, Elizabeth, & Dei mater, trium sororum reperiantur filiæ. Proinde Ioannes baptista, & Iesus verus Deus noster, consobrini esse dicuntur. Iosephi verò filius Christus esse dicitur, quod filiorum eius frater esset, propter conseruationem familiarem & cognationem Aggæi, fratris Zachariæ sacerdotis. Atque hæc quidem Hippolytus.

De cognatione beatæ Mariæ virginis.

Maria virgo diuæ Elizabethæ consobrina.

Christus item saluator & Ioannes baptista consobrini sunt.

* *Iacobus, qui appellatur Frater Domini cognomento Iustus, vt nōnulli existimant. Iosephi ex alia vxore, vt autē mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini. cuius Ioan. in lib suo meminit, filius Hieron.* Cap. 4.

a Abraham is dicitur. Exod. 6. Num. 3.

b Catalogus Pontificum Iudaicorum & Hierosolymitanorū, vsque ad Iacobū fratrē Domini, nitis ab Aarone sumpto.

De Pontificibus Hebræis, qui ab ipso Aaron, ad Iacobum primū Hierosolimitanum episcopum, & captiuitatē Hierosolymorum vsque, ordine successerunt.

EGo verò etiam qui Pontifices ab ipso Aaron incipiens, ad Iacobum istum fratrem Domini, & ad captam vsque vrbem fuerint historiæ huic attexam. Iacob ipsius tertius filius fuit Leui, huius autem Caath, huius rursum a Abraham alter, ex quo Moses & Aaron geniti sunt. Et moses quidem dux profectionis populi Israel ex Ægypto fuit. b Aaron autem primus Pontifex à fratre Mose est vnctus. Primus itaque Aaron, secundus Eleazar tertius Phineas, quartus Eliezer quintus Bochchi, sextus Ozi, septimus Eli octauus Achitob: sub quo vates Samuel simul propheta & sacerdos & iudex populi fuit. Nonus Abimelech, quem vnà cum sacerdotibus, Saul, propter Dauidem benignè ab eo acceptum, occidit. Decimus Abiathar, qui vnus ex cęsis illis sacerdotibus saluus superfuit. Vndecimus Sadoc, sub quo templum à Solomone constructum est. huic successit Achimaas, illi rursum tredecimus Azarias. Hunc sequutus Ioram: illum Iodas, qui annos cētum & triginta vixit, & Godoliam Danidis genus extinguere volētem interemit. Huic ordine successerunt Axioram, Phadæus, Sudęus Iculus, & vigesimus Ioathamus: hunc sequutus Vrias, qui temporibus Achaz & Ezechiæ sacris præfuit. illum Neri, Ioas Selā, Chelcias, qui sub pio Iosia pontificatum administrauit. Post hunc fuit Sareas: deinde Iosedec sub quo populus à Nabuchodonosor captiuus est abductus: postea Iesus, Iosedec filius, sub quo Iudæi è captiuitate à Cyro liberi dimissi sunt. is vna cum Zorobabel Iudeorum genti præfuit. Huic successit Ioachim, sub quo Esdras leges recognouit. Huic sequutus tricesimus Eliaseph. Illi * Ioachaz, in quē res ipsius Esther & Mardochęi inciderūt. Deinde fuerūt c Ioānes, Iadęus, quo tēpore templū in Garizim ædificatū est, Onias d Simō Eleazar: sub quo sacra Biblia de Ptolemæi secundi consilio à septuaginta duobus interpretib. in Græcum sunt translata sermonem. Manasses, e Onias, Simō. Quadragesimus numero Onias, f Iesus, & Onias alius: quo tempore populus ab Anthiocho Epiphane grauiter est afflictus. g Alcimus, quem quum non esset ex tribu sacerdotali genitus, Antiochus, Onia cæso, pontificē cōstituit. Post hunc fuit Onias, Oniæ filius, qui in Ægyptum profugiens, templum ibi Hierosolymitano simile in Heliopolitarum agro extruxit. Post hunc quadragesimusquartus ex Asamonæi filiis, Iudas Machabæus: cui ordine successerūt, Ionathas frater, rursus Simon frater: Ioānes, qui & Hyrcan* dictus: Aristobulus, qui primus diadema sibi imposuit: Iannæas, cui etiam Alexādri nomen fuit. Quinquagesimus porrò fuit Hyrcanus, sub quo Pompeius Romanus dux vrbe vastata, sacra quoque tēpli donaria insexit. Quinquagesimus primus Antigonus, h qui Parthos propter Hyrcani inimicitias aduersus templum adduxit, & ab Herode pontificatu deiectus est. Quinquagesimus secūdus Anaelas ab Herode, quum non esset sacerdotalis generis, pontifex creatus est. Quinquagesimus tertius Aristobulus, quem Herodes, Anaelo reiecto, substituit: idémque rursus Aristobulo dolo cęso, Anaelum restituit. Anaelo Iesus i Phabi filius successit. deinde Simon Herodis † socer Pontifex fit: post hūc Matthias, deinde Iosephus, cui Iozarus successit. Sexagesim* porrò fuit Eleazarus, sub quo Herodes pessimè perit. Et verò ordine successerunt, Iesus Seæ filius, k Ananus Caiphæ socer, Ismaelus filius Phabi, Eleazarus Anani filius, Simon Camythi filius. Sexagesimus septimus fuit Caiphas, qui etiā Iosephus dictus est, sub quo pro nobis salutiferam mortem Dominus obiit. Post hunc Ionathas Anani filius, Theophilus eius frater, Simō Boethi filius, deinde Ionathas Anani filius, post hunc frater eius Mathias, mox Elinæus: rursum Iosephus Camæ filius: quē insequutus est m Ananus Anani filius, qui Iacobū fratrem Domini, primū Hierosolymorū episcopum interemit. Huic quoque, magna dicendi libertate vsus Paulus: Percussurus est te Deus, dixit, paries dealbate. Ei porrò successit Gamalielis filius Iesus, huic Mathias Theophili filius: sub quo, octauo Claudij Cæsaris anno, bellum contra Romanos susceptum, initiū habuit. Postremus omnium Phinæus fuit, sub quo vrbs, templum, & gens cuncta à Tito capta, omnęsq; & templi & legis res prorsus extinctæ corruerunt. n Atque hæc quidem sic se habent. Nos verò ad Apostolicarum rerum historiam ex diuerticulo redeamus.

a Philippus diaconus Simonem magum conuertit in Samaria.

b Simon baptizatur, & fidem Christi amplectitur, nam se celere egregiè fingit.

c Simonis istius hæresis quam hypocrisi omnes & simulatores confecturi.

d Omnes qui quoque modo adulterant Veritatem, & præconium Ecclesiæ laduc Simonis fama vitiant magi discipuli & successores sunt.

† Simonis hypocrisis à Petro deprehensa.

e Candaces Æthiopū reginæ Eunuchus à Philippo ad christianismum perducitur.

f Æthiopia præuenient manus eius Deo. hoc est filij Æthiopiæ currēt expādendum manus suas in oratione corā Deo Psal. 67.

De Stephano primo martyre, & Paulo organo electo.
caput 5.

STephano plurima Spiritus gratia erat: multáque is prodigia edebat, & quum eloquētia multum valeret, concionarique nō cessaret omnibus Seruatoris & Domini cultum suadēs, furore Iudæi accenduntur. a A quibus ingenti vi lapidum obrutus, primus ipse pro Christo mortuus, πρωτομαρτυς, hoc est coronā accepit. Cæterùm quum adhuc spiraret, diuina illustratus gloria, cœlos apertos, & Seruatorem ad dextram Dei stantem, séque confirmantem vidit. Itaque ipse anima tota ad desideratum illum anhelans, pro percussoribus suis, ne eorum peccata Deus in rationem aliquam computaret, orans, ita ad Deū migrauit. Maxima verò inde & prima à Iudæis Ecclesiæ Hierosolymitanæ coorta est persequutio. Porrò discipuli omnes, extra duodecim illos, per Iudæam & Samariam dispersi sunt. Quidam etiam eorum ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam vsque pernenere, nondum illi gentibus ipsis fidei Verbum communicare ausi, sollíque tantum Iudæis id annunciantes. Tū Paulus quoque Tarso ciuitate ortus, q um in lege patria, pharisæus enim erat, accuratè & diligenter à præceptore Gamabele eruditus esset, æmulatione legis flagrans, cámque Apostolico marte admodum concuti vidēs, multum detrimenti Ecclesiis. Ac primùm quidem cædis Stephani suasor fuerat, eorúmque vestes, qui lapides in illum iecerant, seruauerat. Deinde in domos fidelium impetu, tanquam agrestis quæpiam & immanis fera, faciens, viros simul & fœminas vinctas trahebat, & in carcerem cōiiciebat. Sed is postea, serius aliquanto, ingentes admodum minas spirans, epistolásque à sacerdotibus, impunè ei fore quidquid aduersi, arbitrio suo, in Ecclesiam Damascenam cōtulisset, petens: Electionis vas, non ex hominibus, neque per homines sed per reuelationem Iesu Christi & Dei patris, qui illum ex mortuis suscitauit, maximúsq; Apostolus designatur. Quum quidē cœlesti lumine oculi eius perstricti atque extincti, & voce cœlitùs ab instituto suo retractus esset, Saul, Saul, dicente, quid me persequeris? Hic, quum ei Ananias per Arcanam reuelationem manus impositisset, visum recipit, & in animo suo longè etiam magis illustratus, confestim, quam antea contra nos ferociter spirabat, tam acriter pro nobis stare incipit, ita vt celerrimè omnibus qui cum eo sermonem sererent, astrueret, atque ex scripturis probaret, Christum verum esse Deū. In tantam autē apud populares suos, qui in perplexibili oratione summam & incuitabilem defensionem collocabant, peruenit inuidiā, vt per dolum occultè cædē ei struerent, eaque de causa ad portas ciuitatis Damasci in insidiis excubarēt. Sed enim discipuli techna ea cognita, è muro cum in sporta demiserunt. Qui quum Hierosolyma peruenissent, periculúmque, vt ei cum discipulis conuenire liceret, fecisset, fraudulenter eum illi agere credentes, auersabantur, neque persuaderi poterant, eadem cum cum ipsis sentire. Cerrò quippe sciebant, quàm aduersus illis fuerit, qui veluti ignem prorsus cōtra Ecclesias spirauit. Ac nisi Barnabas, clarus in septuaginta illorum ascripto ordine vir, oratione sua, vera esse, quæ ille præ se ferret, confirmasset, & quæ illum facientem vidisset testificatus esset re infecta abiisset. Itaque Barnabæ suasu admittitur: qui deinde, eadem quæ alij faciēs, Hierosolymis dispurabat, argumentisque Christum verum Dei

persecutio Ecclesiæ Hierosolymitanæ.

Saulus Christianorū persequutor primarius.

Idem vas electionis.

Cōuersio pauli.

Insidiæ Iudæorum Damascenorum aduersus Paulum. Eas Paulus è muro demissus effugit.

Idem ab Ecclesia Hierosolymitana suscipitur.

A filium esse confirmabat. Cæterùm quum Græci ei aduersarentur, cædémque homini molirentur discipulorum prouidentia Cæsarem deducitur. Inde porrò Tarsum mittitur, Christi Ecclesiam adaugens, & aliquos illi credentes semper adiiciens. Sed de his postea

De Philippo vno ex septem diaconis, & de Simone Mago. Item de Eunucho Candaces reginæ Æthiopum. Item de miraculis diui Petri. Præterea de Cornelio Centurione, & eis qui ex ethnica animum applicuerunt Christo. Et vt Antiochiæ Barnabas & Paulus primi fideles ipsos Christianos cognominauerint. Cap. 6

PErsequutione in primis cōtra Stephanū excitata Philippus ex his vnus, qui cū Stephano ad diaconatū erant electi, per dispersionē eam in Samaria erat edendorū miraculorum vi oppido quàm pollens. Siquidem tantum ab ea virtute valuit, a vt & Simoni, arti suæ nuncium remittere persuaserit. qui magicis præstigiis longo tempore populum seduxerat. Vsque adeò enim imposturis & incantamentis homines ceperat, & tam celebrem ea ætate magica arte famam consequutus fuerat, vt Simonem illi magnam virtutem Dei esse arbitrarentur. Is igitur Simon talis quum esset, mirificis tamen Philippi rebus, quas supra opinionem fidemque hominum edebat consternatus, b baptismum vnà cum reliqua Samaria subit, & verbotenus professionem & fidem in Christum egregiè simulat: c id quod & alij, qui abominandam eius sectam * erant complexi, faciebant, fraude & dolo autoris sui venenum pestiferum in ipsis occultarum, quo ad possent, eis qui id suscipiebant, communicantes qui tamen postea, quum malitia peruersitáque eorum deprehēsa esset, merito sunt reiecti. Quemadmodum & Simon iste à Diuo Petro, qui impositione manuum Spiritum contribebat, manifesto deprehensus est, gratiam eam venalem esse arbitrari: eóque nomine, vt nulli rei homo reprobatus atque repulsus est. Itaque ille æmulatione percitus, contra Apostolos eorúmque doctrinam se armauit. Porro, quum diuina prędicatio instar incendij per omnem iam serpe ret terram, e Candaces Æthiopū reginę (patrio quippe more gens ea à muliere regebatur) Satrappa, diuina dispositione, primitię ex gentibus in Christum credētibus fit. Quum enim in Philippum iter ex visione facientem incidisset, & D per vnicum Esaiæ prophetę oraculum, arcanis sacrorum nostrorum mysteriis ab eo initiatus & baptizatus fuisset, in patriam ipse suam reuersus, primus in Æthiopia hominibus Dei Seruatorisque nostri cognitionem læto attulit nuncio. Per quem prophetia illa reipsa est adimpleta: f Æthiopia prior porriget manus Deo. Atque in iis quidem res Pauli, quas paulò antè perstrinximus, consistebant. Petrus autem Lyddam & Assaronem veniēs, Æneam triginta octo annos lecto affixum, verbo solo sanat ac restituit. Joppæ autem quum esset, cúmque inopes & viduæ circunstātes, pro defuncta Tabitha, vestes aliásque res, quas eis Dorcas, pro eo atque debebat, ostendentes supplicarent: dicto citius illam quidem resuscitat, multitudinem autem eam omnē sacro initiat lauacro. Deinde Cæsaream centurioni Cornelio officium suum præstat, quum linteū illud à quatuor partibus supernè demissum

a Philippus diaconus Simonem magum conuertit in Samaria.

b Simon baptizatur, & fidem Christi amplectitur, nam se celere egregiè fingit.

c Simonis istius hæresis quam hypocrisi omnes & simulatores confecturi.

d Omnes qui quoque modo adulterant Veritatem, & præconium Ecclesiæ laduc Simonis fama vitiant magi discipuli & successores sunt.

† Simonis hypocrisis à Petro deprehensa.

e Candaces Æthiopū reginæ Eunuchus à Philippo ad christianismum perducitur.

f Æthiopia præuenient manus eius Deo. hoc est filij Æthiopiæ currēt expādendum manus suas in oratione corā Deo Psal. 67.

Ἀδιαπτωτα προφθησει χειρας αὐτης τω θεῶ.

Diui Petri res

Universidad de Deusto
Biblioteca

centes quoque ad cõmunionẽ Euangelij & pœnitentiam receptæ.

vidisset. Ita Cornelio, & qui cum eo erant, per doctrinã initiatis omnibus, gratia Spiritus sancti superuenit, & linguarum varietate gratia ea manifestò apparet. quibus ad eum modum mirificè peractis, diuinum deinde illi per aquã consequuntur lauacrum. Enimuerò Petro reuertenti, qui Hierosolymis ex circũcisione erant, gratiam ipsam non satis intelligentes, maximopere succensebant, quòd falem diuinum arcanaque myderia viris præputio obductis communicasset. Qui sanè rem eam edocti statim conquieuere, animis eorum admiratione consternatis, quòd Deus etiam gentibus pœnitentiam concesserit ad vitam. Qui verò passim dispersi erant in Phœnicia, & Cypro, & Antiochia, fidem solis Iudæis prædicabant. Cyprij tamen quidam, & Cyrenij, Antiochiæ, diuina eis opitulante manu, multitudinem ingentem numeroque superiorem, ad fidem adduxerant. Quod quum Ecclesiæ Hierosolymitanæ innotuisset, Barnabam Antiochiam mittere properat qui sanè diuina refertus gratia, Tarsenũ conquisito Paulo, cum eo Antiocham proficiscitur. Atque ibi anno toto docentes, innumerabilem ad Christum pertrahunt multitudinem. ibique primùm discipulos Christianos vocari debere sanciunt. Sedenim Agabus, vnus ex his qui cum eis erant prophetis, famem futuram prædicit. Paulus porrò & Barnabas fratrum ministerio subsenturi, propter famem ingruentem, palsim in loca omnia mittuntur.

Eideles primùm Antiochiæ Christiani nominari cœperũt Prædictio famis futuræ.

Ea quæ ab Augaro, in ciuitate Edessa, per Apostolũ Thaddæũ sunt acta: & de imagine Seruatoris Christi, nullamanu intercedente, picta. cap. 7.

NEcessarium quoque, vt sciatur, illud est quòd Seruatoris nostri diuinitas, & operũ supra fidem & opinionẽ omniũ effectrix virtus, per terram vniuersam decantata: multos quoque ex longinquissimis regionibus, fanationis incurabilium morborum spe permouerit. Vnde Toparcha Augarus ditionẽ suam vltra Euphratem cum laude administrans, eo quòd incurabili torqueretur morbo, quum nomen Iesu celebre per terram increbrescens audisset (testificabatur nimirum fama & res ipsa) supplex ei per epistolam fit, liberationem à morbo eo rogans. Ille verò ad eum quidem venire supersedit, per epistolam tamen manibus suis scriptam ei respondit. Oportere se commemorans, quum quæ ei à Patre imperata essent perfecisset, ad eum reuerti. Profectione vero ea confecta, ex sectatoribus suis vnum Taddæũ nomine, ad illum missurum, qui quum morbum illum sanaturus, tũ vitæ sibi fusque melioris administer futurus esset. Itaque post resurrectionem à mortuis, & ascensionem in cœlos, Thomas ex duodecim vnus, diuino quodam motu, Taddæũ, qui ex septuaginta illis esse, cognitus est, ad Edessam, præconẽ & Euangelistam mittit, vt per eum quæ Christus promiserat, omnia exitum suum consequerentur. Atque ibi Taddæus quum esset, Tobiæ cuiusdam hospitio exceptus, omnẽ curabat valetudinem. Quod vbi audisset Augarus quę ei à Iesu per epistolam scripta fuerant, in memoriam reuocans, statim illum accersiticuius quum faciem cõspexisset, & ad splendorem inde emicantis lucis obstupuisset, in conspectu primariorum circa se vrorum procidens, adorationis reuerẽtiam Taddæo præstat, diligenterque, an eius qui epistolam ad se misisset Iesu, discipulus esset, inquirit. Tum ille, eius se esse dicit: propterea quæ venire, vt τὴν πίστιν † fidei fide digna præstaret. Quod si in priore perseueraret sententia & fide, maiora eum visurum & optata cordis eius ad debitum finem suũ peruenturum. Augarus vero: Ea est, inquit, fides & persuasio mea, vt etiam non dubitarem, exercitu coacto, contra eos qui illum in crucem egerunt bellum suscipere: nisi à Romanis, * quibus colla ipsi submittimus, metus & periculum immineret. Taddæus verò: Dominus noster Iesus, inquit, manu & auxilio humano non indiget, qui voluntate Patris sui cõpleta, ad ipsum est reuersus. Augarus rursum: Sed ego, ait, ipsi parique eius, quæ fidei sunt rependerem. Si hoc ita est, infert Taddæus: En tibi in nomine Iesu Christi manum meam impono. Simulque cum attactu, & morbus profugiens euanescit: & ipse breui momento, qualis ante morbum fuerat, agnoscitur. Ac non ipse modò, verumetiam Audus filius eius pedum morbo laborans, multiq; præterea alii ciuitatis eius, variis conflictantes morbis, oratione simul & attactu, celeriter grauamine omni liberantur. Post hæc conuocata ad cõcionem ciuitate omni, Apostolus ob tam salutis nostræ Seruatori Christo† functionem omnem exponit, perfectioribus eos sacris imbuit, ad sacrum admittit lauacrum, sacerdotes, quos opus erat, creat. alia omnia ritè & ordine constituit, vrbẽque omnem Deo consecrat. Quum verò ab Augaro ad Apostolum deinde pecuniæ mitterentur, accipere eas renuit. Si enim, inquiens, nostra reliquimus, quomodo accipiemus aliena? Porrò Augari epistola ad Christũ, quũ per Ananiam expeditum & celerem cursorem missit, * quoad crassiore modo concipi potuit, verbis suis hanc complexa est sententiam. Quum de te curationibusque tuis audirem, te sine remediis & herbis, solo verbo, cęcis visum, claudis pedes suos, leprosis corpus mundũ, & qui diuturnis premuntur morbis congruentem valetudinem, & quidem gratuitò præbere, aliaq; multa viribus nostris maiora efficere opera, in mẽtem mihi venit, alterum te duorum istorum esse arbitrari: vel Deum, qui cœlis relictis ad nos secesseris: vel saltem Dei filium, res tantas supra fidem & opinionem omnem gerentem. Itaque te hoc scripto oro, vt ne molestum tibi sit, ad me venire, męque, qui iam dudum affligit, inueterato morbo liberare. Persuasum porrò habeo, quum Iudei iniquo erga te sint animo, non optima eos de te capere consilia. Mihi verò opidem est modicum quidẽ illud, nec admodum celebre vtrique tamen nostrum perecommodum. Postquàm autem Augarus scripto suo persuadere ei quod voluisset non potuit, desperato Iesu, propter responsum acceptum, aduentu, quid caperet consilij incertus, eo tamen quo in Christum tenebatur desiderio perculsus, pictorẽ eximium ad eum misit, eique vt diligenter & accuratè faciem eius in pictura effingeret, imaginemque pro desiderato illo sibi afferret, imperauit. Et ille quidem venit, atque in loco sublimiore stans, pingere Christi vultũ, vt decebat, conabatur. Quũ verò cœptum opus non succederet (diuinus quippe splendor

Agiographũ hoc. Euseb. lib. 1. cap. 13.

Augarus Edessenorũ princeps, morbo incurabili detentus Christum scripsit.

Christi ad eũ responsum.

Taddæus vnus è septuaginta iuxta Christi promissũ, à Thoma Edessam mittitur, ibique Augarum & filium eius Audũ sanat, & sacris Christianis imbuit.

splendor & gratia in vultu eius coruscans impedimẽto erat, re ea cognita Saluator textum ineum penit, in eóque prius loro faciem suã exprimit, & ad Augarum mittit. Dicitur quoque Per sarũ rex, manu ingenióque promptum pictorẽ misisse, & per hũc, seruenti huic desiderio, simul & ipsius Christi, & quæ eum diuino modo genuit, matris, quam celerrimè imaginem depictã accepisse. Atque hæc quidem ex tabularis & archiuis ciuitatis Edessæ, quæ tum regia administrabatur potestate, sunt desumpta. Fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Augari rebus conscripti, hæc quoque complectebantur, ex Syrorum lingua translata. Quæ à me etiam rectè hoc loco opinor esse exposita.

Christus imaginem suam in lineũ textũ impressam, pistluram scilicet ὠτόματον ad illum remittit.

Ad Persarũ quoque regem Christi & matris eius effigies perlata.

Vt Tiberius Cæsar, rebus Seruatoris Christi ex literis Pilati cognitis, sit permotus: & quæ de eo Tertullianus memoriæ commendarit. Cap. 8.

ET iam vbique terrarum mirifico Verbo disseminato, sermonibus omnium resurrectio ascensio, & alia diuinam potẽtiam testantia miracula publicè ferebantur. Consuetudo autem iam inde à plurimis annis obtinebat, vt qui præfecturas aut prouincias sortiti essent, res nouas, quæ sub eis accidissent singulas, summum Imperium habenti Cæsari significarent, vt illum nihil prorsus rerum omnium latèret. Itaque de resurrectione ex mortuis, aliisque prodigiis Iesu Christi, Tiberio Cæsari scribens Pilatus: quum res eius pleraſque, tum, quòd ex mortuis rediuius, sibique ipsi superstes, Deus iam à multis, & quidem præcipuus inter alios Deus esse crederetur, renunciatur. Quam rem Tiberius ad Senatum Romanum retulit. Senatus autem, non esse deliberandum de ea censuit, sub illo quidem prætextu, quòd ille nõ prius, veteri more, ipsius Senatus sententia, in Deos esset relatus: re autem ipsa, quòd diuinæ doctrinæ disciplina humano prorsus non indigeret auxilio. Sed enim etiamsi Senatus ad eum modum verbum de Seruatore reiecisset. Cæsar tamen in sententia sua persistit, salutarisque prædicationi impedimento non fuit. Scriptum hoc nobis reliquit Tertullianus, vir insignis, accuratáque legum & actorum Romanorum perita clarus, in ea quæ ab ipso latina quidem lingua scripta, in græcam verò trãslata est, pro Christianis Apollogia. in qua hæc quoque commemorat, ita scribens. Vt de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore cõsecraretur, nisi à Senatu comprobaretur. Tiberius ergo, cuius tempore nomẽ Christianum in seculum introiit, annunciatam sibi ex Palæstina veritatẽ dogmatis illius (ipse enim prima initia sumpserat) ad Senatum retulit, cum prærogatiua suffragij sui. Senatus, quia ipse non probauerat, reiecit. Cæsar in sententia mansit, comminatus mortem Christianorum accusatoribus. Cœlesti nimirum prouidentia, per ordinationem atque dispositionem competentem, hoc illi suppeditante, vt nullo obstante impedimento, Euangelij Verbum per terras passim omnes cursum suũ teneret. Sic scilicet vis & efficacia cœlesti salutare Verbum, quasi quoddam solis lumen, vniuersum habitalem orbem prorsus illustrauit. Confestim namque, iuxta diuinarum scripturarum præscriptum, in omnem terrã exiit sonus diuinorum Euangelistarum, & Apostolorum eius, & in fines orbis verba eorum. Proinde per vrbes & vicos omnes, copiosissimæ messis instat, frequentissimæ numerosissimæque passim Ecclesiæ sunt constitutæ: & qui maiorum suorũ successione, veterisque erroris & idolorum superstitionis contagione, animis suis erant infecti, diuina Christi vi atque virtute intercedente per sectatorum discipulorumque eius doctrinã, simul & miracula, tanquam à granibus molestisque dominis liberati, vinculisque durissimis soluti, omnem illam diabolicorum deorum multitudinem conspuerũt, vnumque & solum Deũ esse confitentes, quia omnia condidisset, cum ipsum veræ pietatis legibus, diuinoq; & sobrio cultu, per Seruatorem nostrum generi humano illato, coluerunt.

Tertulliani testimonium.

Promulgatio Euangelij ubique per totum orbem.

Vt Caium Tiberio successerit, & de Philonis ad eum legatione, & quæ de Caio Philon & Iosephus memorent, & vt inde Romanorum in Iudæos furor & rabies creuerit. Cap. 9.

TIberius autem annis viginti duobus cũ dimidio, Imperio administrato, Caio moriẽs id reliquit. a Hic confestim Agrippæ diademate imposito, regem eum Iudęæ creat. Philippi quoque & Lysaniæ tetrarchias eidem tum attribuit. neque ita multo pòst Herodis quoque regnum, qui Ioannem occiderat, addit: Herode ipso vnà cũ Herodiade vxore, plurimis de causis, b vt & Iosepho videtur, perpetuo in occidẽte exilio mulctato. Ea ętate & Philo florut, vir non tantum apud nostros, verũetiam apud profanos philosophos celebris. Genere is Iudęus fuit, inter ciues & magistratus Alexãdrinos clarus. Quantus ille quidem in patriis disciplinis fuerit, quantõue in eas laborẽ incubuerit, ipsa res declarat. Quantus verò etiam in liberalibus externæ philosophiæ artibus, quid attinet dicere? Platonis nanque & Pythagoræ institutum summopere amulatus, omnes sui tẽporis philosophos longè superasse dicitur. Hic res Iudaicas sub Caio quinque libris est complexus, in quibus etiam vesanam eius dementiam, & quæ ille contumeliosissimè improbissimèque in Imperio suo egerit, & quas sub eo Iudęi pertulerint calamitates, persequitur. Illorum nimirum gratia orator quoque Romam venit, quum apud c Caium pro Iudęis patrissque eorum legibus & moribus orationem haberet, risum inde, & prętereà nihil retulit. Parum verò absunt etiã, quin de vita quoque ibi periclitaretur, quemadmodum eius in decimooctauo historiarum libro circa finem d Iosephus meminit. Seditione, e inquit, Alexandriæ inter Iudæos ibi incolentes & Græcos orta, terni ab vtraque factione oratores lecti, apud Caium aderant. Vnus horum Appion fuit. e Is quum multa acerbè in Iudæos dixisset, tum illud quoque adiecit, quòd Cæsaris negligerent atque despicerent honores. Quum enim alij populi omnes, qui sub Romano essent Imperio, aras & templa Caio construerẽt, rebúsq; aliis omnibus, vt Deum, vene-

c *Caligulæ imperium.*

a *Agrippam Caius Cæsar è vinculis liberat, eumque regem tetrarchia Philippi & Lysaniæ facit. Iosephus lib. 18. cap. 15. debell. Iudaic. 2. cap. 5.*

b *Lib. 9. cap. 7.*

c *Fuit is Romæ apud Caium pro Iudæis Alexandrinis orator: sed parum ab eo est humaniter acceptus.*

d *Initio Caligulæ se populæ rem ostendit, animosque & studia hominũ in se excendit. vnde vero luxu, incontinentia, atrocitate, & vitiis omnibus, monstrũ exhibuit.*

d *Iosephi ea de re testimonia.*

e *Iudæi missit à Caio Cæsare effigiem eius in templo in locare, arma potius sumpsere. quem motum, Cæsaris mors diremit. Tacit. lib. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerarẽtur: solis Iudæis absurdũ videri, statuis eũ E honorare, aut per nomen eius iurare. Hæc aliáque multa quum Appió dixisset, quibus Caiũ, progenio eius vt par erat, elatum iri sperebat, Philo princeps legationis Iudæorum, magna gloria vir, & philosophiæ nõ imperitus, Alexandri Alabarchi frater, per defensionem obiectam disertè refelli. Explosit autem eum Caius, abire à se statim iubens. Atque ille ita peritus videbatur graue quiddam in eos decreturus esse. Philo porrò contumelioſe reiectus, exiit, & ad eos qui secum erant Indæos, ſ Fidendum esse, inquit animúmque sumendum. Caium enim iratum quidem eis esse, reipsa autem Deum aduersus illum iam auditorem adesse, & liberatorem. Hæc quidem Iosephus. Sed & ipse Philo singillatim quæ in legatione illa acciderunt, commemorat: ex quibus equidem alia prætermittã, & illa tantum oratione persequar, per quæ perspicuum fiat quæcunque non multo pòst Iudæis accidere, g propter piacularem temeritatem, quam in Christo necando exhibuerunt, accidisse. Itaque ille primum refert. h Seianum quendã, qui plurimum apud Imperatorem Tiberium autoritate valuit, illud in primis studuisse, vt funditùs tota gens Iudæorum deleretur. Deinde Iudææ præfidem Pilatum, sub quo piaculum illud in Christum est commissum, stante adhuc Hierosolymis templo, nouum quiddam atque insolens contra leges, sanctiones, moréſque eorum feciſſe, cósque per id in magnã conturbationem & morum contecisse. Post Tiberiũ autem idem memorat, Caium Imperio suscepto, quum plurimis Iudæorum gentem cõtumeliis iniuriſque G affecisse, tum maximis etiam detrimentis atque cladibus afflixisse. Quæ vt omnes ex ipsius oratione intelligerent, commodius esse duxi, eam hic referre. Verba eius hęc sunt: Tanta morum Caij erga omnes, præcipuè verò in Iudæorum gentẽ, quibus grauissimè erat infensus, fuit peruersitas, vt in plerisque vrbibus, ab Alexandria exorsus, oratoria eorum signis & statuis imaginis formáque sue complens, sibi ipſi arrogaret atque dicaret. Quæ enim ab aliis sacrata erant, concupiscens ipse vi occupabat. ¶ Templum autem sanctæ ciuitatis, quod sacrosanctum, inuiolatum, † & à direptione omni liberum permanserat, improprium mutaret & transformaret delubrum Iouis id illustris, nomi Dei, Caij nominari iubens.

Quæ mala Iudæis concilauerit atque intulerit Pilatus. H *& vt in illata sibi ipſi manu interierit. cap. 10.*

INnumerabiles insuper alias calamitates orationem omnem superantes Iudęis Alexãdrinis accidisse, idem Philo, sub eo quem diximus Caio, in secundo libro, cui titulus est De virtutibus, * sermone assimulato cõmemorat, cui & Iosephus consentit: itidem à Pilati, & in Seruatorem cõmissi piaculi tẽporibus, calamitates Iudęorum initiũ sumpsisse memorans. Qualia igitur & is in secũdo Iudaici belli libro scribat, audire est operæpreciũ: Pilatus, inquit, à Tiberio procurator in Iudæam missus, noctu velatas tectáque Hierosolymã infert Cæsaris statuas: signa eæ vocãtur. Qua rei nouitate interdiu maxima à Indęis turba est excitata. Qui enim propius assistebant, ad conspectum earum consternati sunt, tanquam apertè legibus eorum proculcatis: quippe simulachrum aliquod in ciuitate habere, illis religio erat. Hęc si quis Euangelicis addat verbis, veritatem ipsam inuenies, celeriter enim eos vindicta est consequuta. propter eam, quam apud Pilatum insolenter edidere vocem: non alium se, clamantes, habere regem, præterquàm Cęsarẽ. Paulò post alia quoque calamitate pressos, idẽ Iosepus scribit: Post hæc, dicens, aliam quoque turbam conciuit Pilatus, sacro thesauro (cui nomen Corbona) in aquæ ductus constructionem consumpto, qui quidem ad trecẽta dirigebantur stadia. Aegrè ferebat eam indignitatem multitudo, & præsente Hierosolymis Pilato, tribunal circumsistentes vociferabatur. Ille porrò, quòd Iudęorũ prędissent tumultum, turbæ eorum milites armatos, qui militaribus operti essent vestibus, immiscẽs ferro quidẽ petere quenquam prohibuit, fustibus autem vociferentes pulsare præcepit: eiúsq; rei causa signũ, vti conuenerat, eis pro tribunali dedit. Quapropter Iudęi ad eum modũ verberibus cęsi, multi plagis sunt interempti, multi etiam à suis inter tumultũ protriti interierunt. Multitudo porrò ipsa ad cladem eam exanimata conquieuit. Alias item innumerabiles, nouendis rebus, excitatas calamitates, idẽ Historicus persequitur, per quas astruit atque probat, quod à perpetrato in Saluatorem piaculo, nunquam & in vrbe ipsa, & in Iudæa omni, esse desierint seditiones, tumultus, pugnæ, aliorúmque intolerabilium cladium alię super alias incursiones, donec postrema omnium vrbis sub Vespasiano obsidio eos inuasit, ac prorsus extinxit. Atque eorum quæ Iudæi in Christum cõmiserunt, talem illi diuinitus sunt experti vindictam, sensim eos carpentem. Verùm eniuuerò & ipse Seruatoris iudex Pilatus quũ sub Tiberio (quòd Maria Magdalena Romam adierat, & Seruatoris res ibi retulerat) maximis affectus esse dicitur contumeliis, tum Caij temporibus postea extrema calamitate oppressus esse fertur: quemadmodũ id tradunt, qui Græcorũ Olympiadas, quæque in eis acta sunt, composuere. ad eas enim necessitas angustias variis aduersisque casibus est redactus *b* vt manus ipse sibi attulerit, & sui ipsius vindex ipse factus sit: vltione diuina (ita enim conuenit) breui eum consequente. Id quod & de anna, & de Caipha, aliisque item scribis & Pharisæis dicitur: qui & ipsi dignitas variásque dederunt pœnas, eius, quam Christo intulerunt, iniquæ & iniustæ necis.

De imperio Claudij Cæsaris, qui Caio succeſsit: & de fame, quæ sub ipso inualuit, & de Theuda impostore. Cap. 11.

DEinde nondũ quatuor prorsus exactis annis Caius, qui tũ Imperiũ tenebat furore correptus, & vsque adeò est effœminatus, vt vestimẽtis, plicaturis, aliisq; ornamẽtis mulieribus vteretur. † quapropter in balneis cęsus, claudio successori Imperium reliquit. sub quo ingẽs illa fames fuisse scribitur, quam etiam Agabus prophetæ dono clarus futurã prædixerat. Eáque de causa Barnabas quoque & paulus ex Antiochia fratribus per

Fames in Iudea: & esub Claudio.

Eus per ministeriũ suum victum summittebant. A Quo tempore etiam Adiabenorum gentis regina, Helena nomine, Iosepho teste, ingenti pecuniã frumento in Ægypto comparato, indigentibus ad transmittebat. Huius tanę Helenæ, cuius, quem modò diximus, historicus memorat, statuæ illustres in suburbanis Æliæ locis longo post cẽpore sunt: ęquidẽ Iosephus & Theuę impostoris & malefici, de quo in Actis quoque apostolorum mentio fit, mentit hisce verbis: Qui in Fadus Iudææ præesset, impostor quidã Theudas nomine, persuadet ingenti hominum multitudini, vt facultatibus suis secum receptis, ad Iordanẽ fluuium se consequerẽtur: dicebatur enim prophera esse. Is, quòd se iussu suo fluuium eum diuisurũ, faciléque eis transitum præbiturũ esse pollicerẽtur, multos seduxit. B Cęterùm Fadus eos ea vesania non diu frui passus est. Turmã enim equitum in eos immisit qui illos ex improuiso oppressos, partim trucidant partim captiuos abducunt. Ipse quidem Theudas vinctus in eorum peruenit potestatem, eiúsque necati caput Hierosolyma perlatum est.

Helena Adiabenorum regina magna pauperum in Iudea, fulcimenta. De Theuda impostore seditionis auctore Iosepho. Exemplum vindictæ & seditionis & rebellionis.

Martyrium sacobi apostoli, filij Zebedæi: eiusdemque fratris Ioannis Theologi. Cap. 12.

HVic deinceps historiæ idem Iosephus magnam illam famem addit, sicuti & Lucas in Actis, ea ipsa fame, Apostolorúmque ministerio exposito, illud deinde infert: Eo autem tempore sub Claudio videlicet, Herodes rex (quem Agrippã Iosephus nomina, Lucas autem Herodem vocat, quòd fortasse binominis fuerit) manus in nonnullos ex ecclesia, vt eos affligeret iniecit. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio. De quo Clemens quoque ἐφεξῆς τοῦτο, seu contextor, memoria quiddam dignum in septimo Dispositionum libro, ex maiorum commemoratione acceptũ scripsit: Quod is, qui illum ad martyrium ducebat, quũ eum generosè admodum, & magna cum constantia ad supplicium ire videret, se quoque Christianum esse professus sit. Vterque igitur, inquit, simul abducti sunt. Atque inter eundem, noxam sibi ille à Iacobo remitti rogauit. Iacobum porrò paululũ deliberasse, moxque ad illum, Pax tibi, dixisse: osculúmque ad vocem eam addidisse, & sic vtrumque capite truncatum esse. Herodes autem vt sacra inquit Scriptura, quum gratam esse Iudæis D Iacobi cædem videret, Petrum itidem comprehensum, grauique catena vinctum, in custodiam coniecit, eidémque supplicium itidem capitale molitus est. Et perfecisse ille impium illum eædem, nisi angelus noctu adueniens, vinculis illum liberasset, & in priſſinum prædicandi verbi ministerium reduxisset. Atque equidem res diuinæ dispositionis de Petro, sic se tum habuere. Cęterùm vindicta consecutus Herodis in Apostolos nefarium persequutura, minimè cessabat sed quæ alias vt plurimum tardior esse consuetit, tum præsto statim affuit.

Iacobi Apostoli martyriũ.

Petrus: vt angelus eum ex vtere liberarit.

Vt Agrippa, qui & Herodes dictus est, persequutione in Apostolos capta, diuinam statim vindictam sit experius. cap. 13.

QVum & eum post eum, qui dictus est, in Apostolos susceptum conatũ, Cæsaream E venisset, celebri quodam die, splendida ornatus veste, magna vocis constructione vehementius cepisque pro tribunali ad populum verba fecit. Ad cuius orationẽ quum plebs adclamasset, Dei vox, non hominis: confestim, vt sacræ literæ inquunt, Angelus occulta plaga Herodem Agrippæ fratrẽ suum male cruciatum vndequaque à vermibus corrosum atque contaminatus, animam egit. h Chalcidis regi præter alia, illud quoque micari mihi in mentem venit, quòd Hebræorum historicus h Iosephus, in vniuersam diuinæ scripturæ consona historiam in decimonono antiquitatum libro memoret, verbis ipsius referre libet. Tertius, inquit annus, ex quo totam Iudæam regebat, peractus fuerat, quum is Cæsaream, quæ antea Stratonis turris vocata fuerat, esset, edebat ibi in honorẽ Cæsaris, pro cuius salute, festos quosdam instituerat dies, spectacula. Consuebat tum ex ea prouincia, eorum qui magistratus & honores gerebant, ad eum multitudo. Porro secundo spectaculorum die, vestem ex argento miro artificio contextam indoit, & in theatrum cum prima luce venit. Ibi primis solarium radiorum ictibus argentum illustratum, mirandũ in modum conspicabat, metuendum atque horrendũ quibusdam inspicientium oculis splendore suo iniciens. i Itaque assentatores hinc & inde, vocibus ne ipsi quidem bono futuris, acclamabãt: Deum enim appellabant, & vt benevolus propitiúsque eis esset, rogabant: Si hucusque eum vt hominem veriti essent, de cæterò humana natura superiorem præstantioremque professuros esse, pollicentes. Non increpuit eos rex, neque tam impiam assentationem est amolitus. Sed paulo pòst infiatum caput suum sustulit, ſ & angelum funiculo euidam insidentem conspexit. * Statim hunc ex malis illis esse, qui aliquando boni fuissent, cognouit. Itaque in mensus illius pectus dolor, ventrémque cruciatus, cum vehementia summa inuasit, & ad amicos conuersus: En ego, inquit, Deus vester, vitam relinquere cogor, Parcis ipsis derepentè mentitas in me voces vestras coarguentibus: & qui modò à vobis immortalis sum dictus, nunc ad mortem abducor. Sed accipiendum venit, quod Deo est visum, fiarum. Non obscuram tamen nos, sed felicioris splendidioríque sortis exegimus vitam. Hæc vbi dixisset, dolores eum intensiores cruciabant. Quapropter magna celeritate in regiam est deportatus. Et fama apud omnes passim increbuit, paulo pòst eum omnino moriturum esse. Tum multitudo omnis vna cum coniugibus & liberis, sumpris patrio more sacris, lociſque omnibus fletu & luctu repletis, Deo pro salute regis supplicarunt. Et quum in sublimiore cubiculo is decumberet, & inde homines supinos procumbentes prospiceret, ne ipse quidem lachrymas continere potuit, ac quinque continuos dies ventris doloribus confectus, vitam finiuit: æratis quinquagesimum quartum, regni septimũ agens annũ. Quattuor quidem ille sub g Caio regnauit annos, tetrarchiam Philippi trib. annis administrata, Hero-

Claudius Agrippe regnum confirmauit, eumque veroadis imperiũ & Iudæa addidit.

Herodem Agrippæ fratrẽ Chalcidis regẽ constituit, Iosephus lib 19. cap. 4. de bel. Iud. lib. 2. cap. 14.

Agrippæ senioris nece in Acta desiderari videtur. Act. 12.

f Herodes angelum videt.

g Claudius post Agrippæ iunioris philippi tetrarchiam Trachonitidem concessit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis autem quarto anno recepta. Tres porrò reliquos annos sub Claudij imperio consumpsit. Dignus certè quidem est Iosephus iste admiratione, qui sic diuinis consona literis scribat.

*De Simone Mago, eiusque hæresi, & vt ei restiterit in primis Romæ diuus * apostolus Petrus. Cap. 14.*

QVum ad eum modum persuasio & fides in Seruatorem per omnem propagaretur terram, antiquus ille generis salutis quæ nostræ hostis, arte quadam vrbem eam, in qua tum summum esset imperium, præripere atque occupare contendens, Simonem vico Gitthon ortum, qui antea Orientem peragrans, incantamentis eum atque imposturis compleuerat, eò mittit, ibique ille breui ciues (paucis exceptis) magica sua arte seducit. Eò autem impietatis peruenit, vt quum Deus esse crederetur, tũ statua magnifica in flumine Tiberi inter duos põtes honoraretur, cum inscriptione tali: Simoni Deo sancto. Atque ita Deus non tantùm apud Samaritanos, verùm in aliis quoque nationibus * princeps Deus colitur Quin & Helena quędam comes eius, quæ Tyri Phœnicum, ante hæc in lupanari corpore prostituto quæstum fecerat, parem cum eo honorem consequuta, * principis intelligentiæ nomen obtinet. Hæc sic in defensione professionis nostræ ad Antonium, philosophus idémque martyr Iustinus commemorat. Quibus similia quoque scribit in primo suo cõtra hæreses libro, Irenęus Lugdunensis episcopus. Vterque autem nõ longè post Apostolorũ tẽpora vixit: de quibus suo loco, quæ par est exponemus. Hæresum porrò omniũ dux & princeps Simon iste habetur. Vnde in hodiernũ vsque diem, qui eius sunt sectæ & opinionis, fobriũ & sincerum Christianæ philosophię institutum egregiè æmulantes renunciasse quidé idolorum errori videntur: nihilominus tamen eam retinere contendunt, simulachra & imagines Simonis & Helenæ illius erigẽtes, libationibúsque & ceremoniis eos colere studentes. Horum res turpissimæ, ſtuporem & consternationé mentis hominibus afferunt. Quippe quę tales sint, vt tantũ absit vt stylo scripris rectè mandari possint, vt propter obscœnæ feditatis exuberantiam, nullum eas modestũ & pudicum os eloquatur. Quicquid enim exacte aut cogitatione concipi potest, quod turpitudine quauis sit impurius, id omne hæresis ista omnium scelestissima atque detandissima longè superauit, hominibus miseris, peccatísque oneratis mulierculis imponens. Tantum parentẽ, autorem, & ducem, aduersariũ magnus Christi discipulis, iam inde ab initio humanæ salutis insidiatrix versuta illa vis obiecit. At diuina è diuerso gratia & inexpugnabilis virtus, ministris ipsa suis fedulò assistens, tantorũ malorũ facẽ vbiq; incendium spargentem, quàm celerrimè extinxit, sublimitatem omnem quæ se aduersus cognitionem Dei efferret, difficiens atque pessundans. Quapropter nihil eorum quæ tum temporis succrescere cœperunt malorum, ad statũ & vigorem suum peruenit. Veritatis enim ipsius lux mirificè resplendens, coruscabat, & recens cœlitus relucens ineluctabile vigebat verbum, Apostolorum concionibus & institutis magis magísque inualescens. Proinde & magus iste, grauiam miser venalem esse existimans, primùm in Iudæa à diuo Petro, tanquam luce clariore, mentis oculos perstrictus, maxima eáque maritima profectione susceptra, ex Oriẽte Occidentem versus migrat, Romanámque vrbem præoccupat. Atque ibi quum cœptis suis maximè suprema inseruiret potestas, breui admodũ tempore vsque adeò res ex sententia succedunt, vt quum sibi incantationibus & præstigiis totam conciliaret vrbem: tum statua posita, vt dictum est diuini ei tanquã Deo exhiberentur cultus & honores. Sedenim non diu illi fraude ea vti concessum est, nam sub eodẽ Claudij Imperio quæ omnia sapienter propter summũ in genus humanũ amorem dirigit Prouidentia, quasi antesignarum & insuperabilem atque inuictũ fidei propugnatorem, * qui virtutis ardorísque gratia primas inter Apostolos diuinitùs est consequutus, Petrũ, perinde atque contra feram agrestem & pernicioſam, excitauit. Is non secus atque fortis & generosus Dei dux, diuinis instructus armis occidentalibus ex Oriente supecœleste perfert lumen, arcanum scilicet de Christo mysteriũ & regnum cœlorum læto promulgat nuncio. Atque ad hunc modum quum in Occidente Euãgelica reluceret lucerna, ilicet Simon ipse vna cum fraude & seductione sua, cõfestim extinctus euanuit.

De Euangelio Marci, & vt in Ægypto & Alexandria ab eo primùm Monachorum vita sit instituta. ca. 15.

TAntum autem in auditorum animis pietatis reliquit lumen Petrus, vt auditis contenti esse, & in iis quæ sine scripto, de diuino verbo addicissent, permanere non possent. Quam ob causam Marcum, qui tum Apostolum consectabatur, magna animorum cõtentione obrestantur, vt monumentum aliquod traditæ sine scripto disciplinæ, in literas relatum, eis relinqueret: neque prius inde discederet, quàm id quod rogatus esset, perfecisset. Quo cognito Apostolus, diuini instinctu spiritus, perquàm est tam eximia eorum virorum delectatus voluntate & cupiditate: proindéque scriptum id iudicio suo comprobauit, & vt in Ecclesiis legeretur, constituit. Hanc quippe causam scripti à Marco Euangelij extitisse, Clemens in sexto Dispositionum tradit. Atque his consona Hierapolitanus commemorat Papias. Proptereáque Petri, quod secundum Marcum est dicitur Euangelium. Meminit porrò Marci in priore epistola sua Petrus, quam Romæ agens composuisse fertur, in qua etiam figurate Romam Babylonem nominat, ita inquiens: Salutat vos ea quæ in Babylone est, coëlecta, Marcus filius meus. Quem Lucas quoque in Actis Ioannem vocat. Dicunt præterea diuinum hunc Marcum, primùm in Ægyptum & Alexandriam missum, Euangelium quod conscripsit prædicasse, Ecclesias ordinasse, atq; ei quę ibi est Christianorum monachorũ solitariæ vitæ leges dedisse. Tanta autem virorum & mulierum à primo statim initio confluxit multitudo, vt exercitij studiíque eorum philosophiam, institutum, mores, vitam, rationémque conuersationis omnem, inscriptum retulerit, in vtróque philosophiæ

Simon Magus Romam venit diuini honores ei tributi.

** πρῶτος θεός. Helena comes eius. Nonnulli hanc selen volant. * πρώτη ἔννοια.*

Simon iste hæresum omnium autor. Hæresis eius spurcissima & fœdissima quæque Christi nomine tanquã obtectu et prætextu quedam nefaria & probra omnia regenda abutitur.

Deus Simoni isti magnos Apostolos opposuit, & vetrum præcipuè.

Petrus Apostolorũ princeps.

τὸν εἰρηνοποιὸν ἀγγελον θεοῦ τὰ πάντων τῶν ἀνθρώπων λογισμῶν ἐξαλείφοντα πλέξον.

Roma figurate à petro Babylon dicta.

Marcus idem in Actis Ioannes. Marci primum in Ægyptum euangelium progressus & cum nascentes ibi instituit. Philo cum de vita Romæ loquitur.

Rogatu auditorum Petri. Marcus scriptor eius Euangelium scripsit à petro diuinitus comprobatum.

philosophiæ genere celeberrimus Philo: quem A ad colloquium Petri, Romæ diuinum Verbum concionantis, fama est peruenisse.

*Philo de monachis christianis in Ægypto scripsit. * περὶ βίου θεωρητικοῦ περὶ ἐμπαθῶν. Iesum hebraico sermone curator dicitur siue medicus & saluator, & ab hoc fortasse nomine ipsa prima discipulorum quam Christiana nomen fideles ob timuerunt. Ab Antiochia nanque sicuti veritatis argumentum habet, discipuli & ecclesia Dei vniuersa, christiani dici cœperunt. Reperias eius rei argumentũ si philonis commentarios legeris in libro eius quẽ de esse inscripsit. Qui horũ vitæ cõsuetudine & Laudes expones et monasteriaque in regione circa Mariæ lacum habuere cõmorans, nõ de aliis quã Christianis primis, historia texuit nos eis peregrinis.*

Epipha. 9. De Nazarenis. Christianorum nõ solum Monachorum hominũ, institutæ & moresd. ascẽtica, nõ solum Monachorũ, sed hominum christianorum omnium oratoria

Qualia sapientissimus Philon memoriæ prodiderit, de eis qui primum in Ægypto Christi philosophiam professi sint & exercuerint. cap. 16

NOn tantum verò is quasi numine afflatus, prosequitur institutum eius temporis Apostolicorum ex Iudæis, vt videtur, progenitorum virorum: sed id quoque iudicio suo cõprobat, quanuis etiam tum plurimæ veterum Iudæorum consuetudines obtinerent. Asseuerat quoque verbis disertis, nihil se veritate ducere prius aut antiquius, neque quidquam ex scipso rei ipsi addere constituisse. Quapropter scripti B id, canones & regulas, quæ enumerum in Ecclesia seruantur, liquidò continet. Inscriptio autem libri est, & titulus * De vita contẽplatrice, siue de † supplicibus. Eos autem qui vitam eiusce modi amplexi essent, θεραπευτὰς, hoc est, cultores seu curatores vocat, vel quòd ita tum appellarentur, rondum Christianorũ nomine late diffuso: vel propter puri m sinceriúmque Dei cultum vel quòd tanquam medici, exercerent, curarent, atque colerent eorum qui ad eos venissent, animos, omni eos, vitiorum perturbatione liberantes: vel alicui m quamcunque ob eam fam. neque enim de eo contendere necessarium est. Hos à principio, quum Christiana philosophia initiarentur, dicit, rem familiarem sal cultate q; suas relinquere solitos esse ac deinde nuncio omnibus vitæ huius curis & solicitudinibus remisso, C extra muros in semoris aliquibus agris & hortis aut etiam montibus, versari atque, vitæ dissimilitúmque omnium consuetudinem tanquam perniciosam auertantes, vitam propheticam flagranti atque feruenti fide meditari atque æmulari. Non solum autem eo in loco, verùm etiã alibi in orbe hoc genus fuisse scribit. Decebat quippe fiimi boni & Græcum & Barbariam participes fieri, in Ægypto tamen & maximè circa Alexandriam institutum hoc frequentari. In vna quaque autem solitaria, inquit mansione sacrum domũ reperias, quam σεμνεῖον hoc est honestatis grauitatísque locum & monasterium vocantium quo scilicet ab aliis seiuncti & solitarij, † honestæ sanctéque vitæ misteriis imbuuntur. Eò nihil infertur vel frumenti, vel potus, vel etiam alterius D rei ad necessarium corporis vsum pertinentis. Sermones tantum & leges, dictáque propheratũ atque hymnos diuinitùs inspiratos ibi meditantur, atque etiam alia quibus doctrina & pietas augescens, ad summum consequitur bonum. Interuallum porrò temporis ab ipso diluculo ad vesperam vsque, in exercitio eos continet. Sanctis enim incumbentes literis, in patria sedulò de sudant philosophia. Ac quasi fundamentum primum iacientes ipsam continentiam, reliquas ei superstruunt virtutes, neque ante solis occasum, alicui ex eis panem aut potum sumere licet. Virtutis enim studium luce dignum, ita vt par est: contrà autem ad tenebras pertinere eas, quæ ad necessarium corporis vsum sumuntur, curas iudicantes. Sunt autem qui post tres aut plures dies demum cibi reminiscuntur, quibus videlicet

† τὸ τῶν σεμνῶν βίβλιον μυστηρια.

** τέλος ἄριστον.*

maior doctrinæ inest cupiditas. Nonnulli etiam ita lætantur, deliciísque affluunt circa sapientiæ epulas, plurimas suppeditantes doctrinas, vt duplicatum etiam id tempus se absti- *Ia.* neant, & sexto vix die de necessariò alimento participare consueuerint. Expositiones porrò sacrorum oraculorum per allegorias arcanas occultásque sententias, & anagogas siue contem- *e Ieiunium. Sa crarum literarum studium.* platrices & mysticas intelligentias instituũt. Studiũ siquidem, & quasi lex philosophorum istorũ animanti persimile est, cuius corpus dictũ literæ anima antẽsit abstrusa in ea atque inuisibilis mẽs & intelligẽtia. Sunt quoq; apud eos & mulieres solitariæ, θεραπευτίδες hoc est cultrices dictę quæ sacrã hanc vitã & institutum sectãtur: quarum pleræque modestia & sobria senectute ornatæ puritatẽ & virginitatẽ non necessitate, sed spontanea animi destinatione colunt, nullãque corporis voluptatum curam aut rationem habentes, non mortalium, sed immortalium libe- *Antiquus Asceteriũ statutũ.* rorum gignendorum cupiditatem obtinẽt, quales liberos solã ex seipsa Dei amans anima procreare poterit. Verùm enimuerò quum duo sint *Collatio coniugalis & cœlibis vitæ.* hominũ in vita instituti genera: vnius nimirum, eiús que inferioris coniugalis consuetudinis: alterius autem supermundanæ & angelicæ, Deo vidélicet dilectæ virginitatis, ac solitariæ puriorisque conuersationis: si quis legitimũ ac impolutũ sequatur matrimonium, longè ille quidem à reprehensione abest, sed pauciora ei cõtingunt charismata & dona. Sobriè enim pudicéque & iuste viuere dicitur, & trigecuplum virtutis fert fructũ, difficulter certè quidem sexagecuplum. Cui verò sincerè Angelicam vitam degere sit datum, etiã si ea aspera sit & ardua, facilè tamen ei fuerit sexagecuplũ, atque etiam centuplum ferre fructum, certò scilicet ad perfectionẽ & summum bonum collimanti. Scripta autem iis esse dicit veterum, qui autores & duces professionis eorũ extitere, *Libri christianorum & Monachorum sunt eorum.* & multa monumenta ideæ & formæ eius quæ allegoriis delectatur post se reliquerunt, virorum: iis illi quasi archetypis, primísque exemplaribus vtentes morem modúmque eum imitãtur. Ea porrò monumento, diuina Apostolorum Euangeliã, & Pauli Epistolas esse puto, interpretatio- *Nouum testamentum, veteris est expositio.* nem antiquarum scripturarum rectam cõtinentes. Non solùm autem, inquit, contemplationi vacant, sed nouos etiam hymnos, carmina, & laudes in Deum omni genere grauiorum numerorum atque rhythmorum componunt. Videbitur fortasse cuipiam, Philonem non hæc de *Non de aliis quam christianis hominibus canones hos Philo scripsit.* Euangelicæ vitæ institutis dixisse, vt quæ aliis quoque accommodari queant: sed is certum indubitatúmque esse sibi persuadeat, nostrum illum depinxisse viuendi consuetudinem. Quum ad hodiernum vsque diem, nõ apud alios quàm apud nostros homines regulas tales viuendique mores conseruari compertum sit: conuentus scilicet in vnum, & seorsum quidem mulierum, seorsum etiam virorum, frequentatas conuersationes, solitáque & stata exercitia, quæ etiam nunc nos soli, & maximè vnà cum inedia cibique abstinentia, cum precibus, & cum diuinorum oraculorum meditatione, & peruigilius & orationibus, saluteræ Passionis festis, atque etiam ante *Vetus illegium Christianorum in passionis Christi &c. festiu.* eas ferias celebrare consueuimus. Addit insuper Philo & illud: Solere apud nos ita cãtari hym-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos, vt quum vnus certis conseruatis numeris, E cordia cõposuit, quos per † vrbanitatẽ & ironiã, De virtutibus inscripsit. Eos deinde Claudij temporibus quum in Senatu ibidem recitasset, tanta fuerunt in admiratione, vt digni iudicati sint, qui in bibliothecam Palatinam referrentur. † μετὰ ἥδυτος ἐφυφάσεως

ritè atque decenter præeat, reliqui tacitè illum audientes, hymnorum randem extremas partes concinant. Præterea temporibus suis illos humi in herba stipadio iacere solitos, vinum prorsus, vt ipsius verbis vtar, non attigisse, neque quidquam sanguinei gustasse refert. Potum quippe illis fuisse aquam tantum, cibum autẽ cum pane salem & hyssopum. Adhæc morẽ quoque Ecclesiis præsidentium magistratuum describit: atque in iis, quum cæterorum ministrorum munia, tum summæ omnium Episcopalis dignitatis sublimitatem. Quod verò hæc Philo de primis pietatis præconibus & traditis ab eis antiquitùs moribus scripserit, satis ei persuasum fuerit, qui diligenter & accuratè quam diximus, historiam eius, viri legere voluerit.

De Philonis scriptis, & de moribus eiusdem cap. 17.

Philonis lucubrationes.

Φιλωνος.

PHilo porrò ipse & verbis est copiosus, & sententiis diffusus: exponendis autem per arcanam & mysticam interpretationẽ diuinis scripturis altus & sublimis, pluriformiam sacrorũ oraculorum texens enarrationem. Ostendit id partim in cõmentariis suis in Genesim, quibus vtrumlibet indidit. Sacrarũ legum allegoriæ: partim in distinctionibus, ambiguitatibus, & solutionibus earum scripturarum, quæ in quæstionẽ trahuntur, summatim & per capita relatis. Sunt præterea aliæ quoq; eius scriptorum editę lucubrationes. De agricultura duæ. De ebrietate totidem. Alia item variorum titulorũ scripta: quale est. Quas res mens sobria per orationem vel precetur, vel deprecetur. Item de linguarum confusione * De rebus experendis & fugiendis. De natura & inuentione. De his quæ in disciplinis simul conuenire debeant, siue de Encyclopædia & disciplinarũ orbe. Alius præterea liber, sit rerum diuinarũ hæres, vel de ea quę fit in æqualia aut inæqualia sectione. Item de tribus virtutibus. Item de iis quorũ mutãtur nomina, & quibus ex causis mutantur: in quo se quoque scripsisse de testamento priore & posteriore testatur. Composuit etiã librum de secessu & vita sapientis. Aliũ quoque de Gigantibus, de rebus Mosi: & quod somnia diminutis accidant, libros quinque. Atq; hæc equidem sunt, quę in Genesim ab eo scripta ad nos pervenerunt. In Exodum verò, quæstionũ solutionũmque quinque libros eius esse cognouimus. Vnum de tabernaculo, vnum de Decalogo. De iis quę sub specie legũlata ad Decalogum referuntur, libros quatuor. De sacrificiis animaliũ, & quę sint sacrificiorum genera, librũ vnum. Itẽ de propositis in lege præmiis, honoribus scilicet & pœnis. Inueniuntur etiam singuli eius libri: vt de prouidentia, Contra Iudęos, * de Republica: Alexander siue de animantibus irrationalibus rationem habentibus. Item, seruos esse malos omnes. Et qui hunc consequitur, Omnibus modis bonos liberos esse. Secundũ hos † de vita contẽplatrice, seu de supplicibus est cõpositus: vnde ea trãstulimus, quę de Apostolis & primis Christianorum institutis & moribus suprà diximus. Hebraicorum quoque nominum in lege & prophetis interpretationes eius, esse perhibentur. Itaque Philo iste, Caio imperante, quũ Romam venisset, libros de Caij amentia & ve-

περὶ ἀγωγῆς καὶ αἱρεσιωτ.

* ὁπλιτικὸς † Suidas, philonis v. cer sens lucubrationes, huic libro tribuit, περὶ τῆς διαγωγῆς τῶν χριστιανῶν.

Iosephi veritatis consectatoris libri, & quales eius quoquemores fuerint. Cap. 18.

Iosephi lucubrationes.

EOdem porrò sęculo, paulo post & Iosephus floruit, & ipse vir Iudęus genere, & ex sacerdotibus ortus. Tantum autem disciplinarũ doctrina excelluit, vt summam & patriæ & Græcę linguę peritiam sit consequutus. Multa is quoque volumina reliquit. Machabęorum certè libros eius esse ferunt: potissimúmque eũ qui inscriptus est, † Animum rationemque esse, quę summũ in homine obtineat imperiũ. Antiquitates Iudaicas viginti libris est cõplexus. Septę autẽ de bello Iudaico Hierosolymorúmq; euersione cõposuit, quos fama fert, Titũ * Cæsarem manuum suarum descriptiones cõprobatos publicari vbique, atque eũã in Romana bibliotheca reponi iussisse. Edidit etiã alios duos de Antiquitate libros, in quibus Hebręos primos hominum omnium extitisse, scriptáque eorum cæteris vetustiora esse ait. Præterea cõtra Appionẽ grammaticum, qui tum orationes aduersus Iudęos inuectiuas scripserat: & contra alios itidẽ, qui patria Iudęorum gentis instituta & mores calumniari ausi fuerant, refutationes. In quarum refutationũ oratione prima numerũ testamenti librorum iniens, * qui apud Hebręos maiorum traditione recepti sint, & citra ambiguitatem atque controuersiã omnem pro legitimis veríque habeantur, hisce verbis docet: a Non multa voluminũ nobis sunt millia, dissonantium inter se atque pugnantium. Sed vinginti tantum & duo libri, acta tẽporũ omnium complectentes, qui quidẽ iustis de causis, diuino afflatu scripti esse creduntur. Horum quinque sunt Mosę, legésque ipsas atque humani generis propagationem atque successionem ad illius obitum vsque cõtinent, quod tempus non ita multum à ter mille annis abest b. Deinceps verò à Mosę morte vsque ad Artaxerxis, qui apud Persas Xerxi successit, regnum, qui post Mosen fuerunt, Prophetę, res temporibus eis gestas, sunt persequuti libris tredecim. Qui verò sant reliqui quatuor, hymnos & laudes in Deum compositas, & præcepta hominum vitæ habent. Ab Artaxerxe autem ad nostram vsque ætatem perscriptę quidem sunt res vniuersę: sed non eam libri tales, quam illorum qui eos præcesserunt apud nos metuerunt fidem: propterea quod non tam certa atque explorata prophetarum posteriorum sit successio, Satis porrò res ipsa declarat, qua religione nos libros nostros adire atque versare soleamus. c Quum enim tot iam secula præterierint, nemo vnquam inuentus est. qui vel addere quid quam, vel detrahere, vel mutare denique in sacrosanctis oraculis ausus fuerit. Omnibus quippe, ab ipso ortu, Iudęis ingenitum est, diuinitus proditam editam eam esse doctrinã credere, in eáque constanter perseuerare, atque adeo, si opus

† περὶ τῆς πρὸς Λογγῖνον

a Iosephus de canonicis veteris testamẽti libris.

b Euseb. lib. 3. cap. 10.

opus sit, pro ea etiam nõ grauatè ipsam adire & A perferre mortem. Ad finem autem vigesimi Antiquitatum libri indicat, quatuor se compositurum libros de Deo: quæ Iudęorũ de eo sint patria opiniones, De substantia eius, Et de legibus: Quapropter apud eos quædam permissum sit facere quædam verò sint prohibita. Alia insuper à se edita esse idem ipse in operibus suis affecerat. Verùm in finem Antiquitatũ, in Iosiam quendam ex Tiberiade, qui de eisdem, quibus ipse tẽporibus & rebus, minus vera scripsit, stylo inuehens, quum alia permulta ei vitio dat, tũ hisce vtitur verbis: Non equidem, inquit, itidem atq; tu, de mea solicitus fam historia. Sed imperatoribus ipsis scripta mea obtuli, quum res ipsæ gestæ propemodum adhuc cernerentur. Conscius enim ipse sum mihi me veritatis consectandæ præcepta constituisse. Cuius quum me testimonium consequuturum sperarem, non me fefellit opinio. Quum multis namque aliis historiã meã legendem exhibui, ex quibus nõnulli in bellum ipsum etiam inciderunt, quemadmodũ Agrippa rex, & quidã cognati eius: tum Imperator Titus, adeò per scriptorem meorum monumenta tantummodo rerum gestarum cognitionem in homines vulgari voluit, vt manus suæ antorationem historiam consignatã publicari præceperit. Rex præterea Agrippa sexaginta & duas scripsit epistolas, quibus fidei atque veritatis historiæ meæ perhibet testimonium. Ex quibus duas quoque apponit. Tantopere autem historico, rebus gestis ad imitationem Thucydidis scribendis, stilo enitet, vt neminem in ea laude primas ferre patiatur, Siquidem nouis subinde gaudẽs argumẽtis, cum facilitate multa, nihil de artis vigore remittens, suauis admodum & lætus incedit: & quum mirifica eius est eloquutio, tum in concionibus gloriam & laudem meruit singularem. Philo certè quidem philosophię plurimũ operę nauasse, ac Iosephus oratorum sacra magis coluisse videtur. Et ille ad Platonem, hic ad Thucydidem respexit. Sed de Philone & Iosepho satis. Ad ordinem enim & contextum actorum Apostolicorũ redire nos conuenit, vt per compendium summatim ea percurramus.

Theodorus Bibliander admõ. de endite ad Mosę obitum, numerat annos. 2488.

Librorum eius fanceitas.

Iosephus veritatis in primis est in historia scribenda consectatus.

Hic Agrippa vsque ad Hierosolymorum excidiũ durauit Herodis Agrippa, de quo Luc. in Actibus ca. 25. scribit Silius. Iosephi stylus.

Collatio Philonis et Iosephi.

Vt paulus gentes ad professionem fidei christianæ perduxerit, & de quæstione mora de lege Mosaica à Gentibus seruanda, & quid Hierosolymis congregati Apostoli de ea per epistolam decreuerint. caput 19.

Acta Pauli et Barnabæ

POsteaquam Paulus & Barnabas ministeriũ fratrum compleuêre, & Hierosolyma reuertêre, à Spiritu sancto ambo designantur atq; deliguntur, ad quod vocati fuerant opus. Ac per Seleuciam, in insulam Cyprum, ipsamque Salaminem veniunt, Iudæis Diuini Verbi Euangelium annunciantes: Ioanne, cui & Marci nomen fuit, eis inseruiente: qui deinde à Perga reuersus est Hierosolyma. Paphi autem Helymas magus, qui idem Barjesus est, increpatione acriore Pauli oculos ad cæcitatem vsque perstringitur. Et proconsul Sergius concionibus Pauli credit. Iudæ porrò Antiochiã Pisidiæ peruenit, & in Synagoga salutiferum verbum prædicat. Et iam ex gentibus ad fidei professionẽ accedunt non pauci. Opportuno autem tempore oblato, Paulus rursum concionatur. Ad quem

Serg. paulus proconsul à Paulo ad Christum conuersus.

quum infinita conflueret turba, æmulatione magna Iudæi accenduntur, & Paulo aduersantes resistũt. Ille verò aroris & zeli meliotis plenus, aduersari quidem ipsos, & se ad gentes conuerte re dicit. Itaque ingens coorta est lætitia, quæ ita recipiebantur, gentium. Iudæi autẽ technas quadam, multitudinẽ eorum qui honores gerebãt, primariorũ virorũ cõcient, lapidi úsque Apostolos petere atque persequi persuadent. Quare Apostoli inde Iconiũ, deinde Lystrã, mox Derben profugiunt. Postea reuertuntur Lystram, & Iconiem, & Antiochiã. Peragrant inde Pisidiã & Pamphiliam. & ex Perga deinceps Antiochiã maiorem perueniũt, atque ibi fratribus gentium fidem exponunt. Postmodum Iudæi quidam exoriũtur, ex præscripto legis Mosaicæ eos ex gẽtibus ad fidei professionẽ accederant, primũ circũcidi, atque ita demum in Christũ credere, totámque Mosæ legem seruare debere, contendẽtes. Barnabas igitur & Paulus Hierosolima petũt quæstionẽ eam ad maiorem gentium Apostolos relaturi. Atque ibi in conuentu multorum, Petrus legis ingũ deprecatur: & Iacobus cõcionans edicit, non esse facessendã molestiam eis qui ex gentibus fidem susciperant: sed per epistolam illis significandum, vt se à contaminatione earum quæ idolis essent sacrificata, à fornicatione, & à suffocatis abstineãt. Ita cum Paulo & Barnaba, Iudas Anthiochenos legatur: eisdémque, quæ Apostoli Hierosolimis decreuissent, per epistolam insinuant. Neque ita multa pòst Antiochia illi rursum discedunt. Porrò Paulus & Barnabas † offensa & exacerbatione intercedente seiunguntur. & Barnabas quidem Marco assumpto in Cyprum traiicit, Paulus autem Sila sibi adiũcto Syriam petit: Lystrámque & Derben peragrans, Timotheum quoque suscepit, Græci quidem patris, fidelis autem Iudææ matris filium. Quem sanè propter Iudęos, consilium pro tempore capiens, & illorum se ingeniis accommodans, quum ipse circuncisionem abrogaret, nihilominus tamen circuncidit. Omnes nanque ex Iudæis fideles, patrem eius Græcum hominẽ esse sciebant. Itaque illi ciuitates passim adeunt, & Apostolica decreta promulgant. In Phrygia autem & Galatia, atque etiam in † Mysia, quum verbum prædicassent, in animo habent prouinciam quoque Bithyniam adire: sed quo minus id faciant Spiritus eis obsistit. Cæterùm Troade quum essent in somnis Paulo admonito, Macedoniam inde petunt. Et naui egressi per Samothracem & Neapolim, & in primam Macedonicæ oræ ciuitatem Philippensium, colonià perueniunt. Inde porrò Thessalonicam, & finitimã ei Berthœam, mox quoque Athenas adeunt: ac deinceps occidentem versus, Euangelium annunciantes, proficiscuntur. Enimuerò epistola illa quæ Hierosolymis ad eos qui Antiochiæ in Syria & Cilicia, locisque aliis omnibus ad fidẽ se ex gentibus contulissent, per Silam missa est, in hæc verba est concepta: Quandoquidem audiuimus, quòd quidam venientes vos turbarint, dicentes, oportere vos circuncidi, legémq; seruare, quibus id non mandauimus: visum est Spiritui sancto & nobis vnanimiter cõgregatis, nihil vobis vltra imponere oneris, præterquã hęc necessaria, vt vos abstineatis ab immolaticiis si-

Deeisio eius.

παροξυσμὸς γενόμενον.

Offensa inter Paulum & Barnabam.

οἰκονομία. χρώμενος.

Exemplũ apostolicæ dispensationis.

† χωὶ τὴν μυσίαν εἰσω τῶν λόγων

Epistola apostolorum et presbyterorum Hierosolymis Antiochiam ad fideles ex Gentibus data. Act. 15.

mulacrorũ, & sanguine, & fornicatione, & suffocato. A quibus vos custodientes, bene agetis? Valete. Misimus autem Iudam & Silam, primarios ex fratribus viros, cum Barnaba & Paulo, dilectis nobis fratribus, hominibus qui animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi dederunt, vt verbis hisce vos consolarentur.

De sacrosancti præconis Pauli in Macedonia rebus gestis: & de Dionysio Areopagita, librisque eiusdem. Caput 20.

Pythonis spiritus à Paulo ex puella pellitur Philippi.

Paulus in carcere cõiicitur.

POrrò quum Philippis essent, purpuræ vẽditrix è ciuitate Thyatirorum fœmina ad diuinum accedit lauacrum. Et spiritus Pythonis, iussu ex puella profugit. Cuius dominis, quum spes quæstus eius, quem ex ea capiebant, esset precisa, ilicet plagæ & vincula Apostolos arripiunt, & catastæ pedes eorum admodum constringunt. Sed enim intempesta nocte preces ab eis fiunt, quas qui in eodẽ carcere vincti erãt, exaudiunt. Ac Deus quidem terram mouet & concutit: fores autem, claustra, & vincula omnia soluuntur, Custos porrò carceris fores omnes apertas conspiciẽs, ipse sibi attulisset manus, nisi enim voce sua Paulus cohibuisset, omnes adhuc intus esse dicens. Ita custos lucerna arrepta, carcerem ingreditur, & quid sibi faciendum sit, rogat. Tum illi ei Vebum deprædicant, & ipse recentes eorũ vibices sub calida lauat aqua: pro qua ab illis diuinum simul lauacrum. Itaque is cum suis omnibus lætus Christo sese dicat. Deinde illi bene manè magistratus primariorũmque virorũ iussu carcere emissi, per Amphipolim & Apolloniam, Thessalonicam perueniunt. Ibi Iudæi infideles tumultum in vrbe mouent, & Iasoni, qui eos benignè hospitio exceperat, negocium faceſſunt. Nec minus & Berrhœæ similia eis accidunt. Sed Paulus à fratribus ad mare deductus, Athenas venit. Eam vrbem simulacrorum cultui deditam cernens, sermones & cum eis qui ex synagoga erant Iudæis & cum philosophis Epicuræis simul & Stoicis confert. A quibus tanquam † nugigerulus, inaniúmque verborum sator, & peregrinorum deorum annũciator, conuiciis graviter exagitatur: & comprehensus, in supremum ibi iudicium, Areopagum, seu Martis vicum nominant, producitur, atque ad iudicum subellia sistitur. Nouem ij erant, sapientia, virtute, genere & opibus omnibus aliis præstantiores habiti. & ad iudicium munus obeundum, prout quisque eorũ visus est optimus, ad tribunal lecti. In medio horum consistens, superstitionẽ eorũ, aræq; eius quæ apud eos Ignoto Deo consecrata erat, annunciat: séque eius apostolum & legatum esse asserit, quem & Dominum & creatorem cœli & terræ, quòd scilicet per eum consistant omnia, ipséque nullius rei indigens, & nulli omnium materiæ similis sit, laudat. Illi insuper addẽs, nulla eum alia re quàm piis bonorũ operibus, & veritatis cognitione coli: & peccata quidem, per ignorantiam huc vsque à nobis commissa eum dissimulare atque remittere, de cætero autem resipiscendum, & verbis fidei cedendum esse. Ac iudicandi quoque eum potestatem propterea recepisse dicit, ipsum scilicet Iesum Christum, qui diuinis prorsus factis & operibus Deus perfectus, & idem perfectus (citra tamen peccatum) homo declaratus, pro omnibus crucifixus sit, & à mortuis resurrexit, omnibúsque spectantibus ad suum in cœlum redierit patrem, rerum nimirum vniuersarũ Deum. Quibusdam itaq; quòd resurrectionem ab eo audirẽt, rẽs tota ludibriũ & fabula videtur. quidam autem verbis eius credentes eum sectantur. In quibus & Dionysius Areopagita ille fuit, vnus ex sapientibus illis & delectis viris. Tanta autem fuit in Christũ fides, vt non modò dignus diuino lauacro esset, sed etiam ipsius Pauli manibus Athenien sium designaretur episcopus, mirificis prorsus atque diuinis charismatibus & donis pollẽs: Visit is etiã familiarius cum diuino viro Hierotheo: quorũ vtriúsque res summas Paulus, vt eis, in tertiũ vsq; cœlum & paradisum ipsum raptus, initiatus fuerat, de Theologia, Deique Verbi ratione scilicet, necnon cœlesti hierarchia, rerúmque omniũ absolutissima dispositione atque ordinatione, communicans tradidit, quas res Dionysius postea etiam in scripta retulit. Qui porrò, verbo pietatis verique cultus magnificè prædicando, magna vsus est libertate, multósq; annos in partibus occidentalibus Christum glorificans, ad multam peruenit senectutem, & pro ipso martyrij corona est cohonestatus. Ferunt autẽ eum, caput suum, quod gladio resectum fuerat, in manibus gerentem, ad duo millia passuum tulisse: ibique id, in quam inciderat, mulieri tanquã depositum tradidisse. Quæ autem ille scripta, sublimi rerum diuinarũ contemplatione, sentẽtiis, & eloquutione admiranda prorsus & excellentia, longéque ab iis quę pro hominũ captu edita sunt dissita composuerit, sic se habent. Primum quidem opus de Diuinis nominibus cõscripsit, tredecim capitibus: in quo ad centum quoque alia capita sunt adiecta diuinæ sapientiæ plena. Secundus ab eo liber scriptus est cui titulum fecit, De cœlesti † hierarchia, capita habens quindecim. Tertius de Ecclesiastica hierarchia, capitũ septem. Quartus de arcana seu mystica Theologia, quinque capitũ. Reliquit etiam epistolas decem, quarum postrema Euangelistæ Ioanni, qui supra pectus Domini recubuit, est scripta. Atque hæc quidem eius scripta hodie quoque circunferuntur. Ipsam autem aliarũ quoque lucubrationũ suarũ mentionem facit, quales sunt, quæ ab eo Theologicæ dispositiones sunt nominatæ. Item symbolica Theologica: præterea de Angelicis proprietatibus & ordinibus. Commentarius de Anima. De iusto & diuino iudicio. De diuini hymis. Item de iis quæ vel intelligentia vel sensu deprehenduntur. Commentarij autem isti omnino visi non sunt, neq; nobis, neq; iis qui ante nos fuerunt, cogniti. Sed de Dionysio operibúsque eius hæc satis sint.

Dionysius Areopagita.

Hierotheus.

Dionysii martyrium, et in eodem martyrio miraculum insigne.

Dionysii Areopagita scripta.

† Quis hierarchiam nominat, vnu verbo summarum rerum sacrarũ omniũ dispositionẽ ornanatq; absolutámque dicit. Et quã hierarchiã vocat, numine afflatum, deumque virum; sacra enim mysteria perficit.

Vt ipsa Dei genitrix naturæ lege mortua, ad cœlestia tabernacula corporaliter sit translata. Caput 21.

EO tempore, a quum Claudius quintum imperaret annum, & immaculatam Dei Verbi mattrem mortem obire oporteret (quandoquidem & filius eius, verum se hominem esse probans atque confirmans, † ad grãdiorem exolete senectutis ætatem non peruenit) vnde sexagesimum illa agens annũ, nuncium à filio, per Angelum ó, de migratione & aduentu ad se eius, ita vt antea

Dionysii Areopagitæ testimonium de transitu Mariæ beatæ gloriosæ semperq; virginis, dubia pro certis recipientis.

Monstratur sepulcrum eius cernentibus nobis vsque ad præsens in vallis Iosaphat media, quæ vallis est inter montem Sion & montem Oliueti posita, in qua sepulta fuisse fertur.

Sed nunc vacuum esse manifestum cernentibus ostenditur. Hæc id circo dixerim, quia multi nostrorum duo bitant vtrum assumpta fuerit simul cum corpore, an abierit relicto corpore.

Hieron. Epiphan. aduersus Antidicomarianitas, non se posse affirmare & ait cere scribit, de genitrice Dei, vel quod immortalis permanserit, vel quod vitam morte commutarit.

vt antea quum ipse ad eam venturus fuerat, ac- A no cãtato, infiniti potentẽ diuinæ virtutis bonitatẽ cõcelebraret. Meministi m satis, vt ibi secũdũ theologos ipsos, oẽs alios sacros mystas lõgè superarit, totus à seipso secedens, totus mẽte extra seipsum degẽs, & prorsus cõueniẽtia eis quæ tanebat patiens, d ita vt à quibus audiebatur & conspiciebatur, simul & non cognoscereturimo mine afflatus, & diuinus hymnorum cantor iudicatus. Sed quid tibi de us, quæ tum sancti illi viri theologati sint, dicã? Quum, nisi mei quoq; ipsius sim oblitus, meminerim, me multos hymnos & partes quasdam diuinitũs inspiratarũillarum laudum, re canente audire? Hæc Dionysius. Apostoli autem, & qui præterea ibi aderant, viri egregij, lectum corona circundantes, reuerenter illam exosculantur. Ad quam deinde quàm plurima fiunt miracula. cœci nanque, præter spẽ exB pectationẽmque omnem, oculis suis solem cernunt, surdis auditus suus datur, claudi gressus recipiunt: & vt semel dicam, omne morbi genus attactu solo prorsus cedit & profugit. Deinde cereis ardentibus prælatis, & vnguentis floribúsque sparsis atque Angelis cœlitus e pheretrũ vel præuntibus, vel stipantibus, vel etiam consequentibus, diuinis patribus & Apostolis mirifica quædam carmina f concinẽtibus, intellectualis illa atq; spiritualis arca, ex Sion in Getsemani, Apostolicis eam gestantibus manibus fertur. Etenim in hanc tantam lætitiam, molestũ & durum quiddam incidit, quod silentio prætereundum non sit. Quum enim diuinum illud tabernaculum, ita vt dictum est, ad Getsemani portaretur, vbi Dei genitrix sepeliri se mãdauerat: Iudæi inuidia tabescentes, quum occultate non C possent, cum qui in mẽtibus eorum fouebatur, liuoris affectum produnt. Inter quos aliis quidã confidentior, furibundúsque magis, (erant autẽ ex sacerdotum ordine) quum sacrum tabernaculum portaretur, imperu quodã præter rationem percitus, in id ferebatur, humi prosternere, sacram illam arcam, atque pessundare in animo habens. Sedenim vincta nequaquam moratur. g. Namque ab vlnis manus illius recisæ, ex pheretro dependẽt. At quæ diuina natiuitate sua, lætitia habitabilem orbem omnem repleuerat, ne in obitu quidem cuipiam molestiæ aut ærumnæ alicuius causa futura erat. b Porrò is cui hoc cõtigerat, quum malux quidem, sed tamen nõ prorsus desperatus & incurabilis esset, pœnitentiæ ritè prætendit remediũ: & quoniã manus quas non habebat, protẽdere nequid, lachrymas proD fert, & simul cũ ea resipiscentiæ disciplina, cura quoq; adest. Pheretrũ enim consistit, & manus ad refectionem, vnde decideràt, accommodatæ (Petri id iussu factum) confestim pristinum statum suum recuperant. Vbi autem ad Getsemani peruentum est, sepulturæ quidem illa, filiũ imitata, traditur: i per illum autem ad diuina tabernacula, ad ipsum scilicet Paradisum, vbi & vitæ arbor consita est, tatione ea, quam qui hęc fecit, Deus nouit, transfertur.

Monstratur sepulcrum eius cernentibus nobis vsque ad præsens in vallis Iosaphat media, quæ vallis est inter montem Sion & montem Oliueti posita, in qua sepulta fuisse fertur. Sed nunc vacuum esse manifestum cernentibus ostenditur. Hæc id circo dixerim, quia multi nostrorum duo bitant vtrum assumpta fuerit simul cum corpore, an abierit relicto corpore.

Hieron. Epiphan. aduersus Antidicomarianitas, non se posse affirmare & ait cere scribit, de genitrice Dei, vel quod immortalis permanserit, vel quod vitam morte commutarit.

Qualia etiam Iunenalis Hierosolymitanus de sacrosancta assumptione purissima Dei genitricis memoret & de eiusdem forma, moribúsque. Cap. 23.

POrrò vitalis & salutiferi tabernaculi huius translationẽ, quum multi alij dissertis verbis

Monstratur sepulcrum eius cernentibus nobis vsque ad præsens in vallis Iosaphat media, quæ vallis est inter montem Sion & montem Oliueti posita, in qua sepulta fuisse fertur. Sed nunc vacuum esse manifestum cernentibus ostenditur. Hæc id circo dixerim, quia multi nostrorum duo bitant vtrum assumpta fuerit simul cum corpore, an abierit relicto corpore.

Hieron. Epiphan. aduersus Antidicomarianitas, non se posse affirmare & ait cere scribit, de genitrice Dei, vel quod immortalis permanserit, vel quod vitam morte commutarit.

Custos carceris cum suis baptisatur, & in Christũ credit.

Acta Pauli Athenis.

σπερμολόγος.

Areopagita.

Summa cõcionis Pauli apud Areopagitas. Athenis.

a Testimonium Dionysii Areopagitæ.

b θεολογικὴ καὶ ξωοδόχα σώματος καὶ πετρος ὁ κορυφαῖος καὶ πρεσβύτατος τῶν θεολόγων ἐκρονης.

Dionysius Areopagita.

Hierotheus.

Dionysii martyrium, et in eodem martyrio miraculum insigne.

Dionysii Areopagita scripta.

Pythonis spiritus à Paulo ex puella pellitur Philippi.

Paulus in carcere cõiicitur.

Morti & funeri virginis matris Apostoli Christi affuerunt.

τάξεις τῆς τέλος αὐτοῖς προσφθέγγετο.

Epistola apostolorum et presbyterorum Hierosolymis Antiochiam ad fideles ex Gentibus data. Act. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confirmatur ad auctoritate Iuuenalis episcopi Hierosolymitani.

Quamquam propter cautes, ista saluberrimi fidei magisterii opinari oporteat, quam in consulto desinere quod sine periculo nescient.

Nicephori.

Quo Maria sancta vnà cū cæteris regnum cælorum non ternar, quæ neque b. fuerit, neque fornicata fuerit, neque adulterium commiserit. sed neque aliquod infandū carnis opus patrauerit sed impollutā permanserit? & piphanius aduersus Marcion.

† πλεονεκτήν. quod hic etiā legi πλεονήσαντα i finem obiit, assumptionem. Vitæ Dei genitricis mores. statura & forma.

clare deprædicant, tum omnium maximè Iuuenalis Hierosolymorum episcopus: magnus sanè diuinoque afflatus numine vir, ex vetusta traditione, rem hanc sic gestam, scriptis suis cum fide confirmat. Dicit enim, totum triduum Apostolos ad monumentum id, diuinorum hymnorum carmina audientes, perseueraſſe. Accidit autē tunc sum, vt Thomæ ab eis abesſet: videlicet vt nota perſpectáque diuæ genitricis fieret assumptio, itidem vt antea filij eius, pro eo atque decebat, post diem tertium resurrectio ingeti afficiebatur dolore, neque quieto animo ſſe poterat Thomas, quippe qui tantū boni non fuiſſet particeps. Sacer autem ille chorus, iniquum esſe iudicans, ſi ille quoque diuinum virginis matris corpus nō ſpectaret atque complecteretur, aperiri monumentum iubet. Quod quidem vbi ita eſt factum, deſideratum illud corpus non cōparuit. Sepulcralia tantum lintea ritè composita loco ſuo manebant: itidem vt filij quoque eius in ſepulcro relicta. Quæ & ipſe, & qui cum eo aderant, cum veneratione exoſculati. incredibilique voluptate, odoris, suauitate repleti, ſepulchrū quidem ad priſtinum conformat modum: miraculum autē ipſum quaſi per manus ſubinde poſteris traditum, ad nos quoque tranſmiſerunt. Quod verò diuinum hoc Dei genitricis tabernaculum reſurrecturum fuerat, propheta quoque Dauid prædixit: Exurge, inquiens, Domine, tu & arca ſanctificationis tuæ. Inde fama eſt, non ita pridem ſanctiſſimæ virginis quoque ſacra primùm celebrari cœpta eſſe. Mores autem, formæque & ſtaturæ eius modus, talis, vt inquit Epiphanius, fuit. Erat in rebus omnibus honeſta & grauis, pauca admodum eáque neceſſaria loquens, ad audiendum facilis, & per quàm affabilis, honorem ſuum & venerationem omnibus exhibens. ſtatura mediocri: quamuis ſint, qui eā aliquantulum mediocrem longitudinem exceſſiſſe dicant. Decenti dicendi liberrate aduerſus homines omnes vſa eſt ſine riſu, ſine perturbatione, & ſine iracundia maximè. Colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acribus, ſubflauis, & tāquam oleæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra: naſus longior, labia florida, & verborum ſuauitate plena: facies non rotunda & acuta, ſed aliquanto longior, manus ſimul & digiti lōgiores. Erat denique factus omnis expers, ſimplex, H nimiméque vultum fingens, nihil molliciei ſecū trahens, ſed humilitatem præcellentem colens. veſtimentis, quæ ipſa geſtauit coloris natiui cōtenta fuit: id quod etiamnum ſanctum * capitis eius velamen oſtendit. Et, vt paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitus inerat gratia. Ætas autē eius ſic ſe, vt antea dixi, habuit. Nunc ad Apoſtolica acta reuertamur.

* μαφόριον.

Acta Pauli Aquillæ & Priſcillæ.

Vt diuus Paulus ex Oriente in Occidentem tranſierit: & inde rurſus in Orientem migrarit, diuinum & Angelicum annuncians ſermonem. & vt epheſe mari in Syriam vadens, Hieroſolyma peruenerit. Cap. 24.

PAulus Athenis diſcedens, Corinthum venit. Ibi in Aquilam aulæorum textorem, & Priſcillam cōiugem eius, qui nuper admodū Roma venerat, incidit. Edicto enim Claudij, omnes ex Italia Iudæi eiecti erāt. Cum iis Paulus diphthe-

Eutychum mortuum Troade, Paulus in vitā reſtituit.

concio Pauli quam Mileti ad Epiſcopos Epheſios habuit.

Apollos.

† Φιλῶν καὶ φιλούμενος.

Miracula Pauli.

Philippi euangeliſtæ quatuor filiæ prophetiſſæ. Agabus propheta.

** ἐν πεντήκοντα γιγάδαις. Quinquaginta millia armatorum genti.*

Erant præterea Sceuæ cuiuſdam ſacerdotis filij ſeptem, qui nomine Pauli dæmones adiurare & expellere audebāt: qui ita ſugati, Paulum ſe quidem ſcire, illos autem minimè noſſe, dicunt: atq; cum impetu in illos inſilièrēs, eos conuulnerāt. Quapropter res ea audita, omnibus timorē incuſſit. Mox etiam qui * ex curioſis artibus victitabant, libros ſuos vendentes, precium eorum ad quinque † myriades denariorum redigunt. His porrò ita actis, in animo habebat Paulus per Macedoniam petere Achaiam, & inde reuerti Hieroſolyma, deinde Romā etiā videre. Quum autem adhuc in Aſia eſſet, Timothem & Eraſtū in occidentem miſit. Ibi tum Demetrius faber argētarius, quòd aurei, quos faciebat, dij, Paulo illos deſpicere perſuadente, negligerentur, tumultum nō paruum Epheſi excitat: Actum eſſe de Diis, periclitarique etiam templū, quæ apud ipſos colebatur, Dianæ, quiritās. Vulgus itaque furore & indignatione percitum, Magna, Epheſiorum Diana: & impetu beluino quoſdam ex Pauli ſectatoribus cōprehendit. Ac niſi Alexander ſcriba conſiſtens, ſublata in altum manu, ſuauibus multitudinem demulſiſſet verbis, fortaſſe Paulum ipſum etiam interemiſſent. Qui Epheſo diſcedens, in Macedoniam proficiſcitur. Ecclesias confirmans. Atque inde in Græciā venit. Cæterùm quum ibi à Iudæis ei ſtruerentur inſidiæ, rurſum per Macedoniam reuertitur. Sequuntur eum Soſpater, Ariſtarchus, & Timotheus. Tychicus autē & Trophimus Aſiani, qui præceſſerant, Troade eos expectabant. Paulus porrò

porrò vnà cum Luca (erant tum Azymorū dies) A rum temporū. teſtatus eſt. Plebs quidem certè, Philippis Troadem & ipſe venit. Ibi die Sabbatorum vna, quum Paulus concionem longā haberet, & oratio in mediam noctem produceretur, adoleſcens quidam Eutychus, qui in feneſtra quadam ſedebat, verborum ſuauitate delibutus, & in ſomnum profundiorem delapſus, ex tertia contignatione decidit, & moritur. Ei verò Paulus incumbens, bono animo eſſe, minimèq; eos tumultuari iuber, eſſe adhuc in homine animam dictitans. Ita iumenis incolumis & ſaluus, multum eis qui congregati fuerant, præbuit lætitiæ & iucunditatis. Et colloquio ad auroram vſque producto, inde abit, atque Mitylenem, mox Samum venit: & Trogyllij quum manſiſſet, inde Miletum adit, Hierosolymitanum iter vrgens. Miletum porrò ſacerdotes Epheſiorū eccleſiarúmque epiſcopos accerſit, moréque & vitam eis ſuam commemorat, vt videlicet nihil B eis earum rerum quæ profutura fuerant, indicare intermiſerit, pœnitentiámque & fidē in Chriſtum priuatim & publicè teſtificatus docuerit. Proinde eis hortatur, vt & ſe & greges, in quibus eos Spiritus ſanctus Epiſcopos conſtituiſſent, attentè curarent, vt vigilarent, ſedulóq; cohortationū præceptorúmque ſuorum, quæ eos triēnio toto docuiſſet, meminiſſent, & vt lupos eccleſiis graues iamiam aduenturos cauerent. Multiſque præterea commodis atque vtilibus rebus expoſitis, cum multo planctu, vix tandem ab eis auellitur: & cum ingenti deſiderio, ipſe ſimul & † præbens & excipiens oſcula, in nauem deducitur. Itaque in inſulam Coo defertur. Deinde Rhodum, atque inde per Patara in Phœnicem ſecundis ventis prouehitur. Relictáque ad ſiniſtram Cypro, rectam in Syriam nauigat. Tyrum porrò quum applicuiſſet, rurſum naui Ptolemaidem, ac inde Cæſaream Palæſtinæ venit. Hic hoſpitio Euangeliſtæ Philippi, qui vnus ex ſeptem diaconis erat, excipitur. ei quatuor filiæ fuere, quas Deus oraculari & prophetico dono dignatus erat. Apud hunc quum plures dies maneret Paulus, eò etiam Agabus propheta ex Iudæa venit, corrigiſique zonæ Pauli, manus pedéſque vinciens ſuos, multúmne afflatus: Hæc inquit, Spiritus ſanctus prædicit: Ad hunc modum virum hunc Iudæi in Hieruſalem ligabunt, & in manus gentium tradēt. Quapropter quum Paulum multi á profectione Hieroſolymitana dehortantes diſtinerent, tantum abfuit vt ille perſuaderetur, vt non modò vinciri vellet, verùm etiam morē obire pro nomine Ieſu Chriſti paratum ſe eſſe contenderet. Eis autem qui cum eo erant, vt voluntas Domini fieret, inferentibus, dimiſſus ille Hieroſolymam venit.

Eutychus ab Troade ad vitam reſtitutus.

Vt idem Paulus Epheſi ſub præſide Hieronymo, ad beſtias damnatus, cum eiſdem depugnauerit, & diuino auxilio victor euaſerit. Cap. 25.

Paulus Epheſi in carcerem coniectus.

VErùm enimuerò qui profectiones Pauli deſcripſerunt, quum quamplurima alia eum ſimul & feciſſe, & paſſum eſſe, tum hoc quoque quum Epheſi eſſet, de eo memoriæ mandarunt. Quum enim ibi principem locum Hieronymus obtineret, multa cum libertate Paulus eſt concionatus. Quare Hieronymus ille bene quidem & diſertè dicere, ſed orationem eius nō eſſe eo-

Eubulam ibidē & artemillā cum miraculo baptizat.

ὑπόμνησις χάριτος. hoc eſt pugna cum feris, Pauli. de qua 1. Corint. 15.

† ἐκτροπάζειν. Lucas hanc Pauli cum beſtijs pugnam, reliquis actis eius non inſeruit.

a clades & calamitates Iudæorum graues & variæ ſub Claudio.

b ſeditio inter Iudæos & Samaritas exorta: vnde latrocinia prouenerunt.

Quadratus ſeditionis principes in crucem egit. Ioſeph. lib. 20. c. 11. & 12. Tacit. lib. 12.

c Hoc ſic itidē reperitur apud Euſeb. lib. 2. cap. 19.

Initium tantū tumultus eius allegatur. ſed dicto autē ipſa ſicuti a Ioſepho commemoratur non adducitur.

De ſeditione Hieroſolymis ſub Claudio orta, & de impudenti audacia ſacerdotum ſub Nerone & reliqui: et de prædonibus ſicariis, nec non pſeudopropheta Aegypto. caput 26.

QVum ad eum modum Paulus ab Hieroſolymis omnem circumcirca regionem ad Illyricum vſque peragraret a. Claudius Iudæos Roma exigit, Qui quum adhuc ſceptra Romani imperij gereret, ipſis Paſchæ feriis Hieroſolymis tanta ſeditio & tumultus in plebe exitit, vt eorū tantum Iudæorum, qui vi ex templo exire volētes, circa fores eius ſe inuicem premebāt & collidebant, myriades tres proculcatæ inter ſe & enectæ ſint b. Quapropter feſtū id populo omni in ingentem eſt cōuerſum luctum, & ferè ad domos omnes dolor is & plāctus peruenit. Multa quoque præterea Iudæi eo tempore experti perpeſi ſque ſunt mala. Hiſce porrò de rebus Ioſephus quoque, ſcribens, ad hunc modum refert: Claudius autem Agrippam Agrippæ filium, Iudæorum regem creat, & Felicem regioni omni Samariæ & Galilææ, & eius inſuper quæ extrema ſeu trans Iordanem dicitur, procuratorē cōſtituit. Qui Claudius imperio tredecim annis & menſibus octo adminiſtrato, decedit, & Nero-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem filium successorem relinquit. Neronis porrò temporibus *d*, Fœlice Iudææ præsidente, idē Iosephus in xx. Antiquitatum libro, de ciuili inter se sacerdotum factione atque seditione, propemodum hisce verbis cōmemorat e: Exoritur autem & Pontificum seditio contra sacerdotes & primores plebis Hierosolymitanæ. Atq; quilibet temerariorum nouandorumque rerū studiosorum hominū coacta manu, dux erat. Itaq; congressi inter se, quum conuiciis atque maledictis alij alios proscindebant, tum lapidibus quoque se inuicem petebant. Neque qui hæc prohiberet, quisquā aderat. sed hæc omnia quasi in vrbe, tutore magistratúsque omni carēte, per vim impunè fiebant. Tanta porrò Pontificibus incessit impudentia & audacia, vt non vererētur seruos suos ex vrbe in prædia & villas, decimas eas quæ sacerdotibus debebantur, direptū mittere. Quapropter euenit, vt ex sacerdotibus nōnulli, ad eam penuriam redigerentur, vt inedia in conspectu multorum morerentur: vsque adeò factiosorum vis & iniuria iuri & æquitati omni præualuerat. Idem ipse historicus, rursum eisdē temporibus exortum prædonum quoddam genus refert, qui (vt ipse inquit) interdiu atque in media vrbe obuios interimebant. Potissimum enim diebus festis se mediæ plebi immiscentes, & sicas sub vestibus tectas habentes, † aduersarios coniodiebant. Deinde eos quoque qui ad cædem eam illos subornarant, per speciem ægrè eam indignitatem ferentium, aggrediebantur. Itaque factum, vt eo præ extu bonæ fidei habiti, deprehendi non possent. Primùm equidem illi Ionathan pontificem trucidauere, & post eum quotidie complures: & periculo ipse periculi timor grauior erat, quum pro se quisque, sicuti in bello, in horas mortem expectaret. Deinde illa quoq; infert: Maiore insuper calamitate Iudæos affecit propheta Ægyptius. Adueniens enim in regionem eorū homo præstigiator, & qui prophetę sibi fidē arrogaret, ad triginta millium, quos seduxerat, hominum multitudinē cogit. Eos ex solitudine in montem qui Oliuarum est dictus, ducit. Ex eo loco † in animo habeat Hierosolyma vi capere: superatóque Romanorū præsidio, tyrannidem sibi in populo, satellitio eo, quod secum impetum in vrbem facturum esset, fretus vendicare. Sed enim conatum eius præuenit Felix. nam is Romanorum copias vnà cum Hierosolymitanæ plebis auxiliis, contra eum ducit: & pugna commissa, Ægyptius statim infugam vertitur, & quam plurimi in exercitu eius vel cædūtur, vel capiuntur. Hæc Iosephus in secundo de captiuitate Iudaica historiarum libro refert. Huius autem Aegypij & acta Apostolorum mentionem faciunt, vbi Iudæorum multitudo seditionem contra Paulum excitat. Dicit enim ad eū tribunus: Non tu Aegyptius ille es, qui paucis ante diebus tumultu per seditionem concitato, in solitudinem ad quatuor millia hominum sicariorum eduxit?

d Felix Iudææ præfectus Drusillam Agrippæ sororem, Azizi Emasæni regis coniugē, vxorem duxit. Ioseph. lib. 20. antiq. cap. 14.

Antonius Felix Claudij libertus, in Iudæa per omnē seuitiam ac libidinem im regium seruili ingenio exercuit: Drusilla Cleopatræ & Antonij nepte in matrimonium accepta. Tacit. lib. 12.

e Seditio inter Hierosolymitanos inter pontifices & sacerdotes sub Nerone.

Alius Hierosolymis sicariorum publice & impunè grassantium horrendus tumultus.

† διαφόρος, *plurimæ, varios.*

Ionathas pontifex cæsus.

Ægyptius pseudopropheta per dæmonis apprimitur.

† οἷος τε ἦν *poterat.*

De Petri apostoli miraculis, & itē Simonis Magi præstigiis & vt vtrunque Nero Roma expulerit. Cap. 17.

Simon Magus Romæ præstigiis homines seducit.

NErone autem imperāte, Simon magus Romæ miracula per imposturas & præstigia edebat. Canem autem maximum pro foribus catenis vinctum habebat, per quē ad se venire volentes, si ei minus placuissent, arcebat. Aduenit porrò magnus ille Petrus ad Simonem visendū: qui canem eum efferatum & horrendū in se ferri videns, quum autorem eundem ante aduenrū suum, mortis permultis fuisse, qui ingredi voluissent, intellexisset, vinculis eum soluit, atque humana voce annunciare hero suo, Petrū Christi seruum adesse, iubet. Canis porrò quo iussus fuerat modo, nuncium perfert. Ad eam rem, qui tum cum Simone erant, consternati obstupuerunt. Quibus ille: nihil noui esse, se quoque eadē facere posse dixit. Itaque canem exire, & Apostolum ad se vocare iubet. Petrus accitus ingreditur. Ibi in colloquio mutuo multa inter se verba faciunt. Miraculis equidem & variis prodigiorum operibus Simon longè superatur. Qua propter multi ex illis ad Christum accedūt, atq; baptismum subeunt. Enim verò & Simon ipse, dæmonum ei inseruientium opera, multa admiranda faciebat. Nam vt statuę moterentur curabat, & in ædibus vasa atque instrumenta domestica se sponte propria hinc inde transferebant, & ipse flammis circundatus non vrebatur. Ferebatur quoque volans in aëre. Ex lapidibus, fuco hominibus obiecto, panes faciebat. Draconis quoque formam induebat, & in varias animantiū species mutabatur: duplici facie indutus conspiciebatur, in aurum sese rerum trāsformabat, fores vectibus & claustris probē communitas & occlusas dicto aperiebat, vincula ferrea diffūpebat, in conuiuiis omnifariam formularum simulacra exhibebat, vt plurimæ ante eum prę-ederent vmbræ efficiebat, quas defunctorum dudum esse animas nugabatur. Nec ipse modò, ad quam vellet, transformabatur speciem: verùm etiam alios quos voluisset, in variarum animantium formas mutabat. Quosdam autem, quum planum eum & scurram esse coarguere & cōuincere tentarent, amicitiæ prętextu simulato, bonē sacrificans ad epulas inuitabat, & inde multiformibus eisque incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus subiiciebat. Hæc atque his similia, quum diuus quidē Petrus verè ac reipsa, Simon autem falso & impostuarum fuco faceret, Nero vtrunque euocat: & quum, quod melius esset dispicere posset, tum quidem, vt insolentium prodigiorum nō effecto res, ambos, tanquam errones & scurras, Roma expellit. Postea autem animum ad impostoré & impurū Simonem, quippe & ipse impius, maximè confert.

Canis prosilit bus eius execrabilem humana voce loquitur. Colloquium Petri cum Simone. Itidem inter se miraculis edendis certant.

Nero virtutem Romæ expulit.

Vt Paulus Hierosolymis quum esset, sese tempori & loco prudenter accommodarit, in eo quod ibi iuxta veterē legis ritum vixit. & vt graui catena vinctus à tribuno concionabundus, quæ ei acciderint, disseruerit. item vt Cæsaream ad præsidem Felicem sit deductus, in custodiámque conjectus. Cap. 28.

EIsdem temporibus, Paulus vnà cū discipulis suis, clitellis iumentis impositis, Cæsarea ascendit Hierosolyma: & die sequenti ad diuum Iacobum hierarcham & presbyteros veniens, eos salutat. & quæ Deus per ipsum apud Gentes effecisset, exponit. Illi porrò gloriā primùm Deo ferebant: deinde Paulum admonebant, quàm plurima esse Iudęorum fidelium millia, qui legis zelo & æmulatione perciti, de eo certiores facti essent,

Paulus Hierosolyma venit.

essent, quasi omnes doceret à lege deficere, circuncisionem abolere, & patrios mores negligere. proindeque autores suasorésque ei erant. vt consilio † ad tempus accommodato, purificaretur, & ex legis præscripto caput raderet, ne scilicet legem abrogare videretur. Atque ille quidē ita purificatus, templum ingreditur: Iudæi autē Asiani eo conspecto, ita vehementiore ducti, manus ei inferunt. & alius alium cohortati, tanquam eum qui templū prophanaret, inde extrahunt, & occidere moliuntur. Cæterùm cohortis Tribunus, tumultu eo ciuitatis audito, magna cum celeritate accurrit, & Paulum ex percussorum manibus raptum, grauibus duabus catenis vinctum, in castra ducit, & quod eum Ægyptiū illū esse, de quo paulò antè diximus, opinaretur, idipsum inquirit. Ille autē Tarsensem se ex Cilicia esse dicit. Deinde quum eū in gradus statuisset, causam dicere iubet. Ibi Paulus stās, de rebus suis commemorat, quod spectatum scilicet satis esset, zelo se & æmulatione patriæ legis flagrantem, apud Gamalielem ceremonias eius accuratè & diligenter didicisse: acceptisq; à senioribus epistolis, Damascum, vt in vincula, qui Christū prædicasset, conuceret, contendisse. Immensam verò tum cœlitùs lucem circū se coruscasse, vocémque inauditam antea ad se delatam esse: excœcatū inde circuisse, visum postea rursus ab Anania recepisse, denique baptismo cōsignatum, Iesu Christo nomē dedisse. Hæc omnia quū referret, magis etiam magisque tumultuari multitudo incipit: tollendū eum esse, neque talem hominē viuere debere, clamitās. Tū tribunus Paulum flagris cædit. At ille, quum Romanū se ciuē esse diceret, plagis liberatur. Deinde, cum prima luce Tribunus, rē omnē certiùs cognoscere volens, Pōtifices & consiliū euocat: atque ibi, quū Paul⁹ rursus cōcionaretur, ab Anania in os verberatur. Quē Paulus Pontificē esse nesciēs, quū parietē eum dealbatū vocat, tum illegitimū imquiunq; ei iudicii obiicit. deinde † cōsilio quodā pro tempore capto, Pharisæū se nominat: & quod mortuorum resurrectionē prædicet, propterea se in ius trahi dicit. Hoc modo Pharisęorum sibi, nihil enim criminis admisisse credenriū, cōciliat studia: & Tribunus veritus, ne quid multitudo, quod minus deceret, faceret, eū abducit. Noctu verò Christus Paulo assistēs, forti animo esse iubet: eúmq; sicuti Hierosolymis, ita Romæ quoque de se testificaturū esse dicit. Erāt autem quidā qui iuramento cōfirmauerant, persuasuros se quidē sacerdotibus, vt Paulum è ciuitate producerent, ipsos verò ad eam necādum paratos fore. Quod quum Paulus cognouisset, (nā id ad eum sororis eius filius detulerat) Tribuno significat. Ille porrò, Claudius scilicet Lysias (ita enim vocabatur) duobus cēturionibus, ducentisq; hastaris, & septuaginta equitibus diuinū cōmittit Apostolū, vt nocte iumētis vehētem, Cæsaream cū epistola ad Felicem ducerent. Et ille, quū eos qui Hierosolymis venissent, excepisset, expectaturúmque se, quereū accusarent, dimisset, in Herodis prætorio asseruari illū iubet.

Accusatur apud relicem Paulus.

Paulus se defendit.

Paulus suspectus Festi iudicium habens, Cæsarem appellat.

Vt Paulus cum eis qui Hierosolymis venerant, se defendens disputarit. De Felice & Drusilla: item de Festo, qui Felici successit, apud quem liberè causa dicta, appellauit Cæsarem. Cap. 29.

Conspiratio quorundā Iudæorum in necem Pauli.

Paulus Cæsaream ad Felicē ducitur.

† μεθόδῳ τινι.

QVinque dies inter esse re, quum seniores Hierosolymis eò veniunt, Ananias pōtifex & orator quidam Tertullus nomine: qui quum alia multa Paulo accusatis, nugis suis & loquentiæ conuenientia obiicit: tum vt pestiferum & seditiosum hominem cōuinciis proscindit, prophanantem sanctum sanctorum, & templum ipsum. Insuper etiam, ma qui & gratis criminis loco adiicit, antesignanum hunc esse Nazarenorum sectæ. Paulus verò facilè crimnibus aliis oratione sua confutatis, colere se Deum, iuxta eam quam illi dixissent sectam: neque se iis quæ in lege prophetis sint, dictis refragari: neq; aliter quàm accusatores conuiciatorésque suos credere constituisse. annunciare etiam mortuorum qui vel piè, vel impiè vixissent, resurrectionem, qua de re potissimùm in præsenti causa iudicium fit, profitetur. Quibus auditis, Felix iudicium ad Lysiæ tribuni aduentum comperendinat. Qui tribunus quam primùm venisset, causam se iterū auditurum dicit. Paulum autem in custodiā mittit, neque quenquam ad eum audire, quæque ei vsui essent, subministrare volentem, prohibet. Cæterùm paulo pòst Felix vnà cum Drusilla vxore accersitum Paulum, de salutifero Verbo concionantem audit. Itaque metu ex concione eius concepto, Felix paulatim eum absoluebat. Professionem verò fidei suscipere volens, pecunias se ab eo accepturum sperabat: camque ob causam frequenter cum eo accito, familiariùs libentiúsq; sermones conferebat. Emisso verò biēnio exacto, Porcius Festus à Nerone successor Felici mittitur: qui quum Cæsarea Hierosolyma ascenderet, Ananias pontifex, Paulum vt eò vocaret rogat, eo nimirum consilio, vt in itinere clàm ferro ille à cōiuratis trucidaretur. Festus petitionem eam reiiciens, eos Cæsareā, vbi controuersiā decideretur, venire iubet. Eò quū Festus & presbyteri venissent, Paulus pro tribunali crimina sibi ab eis obiecta, tāquam araneatum telam soluit, nihil se vel in legē, vel in templum admisisse pulcherrimè demonstrans. Ac Festus quidem, vt Iudæis gratificaretur, Hierosolyma Paulū venturū esse dicit. Id verò ille deprecatur, ad Cæsaris tribunal se staturū attestās. Nemini quippe fas esse, hominē ad Cæsarē provocantē, Iudæis per gratiā donare. Adhūc modū quū Paulus techna quadam Festū constrinxisset, ille re in cōsilium relata atque deliberata, tandē: Cæsarem, inquit, appellasti, ad Cæsarem ibis.

Porcius Festus causam Pauli audit.

De Agrippa & Bernice: & de concione, quam apud eos Paulus habuit. Cap. 30.

INterea Agrippa rex, vnà cum Bernice conuge Cæsaream ad Festum venit. Atq; ibi quū plures dies morarentur, Festus causam Pauli regi exponit, vt scilicet is vinctus à Felice relictus fuerit, & vt presbyteri & pōtifices, officium iudicis aduersus eum implorarint: vt denique pro tribunali hominem accusatoribus præsentibus statuerit, atque ibi nihil criminis in reo, quantùm suspicari licuerit, compertum sit, præterquam quod quæstiones quędam de religione ipsorū, & de quodam Iesu defuncto, quem Paulus viuere affereret, & ab accusatoribus ei obiicerentur. Et quum ipse dubius ancēpsque de iudicio hoc fuerit, Paulum ad cognitionē Cæsaris

Agrippa rex cum vxore Bernice Cæsaream ad festū venit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouocasse. Hic Agrippa: Peruelim, inquit, & E ipse virum audire. & Festus: Cras audies, ait. Itaque maximo cum † apparatu prima luce Agrippa cum Bernice frequens conuocat auditorium. Et aderant ibi etiam Festi iussu, quicunque in ea vrbe fuere viri clari. Itaque Paulus vinctus adducitur. Tum ibi Festus sermonem exorsus: Agrippa rex, & quicunque in conuētu hoc adestis, inquit, hic ille est, quem Iudæorum multitudo, tumultu ingenti concitato, ad me veniens è viuis tollendum esse omnibus modis contendit. Ego verò, quum nihil eum morte dignum commisisse animaduerterim, & ipse iudicium Augusti appellauerit, eò mittendum esse duxi. Quum verò nihil certi, quod de eo scribam, habeam, ad iudicium tuum produxi, rex Agrippa: vt causa cognita, tandem habeā, quid de eo Cæsari significem. Admodum enim absurdum mihi videtur, vinctum quenquā mittere, & nō simul F causam vinculorū indicare velle. Tum Agrippa ad Paulum: Permittitur tibi, inquit, de te ipso quod visum est, dicere. Ibi Paulus consuetudine fortasse quadam, manu extenta, verba fecit. Et primùm arte quadam prudenter Agrippam, vt virum iustum, consuetudinúmque & quæstionū Iudaicarum egregiè peritum, laudare nō omisit. Deinde fœlicē se eo nomine, quòd in talem auditorem causæ suæ incidisset, iudicauit. atq; huiusmodi præfatione præmissa, res suas exponēs: Ab incunte ætate, inquit, accuratè & diligenter in patria Pharisæorum secta educatus & doctus sum. Ac ne nunc quidem alia de causa ad tribunal sto, quàm quòd mortuorum resurrectionē futuram esse doceo, quam Deus olim patribus promisit. Quod quidem ad nomen Iesu Nazareni pertinet, zelum & defensionem patriarum G legum spirans, multa quæ non decuerunt admisi, éaque omnia apertè facere sum visus. Testatur id vniuersa Hierusalem: permulti enim à me, qui potestatem eam à sacerdotibus acceperam, in custodias sunt conjecti. Tantum autem in me furoris exuberauerat, vt etiam in löginquiores vrbes sim profectus, persequens, omniq; (quod dicitur) fune motu, euertere sectam hanc contēdens. Itaque Damascum quum iter facerem, meridie ipso lux sole illustrior cœlitùs me circunfulsit. Cuius splēdoris magnitudine oculos perstrictus, & proinde caligine obsitus, in terrā decidi. Ad hæc vox de cœlo audita, quæ Christum persequi vetabat, & mox vt exurgerem iubebat: eam ob causam visionem mihi talem oblatā esse indicans, vt me testem produceret, earum, quas sciret, quáque paulò pòst indicaturus esset, re- H rum: vt scilicet cæcorum aperirem oculos, & homines à tenebris ad lucē, & à potestate atque imperio Satanæ ad Christum conuerterem, remissionem peccatorum, hæreditarémque inter sanctificatos, per eam quæ in ipsum est, fidem & persuasionē recepturos. Visioni porrò tali, quæ naturam omnem longè supergrederetur, non morem gerere, religio erat. Itaque Iudæi simul & Gentibus, vt per resipiscentiam & pœnitentiam ad Deum conuertantur, dignáque pœnitentiæ opera perficiant, annuncio, nihil prorsus extra prophetas & ipsum Mosen docens, nimirum quòd Christus, qui passus sit, & primus ex mortuis resurrexerit, lucem Gentibus, vitámque & salutem æternam proprio suo denūciet populo. Hęc quum Paulus cum diserta facilitate diceret. Festus, vtpote animalis quidam homo, qui non satis ea quæ spiritus sunt assequeretur, stultitiámque adeò & insaniam esse suspicaretur, tanquam per multas literas mente captum, neque satis quæ diceret intelligentem, cum conuicio Paulum ridebat. Cui ille, non insanire se, sed veritatis & sobrietatis verba loqui asseuerat. Quē admodū id regi ipsi, ad quem hæc liberè diceret, probè cognitum esset: quem nihil earū rerū lateret, omnibus quæ prophetæ annunciarūt credentem. Ibi ad eum Agrippa perhumaniter: Modica ex parte, inquit, mihi, vt Christianus fiam persuades. At ille: Mihi verò in primis apud Deum in optatis est, nō solùm modica, verumetiam maxima ex parte, non te solùm, verumetiā qui orationem meam hodie audierunt omnes, tales fieri, qualis ego sum: extra vincula duntaxat ista, quibus & obstrictus sum catenarum.

Summa præcationis Paulinæ.

Paulus apud Agrippam de rebus suis verba facit.

Nero Agrippæ, Galilæa partem donauit, ciuitatem quoque Iuliadem cū vico.

X I I I I. concessit. Aristobulo Herodis chalcidis regis filio Armeniā minorem permisit. Ioseph. lib. 20 Cap. 15.

De traiectione Pauli in Italiam, & de naufragio eiusdem. Caput 31.

AGrippa autem, & qui cum eo erant ex consessu statim consurgentes, & seorsim consistentes, Nihil (inquiunt) homo iste, quod vinculis aut morte dignū sit, facit. Ad quod Agrippa adiicit, absoluendum eum fuisse, nisi Cæsareā appellasset. Ea porrò de causa in Italiam ei nauigandum esse, decernitur. Ita Iulio cuidam ex cohorte Augusta committitur. Nacti autem nauē adramyttinam, in eam conscendunt. Porrò cum Paulo & Lucas, erat Aristarchus ex Macedonia Thessalonicēsis. Inde Sidonem sunt delati, mox progredientes, iuxta Cyprum nauigant: & deinceps Ciliciæ & Pamphiliæ matri transmisso, ad Myra Lyciæ appellunt. Ibi Alexandrina naui in Italiam tendente, inuenta, Iulius vinctos in eam imponit. Et ad Gnidum quum propiùs accessisset, præter Cretam, iuxta Salmonam vehitur. Dehinc ad oram, cui Boni portus nomen est, deferuntur, à quo non longè oppidum erat, Lasæa dictum. Et quum periculosa esset nauigatio, Paulus nauem tempestate ad iacturam vsq; vectoresque de vita ipsa summè periclitaturos prænonens, non transmittendum inde suader. Sed Centurio in eo gubernatorem nauis, magis quàm Paulū audiebat. Quapropter inde, quod portus ad hyemandū non satis idoneus esset, discedunt: & Noto spirāte, Asso superata, Cretam præteruehuntur. Mox ventus exoritur typhonicus & turbulentus, quem procellosum Eurum, seu Euro aquilonem vocant. Itaque naui ab eo rapta, quum contra niti non possent, tempestati aliquantum cedentes, feruntur. Et ad insulā quādam paruam, quę Clauda dicitur, cursu directo, vix scapham cōsequuntur. Eáque in nauim sublata, nauim ipsam quàm possunt firmissimè, cōtra incursiones & procellas fluctuum cingētes, instruunt & communiunt. Deinde ne in Syrtes, quæ dicuntur, inciderent veriti, velo laxato vehuntur. Et turbulentissima coorta hyeme & tēpestate, tertio demùm die iacturam faciunt, & manibus ipsi suis omnia nauis armamēta in pelagus proiiciunt. Quum autem diebus pluribus neque sol neque astra in cœlo conspicerentur, immanisque præterea immineret tēpestas, omnis spes

nis spes salutis præciditur. Eáque de causa vectores cibi abstinentia & inedia longiore macerantur. Atque ibi Paulus: Decebat, inquit, vos mihi morem gerere, & è Creta non soluere. Sic enim tempestatis huius iniuria & iactura caueretis. Sed nunc quoque quieto vos bonóq; esse iubeo animo. Præter nauium enim nulla vectorum intercidet anima. Hac enim ipsa nocte Angelus Dei, quem colo, mihi assistens, timorē me abiecere iussit. Oportet enim, dicēs, apud Cæsarem te sisti. Et quod † gratiosus apud Deum es, vectores simul omnes tibi ille donat. in insulam autē vos quandā eiici necesse est. Quartadecima deinde superuenit nox, & illi in Adriatico afflictātur mari: atque altitudinē inquirentes vndæ, ad viginti passus inueniunt. Et ne in aspera inciderent loca metuentes, quatuor è puppi anchoris proiectis, diem * à Deo precibus optār. Tum B demū nautæ scapham é nau in mare proiiciunt, & fugæ consilium capiunt. Centurio autē Pauli suasu, funes scaphæ incidi iubet, éamque ventis auferendam committit. Et priusquàm illucesceret, Paulus omnes, vt cibum capiant, hortatur, ne capillum quidem vnicum è capite eorū omnium decisurum pollicens. Ipséque primus Deo quas decebat gratias sacratis, cibum sumit: quòd itidem vectores reliqui, qui ducenti & septuaginta sex erant, faciunt. Vt autem dies illuxit, terram quidē dinoscere nequeunt: sinum verò cōspiciunt littus habentem. Subductis itaque ancoris, gubernaculorúmque remissis iuncturis, & artemone aliquantulum sublato, spirantis vēti vi ad littus tendunt. Et prora quidem integra permaēt, puppis autem fluctuum violentia soluitur. Milites porrò illud cōsilij capiunt, vt vinC ctos omnes interimant, ne ex eis quispiam natando euadat. Cēturio autem, propter Paulum, cædem eā inhibet: & pro se quémque, vt posset, consulere sibi iubet.

† χάριτι σοι πλοτὴν δέδωκε.

* ὑπάρχει δὲ νῆσος κεκλυτον.

Naufragium.

Puppim autem solui, hoc est, puppim impellere, est sensim retrocedere, nauigio non inuerso. Qui enim se ita tedens recipit, puppim remigando impellit. ad quod propterea facit, ne pro palam fugere, dum se Paulatim subducit, videatur, & ne tergum hostibus obuertat. Vocem Italiter autem est sententiā pristinā sensim mutare. Suid.

b Paulus cum reliquis vectoribus in summam hospitalitatem nihil faciens reliqui, benignè eis facit. Cæterùm copiosiam is humanitatis eiusmodi reportat gratiam. Vehementes enim febres, & dysenteria, quæ mala Publi patrem dudum vexauerant e, attactu Pauli pelluntur. Alij præter quàm plurimis afflicti morbis, dolore & cruciatu fiatim omni, prisline restituti valetudini, leuantur. Vnde magnus Paulo honor prouenit, vectoribúsque quæ ad nauigandi vsum pertinerent, abundè submistrantur.

Storibus in Melitem insulam cuntat.

c Vipera venenosa ictu suo Paulo non nocet.

d πτρυμναν πρυσάμενοι τὰναντία λεγουσης ησαν.

Vt inde Paulus naui Alexandrina, per Syracusas Rhegium & Puteolos in Italiam veneret: & cum primarios ibi Iudæis sermones Paulo in Medio disputando contulerit. Et vt apud Neronem se steterit, lita edita. & tum quidem absolutus fuerit: biennióque Romæ permanens, regnum Christi, citra impedimentum, cum multa libertate prædicarit. Cap. 33.

e Miracula a Paulo in Melita edita.

IBi verò etiam aliud nauigium Alexandrinum, Castoribus, diis falsis, quorum imagines præ se ferebat, cōsecratum hyemabat. Quēadmodum enim Christianam pietatem colentes nauigium gubernatores, naues suas sanctis quibusdam dedicant, inscriptioneque id testantur: itidem olim, pro eo atque volebant, falsò creditis diis, picturis eas inscribebant. Hac igitur naui, tertio pòst mense, diuus Paulus conscensa, Syracusas, deinde Rhegium, atque inde perendino die Puteolos perfertur. Ac postremò saluus Romam peruenit. Verumenimuerò tres quidam, Pauli aduentu cognito, vsque ad Appij forum & Tres tabernas (quæ loca extra vrbem Romam sunt sita) obuiam ei processerant. Romæ porrò Centurio cæteros quidem vinctos, quibus oportuit, tradit: Paulum verò secum ipse retinet. Triduo pòst Paulus primoribus Iudæorum ad se vocatis, oratione cōfirmat, nulla in re patriam legem se præuaricatum esse: cæterùm quum vinctus in Romanorum manus esset traditus, illíque causa cognita, se absoluendum iudicassent, populares autem sui vehementiùs eū persequuti essent, necessariò se eò descēdisse, vt Cæsarem appellaret: Non equidem, inquit, quòd gentem meam in quopiam accusem: sed potiùs, vt vos viderem atque alloquerer. Quam enim circundatam mihi cernitis, propter ipsam Israelis spem gero catenam. Qui ipsi quoque suspicionem amouentes, nihil se quidquam mali vel sermonibus vel literis de eo accepisse: paratósque esse, res, de quibus dicturus esset, audire, testantur: scire se, vbique sectam Christianæ contradici, allegantes. Designatur ergo dies, & illi omnes adsunt. Tum ibi die integro Paulus de Christo, atque eius regno orationem habet: atque ex lege & propheris, ad locum quémque congruentem afferens testificationem, probationes adducit. Illi porrò partim quidem obsequuntur, paulatimque sermones eius complectuntur: partim verò, vt dictis eius fidem haberent, non adducuntur, & sic in diuersas opiniones scissi discedunt. Deinde Festi literis Neroni redditis, Paulus ad tribunal eius sistitur: & defensionibus dictis, admodúmque prudenter ad persuadendum accommodatis, variam illam & versutam ferā, non ille quidem populares suos perstringens, sed cri-

Idem ibi apud Iudæos de doctrina euangelica disserit.

Idem priore Neronis iudicio absolutus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euangelium toto biennio Romæ prædicat.

mina tantum sibi obiecta refellēs, effugit. Ex eo E tempore biennium Paulus Romæ permansit, mercede operis sui viuens: omnesque, ad se venientes perhumaniter exceptos, duplici, in primis tamen diuina & cœlesti alimonia fouens. Atque ad hunc modum cum magna simul & animi & linguæ libertate regnum Dei, & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, nullo interueniente impedimento, prædicans, Euangelium omnibus annunciauit.

Vt posteà Roma excedens, rursus ad prædicandi munus reuerterit: et denuò Romā venerit, martyriúmque subierit. & de diuinis eius Epistolis. caput 34.

a Secundo imperantis Neronis anno primùm Paulus Romam venit. A quo etiam tum est absolutus, intra quinquennium illud, quo tolerabilis Tyrannus is fuisse dicitur. b Tredecimo Imperij Neronis anno.

HActenus sacer & diuinus Apostolus & Euangelista Lucas historiam actorum Apostolicorū scripsit. *a* Deinceps porrò ecclesiasticorum aperta vestigia sequentes, reliquas historiæ nostræ res, Deo confisi, exponemus: & Spiritus sancti instinctu quæ supersunt, adiiciemus. *b* Ac tum quidem absolutus à Nerone Apostolus, ad concionum ministeriū rursum est profectus. Quum autem iterū in vrbem Romanā venisset, *c* martyrio ibi vitam finisse creditur. Nō mirum quippe erat, Neronem, quòd ab initio humanitate quadam præditus esset, facilè Pauli pro doctrina institutæ defensioni acquieuisse: postquam autem idē in impia atque nefaria flagitia tanquam in scopulos impegisset, ad alias aliorum cædes quoque Apostolorum adiicere. Itaque tum primùm, sicuti dictum est, dimissus, *d* priorem ad Timotheum scripsit epistolā *e* quē episcopum antea Ephesi constituerat. In hac tāquam fin forma adumbrata, ratione & vitā Hierarchiam copiosè exprimit, qualibus moribus esse conueniat eos, qui Christianis sacris præesse volunt, spiritus afflatu scribēs. Non solū autem Timotheo, & per illum Ecclesiis Christi omnibus, sed etiam sacro Tito aliam epistolā scripsit quem ante hac insulæ Cretæ episcopum ordinatum, ibi reliquerat, vt si quid in Euangelica prædicatione sua adhuc deesset, ille adimpleret. Ad Corinthios etiam, Ephesios, Galatas, Colossenses, Philippenses, Thessalonicenses, præterea ad Iudæos, & Romanos, & plerósque alios quos eum adire Spiritus sancti vis & gratia iusserat, quósque per fidem in Christum Euangelicā magnificè regenerarat, quę præsens oratione sua dilucidè docuerat, eadem per compēdium absens in memoriā reuocās, epistolas dedit. Ita verò ea quoque quæ secretioris mysterij, magísque abstrusa antea silentio præterierat, postea per sacra scripta sua, aut grandioris sapientiæ verbis accurate & dilucidè declarauit: aut saltē (vt ita dicā) parabolarum more & specie, tāquam per ænigmata adūbrauit: neque propter eos qui ad res diuinas audiēdas idonei futuri erant, ea occultās: neque propter ineptos atque indignos, dilucidè prorsus & apertè, ad contemptū euitandum, exponens. Quum autem denuò, vt dictum est, post longam variámque profectionē & cursum, Romā venit, morte ibi pro Christo est mulctatus: quo tempore quum adhuc vinctus esset, posteriorem ad Timotheum cōposuit Epistolam: in qua, quum priorem defensionē suam ostendit, tum eam quæ iam sibi imminebat martyrij consummationem declarar. In prima enim, inquit, defensione mea nemo mihi affuit, sed omnes me destituerunt, ne id illis imputaretur. Dominus autem mihi pręstò fuit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleta perficeretur, eámq; omnes gentes audirent: & liberatus sum ex ore leonis. Neronem ita, propter sæuum & ferocē eius animum designans. Et quum in spiritu sciret; iāiam ipsius pro Christo adesse mortem, simile quiddam infert: Et liberabit me Dominus ab omni opere malo, & conseruabit in regnū suum cœleste: martyrium impendens significans. Id quod significantius in eadem ipsa, diuino instinctu, prædicit Epistola. Ego enim iam, inquiens, delibor & offeror, tempúsque resolutionis meę instat. Indicat porrò in hac posteriore vltimáq; ad Timotheum epistola, Lucam sibi affuisse: in priore autem defensione, ne eum quidē ipsum. Vnde colligi rectè potest, Apostolorum acta diuum Lucā vsq; ad id ipsum tēpus perscripsisse, historiámque omnem & acta eorum magnificè, tantisper dum Paulo prius adfuit, prosequutum esse. Atque hæc quidem recensui, illud ostendere volens, Paulum testimoniū suum, quod Lucę perhibet, non ad id quod ille de aduentu Pauli Romam in actis suis scripsit, sed in posterius * tempus referre. Toto enim ferè orbe peragrato atque triginta & quinque annis Euangelico pro Christo certamine peracto, quum postremò iterum Romæ esset, & in coryphæū præcipuúmq; Apostolorum Petrum incideret, vnà cum illo sibi immortalitatis coronam accepit.

Consilium Pauli in epistolis scribendis.

Epistolæ ad Timotheum posterior.

c Romam Paulus iterum venit, & martyriū ibi subiit. d epistola prior ad Timotheū. e E Laodicea vbi gię Pacatianæ metropoli. † in Tyro. f Asiæ eius epistola.

*Lucæ acta Apostolica priorem in vrbem aduentum sinuant. * quæ scilicet tempore priorem ad Timotheum epistolam & vinculum Neronis illius fuit.*

G *De peregrinationibus Petri Apostoli. & de sacro Clemente, & genere eius: & vt ipse quoque postea Romam venerit. Caput 35.*

NOn minus etenim Petrus quoq; orbe peragrato, & iis qui ex circūcisione erant, omnibus, in Palæstinæ & Syria & vbique ferè terrarum prædicatione promulgata, quum sub Neronis imperio Romam, propter detestandū illū Simonem, qui publicis inscriptionibus Deum se vocare, prædicationémque Christi euertere est ausus, venisset, factísque illum simul & sermonum vi coarguisset: atque Romanorum Ecclesiæ, primùm quidem Lino, deinde Anacleto, & post hos tertiò, ad mortem vadens, sapientissimo Clemēti claues commisisset, ad Deum migrauit. Is porrò vnà cum Simone, tanquā prodigiorum effector, à Nerone Roma pulsus, Hierosolyma rursum & Orientales ciuitates petiit: & orbem miraculis illustrans, in Faustinum, & Faustinianum, siue Nicetam & Aquilam incidit, qui filij quidem clarissimi viri Fausti Romani, Cæsarem genere attingentes, fratres autem Clementis erant. Hos quum ab Simonis præstigiis prodigiosis abduxisset, ciuitates visebat, Simonis semina vbiq; radicitùs euellēs. Deinde verò etiam sacrum Clementem ad se pertraxit, cúmq; sibi ad arcanas obscurásque illius de anima & restitutione hominis, aliísque rebus ingentibus quæstiones, per appositas solutiones ritè & prę-

coniunxit. Multis verò deinceps annis & Mathidiam, nobilem matrem eorum, quam in insula quadam ex naufragio ærumnosè viuentem reperit: quippe quæ Roma Athenas liberorum

Nerone vita functus fuit.

petri & pauli martyrium nati.

primi Romæ Ecclesiæ episcopi. Linus. Cletus. Clemens. Clementis frater. mater eius.

suorum doctrinæ gratia vnà cum illis nauigans, naufragium passa fuerit: quum illi quidem aliquo diuina prouidentia incolumes euasere, ipsa verò in insulam eiecta, in seruitute vitam egit. Hanc diuus Petrus ibi inuentam, quum ad spectandas viriferas columnas diuertisset, eúmque (quos diximus) liberi illius tres sequerentur, matremque suam præter spem & expectationē omnem cognoscerēt, diuino regenerauit baptismo. Vt autem & pater eorū Faustus Roma ad vxorē & liberos quærendos profectus, Ægyptúmque, Syriam & Phœnicen peragrans, diuino quoque nutu in Petrum suósque incidit, & itidem vt illi, sacrum suscepit lauacrum, vnà cum illis Apostolum per orbem comitatus est. Ita illi longo tempore veri certíque rerū eius gestarum præcones fuere, simúlque cum eo Christum prædicarunt. Petrus porrò ad eū modum per orbem habitabilem passim vadens, ecclesias vbique cōstituit. Et Romanū, quos suprà diximus, successoribus cōmisit: Lino videlicet, Anacleto, & tertio sacro Clementi. Ipse quidem Clemens se à Petro in obitu eius lectum dicere, & à Petro secundum numerare videtur. Alij autē quartū eum à Petro esse referūt, in quibus etiā est Eusebius Pāphili. Alexandrinæ autē Marcum præfecit in cuius sacro ministerio, Nerone octauum imperante annum, Anianus successit. Porrò Antiochenā primùm Euodio, deinde reuera * numine afflato Deúmque ferente Ignatio regendā tradidit: qué Ignatium renellum etiamnum, tanquā simplicē & integrū, manibus suis sublatum Christus exhibuit: atque simplicitatē integritatémque discipulis ostendere & commendare volens, Nisi ei ipsi similes fierent, nequaquam illos in regnum, quod tum prædicabatur, peruenturos esse dixit. Siculorum verò ecclesiæ Panceratiū: aliísque regionibus, insulis, & vrbibus Episcopos alios, qui ab eo sacram Christi disciplinā accepissent, præposuit. Ad hunc modum ipse in Palestina, Syria, Phœnice, Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, breuiter in totius Asiæ & Europæ oris, oīmbúlq; adeò qui in dispersione erant Iudæis & Græcis Euangelio Christi virtute & vi verbi (signis & miraculis accedentibus) promulgato, extremis Neronis temporibus Romam, vrbium omniū reginam, quā ibi quoque Paulus esset peruenit.

Diuus Clemēs cū duobus fratribus, & deinde parente vtroque, comes & socius Petri, prædicandi in orbe Euāgelij fuit.

Siculæ.

Vltimis Neronis temporibus Petrus Romam peruenit.

De miraculis Apostolorum Romæ editis. De interitu Antichristi Simonis: & vt Petrus & Paulus Romæ martyrij certamen absoluerint. Caput 36.

SEd enim quum ibi mirificis amborum miraculis tanta ad Christianismū conflueret multitudo, vt numerus eius iniri non posset: Nero penes quē summa rerū erat, ad improba impiáq; delapsus flagitia, ea re cognita, contra ipsam diuini cultus armatur pietatē: & percussoribus diversis, tot fideles ferro necat Romanus, vt etiā Senatus admodum iam propter paucitatem sui ordinis hominū imbecillis, alias super alias accumulatas cædes ægrè ferret. Inde Simoni admodum Apostolos persequenti, aditus liber ad Neruerbio est: mouet funem, vt illorū etiam nomina è medio tolleret, tanquā qui cædis tārę multitudinis autores fuissent. Itaque Nero Apostolis infensus, planum Simonem ipse quoque plānus est complexus. Quum igitur Petrus Simoni resistens, cum eo sæpe cōflictatus esset, rumóq; impietatis in maleficū illo supra modum exercuisset, postremò quam licentiosissimè in cōspectu omnium Romæ ad Petrum, Tu verò quid ais? inquit: propterēne Christus tuus magnus est, quod à terra cœlos conscendit? quin & mihi id facere procliue est. Et confestim manibus extensis, sursum versum, dæmonibus cum, quibus se permiserat, ducentibus, ferebatur. *e* Petrus autem admodū anxius esse, cum Deo in corde per precationē colloqui: & tandē spiritu plenus potestates illas quæ nefariū hominē in sublime attollebant, increpare, & vt ab eo discederent iubere. At ille statim præceps deorsum versum fertur, & dum allisus, mortúmque se rumpitur. Ibi ex populo qui antea Simonē diuinos vsurpantē honores laudibus celebrauerant, subito ita prostratum videntes, laudésque pristinas per palinodiam recantantes, ingenti claráque voce, Vnus est magnus Deus, acclamant, quem Petrus & Paulus apertè & clarè prædicāt. Locus sanè ipse, in quem luctuosum hoc spectaculum incidit, ad hodiernū vsque diem, Simoniū vocatur etiamnum Simonis Antichristi perniciem & interitū declarans. *d* Et erant ibi nonnulli, qui eum reuicturum esse opinarentur, & ob id diutius in publico iacuit. Cęterùm vbi iam cadauer diffluere, maléque olere cœpit, re desperata, in occultis illum sepeliere locis. Nero autem certior factus à Petro & Paulo Simonem peremptum esse, Petrum quidem pedibus * sursum versum sublatis (nam id ita perierat: simul quòd se indignum reputaret, qui itidem vt Magister suus, recto corporis statu pateretur: simul vt leuior expeditiórque ei in cœlum esset cursus) *e* in crucē egit. Paulum verò gladio feriens occidit, eodem tempore, eodémque die. Sepulti autē sunt in Ostiēsi, quæ dicitur, via, trigesimo & septimo post salutiferam Christi passionem anno. Ferunt autem Paulum Neroni antea testatum esse, se illi tertio à cædę sua die viuum repræsentaturū. Quod vbi factum est, in consternationem illum coniecit. Et quum post mortem Paulus, ita vt prędixerat, *f* certò & verè illi assistens, liberè Christum verum esse Deum profiteretur, neque veram salutem in alio quàm Iesu nomine esse, ostenderet: illum quidem dicunt conatum esse, minimè autem (quòd viso ea repentè euanuerit) comprehendere Paulum potuisse.

Persequutio Christianorum sub Nerone.

Simon Magus, Romæ modis omnibus agit, vt Apostoli è medio tollātur.

petri oratione Simon dæmonum ope in cœlos euectus, humi sternitur & moritur.

**κέφαλαιον.*

d Dicit Simō qui se magnā virtutem dei, & meretricu- tum sanctum appellauit, quomodo tempore certo à Paulum debitū natura per sue- cessionem ad se delatū per- soluerit, quādo in media ipsa vrbe concidēs extinctus est? Epiphan. ad- uersus Simonian. hære.

†† *Sim. cum simon se christum diceret, & tanquam filium ad patrem se volando asseueret posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus volare cœpisset, tunc petrus fixis genibus precatus est Dominū, & precatione sancta vicit magicam leuitatem, & velut vinctū illū de sublimi aere depesuit, & præcipitio in saxo elidens eruca eius confregit, &c. Augustinus in sermonibus de sanctis. Idem Aug. epist. 86. de feriatis diei Sabbati agens. Est quidem, inquit, & hæc opinio plurimorū, quāmis eam plerique falsam perhibeant, quòd Apostolus Petrus Romæ cum Simone mago die dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum pridie cum eiusdem vrbis ecclesia reuisauerit, & consequuto tam prospero glorioso que successu, eundem morem tenuerit, eúmque imitatæ sint nonnullæ accidentales Ecclesiæ.*

e Petri & Martyrium Petri et Pauli. f Paulus tertio à morte sua die Neroni apparuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne crudelitate & turpitudine Neronis: qualia quidã ex Ecclesiasticis scriptoribus nostris de eo, deque sacro obitu sanctorum Apostolorum memoriæ prodiderint: & de diuina eorum vultus faciesque figura. Cap. 37.

perstringitur paucis flagitiosissima et probrosissima Neronis vita.

ET diui quidẽ Apostoli ita martyrij cursum perfecere. Nero autem quo magis Imperij eius creuere vires, eo deterior factus, ad nefandissima quæque scelera est prolapsus, armis etiã contra eam quæ Deo præstatur pietatẽ sumptis. Illius verò improbitatem, morũmque importunitatem percurrere, nequaquam præsentis videtur esse operæ. Quicunque autem hominis peruersitatem, apertúmque furorem perspicere velit, is monumẽta historiarum, quæ multa à multis de rebus eius cum fide & cura sunt cõposita, consulere poterit. Quũ enim permultorum interitus autor extitisset, adeò se cædium piaculis contaminauit, nihil rerum omniũ cum ratione & modo faciẽs, vt postremò ne charissimis quidem capitibus parceret: & citharę musicisq; comminibus operã nauans, atque incedẽtibus prorsus, infamibus & meretriciis motibus ludens, ridiculéq; prorsus in theatro publicè saltans, neq; quidquam omnium quæ Deo ingratæ inuisæq; sunt rerum intentatum relinquens, primus ipse acerbissimus Verbi veræ pietatis hostis extaret: & denunciatis ei quæ contra illum structæ erant insidiis, matrẽ ipse suã, fratrem & coniugẽ ferro sustulerit: & innumerabiles præterea ex clarissimis Romanæ vrbis ciuibus, qui etiã genere sibi propinqui essent, variis suppliciorũ generibus perquàm crudeliter interemerit. Ad quæ omnia illud etiam addidit, vt primus ipse Imperatorum omnium, impieratis eius quæ aduersus Deũ suscepta est, primitias tulerit. Itaque ad summã eius insaniã hoc fuit reliquum, vt mente per intẽperias captus, manus tãdem ipse sibi afferret: quatuordecim annis, præter paucos admodum mẽses, Imperio cum ignominia & probro summo administrato. Cuius etiam Tertullianus, Romanus scriptor, mentionem facit hisce verbis: Cõsulite commentarios vestros: illic reperietis primum Neronẽ in hanc sectã tum maximè Romę orientem, Cæsariano gladio ferociisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ etiã gloriamur. Qui enim illum scit, intelligere potest, non nisi aliquod bonum à Nerone damnatum. Ad hunc modum primus iste Dei oppugnator renunciatus, ad cædem Apostolorum est actus. Et Paulus quidem Romæ capite plexus, Petrus autem crucifixus esse, eodem tempore traduntur. Rẽ hanc confirmat Petri & Pauli hucusque etiã obtinẽs in eodẽ ibi cœmiterio monumentũ. Atque hæc quidem, quem paulo antè allegauimus, Tertullianus. Sed non minus & alius scriptor Ecclesiasticus, Caius nomine, qui Zephyrini Romani episcopi tempore viuens, contra Proclum Cataphrygas hæresis ducem scripsit, de locis vbi sacra tabernacula eorum Apostolorum reposita sunt, hæc refert. Ego verò Apostolorum tropæa demonstrare possum. Si enim in Vaticanum aut Ostiensem viam ire velis, Apostolorum qui ecclesiam hanc fundarũt, trophæa inuenies. Quod autem eodem tempore ambo martyrium subierẽ, dudum Dionysius Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens, ita astruit: Sed & vos per talem doctrinam & cohortationem, plantationem Romanæ & Corinthiæ Ecclesiæ à Petro & Paulo consitam, cõtemperastis. Ambo enim & Corinthi apud nos verbum serentes, eadem docuerunt: & isthic in Italia apud vos, quum eadem simul promulgasset, eodem tempore martyrio sunt persuncti. Cæterùm hæc propterea sunt adducta, vt certiore fide res Apostolicæ historiæ confirmarentur. Non enim ignoro, esse quosdam qui dicũt, vno exacto anno, die eodẽ, martyrio Paulũ quoque finem vitæ cepisse. Staturam autem & corporis formã diui Apostoli, quantum per descriptionẽ simpliciorem assequi licet, talem habuere. Petrus equidem non crassa corporis statura fuit, sed quæ aliquãto esset erectior, facie subpallida & alba admodum: capilli & capitis & barbæ crispi & densi, sed non admodum prominẽtes fuere: oculi quasi sanguine respersi & nigri. Supercilia prope euulsa: nasus autẽ longior ille quidẽ, nõ tamen in acumen desinẽs, sed pressus, simúsque magis. Paulus autem corpore erat paruo & contracto, & quasi incuruo, atque paululum inflexo, facie candida, annósque plures præ se ferente, & capite modico: oculis multa inerat gratia, supercilia deorsum versum vergebant: nasus pulchrè inflexus, idémque longior: barba densior, & satis promissa: eáque non minus quàm capitis coma, canis etiam respersa erat. Ambo autem Christi discipuli, quum inspicerentur, diuinum quiddam præ se ferebant: Spiritu sancto & diuina gratia ita referti, vt qui eos viderent fideles, ex aspectu solo arcanam quandam & latentem cõciperent gratiam, moresque & vitam vnà cum fide ritè conformarent, & in melius conuerterent.

item diui Pauli.

obitus Neronis.

primus is inter Rom. imperatores Christianorum fuit persequutor.

Eodem tempore Romæ Petrus & Paulus martyriũ consummarũt.

vestus apostolici nobis reddit hic dies triũphi Pauli atque veris nobilis cruore.

Quomodo frater domini Iacobus certamen pro Christo peregerit. caput 38.

SEd hæc, de primoribus Christi discipulis sint satis, quorum martyrijs expositis, quum ad hunc locum peruenerimus, consequens esse videtur, & reliquorum decem, vitæ finẽ in secũdo hoc Tomo perstringere: non quòd eodem tempore beatũ felicémque exitum omnes sint cõsequuti, sed id fieri oportere duximus, vt & cõpendiosa & dilucida nobis constet historia. Deinde qui eorum coniugium sint complexi, quíq; sincera ecclesiæ scripta reliquerint, mem oratum, finémque ita secundo huic sacræ Historiæ volumini impositurus: vt scilicet post primum, qui Christi res omnes continet, secundum hunc de duodecim Apostolorũ actis absoluamus librũ: quamuis longius nobis instituta excrescat historia. Sedenim post Petri & Pauli obitum, Iacobi, qui frater Domini est nominatus, & Ecclesiam Hierosolymitanam primus ab ipso Seruatore Christo, seu (vt quidam volunt) ab ipsis postea Apostolis sibi cõmissam administrandam susceperit, Obliásque, † hoc est Iustus appellatus est, Domini mortem exponã. Quod enim diuus Paulus Iudæorum dolũ, per Festum, & prouocationẽ ad Cæsarem, effugisset: illi quæ in Paulum structæ nõ processerãt eas in Iacobũ cõuertunt insidias. Qualẽ autẽ is habuerit finẽ, Hegesippus, qui primæ successionis Apostolorũ tẽporibus vixit, in quinto Commentariorũ suorum libro ad hunc modum

Propositio dicendorum.

Martyrium Iacobi fratris Domini.

† dictus etiam Oblias hoc est munimentum populi & iustitia.

modum recenset. Suscipit autem ecclesiam vnà A cum Apostolis administrandam, frater Domini Iacobus, qui ab omnibus Iustus cognominatus est, ab ipsius Domini ad nostra vsque tempora. Plures equidem hoc nomine fuere Iacobi: sed iste ex ipso matris suæ vtero sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, neque de animante quopiam comedit, nouacula super capur eius nõ ascendit, oleo vnctus non est, balneo quoque minimè vsus. Huic vni in sancta sanctorum ingredi fas erat: neque vestem laneam vllam, sed lineã tantum gestabat. Solus quandoque in templum ibat, ibíque in genua procumbere, & pro remissione peccatorum populi orare comperiebatur. Genua quidem eius cameli instar per callum indurueranr, propterea quòd semper ea inflecteret, orans ad Deum. Quum itaque multi etiã ex B principibus fidem amplecterentur, tumultus concitatus est à Iudæis, scribis & pharisæis: qui eò periculi rem deuenisse dicebant, vt populus omnis Iesus pro expectato illo Christo haberet. Quare ad Iacobum conuenientes, inquiunt: Cohortamur te, vt cohibeas populum, qui de Iesu ipso seductus est. Christum eum esse existimans. Dissuade, quæsumus, iis qui ad diem Paschæ huc venére, opinionẽ & fidem de Iesu. Tibi enim paremus omnes, & cum populo vniuerso testificamur re iustum esse, neque personarum rationem habere. Persuade ergo multitudini, ne de Iesu erret. Cunctus enim populus & omnes nos tibi obtemperamus. Consiste in templi pinnaculo, vt quum ex superiore loco omnibus sis conspicuus, tum verba tua ab omni exaudiantur multitudine. Propter festum enim Paschæ con- C uenerunt tribus omnes, vnà cum gentibus. Statuerunt igitur, qui dicti sunt scribæ & pharisei, Iacobum in pinnaculum tẽpli, & vociferati sunt dicentes: O Iuste, tibi omnes obtemperare debemus: & quandoquidem populus fide sua de Iesu crucifixo seductus errat, annuncia nobis, * quod sit Iesu ostium. Ille verò voce magna respondit: Quid me de Iesu filio hominis interrogatis? Ipse sedet in cœlis, ad dextram magnæ virtutis & potestatis, venturúsque est in nubibus cœli. Ibi, quum multi de certa indubitatáque fide satisfactum esset, gloriabantur læti de Iacobi testimonio, & dicebant, Osanna filio Dauid. Scribæ autem ipsi & Pharisæi inter se dicebant: Malè fecimus, qui tãtum Iesu procurauimus testimonium. Verum age ascendamus, & deiciamus eum, vt populus conterritus, non credat ei. Et simul exclamarunt dicentes: O, ô, & Iustus ipse per errorem seductus est. Itaque pinnaculum ascendentes, Iustum ipsum pessumdederunt, & alius ad alium dixit, Obruamus eum lapidibus: & inceperunt eum lapidare. Quum autem lapidibus ictus nondum mortuus esset, sed conuersus genua posuisset, dicens: Obsecro te Domine Deus pater, remitte ipsis, nesciunt enim quid faciunt: sic, inquam, quum lapides in eum iacere pergerent, vnus ex sacerdotibus, filiis Rechab, de quibus testificatus est prophera Hieremias, exclamans: Desiste (inquit) quid facitis? Iustus ipse pro vobis orat. Et fullonum quidam, ligno quo vestes complanabat arrepto, caput Iusti comminuit. atque ille ita martyrio est defunctus, anno septimo Imperij Neronis: & sepultus est in loco quodem iuxta templum, monumentúmque eius adhuc ibi manet. Verus is testis Iudæis simul & Græcis fuit, Iesũ esse Christum. Postea statim Iudæorum oppugnatio, vrbisque Hierosolymitanæ obsidio cœpit. Tã mirificus autem iustitiáque clarus fuit Iacobus, vt etiam prudentiores apud Iudæos viri, in piaculum aduersus eum perpetratum, causam Iudaici belli ex professo referant. Quemadmodum id ipse quoque Iosephus scriptis suis testatur, alicubi ita dicens: Iudęis autem hæc acciderunt propter Iacobum Iust m, qui frater erat Iesu, qui dictus fuit Christus, vltione diuina vindicãdum. Eum, quum iustissimus esset, Iudęi interemerũt. Sed in vigesimo Antiquitatum, mortem eius hisce verbis exponit: Cæsar Festi morte audita, Albinum in Iudæam præfectũ mittit. Ananus autem iunior, quem Pontificatum iniisse diximus, moribus confidens, & audax admodum, ex secta Saducæorum erat, qui in iudicijs supra omnes alios Iudęos sęui sunt, & crudeles. Talis itaque quum esset Ananus, opportunum idoneúmque tempus se, Festo defuncto, quum adhuc Albinus in itinere esset, nactum esse existimans, Iudicum consilium cogit: & fratre Iesu, quidicebatur Christus, Iacobo ei nomen erat, quibusdámque aliis in iudicium producti is, & actione legum præuaricatarum instituta, vt lapidarentur effecit. Quicunque autem in vrbe æquiores leguímque peritiores videbantur esse, graniter id tulere. Et ad Imperatorem clàm legatos misere oratum, vt ille ad Ananum, ne talia faceret, scriberet: eum quippe nec antea rectè fecisse asserantes. Nonnulli etiam Albino obuiam proceſſere, Alexandria iter facienti: eúmque docuere, non licuisse Anano, citra eius sententiam & voluntatem, consilium iudicij faciendi gratia cogere. Albinus porrò verbis eius persuasus, ad Ananum animo commoto scripsit, pœnásque se ab eo sumpturum minatus est. Quin & Agrippa rex, eam ob causam pontificatum ei, quem tres menses, ademisse, eúmque Iesu Damnæi filio dedisse videtur. Et Iacobi quidem res sic se habuere. Huius esse creditur prima inter Catholicas epistola, ad omnes Ecclesias: vt ipsius quoque Iudæ, magnificè cum libertate multa scripta. quamuis vtriusq; vetustiores mẽtionem nullam faciãt.

tríẽnnis Imperij annum ferunt: secundum Scaligerum, postquam Paulus vinctus Romã est abductus.

Fuere, qui cubi ita dicens: Iudęis autem hæc acciderunt dem eam cumsam Hierosolymitanæ expugnationis fuisse dixerint.

Albinus Iudææ præfectus.

Ananus, siue Ananias, mortis Iacobi author.

Anano Pontifici sustam abrogat ius. Iesum hunc filium Gamaliełis fuisse, diter Catholicas epistola, ad omnes Ecclesias: vt xi supra eodẽ cap. 4.

De Andrea & Bartholomæo sacrosanctis Apostolis, quomodo martyria pro christo sint cohonestati. Cap. 39.

POst hunc & Andreas, coryphęi Petri frater, qui primùm Dominum Ioannis iudicio cognouit germanúmque suum ad eũdem adduxit: ritè verò, & vt decebat prorsus, à prima vocatione vsque ad Christi in cœlum ascensionem, vestigiis eius insistens, officio suo functus est. Et cœlitùs in specie ignearum linguarum Spiritus sancti gratia accepta, sorte quoque ei prouincia ea obtigit, vt ad Gentes mitteretur: in Cappadociam scilicet, Galatiam & Birhyniam: Quibus ille peragratis, ad eam quoque accessit quæ Anthropophagorum dicitur, & ad Scytharum solitudines, ad vtrunque Pontum Euxinũ orásque septentrionales & australes, ad ipsum quoque Byzantis solum. Vbi ecclesiæ à se primùm institutæ, primum episcopum diuum Stachym præ-

Andreæ Apostoli acta, & martyrium.

Quidam eodẽ Iacobo in ter-

*Τὶς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecit. Deinceps Thraciam, Macedoniam, Thessaliã, & Achaiam peragrauit. In quibus prouincijs omnibus, longo tempore, sermonibus diuinis, signisque, & prodigijs mirificis Christum glorificans, tandem à proconsule Ægæato in crucem quoque est actus: illo ei crimine obiecto, quod coniugem eius Maximillam, fratremque Stratoclem, impietatem eius detestari docuisset, & ad Christi fidem adduxisset. Philippus autem, & Bartholomæus, Syriam & Asiam superiorem sortiti sunt. Atque in eorum locorum ciuitatibus omnibus, fidei fundamentis iactis, templa construxerunt, sacerdotésque & episcopos eis præfecerunt, Philippus etiam Asiæ vrbibus peragratis, Hierapolim Phrygiæ peruenit, ciuitatem opulentam atque celebrem, † nominique ipsa suo respondentem. Adeò autẽ idolis addicta erat, vt etiam viperam, impuram venenosámque feram, sacrario inclusam, tanquam Deum magnifico præcipuóque cultu veneraretur, sacrificijsque quibusdam foueret, & tota illi mirificè addicta esset. Sedenim quum eò Apostolus peruenisset, vnà cum sorore sua Mariamna, quæ eum, quum dudum vitam per virginitatem sibi exigendam statuisset, comitabatur: statim idolorũ cultus in ea regione extinctus, & insolentia incolentium ibi dæmonum est labefacta. Siquidem viperinus ille Deus, quem diximus, ex domicilio suo erupit: & quasi ab ardente igne profugit. Ilicet, qui illũ tanto studio coluerãt, pudore affecti sese occultant. Cæterùm quum quamplurima à Philippo & Mariamna miracula ederentur, seditio in multitudine exoritur. Partim enim Bartholomæi & Philippi Deo adhærebant (ex propinquo enim Bartholomæus Philip. à Domino auxilio missus fuerat) partim verò dæmoniacæ, per anticipationem conceptæ præsumptioni intenti Permanebant: qui etiam coniuratione & coitione facta cum impetu prorsus in Apostolos irruunt, eósq; arreptis, Philippum quidem tanquam victimã quãdam in columna capite suspendunt, Bartholomæum autem directum in lignum sub crucis forma agunt. Atque illi talibus affecti suppliciis, ad preces conuertuntur. Cedebat autem statim locus, in multam altitudinem subsidens, simulq; multitudo demergebatur, atque ita in summum tota vrbs decidit periculũ. Ibi, qui reliqui erant sentientes perniciem & cladem, eam vindictam esse eius, quæ in sacros Christi ministros contumeliosè patrata fuerat iniuria, confestim omnes fidem Christi suspiciunt: & Bartholomæus ab eis vinculis soluitur, qui Philippo sactè fortitérque tum martyrio defuncto, sepulturę honore prestito, & vrbe tota illustrata, Christóque dicata aliquanto post tempore Vrbanopoli prouinciæ Ciliciæ in crucem rursus actus, ad vnicè desideratum Christum migrauit.

Philippi & Bartholomæi.

† Ἔτι ἀποτρέπεσαι. volẽne hoc ata te nostra etiam fuit in Limonia & Samagitia Mariamna Philippi.

Martyrium eorum Apostolorum.

De Thoma, Iacobo Alphæi, Simone Zelote, Iuda, qui & Lebbus est dictus: & de Matthia, qui in locum proditoris est subrogatus. Cap. 40.

Diui Thomæ acta.

QVomodo autem Thomæ, qui & Didymus dictus est vehementissimum in Christum amorem prætereamus? qui Æthiopes & Indos sortitus, à professione ea abhorrens, sese subducebat: nigrósque & deformes eorum gentium vultus, prętereáque ealiginosas atque intractabiles earum mentes auersans, iter ad eos suum differebat. Aperte igitur & clarè ei, is qui pulchritudine & forma præstat, assistit, eúmque ad ministerium suum capessendum cohortatur. Et vt certum securumque redderet, cùm eo se per vitam omnem futurum, auxiliúmque in certaminibus laturum pollicetur. Quin etiam ex Æthiopibus, quib. ex mercatura lucris inferuiẽs est vita, vt vendatur effecit, atque ita ei aditum ad Æthiopes facit. Inde in notitiam Smindæi, regionis eius principis, regnum illi cœlorum studiosissimè parens, peruenit: & miraculis prodigijsque maximis Parthos, Medos, Indos ipsósq; Æthiopes in admirationem adducit. Adhæc, qui cunq; extrema Orientis ora, & ad vltimũ Oceanum colũt: insulam quoq; quam Taprobanem vocant, gentémque Brachmanum, prędicatione verbi illustrat. Templisque vbiq; maximis, aliisque pro eo atq; decebat rebus omnibus sanctè ordinatis, postremò lanceis latus confossus, ad eum cuius ipse pertrectauerat latus, peruenit. Porrò Iacobus etiã Alpæi filius, & ipse ex duodecim illis vnus, iuxta eius qui eum regebat spiritus sancti voluntatem & ductum, ab Apostolorum corpore seiunctus, Gazæ primùm deinde Eleutheropoli, & in vicinis ibi eorumdem populorũ ciuitatibus versans maxima quæque miracula edit: & cœlestibus spiritus sancti sermonibus ab eo pacata quadam & inermi vi ad gentes delatis, testimoniũ regni Christi maxima incremẽta capit. Post hęc ad Ægyptos extremámque eorum regionem perueniens, & Christum Seruatorem & deum esse annuncians, ad vrbem tandem cui Ostracinę nomen est, adit. Atque ibi quum satis longo tempore vixisset, periculisque & certaminibus plurimis conflictatus esset, tandem ad confirmandam eorum quos docuerat salutem, cruci ipse quoque à quibusdam, qui Verbo fidei aduersabatur, affigitur: vt & in ipso non ita multum imitatio mortis Magistri sui abesset. Operępretium etiam fuerit Simonẽ Cana Galilęę ortum, qui propter flagrantem in Magistrũ suum ardorẽ, summámque Euangelicæ rei per omnia curam, Zelotes cognominatus est hic referre. Accepto enim is cœlitus aduenięte sancto spiritu Ægyptũ, Cyrenem, & Aphricam, deinde Mauritaniam, & Libyam omnem, Euangelium deprędicans percurrit eandémque doctrinã etiã ad occidentalẽ Oceanum, insuláque Britannicas præfert. Permultis verò signorũ & prodigiorũ miraculis, diuinaque doctrina Christum, ita vt debuit celebrando, innumerabilibusque insuper erumnis & afflictionibus obuiam eundo, postremo & ipse incredibili quadam lętitia morte per crucem subiens, ad Magistrum suũ tranijit. Non minus & diuus Iudas, nó Iscariotes ille, sed alter, cui duplex cognomẽ fuit Thaddęi scilicet & Lebbęi, filius quidem Ioseph, frater autem Iacobi, qui è pinnaculo templi deiectus fuerat, Iudęam primum & Galilęam, Samariam & Idumæam, deinde Arabię ciuitates, nec non Syriæ & Mesopotamiæ regiones, sagena Euãgelij cepit. Postremò Edessam peruenit, Augari ciuitatem, vbi antea alter quoque Thaddęus ex septuaginta illis vnus Christum docuerat. Atque quum ibi, si quid adhuc ex alterius illius ministerio

Martyrium Simonis Zelotis.

Martyrium eiusdem.

Iacobi Alphæi vita.

Iudæ Thaddæi acta.

desset, pulcherrimè expleuisset, Christũq; simul & diuinis concionibus & operibus admirandis glorificasset, morte pacifica & quieta ad illum cõmigrauit. Matthias porrò, qui iacturam duodenarij Apostolorũ numeri sarcerat, primã Æthiopiam adiit atq; ibi à feris, infestis, immanibusque gentibus multa pertulit. Quum verò, quę oportuit, & verbis & factis diuino Euãgelio annunciando prestitisset, & Christo magnam hominũ multitudinem accumulasset animo intrepido & forti martyri coronam † suscepit.

Mors eiusdem non violenta.

Matthiæ res.

Martyriũ eiusdem.

† Lapidibus pene obrutus ad postremum securi percussus.

De sancto apostolo & Euangelista Matthæo. Cap. 41.

MAtthęus autem, ex publicanis assumptus signea linguanõ minorẽ quàm primarij Apostoli gratiã cõsequutus, sacrorũ Euangeliorũ historiã primus Hebręis scripsit. Is quóque sanctus Apostolus, profectionibus multis ex alia regione atque gente in aliã subinde migrans, Euãgelio prędicando perfectis, ad postremum Spiritus sancti ductu ad Antropophagorũ terram, in ciuitatem cui nomen est Myrmenæ, peruenit: in qua Platone, sectatore suo, Episcopo declarato, ipse in quendã ciuitati proximũ collem conscendens, vt sibi gentis eius salus reuelaretur, orat. Hoc ita agenti Apostolo, Dominus Iesus formosi pueri specie assistens, quum pacem illi precatur tum virgam in manus ei dat. Eam quũ descendisset, in vrbe ad ecclesiã, quam ipse & Andreas cõstruxisset, portam plantare iubet in arborem magnam & excelsam ilico euasuram, fructúmq; plurimum magnitudine simul & sapore aliis longè superiorem laturã: fontem prętera copiosum & pellucidum, cũ leni susurro, ex radice eius erupturum esse pollicitus. In quo quicunque Antropophagi latuissent, eorum simul & vultus ad formam decentiorem compositũ, & corda agresti feritate posita, ad placabilitatem & lenitatem conuersum prorsúsq; eos in melius mutatum iri. Descendenti igitur, ciuitatis eius Princeps vnà cum coniunge & Filio (Fuluianorũ patri & filio, Fuluianæ autem matri nomina erant) obuius fit. Malignis autẽ illi excruciabantur spiritibus Quibus quum manus statim imposuisset, dæmones illi turbatores profugerunt. Pangit verò & virgam illam, & confestim ea in arborem excrescit: simúlque à radice vndam, quum aspectu amœnam, tum potioni commodam, scatentem profert. Hoc tam insigni miraculo multitudo consternata, quum eò confluereret: ille è superiore loco, patria eius gentis lingua, salutiferum eis annunciat Euangeliũ. Et statim ex intimo animi affectu, in eo ipso fonte, sacro lauantur baptismo: fructúque itidem arboris illius gustato, omnium pulcherrima illa mutatione perfruuntur. Fuluianus verò statim pœnitentia ductus, & quòd multitudinẽ ad Apostolum confluẽte videret æmulatione siniistra accensus, grauiter id ferre, manúmque militarem ad eum comprehendendũ mittere. Quæ quũ re infecta rediret, ipsemet quamplurimis secũ ductis contra Apostolum it: atque inter eundum plaga inuisibili ictus, visum amittit. Ibi multis precibus Apostolo exorato, oculorum quidem vim pristinam recipit, cor autẽ eius induratum cæcúmq; permanet. Nulla enim interposita mora, Apostolum clauis longis terræ affigi iubet, picique & bitumini ministri eius multa superaccumulantes sarmenta, materiámque aliam facile ignẽ corripientem inuicientes, ab inferiore parte eam accendunt. Verùm ea res prętet spem & expectationem in reris euadit refrigeriũ. Quod vbi multitudo vidit, Matthæi Deo aggregatur. Princeps autem ediuersò præstigias esse, quæ Apostolo accidebant, credens, & ira exardescens quos ex argento & auro habebat factícios Deos (duodecim autem erant) efferri iubet: eisque circum Matthæi pyram dispositis, vt videlicet eorum ope ignis officium suum faceret, incendere illam prącipit. Ita sarmenta quidem flammam corripiunt, incendium autem aduersus Deos conuertitur, eósque comminuit diffluentes. Vnde simulacrum tanquam serpentis ardentis prosilit: & à tergo Principis prorepens, cũ ingenti sibilo eũ persequitur, ita vt non facilè illi esset in regiam suam confugere. Quapropter desperatis rebus omnibus, ille denuò ad Apostolũ cõuertitur cúmq;, vt ab impetu consequentis eum serpentis liberetur, obsecrat. Apostolus autem, quòd hora iam instaret qua ad desideratum sibi Christum transiret rebus omnibus postpositis, ignem increpat, atque is repentè extinguitur, & serpẽs ille euanescit. Principi autem extremis, quę oportuit, mãdatis expositis, omnibúsque precatione confirmatis, in pace emittit spiritum, & ad Christum transit. Cuius quidem sacrũ tabernaculum in aureo repositum lecto, splẽdidisque inuolutum vesti-bus, palatio Fuluianus infert. Idque arcæ ferreæ, plumbo insuper probè communitæ inclusum, demittere in mare iubet, hoc sic cogitans: Si is, qui illud ab igne conseruatũ turatus esset, ab vndis quoque vt in ferrea vrna positũ supernataret, vindicaret se diis suis omnibus repudiatis, vni quẽ ille prædicasset Deo, per pietatis cultum seruiturum. Quum ergo ita in mare proiiceretur, statimque diuina id cœlitùs gubernante manu in littore rursum exponeretur: populus vniuersus vrbe effusus, Platone episcopo prætereũte, hymnis laudibusq; à Matthæo prædicatum concelebrat Deum. Fuluianus verò rebus omnibus posthabitis, sacrum suscipit baptismũ, & Matthæi sibi nomen arrogat, occulto quodam arcanóque Apostoli ductu. Simulque, qui eius imperio subditi erãt, omnes patriam superstitionẽ reiicientes, diuinum complectuntur lauacrum. Deinde post annos tres, Episcopus quoque Plato ad sempiterna cõscendit tabernacula. Porrò Fuluianus adhuc viuente episcopo, alij regnũ concessit: & ipse summissæ humilitatis habitu assumpto, quũ secretioribus Christianorũ initiatus est sacris, tũ presbyteri dignitatẽ à diuo suscepit platone. Post cuius ex hac vita decessum, ab sancto Apostolo per nocturnam visionẽ admonitus atque cõsecratus, Episcopalẽ quoq; assumpsit honorẽ. Et quum ritè sacro ministrasset Euãgelio, multósq; per fidẽ lucrifecisset Deo vitam quoque hanc meliore alia commutauit.

Antropophagi.

Matthæi acta.

Martyrium Matthæi.

Miraculum in corpore eius de functo.

De sancto Apostolo & Euangelista Ioanne, & de diuina eius assumptione. Cap. 42.

SVpereſt nobis Ionnes dilectus ille, quique supra * pectus Magistri recubuit, discipulus: cuius profectiones, in eísque miracula diuináq; opera edita, mirificósque & arcanos de Deo sermones, sicuti & aliorum discipulorum & Apo-

* ἐπὶ τὸ στῆθος

Acta diui Ioannis Apostoli & Euangelistæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolorum res gestas, singillatim exponere præter E quam quod vtriũ nostrarũ non est, ab instituto quod in manibus habemus opere alienum etiã esse arbitror. Sed enim historiarũ monumenta produnt, diuinissimũ hunc Euangelistam, post Iesum in cœlũ ascensum, cũ matre Dei in ea quã ad Sion fuisse scripsimus, domo sua vixisse, vsq; ad illius ad Dominum migrationẽ. Postea autẽ in Asia Christum per Euangelium promulgasse, ibique templum Dianæ solo æquasse. Cæterùm persequutionis sub Domitiano tempore exilio damnatum, & in insulam Patmum relegatum: decimoquarto Imperij illius anno, Spiritu sancto plenum, Euangelium ibi suum sublimem in modum intonuisse sacrámq; & diuinitùs inspiratã Apocalypsim protulisse. Quid deinde post Domitiani obitum Ephesũ in Asiam reuersus, quæ ibi fuêre ecclesias rexit, templa construens, F clerum omnem docens, ecclesiarúmque sacros ministros instinctu Spiritus sancti ad perfectionem instituens. Et quum aliquando in ciuitate quadam esset, adolescentémque vultu quidem liberali & honesto animo tamen & ingenio feruido conspexisset, Episcopũ loci eius intuitus, Hunc (inquit) tanquam depositum tibi cura & diligentia summa, sub Christo atque Ecclesia eius reste, commendo. Atque ille quidem illum, nihil se in eo excolendo rerum omnium prætermissurũ pollicitus, suscepit. Ioannes autẽ Ephesum rediit. Episcopus porrò ille adolescentem domi suæ fouebat, & ad cognitionis & doctrinæ lucẽ ducebat. Procedente autẽ deinceps tẽpore, attentiorẽ illam diligentiam & curam remittit, perinde atque supremum & perfectum Christi signaculum ei iam impressisset. Ille autẽ quum G ante tempus potestati suæ permissus esset, atque insuper ab æqualibus suis ocio corruptis, malisque artib. imbutis, & disciplinę omnis impatientibus corrumpetur, primùm propter illicita intẽpestiuáque conuiuia prædatum ab eis dicitur, ac mox iterũ ac tertio ad perpetranda maleficia mutatur. Deinde verò quo longiùs, eo quoque magis sceleribus atque flagitiis assuefactus, perinde atque equus robustus frenis ruptis in barathrum fertur. Et quẽ iam spe omni meliore excidisset, salutémque ipse suam cõploràsset, latronũ prædonúmque complectitur vitã, ipséque adeò maleficarum manipulo tanquam dux præest: & alios feritate, cædiúmque immanitate longè superans, impetũ subinde in viatores ex improuiso factitat. Intercedunt anni aliquot, & Apostolus H rursũ ibi adest. Qui ad Episcopum: Age, inquit, quod tibi, Christo teste aduocato, credidit, mihi depositũ redde. Ibi ille obstupescit pecuniámque à se, quam non accepisset, per sycophantiam exigi putat. Fidem certè quidem Ioanni dicenti non habere, prorsus non licebat: neque rursus ad ea credenda, quorũ sibi conscius non esset, induci poterat. Vt autem adolescentem ille, animáque eius flagitabat, altè admodum suspirio ducto illacrymans: Iamdudũ, inquit, ille mortuus est. perditus enim, & modis omnib. perniciosus homo erat: & vt caput tibi malorũ eius indicẽ, prædo. nã Ecclesia relicta, & monte quodam occupato, prędonum ducit manum. Tum Apostolus veste scissa, & capite suo cum ciulatu & plãctu multo pulsato: Egregiũ sanè custodẽ, inquit, animæ fratris constituit. Sed equus mihi detur, & dux itineris aliquis adsit. Cõtestim itaque ex eo loco ab ecclesia ire pergit: & quum ad regionem designatã peruenisset, ab exploratoribus illius comprehenditur: neque fugere cupiens, neque quicquam deprecans. Quinimò ea de causa venisse se dicit, séque ad ducem eorum deduci petit. Ille porrò tum ita fortẽ, vt armatus erat, in via stabat. Vt autem Ioannem paulatim ad se venientẽ cognouit, quàm celerimè potest retrocedit. Ioannes autem senectæ suæ rerúmq; aliarum omnium oblitus, illum consequitur, ingenti voce clarè inclamans: Quid me fugis, iuuenis senem, patrem tuum fili, nudũ atque inermẽ armatus? facessat metus: adhuc tibi vitæ spes est reliqua. Ego pro te Christo rationẽ reddam: ac si opus fuerit, ipse pro tua animã meã statim proiiciam. Consiste, mẽque à Christo missũ tibi crede. Tũ ille, his auditis, primùm cõsistit, oculis in terram demissis: deinde arma deponit, ac tremore multo correptus acerbissime lamentatur: accedentémq; complectitur Apostolum, & lachrimis, quod potuit, noxam deprecatur, genibúsque flexis dextrã ad sinum Apostoli extendit. Tum Ioannes, iureiurando addito, salutẽ. noxæque remissionẽ illi à Seruatore pollicetur: dextram eius per pœnitentiam iam expiatã deosculatur, eúmque in ecclesiam reducit. Ibi frequentibus orationibus, ieiuniísque continuis cum eo vacans, suauíque verborum Syrene tumorẽ animæ illius tanquã incantatione curans, nõ priùs ex eo loco abiit, quàm valentem illũ & firmum prorsus Ecclesię restituit. Magnum medius fidius ille hoc Ecclesiis pœnitentię specimen, pulcherrimúmque regenerationis exẽplum, atque adeò trophęũ resuscitationis atque restitutionis ante communem illam resurrectionẽ constituit. Quod sic Clemens ὀρθωματεὺς seu contextor, in commentario eo qui scriptus est, Qui diues saluus fiat, ad memoriã posteritatis scriptum reliquit. Verũ enimuerò, quum duxit, sacrã quoq; translationẽ diui istius Apostoli persequi, Quũ enim dudum transitionem suam ad Deũ, diémq; & horã eius præuidisset, presbyteris ministerisque ecclesiæ, & præterea quicunque flagranti essent fide fratrib. assumptis, extra Ephesiorũ vrbẽ progreditur: & cum eis in vicum quendã tumulum, quò frequenter ire precationi operam daturus solebat, cõscendit ibi vehementiùs orans, Ecclesias Deo cõmendat, mox sarculis quibusdam & ligonib. celeriter sepulchrum sibi fodi præcipit: deinde eos qui tum aderant, arcanis de Deo verbis & præceptis optimis de fide, spe, & potissimum dilectione (quippe dilectus ipse) erudit. Et corda eorum confirmans, Seruatori Verbo cõmendat. Postremóque illis in Domino saluere & valere iussis, vbi se crucis signo communisset, in monumentum descẽdit: operculúmque ei imponere, & id firmiùs communire, denique reuerti eos postea, sepulchrũ aperire, diligẽtérque perspicere mandat. Hoc modo quũ ille, vt vestibus sepulchralibus amictus erat in fossam descendisset, séque ad obitum composuisset, statim eo qui iustis deberur, sopitur somno: quum quidem ad multam senectutem post passionẽ Seruatoris Christi sexagesimo octauo anno peruenisset. Oportet enim nos ipsi, ac potiùs

Quindecim ũ imperauit annu.

Exemplũ notabile, quantum vel ad impietatem intermissa, vel ad religionem sincerã obseruata disciplina ecclesiæ valeat.

Ioannes episcopo certo inuenem liberalis ingenij instituendum cõmendauit.

Inuenis ũ à seipso per Episcopi negligẽtiã degenerat, & dux tandẽ prædonum fit.

Reuocatur atque reducitur ad frugem bonam iuuenis perditus.

Eximium exemplum pœnitentiæ.

pœnitentiæ vera forma.

De migratione ipsius ex hac vita.

Exponitur locus ille, si vis tum manere donec veniã: veni.

potius Christo, & sapienti credere Chrysostomo, ad testificandam mortem eius illud adducenti: Et non dixit ei Iesus, illum moriturum nõ esse: sed, Si illum volo manere donec veniã (Hierosolyma videlicet euersurus: vixit enim ad id vsque tempus, atque eriã aliquanto, ad Traiani scilicet ætatẽ, longius) quid ad te? Et Ioãnes quidem ita diem suum obiit. Dei autem ineffabilis atque inuestigabilis gloria, ea quã ipse solus nouit, hora illucescẽs, corpus eius terrenũ & corruptile in immortale & in incorruptibile (ô miraculũ ingens (transmutauit, & in diuinũ paradisũ, itidem vt omnib. laudib. celebrandã Dei genitricẽ, quæ per gratiam mater eius fuit, recepit. Decebat quippe & ipsũ, qui matris loco incorruptam, semperque virginẽ habuisset, & dilectus in primis mirificè Christo fuisset, fratérque adeò immortalitatis promptuarij extitisset, paulatim quodammodo immortalitatis participem fieri. Porrò die sequenti, quibus id cõmissũ fuerat, ita vt præceptũ acceperant, ad monumentũ venerunt: operculóque eius auulso, nihil ibi aliud quàm sepulcralia lintea repererũt. Atq; hæc quidem de Ioanne,

De diuorum Apostolorũ Petri, Pauli, tũnũ martyrio, Tertull. de præscriptionibus hæreticorum: Felix, inquit, ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: vbi apostolus Ioannes, postea quam in oleũ igneum demersus, nihilque ibi passus, in insulam relegatur. Loquitur autẽ de ecclesia Romana.

Nõnulli astruere volunt, virginẽ Mariam iam resuscitatam beata cum Christo immortalitate in cœlestibus vestri. Quod & de beato Ioanne euangelista eius ministro, cui virgini à Christo virgo commissa est plurimi assueuerant, quia in sepulchro eius (vt feretur) non nisi manna inuenitur, quod & scaturire cernitur. Verum amẽ quid horum verius censeatur, ambigimus. Melius tamen Deo totũ, cui nihil impossibile est, committimus, quàm aliquid temerè definire uelimus autoritate nostra, quod non probamus. Hieronymus.

De sanctis Apostolis & euangelistis Marco & Luca, qui ex numero septuaginta discipulorũ fuerunt cap. 43.

Acta sanctis Apostolis euangelistis.

CÆterùm Marcum quoque & Lucam, etiãsi inter Septuaginta illos numerentur, adiungere tamen istis visũ est, quòd alter quidẽ Petri, alter autẽ Pauli fuerit discipulus cõsque vt Euãgelistas, maximis duobus Euangelistis connumerare conuenit. Sed enim de Marco, eiúsque in Ægypto predicatione, in hoc ipso libro antea à nobis satis est dictum. Is enim Petri * ex sorore nepos, imperante Tiberio, Ægypto & Libiæ Barbariæque vniuersæ, Christi verbum euangelizans annunciauit. Euangelium suum dictante atque comprobante Petro scripsit, apud Cyrenæos & Pentapolitanos quàm plurima admiranda fecit, ecclesias construxit: clerum & episcopos, atque alia insuper quę opus erãt, ritè & ordine constituit. Ei tandem Alexandriam est reuersus: vbi cum quibusdam fratribus, in loco cui Buceli nomen erat, habitauit, liberè Christum deprædicãs. Atque tum ibi cultores idolorum repentè impetum in eum faciunt, funibus pedes constringunt, atque ita crudelem in modum per vrbẽ raptant. Itaque corpus eius saxis allisum, admodũ conscinditur, & sanguis ex eo abundè profluit. Deinde carceri virum sanctũ includunt. Ibi ei apparet Dominus, futurã illi gloriam renuncians. Denuò autem ex carcere extractum, per plateas immanissimè trahunt. Atque ad hunc modum raptatus, tandẽ spiritum Deo commendat: corporis ingentibus gratijs animę virtutibus mirificè collucentibus atque correspondentibus. Fuit autem is staturæ & * ætatis statę, atque semicanus. Lucas autem Antiochię, quę in Cœlesyria est, ortus, medicus simul & pictor egregius, Thebis, quę vrbs septem habuit portas, ad Paulum venit: atque ibi nuncio erroris patrio remisso, ad Christum accessit, pro corporum curatore animarũ medicus factus. Euangelium is suum Paulo præeunte scripsit, atque itidem Apostolorum acta. Cum Paulo autẽ Romæ quum fuisset, in Græciam est reuersus, plurimósq; ibi diuinæ doctrinæ & cognitionis luce illustrauit, & tandem à diuini verbi contemptoribus * ex fructifera oleæ arbore suspẽsus, quòd aridi ligni vnde crux fieret copia non esset, Deo spiritum cõmendauit: quum octuaginta, vt dicitur, annos natus esset. Vbi autem corpus eius inter alia cõplura monumenta sepultũ esset, fidelium oratione est indicatum. Salubria enim Deus collyria cœlitùs in monumentum eius demisit: ad indicium, vt opinor, curæ sanationisque eius. Vnde etiam sepulchrum eius à fidelibus omnibus omnibus est cognitum. Fertur is quoque primus, Christi, & quæ cum ita vt Deũ decebat genuit matris atque item principũ Apostolorum effigie pingendi arte adumbrasse, vnde in omnem deinde habitabile orbem tam venerandum & pretiosum opus est illatũ, Reliquias quidem certè eius, honore quòuis dignas, Constantius, Constantini magni filius, per Artemiũ, maximum illum martyrem, Thebis, sicuti etiam qui primus ad Apostolatũ est vocatus, Andreæ, Patris ex Achaia & nidem Timothei apostoli ex Asię Epheso, in cognomen patri suo vrbem translatas, templo sanctis Apostolis sacro intulit. Verùm de diuinis Christi discipulis hęc dicta sufficiãt. In tertio enim deinde libro, de reliquis Apostolis, eorúmque successoribus, & quę quisque eorum reliquerit scripta, historiã texemus. In præsentia illa persequenda veniunt, quinam fuerint Christi Apostoli: qui ex iis coniuges fuerint, qui rerum à Christo gestarum monumenta ederint, qui etiam epistolas: quæ item scripta, vt irrefragabilia & testamentaria, Ecclesia receperit: quæ etiam vt spuria & adulterina eiecerit.

De diuorũ Luca, Andreæ & Timothei corpore, constantinopolim perlato.

Quinam sint duodecim christi discipuli & Apostoli, & qui ex eis matrimonium contraxerint Cap. 44.

ATque equidem duodecim fuerunt Apostoli septuaginta autem discipuli. Et præter hos, innumerabiles alij. Quandoquidem verò multi, qui fuerint Apostoli ignorant, faciendũ putaui, vt sacra eorum nomina scripto huic inſererem. Coryphæus itaque & princeps chori eius, est Petrus. Secundus, frater eius Andreas. Tertius, Iacobus, qui Zebedæi est dictus. Quartus, Ioannes frater eius, dilectus ille, & virgo, qui supra pectus Magistri recubuit. Quintus, Philippus. Sextus, Bartholomęus. Thomas, septimus euangelist. Matth. octauus. Nonus post hos, Iacobus

Apostoli, 12.

Martyrium eiusdem.

Lucas christi, & matris eius Petri quę et Pauli Apostolorum effigies depinxit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alphæi filius: non alter ille frater Domini. Decimus Iudas, qui itē Taddæus, atq; etiam Lebbæus est dictus is filius quidē fuit Iosephi spōsi, fratrem autē Iacobi quē frater Dei dixere. Vndecimꝰ Iorū, Simō Zelotes. Duodecimus, proditor Iudas: qui quū inexplebili auariciæ cupiditate crepuisset, Matthias duodenariū expleunt numerū. Et ij quidē sunt reuera Christi discipuli. Paulus verò, electionis vas, neque inter duodecim, neq; inter septuaginta recensetur: sed in omnibus is est, & ante omnes, & cū omnib. quippe qui cœlitùs vocatus sit, & supra omnes præcipuè diuino Euāgelio propagando laborauerit. Ex his coniugium sunt amplexi, vt quidem Clemens contexter, in tertio libro eorum commētariorum quos ὑπομνηστικοὺς inscripsit, traditiin oppugnatores namque coniugij acriùs inuehens, hic verbis hisce vtitur. An isti tandem Apostolos quoque reiicient? Petrus siquidem & Philippus liberis creādis operam dederunt. Philippus porrò filias etiam suas viris in matrimonium locauit. Paulus quoque non veretur in epistola quadam * comparem suam salutatione compellare: quā quidē illi propterea secum non circumduxit, vt faciliùs ei expeditiúsque esset Verbi ministerio. De diuo sanè Petro, in septimo quoque eorum quos diximus, libro: Beatus Petrus, inquit, quū vxorē suā ad mortē abduci videret, simul & ingenti est voluptate affectus, * propter vocationē eam, reditúmque in patriam eius. & pulchrè admodum eam alloquutus atque cohortatus est ac de nomine quoque ita compellauit: Memineris, ô mea, Domini obsecro. Et talis quidem beatorum hominum coniugij fuit status: tam perfecta eorum qui sibi essent charissimi inter se, animorum affectio. Sed & Polycrates ecclesiæ Ephesiorum episcopus, ad Victorem Romanum episcopum scribēs, Philippi, filiatūque eius, atque Ioannis Euangelistę meminit, hisce quodāmodo verbis: Etenim in Asia magna professionis nostræ conquiescunt & dormiunt * initia, quę restituentur atque resuscitabuntur die extremo aduentus Christi, in quo cum gloria è cœlo veniet, & sanctos omnes resuscitabit: Philippus videlicet, ex duodecim Apostolis vnus, qui Hierapoli dormit: & duę itē filiæ eius, quæ virgines consueuerant. Et alia præterea filia eius, quæ in spiritu sanctō vitæ cursum peregit, Ephesi quiescit. itidēque Ioannes qui supra pectus Domini recubuit: quique, quòd sacrorum antistes esset, * insigne Episcopale gestauit, testis & doctor egregius, Ephesi † dormit. Quin & Caius, cuius paulo ante memimmus, his similia ad Proclum quēdam ita scribit: Post hunc, prophetissæ quatuor, Philippi filię, Hierapoli in Asia fuere: vbi earum, patrisque etiā est sepulchrū. Mentionem itidem in actis Apostolicis diuus Lucas facit alterius Philippi, nō Apostoli, filiarum, vt prophetici illę spiritus gratia fuerint cōdecoratæ, quum Cęsaręæ Palæstinæ adhuc cum patre suo essent, in hæc verba scribēs: Venimus Cæsaream, & ingressi in domum Philippi euangelistæ, vnus ex septem, apud eum mansimus. et erant filiæ quatuor prophetantes. Multis autē, eisque magnis apud nos viris, non videtur Paulus coniugē habuisse: idque ex verbis eius, quibus virginitatem & cœlibatum commendat, colligunt, quum dicit: Peruellem equidem omnes esse, vt ego sum. Illud verò, Salue mihi & tu compar: non mulieri, sed viro cuipiā, ita fortasse nominato, dictum putant.

Quinam ex Apostolis cōiuges fuerint.

τὴν αὐτὴ συζυγον τῆς ἐκλογῆς χάριν ἔχει καὶ τὴς ἴσου οἴκου ἀναχομιδῆς

Euangelium Matthæi hebraicè scriptum.

Quæ occasione Marcus Euangelium suum scripserit.

Quo consilio suum quoque Lucas ediderit

Quæ ratione Ioannes ad euangelium scribendū sit adductus.

Epiphanius contra Ebionitas scripto Euangelio Matthæi etiā Hebraico vtentes.

Græco in Hebræi sermonem trāslato in Gęsaria Iudææ Origenes asseruit apud Tiberiadem.

Asia apostolorum à Luca etiam composita.

De epistolis catholicis.

Quinam Apostolorum testamētarios siue canonicos reliquerint libros & de sacrosanctis quatuor Euangeliis, ex quibus causis sint scripta, atque de eorū ordine: itē de apostolorum actis, Catholicisque & aliis sanctorū Apostolorum epistolis. cap. 45.

HVcusque de duodecim Apostolorum nominibus, & qui inter eos mariti fuere dixi- De legitimis canonicis Apostolorū scriptis.
mus. De iis verò qui scripta post se reliquerunt, quæ legitima & testamētaria habentur, & de sacris quatuor Euangeliis, ac diuinis Apostolorum actis, tum autē de epistolis catholicis, simul & aliis, insuper & de ordine earum, atque etiam quæ Ecclesia vt notha & illegitima repudiauerit, reliquum est vt scribamus. Ac primum quidem ne diuinis Euangeliis est dicendum. Itaque de rebus Seruatoris & Domini nostri, duos ex duodecim Apostolis tantum, historiam scripsisse scimus, Matthæum & Ioannē. Et ex septuaginta illis itidem duos, Marcum & Lucam. Omnes autem isti necessitate quadam ad scribendum adducti esse videntur. Statim enim primus Matthęus publicanus, Hebræis salutifero Verbo prædicato, quandoquidē alio ad gentes ire maturabat, sermone patrio euangelium suū quindecimo post Christi ascensionē anno, scripsit: atque id eis relinquēs, absentiā suā profectus scripto præsenti compensauit. Longo deinde intercedente tempore, Marcus & Lucas euangelia sua, iussu Petri Pauli composuerunt. Ioannes autem, qui prius sine scripto verbum deprædicasset, post triginta sex à Christi ascēsione annos, postremus omnium creditur ad scribendum descendisse, tali ei prębita causa & occasione. Triū priorū Euangelistarū libri passim iam publicati erāt. Qui quum in Ioannis quoque manus peruenissent, recipiēdos eos esse censuit, fidē illis veritatis ārestatus: desiderari tamē in eis quę dā dixit, quę Seruator initio prędicationis gessisset. Etenim tres illi, res tāmodo Christi vnius anni, à vinculis Ioannis exorsi, prosequuntur: id quod in principiis scriptorum suorum indicant. Siquidem Matthæus post expositum quadragesimale ieiunium, & quæ id cōsequuta est tentationem, ab eo tempore scriptum suū texit. Audiēs enim, inquit, Iesus quòd Ioannes traditus esset, reuersus est ex Iudæa in Galilæā. Consimiliter & Marcus scripsit: Postquàm autē traditus esset Ioannes, venit Iesus in Galilæam. Itidē porrò & Lucas, priusquam res Christi narrare incipit, de Ioāne & Herode, quo modo is illū in carcerē conieccrit, cōmemorat: ac deinceps Christi acta exponit. Proinde apostolus Ioānes, rogatus, tēpus quod Ioannis vincula præcessit, & res in eo à Seruatore actas, in euangelium suum retulit. Atq; id ipse discere & variè ostendit, aliquando quidem dicens: Hoc initium miraculorum suorū fecit Iesus. Nōnunquam autem inter medias Iesu res, Baptistę tantum faciens mentionem, pluribúsque eas persequens, vt ibi, Quū ille adhuc baptizaret in Ænō ciuitate prope Salim: & alibi itē, quum illud infert, Nondum enim Ioannes coniectus erat in carcerem: hoc apertè confirmat. Satis igitur constat, Ioānem quidem res Christi ante Baptistæ vincula vt plurimùm prosequutum esse: reliquos autem tres, quę post id tempus ab eo sunt actæ, scripsisse. Quapropter quibus ista accurata ratione obseruabuntur, minimè dissidere inter se Euangelistę videbuntur: si hic quidem priores Christi res, quas illi præterierant, complectitur, illi autem posteriores commemorant. Ostendit id satis, quod Ioānes quidem Seruatoris genealogiam carnalem præteriit, à Matthæo & Luca antehac expressam. Theologiam autem & diuinam generationem eius, tanquam illa lōgè præstantiorem, & sibi à Spiritu sancto reseruatam, ab initio Euangelij sui explicat. Fortasse autem & alias quasdam causas afferre quis possit, quare Ioannes Euangelium suum scribendi consilium cœperit. Quod enim illi præcipuū illud resuscitati Lazari miraculum, maximum futuræ resurrectionis specimen omiserunt, neque veram illam Theologiam principioque carērem generationem, tum autem neque suprema morituri Saluatoris mādata, testamenti instar obtinentia attigerunt, satis causæ habuisse videntur, quur ad illa tria euangelium suum adderet. Marcus autē, qua adductus causa suum quoque scripserit, paulo antè in quindecimo libri huius capite retulimus. Quum enim Petrus aduersus Simonem fortiter rem gereret, vastitatique illius obuiam iret, ac simul occidentali oræ lucē inferret, tantum concionum suarum in animos auditorum immisit desiderium, vt vitra vōce contenti esse non possent. Quamobrē illi Marcum, qui tum Apostolum comitabatur, rogarunt, vt concionēs à Petro habitas, in monumentum scripturæ relatas, ipsis relinqueret. Delectatus est Apostolus tam propenso illorum desiderio, & Marco euangelium dictauit, atque vt id in Ecclesiis deinceps legeretur sanxit. Talem causam euangelij secundum Marcum recenset Clemens, in sexto Dispositionum libro atque itidem Hierapolitanus episcopus Papias. Lucas porrò in initio statim scripti sui consilium, quo ad scribendum peruenerit, exponit. Dicit enim: Plures quidem de quibus ipse certò edoctus esset rebus, temerè scribere ausos fuisse, se autē dubis ancipitibúsq; libris reiectis, & sermonū veritatis certitudine percepta, quippe qui cum Paulo & cæteris Apostolis vixerit illorúmque hisce de rebus colloquiis, conuictu, & familiari consuetudine sit adiutus, necessariò ad conscribendum euangelium adductū esse. Hęc germana sunt & natiua Apostolorum euangelia iam inde ab initio promulgata, & quæ indubitatę certæque fidei in Ecclesia habentur. Lucas verò & actorum Apostolicorum composuit librum, Pauli (vt aiunt) iussu. Atque equidem duo ex duodecim, & duo item ex septuaginta discipulis & Apostolis quatuor euangeliorum scripturam absoluerunt. Porrò diuus Iacobus, frater Domini, duodecim tribubus vnam Catholicam conscripsit epistolam: duas itidem Petrus, & res diuinus Ioannes: vnā autem Iudas, Iacobi, fortasse autem & Domini dicēdus, frater, quos numero septem vnuersas, vt germanas atque natiuas, dudum Ecclesia recepit, & in numerum Noui testamenti vernaculorū librorum quàm maximè retulit: sicuti etiā

De testamentarijs libris quibusdam in dubium vocatis, vt postea robur & autoritatem obtinuerint. Item de spuriis & adulterinis, omnimoque reprobandis scriptis. cap. 46.

QVandoquidem verò apud antiquos quidam, ex eis libris quos retulimus, Ecclesię certò traditos, obeliscō quosdam cōfoderunt: de ea quoque re vbi pauca dixerimus. & quæ Eusebius Pāphili tradiderit adduxerimus, secundo huic tomo finē imponemus. Ac de quatuor quidem quæ dicta sunt Euangeliis, nemo adhuc adhunc vsque diē controuersiam mouit, omnésq; ea germana & natiua esse sunt professi. Idem quoque de Actorum libro dicendum. De quibus autem addubitatum sit, hæc sunt. Prima inter Catholicas Iacobi, fratris Domini. & septima Iudæ, fratris eius: item posterior Petri epistola. De his enim anceps apud antiquos fuit opinio. Præterea ex tribus quæ dicuntur esse Ioannis, extra primam, reliquis duabus aliquandiu non integra data est autoritas. nam alterius Ioannis presbyteri esse credię sunt, qui Ephesi post Ioannem Ecclesiæ præfuerit: vt Papias Hierapolita dicit, duo monumenta Ephesi esse memorans, vnius atque alterius Ioannis: quorum vnius, Presbyteri dicti, discipulum scipsum nominat. Recensens enim Apostolorum seniores, & duorum istorum meminit, ita inquiens: Quod si quando quispiam, qui seniorum Apostolorum sectator fuisset, aduenisset, illorum requirebam verba & sentētias, quid scilicet Andreas dixisset, aut Petrus, aut Philippus, aut Iacobus: aut quid Ioannes, Matthæus, aut alius quispiam Domini discipulorum: quæ item Aristion, aut Ioannes presbyter. Non enim libris tantum me, quantum viua voce adiuuari credebam. Eius igitur presbyteri ecclesiæ Ephesiorum secundam & tertiam epistolam, & Apocalypsim insuper, nonnulli esse * somniarunt, Pauli autem epistolarum, præterquam quæ ad Hebræos est, omnes indubię, certæque permansere autoritatis. Et Clemens Romanus, quum mentionem eius ipsius epistolæ facit, tum authoritatibus etiam locorum quorundā qui in ea sunt, decenter vtitur. Vnde satis apparet, non nouam eius esse editionem, rectéque inter reliqua Pauli scripta censeri. Causa quidem, quod de eius autoritate fit addubitatum, illa esse videtur: quòd non itidem, vt in aliis suis epistolis fecit, diuus Paulus nomen ei suum prefixerit. Id verò factum, ne in ipso statim proœmio, tanquam ab eis desciuis-

Item Paulinæ.

Apocalypsis Ioannis.

De scriptis Canonicis noui testamēti, quorum autoritas in dubium est vocata.

ἐφαπάξ.

De epistola ad Hebræos.

Duo Ioannes.

πρεσβυ. † *supra dictū est, translatū eum esse in cœlestia.*

Cur diuus Paulus cōmunx fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lere, eos perturbaret. Quapropter rectè nomẽ E
suũ omisit, præsertim quũ sermone patrio ad
Hebræos eam Apostolus scriberet. Quã deinde
alij quidẽ à Luca Euãgelista, alij verò à Clemẽ-
te, quod verisimilius est, versam esse asserunt.
Perquàm similis enim est epistolæ ad Hebræos stylus,
per omnia, Clementis epistolæ. Sententiæ præ-
terea vtrique non admodum interse differunt.
Sed enim libri ij, tametsi cõtroversi ab antiquis
sint habiti, postea tamẽ in omnibus quæ sub cæ
lo sunt Ecclesiis, autoritatem sacrosanctam &
irrefragabilem obtinuerunt, & tanquam prin-
cipia atque elementa pietatis nostræ sempiterna
permanserunt. Cæterùm illegitima & adulteri-
na omnino scripta esse, scire debemus: Prædica- F
tionem, quæ dicitur, Petri, & quod secundum
eum est Euangelium: Actorum item eius librum
& quæ sub nomine eius circunfertur Apocaly-
psim. Accepimus verò inter ambiguæ quoque
autoritatis scripta esse, actorum Pauli librum:
& eum qui Pastoris habet titulum, quem Her-
mæ quidam ascribunt ei, cui in epistola ad Ro
manos Paulus salutem nunciari iubet. Nonnul-
lis autem is admodum videtur esse necessarius,
eis præciquè qui prima pietatis discunt rudi-
menta, multum afferens maturi fructus & utili-
tatis. Non pauci quidẽ certè apud antiquos eo
sunt vsi. Inter adsciticia etiam est Barnabæ, que
circunfertur, epistola: & quę dicuntur Apostо-
lorum doctrinæ. Eodẽ quoque loco habẽdum,
secũdum Hebræos Euangelium: quo in primis,
qui in Christum ex Hebræis crediderũt, sunt de
lectati. Verũm enimuerò necessitas quædã no-
bis imposita erat, vt mentionem inferremus li-
brorum eorum, qui vel ex professo per verã cõ-
stantémque traditionẽ ab Ecclesia accepti, vel
controversæ quidem fuere autoritatis: plurimo-
rum tamen temporum vsu & præscriptione cõ-
probati, in testamentariorum atque canonicorũ
scriptorum numerum relati sunt: vt scilicet nori
mus, quæ legitimæ & propriæ sit Ecclesiæ scri-
pturæ, & quæ item ab ea quæ falso nominatur
scientia, in primatiorum referuntur Apostolorũ
nomina, Petri puta, & Thomæ, & Matthiæ &
fortasse aliorum etiam quempiam, Euangelia & H
acta Apostolorum complectentes. quales sunt,
quæ Andreæ & Ioannis præferunt nomina: qua-
rum nullus Apostolicorum successorum, aut Ec
clesiasticorum deinceps scriptorum mentionẽ

illegitima & adulterina scripta.

Annus à nativitate christi Salvatoris 70, incidit in tempus imperij Cæsarum Ser. Sulpit. Galbę mẽsium 7. M. Sylvij othonis mens. 3. dier. 5. & A. Vitellij mens. 8. dier. 10.

ECCLE

ECCLESIASTICÆ HISTORICAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS TERTIVS.

Qui primi sanctorum Apostolorum fuerint successores.

CAPVT I.

RECTÈ equidem, A
vt puto, nobis
secũdus tomus
est absolutus,
qui Apostolica acta & scripta, ita vt decuit cõplexus,
* secũdo loco primas præ reliquis tulit. In tertio autẽ, qui nunc nobis in manibus est primam illorum successionẽ exponemus: quomodo scilicet diuini Verbi prædicatio per vniuersum orbẽ increbuerit: & qui viri maximis quibúsq; ecclesiis præfuerint. Cõtinebit is quoque eam, quæ totam vbique Iudęorum gentem, metropolimque eorũ Hierosolyma sustulit, inter necionem: nec non ecclesiasticos scriptores atq; doctores, qui post occidionem eam floruerunt, & qui ex illis certamine fortiter & generosè peracto martirij tulerunt coronam, quive rursus falso nominatę scientiæ prætulerunt duces. Itaque diui Apostoli, sicuti diximus, per omnem dispersi terrã, prouincias orbis ad Euangeliũ prædicandũ sorte partiti sunt. Petrus quidẽ Hierosolymis primùm deinde Galatiæ & Bithyniç, nec non Asię superiori, Cappadociæ & Italiæ cunctæ verbum prędicauit. Ioannes autem in Asia annis pluribus quũ docuisset, diem tandẽ suum obiit. Andreę porrò quæ sunt ad Euxinũ orę, Scithia vniuersa, Byzantiũ, Macedonia, & Græcię cõtinens, prouincię fuere. Thomas verò Parthis, Indis, & insulæ Taprobanę Euangeliũ promulgauit. Ægiptum & Lybiam alius, alius item extremas Oceani regiones & insulas Britanicas sortitus est. Quas prouincias propè omnes tanquam cęlestis quædam volucris, Paulus orbem habitabilem circũcirca peragrans, peruolauit: & ab Hierosolyma exorsus, vsque ad Illyricum summa cura & fide veræ pietatis doctrinã disseminauit, sit misimáque ecclesiæ fundamenta iecit. Horum autem * eum latores adeò multi fuere, vt eos numerare facile non sit, qui nimirũ abundè satis & de Verbo & de Spiritu quũ percepissent, vt fundatas ab illis ipsi construerẽt ecclesias, idonei iudicati sũt qui Domini pascerent gregem, atque in Apostolorũ D succederent locũ, accuratè probéque ab allisipsis Apostolis eruditi. Quapropter ij quoq; magno animo salutifera regni cœlorum semina pasim seuerunt. Atri enim vehementiq; veræ philosophię amore perciti, primũ iuxta salutare præceptũ egenis substantiam facultatésque suas distribuére: ac deinde pia quadã ambitione ducti, aliis quoq; inobedientibus adhuc fidei verbo gẽ-

simplici & rudi sermone atque stylo doctrinæ scriptis sanctis vsi sunt Apostoli.

* ἐκ δευτέρου τόπου ἄλλων πρώτου λόγος.

Dicendorum propositio.

In quibus orbis terrarum partibus ex Apostolis quisque Euangeliũ prædicauerit.

Quot annos hic complectatur.

** secundum recentiores Chronicos 404.*

successores Apostolorum * ξηλωταί.

De iis qui post Apostolos Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, & Hierosolymis præfuerint ecclesijs: aliisque item viris Apostolicis pollentibus donis. cap. 2.

QVi verò magnarum ecclesiarum præsides fuêre, ij sunt. Post Petrum Romæ primus episcopatum susçepit Linus: cuius Paulus in ea quam Roma ad Timoteũ scripsit epistola, mentionẽ facit. Hic quũ annis duodecim Episcopale administrasset ministerium, Vespasiano filióque eius Tito imperantibus, Anacleto id relinquẽs, vita excessit. Secundo porrò imperij Titi anno, Anacleto, qui totidem annis magnificè Ecclesiã ibi gubernauerat, successit sapiens ille Clemẽs, illustri genere clarus, & ad Cæsarum gentem ortum suũ referens de quo paulò post plura. Hunc cooperarium suũ fuisse, ad Philipenses scribens testatur Paulus: Cum Clemente, inquiens, & reliquis cooperatiis meis, quorum nomina in libro vitæ conscripta sunt. In Alexandrina autem ecclesia, post diuum Marcum euangelistam, Episcopatum primus obtinuit Anianus. Quarto autem imperij Domitiani anno, quũ viginti duos annos ecclesia presuisset, vita est defũctus. Post hunc Ablius sedẽ eam tredecim ritè gubernans ãnis obtinuisset, Cerdoni eã successori reliquit. Antiocheam autem, post Petrum & Lucam, primus Euodius gubernauit. Ab hoc secundus fuit Ignatius. is quum annos nouẽ Episcopatum decenter omnino ibi administrasset, Romæ tertio Traiani anno bestiarum dentibus est commolitus. Huius successoris, numero ab Apostolis tertij, nomen erat Heros. In Hierosolymitano ve-

Vetri successores in Ecclesia Romana.

successores Marci in Ecclesia Alexandrina.

Vetri & Lucę in Antiochena

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobi fratru Domini in Hierosolymitana.

rò episcopatu, quem frater Domini Iacob tri- E ginta annos tenuerat, post Hierosolymorũ euersionem. Simeon Cleopæ filius qui * patruelis Seruatoris fuisse dicitur, illi successit. Tertius ibi ex ordine Iustus, eorum qui ex Iudæis tum crediderant vnus, episcopus fuit. qui quidem Episcopi ad Traiani vsque tempora sunctionem suam perduxerunt, quum ac huc in viuis esse dilectus ille discipulus. Quo tempore & Polycarpus Smyrnæ in Asia floruit, ab eo ipso Ioanne episcopus creatus. Papias quoque tum Hierapolita, in sua ipse patria Episcopatus magistratu est sunctus: vir quum eloquentia clarus, tum sacrarum literarum quàm maximè peritus. Sed & Quadratus ea ætate prophetico dono, vnà cũ Philippi filiabus enituit: & alij præterea plures, Apostolica gratia illustres atque conspicui, Apostolorúmque successioné sortiti. Verùm de Clemente, Ignatio Polycarpo & Papia, quę par erit, deinceps in hoc ipso libro narrabimus. In præsentia enim ea tantũ, quæ ad primam Apostolorũ successionẽ pertinẽt, ostendere instituimus.

** Cleopam fratre fuisse x Sophr. in vitis virginũ in Ioseph. Vide quæ ecclesiastica est infrà cap. 9 Polycarpus Smyrnæ episcopus.*

Papias Hierapolitanus. Quadratus propheta.

Quæ causa Romanis fuerit, Iudæũ belli inferẽdi. Quanto tẽpore Iudæi post Christũ bello impetiti non sint. Et vt fideles homines per reuelationẽ admoniti Hierosolyma reliquerint, & vellã migrarint. Et quãto tẽpore alieni genæ ex Herode progeniti, apud Iudæos regnum obtinuerint. Cap. 3.

Cladis Iudæorum sub Nerone, impendẽtis eorum excidij quasi præmia

NVnc verò operæprecium est referre, quo modo Iudæorum aduersus Romanos motum sit bellum: quę causę simul & prodigia Hierosolymorum præcesserint euersionem: & quo modo tandem ea vrbs perpetratę in Christum impietatis, insanæque vecordiæ pœnas luens, sit euersa. Atque equidem quę sub imperio Neronis, & ante id Felice post Pilatum Iudææ prouinciã obtinente, Iudæis acciderint clades, quum Pontifices ciuilibus armis contra se inuicem & aduersus primores ciuitatis armarentur, & vnusquisque eorũ ad res nouas spectãs, ducẽ se ipsum constitueret, nemine id prorsus prohibente: quúmque summa esse & Antistitum impudentia, & rebellium sicariorum licentia: tum autem quum Pontifex Ionathas & multi insuper alij præclari viri clàm occiderentur, denique quum pseudo propheta Ægyptius quamplurimis seductis triginta millia hominum perderet, & reliqua in perturbato ciuitatis statu, nemine vel imperandi vel parendi officium præstante committerentur, in proximo expositumus libro Decimo sanè imperij Neronis anno *a* maximũ exortum esse bellum, magnámque vniuersę Iudæorum genti *b* accidisse calamitatẽ, Iosephus commemorat: & præter plurima alia detrimẽta, circiter decem millia eorum qui honores magistratúsque apud Iudæos gesserunt, flagris concisos Hierosolymis, & tandẽ in crucẽ actos à Floro: grauẽ præterea tumultũ contra Iudæos per omnem Syriam motum esse tradit, quum ex vniuersa gente plerique à ciuitatum incolis nõ aliter atque ab hostibus tam crudeliter cæderentur, vt pafsim in ciuitatibus loca omnia cõspicerentur iacentium insepultorum cadauerum plena, puerorum simul & senum, mulierum quoq; quarum ne pudendæ quidem partes contectæ fuissent. Et quanuis tota ea prouincia innumeris

a Lib. 20. cap. 11. de bel. Iudaic. lib. 2. cap. 13.

b Additio et interstitium belli ciuilium in singulis ciuitatibus loca omnia in Iudæa sanguine & cadaueribus implent. Ioseph. de bello Iud. lib. 4. cap. 9. Vgesip. lib. 4. cap. 6. Tacit. lib. 21. de auaritia & crudelitate Cestij Flori Iudææ procuratoris.

ἐμπίπλαντο δὲ τῶν ἐκάστῳ τετολμημένων τὴν ἐσχάτην ἀνθέλκυσιν ἀναξάπασιν. *d Vespesianus Iudææ ciuitates a Nerone emissa.*

*e Rebellio Iudæorũ aduersus Romanos, et deum ipsum. f Christianis iuuantibus admoniti vicinę sedis, ante eius excidium bellum euitarunt. * Regnum ab Antonio. Herodi datũ, victor Agrippa auxit: Gentem inuictam viros exercitum, libertatem quadripartitam rexere. sub Tiberio quies, c. cæsaris mors. Iudæorum ad remit. claudium defunctis regibus, aut ad medium vocatis, Iudæa præuncia procuratoribus omnibus libertis permissa. Durauit autem pater. Iudæis, vsque ad Cestiũ Florum procuratorem sub quo bellum orta. Tacit. lib. 21. g diuina vltio in Iudæos. h lõganimitas Dei frustra Iudæos ad pœnitentiam inuitauit. i Quã diu Iudæi vngebus Iudæa fuerit. k Regũ eorum catalogus. * Antipatri. * Vrsicus. De bel. Iudaico Hierosolymitanum excidium deinde quoque ciuitatis Iudææ apostasia, ac fermonum fati prædictiones Iosephi. Lact. lib. 4. cap. 21.*

nes Dei contemnebant. Sed quamnam tandem ea fuere signa? Stella equidem crinita gladio persimilis, anno toto supra vrbẽ lucere visa est. Die Azymorum quodam, aprilis mensis nono, hora quoq; noctis nona, lucis splendor aram & templum ipsum ita illustrauit, vt dies clara esse videretur: atque is splendor ad dimidiã duraurit horam. Porta vrbis ad Orientẽ spectans, ex solido ære facta, quę propter ponderis magnitudinẽ vix circa crepusculum à viginti clausa erat viris, ferreis fussuka vectib°, altissimisq; in solo firmata palis circiter horã noctis sextã sua sponte visa est aperiri. Ante solis quoque occasũ in nubibus sublimes currus & acies emicantes, vrbẽsque obsidentes apparuere. Die etiam quodã apud illos festo, Scenopegia vocant, quum sacerdotes noctu more suo ad sacrum ministerium suum obeundum irent, fragorem & motum quendam sensisse, ac deinceps vocem ingentã audisse traduntur, quæ migrandum inde esse denunciaret. Quarto ante bellum anno vir quidam nomine Iesus, agrestis admodũ, & infimæ sortis homine (cui Anani nomen erat) prognatus, quũ ingens pax & tranquillitas in vrbe esset, derepentè in templum ingressus: Vox, inquit, ab Oriente, vox ab Occidẽte, vox à quatuor vẽtis, vox super Hierosolyma & ipsum tẽplum, vox super sponsos, & sponsas, vox super populum omnem. Die autem noctúque hæc vociferãs circuibat. Quapropter nõnulli tam ingrato sermone eius commoti, comprehensum eum plagis mactarunt. Ille verò minimè mouebatur, neque quicquam de seipso verebatur, & verba ea tã sibi cõsuetа inclamare pergebat. Quinetiam ad Romanum prę fidem adductus, quum itidem ibi verberaretur, nõ aliud proloquutus est verbum, neque etiam lachrymas emisit: sed miserandum tantum in modum lamẽtans, ad plagam vnamquámque, Væ væ Hierosolymis, exclamauit. Bos quoque Azymorum die festo ad sacrificium in medium adducta templum, spectantibus omnibus agnum edidit. Idem ipse Iosephus aliud quiddam magis admirandum refert. Oraculum videlicet quoddam in sacris tẽpli monumentis inuẽtum esse, eo ipso tempore * ex popularibus eorum quẽdam vniuerso orbi imperaturum. Et Iosephus quidem responsum id ad Vespasianum imperatorem retulit, Sed ille Romanæ tantum vrbis, non vniuersi terrarum omnium orbis imperium obtinuit. Rectius itaque oraculum tale Seruatori & Domino nostro accõmodetur, ad quem & illud Psalmi responsum à Patre referbatur eorum. Atque his ita præmissis, ad historiam ipsam deueniamus.

*Euenerant prodigia, quæ neque hostys neq; vetus piare fas habet, gens superstitioni obnoxia, religionib. aduersa. Visa pereũdum cõcurrere acies, rutilantia arma & subita nubium igne collucere templum Expassæ repente delubri fores. Et audita, maior humana, vox: Excedere deos simul ingens motus excedentium, quæ pauci in metu seipso verebatur trahebant. Ta citvt suprà. * ἐξ ἐγχωρίου τινός.*

Oraculum in templo Hierosolymitano de Christi imperio repertum.

Percrebuerat Oriente tota vetus et constans opinio esse in fatis, vt eo tẽpore Iudæa profectis rerũ potirentur. id de imperatore Romano, quam tum euentu patuit, prædictum, Iudæi ad se trahẽtes, rebellarunt:

easque præposito, legatis inseper Syriæ cõsulare sup plicia sumẽte rapta aquilia fugauerunt. Suet in Vespas.

pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore vt valescret Orient. profectique Iudæa rerum potirentur. Quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant. Tacitus.

Vt post Neronem Galba & Otho & Vitellius, & deinde Vespasianus Romanis imperarit: & particularum commentatio calamitatum, quæ sub Vespasiano Hierosolymis acciderunt. Cap. 5.

Galbæ, Othonis & Vitellij imperium. Vespasiani imperium.

NEro quũ quartumdecimum annos imperasset, Galbę, Ottoni & Vitellio turpiter imperio relicto, vitam finiuit. atq; ij etiam vnius anni & mensiũ sex tempore, ceu si dispertiti essent & Vespasiano, qui tum contra Hierosolyma magna gloria victor bellum gerebat, imperium reliquere. Vbi à militaribus copijs imperator renũciatus, filio Tito bellum Iudaicum mandasset: ipse autẽ, quanta potuit celeritate, Romã cõtendit. Porrò quãta in omnes Iudęę patres mala perfluxerint, quibúsue cladibus vbiq; gens Iudęorũ sit cõflictata, quàm varia ærũmnarum specie, in primis verò fame & ferro, multa nullia omnis ætatis hominũ interierint, & quę seorsim oppida obsessa fuerint: postremóque quum vndequaque omnes ipsa Hierosolymã tanquam in propugnaculum inexpugnabile confugissent, ** quæ auditu quoque tolerabilia non sunt, pertulerint. Item, qui belli totius fuerit apparatus, aut quæ seorsim cuique tum dura atque acerba acciderint: deniq; vt desolationis abominatio, pro eo atque dudum à prophetis prædictum fuerat, in celeberrimo illo templo, quod quidem incendio fœdè vastatum est, steterit: ea omnia ex Iosephi historia peti possunt. Illud certè, quidem modis omnibus indicare conuenit, eundem ipsum historicum alicubi referre, ad ter centenas myriades hominum multitudinis ex vniuersa Iudæa, ipsis Paschę feriis Hierosolyma confluxisse atque eam ibi perinde atque in custodia & carcere circumclusam & obsessam esse *a*. Atquum enim erat, eis ipsis diebus, quibus tanto studio ad Christi Seruatoris beneficatorisque omnium eædem furibundè acti fuerãt, virúmque sanguinarium & homicidam summis illius beneficiis præposuerant, regnum quoque eius (Cæsari addicti) proterue reiecerant, propter eum quem in Seruatorem euomuerant rabidum furorẽ, diuinam experiri vindictam, extremúmque subire exitium, atque ita condignam factis suis reportare gratiam & compensationem. Atque equidem prętereundum etiam esse duxi, quas illi vel à ferro, vel ab aliis belli tormentis acceperint clades: & eas tantũ persequar calamitates, quas rerum omnium inopia & fame sunt perpessi. Sic enim abundè satis, qui historiam hanc aliquando legent, omnibus ostendam, non ita diu * patratæ † in Seruatorem vesanæ & proteruæ procacitatis, condignam cunctaram esse vindictam. Porrò calamitatem eam planè Tragicam, nobis in quinto libro Historiarum suarũ Iosephus clarè exponit, hisce propemodum verbis.

Obsessorum in dæorũ numerolymis numerus.

† ἀμφιτρια χοσίας μυριάδας.

hic est, trecies centena millia hominum.

a multitudinẽ obsessorum omissum. Tac. vt suprà.

* τῆς εἰς σωτῆρα καὶ θεὸν ὑβρεως.

* Eo quod exultauerint *super amãtissimum & probatissimũ Dei filium. Lactan.*

** *Hierosolymorum vrbem munitissimam fuisse, testatur Tacitus lib. 21. Sed vrbẽ arduam situ opera molesque firmauerant, & c. Alia intus mœnia regiæ circumiecta, conspicuóque fastigio turres, Antonia in hõnorem M. Antonij ab Herode appellata. Tẽplum in modum arcis, propriisque muri, labore & opere ante alios. Ipse porticus, quietis templis ambiebatur, egregiũ propugnaculum. Fons perennis aquæ, & c præsiderent conditores ex diuersitate morũ crebra bella: inde cuniculi, quibus aduersus longius obsidium. vt à Pompeio expugnatis metus atque vsus pleráque monstrauerat. Atque per auaritiã clandianorum temporum empto iure muniendi, struxere muros in pace tanquam ad bellum magna celuuie & cæterarum vrbium clade auctis. Hæc Tac. vt suprà.*

Ex quinta historia Iosephi de captiuitate Iudaica expositio, vt fames Iudæos afflixerit. cap. 6.

a Fames summa Hierosolymis in obsidione.

b Simon Ioannes, & Eleazarus, intestini bellitudines, templum arcem & ciuitatem sanguine & cæde ciuium replerunt. Ioseph. lib. 6. hell. iud. c. 5. Taci. lib. 21.

Pernicacissima quisque illuc perfugerat, eoque sedi tiosius agebat. Idem. Multi tempore captiuitatis Iudaicæ princeps extitere, qui Christos se esse dicerent, in tantū vt obsiderētibus Romanis Hierosolymatres intus fuerint factiones. Hieronymus.

OPulentioribus sanè quidem, quòd in vrbe manserant, exitio fuit. Non pauci enim sub prætextu initi de fuga consilij, propterea suas trucidabantur: & vnà cum fame seditiosorum crescebat vecordia. Et indies vtrisque adaugebātur calamitates. In publico equidē nullum erat frumentū. Quare impetu in domos facto, eas scrutati; farta inquirebāt. Quæ sinè inuenissent, possessores tanquam ea pernegassent, verberabant: seu non inuenissent, nihilominus tamen veluti ea maiore cura & diligentia occultassent, torquebant. Indicium autem vel habere, vel non habere eos fruméta, corpora ipsa miserorum faciebant: quæ quicunque adhuc robustiora haberent, abundare alimentis videbātur: qui autem iam contabuissent, præteribantur. Ac præter rationē esse prædones iudicabant, si eos ferro necarent, qui primo quóque tempore penuria essent interituri. Multi clàm possessiones suas modio vno, siquidē ditiores essent, tritici: sin indigentiones, hordei permutabant. Deinde in abditissima quáque ędium conclauia sese abdentes, quidam propter famē summam, frumētū ipsum inelaboratū edebant. Quidē verò, prout necessitas extrema timorq; cohortabātur, id in panis formam redigebant: neque vspiam mensa proponebatur, sed ex igne ipso extracta, adhuc incocta & cruda frumenta rapiebant. Miserandę profectò tales fuere epulæ, & dignum lachrymis prorsus spectaculum. Potētiores nanque abundabant, superioráq; omnia habebant: imbecilles autē & inopes lugebant, & lamētabātur. Fames porrò quū reliquas omnes antecellit ærumnas, tum pudorē etiam tollit. Nam quę in rebus aliis obtinet verecūdia, ea in famis & inediæ miseria proculcatur. Siquidem mulieres ex virorū, liberi ex patrum, & quod omniū luctuosissimū est, matres ex infantiū ore cibū rapiētes, extrahebāt.

πλεονεκτουντων.

Et quū dulcissima in manib. earū pignora marcescerent, extremas tamē illis vitæ sustinendæ reliquias auferebant. Ac ne sic quidē cibū furtim capientes latēre potuerūt. Passim enim ipsis raptisque eorum cibis, seditiosi prædones imminebant. Vbicunq; enim illi ædes clausas conspexissēt, sumpto inde indicio, cibū intus capi existimantes, statim foribus perfractis, cū impetu in eas insiliebant: & tantum non ex ipsis faucibus miserorum minutissima frusta excutientes, reddere cogebāt. Verberib. afficiebātur senes epulas suas propugnātes: capillis raptabātur mulieres, cibos quos habebāt occultātes. Nulla caniciei, nulla teneræ ætatis, erat commiseratio: sed puellos vnà cum ciborum frustis, quos in ore habebant, in sublime sublatos, solo allidebant. Si qui autem impressionem atque impetum eorū præuenissēt, & id quod illi rapturi fuerant deglutissent, tum illi tanquam iniuria affecti, ferociores crudeliorēsque fiebant, & grauissima ad cibū inquirendum tormentorū cruciatúmq; genera excogitabant *. Meatus nanque pudendorum calamitosis hominibus eruo immisso obturabant. Quibusdā in arcana sedium loca (id quod auditu horrendū est) perticas acutas per vim immitebāt vt vel panem vnum, vel occultatę farinæ pugillū

ὀροφοις ἐμφρασσοντες των αἰδοιων πόρος.

indicarent. Carnifices autē illi nō omnes egebāt: & iniuria violentúsque eorum, propter necessitatem, iuris equitatisque locū obtinuissent, sed vecordiam suā palàm præ se ferentes, alimentū tanquam viaticum sibi rapius in futurū tempus parabant. Ac si qui noctu ex vrbe clàm in Romanorū castra & munitiones, ad olera herbásq; agrestes colligendas prorepsissent, quum miseri illi se hostiū custodias fallendo euasisse crederēt, in latrones eos incidebāt, qui eis quod attulissēt diripiebant: & quū sæpe miserrimi illi mortales horrēdo Dei inuocato nomine, prędonibus ad pedes eorum prouoluti suplicarēt, vt minimam saltem partē pabuli, quod extremo adito periculo attulissent, eis redderēt, nihil prorsus recipiebant. Quin bene etiam secum agi putabant, si ad eum modū dispoliati, non contrucidarentur. His deinceps alia subiungit, dicēs: Iudæis porrò & exitus ad fugam omnis pręclusus, & spes salutis prorsus prędsa erat. Fames autē inualescens, passimq; per domos & familias populum depascens crescebat. Domus mulierum & infantū cadueribus plenę erāt. In angiportibus passim senes mortui iacebant. Pueri autem & adolescentes intumescentibus corporibus, tanquam idola & simulacra in foro circūcuntes, vbicunq; quę-que casus occupasset, cōcidebant. Sepelire verò genere sibi aut necessitudine alia cōiunctos, imbecilli non poterant: valentiores autē horrebāt, quū propter cadauerum multitudinē, tum quod ipsimet de vita sua incerti essent. Multi verò etiā eis quos sepelibant immoriebatur. Multi in loculos suos & sepulcra priùs descēdebant, quàm extrema adesset necessitas. Neq; planctus vllus, neque eiulatus eiusmodi cladibus erat: sed fames effectiones tales præpediēs † redarguebat, siccis oculis & ore hianti, *qui ægrè morieban-tur, alios se in morte præuenientes inspiciebant. In vrbe altū erat silentiū, & noctu plurima mortis imago: veruntamen tāris erumnis & cladibus prędones longè erāt grauiores. Sepulchra enim effodientes, cadauera spoliabant: & detractis illorum vestibus, cum risu etiā progrediebantur. Gladiorum acies in cadaueribus experiebantur: quosdam etiā qui humi strati iacebant, atq; etiā tum paululum spirabant, enses periclitaturi cōfodiebāt. Si qui verò supplices, illos, vt sibi præ famis intolerentia mortem inferrēt obsecrarēt, eos contumeliosè relictos præteribant. Et qui tā miserè expirabant, ad templum ipsum continuè cum dolore, viuos reliquentes seditiosos, respectabant. Ac primùm quidē publico sumptu cadauera, propter intolerandum fœtorem sepeliebātur: quum verò iam tumulandis eis libitinarij nō sufficerēt, è muro in fossas proiiciebāt. Quas Turius aliquādo circumiēs, quū corporibus repletas, & redūdantem ex diffluētibus illis mixtū tabo & sanie cruorem cerneret, supirauit: & manibus sublatis, Deum est testatus, non se tātæ cladis autorem esse. Sub hęc quædem alia in medio cōmemorans, illa deinde infert. Committere omnino nequeo, quod quin animus iubet proferā. Ita enim iudico: si Romani bello vindicare nefarios homines cunctati essent, vrbem ipsam aut hiatu terræ, aut inundatione interituram, aut certè Sodomæ fulmina experturā fuisse. Multò enim, quàm qui talia olim sunt perpessi, tulit gētem deteriorem, & impiam magis, propter cuius vecordiā populus simul vniuersus interiit. Rursus in sexto libro ad hunc modū scribit: Innumerabilis prorsus eorum multitudo fuit, qui fame in vrbe perierant, quibus incredibiles dictu acciderunt erumnę. In qualibet enim domo, vbi vmbra saltem aliqua ciborum appareret, bellum gerebatur: & qui arctissima inter se amoris necessitudine erant cōiuncti, manus cōferebant, sibi inuicem calamitosas miseræ vitæ reliquias eripientes. Cæterùm ne morientibus quidem, quòd nihil escarum haberent, fides habebatur. Nam prædones, animas quoque iam agentes excutiebant, ne quis eorum, cibi quicquam in sinu habens, mortem assimularet. Illi porrò † præ inopia insaniētes, ficuti rabidi hiātésque canes, in ædes insiliebant, & huc atque illuc currentes ferebantur. Et fores, ebriorū hominum more, identidem impellentes, * propter impotentiam animi, vna eademque hora bis, quandoque ter, in eadem irrumpebant ædes. Atque quum iam necessitas eos fruges omnes consumere coegisset, collectis etiam rebus eis quæ impurissimis quibusque animantibus ad cibum accommodæ non sunt, vesci sustinuerūt. Siquidem ad postremum ne à cingulis quidem & calciamentis abstinere, & pelles scutis detractas macerarunt & comederunt. Nonnullis etiam veteris fœni reiectamenta escæ fuere. Et fuere qui collectas quisquilias parui ponderis quatuor Atticis vendiderint.

τυπ' ἐνδειας λιμοττόμενοι.

*ὑπ' ἀμηχανιας.

Fames sæuissima impurissimis rebus Iudæi vesci cogit.

De muliere Iudæa, quæ suum sibi puerum deuorauit in obsidione Hierosolymitana. cap. 7.

Misseria horrēda de muliere Iudæa, quæ suum ipsa filiū in ea famis angustia assum comedens consumpsit.

SEd quid ego famis immanissimam impotentiam in rebus inanimis persequor: ac nō potiùs factum tale commemoro, quale neq; apud Græcos, neque apud Barbaros vnquam est animadversum, horrendum quidem dictu, horrendum verò & auditu? Atque equidem, ne prodigia quædam hominibus aliis recensere videret, libens profectò tam calamitosum facinus prætermissem, nisi innumeros eius apud populares quoque meos haberem testes. Et tenuem sanè frigidámque à patria mea inirem gratiā, si verbis non prosequerer, quod illa reipsa perpessa est, malum. Mulier quædam erat, quæ trans Iordanē habitauerat, Maria nomine, Eleazaro patre nata, in vico cui nomen Bathechzor (significat id hysopi domum) & genere & opibus clara. Hæc, quum Hierosolyma cum reliqua multitudine cōfugissēt, ibidē est obsessa. Facultates eius alias tyranni rapuerant, quas * vasis collectis patria excedēs, secum in vrbem tulerat. Si quid autem ex rebus repositis preciosioribus ei fuerat reliqui, & si quam præterea habuerat annonam, id omne sanguinarij illi sarellites, qui quotidie in domicilium eius impetum faciebant, abstulerāt. Itaque grauis indignatio mulierculæ incessit: & quum persæpe raptores conuiciis prosciderit, dirissque deuouisset, postremò in seipsam acerbiùs est commota. Quúmque non esset qui eam vel per iracundiam, vel per commiserationē interimeret, difficultiórque ei aliquid frumēti aliis conquirendi labor fieret, (ægrè enim id iam ex omni parte inueniebatur) & fames per viscera & medullas omnes magis grassaretur, famóque ipsa grauius etiam ira excandesceret animi indignatione vnà cum vrgēte necessitate in consiliū assumpta, † contra ipsam naturam infesta fertur. Nam filio, qui adhuc lactens erat, arrepto, O te infantē, inquit, bello, fame & seditione intestina miserum, ad quam te spem reseruabo? Siquidem apud Romanos, si sub eis sit viuendum, seruitus te manet: seruitutem autem ipsam præuenit fames. Quibus calamitatibus duriores etiam sunt seditiosi isti prędones. Itaque age, mihi matri tuę esca, prędonibus vindex Erinnys, & * vitę mortalium fabularum sermonúmque materia esto: quæ vna adhuc Iudæis restat calamitas. Vix hæc fuerat eloquuta, & filium necat, ciúsque ad ignē assi partem dimidiam edidit: partem alteram occultaram seruat. Nulla inter cedit mora, & latrones illi adsunt, & nidorem infandum sentunt. Quapropter ei, nisi quamprimū quod parasset cibi proferret, eędem minantur. Illa autē partem se eis bonam reseruasse dicit: & reliquias simul filij affert. Illi porrò * horrore consilium & mētis consternatione occupati, ad conspectum talem obstupescunt. Arq; illa: Meus hic est, inquit natiuus germanúsque filius: meum hoc opus: manducate. nam & ipsa iam manducaui: neque vel molliores fœmina, vel * misericordes magis matre ipsa sitis. Quod si vobis pietas obstat, meámque propter ea auersamini victimam, maneant apud me cibi eius, quo iam passa sum, reliquiæ. Sic illi trementes abeunt, ad hoc vnū facinus timidi: & ægrè de epulis eiusmodi matri ipsi cedunt. Repleta illico tota eo præculo vrbs: & ob oculos quisque eo scelere sibi posito, tanquam à seipso patratum esset, exhorrescebat. Proinde ad mortē eò procliuiùs, qui fame præmebantur, properabant: beatósque eos vocabant, qui priùs decessissent, quam tantum audiissent & vidissent malum. Deinde Iosephus numerum multitudinis eius quæ vel fame vel ferro occubuit, colligens, a centum myriadas hominum interiisse: factiosos autem & prædones, qui ex clade fuerunt reliqui, à seipsis inter se post vrbem euersam interemptos: quicunque autem ex iuuentute proceritate & forma corporis præstitissent, ad triumphum reseruatos: reliquam turbam eorum qui decimumseptimum excessissent annum vinctam ad Ægypti opera missam: plurimos quoque in prouincias, vt in theatris & spectaculis vel ferro necarentur, vel bestiis obiicerentur, distributos: qui verò intra decimū septimum annum fuissent, captos, & sub corona vēditos esse. Istorúmque tantum numerum, præter eos quos diximus, * ad nouem myriadas peruenisse dicit. Atque hæc ita acta sunt, secundo imperatoris Vespasiani anno.

τὴν τῆς φύσεως ἐπιβαίνουσα.

De pertinacia obsessorū Hierosolymis Iudæorum Taci tus: Arma, inquit, cunctis qui ferre possent, & plus quam pro numero audebāt. Obstinatio viris fœminisq; par. Ac si transferre sedes cogerentur, maior vitæ metus quàm mortis.

*τῶ βίῳ μυθος.

De verbis Christi, quibus Hierosolymis exitium prædixit: & de historia Iosephi. Cap. 8.

HÆc iniuriarum atque contumeliarum Seruatori illatarum præmia fuere, & autoramenta. Quod si quis historici eius narrationi, oracula Seruatoris nostri Iesu Christi adiecerit, admiranda ei res videbitur. Veram enim clarámque fuisse prædictionem, diuinámque præcognitionem, eorum quæ virtute diuina prænūciata fuerant, reperiet. Quæ enim futura erant, ea tanquam præsentia præuidit atque prædixit.

φευγων ἐκ σαγηνης ἰχθυς.

*συμπαθεστερος.

a Euseb. lib. 3. cap. 8. μυριάδας ἑξήκοντα ἑπτὰ καὶ δέκα. hoc est, vndecies centena millia. alij tantū centum myriades, hoc est, decies centena millia habent vt Ioseph. ipse lib. 7. cap. 26. & hic Nicephorus, qui Iosephū ex primario exemplari allegat.

Hoc est, ad nonaginta millia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquidem illachrymans aliquando, sicuti sacro- E rũ Euangeliorum scripta testantur, ad Hierosolyma conuersus, hæc dixit: Si cognouisses & tu, in die hac, ea quæ ad pacem tuam sunt: nunc autem abscõdita sunt ab oculis tuis. Quoniam venient dies in te, & circunducent tibi inimici tui, vallum, & circundabunt te, & compriment te vndiquaque, & solo æquabunt te, & liberos tuos. Et alibi rursus, de populo: Erit enim, inquit, necessitas ingens in terra, & ira aduersus populum hunc: & cadẽt in ore gladij, & captiui ducentur ad gentes omnes, & Hierusalem conculcabitur à gentibus, donec impleantur tempora gentium. Et rursum: Quum videritis circumdatam ab exercitu Hierusalem, tum scitote quòd appropinquauerit vastities & desolatio eius. Et iterum: Væ autem gestantibus vterum, & lactãtibus, in diebus illis. Orate verò, ne fuga p vestra incidat in hyemem, neque in Sabbatum. Erit enim tum afflictio magna, qualis antea à mundo condito hucusque non fuit, neque postea futura est. Verùm enimuerò, quamuis hæc Seruator noster ita prædixerit, plurifariámque medio tempore amoris erga genus humanum sui bonitatem exhibuerit, & non breue pœnitẽtiæ tempus concesserit, vt meliora consilia & rationem rectiorem sequuti, per-resipiscentiam vindictam procacis, qua illum affecere, contumeliæ effugerent: atque insuper Apostolicam viuẽdi rationem & doctrinam magnificam cum admirandorum prodigiorum signis dederit, eámque bonitatem ad quadraginta extenderit annos: internecionẽ denique eam populo antè, eis quæ diximus ostentis, portenderit: illi tamẽ longè etiam peiores facti, non tantum Seruatorem cognoscere per contemptum noluerunt, G verumetiam de prima lege ipsa minùs rectè senserunt, nihil prorsus ex iniquitate & peccato omni relinquentes, quin id nudo (quod dicitur) capite patrarent. Quapropter longanimite Dei repudiata, † internecione omnes in profundũ malitiæ & perditionis demissi sunt barathrum. Hæc omnia qui volet, facilè cognoscere poterit, si diligenter animum ad res quasque à Iosepho historico cum multa gratia & venustate scriptas attenderit. Ego verò in primis, omnia rectè disponentis atque administrantis * Dei magnitudinem admiror, qui hominem ex infidelibus Iudæum ita excitauerit, eidémque disertam suauémque linguam concesserit, vt ille, ita vt oportuit, Iudaicam historiam quàm rectissimè memoriæ mandaret: videlicet, vt ne quis contra te- H stimonium eius venire posset: & præterea, quod quidem est maximum, vt ex hostibus etiam extaret aliquis, qui consona Christi prædictionibus attestaretur. Quis autem Iosephus iste fuerit, quos libros scripserit, quo genere, quáve institutione fuerit, in proximo satis exposuimus libro. Et Iudæorum quidem res hunc habnere exitum. Nobis autem, vt ad reliquas quæ supersunt propositæ historiæ res reuertamur, tempus esse videtur.

Longanimitas Dei Iudæos plurimis annis varie ad resipiscentiam alliciens, nihil apud eos egit.

Iudæorum internecio, & panolethria. Παγώλεθρος τῶν ἀφανῶν τῆς καρδίας βυθῷ παρεπέμφθησαν.

** Deus ipse in Iosephum historicum, Iudæũ infidelem, tanquam locupletẽ classicũque testẽm ad veritatem Euangelicam cõfirmandam produxit.*

a Capta exustaque est Hierosolymorũ urbs, anno Domini 73. Septẽbris mensis die 8. Ioseph. li. 7. cap. 26.

Vt post hierosolyma capta, simeon cleopæ filius Episcopus ibi creatus sit. De domitiani crudelitate: & de cognatis Seruatoris nostri secundum carnem. cap 9.

IAcobus frater Domini, ita vt antea est dictũ, martyrio pro ipso est functus *a*. Quum verò Hierosolyma sunt euersa, à mundo condito quinquies millesimus quingẽtesimus septuagesimus nonus, ab abscensione Domini autem quadragesimus agebatur annus. Tum discipuli & Apostoli, qui adhuc in vita erant, idẽ sequuti consilium, ex locis omnibus vnà cum iis qui genere iuxta carnem, Christi propinqui essent (multi autem adhuc supererant) conuenerunt, & quémnam Iacobo successorem apertè surrogarent, cum cura deliberarunt. Atque equidem omnes in *b* Simeonem filium Cleopę, cuius etiã sacrum meminit Euangelium, oculos coniciũt, eique episcopalem sedem commiserunt, quẽ Simeonem Ægesippus *c* patruelem Iesu fuisse memorat *d*: Cleopas enim sponsi Iosephi frater fuit. Enimuero *e* Vespasianus Hierosolymis captis, ne quis ex tribu regia clàm profugeret, quicunque à Dauide genus deducerent, diligenter inquiri iussit. Vnde rursum non exigua persequutio aduersus Iudæos est coorta. Et ea calamitas longiùs processit. Nam & *f* Domitianus Vespasiani filius, qui post Titum Romanis imperauit, multos ex illustribus summóque loco natis Romanis cinibus, præter rationem omnẽ occidere, & bonis omnibus mulctare, & exilio damnare est aggressus. Atque is post Neronem secũdus Deo bellum mouit, persequutionémq; grauem aduersus Christi fideles, quum quidem Vespasianus pater eius nihil acerbiùs in nos statuisset, excitauit. Quo tempore & *h* apostolus Ioannes adhuc in terris versans, propter pietatẽ cultúmque Christi, ab eo in insulam Patmum circunscriptus esse memoratur, vbi ille sacram illam Euangelij sui detonuit vocem, & simul ipsam scripsit Apocalypsim. De qua Apocalypsi Irenæus Lugdunensis episcopus in quinto aduersus hæreses libro, eo loco vbi de calculo nominis Antichristi, qui ibi fertur, tractat, hęc scribit: Si temporibus iis palàm nomen illius promulgari deberet, per hunc profectò qui Apocalypsim ipsam & reuelationẽ vidit, dictum esset. Nõ enim ante multa tempora, sed nostra propè ætate, circiter Domitiani imperij finem, reuelata est. Non modò autem professionis fideique nostræ homines, sed multò etiam magis, qui alieno à nobis sunt animo, acerrimam illam sub Domitiano persequutionẽ, & eos qui tum maximè floruerũt homines, testificationémque & martyrium eorum conscripserunt, satisque certò & mitianus tempus ipsum indicarũt. Nam post plures alios, * quintodecimo imperatoris eius anno *k*, Flauiã Deũ appellatam Domicillam, † Flauij Clementis Romanorum consulum vnius ex sore neptim propter eius de Christo testificationem, in insulam quãdam Pontiam relegatam esse commemorarunt.

a Post cæli Danidis & interficiantur à Domitiano inquirentur.

b Domitianus agnatos Seruatoris reperios, propter metam contemptæ & absolut. inter Iudæos quoque acerbitate tormentorum & crudelissimæ quæstionis ex quo genus Dauid, atque interfici præceptum est quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid, dum prophetis sanctis & inuidetur & creditur, qui regnum possit adipisci. Eutrop.

c Vespasianus.

d Hic supra lib. 1. cap. 35. Et alius hic Simeõ fuit ab eo qui supra est natus Iesu filius Iacobi & Mariæ fratris.

*e Vespasianus ad eadem postea requisitus persequutus Christianos sub Domitiano primus Domitianus mitianus minum se * quintodecimo imperatoris eius anno Deũ appellari iussit: Domitianus et erat nepos eius fieri iubet Tranquil.*

† Flauij Clemẽtis qui patruelis Domitiani fuit, Tranquillus in Domitiano meminit: sicuti & persequutionis Christianorum, sub Iudaici fisci nomine: præter cæteros, inquit, Iudaicus fiscus acerbissimè actus est, ad quem deferbantur, qui veluti professi Iudaicã intra vrbem viuerent vitam: vel dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent, &c.

f Flauia Domicilia propter Christũ in insulã sub Domitiano deportata. li. 9. in fin.

* Qui & vltimus fuit Ex Egesippo, quòd ad id vsque tempus, qui familiæ & generis Dauid fuere, inquisiti sint, & accus. Cap. 10.

VT autem eos quoque *a* qui ex Dauidis ge- A nere ortum habebant, interficere decreuit: traditum memoriæ est, ex hæreticis quosdã nepotes Iudæ, eo nomine quòd genus ex Dauide ducerent, in ius traxisse. Fuerat autem Iudas frater Domini, secundum carnem: Iosephi quippe filius. Qua de re Egesippus ita scribit: Supererãt adhuc generis & familiæ Domini † nepotes ex filio Iudæ, qui frater Domini iuxta carnẽ dictus est. Eos, quòd gentis Danidis esse delati fuissent, Euocatus ad Domitianum adduxit. Metuebat enim, ita vt antehac Herodes, aduẽtum Christi. Itaque eos ille, eiséptne familiæ Dauidis, *b* rogat. Quod quum essent professi, rursus ab eis, quæ eorum essent opes & diuitiæ, quærit. Atque ei illi respondẽt, non amplius eis esse quàm nouem millium denariorum patrimonium commune, quod diuisum ex parte dimidia ad quemque eorum pertineret: neque id in pecunia numerata, sed in æstimatione & precio vnde quadraginta agri iugerũ consistere. Vnde quum tributum penderent, tum ipsi † manibus suis opus facientes, sumptus tolerarẽt. Deinde manus suas ostendunt, vt corporis duritia & callis cõtinuò labore ductis, operas * suas comprobarent. De regno autem Christi, quale id esset, vbi & quando id habituram esset initium, interrogati: Non mundanum id, neque terrenum, sed cœleste & angelicum fore testantur, in seculi consummatione: quum adueniens ille cum gloria viuos & mortuos iudicaturus, & cuique iuxta studia & facta sua præmium redditurus esset. Sed enim re ita comperta, Domitianus ipse illos non condẽnat: sed tenuitate illorum contempta, simul & liberos eos dimittit, & edicto proposito persequutionem ecclesiarum inhibet. Ita illi absoluti, C ecclesiis, vt testes simul & agnati Domini, præfuerunt: & pace reddita, vsque ad Traiani tẽpora peruenerũt. Hæc Egesippus. Sed & Tertullianus Domitiani mentionem facit: Tentauerat, inquiens, & Domitianus, portio Neronis de crudelitate, eadem quæ ille facere. Sed, vt opinor, aliquid habens rationis & prudentiæ, maturè destitit, reuocatis etiam iis quos in exiliũ egerat.

b Domitianus agnatos Seruatoris reperios, propter metam contemptæ & absolut. inter Iudæos quoque acerbitate tormentorum & crudelissimæ quæstionis ex quo genus Dauid, atque interfici præceptum est quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid, dum prophetis sanctis & inuidetur & creditur, qui regnum possit adipisci. Eutrop.

c Vespasianus.

Ταῦτ' ἐβούλετο δυτυχῆσαι.

Obitus Vespasiani, Titi, Domitiani, & Nerua: & de imperatore Traiano. cap. 11.

IMperante autem Vespasiano, *a* ingentem pestilentiam Romæ grassatam esse dicunt, ita vt diebus plurimis quotidie supra decem hominum millia extinguerentur. Quo tempore fama etiam fert, Rhodios colossum æreum centum & viginti septem pedum Ioui in vrbe sua dedicasse. Romæ capitolium, quod conflagrauerat, D Vespasianus restituit: qui imperio annis decem administrato, moriens filio Titi id reliquit. Sub hoc *b* mons Vesuuius ruptus, tantum euomuit incendij, vt regionem proximam ciuitatésque vicinas prorsus sustulerit. Maximopere is cõtendebat Romam breui tempore beatã reddere, & felicem. Studium enim sapientiæ, liberaliúmq; artium disciplinam plurimum amauit. Iosephũ, vt virum egregium & præclarum, in summũ habuit honorem. Cuius etiam liberos † manibus suis descriptos *c*, in Romanam bibliothecã reposuit. Sed enim quum annos duos imperiũ teneuisset, & æstiuo tempore interdiu iter faciens, plurimum è naribus sanguinem emisisset, atque inde animo defectus tuisset, Domitianus frater eius imperandi cupiditate victus, *d* veneno eum sustulit, atque adhuc spirantem in loculos funeri paratos imposuit. Hic porrò impiè, &, vt paucis dicam, *e* improbè prorsus imperii administrans, & septimum secundum à Nerone veræ pietatis studiosorum hominum persequutorem constituens, non paucos necauit: vt paulo antè diximus. Sub huius enim imperio *f* & Timotheus, & Onesimus, & Dionysius Areopagita, cursum suum pro Christo in martyrij stadio absoluerunt *g*. Eius ætate * Apollonius quoque Tyaneus vixit, quem historiæ produnt Roma Byzantium venisse, atque ibi dæmoniacis quibusdam prestigiis atque incantationibus magnã vim serpentum & scorpionum fugasse, & præterea ferocissimos quosq; equos frenasse, aliáq; multa prodigiosa fecisse. Hunc, quòd Neruæ charus esset, Domitianus, quum prius totondisset, mox coniecit in custodiã. Sed quum Domitian⁹ per quindecim annos imperiũ gessisset, rit. à cõiuratis occisus *h*, Neruæ id inuitus reliquit. Itaque Senatus actis eius abolitis, exules reuocauit, eisque bona sua restituit. *i* Tum quoque *k* Ioannem Apostolum ex Patmo, quò relegatus fuerat, Ephesum reduisse, atque ibi ecclesias rexisse ferunt. Sed enim & Nerua quum anno vno & paulo diutius imperasset, defunctus *k* Traianum habuit successorem: sub quo adhuc discipulus ille, qui supra pectus Domini recubuit, in *g* Asia vixit. Testantur hoc Irenæus Lugdunensis Episcopus, & Alexandrinus Clemens cõtextor, qui ambo fidei verbum admodum promulgarunt. Horum alter in secundo aduersus hæreses libro, hæc verba facit: Et omnes presbyteri, quę cum Ioanne discipulo Domini in Asia fermones contulerunt, testes sunt, hæc à Ioanne tradita esse. Mansit enim cum eis vsque ad Traiani tempora, & verus est certúsque testis earũ quæ ab Apostolis tradita sunt rerum. Clemens verò, in capite eo cuius titulus est, Qui diues saluus fiat, tempore hoc differtè indicato, & historia, quam antea narrauimus de prædone per resipiscentiam seruato, expositа, hæc quoque infert ita scribẽs: Audi fabulam, non fabulam, sed orationem veram de Ioanne Apostolo nobis proditam, & memoria conseruatam. Posteaquam enim tyranno (Domitianum autem prorsus dicit) defuncto, ex insula Patmo Ephesum rediit: & quæ sequuntur.

velocissimè nouis excipere solitum cum amanuensibus suis per iocum ludumque certantem, imitandi chirographa quæcunque vidisset: ac profiteri sæpe, se maximum falsarium esse potuisse. Non mirum itaque fuerit si libros ipse septẽ de bello Iudaico manu sua descripserit.

a Pestilentia sanissima sub Vespasiano.

b Mons Vesuuius in Campania conflagratio, sub Tito.

Τὰ ἱερὰ γράμματα τοῦτο Τραϊανὸς ἐκόμισε, Tranquillus scribit, Titum

c Crudele de Ioannem Apostolum mittendi imperium.

d Titi Vespasiani mors.

e Nerua imperium Traiani.

f Cades christianorum.

g Apollonius Tyaneus impostor.

h Nerua imperium.

i Ioannes Apostolus ab exilio reuocatus.

k imperium Traiani.

* Hunc cùm Domitianus punire vellet, repentè is in iudicio disparuit. Lactan. libro quinto cap. 3.

** Nerua omnes qui impietatis in Deos rei fuerant, Christianos scilicet, absolui voluit. Et edicto venit, ne serui deinde dominos criminarentur, nè ve liceret aut impietatis (christianissimi) aut Iudaicæ sectæ quempiam dehinc insimulari. Dionysius.

Nerua pueros & puellas egenis parentibus natos, sumptu publico per Italiam ali iussit: Eutrop.

De Menandro, secundo à Simone Mago hæresiarcha. Caput 12.

SVb eodem imperio, post Simonem illũ Magum, insignem diabolicæ operationis & effi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Menander Simonis Magi, hæresiarcha, eius discipulus, & successor.

cacię ærumnam exhibuit Menãder, discipulus eius, Samaritanus itidem vt ille, impostoris certè & carminum præstigijs longè magistrum post se relinquens. Sibi ipsi enim Seruatoris nostri vẽdicabat honorem, seque è cœlo salutis hominũ ergo demissum esse nugabatur. Illud enim docens: neminem vnquam aliter ex certamine cum mundi architectis angelis cõgressum, victorem abiturum, quàm si disciplinam magicarũ præstigiarum suam omnem probè teneret, & quem ipse tradidisset baptismum subiret. Quo baptismo si quem dignatus esset, eum expertem senectutis, sempiternam & immortalem vitam victurum esse dicebat. Meminit huius, quẽ modò nominauimus Irenæus, & item ex philosophis martyr & testis optimus Iustinus, Simonis illius atque Menandri huius mentionem faciens, atq; ita dicens: Menander quidam, & ipse Samaritanus, in vico Caparatensi ortus, Simonis discipulus, non minùs quàm ille dęmoniorum furore afflatus, permultos Antiochiæ viuens magica arta seduxit, qui etiam sectatoribus suis nunquã eos morituros esse persuasit. Extãt etiamnum illius discipuli nonnulli, qui hoc idem profitẽtur. Verùm enimuerò diabolicæ planè hoc erat solertiæ per tales Magos, qui Christianorum sibi, prætextus gratia, nomen sumpsissent, ingenti diuinæ pietatis mysterio magicarum præstigiarũ inurere calumniam, atque Ecclesiastica de animarum immortalitate & mortuorum resurrectione dogmata traducere atque euertere.

Baptismus Menandri.

Diabolus per Simonis et Menandri hæresim vehementissimè christianismũ oppugnauit.

De hæresi Ebionitarum. Caput 13.

Ebionis hæresis.

ATque illi quidem ita homines seducebant. Alij porrò, quum homines à professione & fide in Christum filium Dei omnino abstrahere non possent, tenuiorem de eo opinionem induxerunt. Hebionæos hos, maiores nominarunt: dignos prorsus qui appellationem eam obtinerent, directè & citò mentis eorum inopiam & mendicitatem declarantem. ita enim apud Hebræos mendicus vocatur. Siquidem purũ amãtem hominem Christum esse docuerunt, morũ proficiente accessione iustificatum: qui ex Maria genitus primùm extiterit, & ex cõgressu Iosephi initium sumpserit: & præterea, quòd non facilè quisquam per solam fidem in Christum saluus fieret, nisi etiam legis cæremonias seruaret, & eã viuẽdi rationem sequeretur. Hæresi hac & secta in duas partes dissecta, alteri quidem, quę modò diximus, senserunt: alteri autem admiserunt quidẽ illi, ex Spiritu sancto & Maria virgine Christum natum esse: eundem autem quòd antea ab æterno fuerit, Verbum & sapientiam principio carentis & æterni Dei esse pernegarunt. Proindéque & ij in eadem cum alteris illis versati sunt impietate. Itidem enim vt illi, legis cultũ & obseruationem plurimum complectebantur. Illicet & Apostoli epistolas omnes, apostatam & desertorem Paulum appellantes, reiiciebãt: & soli quod secundum Hebræos erat, Euangelio adhærere perseuerabant. Et quum Sabbatũ aliámque eorum obseruationem omnem ex æquo cũ illis seruarent, nihilominus & nobiscum Dominicos dies ad Christi resurrectionis memoriam colebant.

per solam fidẽ hoc est, sine cæremonijs legis iustificatio est, per cõtrariam rationem.

Duplex Ebionitarũ secta.

De Cerintho hæresiarcha. Caput 14.

EAdem ætate & Corinthum quendam alterius hæresis ducem fuisse, scripror ecclesiasticus Caius commemorat, ita dicẽs: Sed & Cerinthus per reuelationes velut à magno Apostolo scriptas, verborum portẽta nobis tanquã per angelos et tradita mentitus inducit, post resurrectionem astruens terrenum futurũ Christi regnum: & carnem tum primas obtinentem, denuò cupiditatibus in Hierusalem inseruituram. Atque quum sacratum Dei scripturarum sit hostis, seducere homines volens, mille tamen annorum nuptiarum celebritatibus destinatum refert. Eius etiam Dionysius Alexandrinus in II. Promissionum de Ioãnis Apocalypsi libro meminit: Cerinthum, dicẽs, qui & à se nominatam Cerinthianam hæresim instituit, condignũ idoneúmque figmento suo nomen sibi vulgo arrogare voluisse. Disciplinæ quippe eius illam fuisse doctrinam: Terrenum Dei regnum fore: & quarum rerum ipse, qui corporis sui amans & admodum carnalis esset, cupiditate teneretur, ventris videlicet, & earum quæ sub ventre sunt partium voluptatis & exuberantiæ, in eis tanquam in somnis vitam peractum iri: hoc est, in epulis, compotationibus, cõuiuijs, & quibus hæc plausibiliora gratioſioráque fore largiúsque prouẽtura putauit, diebus festis, sacrificiis, & victimarum mactationibus. Hæc Dionysius. Irenæus autem, quum alia etiam plura vertiginis plena deliramenta eius in primo contra hæreses libro proposuit, tum in tertio eiusdem operis de eo memoria dignam historiam recensét, quam per traditionem Polycarpi Smyrnæi episcopi se accepisse dicit. Quum nanque aliquãdo Ioannem Apostolum balneo vti oporteret, atque is futurum cognosceret eò quoq; Cerinthum ingressurum, quanta potuit celeritate inde refugit, ne sub eodem quidem tecto vnà cum illo manere iustum esse opinatus. quod etiam iis qui cum eo erant persuasit: Fugiamus, inquiens, ne balneum concidat, in quo veritatis inimicus Cerinthus lauat.

Hæresis Cerinthi.

Regnum Christi in terris, mille annorũ post resurrectionem. chiliasmorum siue Millenariorum origo.

Ioannes Apostolus præsentiam & cum Cerintho certamen fugit.

De hæresi Nicolaitarum, vt ea à Nicolao vno ex septem Diaconis orta extiterit. Cap. 15.

PRæter has, quartã quoque à Simone breui tempore, quæ Nicolaitarum dicitur hęresis, viguit: cuius & Ioannes in Apocalypsi meminit. Autor eius fuit Nicolaus, eorum vnus qui vnà cum Stephano ad pauperum curam & ministẽrium in Actis Apostolicis sunt delecti. Is, vt Alexandrinus Clemens in 3. Contextio. lib. ait, quum formosam haberet vxorem, eique post Seruatoris assumptionem, ab Apostolis zelotypiæ crimen obiectum esset, in medium produ-ctam, quicunque vellet, ducere eam iussit: eique facto cõgruens quoque adiecit dictum, * Abutendum esse carne, inquiens. Quo quidem ille verbo, vt ego puto, non aliud, quam carne ad illegitimas voluptates non vtendum, neque appetitui libidinum eius indulgendum esse insinuauit. Qui autem hæresim eius complexi sunt, factum simul dictúmque eius † sine iudicio sequuti, impudenter fornicatione vtuntur. Sed enim Nicolaus, cum nulla alia muliere quam coniuge sua consuerit: & ex liberis quos genuit, fœminæ quidem in virginitate consenuerunt,

Nicolaitarum hæresis.

* ὅτι πατὰ σάρκα χρὴ χρᾶσθαι τῇ σαρκὶ

† χωρὶς ἔλεγχου

filium

* ἀποβολὴν τάξεως.

filium autem in * incorrupto cœlibatu quoque permãsisse scimus. Quæ quum citra controuersiam ita se habeant, satis apparet, quod ille vxorem, propter quam zelotypus visus esset, in medium Apostolorum produxit, id velut * repudiationem affectionis carnalis fuisse: cúmque * per abusum carnis, continentiam, & accuratam voluptatũ compressionẽ docuisse. Quippe qui iuxta Seruatoris præceptum, duobus heris, voluptati scilicet & Domino, inseruire noluerit. Ferunt autem & Matthiam docentem ita tradidisse: Expugnandam quidem esse carnem, aliterque ea quam ipsa fert vtẽdum, neque ei quicquam ad voluptatem indulgẽdum: animam autem per fidem & cognitionem veram alendam atque augendam. Hæc de illis, qui à principio veram & sinceram fidei doctrinam adulterare quum conati essent, statim tamen diffluxerunt, compendiosè diximus: suo loco etiam de reliquis dicturi.

* τῷ παραβιάσθαι etc.

Matthiæ apostoli præceptũ optimum.

** *De carnis huiusmodi abusu illustris est etiam sententia apud Cicer. lib. 1. de Leg. Quum animus cognitis percepisque virtutibus à corporis elicuisse lasciuientiáque discesserit, voluptatémque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnémque mortis dolorisque timorem effugerit, sociataque cum eo carnis erecerit, cum omnibus se natura cœlestium duxerit, cultúmque Dei & puræ religionem susceperit, & exacuerit illam vt oculorum sic ingeny aciem ad bona deligenda, & reiicienda contraria, quæ virtus ex prouidendo est appellata prudentia, quid eo dici aut cogitari poterit beatius?*

Vt Simeon Cleopæ martyrium subierit: & vnde hæreses à principio in Eccl. fuam Christi manauerint. cap. 16.

Persecutio christianorũ sub Traiano.

NEro quidẽ primus persequi Christum est exorsus, Domitianus secũdus, terrius Traianus: sub quo & priuatim & publicè per vrbes vniuersis insurgentibus populis, antiquitùs traditum est, ingentem contra nos concitatã fuisse persequutionẽ. Quo tempore Simeonẽ quoq;, patruo Iesu Cleopa, & Maria coniuge eius, quã & sororem (quippe velut * consponsam, atque adeò filiam) Dei genitricis fuisse dicunt, non ex Anna & Ioachimo, sed ex Salome & Iosepho editam, vt dictum est, progenitum martyrij cursum absoluisse constat: cui etiam post Iacobum Hierosolymitanæ ecclesiæ sedes commissa fuerat. Simeon ille à quibusdã hæreticis, velut vnus posterorum Dauidis (nam ad id vsque tempus inquirebantur) & regalis tribus Iudæ, ipsiúsque cum primo diluculo consurgentes, Christũ tanquam Deum laudibus celebrẽt, à sceleratis omnibus flagitiis alienissimi. Quibus verbis Traianus flexus, ei rescripsit: Christianorum quidem gentem non inquirẽdam esse, oblatos verò puniri debere. Proinde vis & persequutio ea aliquatenus quidem cohibita est: non tamen res Christianorum, ab insidijs eorum qui illos affligere constituissent, tutæ prorsus fuere. Alicubi enim populus ipse, alicubi verò & præsides locorum contra nos insurgebãt. Et quanuis * publicè in vniuersum persequutio mãdata & promulgata non esset, seorsim tamẽ per prouincias ea exercebatur, vt sic quoque quamplurimi fierent martyres. Hæc Tertullianus in defensione sua, quam Romana conscripsit lingua, commemorat hisce propè verbis: Atqui inuenimus, in-

* συμμφον.

Martyrium Simeonis episcopi Hierosolymitani.

Simeon iste annos 120. vixit.

De persequutione sub Traiano, & quale edictum is contra Christianos promulgauerit. cap. 17.

PErsequutio igitur tum ad summum peruenerat: adeò vt etiam Plinius Secundus, inter prouinciæ rectores præcipuus, quod tantã martyrum esse videret multitudinem, ad impetratorem scribendum, & turbam tantam eorum qui pro fide cæsi essent, ei significãdam duxerit. Illo etiam addito non quicquam sceleris contra leges Christianos committere, præterquã quòd adeò Christi agnatus, delatus est: & propter eũ, quòd liberè pulchram professionem profiteretur, grauis æmulatio & inuidia Principibus incessit. Hic quum diebus pluribus dura verbera, quæ ei Atticus per tormenta inferebat, fortiter pertulisset, pari cum Christo supplicio est affectus. Nanque in crucem sublatus, ad illum moriens transiit: quum quidem centum & viginti eo tempore Iudæi regiæ stirpis & tribus inquirerentur, ipsius quoque Simeonis accusatores, quod videlicet ex eis essent, captos esse. Quòd si quis veræ rationi atque obseruationi insistat rectè profectò Simeonem huc ex illis fuisse dicat, qui Dominum suis ipsorum oculis viderint, & auribus audierint. Apertum nimirum indicium

Plinius Iunior de christianorũ persequutione.

Rescriptum Traiani de eisdem.

* προφάσεως καθολικῶς

Ecclesia vsque ad tempora Traiani perinde atque virgo, ab hæreticis incorrupta fuit.

† οἱ ἀπὸ γένους κυρίου.

Hæreticorum origo.

quisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus, quum prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis quibusdã gradu pulsis, ipsa tandem multitudine perturbatus, & quid de cætero ageret nescius, consuluit nunc Traianum imperatorem, allegans, præter obstinationem non sacrificandi, nihil se scelerati de eis comperisse. Insinuans quoque & illud: Surgere atque cõuenire summo mane Christianos, & Christum tanquã Deum carminibus laudare: & ad conseruandam eorum disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibere. Ad quæ Traianus rescripsit, Christianos inquirendos non esse, oblatos autem puniendos.

Martyrium sancti Clementis Romani & de libris eius. Caput 18.

EO tempore adhuc Romæ Clemens enituit, & Ignatius ecclesiam Antiochenam rexit. Papias autem Hierapoli scripus edẽdis operam dedit. Vixit etiam Pancratius, & Smyrnensium antistes Polycarpus. quorum illi quidem Petri discipuli: Polycarpus autem, eius qui supra pectus Domini recubuit, sectator fuit. Clemens porrò Romę illustri loco natus, genũsque suum ad imperatores Romanos referens, † Fausti cuiusdam & Matthidię filius, varus Græcorũ disciplinis eruditus, atque in omni genere scientiarũ summè exercitatus, Apostolorum principis familiaris fuit, sicuti antea à me dictum est: à quo arcana Christi sacra edoctus, Euangelium promulgauit. Quum autem imperata Traiani nõ faceret, in ciuitatẽ quandam obscuram & desolatam * Chersoni vicinam est relegatus. Multisq; casibus propter Christi confessionem cõflictatus, tandem ancora ferrea è collo eius suspensa, in altum mare proiicitur. De quo, supra opinionem præsentis memoriæ quiddã accidit. Siquidẽ mari diebus septẽ ad tria millia passuum diuiso, multi eò eunt, & martyris corpus exosculantur, templo diuina virtute excitato. Et quum aliquãdo mare, vt assolet, diuisum esset, populũsque stata ibi sacra peregisset, atque indè rursus reuerteretur: euenit, vt per parentum obliuionẽ illic puer quidam relinqueretur. Atque vbi mare in sese rediit, puer tenellus etiamnum vndis est obrutus. Deinde quum rursum fluctus recessissent, parentes eò accessere, & puellũ saluum & validũ loculis sancti martyris assidentẽ repererũt. Quare cognita, intellexerunt, eum per inhabitantem ibi gratiam totum, & citra nocumentum à feris marinis conseruatum esse. Quapropter Apostolo, quem decuit atque oportuit, honore habito, cum puero suo domũ sunt reuersi. De Clemente hoc antea quoque diximus. Epistolã huius nomine editam, magnam & admirãdam, Eusebius Pamphili attingit: quam Romanæ ecclesiæ nomine, Corinthiis, quum apud eos tum seditio esset, scripsit. eam & antiquitùs & suo tempore publicè in ecclesia lectam dicit, in qua multis sentẽtiis epistolæ Pauli ad Hebræos vtitur. Fuit & alia sub huius nomine epistola, priori illi longè impar: quam veteres ignorasse, idẽ Eusebius scribit. qui porrò & exigua eius scripta, quæ Petri & Appionis esse ait dialogum reprobat: quæ nimirum sinceram certámque Apostolicæ orthodoxiæ formam retinere negat. Ego verò illi, si de eis quæ nunc apud nos Clementina dicuntur, sentit, non assentior: ea enim Ecclesiæ recepta sunt. Si verò præterea aliqua sint alia, nihil retragor. Hunc autem & Apostolicarum constitutionum, & sacrorum quoque canonum, autorem esse credimus. Cæterùm de epistola ad Hebræos anceps est opinio, hiccine an Lucas Euangelista eam transtulerit à Paulo, cuius natiua & propria est, primùm dictatam.

Clementis Romani martyrium.

† Alij habẽt Faustini.

** τῆ χερσῶνι παραλιμνη. Chersonensem alij vocant. Miraculum ingens de corpore Clementis defuncti.*

Clementis Romani scripta.

Vt diuinus Ignatius ex Antiochia Romam delatus, propter Christum bestiis deuorandus obiectus sit: & de Epistolis eius. Cap. 19.

DIui Clementis res sic se habuere. Ab omnibus autem celebratus Ignatius, secundus in Antiochena ecclesia Petri successor, quum Traiani, qui tum Antiochiæ erat, non desineret reprehendere superstitionem, vinctus Romam vt ibi leonibus esca obiiceretur, si fidem Christi non abiuraret, missus est: & Asiam cũ firma militũ custodia vinctus peragrãs, ecclesiásque oppidatim adiens, sermonibus familiaribus & cohortationibus confirmabat. Et quoniã tum primum hæreses paulatim liberius se proferre auderent, vt sibi ab eis cauerent, doctrinæq; Apostolicarum traditionum constanter insisterent, admonebat. Quod vt illis certius persuaderet, in literas cohortationes suas referendas esse duxit. Itaque Smyrnæ quum esset, vbi Polycarpus ecclesiam regebat, epistolam vnam ad Ephesiorũ ecclesiam dedit, Onesimi pastoris mentionẽ faciens. Aliam autem Magnesiæ ad Mæandrũ sitæ scripsit, in qua Episcopi cuiusdam Damæ meminit. Aliam item ad ecclesiam quæ Trallis fuit, misit, cui tum Polybius præsunt. Quartam porrò ad Romanam scripsit ecclesiam, cum ampla exhortatione, ne quod martyrio eius obicerent impedimentum: néve propter animorum imbecillitatem quicquam agerent, vt ipse concepta optatáque spe sua excideret. Operæpreciũ verò est, verba aliqua linguæ illius, ad fortitudinis & fidei eius magnitudinem declarandam, historiæ huic apponere. Scribit enim ad hunc modum: Ab ipsa Syria Romam vsque, terra marique, diu noctúque cum bestiis mihi depugnandum est, cum decem videlicet leopardis: hoc est, militari manipulo, qui beneficiis affecti longè etiam deteriores fiunt. Verùm iniuriis eorum magis etiã magisque erudior. Veruntamen ea de causa iustificatus nõ sum. Quàm velim mihi iam adesse, quæ in me destinatæ paratæque sunt bestiæ, quas etiam vt quamprimum reperiam opto. Eas per assentationem & palpationem demulcebo, vt me quàm celerrimè deuorent. Atque etiam si id facere nolent, ego eas vim illis inferẽs incitabo. Date mihi queso hanc veniam. Quid mihi expediat, noui. Nunc enim demùm discere incipio, nihil optare aut desiderare rerum omniũ & inuisibilium & visibilium, nisi vt ad Iesum Christum veniam. Ignes, cruces, bestiarum cohortes, dissipationes ossium, membrorum conciones, totius corporis commolitiones, & diaboli tormenta &

Ignatij Antiocheni epi. scopi res.

Epistola ei.

Pectus marmoreum cupidis.

Ignatij martyrium.

** Clemens iussu Traiani in insulam est deportatus: in qua duo millia Christianorum ad secunda marmora damnatorum inuenit.*

menta & supplicia in me progrediantur, vt modò ad Iesum Christum perueniam. Atque hæc Smyrnæ scripsit. Quum autem Troade esset, per literas eum Philadelphiæ ecclesia colloquutus est. Epistolam quoque ad Smyrnæos dedit, & aliam item seorsim ad episcopum eorum Polycarpum, simul & vt virum diuinum honorans, & velut Apostolico pastori (quippe & ipse pastor bonus) gregem commendans: additis quoque precibus, vt curam illius habere, & quę optima essent, eum docere vellet. In epistola ad Smyrnæos, verbis quibusdam insignibus de Christo vtitur: quæ vnde desumpserit, non satis scio. Ego verò etiam post resurrectionem in carne, inquit, eum vidi, credóque eum esse. Et quum ad Petrum & eos qui cum eo erant venit, eísque dixit, Accipite, contrectate, & videte me non esse dæmonium incorporeum: statim eum tetigerunt, & crediderunt. Sed & ipse Irenæus martyriũ eius nouit, & epistolarum eius Polycarpus mentionem facit. Irenæus de eo sic scribit: Quemadmodum nostrorum quidam dixit, propter professionem atque testificationem de Deo ad bestias condemnatus: Frumentum sum Dei, & per bestiarum dentes comminor, vt purus sincerúsque inueniar panis. Polycarpus autem in epistola sua ad Philippẽses, hisce verbis, eius meminit: Obtestor igitur vos omnes, vt magistratibus obediatis, & omnem patientiam exerceatis, quam ad oculum vidistis, non solùm in beatis vtis Ignatio & Rufo & Zosimo, sed etiam in aliis nostræ professionis hominibus, atque adeò in ipso Paulo, & reliquis Apostolis: illud persuasum habentes, quòd illi omnes non in vanum cucurrerint, sed in fide & iusticia: & quòd in debito destinatóque eis loco sint apud Dominum, cui etiam compassi sunt. Non enim præsens complexi amauerunt seculum, sed eum qui pro nobis mortuus est, & qui propter nos à Deo est resuscitatus. De epistolis eius ita scribit: Scripsistis mihi & vos, & Ignatius, & quũ quis in Syriã ierit, literas ad vos perferat, quod quidem curabo, opportunum nactus tempus. Et rursum: Epistolas Ignatij ab eo ad nos missas, & alias item, quas nobiscum habuimus, ita vt iussistis, ad vos misimus. Quæ quidem literis hisce nostris sunt adnectæ, quibus multum adiuuari poteritis. Complectuntur enim fidem, & patiẽtiam, & ædificationem omnem, quæ ad Christum nostrũ refertur. Romæ porro quum priùs varia tormenta pertulisset, neque quicquam de constanti decentique sua sententia remisisset, postremò in medio theatro duobus leonibus obiectus, martyrio est defunctus, & carnes quidem eius atque ossa teneriora bestiæ deuorarũt: quæcunque autem firmiora reliqua fuere, multo debus sectatoribúsque eius sunt perlata. Hæc de ipso diuino Ignatio.

Præclara exẽplam τῆς ὑποταγῆς, hoc est, obedientiæ quæ magistratibus debetur.

Loci sanctorũ post obitum.

De Papia Hierapolitano: & quæ ab eo, præter communem opinionem, memoriæ sint prodita. Cap. 20.

Papiæ Hierapolitani antistitis ver. De verbis Domini. libri eius.

PApias verò Hieropolitanus, & ipse vita Apostolica clarus fuit, multaque Ecclesię scripta reliquit: quorum quinque tantum, quæ Dominicorum sermonum expositionem inscripsit, circunferuntur. Eorum Irenæus quoque mentionem facit, ita inquiens: De iis Papias, Ioannis quidem auditor, Polycarpi autem sodalis, vir priscus, scripto testatur, in quarto voluminis sui libro. Quinque enim composuit. Papias porrò ipse, in proœmio scriptorum suorum, se oculis suis Apostolos non vidisse, sed fidei professionẽ ab eis qui illis noti atque familiares fuerint, addidisse, hisce verbis innuit: Non grauabor enim, inquit, quæcunque à presbyteris rectè didici, ac rectè memini, veritatem eorum interpretatione confirmãs, tibi exponere. Minimè enim iis sum, vt multi, delectatus, qui multa dicerent, sed qui vera docerent: neque qui aliena, sed qui à Domino, & ab eis quibus cum ipsa veritate consuetudo fuit, de fide tradita præcepta commemorarent. Quod si quando aliquis presbyterorum sectator aduenisset, eorum ipsorum requirebam sermones quid scilicet Andreas, quid Petrus dixisset: quid Thomas, aut Philippus, aut Simon, aut Iacobus: aut quid Ioannes, aut Matthæus, aut quid alius quisquam Domini discipulorum: aut quid etiam Aristion, & Ioannes presbyter, & ipsi discipuli Domini dicant. Non enim tantum me libris adiuuari, quantum viua & præsenti voce, arbitratus sum. Notandũ porrò est, bis eum in scripto hoc Ioannis nomine vti: primò quidem vbi Apostolorum nomenclaturam instituit, vt dilectum illum intelligere liceat: secundo autem loco, Aristionem & Ioannem adiicit: & presbyterum vocat. Cuius quidã ignorantes † commune cum Apostolo nomen, posteriores duas Ioannis epistolas, & Apocalypsim, Apostolo ipsi adscripserunt. Ephesi nãque presbyter quoq; iste vixit, vbi etiam nunc duo extare dicuntur monumenta, quæ eodẽ nomine Ioannis feruntur. Quandoquidem autem idem Papias quoque admiranda quædam in libris suis refert, à decessoribus suis per manus sibi tradita, agedũ de eis quoq; pauca dicam*. Stratim enim Philippũ, eũ qui Hierapoli fuit, & filias prophetissas, vt antea dictũ est, habuit, vnũ ex duodecim Apostolis, non ex septẽ illis diaconis, quos in Actis recensет Lucas, fuisse memorat: & se cum filiabus eius colloquutum esse ait, vnde intellexerit ætate ea mortuũ quendã resurrexisse. De Barsaba sanè quidẽ, qui Iustus cognominatus in Actis dicitur, illud refert: quod veneno pestifero hausto, nihil senserit per Domini gratiã detrimẽti. Sed & alia plurima ex maiorum sine scripto traditione accepta, vt parabolas & doctrinas Seruatoris quasdã, & item alia fabulosè quodã modo commemorat. Mille quoque annorum post mortuorũ resurrectionẽ fore discit Christi regnũ corporaliter in hac terra producendum. quod illum ignorantẽ promissiones arcano quodam mysterio esse editas, ita crassius accepisse credo: quippe qui mente acri non fuerit, id quod ex oratione eius cõiicere licet. multos tamẽ in candẽ æmulationẽ, veritatẽ viri admiratos, pertraxit: sicuti Irenæus, & si quis præterea alius eiusdẽ cũ illo est sententiæ & opinionis, ostendit. Quin alias etiam se, ab eis qui dicti sunt, Aristione & presbytero Ioãne, traditiones habere dicit: ad quas studiosos reiiciens, quæ de Marco & Matthæo cuãgelistis tradit, necessario hic persequẽda esse putaui. Ita enim scribit: Hoc quoque Ioannes presbyter dixit: Marcus, quòd

† τῶν ὁμωνυμίων.

Philippus Apostoli filias prophetantes quoq; habuit.

Mille annorũ Christi interuis post resurrectionem regnum.

Qui opinionis ea hæresis eius sunt, χιλιασαι. hoc est, millenary dicũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petri esset interpres, quæ memoriæ commendauerat, certò & diligenter conscripsit, nó tamẽ seruato dictorum factorúmque Christi ordine. Non enim audiuit, neque consectatus est Dominum: sed posteriùs: vt dixi, Petri discipulus fuit: qui quidem ex vsu auditorum doctrinã suã promulgauit, non ordine sermones & oracula Domini commemorauit. Quapropter minimè hallucinatus est Marcus, sic pleráque scribens, vt ea memoria fuerat consequutus. Vnum enim hoc sibi in scribendo proposuerat, ne quid eorũ quæ audisset, omitteret, néve à veritate aberraret. Matthæus verò sermone Hebraico librum suum composuit: quẽ deinde, vt quisq; potuit, est interpretatus. Vtitur idẽ Papias testimoniis & autoritatibus ex priore Ioannis, & itidem ex priore Petri epistolis. Addit præterea * historiã aliam de muliere, quæ multis criminibus apud Dominum per calumniam sit delata. Et Papiæ quidem scripta ad hunc se habent modum.

Eam Euangelium secundũ Hebræos continet. Euseb. lib 3. cap. vlti.

F

De Quadrato & Aristide, Apostolicis planè viris, qui pro defensione fidei nostræ Apologias scripserunt. Caput 21.

Quadratus & Aristides, viri Ecclesiastici.

FLoruit autem eo tempore diuinus quoque Quadratus: cui nihil eorum donorum, quæ Apostolicos decent successores, defuit. Itidem verò & Aristides, vir ætate ea ingenti fidei nostri æmulatione & ardore flagrans. Ambo doctrina, seruore, & vitæ Christianæ moribus pares: ambo etiam orationes ad Ælium Hadrianũ, qui Traiano in imperio successit, quibus Christianum dogma defendunt, cõposuerunt, quum improbi quidam homines ecclesias vrgere atq; persequi aggrederentur. In quibus orationibus videre est, non exigua eorum virorum splẽdidæ mentis Apostolicæque & rectæ doctrinæ indicia. Quadratus quidem certè priscam sinceritatem & fidem suam satis declarat iis ipsis quæ sequuntur verbis: Seruatoris autem nostri opera
» semper præsto fuere. Ingens est enim eorum qui
» eb eo sanati sunt, multitudo. Multi qui à mor-
» tuis resuscitati sunt, non solùm quum curarẽtur
» & exsuscitarentur, sed posteà etiam viuentes cõtinuè apparuerunt: & non tantùm quum Saluator in terris versaretur, verùm post discessum quoque eius longo vixerunt tempore, adeò vt nonnulli etiam ad nostram durauerint ætatem.

Quæ etiam sub Traiano Iudæis acciderint clades. Caput 22.

Christianismus florens.

ACres quidem nostræ ita florebant, quotidianúmque incrementum capiebant, radicibus Apostolicorum virorum, qui tum multi in vita erant, doctrinæ altè actis, & sanctorum martyrum sanguine vbertim rigatis. Iudæorum H autem natio frequentibus, aliisque super alias accumulatis cladibus admodum accidebatur. Decimus octauus imperij Traiani agebatur annus, quum Iudæorũ rursus excitatus est motus: qui quod reliquum eius populi fuit, sustulit. Quum etenim grauis & seditiosus eos afflasset spiritus, qui iram vindictámque vehementiùs commouit, tumultum aduersus ciues suos Græcos in ciuitate Alexãdrina, in Ægypto, & vicina ei Cyrene conciuerunt. Quo deinde paulatim glisscente, qui proximè consequutus est, anno

Nouæ Iudæorum clades sub Traiano apud Alexandriam & Cyrenem, atque in Ægypto.

Iudæi hic duces habuerunt Andream.

Lupus Ægypti præfectus.

Martius Turbo.

E maximum conflarunt bellum * Tenebat tum cum imperio prouinciam Aegyptum Lupus. Et primùm quidem Iudæi superiores esse: Græci autem ex turpi & fœda fuga congregati, ex improuiso Iudæos, Alexandriæ adoriri, & partim ferro cædere, partim captiuos abducere. Itaque qui Cyrenæ erant, subsidio tali amisso, cunctam percurrunt Ægyptum, quam Lupus adhuc administrabat: & quam possunt, impunè inferunt cladem. Eare permotus Traianus, Martiũ Turbonem eò cum valido mittit exercitu, qui cum Iudæis cominus congrederetur: & classem maritimam, peditum equitúmque consequuntur auxilia. Martius porrò breui multis variisq; certaminibus commissis, bellóque fortiter confecto, plurimas myriadas Iudæorum, non Cyrenaicorum solùm, verùm Aegyptiorum quoque, qui regi suo Lucæ (ita enim dicebatur) auxiliaria tulerunt arma, contrucidat. Veritus autem Traianus, ne illi quoque qui in Mesopotamia erant, pari modo populares suos bellum inferrent: Lucio Quinto mandat, vt prouinciam suam Iudæis oppressis repurget. Quapropter alle occultè copiis militaribus cõparatis, illos aggressus, tantam eorum ferro concidit multitudinẽ quãta non facile sub numerum cadere possit. Nãq; ob causam Lucium prouinciæ Iudææ præfecit imperator: sicuti id quoq; prophani Annalium scriptores memoriæ prodidere.

Item in Mesopotamia.

Lucius Quintus Iudææ præfectus.

* *In mori ipso Iudæi cædibus contenti non fuerunt, sed humanis carnibus vesci cœperunt. Quæ etiam ab eis ingenti clade, duce Iudæorum Artemione, sunt affecti. Iudæi conspiratione facta, passim ducentena & quadraginta millia hominum contrucidarunt. Dion. Oros.*

De Traiani moribus & operibus, strataturisque eius, quæ Antiochiæ fieri curauit: & de quinque martyribus fœminis: cap. 23.

G

TAm studiosus autem fuisse fertur *a* Traianus iuris & iustitiæ, & tam ab improbitate alienus, vt aliquando ensem strictum præfecto vrbi in conspectu omnium dederit, atque dixerit *b*: Cape ferrum hoc, & siquidem recte imperium gessero, pro me: sin aliter, contra me hoc vtere. Idem Dacos vicit, & de eis triumphauit. *c*. Sub eo quoque Persæ ad Antiochiam vsque excurrerant: eique vrbi per pacis conditiones captæ, tributum simul & præsidia imposuerant. Cotinùs suis auxilium fert imperator: & quum ad fines eorum venisset, † per notas illis scribens, eâm significat, vt præsidium quod ibi *d* Persarum rex reliquisset, necarent se ad auxilium eis ferendum, Persicúmque metum tollendum, præstò adesse. Illi, quod iussi fuerant, *d* faciunt. Et ipse cum Persis prælio congressus, rege eorum cæso, clarissimáque reportata victoria, quem voluit eis regem dat. Et inde in eam vrbem victor ingressus, multis eam ædificiis exornat, multos etiam Christianos interimit. In quibus, *e* & quinque virgines fidẽ palãm profitentes combunt, & ossibus earum ad summum combustis, cineribúsque æri commissis, ahena quædam & alia vasa fieri curat, eáque publico lauacro, quod ipse magnificentissimè construxerat, dicat. *f* Verùm enimuerò quicunq; eò lauatũ ingrediebantur, quamprimùm calidas attigissent

a Traianus apud Plin. in panegyrico.

b Traianus quæque ad amicos dixit: Talem se esse imperatorem priuati & ciuibus, qualem sibi ipse imperatorem priuatus optasset.

c Idem fecerunt Dacorum reges, qui arcus triumphales erexerunt.

d Decebalum eorum ducem à puero.

e Martyrium quinque virginum Antiochiæ.

f Miraculum de earum cineribus.

tigissent aquas, caligine simul & vertigine correpti, cum impetu inde procurebant & concidebant. Causa verò eius mali cognita, Traianus vt alia exære puro vasa balneo parentur, mandat: priora autem illa in fornacibus conflata, in quinque transformat statuas, eásque virginum combustarum forma & habitu pro balneo collocat.

De Imperio Aelij Adriani, & de suprema sub eo Iudæorum internecione. Cap. 24.

Aelij Hadriani imperium.

b neptis ex sorore sua. Dion.

c Hoc est, quinquies centena & octuaginta millia.

c Extremum Hierosolymorum excidium, & gentis Iudæorum internecio sub Hadriano.

d Iul. Seuerus in Iudæam missus ab Hadriano, arces 50. diruit, & vicos 980. Ferro & igni vastauit: Dion. Oros. lib. 7. cap. 13. Ariston Pellæus historiarum scriptor.

e Recidiua Hierosolyma Aelia dicta.

f Hadriano polis condita.

VNdeuiginti annis, & mensibus sex, Traianus imperium administrauit: & moriens, id Hadriano *b* sororis suæ viro reliquit. Publica is statim ciuitatibus remittit debita, & vectigalia multa Romanis donat, vnde ei in vrbe diuini decreti sunt honores, Nicæam & Nicomediam, B quæ motu terræ multum detrimenti cœperant, firmo circundat muro. Leges quoque ad Draconis & Solonis Athenienium legislatorũ imitationem promulgat. Rebellasse etiam sub ipso Iudæos, & templum Hierosolymis restituere voluisse, dicũt, Qua de causa Hadrianus *c* quinquaginta & octo myriadas eorum vno die interfecit: & quæcunque ex vetustis ædificiis reliqua adhuc fuerant, diruit prorsus, *d* & solo ita æquauit, vt ne lapis quidem super lapidem permaneret, & oraculum Seruatoris ad exitũ suum perductum, verborum eius certitudinem corroborarer. ciuitatísque totius pomeriis plurimùm contractis, denuò eam suo sub nomine excitauit: & appellatione sua ei imposita, *e* Ælià vocauit, atque in ipso templi adyto statuam ipse suam collocauit. Quam si quis non ineptè abominationem desolationis nominet, in loco sancto, iuxta Seruatoris dictum, stantem, minimè is iudicio meo errarit. Solis autem Græcis incolẽdam eam dedit. Idem Hadrianus templum etiam Cyzici extruxit, maximum & celeberrimum: & item vrbem eam quæ hodie quoque nomẽ eius obtinet, *f* Hadrianopolim. Quę verò & Ariston Pellæus de postrema Iudæorum obsidione literis prodiderit, commodum fuerit ex verbis eius cognoscere. Porrò rebellione atque defectione Iudæorum longiùs rursum progressa, Rufus Iudææ præfectus, acceptis ab Imperatore militaribus copiis, & vecordia eorum, pro occasione bene gerendæ rei, subinde vsus, infestis contra eos signis est progressus: & plurima passim millia virorum simul & fœminarum, atque etiam D puerorum concidit, bellíque iure loca eorum direpta in potestatem suam redegit. Dux Iudæorum tum Barchochebas erat, quod nomen stellam significat: cæterà vir sanguinarius & prædator: ex nomine autem suo perditis mãcipiis prodigiosè persuaserat, cœlitùs se lucem demissum esse, quæ afflictos atque oppressos illustraret. Quam maximè autem bello flagrante, decimo octauo imperij Hadriani anno, ad Bitheram ciuitatem munitissimam, nec ita longè à Hierosolymis sitam, quum diuturnior obsidio instituta, rebellésque & rerum nouarum studiosi, fame ac siti ad extremum exitium redacti essent, & qui eis tantæ vecordiæ autor fuisset, dignas per vindictam dedisset pœnas, gens tota ex eo tempore, vicinam in circuitu Hierosolymis regionẽ prorsus attingere prohibita est. Idque sic constitu-

Barchochebas perduellis iste, Iustino philosopho & martyre teste, apud Euseb. libr. 4. cap. 8. christianos solos, nisi Christum abnegassent, atque blasphemias incesserẽt, ad grauissima supplicia trahi iussit. Habuit

tione & sanctione Hadriani factum: qui hoc sic iussit, vt illi ne aspicere quidem ex loco quopiã editiore patrium solum possent. Ad hunc modũ vrbs Hierosolymorum Iudaicum populum, antiquissimos suos colonos, internecione summa amisit, & postea ab aduenis culta atque inhabitata, vt Romana planè ciuitas, in Imperatoris Ælij Hadriani honorem Ælia est appellata. Ac sic quidem etiam sub hoc Iudæi extremum cõtra Christum per furorem perpetrati piaculi luêre supplicium. Nos autem rursum ad diuinorum virorum descendamus successionem.

Ætas quoque nostra in Germania suum Barchochebã, stellæ insignibus superbum.

Qui ea ætate maximis quibusque ecclesiis Episcopali ministerio præfuerint. Cap. 25.

Romani Pontifices.

DVodecimo imperãtis Traiani anno, quum Euarestus põtificatum Romæ octo annos gessisset, Alexander quintus à Paulo & Petro successor ecclesiam regendam suscepit. Qui tertio Hadriani imperij anno, decennio in Episcopali functione expleto, Xysto eam concessit. Duodecimo porrò Hadriani anno, quũ Xystus decẽnium itidem ecclesiæ præfuisset, Telesphorus ei successit. Verùm & hoc vndecimo pontificalis ministerij sui anno, vita per martyrium defuncto, vt Irenæus inquit, Hyginus prouinciam eius est sortitus: primo imperij Antonini, qui Pius est dictus, anno. Hygino porrò post quartum annum mortuo, Pius successit. Atque *Pius annis 15.* huic rursum Anicetus, vigesimo imperantis Pij *Cathedram obtinuit.* anno. Anicetus autem vndecim annis ecclesiã Romana administrata, Soteri eam reliquit. Cui C post annos octo Eleutherus est suffectus, duo- † *Alexandrina ecclesia episcopi.* decimus à Petro successor, quum decimumseptimum annum M. Antonius cum filio Romanum regeret imperium. † In Alexandrina ecclesia Primus, quartus ab Apostolis episcopus fuit. Ei, quum duodecim annos pontificale obisset munus, Hadriano tertium imperãte annum, Iustus est surrogatus. Circiter duodecimum autẽ eiusdem imperij annum, anno præterea vno & mensibus aliquot intercedentibus, ecclesiæ eius administrationem Eumenes est sortitus, quum quidem Iustus vndecim ei præfuisset annis. Eumenes verò tredecim annis episcopatum tenuit. Cui Marcus succedens, decem annis curam pastoralem gessit. Marco Celadion suffectus, qui quatuordecim annis episcopatu functus, successorem habuit Agrippinum, nonum ecclesiæ eius ab Apostolis episcopum. * Apud Antiochenos post Heronem, ecclesiam rexit Cornelius. Huic quinto Apostolicæ successionis gradu Eros successit, deinde sextus Theophilus, & post hunc septimus Maximinus. Hierosolymitanorum autem episcoporum tempora literis mandata non sunt, quos breuis admodum æui fuisse cõstat, quindecim ex ordine, vt quidẽ memoria sine scripto est proditum, Hebraici generis omnes, rectéque officio suo functos, quòd Christi doctrinam & professionẽ probè tenuerint. Quæ res effecit, vt ad episcopatum eum ab ecclesia Hierosolymitana, quę ab Apostolorum tempore ex fidelibus Iudeis ferè tota constabat, & vsque ad extremam obsidionem perdurabat, sint delecti. Eorum itaq; episcoporũ qui ex circuncisione Christianam professionem ritè sunt cõplexi, & mutuis Iudæorum seditionibus atq;

Antoninus philosophus, & L. Aelius Commodus Veri, Diui fratres æquo iure imperium administrarũt annis 11. M. Antoninus solus annis 4. cum Commodo filio itidẽ anno Antiochens episcopi.

Hierosolymitani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Alij ex chartarum nominant.

* Alij Lebes.

uetania fuerunt reliqui, catalogum à primordio E exponere commenit. Primus itaque fuit Iacobus, frater Domini dictus: secundus, Simeon: tertius: Iustus: quartus, † Zacheus: quintus, Thobias: sextus, Beniamin: septimus, Ioannes: octauus, Matthias: nonus, Philippus: decimus, Seneca: vndecimus, Iustus: * Lebes, duodecimus: Ephrem, tredecimus: quartusdecimus, Iosephi & quindecimus, Iudas. Quibus post euersionem vrbis, ex gentibus successit Marcus. Tot Hierosolymis ab ipsis vsque Apostolicis, ad eũ quem diximus Iudam, ex circuncisione fuerunt episcopi. Totidem, vt exposuimus, aliarum maximarum ecclesiarum gubernatores.

De Iustino philosopho, eodémque martyre: & de Apologetico eiusdem Antonino exhibito. vnàcum de Egesippo & Melitone. Cap. 26.

HAc ipsa ætate Hadriani, Iustinus etiam ex philosophis martyr, inter præcipuos est habitus, germanus & sincerus veræ philosophiæ amator, & in Græcorum disciplinis egregiè exercitatus. Sedenim quis qualisue fuerit, & quemadmodum à Græcorum erroribus ad germanam philosophiam transierit, commodissimũ fuerit ex ipsius verbis recognoscere. Quum enim aduersus Græcos & gentiles pro Christianis orationes scripsit, quibus repugnare atque refragari illi non poterunt: tum Romæ, vbi vitam degebat, Antonino Pio imperatori & Senatui Romano pro nobis Apologiam exhibuit, ita eam inscribens: Imperatori Tito Ælio Hadriano Antonino Pio Augusto, & Verissimo filio Philosopho Cæsari, & Lucio Philosophi Cæsaris, & Pij adoptione filio, amatoribus doctrinæ, sacróque Senatui & populo Romano vniuerso, pro eis qui ex omni hominum genere iniquissimè inuidia laborant & affliguntur: Iustinus † Priscus Bacchij filius, Flauia noua ciuitate Syriæ Palæstinæ oriundus, orationem atq; deprecationem hanc obtuli. Et in eadem oratione se non temerè, sed iudicio ad Christianam professionem peruenisse, ita refert: Ego quidem, qui Platonicis delectarer disciplinis, quum Christianos calumniosè deferri audirem, videremque eos impauidos interritosque esse ad mortem, & quæcunque horrenda mortalibus videntur: reputabam ipse mecum, fieri omnino non posse, vt illi in flagitiis delicatisque viuerent. Quorus enim quisque voluptatis consectator & libidinosus, quisque humanarũ carnium dapibus delectetur, bono sibi mortem esse putet vt per eam cupiditatibus deliciisque suis priuetur? & non potius illud agat, vt semper hanc vitam viuat, magistratúsque & leges fallat, necdum seipsum ad cædem offerat? In Apologia ea illud quoque scribit: Non absurdum verò fuerit, Antonini quoque hic meminisse, qui non ita pridem decessit, quem omnes veluti Deum per timorem colere sustinuerunt: quum quidem omnes probè scierint, & quis fuerit, & vnde prouenerit. Antinoi eius & Egesippus mentionem infert, qui & ipse eisdem temporibus floruit, permultas Apostolicas traditiones in historiis suis, quarum quinque reliquit libros, recenset, simplici dicendi genere clarè doctrinam Apostolicam exponens. In quibus, quùm tempora quib. emituit ostendit, tum de iis qui primùm idola & simulacra flatuerint memorat. ac deinceps ad hunc modum infert: Quibus cenotaphia, sepulchrorúmque simulacra, & templa, ad hoc vsque tempus construxerunt. Quorum vnus etiam est Antinous, Hadriani Cæsaris seruus. Huius sunt ludi agonales, Antinoij dicti, & ætate nostra acti. Vrbem quippe cognominem ei Hadrianus condidit. Temporibus quoque eis, pari cum iis quos diximus vitæ instituto, pariq; in ecclesiam ardore, Sardianus episcopus Melitone fuit: quem satis pater, ex quoque ætate floruisse. Indicat id defensio eius, quam pro Christiano dogmate ad Verum scripsit, luculentam admodum & vtilem, orationis vrbanitate & persuadendi virtute auditorem maximè mouẽs atque efficiens.

Vt Adrianus edicto pro Christianis publicè proposito vetuerit, ne in nos indicta & non indicata causa saeuiretur. cap. 27.

MEmoriæ mandauit sapientissimus Iustinus, Hadrianum pro Christianis literas à Graniano Serenio ad se scriptas accepisse: perinquum esse, quòd illi vociferationi populi donarentur, nullóque iusto prætextu indicta causa necarentur. Quapropter rescriptum is ad Minutium Fundanum Asiæ proconsulem miserit, neminem de cætero occidi iubens, nisi legitima iustáque præcessisset accusatio. Rescriptúmque id in librum suum de verbo ad verbum retulit, hæc præfatus: Possumus hoc à vobis ex rescripto maximi & illustrissimi Cæsaris Hadriani patris vestri, qui ita vt per supplicem libellum rogauimus, iudicia exerceri iussit, petere: id quẽ non tam quòd ab Hadriano mandatum sit, quàm quòd iustam esse petitionem nostram sciamus. Subiecimus autem et istolæ Hadriani exemplũ, vt hac quoque parte, veritati nos niti cognoscatis. Quæ epistola ex Romana in Græcam linguam translata, hanc complectitur sententiam. Hadrianus Cæsar Minutio Fundano: Literas à Serenio Graniano, viro clarissimo, cui tu in prouincia successisti, accepimus. Inquirẽdas nobis res prorsus esse videtur, ne homines innocentes opprimantur, neue calumniatoribus occasio grassandi præbeatur. Quòd si prouinciales tui, persequutiones aduersus Christianos suas, processu legitimo pro tribunali probare possunt, vnam eam sequantur viam, neque solis petitionibus atque vociferationibus vtantur. In primis enim conuenit, si qui ad accusandum accedere velint, te causam legitimè cognoscere. Itaque si quis eos detulerit, atque probauerit contra leges quicquam commisisse, tu pro delicti qualitate in sententiam aduersus eos fer es, vt mehercules, qui calumniæ causa crimen cuiquã intendisse cõperius fuerit, pro maleficij grauitate, in eum modis omnibus animaduertas. Rescriptũ Hadriani pro nobis editum, tale fuit.

De successore Adriani Antonino, vt & ipse præfectis in Asia suis scripserit, & persequutionem christianorum prohibuerit. cap. 28.

POstquam verò is vno & vinginti annis imperio administrato, naturæ debitum persoluit, Antoninus Pius ei successit: ad quem & ad

Apologia eius pro Christianis titulus.

Alij legunt, prisci Bacchij filius.

Martyrum cõstantia et fortitudine ad Christianismũ adductus est Iustinus.

Antinous eximiæ formæ puer Hadriano in deliciis fuit. Et in Aegypto mortuo, princeps in vrbem Antinoiam condidit. Templum quoque, statuas, & sa-

cerdotes instituit, statuas, & eius vidisse asseuerans: dion.

Agones Antinoi. Antinoum istam, secundo quosdam anno rediens, Hadrianus in magnis sacris pro satis sacrauit. Melito episcopus Sardianus, Apologiam quam pro Christianismo scripsit.

Rescriptum Hadriani imperatoris pro Christianis.

Rescriptum Antonini vij Imperat. pro eisdem.

Infideles casus mundi fatales Christianis adscribere solebant.

& ad Senatum Romanum Iustinus apologiam A ille, Seruatoris dispositione, vt à cum vxore & suam Christianos defendens conscripsit. A quo ille, & simul ab aliis quamplurimis fratribus, qui à prouincialibus in Asia conuictus & iniuriis grauibus contumeliosissimè exagitabantur, permotus, literas publicè ad Asiæ populos dedit, quas itidem inserere historiæ nostræ est visum. Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antonius Augustus, Armenicus, Pontifex maximus, Trib. potest. xv. Cos. iij. Asiæ populis salutem. Equidẽ scio, dis quoque ipsis curæ esse, ne tales homines lateant. Multò enim magis illi vindicauerint eos qui sacrificare illis nolint, quàm vos, qui contra eos tumultum commouetis: opinionem quoque eorum quam de vobis conceperunt, vt atheos vos, nullorúmque prorsus deorum criminentur, confirmantes. Quibus præstabilibus etiam est, dum accusari arguíque videntur, pro B Deo suo mori potius, quàm in vita manere. Proindéque victores euadunt, animas ipsi suas citius proicientes, quàm vt à vobis persuasi, quod vos vultis, faciant. De terrę motib. autem, qui vel fuere, vel adhuc fiunt, non importunum fuerit, vos, qui ex de causa animos despondistis, admonere, vt scilicet res vestras cum rebus illorum conferatis. Atque illi quidem liberioribus maioribúsque erga Deum sunt animis: vos autem toto hoc tẽpore, quo causas eorũ ignorare videmini, Deos & res alias negligitis, & Christianos à cultu immortalis Dei quem illi venerantur arcetis, & ad mortem vsque persequimini. Cæterùm de iis antea quoque multi prouinciarum rectores diuo Patri nostro scripserunt. Quibus ille rescripsit, nihil molestiæ facessendũ esse illis, præterquam si quid contra Imperium Romanum moliri esse deprehenderetur. Quin C & ad me multi de eis literas dederunt: quibus de Patris mei, quem mihi imitandum esse duxi, sententia rescripsi. Si verò quispiam perseuerauerit cuiquam Christianorum, quòd talis sit, negotiũ exhibere, delatus quidem crimine absoluetur, quamuis talis esse compertus sit: delator autem ipse pœnas dabit. Proposita est hæc epistola Ephesi, in conuentu publico Asiæ. Hæc sic & Antoninus pro Christianis rescripsit.

De sancto Eustathio, qui & Placidas dictus fuit, item de sancto Eleutherio Illyrici episcopo. Cap. 29.

Diui Eustathij martyrium.

ANtequam autem eiusmodi ederentur literæ, permulti dicũtur egregiè certamen pro Christo pertulisse: quorum vnus etiam fuit victoria clarus martyr Eustathius. Is sub Traiano D prætorium gerens dignitatem, Placidas dicebatur, & genere & opibus illustris. Quum verò plurimis emineret ornamentis, postremò cœlesti quoque vocatione est cohonestatus. Etenim in solitudine quadam venanti Christus cerui cornibus insidens apparuit, eúmque arcanæ sapientiæ consilio ad se pertraxit, & simul quæ ei euentura essent prædixit. Itaque baptizatus cum tota domo sua, Christo se dedidit. Verùm eiusmodi occulta & arcana exploratione atque excussione, rebus omnibus fuerim est nudatus. Nam opibus honoribúsque omnibus proiectis, vxore etiam & liberis longo tempore caruit. Atque ita cæumnis ferendis, veluti alter quidam Iob factus: postea, quemadmodum &

Sancti Eleutherij martyrium.

Is ante iustam ætatem clericus, diaconus, presbyter, & episcopus propter insignem virtutem & pietatem creatur.

ἀφορητοι κε ῥαβδοι τῶν κατα σκευ. σάντα ὑποδεξάμενοι.

Alij Corcheras vacant.

Matris eius Anthiæ martyrium.

Polycarpus Romæ apud Anicetũ fuit.

Egregium de Polycarpo Irenæi testimonium

Universidad de Deusto
Biblioteca

pi successere locũ, quod fidei maioris certiórq; veritatis testis fuerit, quàm Valentinus & Marcion, & cæteri alij insanarum opinionũ autores. qui quum Romã sub Anicero peruenissent, multis ex eis qui dicti sunt hæreticis persuasit, vt ad ecclesiam Dei redirent, vnam & solam hanc veritatem, quam ecclesia tradiderit se ab Apostolis accepisse prædicans. Extant adhuc qui ex eo audierint, Ioannem Domini discipulum Ephesi iustum aliquando iuisse. Cæterùm quum in balneis Cerinthum vidisset, illorum inde profugisse, atque dixisse: Fugiamus obsecro, ne balneum, in quo Cerinthus veritatis inimicus est, concidat. Ipse quoque Polycarpus, quum ei Marcion in conspectũ veniret, & diceret, Nosce nos: respondit, Nosco, inquiens, nosco primogenitum Sathanæ. Tanta apostoli & discipuli eorum religione fuerũt, vt ne verba quidẽ communicarent cum quopiam eorum, qui veritatem adulterant atque deprauãt. vt Paulus etiam dixit: Hæreticum hominem post vnam atque alteram admonitionem deuita, sciens quòd subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, proprio iudicio suo cõdemnatus. Est autem & epistola Polycarpi longissima ad Philippenses scripta, ex qua, qui voluerint, quique salutis suæ curam gesserint, simul & specimen fidei illius, & doctrinam veritatis discere poterunt. Hęc de eo Irenæus. Multis autem testimoniis prioris epistolæ Petri Polycarpus, in ea ipsa quam modò diximus, epistola sua vtitur.

viis Christianis cum hæreticis nihil est commercij.

De successione eius temporis imperatorum, rebúsque earum gestis. caput 31.

Antonini vita acta quædam. T. Aurel. Antonius Pius, Hadriani genter, ab eode in filium adoptatus fuit: secuti & ab hoc M. Antonius gener. I. autẽ Annius Antonius nepos Antonini vij fuit. M. Antonius, qui & philosophus dictus. L. Annium Antoninum Verum imperij socium sibi adsciuit, Et tũ primum Rom. resp. ab duobus æque imperantibus paruit, quum antea singulos semper habuisset Augustos.

ANtonius Pius viginti tres imperauit annos: & imperium Romanum decedens Marco Ælio filio, & ipsi Antonino dicto, & Lucio fratri eius reliquit. Pius porrò iste Alexandriæ, Antiochiæ, & in multis aliis celebribus vrbibus lauacra, aliáque plurima publicitùs ædificia, Romæ quoque magnum aquæ ductum construxit. Atque abrogata veteri C. Iulij Cæsaris lege, qua Senatorio viro de bonis suis testari nõ permiserat, nisi dimidiam eorum partem, qui pro tempore futurus esset, Principi relinqueret, omnibus, per constitutionem, liberam dedit potestatem de facultatib. suis, ita vt vellent, disponẽdi. Marcus autem filius eius iustam illam legem tulit, qua parentibus liberi ab intestato succedunt. Idémque sanxit, vt filio, qui in testamento præteritus, à parentibus * debitam gratiam non retulisset, quadrans paternæ † hæreditatis detur. Non diutius autem quàm vndecim annis. *b* Lucius in imperio vixit. Antoninóque philosopho id reliquit, qui & ipse octo propè annis imperauit: & quum vnum & sexaginta circiter ætatis annos explesset, *c* ad Vẽdobonam decessit. Iis imperantibus, multi & apud Græcos præclari extiterunt poëtæ: oratores quoque & Medici, omnis denique Philosophiæ periti viri. in quibus Hermogenes rhetor, & Aristides orator nobilis, Galenus, Oppianus poëta, Alexandrinus Apollonius, ciúsq; filius Herodianus, Grãmaticæ artis autores, atque item alij fuere, quos longum esset in præsentia enumerare. Illud scire conuenit, *d* Marcum Antonium filio suo institutionis Imperialis librum à se compositum reliquisse, omnis generis profanorum exemplorum & disciplinæ plenum. Non apud Græcos verò tantum insignes tum, verumetiam in professione nostra plurimi maximíque, de quibus in sequenti agemus historia, floruere viri.

Vtrúmque Hadriani iussit Antoninus pius adoptauit.

* ἀχαρίστευτος.

† Hodie legitima dicitur.

a Lex de Senatoriorum testamentis. *b* L. Verus apoplexia interijt inter Altinum & Concordiam, cum fratre in vehiculo sedens.

c M. philosophus in Pannoniis obiit ad Vendobonam, quam nonnulli Viennam esse volunt.

d Magna hunc diligentia curáque educauit, accitis vndique viris doctrina claris, maximáque proposita mercede, vti mores prose quisque filij ingeniúmque excellerent. Herodianus.

Vt Iustinus philosophus religione Christiana, & scripto, & sine scripto, egregie defensa, martyrio pro christi nomine sit exornatus. caput 32.

EO tẽpore adhuc Iustinus, cuius paulo antè fecimus mentionem, enituit. & quum, quos diximus, Principibus aliam etiam pro dogmate nostro defensionem obtulisset, & contra oppugnatores Græcos & Iudæos, in faciem eorum Christiani professioni patrocinatus esset, atque etiam hæreticorum vanam linguæ loquacitatẽ, nocentémque mentis insaniam luculentis orationibus retudisset, fidem nostram firmis adamantinísque propugnans, rationibus, abundéq; veritatem certitudinémque eius demonstrans, corona martyrij seipsum exornauit. Cui Crescẽs quidam philosophus, vita morúmque æmulationibus Crescentem, quòd plerãque perperam faceret, falsóque in professionem nostram criminans inueheretur, Iustinus conuicisset, cum improbis quibusdam qui magistratus gerebant, atque itidem cum aliis, ille conspiratione contra Iustinum facta, tormẽtis quamplurimis eum affecit, & postremò gladiis etiam confecit, veræ prorsus sapientiæ sectatorem. Ita ille ad desideratum sibi Christum transiit. Quæ autem passurus fuerat, ea antea quoque in ea, quam diximus, posteriore defensione diuinans prædixit, ad hunc modum scribens: Ego quidem insidias & † fustuarium expecto à quopiam, qui alicuius sit nominis, vel ab ipso etiam Crescente insipiẽte, * arrogantiæ quippe magis quàm sapientiæ amante. Indignus namque est, qui philosophus & sapientię amator dicatur: proprerea quòd publicè de rebus quas ignorat, videlicet quod Christiani athei prorsúsque sine Deo & impij hsint, asseuerat, ad gratiam & libidinẽ eorum qui ab eo sunt in errorem seducti, id faciens. Si enim doctrinam Christi, quam non attigit, reprehendẽdo proscindit, improbissimus est: idiotis atq; indoctis hominibus multò deterior, qui sępe de rebus quas ignorãt, loqui, & falsò testificari supersedent. Sin Christianam professionem didicit, aut amplitudinẽ eius nõ intellexit: aut certè intellexit, & ne Christianus esse suspectus fiat, nos criminatur. itaque lõgè adhuc est importunior, nihil ingenui & liberalis ingenij habens, vtpote inepta & absurda opinione vir, timoríq; sordido obnoxius. Hęc Iustinus. Quod autẽ iuxta suam ipsius prædictionẽ à Crescente qui autor initæ cõtra eũ cõiurationis fuit, sublatus sit,

Iustini philosophi martyrium.

Idem martyrium sui prædixit, & prædixit.

ἀφιλοσόφῳ καὶ φιλονόμῳ.

† ξυλωθῆναι.

Primam hanc de idiotis seculi nostri dicere liceret.

Crescens philosophus & inicus Iustini mortis causa fuit.

Tatianus satis testatur, vir egregius, qui primam ætatem Græcorũ disciplinis docendis consumpsit, magnámque in eis laudem est consequutus, quíque nõ pauca memoria digna nobis etiã scripta reliquit. Is itaque in oratione sua ad Græcos ita scribit: Et Iustinus admiratione omniũ dignissimus, rectè eos de quibus diximus, persimiles esse prædonibus exclamauit. Deinde aliis quibusdam, de philosophis, rebus expositis, infert Itaque Crescens ab ineunte ætate in magna versatus vrbe, † lasciuia quidem in pueros, omnes exuperabat. Auaritiæ autem valde deditus erat. Qui verò aliis mortis contemptum suadebat, ita eam ipse metuebat. vt Iustino mortem, veluti magnum aliquod malum, concinauerit: propterea quod ille veritatem prædicans, philosophos helluones atque impostores esse coarguit. Atque hæc quidem Iustino martyrij causa fuit.

πατὶὸ ἐπαγίᾳ.

De aliis martyribus, quorum ipse Iustinus in singulari quodam libello meminit. Cap. 33.

IDem verò in Apologia sua, aliorum quoque ante se martyrum meminit. & argumento proposito percommodè subseruiens, illud etiam addit. Mulierculam rerum malarum vtu temerariam, viro itidem luxurioso iúctam fuisse. Vt autem ea mysticam Christi professionem alicunde perdidicit, quùm ipsam moderatam continentémque vitam complexam esse, tum idem quoque marito suasisse: propterea quod illi æternũ illum ignem, quæ impudicis & voluptuariis paratus sit, indicaret, & subinde promissiones quoque æternorum bonorũ proponeret. Sed enim quũ multa sæpe dicendo, nihil apud eum efficeret, & ille in procaci petulantia sua permaneret, mulierem improbis moribus suis à se alienauit. Illa enim impium esse iudicans, cum tali deinceps viro consuemisse, qui præter naturæ leges modis omnibus per libidines varias voluptatem consectaretur, fecedere ab eo constituit, Vt verò eam propinqui, pro autoritate sua, ab eo consilio sunt dehortati, spémque ei fecerunt, virum in melius mutatum aliquando iri, manere cum eo est coacta. Postquam verò maritus Alexandriam profectus, longè etiam deterior factus esse dictus est: mulier verita, si de cætero eodem cum illo lecto eadémque mensa vteretur, ne impietatis quoque eius fieret particeps, misso illi repudij libello, ab eo seiuncta est. Ille porrò quum coniugis suæ causa lætari debuisset, quæ scilicet priori suæ vitæ nuncium remisisset, simúlque ebrietatem, lasciuiam, & (vt vno verbo dicam) improbitatem omnẽ, vt amplius cum seruis aliisque turpis quæstus gratia impudicis non congrederetur, nec in libidinum cæno volutaretur, valere iussisset, ipsi quoque vt meliora sequeretur suasisset: tantũ abest vt id fecerit, vt ab ipsa statim discessione, accusationis libelli, Christianã eũ esse, Imperatori obtulerit. Mulier porrò citata, supplici quoq; libello Principi dato, petiit sibi permitti, vt rẽ familiarẽ suam primùm constitueret, ac deinde accusationi ei respondere posset. Quod quũ illa impetrasset maritus accusatione abolita, illã quidem dimisit ad Ptolemęum autẽ quendam, qui illam pietatis professionẽ docuisset, est conuersus. Eum dolo

Mulier impudica marito nequam coniuncta, simul atque christiana est facta & maritus ad frugem bonam perduci non potuit, improbitati uxoria & marito ipsi iniuriam remisit.

Ptolemæus mulieris eius catechistes deferente marito martyrio assicitur.

Christianus homo veritatẽ loquitur & christianismũ non regit.

Ptolemæo martyri Lucius martyr adiungitur. Spectatũ ingenuæ & Christianæ libertatis dicẽdi exemplum.

Tertius quoque superioribus duobus additur martyr.

Vltos verò & alios martyres in Asia fuisse constat, prinsquam M. Aurelius Antoninus Iustini aliorúmque Christianorum libellis permotus, epistola, quam paulo antè retulimus, ad Asiæ populos missa, persequutionem cohibuit: quo tempore in maximis Asiæ motibus & ingenti tumultu, Apostolorum sectator Polycarpus martyrio est defunctus: qui post Bucolum admirandorum operum effectorem, Smyrnæorum ecclesiæ præfuit. Martyrium verò eius, in scripto hodie quoque circũfertur, quod in persona eius quam in Asia rexit ecclesię, ad ecclesias Ponti editum. extremum eius vitæ actum clarè exponit. Vnde aliqua nostro quoque operi inferere placuit. Verba eius hæc sunt. Ecclesia Dei quę Smyrnę est, ecclesiæ Dei apud Philomelium, omnibúsque vbique sanctæ Catholicæ ecclesię parœciis, misericordia, pax, & charitas Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi multiplicetur. Scripsimus vobis fratres de martyrib. & beato Polycarpo: qui veluti signo suo fidei professioni impresso, per martyrij suum persequutionem cohibuit. Et initiũ scribendi faciũt ante Polycarpum, de martyribus aliis, quorũ egregia

Martyrium sancti Policarpi.

Scripti ecclesiæ Smyrnæorum ad ecclesias Ponti.

admirantur certamina, quibus illi spectatores ad admirationem extitere. Quidam eorū ita flagris ad interiores usq; venas & arterias sunt cæsi, vt in abditis sinubus secreta corporis membra & ipsa viscera conspicerentur. Quidam humi testis marinis aliisque acutis spiculis constratis, super ea collocati, atq; huic & inde raptati sunt. Et mox plurimis omnis generis pœnis, tormētis & cruciatibus afflictis, postremò bestiis sunt obiecti. In primis verò martyrio enituisse dicunt Germanicum qui diuina adiutus gratia, insitum corpori mortis metū superauit. Quum enim proconsul subducere eum ex reliquorum martyrum numero vellet, parcendum esse ætati florenti & formę excellenti præ se ferens, nihil id moratus est adolescens, sed magna animi cupiditate bestiam in se ipsum pertraxit, eam tantū non per vim irritans atque concitans, vt scilicet quàm cellerrimè ab improbis impiorum hominum liberaretur moribus. Tam fortiter certè & pulchrè per mortem propter Christum martyrium suum absoluit, vt eum multitudo demiraretur, & ad virtutem totius Christianorum gentis cum stupore consternaretur. Requirebatur autem Polycarpus.

Supplicia alitorum martyrū.

Germanicus iuuenis & martyr generosissimus.

De martyrio polycarpi episcopi smyrnæi. Cap. 35.

QVod quum ille cognouisset, constantiam robúrque animi retinens, manere in ciuitate sua & expectare eos qui illum abduci uti erāt, constituit. Sedenim presbiterorum ecclesiæ, quas multas prætendebant, precibus victus, in agrum quendam non longè ab vrbe situm concessit: atque in eo cum paucis habitans, continuè ieiuniis & orationibus incumbebat, pacem omnibus per orbem ecclesiis optans: id quod ei aliàs quoque semper dim noctúque facere in more erat. Ibi triduo antè quàm comprehēderetur, noctu somnium, seu potius visionem vidit: G oráte scilicet eo, culcitram, quam capiti supponere solebat, ignē derepentè concipere, omnémque conflagrare. Quo viso consternatus, è lecto surrexit, & rem eis qui secum erant exposuit: debere se certò per ignem, vita posita, ad Christū migrare, dicens. Magno autem studio inquirebatur: & qui cum eo erant, intima animi amorisque erga eum actione expugnati, in alium eum abducunt agrum. Confestim verò etiam qui eū persequebātur, ad mansionis eius locum adsunt. Et iam vespera erat, & ipsum superior ædium locus habebat: vnde facile in domum aliam transire, & insidias persequutorū effugere poterat. Sed id facere noluit, verbum illud vsurpans: Fiat voluntas domini. Itaque læto hilariq; prorsus vultu descēdit, suauique sermone, ac cōposito blādóque more & gestu, liberaliter illos ad cœnam inuitat. Illi porrò haud aliter quā si amici essent, H cibo copioso, somno deinde & quiete laxiore, ex itineris labore fessi, se recreant. Ipse autē sine timore omni, Christi gratia plenus, orationi intentus erat: ita vt multi ex illis qui eum audiebant studentes mirarentur, pœnitentiáque afficerentur, si autores ipsi fierent, vt tam venerandus & pius senex occideretur. De quo, id quod diximus scriptū hæc sic infert. Post quam tandē precationem finiit, in qua omnium qui aliquando secum vixissent, humiliū & magnorum, clarorum & obscurorum hominum, omniúmque adeò in orbe toto Catholicarum ecclesiarum semper mentionem: quum iam proficiscendi adesset hora, asino eum imposuerūt, in ciuitatem duxerunt, quum quidem magnum esset Sabbatum. Processerunt autem ei statim obuiam, † Irenarcha Herodes, & pater huius Niceres, qui in vehiculum suum eum translato assidentes, ita suadebant: Quid rogo mali est, sic dicas, Domine Cæsar: & si sacrifices, saluúsque ita manes? Ille autē primùm eis non respondit. Institentibus autem amplius: Non sum inquit, facturus quod suadetis. Tum illi, quòd ei quę vellent nō persuasissent, grauibus vtrum in eum parant verbis & cum impetu ex vehiculo deturbarunt, quo casu, incrure est grauiter læsus. Nihil autem rebus omnibus commotus, aut commutatus, in stadium suum est progressus, & progredienti è cœlo vox innotuisse fertur: Fortis esto, & viriliter age Polycarpe. Atque qui hanc edidit vocem, inuisibilis quidem ille fuit: sed plures ex hominibus nostris, qui tum ibi aderant, eam exaudierunt. Vt autem eò pervenit, an ipse Polycarpus esset, primùm à Proconsule est interrogatus. Qui eum etiam, quasi cum eo paciscens, cohortatus est, vt ætatis suæ haberet rationem, per Cæsaris fortunas iuraret: ea quæ antea fecisset, per pœnitentiam aboleret: ac ingenti voce exclamaret, Tolle atheos Deorúmque contemptores. Quum autem ad ea verba non permoueretur, necessitatem ei imponere Proconsul perrexit, vt fortunam & honorem Cæsaris, quem diminuisset, restitueret, & Christū conuicijs incesseret. Quod si fecisset, statim cum liberatum iri promisit. Tum ad ea Polycarpus dixit: Octuaginta & sex annos ei inseruio, neque vlla ab eo sum affectus iniuria. Quomodo ergo animem inducere possim, vt per blasphemiam ei maledicam, qui me saluum fecit, Regem meum? Quod si dissimulas, me quis sim, nosse, Christianum me esse scito: atque si studio habes professionem nostram cognoscere, da locum & tempus opportunum, eámque addisce. Hic Procōsul: Plebi hoc, inquit, persuade. Et rursus Polycarpus: Te equidē, ait, ægrè veneratione aliqua dignor. Præceptum enim habemus, magistratui & potestatibus debitum exhibendi honorem, siquidem diuinæ pietatis cultui non aduersetur. Cum plebe autem, quæ nulla ratione ducitur, quæ mihi est communio? Deinde Proconsul: nisi resipiscere vellet, beluarum ei furentem impetum minatus est. Ad quem ille: Accerse, inquit, eas: nunquam enim resipiscentiam esse mihi satis probabitur, è melioribus ad deteriora transitum: sed eam quæ à perniciosis ad iusta & sancta opera fit, mutationem. Ibi rursum iudex igne eum terruit. Et ille: qui mihi (inquit) ignem, qui hora vna extinguitur, minabundus infers, prorsus ignorare videris, eum qui in gehenna impietatis sectatoribus præparatus est ignem sempiternum. His atque aliis quàmplurimis hinc atque inde prolatis dictis, fiducia statim vir sanctus repletur vsqueadeò vt iudex ipse stupescens, lætum illius vultum atque impauidum animum admiraretur. Arque ille præconem rer ad populum proclamare iussit, Polycarpum magna cum libertate se Christianum profiteri.

Polycarpus in somnis videt, qua supplicij genere martyrium sit obitum.

εἰρηνάρχης. Irenarcha, eius officiū est, tranquillitatem publicam seruare, & viatoribus securitatem præstare. l. vnic. C. de muner. & honor. vbi etiam delicta materia, quæ vbique fiebant, pertinebant, & in principum curis Cæsar dicuntur curios. & ta tionar.

præceptum de honore magistratibus debito.

vera pœnitentia.

profiteri. Tum cuncta multitudo Græcorum, & Iudæorum maximè, qui Smirnam incolentes, an eiusmodi urbis admodū tumultuantibus subseruire consueuerant, vociferationibus confusis & obscuris acclamarunt: Pater Christianorum, qui Deos nostros aboleri, quique nec sacrificia nec adorandi atque colendi honorem eis præstare iubet, ad ignem condemnetur. Eamque sententiam Philippum † Asię rectorem, vt ferre maturaret, rogarunt. Oportebat namque virū prophetici spiritus, visione sua non excidere. Ac quum id ille annuēs permisisset, dicto citius res ad exitū suū est perducta. Euestigio enim ex populo ociosa & inutilis turba, tumultuariis actionibus gaudens, & præterea Iudæorum Smirnēsium gens, Christianotum inimicis quàm promptissimè extrema etiam quęque subministrans, ex propinquis officinis & balneis, lingua, sarmenta, aliamque omnem quę incendio ido- B nea atque accommodata est materiam, rapientes, congerunt atque accedendum. Postquam flamma multum iam excreuisset, vestibus positis Polycarpus, calceamenta quoque detrahere sibi tentari non fecerat, præpeditus scilicet atque præuentus semper à suis. Optimo enim viuendi instituto atque disciplina, etiam ante canicies à familiaribus cohonestatus atque cultus fuerat. Ne verò corpus eius tū attingerent, qui cumque superfuere fidelium, corporis ea parte quā oportuit à se ipso velata ac tecta, in ignem est progressus: insignis alicuius arietis instar, sicuti victima & holocaustum quoddam è magno grege Deo productus, talia ferè ad verbum prius precatus: ô Deus & Domine omnipotens, dilecti & benedicti filij tui Iesu Christi pater, per quem cognitionem tui accepimus: Deo angelorum atque potestatum, vniuersæque creaturæ, C ac totius generis iustorum, qui in conspectu tuo viuunt: Benedico te, qui dignatus me fis die hac & hora, vt recipiem partem in numero martyrum de calice Christi, in resurrectionem vitæ eternę cum anima & corpore, in immortalitate & incorruptione Spiritus sancti. In quibus martyribus suscipi me optarim in conspectu tuo hodie, velut hostiam pinguem & acceptam: quemadmodum præmunisti, & adimplens præparasti, Deus verax, & fallere nescius. Quapropter te de omnibus laudo & benedico, & glorifico per sempiternum pontificem Iesum Christum, dilectum filium tuum, per quem tibi sit cum ipso in spiritu sancto gloria, honor & D laus in secula: Amen. Deinceps ea quę sequuntur, epistola illa, quam diximus, inferti: Vt ignem homines accenderunt, & ingens illuxit flamma, miraculum visum est ab eis quibus id quidem videre datum est ex quibus aliqui seruati sunt, qui ea quę accidissent, reliquis annunciarent. etenim ignis fornicis seu cameræ speciem præbuit, qui quasi velum nauigij vento inflatum corpus omne circumdedit martyris. Præterea verò & odor suauis, ceu thuris, alteriúsve pretiosi aromatis fragrantis ad nos est perlatus. Ad extremū, quum homines viderent ignem nullam habere vim in martyris carnem, præceperunt cuidam, vt ab exteriore parte cuspide virum sanctum confodere. quo facto, tanta vis sanguinis effluxit, vt ignis violentiā omnem extingueret, Perfectionis exempli de messiæ disciplina & bono ritu, qui fieri debent, &c.

Oratio polycarpi extrema, ragum cōfensuri.

Martyres Carpus, Papylus Agathonice.

De duobus iudæis, altero qui per arenam, altero qui à pueris mirificè est baptizatus. cap 37.

ADhuc autem M. Aurelio Antonino imperium administrante, quod tum accidit, non prætereundum est silentio. Iudæus enim quidam in solis ardíque locis iter faciens, communiter cum viatoribus Christianis psalmos canebat. Quum verò morbo repentino ita afflige- *iter faciens, propter exire* retur, vt crederetur moriturus, atque ibi in loeis illis permansurus esse, magna contentione *mam valetu-* viatoribus suis obsecrando instit, ne eum ita *dinis necessita-* præsidio omni destitutum relinquerent, sed vt *tatem, haren* diuini lauacri participem facerent, ac deinde ab- *pro aqua ba-* irent. Vt autem illi, neque qui præstare hoc pos- *ptisteo.*

Mετρόδωρος Marcionis sectæ martyr.

Viennus celeberrimus martyr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

set, (facere etenim opus erat) neque aquæ E copiam adesse, quæ in baptismo perficiendo, & consuetudine antiqua, & lege certa & inuiolata requirerentur, caulati sunt, & propterea in tantarum rerū penuria petitioni eius non annuerunt: Iudæus porrò in sententia sua permansit, & iureiurādo eos, vt sibi satisfacerent, adegit. Illi itaque detractis hominiveſtibus, arena quę ibi erat pro aqua vsi, in nomine patris & filij & spiritus sancti, tertiùm arena in eum conjecta, baptizarunt. Per hanc tam insolitam & admirandam sacrorum mysteriorum initiationem, imbecillitate omni tanquam vinculo quodam is solutus, longè melius quàm illi validus iam prorsus iterfecit. Post quam autem domum sunt reuersi, rē eam ad Dionysium Alexandrię episcopum retulerunt. Ille verò admiratione stupens, ecclesiam de ea consuluit. Cui visum est, aqua insuper ad eum modum initiatum, iuxta ecclesię traditionē abluendum esse: vt ita, quod sacro ei deesset, F sarciretur. Simile quidē accidisse etiam sub Athanasio Magno, historiæ tradunt. Verùm æuo etiam nostro idem factum esse nouimus. Christianorū pueris Hębreus puer familiaris erat: & quùm eis ad mare colentibus natandi incessisset cupiditas, consequutus est eos Iudæus. Hunc per ludum pueri nudum ad mare stantē baptizarunt, principiò statim non inuitum: posteaquam verò & tertiā diuini numinis appellationem nominarunt, & simul tertiam mersionem

Idem post talē baptismum consaluit. In Iudæo eo aquæ baptismum additus.

Nicephori ipsius ætate puer Iudæus per ludum à pueris Christianis cū cæremoniarū omnium obseruatione baptizatus.

peregerunt, extremā lineæ vestis textura discissa, & qui circa hæc frequentatur, imaginario amictu facto, in capite eius arcanam mysticámque galeā adumbrarunt: deinde pro cereo dextram ligno tenui armantes, quæ eius sacri & ritus sunt, mysteria omnia absoluerunt: postremò & circum vicinum templum psallentes obambularunt. Vt verò etiam templum ingressi sunt, diuinam receperunt † remunerationem. Idem porrò ex æquo, qui ita baptismo initiatus erat, fecit. Quam rem per diligentem inquisitionem cognitam, qui ibi sacris præfuit, ad ecclesiam Constantinopolitanam renūciauit. Eòpuer etiam accitus: quumquidem Iudæi, ne id fieret, multa molirentur. Atque ibi quoque decretum, vt etiam in illo quod deesset, iuxta mysterij exequutionem compleretur. atque id est factum. Qui puer, vbi ad iustam ætatem peruenit, in sacerdotij ordinem est allectus: &* ædituus seu custos maximi templi factus, etiamnum ibi vnit. Hoc loco finem quoque tertio huic historiarū libro impono, qui annos continet centum & duos: initium quippe sumpsit à Galbæ & Othonis & Vitellij imperio: exitum autem ad Marci Veri, filij Antonini primi, imperij finem habet: quum à mundo condito, quinquies millet sexingenti & septuaginta septem: à diuina autem Domini incarnatione & natiuitate, centum & septuaginta duo anni præteriissent.

Cæremoniæ circa baptismum obseruari solitæ.

puer ab Iudæo baptizatus.

† *iuxta nonnullos exemplaria.*

ECCLE 4149.

ECCLESIASTICÆ HI-
STORIAE NICEPHORI CALLISTI
XANTHOPVLI, TOMVS QVARTVS.

Præfatio: de quibus rebus & antea dixerit, & deinceps in quarto hoc libro sit dicturus.

CAPVT I.

PRIMA quidē Apostolorum successio in diuino Polycarpo, vsque ad Antonini posteriora tempora, qui & Philosophus nominatus est, & Lucij Veri frater & in Imperio consors fuit, durauit. Ac diui Apostoli simplici in docendo oratione vsi, stupescendis miraculorum factis orbem terræ, ita vt decuit, sibi subdidere, cœlesti vi atque virtute & spiritus demonstrationibus omnia efficientes. Qui verò B eis succedere, aliquanto illis inferiores, virtutē eorum assequuti non sunt: propè tamen vitæ splendore ad eos accedere, non ita simplicem, vt magistri eorum, orationem consectantes. Et primus sanè Historiæ huius liber, sicuti par fuit, Christi res omnes exposuit. Secundus, Apostolorum & discipulorum eius, quantū licuit, gesta prosequutus est. Tertius, primam illorum successionē compendiosè recensuit. In quarto hoc, qui nobis est in manibus, commemorabimus, qui post illos improbi & impostores, nostra ætate fuit doctrina, gregi Christiano plurimùm attulere detrimenti. Eis nimirum veluti perniciosis animarum instrumentis & perditionis administris honesti pietatisque inimicus ille, quum se contra ecclesiam, aliud eius impugnandæ stratagema aggressus armaret, est vsus. Et quos ediuerso Dei prouidentia illis opposuerit viros, qui contra impias illorum hæreses fortiter rem gerentes, verbisque veritatis pugnantes, facilè cœpta eorum compressere: nominaque eorum doctorum, & scripta, & cum qua quisque hæresi sit congressus, quæ ve præterea memoratu digna Ecclesiæ reliquerint monumenta, apponam Deinde illustria sanctorum Martyrium certamina exequar. Et quem finem, quæstio antiquitùs de festo Paschæ orta acceperit: præterea de aliis quibusdam viris, Apostolicis doctoribus claris, cōmemorabo. Et sic, Deo adiuuante, extremam quoque hanc libro imponam manum. Initium porrò inde sumendum.

Euangelica doctrina.

εἰ γὰρ διαγγελοι μοι καὶ φαιδρότερον μᾶλλον τὴν ἐκκλησίαν ἐργάζοντο.

Verus et Antoninus hi, & præterea Diui fratres in re ciuili dicuntur.

Antea dilorum breuis repetitio.

Quibus rebus in orbe propagata sit.

Diuinarum in hoc libro propositio.

De hæresiarchis: qui eo tempore se in ecclesiam Christi D intulerunt, Saturnino & Basilide. Cap. 2.

IAm verbum salutis per omnem peragrabat terram, orbemque ipsum quod ab eis fieri potuit, occupabat. Et fidei doctrina altiùs in piorum hominum cordibus radicibus actis, firmū habebat fundamentum, ex Apostolica videlicet

a Diabolus, quum tyrannorum crudelium persequutione Euangelii opprimere non posset, fraude & versutia hæreticorum euertere id est aggressus.

b primi in ecclesia hæretici, crassi, aspernatur Epicurus & impostores manifesti.

c Saturninus & Basilides hæretici Saturninus etiam Christum phantasmate passum esse docuit, & resurrectionem negauit. Tertull. de hæres. Castor Agrippa aduersus Basilidē scripsit.

† ῥᾳδιουργίας ἀφόβους.

* ἀνυπερ-

χ τους.

† ἀδιαφο-

ρεῖν

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne omni præcisè fidem abiurare, & gustare quæ idolis sint mactata, liceret: Atque equidem de Basilide Irenæus itidem agens, pudendum errorem eius pulchrè in apertum produxit. Æqualem cuius idem fuisse refert e Carpocratem, eorum qui Gnostici appellantur f, autorem & ducem: quem non puduit propalam artem magicam exercere, quam pater eius Simon clàm & subdolè professus fuerat. g Gloriam is aucupabatur, & sese efferebat artibus curiosis, per eos quos ipse conficiebat amores, per somniorum visiones, & per assessores dæmones. Docebat quoque, omnem eos oportere perpetrare turpitudinem, qui ad perfectionem arcanorum sacrorum suorum peruenire vellent: neque fieri posse, vt quispiam eos effugeret, qui mundi principes apud eos appellarentur, nisi infandis fœditatibus omnibus satisfecisset.

d Basilides, inter cætera deliramenta, Christum non a Deo, qui creauit omnia filium, Abstraxit, in phantasmate, non in substantia carnis missum: nec a iudæis cruci affixũ, sed Simonem eius vicem passum, & proinde crucifixũ non adorandũ esse, blateravit. Tertullianus.

e Carpocrates hæresium, impurus, impudens & voluptuarius.

f De Gnosticis Irenæus libro 1. cap. 24. aduersus hæreses. Alii ex ipsis signans cantantes suos discipulos in superioribus partibus extantia desyre auru, &c. Gnosticos se autem vocant &c. a Valentino hæreticos. e item Cerdo.

g idem, Carpocrates, vnã dixit esse in superioribus virtutem principalẽ, ex hac prolatos angelos: christum non ex virgine, sed ex semine Ioseph hominem genitũ, virtute & iustitia alijs præstantiorem: & solum eius animum in cælum receptum Tertullianus.

De Valentino, Cerdone, Marcione pontico, & Marco. cap 3.

ATque ij sub Hadriani imperio extitere. Sub Pio autem Antonino, ecclesiæ Romanæ Hygino præsidente, idem Irenæus a Valentinum & Cerdonem hæresum suarum autores fuisse scribit: qui Marcionis quoque erroris duces extiterint, & Romæ vterque domicilium inuisi Deo dogmatis constituerint. Scribit autem ad hunc modum. *h* Valentinus cum venit Romã sub Hygino, inualuit autem temporibus Pij, duraruntque vsque ad Anicetum, *i* Cerdon verò, qui ante Marcionem fuit, & ipse sub Hygino, qui in vrbe Roma nouus erat episcopus, in ecclesiam venit, & pietatem profitens atque resipiscens, ita ibi mansit, vt aliquando * occultè doceret. aliquando autem rursus se pœnitere confiteretur: nõnunquam etiam coarguerentur de his quæ perperã doceret, atque etiam à fratrum cœtu excluderentur. Hęc in tertio aduersus hæreses libro. In primo autem, de Cerdone etiã ita refert: Cerdon verò quidã, à sectatoribus Simonis impietatis fuę occasionibus sumptis Romam venit sub Hygino, nouum loci m episcopalis successionis ab Apostolis sortito: ibique docuit, eum qui à lege & prophetis prædicatus est Deum, non esse patrem Domini nostri Iesu Christi. hunc quippe nosci, illum esse ignotum: & alterum quidem iustum alterum autem bonũ esse. Cui Marcion succedens, doctrinam eam adauxit, sine pudore verecundia omni blasphemans. Valentini autem immensum & profundũ pelagus Irenæus facilè emensus, intimis obscuræ & erroneę populisque seductricis sylvæ speluncis incubantem impostrarum serpentẽ vbi dudum abstrusus latuerat, extraxit, & nudũ in aprieum produxit locum. Quo tempore Marcum etiam fuisse dicit, nequitię magicę pernitissimum. Quorum detestanda sacra talibus ostendit verbis: Etenim quidam eorum thalamum nuptialem construunt, & arcanum quoddam initiandi genus celebrant, adiectis nonnullis super eis qui initiantur votis & precationibus: &

h Valentinus, vsque ad triginta æonum fatus, tanquam Æonia sese exemen diuinitatis effudit: & christum in substantia corporis nostri fuisse negauit. Tertull. Cerdon duo introduxit initia, id est, duos deos: vnum bonũ, & alterum sęuum, &c. Christum item verum hominem, & verè passum esse negauit. Idem.

De Tatiano & Seuero, & de Hæresi Encratitarum. Cap 4.

POst Saturnini & Marcionis, Encratitarum hæresim conflatam esse traduntur: cuius princeps fuisse fertur Tatianus, qui discipulus Iustini martyris fuisse perhibetur. Sed tantisper dum eum illo etat, nihil rerum huiusmodi protulit. Posquam verò ille martyrio est defunctus, tumore disciplinæ inflatus, tanquem aliis scientia superior, peculiarem cœpit promulgare doctrinam: quam videm vt Valentinus, fecula inuisibilia pro ducens: & eaq; quæ Saturninus & Marcion de nuptiis, corruptione, & fornicatione, nugando effuõs: à seipso quoq; causã nouã salutis Adæ ἀἰσχύνης vltus est cõmentus. Cuius successor Seuerus, hæresim illius magis etiam adaugens, causam arripuit quur sectatorib. illius ad se pertractis, à suo ipse nomine Seuerianos eos vocaret. Legem quidem, prophetas, & ipsa Euangelia ij quoque recipiunt: proprijs quibusdam interpretationibus, prout eis est visum, sacras scripturas accõmodantes. Apostolum autem Paulum maledicis & conuiciis proscindentes, Epistolarum eius librum, & item Apostolorum acta prorsus reiciunt. Tatianus porrò iste quatuor Euangeliorum conciliationem & concordantiam fecit, cuiq; libro nomẽ Διὰ τεσσάρων imposuit, qui lõgo etiam duraut tempore. Ferunt etiam quoque quædam Apostoli transtulisse atque immutasse loca, vt scilicet inelaboratam eloquutionis expoliret simplicitatem. Magnam præterea librorum vim is reliquit: in quibus maximè celebratur, quæ ad Græcos siue gentes scripta ab eo est oratio. In ea, veterem temporum memoriam ac priscos persequens, omnium antiquissimum fuisse Mosen ostendit: sicuti & me legere memini. Hæc de secta Tatiani, seu mauis Seueri, dicta sufficiant.

i postea à Seuero dicti.

Alia eiusdem scripta, concordantia quatuor Euangeliorũ Tatiani. Quaternionem dicere Latini possessi.

Verum omnibus antiquissimum Mosen.

H Vt gratia Dei hæreticorum conatus dissipauerit: quum multa alia eis impedimenta obiiciens, tum viros doctos eloquentes & pios in ecclesia excitans. Item Catalogus Ecclesiasticus eius temporis scriptorũ. cap. 5.

AD hunc modum tẽporibus illis hæreses suppullularunt: & per eas vetus generis nostri hostis, hæreticos quidẽ miserabiliter in ius suũ & perditionem pertraxit. Apud gentes autem, suis ipse portentosis turpibusque fœditatibus, maximam contra Christianum nomen, & salutiferi Verbi doctrinã, grauissimæ infamiæ calũniam induxit: vt qui nondũ ad fidei nostrę professionem essent pertracti, impiam admodum de nobis

Diabolus per impuras impudentes & impias hæreses, Christianismum admodum apud infideles traduxit.

de nobis conciperant suspicionem, quasi nefandis libidinibus, matribus sororibúsque nostris commisceremur, impuróque prorsus scelerataę vitæ genere contaminaremur. Sed non diu hæreticos tulit, qui salutis nostræ curã gerit Deus. Nam adulterina ecclesiæ dogmata, quæ paulatim emicuerent, breui sunt extincta, & à seipsis inter se abolita, quum alij super alios nouis rebus studerent, atque inter se conflictarentur: nõ aliter quàm fluctuum commotiones insurgentes subinde, atque decidentes, in varias multiplicésque abeunt formas, & postremò vt nihil eorum appareat euanescunt. Contrà, veritatis ipsius causa, tum incrementa sua capiebat, magisque indies augebatur, accessionem quandam & robur certum ex hæreticorum insultu sumẽs. Semper enim sibi constabat Ecclesiæ catholicæ splendor & status: & gravitas eius, modestia, libertas, diuinus vitæ morúmque disciplinæ ordo, doctrinæque sinceritas, apud Græcos simul & barbaros mirificè relucere cernebatur. Atq; illis vt † inobsequentibus tempore diffluentibus, simul etiam coorta in doctrinam nostram inuidiosa calũnia diffluxit: solãque quã nos profitemur fides & doctrina sincerorúmq; dogmatũ philosophia, in graui simul & moderato statu suo pulchrè atque decenter perstitit vt deinceps nemo facilè per calumniã contra eã infame quic quã & indecorũ proferre auderet. Quã rem vetares, si qui aliquãdo aduersus ecclesiæ Catholicæ doctrinã insurgerent, in primis studio habuerunt propter impurorum & prophanorum hominum * vaniloquentiam. Et hoc quidem sic ipsa gratia & prouidentia Dei multis, ita vt decuit modis, efficiebat: nihilominus tamen illa alios quoque, qui eiusmõdi deliramenta oppugnarent, in medium produxit, cum pernicioſis illis & conscelcratis pedem collaturos, & non tantum editis libris, verumetiam sine scripto firmissimis demonstrationum atque rationum probationibus, impiarum hæresum mẽdacia debellaturos. In quibus post Clementẽ Ignatium & Polycarpum, primus Iustinus ex philosophis martyr fuit. de quo in proximo, qui hunc præcessit, libro diximus. Post eum Egesippus laudem multã obtinuit. Ab hoc tertius Dionisius, Corinthiorum episcopus. Quartus, Antiochenus Theophilus. Deinde Philippus, & Modestus. Melixon, Apollinaris, & Musanus. Secundum hos duodecimũ locum consequutus est Bardesanes Syrus. Qui sanè omnes plurima variáq; reliquerunt scriptorũ monumenta: de quibus, quantũ poterimus, in præsenti dicemus tomo. Sicuti in reliquis quoq; faciemus: nec memoriã illorum qui hosce sunt subsequuti, intercidere patiemur. Faciemus etiam deinceps mentionem Pantæni, & Alexandrini Clementis, qui à volumine suo cognominatus est ὁ σφραγεὺς seu cõtextor: præterea Rhodonis & Miltiadæ, Apollonij & Serapionis, Irenæi & Hippolyti, & cæterorum vsq; ad ipsum doctissimum Origenem: qui orationis virtute, doctrina, monumentisque librorum plurimùm professioni Christianæ contulerunt momenti. De Papia quidẽ, Quadrato, Aristide & Castore antea diximus. Nunc de Iustini libris agamus.

prouidentia diuina hæreses, per seipsas vnà cum infamia christiano nomini inusta, extinctæ.

Ecclesia florẽs.

optima abolendarum hæresum ratio, quam nostræ etiam ætas vtinam seruaret. αὐτοτάκτον.

Patres eam sedulò retinuerunt.

κενοφωνίαν.

Deum etiã hæresum oppugnatores excitauit.

catalogus priorum Ecclesiasticorũ, virorum qui monumenta scriptorũ post se reliquerũt.

De libris, quos Iustinus inter martyres philosophus composuit. Cap. 6.

PErmulta is quidem edidit scripta: quæ autem ad nos peruenerunt, hę sunt. Ad Antoninum Piũ & liberos eius, Romanúmque Senatũ, pro fide nostra, oratio. Altera quoque eiusdem argumenti, ad Marcum Verum Antonini successorem defensio. Oratio item alia ad Græcos scripta, in qua multa de natura dæmonum facit verba: quæ sanè diu multúmque, & apud Græcos sapientes, & apud nostros agitata est quæstio. Liber rursus alius ad Græcos editus, cuius titulus est, * Confutatio. Item liber de monarchia Dei, cuius argumenta & locos non solum ex nostrorum, verumetiam profanorum autorum libris decerpsit. Prætera liber qui inscribitur Psaltes. Scholium de anima, in quo quæstionibus variis Philosophorum Græcorum expositis, opiniones quasdam apponit, aduersus quas rationes suas se aliquando productum, sententiámque suam alio commẽtario expositurum pollicetur. Liber contra Marcionem Ponticum compositus, inquo, sicuti & in oratione ad Antoninum Imperatorem, hæc quoque scribit: Marcio Ponticus hodie quoque sectatores suos docet alium quendam maiorem eo qui creauit omnia, esse Deum qui etiam per omne genus hominum, dęmonum fretus auxilio, permultis persuasit, vt blasphema dicerent, & pernegarent factorẽ totius huius vniuersi patrem esse Christi, sed aliũ quendem isto maiorem hunc creasse profiterentur. Atque omnes qui ab iis prouenerũt, quem admodum diximus, Christiani vocantur: haud aliter quàm, quum philosophis non sicuti communia dogmata, quod tamen Philosophię dicitur, cómune omnibus est nomen. Quibus verbis postea illud addit: Est autem nobis contra omnes hæreses volumen compositum, quod vobis, si voletis, legendum dabimus. Edidit quoque ad Iudęos dialogum quem Ephesi quum esset, Tryphoni, celebri apud Hebræos viro, quẽ etiã in eo secum differentem introducit, dicauit. In eo clarè profitetur, diuina gratia se ac fidei nostræ professionem esse pertractum: proindéq; quum multum studij in philosophorum disciplinis consumpsisset, animo sepercupido ad veritatis inquisitionem decurrisse. Dicit quoque multa Iudæos contra Christi doctrinã insidiosè molitos esse, huiusmodi ad Tryphonem verbis vtens: Non modò autem non egistis, super deis quæ malè fecistis, pœnitentiam: sed viros eximios delectos Hierosolymis in omnes orbis partes misistis, qui Christianam sectam vt atheam & deos abolentem, impietatisque manifestę compertam esse dicerent: eáque omnia de nobis, quæ qui nos ignorant, loquuntur, recensérent. Quapropter non vobis tantùm ipsis, verùm aliis etiam prorsus omnibus hominibus iniquitatis estis auctores. Scribit prætera, ætate sua dona prophetica in ecclesia Dei enituisse. Asserit etiam, Apocalypsim ex professo Ioannis esse. Redarguit denique Tryphonem acriter, quod Iudæi multa prophetarũ dicta, manifestè de Christo vaticinantia, fustulerint. Aliæ quoq; plures eius extiterunt lucubrationes: Adeò autem scripta eius veteribus in precio fuere, vt Irenęus in quarto aduersus hæreses libro dicta

Iustini philosophi & martyris scripta.

ἐλεγχος.

Iustinus de Marcione hæretico.

Marcionis hæresis.

per diuinam gratiam Iustinus à philosophia ad Christianismũ perductus.

Teste Iustino, Iudæi plurima cõtra Christianos sunt machinati.

prophetica dona in ecclesia. Iustini tẽpora. Apocalypsis Ioannis Apostoli est. Iudæi è bibliis dicta de Christo vaticinantia, fustulerunt. Irenæus dicta Iustini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam eius referat, dicēs: Rectè verò Iustinus E
in libro aduersus Marcionem inquit: Quin Do-
mino ipsi fidem non haberem, si alium quàm
rerum conditorem Deum promulgaret, Rursus
in quinto eiusdem operis: Rectè Iustinus dixit,
Quòd ante Domini aduentum non ausus fuerit
Satanas blasphemare Deum, quippe qui nōdum
condemnationem suam sciret. Iustini scripta sic
se habent.

De Egesippo, & scriptis eius. Cap. 7.

Egesippi scripta.

EAdem ætate & Egesippus viguit Quinque
eis libris integram & simplicem Euangelicæ
professionis reliquit doctrinam: in quibus satis
indicat, multos se conuenisse, quum Romam
proficisceretur, episcopos, à quibus vnam eandémque doctrinam acceperit. Mentionē etiam
facit Clementis ad Corinthios epistolę, cuius
loca quędam recenset. Cōmemorat quoque, vt
in episcopi eorum Primi colloquium peruenerit: atque inde Romam traiecerit, quum episcopatū ibi Anicetus teneret. Cuius diaconum
Eleurherū memorat, qui Soteri successit, sicuti is Aniceto. In vrbibus porrò omnibus sanam se testatur inuenisse prædicationē quemadmodum scilicet lex, prophetę, & Dominus
ipse docuerit. Meminit idem initiorum hæresum quarundam, ita inquiens: Posteaquā Iacobus Iustus martyrio est defunctus, sicuti & Dominus, idem ob verbum: in locum eius, patrui
eius Cleopę filius Simeon est suffectus, quem
omnes Domini fratrem † patruelem secundum
esse retulerunt. Propterea autem Ecclesiam vocauerunt virginem, quòd nōdum esset inanibus
& vanis corrupta doctrinis. Primus eam deprauare cœpit, quòd in petitione episcopatus repulsam tulisset, * Thebutes, vnus è septem hæreticis, & † plebeius: quibus & Simon est, vnde Simoniani dicti: & Cleobius, vnde Cleobiani: &
Dositheus, vnde Dositheoni: & Gorthęani: &
Masbotheus, vnde Masbotheni. Ab iis autem &
Menandrini, & Marcionistæ & Carpocratiani,
» & Valentiniani, & Basilidiani, & Saturniani. Hi
» pro se quisque, proprias seorsim induxerunt o-
» piniones. Ab iis Pseudochristi, pseudoprophetę
» pseudapostoli, qui vnitatem Ecclesiæ diuiserūt,
» pernicios fermonibus aduersus Deum & ad-
» uersus Christum eius. Scribit verò de Iudæorum quoque hæresibus, dicens: Fuerunt autem
varię quoque in circumcisione inter filios Israel
aduersus tribum Iuda & Christum ipsum, sententiæ & sectæ: videlicet Hessæorum, Galilęorum, Hemerobaptistarum, Masbotheorum, Samaritanorum, Saducæorum, Pharisæorum.
Scribit insuper alia plurima, quorum partem H
antea suo quæque loco adducentes retulimus.
Atque in iis quędam ex Hebræo & Syriaco
Euangelio, & de Hebraica lingua affert. Tum autem satis indicat, à Iudæis se ad Christianismum
peruenisse. Mentionem quoque aliarum rerum
facit, ex Iudaica fine scripto traditione. Et virtute omni refertam sapientiam Prouerbia Solomonis vocat: non ipse verò tantum, sed &
Irenæus, & plerique omnes qui vetustate sunt
insignes. De iis autem libris qui Apocryphi dicuntur, dicit, ætate sua ab hæreticis quibusdam
ex quę sunt conficta, illis esse clàm inserta.

Egesippus de quibusdā primis hæresibus.

*† ἐν τῶ πρώτερον. Ecclesia adhuc incorrupta & virgo. * al. Thebulis.*

† ἐν τῷ λαῷ &c. Septem primæ hæreses.

Hæreses Iudaicæ.

Euangelium Hebraum. Egesippi & antiquorū de prouerbiis Salomonis iudicium. Item de libris Apocryphis.

De Dionysio Corinthiorū episcopo, & epistolis eius cap. 8.

Dionysij Corinthij scripta.

AB hoc Dionysium Corinthium oratio conuertenda; qui ecclesiæ eius loci præfuit: & non solùm pio & sancto labore eis qui curę eius fuerant commissi, sed etiam qui in longinquis essent regionibus, plurimùm profuit, omnibus seipsum facilem præbens, & epistolas Catholicas ad eos scribens: quarum vna ad Lacedęmonios est, catechesim & institutionem orthodoxiæ rectioríque doctrinæ continens: cuius titulus est, De pace & vnitate. Secundā ad Athenienses dedit, qua eos ad sinceram fidem complectendam excitat, cum legitima obiurgatione: quòd parum essent ad accuratum Euangelicæ doctrinæ & vitę institutum intenti, quippe qui prorsus ferè à professione Christiana defeciuerint, ex quo in eorum temporum persequutione Publius episcopus eorum è vita Martyrio consignata excessit, cui Quadratum successisse, ecclesia gubernanda, commemorans, studio diligentiáque eius conuentus fidelium denuò agi cœpisse, & fidei ignieulos rursus excitatos esse, dicit. In ea epistola quoque indicat, Pauli cohortatione Dionysium Arcopagitam episcopatum ecclesiæ Athenienśium suscepisse. Scripsit aliam quoque ad Nicomediæ ecclesiam, in qua Marcionis hęresim vehementer impugnans, ecclesiastico canoni insistit atque innititur. Ad Gortinios etiam, & reliquas per Cretam ecclesias alia circumfertur, in qua, quùm episcopum eorum Philippum, quòd ecclesiam suam fortitudinis & virtutis omnis laude florentē ritè gubernauit, commendat: tum in fine eos hortatur, vt sibi à fraude & peruersitate hęreticorum caueant. Amastridi porrò & Pōticis ecclesiis scribens, Bacchilidæ, & Elpisti, qui eum ad scribendum sint cohortati, & Palmæ episcopi mentionē infert. In ea epistola, multas scripturarū solutiones & declarationes exponit: multa de castitate & cōiugio refert. Iubet etiā omnes quā à quacunque hæresi delicto, & peccato, per pœnitentiam conuertantur, ad ecclesiam benignè recipi. Has consequitur, quæ ad Gnosticos, est data epistolam qua episcopum Pinytum admonet, * ne cœlibatus onus tanquam necessarium fratribus imponat, sed infirmitatis multorum rationem habeat. Ad quam ille rescribens, quùm virtum eum admiratur, laudat, & complectitur: tum ab eo maturiores firmioréque perit literas, quibus illis meliorem solidioremque cibū impertiat, ne puerilibus innutriti alimēris, in lactis nutricatione consenescant. Per quam epistolam

Pinytus episcopus Gnosticus.

Peccatoret eum habeat.

Vetus Romanæ Ecclesiæ cōsuetudo, Ecclesiis & afflictis Christianis eleemosynam mittendi.

Epistola Clementis Romani corinthi in ecclesia lecta.

Epistolæ Dionysii corinthij adhuc vigentis ab æmulis depravata.

Libri eius aduersus Marcionem.

Item Philippi Gortynæ episcopi.

Pœnitentiā agentes in ecclesiam recipiendi.

De cœlibatu eius notandus.

* Μὴ τὸ βαρὺ φορτίον τῆς ἀγνείας ὡς ἐπάναγκες ἐπιτιθέναι τοῖς ἀδελφοῖς, τοῖς δὲ τῶν πολλῶν ἀσθενείας κατανοεῖσθαι.

De antea cœlibatus diui ignatij extant sententiæ. si quis poterit in castitate manere, ob carnis Dominicæ honorem, citra gloriationē maneat. Decet autem & nuptas de sententia Episcopi coniugium instituere, vt nuptiæ iuxta Deum contrahantur, non secundum fœdā libidinē. Cœlibatus iugum nemini imposueris. Est enim res periculosa, & custodia, cum obtinetur, difficili, quando ex necessitate seruatur. Iuuentibus nuptias permitte, priusquā meretricis amoribus corrumpantur. In Gnomologica Græca, libro primo, cap. 14.

non

non modò Pinytus orthodoxam rectamque fidem, sed & eloquentiā, diuinamque prudentiā & curā suam, quam de gregis sui profectu & vtilitate gessit, satis declarat. Sed ad Soterē quoque Romanæ vrbis episcopum epistolā dedit, ex qua per pauca hic inserere placuit, de cōsuetudine ecclesiarum, quæ vsque ad persequutionē duravit. Eā quum ipse quoque approbet, ita refert: Iam inde ab initio hæc vobis est consuetudo, vt fratres omnes vario beneficiorū genere afficiatis: & ecclesiis, multis, quæ passim sunt in vrbibus, subsidium mittatis: per quod iamdudū & egenorum penuriā recreatis, & fratres in metallis opus facientes alleuatis, morémq; Romanū à maioribus acceptū Romani retinetis. Quē non modò cōseruauit, sed adauxit etiam, beatus episcopus vester Soter, quū liberaliter munera sanctis summittēdo, tum fratres ad nos redeuntes, vt filios suos pater amātissimus, sermonibus B beatis cohortando. In ea ipsa epistola, & Clementis ad Corinthios epistolæ meminit, superioribus temporibus more antiquo in Ecclesia eam legi solitā significans, inquit enim: Hodiernum transegimus Dominicum diem, quo epistolam vestram legimus, quam etiam deinceps semper cohortationis institutionisque nostræ gratia legemus: itidem vt alteram illam à Clemente ad nos scriptā. Insuper & de epistolis ipse suis, tanquam callidè depravatis, ita scripsit: Epistolas enim fratrum rogatu scripsi, sed eas diaboli apostoli zizaniis compleuerunt, quædam quidem expungentes, quædam autem inferentes. Quibus Væ illud est repositum. Non mirandum certè, si etiam Dominica scripta nonnulli corrumpere sunt ausi, quando nostris e- C tiam illis longè dissimilibus, insidias struxerunt. Est etiam epistola eius ad Chrysophoram, fidelem sororem: cui ille conuenientia scribens rationali eam exatiauit alimento. Hæc Dionysio.

De Theophilo Antiochiæ episcopo, & de modestę, eorúmque scriptis. cap. 9

Theophili Antiocheni scripta.

† Aly habēt Anatolium.

THeophili autē Antiochiæ episcopi ad † Autolycum tres feruntur Institutionum libri. Et aduersus Hermogenis hæresim liber, in quo multis vtitur testimoniis ex Ioannis Apocalypsi. Extant eius quoque scripta alia, diuinis referta doctrinis. Cęterùm ea tempestate, quum hæretici zizaniorum more, in sincera & pura semente Ecclesiæ, valde succrescerent, ecclesiarum per orbem Episcopi illos perinde atque syluestres feras propellendo arcebāt, aliquando quidem scriptis ad fratres exhortationibus & præ- D ceptis, nonnunquam verò etiam sola verborum vi in faciem hostibus ad eos euertendos congressi: quandoque libris editis, densis atque certis confutationibus eos persequentes. Ex quibus etiam vnus est, de quo nunc agimus, Theophilus, fortis sanè propugnator: quē contra Marcionem strenuè rem gessisse, errorémque eius & fraudem in publicū produxisse, ex libris eius qui adhuc circumferuntur, satis apparet. Sed non is modò contra Ponticum Marcionem depugnauit: sed & Philippus, quem paulo antè ex Dionysij verbis, episcopū Gortynę fuisse didicimus, luculentum aduersus eundē edidit librum.

Irenæi Modesti

De Melitone Sardensi episcopo, & opusculis eius. Cap. 10.

Scripta Melitonis & Apollinaris.

EIsdem temporibus Melito quoque Sardēsis, & Apollinaris Hierapolitanæ ecclesiarum episcopi, eloquentia simul Apostolicáque doctrina in primis floruere: qui ambo seorsim apud Marcum Antoninum iuniorē, Christianā defendentes religionem, orationem habuere. Melito sanè duos de Paschate cōposuit libros, in quorum principio, quo tempore eos conscripserit, ostendit his verbis: Sub Serullio Paulo Asiæ Proconsule, quo tēpore Sangaris martyriū obiit, quæstio magna Laodicęæ, de Paschate, quod tempestiuè in eos, incidit dies, est exorta, hæc quoque à me sunt perscripta. Istorum libro rum Clemens quoque Alexandrinus meminit, » in suo Paschate opere, quod se propter Melitonem composuisse testatur. Præterea Melitonis » liber circumfertur, de Politia & prophetis, item » de Ecclesia, alius de die Dominico, alius de Natura & figmento hominis inscriptus. Itē de Obedientia fide: de Sensibus, eorumque sedibus. Alius præterea, de Anima & corpore. Rursus, de Lauacro & veritate. Dei fide, & de natiuitate Christi. Insuper de prophetia, & de Hospitalitate. Itē is qui dicitur Clauis. de Diabolo. de Apocalypsi Ioannis. de Incorporato Deo. Ad hos accedit liber Antonino oblatus, in quo de rebus nostris ralia quædā memorat. Quod antea nun quam est factum, id nunc tandem fit, vt cultores dei affligantur, & edictis propositis per Asiam proscribantur. Impudentissimi enim sycophantæ, & qui alienis bonis animum per cupiditatem & auariciam adiecere, occasione ex principum constitutionibus arrepta, diu noctúque propalàm excutiunt & rapiunt eos qui nihil admisere mali. Ac siquidem hæc iussu tuo fierent, probarentur sanè. Iustus enim princeps nihil iniusti statuerit vnquam: & nos æquo libentíque animo cædi eiusmodi ferremus honorē. Et te illud modò rogaremus, vt ipse priùs rem dispiceres, autoréque tantæ pertinaciæ inquireres, atque ex æquo & bono decerneres supplicione & morte, an salute & quiete sint digni. Sin autem te quoque sciente constitutio & sanctio hæc est promulgata, vt nouo prorsus more, igne & laceratione in corpora ciuium sæuiatur, quod antea ne aduersus barbaros quidem hostes facere decuit: multo magis obsecrandus nobis es, ne nos in tam aperta & publica violentia & direptione despicias. Posthæc etiam illa refert: Philosophia nostra antea quidem inter barbaros viguit. Et quum in » Romani imperij prouinciis, ex maioribus tuis, Augusto Cæsare rerum potiente, efflorescceret, admodum imperio tuo commodauit. Ex eo nanque tempore in immensum res Romana creuit: cuius tu successor optatus factus, diutissimè imperium administrabis, si vnà cum filio tuo, philosophiam istam, quę cum imperio quasi simul nutrita, & cum Augu-

Defensio Melitonis pro Christianis ad Antoninū imperatorem.

christiana religione promulgata romanū imperium ad summum florē sub Augusto principe peruenit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" sto incrementa sua cepit, cõseruaueris. Ea quip- E
" pe & à maioribus tuis, præ cæteris religionibus,
" adest habitam precio. Professionem porrò no-
" stram Reipublicæ bono esse, illud in primis in-
" dicat, quòd vigorem suum habere cœperit vi-
" gente maximè imperio: & quòd in Augusti re-
" gum administrationem nihil aduersi inciderit,
" sed è diuersò prospera omnia & præclara ex ar-
" bitrio & voto omnium successerint. Soli reperti
" sunt Nero & Domitianus, qui ab inuidis & ma-
" lè conciliatis quibusdam hominibus persuasi,
" professionem nostram calumniæ expositam esse
" voluerunt. A quibus, more iniquissimo, per il-
" los impudentis sycophantiæ profluxit menda-
" cium. Sed enim pij parentes tui, imperitiam il-
" lorum corruxerunt, multis sæpe rescriptis eos
" obiurgantes, qui de nobis præter leges & æqui-
" tatem, quicquã statuere aut rentare fuissent ausi.
" Inter quos auus tuus Hadrianus, quum ad alios F
" plures, tum ad Fundanum Asiæ proconsulem,
" ea de re scripsit. Pater quoque tuus, tecum im-
" perij res administrãs, in edicto eo quod ad civi-
" tates, nominatim verò ad Lariss æos, & Thessa-
" lonicenses, & Græcos omnes ne quid rerũ no-
" uarum fieret, edidit, de nobis scripsit. Te verò
" amplius etiam, qui de religione nostra eadem
" quam illi, immo verò humanitati & philoso-
" phiæ accommodatiorem obtines sententiam,
" factũrũ esse persuasum habemus, quæ perimus,
" omnia. Hęc ille in oratione ad Antoninum. In
" eis autem, quas scripsit, Eclogis & scripturarum
" compendiis, statim à principio, Onesiphoro
" cuidam eo opere inscripto, veteris instrumenti
" extra controuersiam positos libros recenset.
" Eum autem virum laudibus vehit, quòd & fide G
" probata fuerit, multum studij in scripturis ad-
" discendis posuit. Hierosolyma autem se ea gra-
" tia profectum esse asserit, vt certa ibi de libris
" eis comperiret. Itaque numerũ & nomenclatu-
" ram eorum proferens: Quinque, inquit, sunt
" Mosæ libri, Genesis, Exodus, Leuiticus, Nume-
" ri, Deuteronomium: Iesus Nauæ, Iudicũ, Ruth.
" Regum quatuor, Paralipomenon duo, Psalmo-
" rum Dauidis liber: Solomonis prouerbia, siue
" Sapientia: Ecclesiastes, Canticum canticorum,
" Iob: Prophetarum, Esaiæ, Hieremiæ, & duo-
" decim prophetarum liber: Daniel, Ezechiel,
" Esdras. Deinde infert: Ex quibus Eclogas fece-
" rit, quæque sententias & doctrinas collegi, in sex li-
" bros digestas. Hęc de Melitone.

Nero & Domitianus christianorum persequuntur.

Melito de canonicis veteris testamenti libris.

De Apollinari Hierapolita: item de Musano & Bardesane Syro, & de scriptis eorum. Cap. 11.

APollinaris autẽ, quum multa alia tum hæc quoque feruntur. Ad Antoninum pro fide oratio. Quinque libelli, in quibus cum Græcis seu Gentilibus agit. De veritate liber vnus & alter. Ad Iudæos item libri duo, & quæ præterea contra Phrygum hæresim composuit: quæ non longè pòst res nouas in ecclesiam induxit, tum primùm autem pullulare cœpit, ex quo Montanus cum pseudoprophetissis suis à vera fidei via declinauit. De Apollinari Hierapolitano tãtum. Musani autem, cuius antea meminimus, pulcherrimus extat Dehortatorius liber ad quosdam fratres ab eo compositus, qui præter rationẽ ad sectam Encratitarum deflexerãt: quæ eis quoq; temporibus exorta, nouam pernicio-

Apollinaris libri.

Hæresis Cataphrygas.

Montanus hæreticus.

Musani ecclesiastici doctoris scripta.

E sámque hæresim & opinionem in orbẽ intulit. Ducem eius & autorẽ fuisse, historia nostra antea Tatianum, Iustini Martyris auditorem, propagatorem autem Seuerum, indicauit. De Encratitis Irenæus quoque ita scribit: A Saturnino & Marcione Encratitæ nominati, cœlibatũ docuerunt, simul & primam Dei creationem reiicientes & tacitè eum qui ad hominum propagationem masculum & fœminam creasset, accusantes. Idẽ quoque abstinendũ esse ab eis quę ipsi animata dicunt, instituerunt: * malam referẽtes gratiam, qui cuncta creauit, Deo. Pernegant etiam primi hominis saluté. Hæc quoq; de Musano. Ea ipsa tempestate, quum Phrygum aliorúmque etiam hæreses in Mesopotamia exundarent, Bardesanes Sytus, quum linguarũ aliarum, tum Syri sermonis perissimus, præterea verò hæreticis refellendis exercitatissimus, aduersus Marcionem & alios quosdam, quinque variantiũ inter se dogmatum autores, strenuè cum eis congressus Dialogos, & insuper alia plurima scripta, sermone suo vernaculo edidit: quę quòd fortiter fidei verbum propagarent, plures eius auditores in Græcam tranitulere linguam. In iis liber est quem ad Antoninum de fato cõscripsit, satis in eo Patrẽ Verbi exprimens. Sed & alia opuscula eum occasione ex persequutione accepta, edidisse ferunt. Atque hic quidem Valentini primùm secta*tor fuit: quem quum improbasset, fabulosas que eius doctrinas & opiniones satis refellisset, ipse quidem sibi ad perfectionem & finem recte fidei peruenisse est visus: non omnino tamen veteris opinionis suę, quæ in habitum abierat, sordes abstersit.

Encratitarũ hoc est, continentium hæresis prohibentiũ nubere, iubentium abstinere à cibu & c. Tim. 4.

** ἀχαρίστως Tes sępe. Primi hominis salus.*

Bardesanes Syri scripta Ecclesiastes.

Hic ex Valentini, enim discipulo fuit errore, per eius nihil egressum nisi contraxit.

De Caio, & Tertulliano qui scripsit, quum diui Marci tempore in Germania exercitus siti laboraret, Deum precibus nostrum militum exoratum pluisse, hostesque fulmine concidisse. Cap. 12.

SEd & alij plures Christiano planè animo pro fide nostra decertarunt, & aduersus hæreses depugnarunt: ecclesięque statu & moribus rectis, aliisque quę vel scriptis, vel sine scriptis à maioribus accepissent, in litetas relatis, libros plurimos posteritati reliquerunt. Quibus a Caius & Tertullianus merito sunt annumerandi, qui plurima certè & pulcherrima ediderunt scripta: quæ singilatim recencere, præsentis instituti non est. b Tertullianus porrò ille presbyter fuit, patre centurione natus: cuius lectione Cyprianus plurimùm est delectatus c. Et quòd eloquentia admodum polleret, multos sub Seuero imperatore composuit libros. Sed postea propter cleri Romani inuidiam, ad Montani est delapsus dogma. Et libros aliquot aduersus ecclesiã. Mõtani opinionẽ defendẽs, edidit. Scripsit etiam de cõtinentia persequutione, de ieiunio, de monogamia, de ecstasi libros sex: contra Apollonium septem, & plures alios. Quibus Apologiã pro fide ad Senatum Romanum addidit, in qua commemorat: d Quũ Marcus Antoninus bellum cõtra

a Caius scriptor Ecclesiasticus.

b Tertullianus.

c Magistrum cum appellat solutus.

d Milites christiani sub M. Antonino merentes, pluuiam in summa siccitate, & victoriam in vltima propè desperatione, à Deo precatione sua impetrarunt, ea Victoria Antoninus Marcomannicum bellum confecit, & Pannonias Marcomãnis, Sarmatis, Vandalis simul & Quadis extinctis, liberauit. Oros. lib. 7. a. 15. Iul. Capitoli Eutr.

Germanos

Germanos & Sarmatas gereret, aciémque aduer A sus hostes strueret, exercitũ eius omnem, propter sitim grauem & diuturnam, ad rerum omnium inopiam & desperationem peruenisse, ac legionem nostram in genua more nostro procubuisse, precantem, atque Dei opem implorantẽ: eámque rem vt nouam & insolitam, hostibus terrorem ingentem incussisse. Atque illis ad eum modum orantibus, aliud in super maius, præter opinionem & expectationem, accidisse. Quum enim frequentibus fulminum ictibus hostes pulsos: tum qui ea sunt subsequuti, multa densorũ imbrium vi, exercitum iamiam siti & aquę penuria interiturum, recreatum & restitutum esse. Tam efficaces scilicet nostrorum fuisse preces: Hanc rem † profani etiam historici tradidere, qui de Romanis imperatoribus scripserunt: nõ illi quidem precibus nostrorum miracula tanta adscribentes, (quomodo enim id facerent, qui alienis prorsus à nobis sunt animis?) sed qui par B tim nostrarum sunt, aut nobis fauent, nulla deprauati affectione, † simpliciter & verè hominibus id factum nostris tribuunt. Ex quibus Apollinaris memorię mandauit, Imperatorẽ statuisse, vt legio ea quę ex Christianis constaret militibus, * prærogariua quadam principem in exercitu obineret locum, aliisque semper præiret copiis. cui idem etiam imperator nomen † Ceraunoboli. hoc est fulminatricis imposuit. Sed & Tertullianus satis idoneus & locuples eius rei fuerit testis, qui scribit: Marci prudentissimi imperatoris etiam tum literas extitisse, quibus illã Germanicam sitim, quum iamiam aquarum penuria exercitus periturus esse, Christianorum militũ precationibus impetrato imbri discussã contestatur. Eundémque imperatorem capitis quoque pœnam, & quidem tetriorẽ constituisse C dicit Christianorum accusatoribus. Ac deinceps subiungit: Quàm igitur sunt iniqui iudices isti, qui in nos solos inquirunt, impii, iniusti, crudeles: quos Vespasianus * seruari non iusserit, quanuis Iudeorum victori. Ob quos Traianus ex parte leges frustratus sit, vetando inquirit Christianos? Quos neque Hadrianus, quamquam curiositatum omnium explorator, neque qui appelatus est Pius, prosequendos sanxerit? Caius autem sub zephyrino, aduersus Proculũ Montani studiosum, dialogo composito, in quo temerariam eius audaciam taxat, quòd nouam induxerit propheriam, maximam est consequutus laudem & gloriam.

† ἁπλᾶς καὶ ἀκαχινήτως τρόπῳ. *Vnam legionẽ christiani nominis id impetrasse, Dionysius est. Suidas rem omnem in talentum quendã mystem connitere esse videtur.*

† κεραυνοβόλου.

* ὑπεξαιρέσεως *seruari hic dictum, sicut apud Teren. Me infensus seruat. Cuj scriptum.*

** Flumen de cœlo precibus suis contra hostium machinamentum exorsit, suis pluuia impetrata, cum siti laborarent. Iul. capitolinus in Marco philos.*

** diui fraterni anti christianæ legionis beneficij memores, per scriptum etiam christianam religionem confirmarũt, Christianos accusari vetuerunt, & eius dem conditionis cum cæteris esse in honoribus adipiscendis constituerunt constitutio eorum perstringitur. l. generaliter. s. fin. ff. de decuri. Eis, qui Iudaicam superstitionem (christianam professionem intellige) sequuntur, diui Verus & Antoninus, honores adipisci permiserunt: sed & necessitatẽ eis imposuerunt, qui superstitionẽ eorũ non lederent. Vlpianus*

De Irenæo Lugdunensi episcopo, vt etiã quoque ætate prædictiones & visionis diuinatus, quã prope fidem excellent, sint edita. cap. 13.

CÆterùm Irenæus Lugdunensis ciuitatis, quam Rhodanus præterfluit, episcopus, Pothini, qui nonaginta annos natus cum reliquis in Gallia martyribus, de quibus paulo pòst agemus, vitam finit, successorum tenera sua ætate Polycarpi auditor fuit, & multa variaque memoria digna reliquit monumẽta. Sed quinq; eius extant libri, quibus titulũ fecit, Confutatio & euersio falso nominate, † scientiæ. In secundo porrò libro diserte astruit adhuc suo tempore * in ecclesiis plurima extitisse diuinæ & admirandæ virtutis indicia. Ita enim inquit: Tantũ abest vt exulcitandorũ mortuorũ dono, per orationem, quemadmodum ipse Dominus & A postoli fecerunt, careant. vt persæpe, necessitate interueniẽte inter fratres, ecclesia eius loci omni orãte, et ieiunio accedẽte vberiore spiritus in corp⁹ defuncti reuersus, homóque precibus sanctorum donatus sit. Et rursum: Quod si per phantasiam tantũ, & quasi fuco obiecto, hæc Dominum fecisse dicẽt ad prophetica illis scripta deductis, ostendemus, omnia ista ita de eo prædicta, proindéque etiam certò facta esse, ipsũmq; solum Filium esse Dei. Quapropter in eius quoque nomine veri germanique eius discipuli, accepta ab eo gratia, aliis hominibus benignè facere, sicuti ab eo quisque donũ est consequutus, perseuerant. Nam quidam dæmones profligant: aliqui futura prænunciant, visionésque & responsa habent prophetica. Nõnulli ægrotis subueniunt, & manuũ impositione eos restituunt. Iam verò, sicuti diximus, mortui etiam resuscitati sunt, qui satis diu inter nos fuerunt superstites. Quid enim dicam? quum numerum donorum Dei inire non sit, quæ per orbem terrarum omnem Ecclesia à Deo accepta, in nomine Iesu Christi, sub Pontio Pilato crucifixi, quotidie populis benefaciendo exhibet & prestat? neq; quempiam defraudans, neque argentum emungens. Sicuti enim gratuito à Deo accepit ita, etiam gratuitò ea dispensat. Similia quoque alio loco profert: Sicuti multos audimus fratres in Ecclesia prophetica dona habentes, variis per Spiritũ linguis loqui, hominúmque occulta in lucem, vtilitatis eorum gratia, proferre, & mysteria arcanáque Dei consilia declarare. Hæc hactenus.

Irenæus polycarpi discipulus.

Eiusdẽ libri.

** Gnosticorum hæc virtutes diuinæ & miracula vigere.*

Vt Irenæo scripturarum diuinitus inspiratarum meminerit: & de Apocalypsi Ioannis, & de septuaginta interpretum translatione. Cap. 14.

FAcit is etiam sacræ scripturæ mentionem, & eo quatuor Euangelia recensens, ita terè sicuti nos in fine secundi Tomi exposuimus. In quinto autẽ argumẽti eius quod dictũ est libro, Ioãnis quoque Apocalypsis, epistoleq; eius, & item Petri epistolæ meminit. De Apocalypsi verò & hæc scribit: Hęc sic habẽt, atq; in omnibus emẽdatis & antiquis exẽplaribus numerus iste inuenitur. Testificatur hoc etiã illi qui Ioannẽ de facie viderunt: verbáque insuper ipsa declarant numerum nominis bestiæ iuxta Græcorum cal-

Canonici noui testamẽti libri.

De Apocalypsi Ioannis.

culũ, per eas quæ in ea sunt literas esse expressũ. Et rursum: Nos equidem non pericli tabimur de nomine Antichristi quicquam certò asseuerare & confirmare. Quod si enim hac ætate nomen eius propalam prædicatum oportteret, per eum id indicatum fuisset, qui Apocalypsim & reuelationem ipsam vidit. Non ita dudum nanque is visus est, nostra propè ætate, circiter Domitiani imperij finem. Mentionem etiam Irenæus facit Sapientiæ Solomonis. Recipit quoque eum qui dicitur Pastoris librum, cuius illo vtitur testimonio & autoritate: Rectè igitur scriptura dicit: Crede in primis vnum esse Deum, omnia creauit & perfecit. Meminit item Presbiteri cuiusdã Apostolicæ vitæ viri, cuius nomẽ non exprimit. Ego autem Ioanẽ alterum esse puto, qui Ephesi fuit, Presbiter ita cognominatus: cuius etiam enarrationes & dicta memorabilia multa scriptis suis inserit, Meminit præterea Clementis, & Iustini, eorúmque loca quędam allegat. Quæ is autem de Septuaginta interprerum translatione diuinitùs inspiratarũ scripturarum scribat, equũ visum est ipsius verbis referre. Itaque Deus homo factus est, & ipse Dominus saluauit nos, virginis signo exhibito. & non sicuti quidam dicũt perperam transferre scripturã ausi: a Ecce adolescentula vterum gestabit, & pariet filium: ita vt Theodosium Ephesius, & Aquilas Ponticus, Iudæi proselyti ambo verterunt: quos consectati Ebionitę, ex Iosepho eum prognatum esse dicunt. Et paulo pòst inquit: Priusquam Romani imperium in Iudæos haberent, & Macedones adhuc Asiam obtinerent, b Ptolemęus Lagi bibliothecam, quam Alexandrię magnificè instruxerat, ingenti studio omnis generis bonorũ librorum copia exornare contendens, à Hierosolymitanis petiit, vt sibi habere liceret in Græcã linguã eorũ scripturas trãslatas. Tum illi, quòd Macedonibus adhuc subiecti essent, ex senioribus suis, scripturarũ sacrarum & vtriúsque sermonibus peritissimos septuaginta viros ad eum miserunt, Deo hoc sic disponente. Ptolemæus autem, de quolibet eorum seorsim periculum facere volens: simúlque timens ne ex conuentione, per versionem suam, scripturarum veritatẽ celarent & supprimerent, seiunctos eos eundẽ librum omnes vertere iussit. Idque in omnibus voluminibus fecit. Deinde quum illi apud Ptolemęum conuenirent, & versiones suas inter se conferrent, simul & Deus est glorificatus, & scripturę eo modo ad noticiam & cognitionẽ hominum peruenerũt. Euenit enim, vt omnes omnium translationes à principio ad finem vsque, eisdem loquutionibus & verbis sint conceptæ: adeò, vt hodie quoque gentes omnes persuasũ habeant, de consilio Dei ipsius versas esse scripturas. Neque mirandum est, Deum hoc ita ordinasse, qui etiã scripturis in populi captiuitate sub Nabucodonosor amissis, quum post annos septuaginta Iudæi in terrã suam, Artaxerxis Persarum regis tẽporibus, reuersi essent, Esdrę sacerdoti è tribu Leui inspirauit, vt omnes qui in

De reuelatione Antichristi.

Sapientia Solomonis. Autoritas ex Pastore,

Alma. a De loce illo Isaiæ, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Isa. 7.

b De septuaginta interpretibus historia e Hieron. in præfat. in Pentateuchum, & a basilica interpretes. septuaginta congregatos contuliss e scribit, non prophetasse: Aristeæ & Iosephi sequutus autoritatem.

Esdras Mosæ & aliorum libros sacros restituit.

x in Irenæo, de inquisitione numeri et nominis Antichristi timidè simul & solicitè agente, circa finẽ libri quinti, illud maximè obseruandum, quòd fatidico ſpiritu exẽplo gratiaria ista nomina numerum 666 representantia lectori proponit, λατεινος, τειτὰν ἑνὰις. Non enim hæc insigni carent mysterio.

A terciderant prophetarum libros denuò componeret, & leges Mosaicas populo restitueret. Atque hæc quidem de diuinis scripturis dixit. *Quæ idem de Catalogo Romanorum episcoporum scripſerit, & vt Deo dilecti Viennenses martyres Irenaũ Eleuthero Romano episcopo cõmendarint. Cap. 15.*

IN tertio autẽ aduersus hæreses libro, per catalogum episcopos Romanos recensẽt, vsque ad Eleutherũ, qui Soteri succesit. Eleutherũ porrò duodecimum per succesionem ab Apostolis facit. Enumerat autẽ eos, sicuti nos quoq; priùs in nomẽclatura eorũ recensuimus. Vbi verò de Clemente pluribus agit, seditionis etiam Corinthiæ, & epistolæ Clementis meminit. Perlongam enim, inquit, ecclesiæ Corinthi epistolam ecclesia Romana scrisit, ad pacem & concordiam dissidentes reducens, fidemque eorum, & quam ab initio ab Apostolis accepisset traditionem renouans. Vnum porrò, post Clementem, ex Romanis episcopis Telesphorum, magna gloria martyrium subiisse inquit. & postremò infert: Nunc autem duodecimo loco ab Apostolis episcopatus sortem ordine & doctrina sua obtinet Eleutherus, & Apostolorũ in ecclesia traditio & veritatis prædicatio ad nos quoque peruenit. Quo autem ardore erga fidẽ diuinámque professionẽ fuerit Irenæus, abundè testatur epistola, quam Viẽnenses & Lugdunenses martyres, quum adhuc in carcere inclusi affligerentur, ad Eleutherum Romæ episcopũ & Irenæum, qui tum presbyteri dignitate fulgebat, commendantes dederunt. Commendatio ea sic habet. Saluere te, rebúsque omnibus semper lætari optamus, pater Eleuthere. Literas hasce nostras vt ad te perferret, fratri & participi nostro Irenæo persuasimus. Quem rogamus, vt tibi commendatum habeas, egregium scilicet testamenti Christi æmulatorem. Quod si scire mus, ex loco & honore aliquo iusticiæ laudem cuiquam parari, vt presbyterum ecclesiæ, qui ipse est, eum in primis tibi commendaremus. Fit & aliorum Irenei pulchrorũ operũ mẽtio, vt sũt quædam ad Blastum, & Florinum, & Marcianum scripta: & disputationum liber. Et item qui ab eo inscriptus est De sciẽtia, ad Græcos, admodum necessarius liber. Et ea quę de Paschate ab eo sunt dicta: de quibus postea loco suo dicemus. Hęc diuino Irenæo.

Clemens & Telesphorus Ro. episcopi martyres.

Cõmendatitia literæ Viennensium martyrum ad Eleutherum episcopum & Irenæum.

De sanctorum martyrum in Gallia literis: & de maxima, quæ ibi afflicti sunt, persequutione. Cap. 16.

QVandoquidem autem Irenæi & Viẽnensiũ a Gallicanorúmque martyrum fecimus mentionem, æquum visum est, de constantia fortitudinéque eorum pauca referre. Decimus septimus agebatur imperij Antoni Pij annus, quũ in omnibus terræ partibus turbulẽto persequutionis Christiani spirante vento, populique per vniuersum orbem præcipiti audacia aduersus nos insurgentibus, plurima martyrum millia propter Christum mortem obiere: sicuti hoc facilè est ex iis quæ apud certas gentes sunt facta, coniectura essequi. Testatur id quoq; scriptura, in quę tam egregia illorũ æternáq; memoria digna certamina sunt relata. Verũ enimuerò alius quisquã, historia scribẽda, ad memoriã posteritatis, stylo indulgẽs, trãsmittat victorias & triũphos ab hostib⁹ deuictis reportatos, imperato-

a De martyribus sanctis, qui in Gallia fortissime pro Christo martyrio cruciatibus magnis egerũt. Aly hac martyria in ſpecie diuersis fratribus vertet Antonini, aritbilio Marco magistratu, ad quod ſub imperatoribus parabant, referunt.

rias ducum artes, cõsilióque simul & manu res prudenter & fortiter gestas, ac strenuorum militum pro coniugibus liberis & patria ipsa certamina obita, sanguinémque pro salute eorum multis præliis abundè profusum. Oratio autem nostra de moribus & institutis vitę & religionis Christianæ suscepta, impressiones aduersus veritatem factas, & pacatissima egregiarũ animarũ prælia, admirandámq; & omnem naturæ captũ superantem fortitudinem & virtutẽ eorum qui magis pro pietate veróque Dei cultu, quàm pro charissimis sibi capitibus rem strenuè gesserunt, tropæáque & victorias aduersus inuisibiles hostes partas, coronásque triumphales persequetur: atque ea omnia veluti in columna, nõ ærea illa, aut marmorea, sed adamantina prorsus insculpet, ad memoriam posteritatis omnis sempiternam. Eximium porrò ea tempestate martyrij tanquam stadium Gallia prouincia erat: in qua præter cæteras duæ sunt metropolitanæ vrbes, Lugdunum & Vienna, quas reliqua eorum locorum regione emẽsa, fluuius Rhodanus perstringit. Martyriorũ autem eorum commentariũ, vtrbium earũ ecclesiæ illustres, ecclesiis quæ in Asia & Phrygia fuere, miserè, tali præfatione vsæ. Qui Viennæ & Lugduni in Galliis habitãt, serui Christi in Asia & Phrygia eandẽ nobiscum redemptionis fidem & spem habentibus fratribus, Pax, & gratia, & gloria à Deo Patre & Domino Iesu Christo, Domino nostro. Deinde præfationi ciusmodi, aliis quibusdam verbis additis, tale scribendi initium faciunt. Afflictionũ erumnárumque nostrarum magnitudinem, & tantam gentium aduersus sanctos iram, atq; eas quas beati martyres sustinuerũt calamitates, ad plenum perscribere, neque nostræ est facultatis, neque id à quóquam fieri posse putamus. Omnibus enim suis copiis in nos irruit aduersarius: & in initio statim ipso apparuit, nihil fore terrori nobis † prælentiam eius. Expertus est genus omne persequutionis & afflictionis, assuetacięs atque exercens suos aduersus Dei ministros. siquidem non ædibus tãtum, balneis, & foro nobis, sed publico quoque prorsus, necubi nostrûm quisquam appareat, interdixerunt. Verùm contra eos pro nobis gratia Dei depugnans, infirmos quidem confirmauit, stabiles autem eis opposuit columnas: eos videlicet homines, qui per tolerantiam omnem, mali illius impetum in seipsos pertraherent: quíq; conferre pedẽ, omne contumeliæ & supplicij genus sustinere, & quæ plurima essent, perpauca & exigua esse ducere possent, & ita ad Christum venire festinarent: rebus ipsis ostendentes, indignas esse passiones temporis huius, ad futuram gloriam. Primùm quippe confertim vniuersi, quæ eis à multitudine inferrentur, pertulere, contumeliosas inclamationes, verbera, voluptationes, rapinas, lapidationes, & carceres: omnia denique alia, quæ ferocienti multitudini contra inimicos & hostes facere in mentem venire solent.

Scriptum ecclesiarum Gallicanarum ad ecclesias Asiæ & Phrygiæ, de earũ martyriis.

Diabolus persequutionis piorum hominum autor.

† παρουσία.

De Vetio, Sancto, Vrbino, Alexandro, Biblide, Blandilla, & aliis: vt scilicet certamen pro Christo sustinuerint, & deinceps in finitum sint abiecti. Cap. 17.

DEinde scriptũ id exequitur, sanctos ad tribunum abductos, atque ibi interrogatos, a in carcerem coniectos esse. Atque inter eos Vetium quendam Epagarhum, quum ætatis flore vigẽtem, tum fide omníque bonorum operum genere pollentem, tantam multitudinem abduci ægrè tulisse, & se ad defensionem eorum obtulisse, atque ob tam pulchram professionem cum aliis simul abreptum esse. Decem verò periculi magnitudine victos, martyrio renũciasse: & sanctis timorem ingentem reliquisse, admodũ metuentibus propter dubium futuri casus exitum, ne scilicet de eo quoque periclitarẽtur, vt Christo exciderent. Eorum tamen numerum alios paulatim expleuisse. Optimos quósq; ex vtráq; ecclesia delectos, & cum martyribus ipsis ex gẽtibus seruos vnà comprehensos, eósque flagrorum vi & necessitate coactos, contra nos ementitos esse: Thyestis cœnas & Oedipi cõcubitus, aliáque item plurima vulgasse, quæ neque audiru neque dictu credibilia essent: neque enim vnquam post homines natos, quòd facta essent, fidem obtinuissent. Quarum rerũ infamia vulgò iactata, omnes (inquit) contra nos sunt efferati. Et qui hactenus propter familiarem consuetudinem & humanitatem moderatiores fuerant, grauem in nos fremebundi acceperũt animum. Quapropter cruciatus oratiõnis vim omnẽ superantes sancti martyres pertulerunt, satana summo studiò contẽdente, vt ab eis quoq; blasphemiæ quicquam proferret. Præcipuè autem multitudinis ipsius & militum & Præsidis furor incubuit in Sanctum, ecclesiæ Viennensis diaconum: in Maturum, recens quidem illũ illuminatum, sed generosum & fortem decertatorẽ: in Attalum Pergamenum genere, columẽ & firmamentum Gallicorum Christi fidelium: & in Blandillam, quæ ſtatu quidem serua fuerat, ingenium autem & animum habuit perquàm liberalem. In ea nimirum exhibuit atque repræsentauit Christus, quæ apud homines vilia ingrata, nulliúsque adeò precij habeantur, ea apud se in maximum esse honorem, propter egregiam in se piorum animorum affectionẽ & amorẽ. Quum enim omnes meruerẽt, heráque etiam eius carnalis * maximopere de ea esset anxia & sollicita, (aderat nanque & ipsa, fortiter certamini pro Christo incumbẽs) ne illa naturæ imbecillitate, vel solam liberiorem professionem non perferret, tanto eam animi robore confortatam esse tradunt, vt tortores, qui sibi inter se succedẽres à maturino tempore ad vesperam vsq; virginis & fustibus eam ceciderant, animos desponderent, victósque se profiterẽtur, quid rerum deinceps de ea agerent dubij. Obstupescẽtes etenim, mirabãtur spiritum prorsus in ea remanere, cuius corpus circunquaque confectum & apertũ esset. At illa, perinde atque ab ineunte ætate certaminibus esset exercitata, perdurabat: laxamentúmque ei, & (vt ita dicam) † indolentia plagarũ a Maximopere & cruciatuum erat, quòd subinde a Christianã se esse proclamaret b. Sanctus verò & ipse tanta animi præsentia, & tam generosè & fortiter se cum carnificibus opposuit, plurimámque eorũ sæuitiam & pœnis incutiendis feritatem adeò superauit, vt ab illis interrogatus, non gentem suam, non patriam, non nomen, non aliud quicquam, sed vnicum hoc in certamine & lucta tormentorum omni, Christianum se esse diceret: quum

Vetius Epagathus vigẽtem ætatis flore decem christiani martyrio abhorruerunt. eorum victum sancti martyres dolebant. Eo modo christiani infamium & odiũ publicum consecti.

Admiranda Blandillæ in perferendis omnis generis tormentis tota à matutino tempore ad vesperam vsq; virginis lacerata. & fustibus eam ceciderant, animos desponderent, victósque se profiterẽtur, quid rerum deinceps de ea agerent dubij. Obstupescẽtes etenim, mirabãtur spiritum prorsus in ea remanere, cuius corpus circunquaque confectum & apertũ esset. At illa, perinde atque ab ineunte ætate certaminibus esset exercitata, perdurabat: laxamentúmque ei, & (vt ita dicam) † indolentia plagarũ a Maximopere & cruciatuum erat, quòd subinde a Christianã se esse proclamaret b. Sanctus verò & ipse tanta animi præsentia, & tam generosè & fortiter se cum carnificibus opposuit, plurimámque eorũ sæuitiam & pœnis incutiendis feritatem adeò superauit, vt ab illis interrogatus, non gentem suam, non patriam, non nomen, non aliud quicquam, sed vnicum hoc in certamine & lucta tormentorum omni, Christianum se esse diceret: quum

† ἀναλγησία.

a Maximopere & cruciatuum erat, quòd subinde a Christianã se esse proclamaret b. Sanctus verò & ipse tanta animi præsentia, & tam generosè & fortiter se cum carnificibus opposuit, plurimámque eorũ sæuitiam & pœnis incutiendis feritatem adeò superauit, vt ab illis interrogatus, non gentem suam, non patriam, non nomen, non aliud quicquam, sed vnicum hoc in certamine & lucta tormentorum omni, Christianum se esse diceret: quum

b Mirifica etiã ipsius Sancti patientia.

quidem illi ex eo, propter tam graues ac intolerabiles cruciatus, degenerem aliquem nobisque infaustam atque ominosam vocem audituros sperarent. Itaque contentione illa cruciatuum summorum inferendorum fracti, ad postremum æreas squamas candentes mollissimis & tenerrimis quibúsque martyris membris asperserunt, & agglutinarunt. Atque ita ex illis quidem hic adultis, nidor & aruina profluebat: ipse verò constans & immotus permanebat, fidéque stabilis, & aqua vitæ ex cœlesti fonte promananti conspersus atque recreatus, magis magísque confortabatur. * Ac corpus totum intelle membris congruens, martyr erat: vnũ totum vulnus, vna totum cruenta vibex, contractum prorsus, & ab humana specie, exteriore sua parte, alieníssimum. In quo ipsemet CHRISTVS patiens gloriam & laudem ingentẽ perficiebat, & aduersarium proculcabat. Apertum quippe reliquis omnibus exhibuit exemplum, nihil ibi esse terribile & metuendum, vbi adsit Dei patris dilectio: nihil erumnosum atque dolendum vbi CHRISTI gloria. Aduersarij sanè quidem incredibili animorum tumore & incensione laborãtes, ita demum se superiores fore sunt opinati, si ex interuallo deinceps eadem inferrent tormenta. Martyres enim ipsos vel cruciatibus tantis victos in impietatem eorum cõcessiuros: vel supplicijs immanibus immortuos, grauem reliquis allaturos esse timorem & terrorẽ existimarũt. Quod vbi facere sunt aggressi, adeò sunt spe sua frustrati, vt ille corpore tormentis doloribúsque omnibus releuato, cõfestim restitutus, vsum membrorum formámque integram ita receperit, vt quæ ei iterum sunt illatæ pœnæ, non excutiatio, sed sanatio atque restitutio esse viderentur. cœlitùs videlicet ei allato auxilio. Cæterùm Bibliadem etiam quandam produxerũt, oámque flagris crudelem in modum conscindẽtes, persuadere illi conabantur, vt sacra nostra detestandum piaculum esse diceret. Illa autẽ velut è sumno excitata, longe aliud, diuersúmque magis quam ipsi expectantes volebant, professa est; illud insuper adiciens: Quomodo verò homines isti infantes vorent, qui etiam ab animantium ratione carentium sanguine abstineant? Ac talia quum & paterentur & diceret generoso admodum animo, ordini martyrum est allecta. Enimuerò postquam quæsitores isti & carnifices, virtute Christi ad hunc modum infirmiores esse comperti, atque martyrum impressione & tolerantia prostrati sunt, vt in carcere eos affligerent, consilium ceperunt. Ita illi terra horrentium tenebrarum caligine & pedore excruciantur, & pedum distractio ad quintum vsque fidicularum foramen extenditur. Quapropter multi in vinculis sunt suffocati: multi ægrè viuentes, spiritum cum dolore traxerunt, omni prorsus humano destituti auxilio. Fuerunt etiam, qui simul atque in carcerẽ sunt cõiecti, quod grauem eius squallorẽ non ferrẽt, decessere, CHRISTO IESV vario Martyres modis glorificante. Pothinus autem † Lugdunẽsis Ecclesiæ episcopus, vir imbecillus, vt qui nonaginta supergressus esset annos, & naturali quidem infirmitate ægrè corpori vitalem auram suppeditaret, spiritu autem propter obeundi martyrij desiderium esset validissimus, ad tribunal est pertractus, corpore tenui & soluto, perinde atque vasculo quopiam animam vix retinens. Atque ibi cõsistens, quum pulchram professus esset professionẽ, à tribuno, quisnam esset Christianorum Deus, interrogatus: Quũ Christianus, inquit, fueris, scies. Quapropter violentiùs quoq; statim acceptus, plagas tulit. Qui enim propiùs ei astabant, manibus pedibúsque in eum insilientes, summa cõtumelia canos eius affecerunt: qui verò lõgiùs remoti fuerant, quæcũque locus subministrabat tela, in eum coniecerunt. Omnes quidem certè flagitium se & piaculum committere existimarũt, si quid insolentiæ petulacis & petulantiæ proteruæ in eũ intermitterent: eóque modo se deos suos vindicare putauerunt. Deindè, quum ægrè iam spiraret, in carcerem est demissus. vbi biduo post, spiritum Deo decedens commendauit. † Porrò qui CHRISTVM abnegauerant, vt malefici in martyrum custodiam coniecti, quòd viderẽt illos quidem iucundiùs relucere ac lætiùs fœcere, hilarésque gloria & gratia abundantes, nec non suauitatem odoris CHRISTI redolentes, vnguento scilicet quodam, sicuti nonnullis visum est, ita deliburos. vt vincula eorum quasi comptorum sponsorum ornatum decentem præ se ferrent: seipsos autem deformes ac malè olentes probrísque obsitos, vindicémque intra se & carnificem cõscientiam in animis gerentes. qui videlicet vt illiberales parúmque viriles homicidij sibi ipsis crimen impingentes, omnium præstantissimum nomen reiecissent: ex martyrum conspectu confirmabantur, séque ab eis recipi rogabant. Atque illi eos non grauatè, nullam prorsus suspicionem reliquam faciẽtes, susceperunt. Ex eo tempore martyria variè sunt diuisa, atque distincta. Ex multiformibus nanq; & versicoloribus floribus coronam illi texẽtes, Christo eam obtulerunt, & maximum illud immortalitatis præmium receperũt. Maturus quidem, & Sanctus, Blandilla & Attallus, in publicũ producti, & in amphitheatro bestiis obiecti, eosdem sunt angores experti: plurimísque tormentis superatis, tandem in sediuli ferreo, cui ignis esset suppositus, sunt collati, vbi ex corporibus eorum adustis nidor ingens redditus, carnifices compleuit. Qui tantũ ex constantia martyrum concepere dolorem, vt patientiam illorũ tanquam furiis agitati exuperare contenderet. Ac Sanctus quidem & Maturus certamine tãto obito, eo die cursum suum absoluerunt, & gladio cæsi, veluti victimæ DEO sunt oblati. Blandilla autem in stipite diffixa, bestiis esca est proposita: faciémque supplicij eius qui pro ea est crucifixus referens, magnum concertatoribus suis præbuit desiderium, in fororoſua habitum & formam exoptari illius inspicientibus. Quare illud quoque exhibebat, ac veluti persuadebat, qui pro CHRISTI gloria patiatur, eum passionibus participem esse viuentis Dei. Sed enim quum bestiæ eam non attingerent, ad alium reseruata est agonem, vt simul & multis variísque colluctationibus deuicto perplexo illo serpẽte, certum constantis fortitudinis exemplum fratribus fieret, vilis ipsa & imbecillis, & inuictum habens propugnatorem Christum diuersúsque aduersarium certaminibus debellans, immortalitatis cõ-

Τὸ δὲ σωμάτιον μάρτυς ἦν τῶν συμβεβηκότων. quod etiã sic verti potest: Ac corpusculum ipsum erudelitate tãtam testabatur: vel, Earum rerum quæ acciderant, testis erat.

Christus ipse in sanctis martyribus, vt in mortis suis, patitur.

Corpus sancti à tortoribus fœdissimè excarnificatum, formæ suæ diuinitus restitutum.

Bibliadis generositas.

Martyres in carcere squalore & pedore excruciati.

pothinus episcopus martyrium.

† ὁ τὴν διὰ χρόνων τῆς ἐπισκοπῆς ἀναδεξάμενος. Euseb lib. 5. cap. 1.

Nonagenarius martyr

† Christi negatores fide Christiana abiurata, tanquã malefici in carcerem coniecti, quum martyrũ optatam sortem admirantur, tum licè ipsi suam miseruntur.

Conscientia carnifex.

Non grauati ipsi à martyribus in gratiã & consortium recepti.

Sanctus & Maturus in domino obdormiunt.

Blandillæ agon.

Attali certamen.

ronam reportaret. Secundum hanc, Attalus in theatrum ducebatur, cui tabella præferebatur, cum inscriptione huiusmodi: Hic est Attalus Christianus. Erat autem is ex clarorum virorum ordine, firmam fanámque obtinẽs conscientiã, atque in certaminibus pro CHRISTO susceptis probè exercitatus, & constans veritatis testis. Quo producto, quum petulantiùs plebs tumultuaretur, Præses eum, vt ciues Romanũ, in custodia asseruari iussit, donec Cæsaris de eo atque aliis explorasset sententiam. Interea qui antea negatione mortui fuerant, spiritum vitæ resipiscentia receperunt: & quos extinctos ejecerat, eos reuiuiscentes mater est complexa. Ij dulciore doctrina accepta, ab eo qui non vult mortem peccatoris, virtutem & robur ad perpetiendum assumpserunt. Nam allato à Cæsare rescripto, quicunque ex Christianis Romani essent, gladio sunt cæsi: cæteri bestiis sunt obiecti, aut aliis grauibus supplicijs affecti. Primi autem omnium, qui antea pœnitentia vsi fuerant, inquirebantur. Spes quippe quæsitoribus erat, eos denuò captum iri. Verùm illi partim martyrum aggregati sunt ordini, partim perditionem sequuti: illi nimirum, qui indigni parúmq; firmi fuerant, & de religione nostra minus rectè sentiebant. Martyrum catalogo ascriptus etiam est Alexander, artis medicæ peritus, & in Gallijs omnibus notus. erat enim multa dicendi libertate præditus, & Apostolicæ gratiæ non expers. Et tribunali assistens, ac nutu martyres cohortans, deprehensus & ipse est veluti certamina parturire. Itaque iudici delatus, & capitis damnatus, vnà cum Attalo bestiarum feritati est obiectus. Sed quum nihil aduersi ab eis sensissent, pluribus defuncti certaminibus, postremò & ipsi vt victimæ sunt cæsi: Alexander quidem, nihil proloquutus: Attalus autem, quum in ferreo sedili vteretur, nidórque ab eo prodiret, illud tãtum Romana lingua præfatus, En hoc ipsum est humana vesci carne, quod vos facitis: nos verò neque homines voramus, neque præterea mali quidquã facimus. Interrogatus etiã, quod Dei esset nomen? respondit, Deus nomen non habet, vt homo. Post hos omnes, vltimo † gladiatorum die, cum Pontifico puero quindecim prope annos nato, generosa Blandilla est producta. Ij per simulachra deorum iurare iussi, nõ parụêre. Quapropter multitudinis animis aduersus eos efferatis, permultis sunt excruciati tormentis. Et puer quidem supplicijs tantis cedens, reddidit spiritum. Blãdilla verò postrema, veluti mater generosa, excita, quæ liberos victores ad regem suum præmisisset, festinabat & ipsa per mortem exultans, veluti ad nuptiale cõmunium: & non ad bestiarum, quibus obiicienda erat, lacerationẽ. Itaque post flagra, post bestias, post ahenum, ad vltimum reticulo inclusa, tauro agresti & feroci est obiecta: & quum diu multúmque à belua ea esset iactata, tandem & ipsa est magnificentissimè iugulata. Cuius tantã admirati fortitudinem immanissimi illi persequutores, haud vnquam apud eos visam esse mulierem tot & tantã supplicia perpeti, testati sunt. His ita peractis, denuò commeliosa iniquissimorum hominum iniuria sæuire in martyrum corpora cœpit. Quòd nanque ab illis essent sublati, ne quis eorum sepulturæ honorem ferret, canum nocturnis simul & diurnis tradiderunt custodijs. Præterea quæ à bestiarũ feritate & ignis violentia superfuerant reliquias, comminutas illas & in carbones redactas, capita quoque & resectamenta eorum per dies plures asseruanda diligentius militaris manus excubijs mandarũt. Ac impij milites partim dentibus in eos stridebant, vt per furorem defunctorum quoque reliquijs insultarẽt: partim in ludibrium cadauera vertebãt. Si qui verò viderẽtur esse aliis æquiores, probosè, vbi Deus eorum esset, quidve illis religio eorum, cui animas ipsi suas posthabuissent, prodesset, requirebant. Grex autem fidelium magno fuit mœrore & luctu, quòd humare martyrum cadauera non licerer. Neque enim ad hoc eis nox profuit, neque auro ea redimere potuerunt: nedum precibus vllus locus esset apud eos, quibus id maximum lucrũ est visum, si illa sepultura careret. Sub hæc scriptum, quod diximus, infert. Itaque corpora sanctorum illorum omni genere ludibrij & probri tractãta, & sex diebus sub dio iactata, postea autem combusta atque in cineres redacta, ab iniquis hominibus in Rhodanum fluuium ibi præterlabentẽ sunt sparsa, vt nihil prorsus eorum in terris amplius esset reliquum. Et hoc sic fecerunt, perinde atque Deum deuincere, aut regenerationem eorum præpedire possent: vt nequam (sic illi dicebant) resurrectionis spem habeant, qua ipsi adducti, peregrinam nobis & nouam inducunt religionem, & dura acerbáque omnia despiciunt, prompti prorsus & parati cũ gaudio adire mortem. Videamus nunc, an sint resurrecturi, & si potest eis opem ferre Deus eorũ, & è manibus nostris eos eripere? Atque hæc quidem commẽtarius ille refert. Facili autem coniectura & ratione conuenienti colligere licet, quæ in reliquis etiam prouincijs sint acta, quantáve tum martyrum extiterit vbique multitudo.

Negatores christi ab ecclesia matre resipiscentes suscipiuntur.

Ex Martyribus Ro. ciues gladio iugulati, alij bestijs obiecti.

Nonnulli denuò christum abiurarunt.

Alexander medicus Martyr.

† τῶν μονομαχιῶν.

Item Pontificis pueri.

Item Blandilla.

Tortores ipsi à Martyribus victi.

Cadauera sanctorũ martyrum in humanitate tractata.

sepulturæ honor martyribus denegatur.

Corpora eorũ in cineres redacta, ejecta in amnem Rhodanum disiecta.

Ea crudelitate gyanni christianos a spe resurrectionis abstrahere sunt conati.

Qualis visio Attalo martyri apparuerit, propter aliũ martyrem, qui duram nimis & sordidam vitam degebat: & vt christi martyres facilè lapsi gratiam fecerint, veniámque obtinuerint. cap. 18.

IN commentario eo aliud quiddam memoratu dignum traditur, quod ad multorũ vtilitatem, si historiæ huic inseruissem, minimè id inuidiosum mihi fore duxi. Alcibiades quidã martyrum choro adscriptus, squalidam planè & duram agebat vitam, & solo pane & aqua victitans, à cæteris cibis omnibus abstinebat. Quẽ morem quum in carcere quoque seruare perget, Attalo, qui & ipse post primum obitum certamen eò coniectus fuerat, res ea est reuelata. Is porrò illum admonuit, nõ rectè facere, qui creaturis Dei non vteretur, & multis exemplũ scandali atque offendiculi fieret. Proinde Alcibiades posthac nullo discrimine, omne genus cibi, citra fastidium tamen cæpit: & gratias Deo egit, qui quod ei defuisset, ita expleuisset. Minimè nanq; ab eis aberat gratia Dei, sed Spiritus sanctus erat cum eis, omnia consulens atque dirigens in melius. De eorundem martyrum æquitate atq;

Alcibiades martyr duriorem consuetã vitam, ab Attalo martyre in carcere admonitus, de seueritate eã remittens, cibarum delectum reiecit. Exemplum memorabile.

Admiranda sanctorum martyrũ summissio & humilitas, nomen

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

martyrum reputantium. Christus vera & fidelis martyr.

Memoria defunctorum Martyrum.

1. petri. 5.

Absolutæ & perfectæ Christiana professionis exoscundanda exempla: quæ vtinam præstarent nostra ætate euangelici homines. O sanctissima & christianissima præstantissimarũ animarũ pectora.

humanitate, scripturæ ea quam diximus, talia E memorat: In tantum videlicet æmulatores fuisse Iesu Christi, vt quum in tanta essent gloria, sæpiusque martyrij agonem obirent, Christique adeo stigmata circunferrent, neque seipsi martyres vocarent, neque nobis permitterent vt eos nomine eo compellaremus. Quod si quis nostrum vel in epistolis, vel in sermonibus martyres eos nominasset, acriùs id reprehendebant: perlibenter martyrij appellationem credentes Christo, vero & fideli martyri atque testi, eidémque primogenito ex mortuis, & duci autosque vitæ Deo. Addit præterea illud, quod etiã defunctorum memoriam celebrarintullos scilicet esse martyres, quos Christus ad se traxisset: se autem viles esse, & nullius rei homines, dicẽtes. Orationes quoque pro se fieri petierunt, vt & ipsis certamine cum laude defungi liceret. Qui quum libertate multa freti, rebus ipsis martyrij virtutem præstarẽt, nomen tamen sunt de-F precati: timore Dei sub potẽti manu eius humiliati, à qua satis deinde sunt exaltati. Et ipsi quidem deterserunt omnes, accusarunt autem neminem Soluerunt itidem omnes, ligarunt neminem: atque pro eis qui se summis affecisset malis, sunt precati, ita vt id antea fecerat Stephanus. Deinceps scriptũ id hisce de eis vtitur verbis. Maximum illis bellum contra aduersarium fuit, per charitatis sinceritatẽ, vt belua illa strangulata, quos priùs sibi deuorasse videbatur, viuos redderet. Non enim gloriati sunt super delinquentium casu: sed quibus ipsi abundarunt gratiis & donis, de eisdem indigẽtibus communicarunt. Et materna prorsus habentes viscera, multas pro eis ad patrem profuderunt lachrymas. Vitam petierunt, & dedit eis, quam proximis suis impertierunt. Et omnes victores ad Deum transierunt. Pacem semper cõplectentes, G & pacem nobis commendantes, in pace ad Deũ perunerunt. Non laborem aut dolorem matri, neque seditionem aut bellum fratribus: sed gaudium, pacem, cõcordiam & charitatẽ relinquẽtes. Hæc addidi, tum propter sinceram piámque sanctorum illorum virorũ erga lapsos affectionẽ; tum propter inhumanũ immisericordémq; eorum animum, qui postea superbè & crudeliter membris Christi insultarunt, nullámque eorum per compassionis virtutem habuerunt rationem. Qui sanè etiamsi tum quidquam aut officiosè fecerunt, aut rectè statuerunt, non continuò tamen sibi placeant, vel supercilia erigant. Cæterùm quum iã tum primùm apud Phryges Montanus, & Alcibiades, & Theodotus, prophetarum opinionem passim fama obtinuissent H (quòd enim ea quoque tempestate varia dona Dei in multis florerent Ecclesiis, multis illi visi sunt charismatum eorum participes esse, proindéque prophetiæ fidem meruere) & sententiæ plurimorum de eis variarent, qui in Gallia fuere fratres, pium rectúmque de eis iudicium suum, in scriptum, quod sæpe diximus, retulerunt, eidémque quasdam eorum qui cõmemorati sunt martyrum epistolas inseruerunt, quas illi ex vinculis & carcere ad fratres in Asia & Phrygia de nonnullis Ecclesiasticis quæstionibus dederũt. Atque hæc quidem hactenus.

Aduersus eos qui sanctitatis sibi gloriã arrogantes superbè lapsos auersantur, & ab Ecclesia arcent. Gallicani martyres ex ipso carcere iudicium de Montano & prophetia eius suum in Asia & phrygiam perscripserũt.

Qui tum temporis in excelsis episcopalis dignitatis sedibus enituerint. cap. 19.

ANtoninus autem Veri frater, septem annis & quatuor mensibus Romano administrato imperio, Cõmodo id reliquit. Cuius decimo anno, Eleutherus Soteris successor Romę episcopatũ tenuit. Cui deinde, quum tredecim præfuisset annos, Victor est surrogatus. Hic ecclesiam ibi decem gubernauit annis: & successorẽ Zephyrinum habuit, nono imperij Seueri anno. Zephyrino, qui decem & octo annis ecclesiam Romanam rexit, Callistus est suffectus: qui eam quinque annis administratã, Vrbano successori reliquit. In Alexãdrina ecclesia Agrippinus duodecim annos episcopatũ gessit. Ei Iulianus successit: qui decem annis munere sacro obeundo expletis, Demetrium successorem recepit. Apud Antiochenos post Maximinum, qui vndecim annis ecclesię gubernator fuit, Serapion episcopus creatus est, octauus ab Apostolis successor. Qui satis diu cum laude ecclesiæ præfuit, & eam Asclepiadi regendam reliquit. Eisdem temporibus Hierosolymis, in sancta Sion * adhuc admirandus ille Narcissus sacrosancto fungebatur munere, quindecimum obtinens successionis locum, à secunda, quæ sub Hadriano facta est, eius vrbis euersione: ex quo, post eos qui ex circuncisione ibi fuerunt, episcopos, Marcum primum ex gentibus regendæ ecclesiæ præfectũ esse, antea diximus. Cui Cassianus, sicuti successiones eius ecclesiæ tradunt, est suffectus. Huic autem Publius, Publio Maximus, Maximo † Iulianus. cui ordine successerunt: Caius, Symmachus, Caius alter, Iulianus item alter, Capito. Valẽs, Dolichianus, & ab Apostolorum successione trigesimus Narcissus. Cæsareæ porrò Palestinæ episcopale munus tum habuit Theophilus. In Græcia autem, Corynthi Bacchylus episcopus fuit, Ephesi verò Policrates, & alibi alij, vt par erat, quamplurimi, Commodo, ac deinde Seuero Romanum imperium administrantibus. De iis nunc satis.

M. Antoninum 19. annis imperasse, scribit. Euseb. lib. 5. cap. 9.

Episcopi Romani. Euseb. lib. 5. cap. vlti.

Alexandrini Antiochenus. Hierosolymitani ab vrbe iterum euersa ex gentibus lecti.

Euseb. lib. 5. cap. 12.

† *Alij nullum habent.*

Episcopus corinth. Item ephesius.

* *In persequutione sub Seuero, Narcissus episcopus Hierosolymitanus annos aliquot in solis locis latuit. Quo tempore interim ei ordine substituti sunt, pius, germanion, Gordius, vt infrà libro quinto, capite decimo scribitur, vbi alia huius secessus affertur causa. Alij autores in hu: catalogo Symmachum & caium alterum non recensent. Eaque ratione Narcissus, quum è solitudine reuersus Episcopatum recepit, à Marco quindecimus, ab Apostolis trigesimus fuerit hierosolymis episcopus.*

Catalogus autorum & ducum falsò nominatæ scientiæ, qui postea extiterunt: & qui ecclesiastici viri illis restiterint. Cap. 20.

HÆresibus autem, quas diximus, diuinorũ, quos retulimus, virorũ virtute & doctrina prorsus euulsis, zizaniorum sator alias insuper seminare non cessauit. Sed & priorum illarum multi adhuc restabant surculi, puræ agrorum Christi sationi officientes, multæ etiam derepentè tum primùm initium sumentes producebantur *a*. Omnes tamen à Simone & Saturnio, atque ab absurda & importuna scientia Cerinthi ortum traxerunt. Artemon & Montanus tum primum

a primi hæresum autores.

primum pullulabant, & tanquam serpentes rubetæ interitum spitantes, venatorum reptilium more, per Phrygiam in Asia pronoluebantur. Marcionis autem secta dissecta atq; diuisa erat. Quidam etiam Romæ vigebant, vt Florinus & Blastus, qui & ipsi nouas opiniones de vero veritatis Verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quod in petitione presbyterij repulsam tulerat: Blastus autem, non vt dissimilem quoq; causam. Quilibet verò eorum officina seorsim cõtra veram pietatem instituta, permultos ex ecclesia in errorem suum pertraxit. Sed enim contra Artemonem, eiúsque successorem Theodotum Byzantium coriarium, qui illius errorem multum promouit, beatus *b* Victor depugnauit. Redarguit quoque importunitatem eorum liber, qui paruus Labyrinthus dicitur, quem nonnulli ab Origine compositum esse autumant: sed eos fylB lus & eloquutionis forma refellit *c*, Montano porrò tãquam inexpugnabile propugnaculum Deus obiecit Hierapolitanæ ecclesiæ antistitem Apollinarem, virum eximiũ, qui ad diuinæ doctrinæ cognitionem profanas etiam disciplinas adiecerat. Aduersus hunc quod scripserunt Miltiades, Apollonius, Serapion Antiochenę ecclesiæ episcopus, & alij complures: sicuti & contra *d* Proclum, eiusdẽ hæreseos antesignanum, Caius, quem antea quoque nominauimus *e*. Marcionis autem opinionem, eiúsque diuisioni, sapiẽtissimus restitit Rhodon. Ad Florinum autem, & Blastum, qui Romæ schismatis & dissidij duces fuere, sæpe nobis nominatus Irenæus cohortationes scripsit: vt nuncio vanis atque insanis sermonibus & cõcertationibus remisso, C Apostolicis inhærerẽt traditionibus. Enimuerò tectè me facturum esse puto, si pernicioſorũ eorum hominum illegitimas & adulterina dogmata exposuero, & quantum licebit eis præclaros illos viros oppoſuero, qui validis atque inuictis diuinorum oraculorum argumentis, superfluas & inutiles illorum nugas & deliramenta fortiter confutarunt.

Artemon & Montanus heretics in phrygia. Marcion. Florinus, & Blastus.

b Victor Rom. episcopus, Artemonem & Theodotum refutauit.

Paruus Labyrinthus.

c Montanum Apollinaris impugnauit, & alij.

d Proclum Caius.

e Marcionis secta Rhodonem & Blastum Irenæus.

De Artemone & Theodoto sutore, qui docuerunt Christum purum fuisse hominem, & vt ij primi scripturas corrumpere inceperint. & de Anatolio cõfessore. Caput 21.

ARtemon igitur, qui & Artemas dictus est, eadem quæ nos, de Deo vniuersitatis huius sensit, conditorem eum esse rerum omnium dicens. Dominum autem nostrum Iesum Christũ asseruit merum esse hominem, ex virgine natũ, & virtute prophetis præstantiorem. Atque eadẽ hæc Apostolos quoque prædicasse asseuerauit, perperàm exponens atque deprauãs diuinarum literarum sensum. Successores autem eorum diuinitatem tribuisse Christo, quum antea Deus non fuerit, dixit. Coriarius verò quidam Byzantius Theodotus nomine, discipulus eius, alterius sectæ princeps extitit, & multo adhuc peiora est commẽtus. Præclaram autem rem se facere existimauit, quòd autoritatem diuinitùs inspiratis literis abrogauit, & eas quas ipsemet recepit, corrupit. His Victor episcopus Romanus, veluti doctrinam fidei adulterantibus generosè restitit, coriariúmque ab Ecclesia proscripsit. Qui paruum Labyrinthum composuit

Hæresis & delicta antiquorum Artemonis.

Theodoti Byzantij sutoris.

Aduersus hoc opus Labyrinthus refutatus.

scriptor, hos redarguit, asserentes se eiusmodi doctrinam ab Apostolis & successoribus eorũ accepisse, veritatémque vsque ad Victoris tempora, qui decimus tertius à Petro Romanæ vrbis episcopus fuit, obtinuisse, & à successore eius Zephyrino corruptam fuisse. Verba eius sic habent. Et fortasse id quod illi docebant, veri simile fuisset, nisi eis refragaretur primùm diuinæ scripturæ, deinde fratrum quorundam Victoris tempore presbyterorum libri, quos illi & ad gẽtes & aduersus hæreses pro veritate scripserunt: Iustini, inquam, & Miltiadis, Tatiani, *Hæretici istt* Clementis, & eorum complurium, in quibus *successores* omnibus diuinitas Christo tribuitur. nã Irenæi, *Apostolorum* Melitonis, & reliquorum, quis ignorat scripta *primum Chri-* Christum Deum eundémque hominem depræ- *sto diuinitatẽ* dicare? Psalmi etiam & carmina quæcunque iã *tribuisse, &* inde à principio à fidelibus sunt cõposita, Ver- *scripturas A-* bum dei Christum laudibus celebrantia deitatẽ *postolicas de-* dei tribuunt. Quomodo igitur ecclesiastico do- *prauasse, nu-* gmate à tot annis deprædicato defendi potest, *gas sunt.* vsque ad Victoris tempora doctrinam hanc, vt ipsi dicunt, in ecclesiis obtinuisse? Quomodo " etiam non erubescunt, hæc contra Victorẽ emẽtientes? quum certò sciant, Theodotum coriarium, qui post Artemonem, pater & princeps " huius diuinitatem negantis defectionis fuit, & " Christum primus purus hominem esse dixit, à " Victore esse à communione repulsum? Si enim " Victor eadem quæ illi sensisset, (sicuti illorũ do- " cet blasphemia) quomodo is Theodotum hæ- " resis eius inuentorẽ reiecisset? Ad hæc, illa adiicit: Scripturas quidem sacras absque timore & " pudore omni adulterarunt, antiquos fidei cano- " nes abrogarunt, Christum ignorarunt. Nec illi " quid diuinæ literæ dicant quærunt, sed Euclidẽ " fortasse & Galenum adorãt. Et paulo pòst: Pro- " pter eam causam (scilicet diuinis literis manus " iniecerunt, emendare se & castigare eas dicẽtes: " & subdola improbitate simplicem sacrarũ scri- " pturarum vim & sententiam depranarunt, sapiẽ- " tiores seipso spiritu sancto iactantes. Memoriæ " etiam prodidit, non vno consensu hoc eos fe- " cisse. Aliter enim Theodotum, aliter Asclepio- " dotum, aliter quoque Hermophilum, Apollo- " nidem rursum aliter scripsisse. Quemliber etiam " illorum castigationem propriorum scriptorum " edidisse: idque variantium & dissidentium inter " se exemplarium discordãtiam indicare. Quosdã " etiam illorum refert, non deprauasse scripturas: † προφάσει " sed lege & prophetis prorsus abnegatis & abo- *Χριστοῦ.* " litis, per iniquam & impiam planè doctrinã sub *Theodotianis* " † gratiæ obtentu, ad extremum perditionis de- *ipsi Natali,* " lapsos. Idem scriptor, qui librum eum aduersus *egregio, chri-* illos edidit, de eis quiddam etiam commemo- *sti confessori,* rat, quod huic operi inserere est visum. Nælem *pecunia expu-* enim quendam ex generosis & intrepidis con- *gnato persua-* fessoribus vnũ, dicit ab Asclepiodoto, & Theo- *serunt, vt eo-* doto alio quodam argentario, qui Theodoti il- *rum hæresi* lius post Artemonem sectæ eius ducis, discipuli *præesset.* fuere, deceptum persuasúmque esse, vt mercede *καὶ ἐκάκυν-* condicta, (factum id propter confessionis eius *Nicepb. μη-* laudem & celebritatem) solitari eorum præesset, *νία δυνά-* cósque illi centum & quinquaginta † denarios *μια, hoc est,* diurnos daturos pollicitos esse. Itaque quum in *mensibus,* eorum hæresi esset, in somnis ei aliquoties Chri- *Euseb. lib. 5.* stus, verus animarum medicus assistens, vt se à *cap. vlti.*

tali errore & seductione alienaret, hominem est E tur. Vocatur quoque Cataphrygas, seu secundũ cohortatus. Minimè enim illum, quod passionũ suarum telis & martyr fuisset, ab ecclesia segregarum petire voluit, Illo quoque adiecto, non illum pro istorum opinionibus, sed pro Euãgelicis dogmatibus, strenuè decertasse. Minus tamen ille visioni obsequutus est, honore eo, quẽ se, quod deceptis atq; seductis hominibus præiret, habere credidit, captus : & fortasse lucri quoque splendore, vt homo, inescatus. Itaque noctu rursus ei Saluator insistẽs, graues per Angelos flagris intulit plagas. Tum demum ille experientia edoctus, quãtum malum sit, † se Deo opponere: sacco sumpto, & cinere conspersus, quàm celerrimè cum ipso diluculo ad ecclesiam cõfugit, & ad Zephyrini ecclesiæ Romanæ præsidis pedes prouolutus, orationem atque deprecationem pro se ad Deum generis humani amatorem fieri rogauit: publicè in media plebe vibices, quas acceperat, plagarum ostentans. Eum verò ita eiulantem & quiritãtem miseratus ille, manu porrecta ad pœnitentiam facilè quidẽ recepit, ægrè tamen ad communionem admisit.

Natalis in somnis ea de causa pœnitet, & Christo semel atque iterum ad pœnitentiam inuitatur.

† Ἀντίθεον τοῦτον θεοῦ. *insigne resipiscentiæ eius exemplum.* Θριαμβικὸν.

De hæresi Montani, quæ quidem hæresis Cataphrygas, hoc est, Phrygum seu secundum phryges, nominatur. caput 22.

MOntanus autem, vico quodam cui nomẽ est Ardaba ortus, hæresim quę dicitur Cataphrygas inuenit: & ambitione honoris atque dignitatis percitus, & arrogantia cupiditatéque primatus transuersim actus (ô absurdam & importunam blasphemiam) Paracletum se & diuinum spiritum nominauit. Mulierculas duas, cõiuges suas, Priscillam & Maximillam, prophetissas suas vocauit, earúmque scripta prophetico libros esse dixit. Maligno autẽ spiritu plen⁹, sicuti & dũæ illæ mulieres, noua quædam & insolentia dicere cœpit: insaniã apertè. & dæmonũ intemperiis actus. Cæterùm vt adulterinus ille spiritus fidem sibi pararet, quædam per illos. * coniecturis ductus, prædicebat & diuinabat, seducens plerósque, & à recta via auertens promissionúmque tumenti magnitudine inflans: beatósque eos pronuncians, qui de se quamuis absurdè, magnificè tamen sentirent. Non admodum tamẽ multi ex Phrygibus fuere, qui ab eo erant seducti. Vniuersalẽ porrò & quæ sub cœlo est ecclesiam omnem, omni pudore abiecto, impudentissimus ille dæmon calumniis proscindere non cessauit. Ea hæresi passim vulgata, qui in Asia fuere fideles, sæpe multis in locis regionis eius conuentus egere, regens exortam perigrinámque inquirentes doctrinã: & tãdem sectam eam, vt impiam & execrandam damnatam, è Catholica ecclesia eiecerunt, atque à communione propulerunt. Idem Montanus nouorum quoq; ieiuniorum, præter ecclesiæ consuetudinem autor fuit: & de soluẽdis dirimendísque coniugiis legem tulit. De diuina autem Trinitate, & mũdi creatione eadem nobiscum docuit. Nõnulli tamen ex sectatoribus eius postea, tres diuinitatis subsistentias vnum esse sunt opinati: eundẽ esse patrem, & filium, & spiritum sanctum, dicentes. vnde etiam Sabellium ex Libya, principia hæresis suæ sumpsisse ferunt. Porrò qui Montani disciplinam secuti sunt, Montanistæ ab eo dicuntur. Vocatur quoque Cataphrygas, seu secundũ Phryges hæresis, ab ipsa gente scilicet. Appellãtur etiam Pepuziani, à vico quodam, quem ille Hierusalem vocare solitus erat. Priscillæ verò & Maximillæ prophetiam, fide & veneratione sacrosancto præferunt Euangelio. De quibusdam sanè eorum mysteriis nonnulli non pauca vulgarunt, quæ illi non agnoscunt, sycophanticè ea aduersus se excogitata esse affirmantes.

Priscilla & Maximilla prophetissæ.

* κατασκοπῆς. *Montani diuinatis.*

Hæresis Montani Cataphrygas.

Sabellij Libyci hæresis ortus.

De Apollinari Hierapolita, quæ is cõtra eam scripserit. caput 23.

LVculẽter sanè, id quod antea retulimus, cõtra hanc sectam scripsit Apollinaris Hierapolita, qui statim in principio scripturæ suæ, se aduersus eam argumentis quoque & confutationibus sine scripto depugnasse ostendit. Librũ autem eum ad Abericum quendam scripsit, talẽ exorsus præfationem: Charissime Aberci Marcellæ, Mãdato à te, vt aliquid aduersus Alcibiadis, fortasse autem dicẽdum, Montani hæresim, componerem, aliquandiu deliberabũdus & hæsitans me continui: non equidem, quod minus mendacium redarguere, veritatíque patrocinari possem: sed quod veritus sim & cauerim, ne cui viderer scripto & lucubratione mea aliquid ad Euangelij & noui testamenti libros addere: quibus certè, qui sibi ex præscripto Euangelij vitam degendam constituit, neq; adiicit, neque adimit quicquam. Quum autem nuper Ancyram Galatiæ, & in ecclesiam eius loci, quæ nouæ istius, nõ vt ipsi dicunt, Prophetiæ, sed potius, vti ostẽdetur, pseudoprophetiæ nomine est decantata, venissem, pro virili mea, Domini gratia suppeditãte, de eis ipsis, & quæ ab eis obiicebantur omnibus, diebus pluribus ecclesiæ, omnia disputans disserui. Quod quidem, aduersariis repugnantibus, ecclesiæ pergratum accidit. Ostendit præterea, quod rogatu quorundam, dialogũ & disputationem tum ibi habitam in scriptum retulerit, Zotici cuiusdam Ostreni presbyteri mẽtionem faciens. Deinde post breuem digressionem, res Montani, qui fuerit, vnde prodierit, & quæ delirans nugatus sit, exponit: ad eum serè modum, sicuti nos de eo paulo antè scripsimus. Atque hæc quidem, fraudem seductionémque eius arguẽs, in primo libro disserit. In secundo autem, de obitu eius ita refert. Quandoquidem verò † prophetarum cidas nos vocant, quòd immensas prophetiarum eorum ambages non recipimus (eos se nanque iactãt esse, quos populo missurum se Dominus promisit) respondeant nobis, per immortalem Deum: Estne quispiam, ô viri boni, ex omnibus iis qui à Montano, eiúsque vxoribus prouenientes docere cœperunt, qui persecutionem à Iudæis passus, & à legis transgressoribus occisus sit? Sed neque quispiam eorum comprehensus, aut pro lege ipsa crucifixus, neq; in Iudæorum synagogis flagellis cæsus est. Aliã autem mortem obiisse Montanus & Maximilla dicuntur. A spiritu nanque vesano vtérque agitatus, seipsum seorsim suspendit, eóque modo ad instar Iudæ proditoris vitam finiit. Sicuti etiã primus prophetiarum eorum defensor, admirãdus ille Theodotus, quum se seductionis spiritui commẽdasset, potestatíque eius permisisset, iactatus, atque sublatus in cœlum, ac rursum delapsus

Apollinaris Montanistas refutator.

Veteres timidè, verecundè, & pie de rebus diuinis scripserunt.

Zoticus Ostrenus presbyter & valetudinarius, Apamenus, spiritum Maximillæ cohibere sunt aggressi. Euseb. lib. 5. cap. 16.

προφήτας.

† τῶν πνευματοφορηθέντων. * τὸν ἐν Φιλαδελφίᾳ ἐμμίαν.

Interitus Montani, Maximillæ, & Theodoti.

lapsus pessimè periit. In eodem libro astruit, diuinos quosdam viros periculum fecisse, vt Maximillæ spiritum malignum redarguerent, vanitatísque conuincerent: sed ab aliis impeditos esse, qui dæmoni ei subseruierunt. Progrediẽs deinceps, ex ipso tempore prophetias eiusdem falsas fuisse ostendit. Tredecimum, dicens, præteriisse annum, nihilque earum rerum quæ ipsa diuinauerat, accidisse. Neq; enim vel in vniuerso orbe, vel in regione aliqua bellum fuit: sed & Christianis ex misericordia & gratia Dei, pax & tranquillitas data. In tertio porrò libro, gloriantes eos, quòd plures apud se sint martyres, idque certum esse indicium prophetici, sicuti ab eis dicitur, spiritus refellit. Hoc verò ipsum lõgè omnium, inquit, est falsissimum. Siquidem & aliarũ hæresium nonnullæ quamplurimos habẽt martyres, non ideò tamen pedibus in illorum imus sententiam. Ac primi statim à Marcionis secta Marcionistæ dicti plurimos habere martyres feruntur: veruntamen Christum ipsum, iuxta veritatem non profitentur. Et paulo pòst: Proinde quum Christiani ex ecclesia, ad martyrium & professionem veræ fidei & pietatis, vnà cum eis martyribus qui Phrygum hæresis dicti sunt, vocantur, seorsim, nec assentientes eis, neque cum eis communicantes, moriũtur, propterea quòd nolint in Montani mulierculámque eius spiritus sententiam concedere. Id autem verum esse, quod nostro quoque æuo Apameæ, quæ ad Mæandrum fluuium sita est, accidit, exemplum declarat, in Caio & Alexãdro ab Eumenia martyribus, qui de recta fidei sententia & opinione decertarunt.

Maximillæ Prophetiæ falsæ.

Montanistæ plures se martyres habere iactitarunt.

Catholici martyres conungi cum hæreticis martyribus nolucre.

περὶ εὐσεβείας μαρτυρομένων. *Nicephor. ἀπὸ συμμάχας, Euseb. lib. 5. cap. 16.*

Pseudoprophetæ, qui neque timore neque tremore ducitur in consternatione animi finistra, à non voluntaria incipit insania, & in voluntariam desinit anima insanià. Euseb. lib. 5. cap. 17.

Quæ etiam Miltiades, vir ecclesiasticus, aduersus hanc scripserit. caput 24.

IDem scriptum Miltiadis scriptoris quoque meminit, qui & ipse contra eandem hæresim doctè scripserit, dicta quædam eius ad hunc propè modum citans. Hæc quum in commentario quodam Miltiadis fratris, in quo asserit & probat, prophetas non in ecstasi & consternatione loqui oportere, inuenissem, in epitomen & compendium redegi. Progrediẽs deinde oratione sua, noui testamenti prophetas enumerat, in quibus etiam Ammiam quẽdam, & Quadratum recenset. Talem autem prophetam ex omnibus eis qui vel in veteri, vel in nouo testamẽto, † spiritu sunt acti, nullum indicare poterunt: neque vel Agabum, vel Iudam, vel Silam, neque etiam Philippi filias, aut * Philadelphẽsem Ammiam, aut Quadratum, aut quosdam alios quicquam ad se pertinere gloriabuntur. Paulò pòst deinde: Ac siquidem post Quadratum & Ammiam, sicuti iactitant, Montani mulieres donum propheticum acceperunt, quinam alij post Montanum & eius vxores per successionem id acceperint, ostendãt. Oportere enim charisma propheticum in omni ecclesia esse, vsque ad supremum Christi aduentum, Apostolus arbitratus est. Sed quem nobis indicent, non habent. Decimus quartus namque iam agitur annus ex quo Maximilla mortua est. Hæc quidem is scripsit. Miltiades autem iste, alia etiam nobis studij diligentiæq; suæ de rebus sacris reliquit monumẽta. Vnum siquidẽ librum ad Græcos, alterũ verò ad Iudæos perquàm eruditè composuit: sed & tertium scripsit ad principes, defensionem pro ea quam complexus est philosophia instituens.

Miltiadis scripta. Apologia eiusdem pro christianis.

Quòd & Apollonius Romanus, contra eam ipsam hæresim pugnauerit. cap. 25.

VErũm enimuerò & Apollonius, scriptor ecclesiasticus, orationibus editis hæresim Cataphrygas tum vigentem oppugnauit, quũ falsas eorum prophetias ad verbum refellens, tum vitam & mores autorũ eius erroris traducens his, quæ sequuntur, verbis. Hic ille est, qui matrimonia dirimere docuit: hic, qui ieiunia legibus sanxit: hic, qui Pepuzam & Tymiũ, parua Phrygiæ oppida, vbi quos vndequaque ad se pertraxisset homines contrahere & cõgregare voluit, Hierusalem nominauit: hic, qui æruscatores & pecuniarum exactores instituit: qui sub prætextu & nomine oblationis, auarinæ sordes & munerum emunctiones, arte quadam inuenit: qui salaria verbum eius prædicantibus numerauit, vt per vétris curam doctrina eius inualescaret atq; cõfirmaretur. Atque hæc de Montano, deinceps, quæ etiam de prophetissis eius dicat, audi. Ostẽdimus igitur has ipsas primarias prophetissas, ex quo spiritu sunt repletæ, à viris suis profugisse. qui ergo fit, vt tam impudenter Priscam virginem appellantes, mentiantur? Deinde hæc quoque addit. Non tibi videtur scriptura omnis prohibere, ne prophetæ munera & pecunias Caccipiant? Quum itaque egregiam istam prophetissam aurum, argentum, & vestem pretiosam accipere viderim, quomodo eam non detester & abominer? Et paulo pòst, de quibusdam confessoribus eorum hæc dicit. Præterea Theomisen inexplebilis auariciæ vir, qui quod * professionis sigillum perferre non potuit, magna pecuniæ vi vincula sua redemit: quo ille nomine, quem summissius se gerere deberet, gloriosius pro martyre vẽditauit. Ausus is etiam est ad imitationem Apostoli, Catholicã ad vniuersos conscribere epistolam: in qua, si diis placet, eos docet qui melius quã ipse de fide sunt persuasi: & vaniloquentię verba defendit, simúlque blasphema & impia in Dominum & Apostolos sanctãmq; ecclesiam verba effundit. Sub hęc quendam apud eos martyrem Alexãdrum redarguit, qui vt prædo caprus, & * domini appellatione solutus atque dimissus, familiaritet eisdem in ædibus cùm prophetissa vixit, eíque pecuniam ingentem quæsiuit. Cuius, inquit, prædas & latrocinia, aliáque audacia facinora, propter quæ est exeruciatus, non opus est nos commorare, quum ea inacta publica relata⁹, Curia habeat. Itaque istorum quis cui noxam remittet? vtrùm prophetissa martyri latrocinia, an martyr prophetissæ auariciæ lucra? Rursum de propheris, quorũ nomine ipsi sibi gloriantes placent, hæc infert. Quòd si negant prophetas suos munera capere, illud cõfiteantur, si cõuicti fuerint eos dona recepisse, non esse prophetas: & innumerabilibus id exemplis probabimus.

Theomisen Montanista falsò se confessorem Christi iactitant.

* ὁμολογίας συμβόλου, *hoc est, martyrij. Similiter & Alexander.*

* τῷ κυρίῳ ἐπικλήσει.

* ὀπισθόδομος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perneceſſarium autẽ eſt, omnes prophetæ fru- E
ctus explorare & excutere. Dic rogo mihi, num
prophetæ cerußa fucatur? propheta ſtibio lini-
tur? propheta formam excolit? propheta tabulis
& talis ludit? propheta fœnerat, & lucro ſtudet?
Ad hæc idem Apollonius in opere ſuo illud in-
dicat, quòd quadrageſimo pòſt anno ſcriptũ id
condiderit, ex quo Montanus aſſimulatã & dæ-
moniacam prophetiã inſtituit. Memoriæ quoq;
tradidit, Zoticum Oſtrenum, cuius antea quoq;
mentionem fecimus, quum iam Maximilla pro-
phetare apud Pepuzam cœpiſſet, dæmonum id
conuincere inſtituiſſe: prohibitum tamen ab eis
eſſe, qui ſectæ illius addicti fuere. Meminit quo
que Thraſeæ cuiuſdam martyris. Præterea ex
veterum traditione ſe accepiſſe ſcripſit, Chri-
ſtum Apoſtolis præcepiſſe, vt ne ante duode-
cimum annum Hieroſolymis diſcederent. Vti- F
tur quoque in multis locis teſtimoniis ex Apo-
calypſi Ioannis petitis, quem etiam mortuum
exuſcitaſſe Epheſi dicit. Scribit inſuper alia quę-
dam, fraudem & errorem eiuſmodi hæreſis ex-
planans.

Zoticus Oſtrenus exorciſta.

Thraſea martyr.

Apoſtoli poſt Aſcenſionem Chriſti, 12. annis Hieroſolymis manſere.

Ioannes apoſtolus mortuũ reſuſcitauit.

Apollonius Romæ martyrio defunctus ſub Commodo.

Hunc ipſum Apollonium Romæ martyrium pertuliſſe.
Caput 26.

IDem hic Apollonius, in omni genere do-
ctrinæ & ſapientiæ clarus, Romæ martyrij
perfecit curſum. Nam ſub Commodo per vni-
uerſum orbem pax & trãquillitas religioni no-
ſtræ data eſt, & ſalutiferum verbum omnẽ ani-
mam ex omni genere hominum ad verum Dei
cultum perduxit: & Romæ toræ domus & fa-
miliæ ſimul ad fidem ſincerã peruenerunt. Quo-
modo autem id ferret is, qui pulchris ſanctiſq;
rebus ſemper inſidiatur? Quapropter quum
multa alia contra nos fraudulenter excogitauit,
tum ſceleſtum quendam, *a* ad ſuam ipſius frau-
dem propenſum inſtigauit, vt Apollonium ad
tribunal protraheret, accuſationemque contra
eum inſtitueret. Is porrò delator, quòd non le-
gitimè actionem intendiſſet, Perennio ſententiã
ferente, cruribus eius fractis, debitas luit pœnas:
ex conſuetudine quadam quæ cõtra eos Romæ
inualuit, qui res tales ad iudices deferrent. *b* Ipſe
autem martyr, quum in Senatu Romano iudice
ita ſtatuẽte, rationem profeſſionis fidei ſuæ ora-
tione luculenta reddidiſſet, de ſententia Sena-
tus * capirali affectus ſupplicio, è vita migrauit.
Qui verò certius accuratiúſq; res eius cognoſ-
cere velit, eum ad martyrium eius, quod in lite-
ras relatum eſt, reiicimus. H

a Secundi huius nomen fuit: Hieron. de viris illuſt. qui Apollonij Senatorem vrbis Rom. fuiſſe ſcribit.

Perennius præfectus multos nobilium interfecit. Lamprid. in Commodian.

b Supplicium detaterit: quod vtinam apud noſtros etiam principes ſeruaretur.

† *Eo quòd lex Romæ eſſet, non debere abſolui hominem Chriſtianum qui pro tribunali cauſam dixiſſet, niſi propoſitum mutaret.* Euſebius lib. 5. cap. 21.

Vt Serapion Antiochiæ epiſcopus Montanum refellerit, & de libris eius. Caput 27.

SCriptorum verò quæ Apollinaris contra hę-
reſim Cataphrygas compoſuit, etiam Sera-
pion, quem Antiochiæ ad Orontem Maximini
in epiſcopatu ſucceſſorem fuiſſe indicauimus,
meminit in epiſtola quadam † ad Cariconem &
Pontium ita ſcribens: Vt verò intelligatis, quæ
in toto orbe eſt fraternitatem, deteſtari efficaciã
ordinis & ſectæ eius, quæ nouæ prophetiæ di-

Serapion Antiochenus.
† *Euſeb. c. 19. cum habet, lib. 5 cap. 19. item Pontiũ. Aly etiam Carinum habent.*

cirur, literas beatiſſimi Claudij Apollinaris Hie-
rapolitani in Aſia epiſcopi ad vos miſi. In eadem
Serapionis epiſtola & annotationes, ſiue ſubſcri
ptiones plurium epiſcoporum recẽſentur, quo-
rum quidam ita ferè manu ſua ei ſubſcripſit:
Aurelius Cyrenius martyr, opto vos valere.
Quidam hoc modo: Ælius Publius Iulius, De-
belti coloniæ Thraciæ epiſcopus: Viuit Deus, *Sotas exor-ciſta.*
qui in cœlis eſt, quòd beatus Sotas, qui eſt An-
chiali, dæmonium Priſcillæ eiicere voluit: ſed
hypocritæ id non permiſere. Et alij complures
Epiſcopi calculo & ſentẽtia ſua literas eas com-
probantes, ſuis ipſorum manibus eis ſubſcripſe-
runt. Et Montani quidem atque Cataphrygas
hæreſis, ſic ſe habuit.

Vt Marcionis hæreſis & ſecta in multas ſit diſſecta partes, & quam monſtruoſas opiniones ea protulerit.
Caput 28.

MAccion autem Ponticus, cuius antea quo- *Marcionis hæreſis.*
que meminimus, Cerdonis impieratem
adauxit & quatuor ſubſtãtias ingenitas verbo-
rum portentis confinxit. Ex quib. vnum quidem
bonum, eundémque incognitum appellat, &
Patrem Chriſti dicit: ſecundum verò iuſtum &
conditorem, prauum tamen nominat. Præterea
materiam malam dicit: & ab alio malo perfectã
atque abſolutam. Et conditorem malo ſuperiore
rem, materiam accepiſſe, & condidiſſe omnia: &
quidem ex puriſſimo quoque cœlum & alia ex-
colantem feciſſe refert, ex craſſiore autem parte
paradiſum, atq; ex gleba eius Adam: cui ex pro-
pria ſubſtantia animam indiderit, vnde † perpe- † Ναματίζῃ.
tua illa pugna inter corpus & animam extet.
Meliorem verò etiam ſerpentem creatore ipſo G
fingit, ipſumque adeò ſerpentem honore etiam
proſequitur. Blaſphemiis & impiis verbis inue-
hitur in Patriarchas & Prophetas. Ex Euãgeliis
ſolum id quod ſecundum Lucam eſt, reiecta ta-
men Genealogia, recipit. Nouem tantum Apo- *Ἐγλίσθη de calcaria, quod dicit ſolei, vt carbonarium à Marcione ad Apellem: hoc eſt, à malo præceptore ad eius diſcipulum Syrum Lucianum.*
ſtoli epiſtolas probat, atque in iis reſecit loca
quàm plurima. Vetus Teſtamẽtum & Prophe-
tas abiicit omnino, veluti ab alieno editos Deo.
Chriſtum phantaſia tantum & ſpecie hominem
fuiſſe nugatur. Tollit etiam è vita reſurrectio-
nem. Idem, Caim, & Sodomitas ſalutem conſe-
quutos eſſe ſcribit, quòd ad Chriſtum apud in-
feros acceſſerint. Abel autem, Enoch, Noe, Pa-
triarchas, Prophetas, & reliquos iuſtos, quòd
ad illum non venerint, apud inferos manere.
Sed & alia quamplurima, contra Deum, per in-
faniam mentis elatrauit: quæ ſilentio commen-
dãda duximus. Sectatores autem eius in multas
diuiſi ſunt ſectas. * Apelles enim quidam, illius *Apelles Marcionita.*
quatuor ingenitis, alium addidit igneum: & li- *ἐκ τῆς τῶν παλαιστῶν χώρας ὁρίας.*
bro à ſe compoſito, Philumenæ prophetia, no-
men indidit. Chriſto autem corpus tribuit non
humanum, ſed † ex eius qui apud ipſos eſt mun-
di ſubſtantia.

Serapion Antiochenus.
† *Euſeb. c. 19. cum habet, lib. 5 cap. 19. item Pontiũ. Aly etiam Carinum habent.*

De Rhodone, quæ contra Marcionem conſcripſerit: & de aliis eiuſdem opuſculis. Cap. 29.

COntra hos, eorũmque varias ſectas, Rho- *Rhodon aduerſus Marcionem.*
don Aſianus genere, Tatiani, de quo an-
tea dictum eſt auditor, librum compoſuit:
quùm impietatem eorum refellens, tum au
tores

tores eorum diſſectionis accuratè recenſens. A
Propterea, inquit, diſcordes inter ſe ſunt, quòd
ſententiam † quæ conſiſtere atque extare ne-
quaquam poteſt, tuentur atque defendunt. Ex
cohorte enim eorũ progreſſus Apelles vita ipſa
& ſenio veneratione quandam conſecutus, vnũ
principium profitetur: Prophetias autem ab ad-
uerſario prouenire ſpiritu dicit, dictis atque re-
ſponſis virginis à dæmonio agitatæ, cui nomen
Philumena fuit, perſuaſus. Alij autem, ſicut &
ipſe Marcion, duo principia inducũt: ex quibus
ſunt Potimus & Baſiliſcus: Ponticum illum Lu-
pum ſecuti, qui nudis verbis, ac ſine omni de-
monſtratione atque probatione, duo principia
conſtituit: Synerus verò tria poſuit. Scribit itidẽ
Rhodon, ſe cum Apelle congreſſum atque col-
loquutum eſſe. Apellem namque prouectã iam
ætate, quũ ſe Catholicis Chriſtianis immiſcuiſ-
ſet, multa perperam dixiſſe. Atque etiam aſſe- B
ruiſſe, omnes homines in cruciſixũ † credentes
ſaluos fieri, ſi modò bonis operibus explorati
probatíque ſint. Deinde omnem eius opinionẽ
recẽſens: ita infert. Quum autem ei dicerẽ, Vnde
hanc habes demonſtrationem ſeu finitionẽ? aut
quomodo vnum principiũ eſſe aſſerere potes?
Dic nobis. Tum ille: Prophetiæ, inquit, quæ ni-
hil prorſus verè dicant, ſeipſas refellunt: quippe
diſſidentes inter ſe, falſæ, & ſibi ipſis aduerſæ.
Quomodo autem vnum ſit principium, neſcire
ſe, ac tantummodo ſic moueri & adduci, dixit.
Deinceps iuramento eum, vt verum diceret,
adegi. Et ille iuratus, vera ſe dicere, inquit: igno-
rare autem, quomodo ſit vnus ingenitus Deus:
ſed tamẽ ſe ita credere. Itaque eum riſi, & reiici,
quòd pro doctore ſe gereret, & doctrinã ſuam
confirmare & defendere non poſſet. Rhodon C
iſte, in libro quem ad Calliſtionem ſcripſit, Ro-
mę Tatiani ſe diſcipulum fuiſſe ſignificat. A quo
opus editum eſſe commemorat, in quo rectos
& obſcuros diuinarum literarum locos ſe illu-
ſtraturum expoſiturúmque pollicitus ſit. Ipſeq;
Rhodon, proprio quodã ſcripto, ſe problema-
tum & propoſitionum illius ſolutiones expla-
naturum promittit. Feruntur etiam varij eius li-
bri in Hexaemeron. Apelles autem, quem dixi-
mus, multa etiam cõtra Moſaicam legem com-
poſuit, plurimum ſtudij ad eam euertẽdam col-
locãs. Hæc Rhodon aduerſus diuiſionem Mar-
cionis opinionis conſcripſit.

ἀσυστάτῳ γράμμῃ ἀντιποιθμενοι.

Philumena pythoniſſa Apellis.

Apellis ſecta & opinio.

† *Euſeb. lib. 5. cap. 13. ἐλπιστικὰς, hoc eſt, ſperantes. Idem Apelles dixit,*

Prorſus opus non eſſe rationem fidei in quenque ſua quemque perſuaſione perſeuerare debere. Id. ibidẽ.

De ſchiſmate & diſſidio Romæ propter blaſtum & florinum exorto, & quæ ad eos Irenæus ſcripſerit, & de aliis eiuſdem libris. Caput 30.

CÆterum aduerſus Florinum & Blaſtum,
Romæ rei eccleſiaſticæ hoſtes iudicatos,
qui caſu quodam à petitione presbyterij excí-
dentes, zelotypia quadam & æmulandi ſtudio,
Marcionis errori inuoluti, & eccleſiaſticas ſan-
ctiones deprauare conati ſunt, Irenæus adhuc
ſuperſtes duas ſcripſit epiſtolas: & alteram ad
Blaſtum, de ſchiſmate & diſſidio: alterã ad Flori-
num, de Monarchia, ſiue Deum non eſſe autorẽ
malorum, inſcripſit, quòd is propugnator eius
ei oris fuiſſe ſit viſus. Qui deinde propter variã-
tem ſententiæ inſtabilitatem, etiam in Valentini
hæreſim protractus, cauſam Irenæo præbuit, vt
is aliud componeret opus, cuius titulus eſt, de

Irenæi ad Florinũ & Blaſtum ſcripta

Ogdoade ſeu octonario: in quo opere ſe primã
apoſtolorum ſucceſſionem attigiſſe oſtendit. Ad
finem verò eius libri, annotationem ſanè quàm
ſcitã adiecit, quam hoc loco referre non intem-
peſtiuum eſſe iudicaui. Verba eius hæc ſunt. Ad- *Cautio Irenæi ne ſcripta eius à notariis deprauarentur.*
iuro te, qui hunc librum deſcripſiſti, per Domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtũ, & per glorioſum
aduentum eius, quo venturus eſt iudicare viuos
& mortuos, vt conferas quod trãſcripſiſti, & ea
ſtiges ad exemplar vnde deſcripſiſti, accuratè: &
iuramentum hoc, vt itidẽ deſcribas, & exemplo
tuo apponas. Nõ ocioſè ſanè hoc ſic adiecimus,
vt ſcilicet exemplũ propoſitum habeamus, qua
cura & prouidẽtia ſacri illi & boni viri cauerint,
ne veterũ ſcripta deprauarẽtur. In epiſtola verò
ad Florinum cõuerſationis ſuæ cum Polycarpo
meminit, ad hunc ſcribẽs modũ. Hæc dogmata,
Florine, vt parcè & modeſtè dicã, non ſunt ſanæ
ſententiæ. Hæc dogmata diſſona & diuerſa ſunt
ab eccleſia, quæ eis obſequẽtes in maximã cõfi-
ciunt impietatem. Hæc dogmata, ne illi quidem,
qui ab eccleſia ſunt excluſi hæretici, vnquã pro-
mulgare ſunt auſi. Hæc dogmata, qui ante nos
fuere, quíque cum Apoſtolis conuerſati ſunt
presbyteri, tibi non tradidere. Vidi enim te, quũ *Irenæus auditor Polycarpi* *αἰγὰρ ἐν παιδὶ μοι ὄντι σοὶ μετὰ ξυνέτυχον τῇ ψυχῇ, ἐνοῦντα ταῦτα.*
puer adhuc in inferiore Aſia apud Polycarpum
eſſem, ſplẽdidum habere locũ in Imperiali aula,
& famam laudémq; apud eũ aucupantẽ. Melius
namque eas res, quàm quæ proximè acciderũt,
memoria teneo: † quòd res quas à pueris didi-
cimus, cũ anima coaleſcẽtes, eidẽ prorſus vniũ-
tur. Itaque dicere poſſum locũ in quo conſidens
beatus Polycarpus diſſeruit: progreſſus quoque
& ingreſſus eius, vitæ modũ, & corporis formã:
orationes etiam quas ad multitudinem habuit:
Præterea familiarẽ conſuetudinẽ, ſicuti ipſe nar-
rauit, quæ ei cum Ioanne & reliquis qui Domi-
nũ oculis ſuis viderẽ, interceſſit: quomodo etiã
dicta eorum, & item Domini ipſius, quæ illi ex
eo audierant, recitarit: item, quæ de virtutibus
& doctrinis eius dixerit: vt denique Polycarpus
omnia à ſpectatoribus ipſis vitæ Verbi accepta,
& ſcripturis cõſonantia memoriter referre ſoli-
tus ſit. Hæc tum per eã quæ mihi cõceſſa eſt Dei
miſericordiam, diligẽter & ſtudioſè audiui, me-
moriæ mandãs, non in charta, ſed in corde meo:
quæ etiamnum ſemper per gratiã Dei ſincerè in *Antiquitùs ſancti viri hæreticorum impias voces audire non ſuſtinuerunt.*
intimo verſo atq; reuoluo animo. Et profectò
affirmare & teſtari poſſum in conſpectu Dei,
quòd ſi quid tale audiuiſſet beatus ille & Apo-
ſtolicus presbyter, exclamãs, & aures obturans,
frequẽtiúſque vſurpatũ illud ſibi verbũ vocife-
Drans, dixiſſet: O bone Deus, in quæ tempora me
cõſeruaſti, vt hæc ſuſtineã: ex eo etiã profugiſſet
loco, vbi vel ſedens, vel ſtans huiuſmodi audi-
uiſſet ſermonẽ. Sed & ex epiſtolis eius quas vel
ad vicinas eccleſias, eas cõfirmans, vel ad fratres
quoſdam, eos inſtruens & docens, dedit puritas
doctrinæ eius colligi poteſt. Hæc de iis qui Ro-
mæ eccleſiam oppugnarunt, ab ea ſegregati.

De Hippolyto vrbis Portuenſi epiſcopo, & de ſcriptis eiuſdem.
Caput 31.

TEmporibus Seueri Hippolytus etiam † *τὸ πόρτου τῆς ῥωμαίων ἐπίσκοπος.*
Portuenſis epiſcopus, floruit. qui quùm
alia plurima ſcripta prudenter & doctè edi-
dit, tum de Paſchate librum compoſuit in

Hippolyti Portuensis episcopi scripta.

quo descriptione temporum & veluti Fasto-E rum inita, & Canone annorum sedecim de Paschate proposito, rationem temporum vsque ad primum annum Alexandri deducit. Catalogus librorum eius sic habet. Liber in Hexaemeron: & alter post Hexaemeron, refutatorius contra Marcionem: in Canticum canticorum, in partes Ezechielis, de Paschate, Opus contra hæreses omnes longissimè vtilissimum, de aduentu Antichristi, de resurrectione, & alia plurima: in Zachariam, de Psalmis, in Esaiam, in Danielem, de Apocalypsi, de Prouerbiis, de Saul & Pythone: de laudibus Domini nostri Iesu Christi, in quibus cum Origene colloquitur. Quædam porrò scripta eius quùm † reprehensione non careat, martyrio postea pro Christi nomine absoluto, ignoratiæ eius maculam detruit atque deterfit. Vnde Origenem aiunt initium commentariorũ F in sacras scripturas scribẽdorum sumpsisse. Hæc de * Hippolyto.

Hippolytus in visiones Danielis commentarij scripsit, & in Prouerbia Salomonis, Suid.

*Τὰ Ἀντίχριστα. * Huius Passione hymno prolixiore prosequutus est Prudentius.*

De Pantæno Alexandrino philosopho, vita Apostolica, & de diuino prorsus sacrarum literarum studio eius. Caput 32.

Pantænus Theologicæ scholæ Alexandrinæ præfectus.

PAntænus etiam sapientia clarus, sub Commodo, diuinæ apud Alexandriam præfuit scholæ, iam inde ab antiquo sacrarum ibi literarum studio florenti: quod sanè ad multa etiã dutauit tẽpora, multis inter se in omni genere disciplinarum æmulatione concertantibus. Inter veteres illos Pantænum hunc in primis celebrẽ fuisse ferunt, qui scilicet ex Stoicorum philosophorum familia ad nostram transierit professionem. Tam studiosus autem propagandi diuini verbi fuit, vt Christũ etiam Orientalib. populis prædicauerit, & ad Indos vsque peruenerit. Per- G multi sanè eo tempore extiterunt viri generosis prorsus animis, qui cum magna laude diuino & Euangelico semini vbique terrarum serendo & amplificando incubuerunt. In quibus & hic noster fuit, qui tam longam atque difficilem profectionem non detrectauit. Refertur, apud quosdã fideles Matthæi Euangelium ibi inuentum esse, à Bartholomæo Hebraico sermone expositum: quod in multa tempora formas literarum eius, qui id primùm scripsit, illæsas conseruarit. Hic multis præclarè ad finem vsque vitæ actis illustris, sacræ Alexandrinæ scholæ præsit, simúlq; & viua voce & doctis commẽtariis diuinorum dogmatum scripturas explicuit.

Clemens Alexandrinus presbyter, eiusdem studij consectator.

De Clemente contextore, & operibus eius: & quæ de diuinis scripturis ille dixerit. caput 33.

EOdem temporum curriculo & Clemens presbyter, qui γραμματεὺς seu Contextor cognominatus est, Alexandriæ eidem studio cũ Pantæno incubuit, eundémque cursum & viuendi instituto & docendi consuetudine tenuit. Patrem certè librorum suorum, in Dispositionibus quas vocat, suis, Pantænum memorat. Et in primo libro γραματείων, seu contextorũ, obscurè hunc mihi designare videtur, quum præclaros Apostolorum successores enumerat, sic scribẽs: Libri porrò qui à me scribũtur, nõ sunt ad ostentationem instituti, sed monumenta memoriæ gratia ad senectutem cõposita, vt sint obliuionis remedium, simulacrúmque euidẽs, & adumbratio dilucidæ & viduæ illius doctrinæ, quam dignatione Dei audiui & didici à beatis illis & præstantibus viris: quorum quidem alius in Græcia Ionicus fuit, alius autẽ in magna Græcia, alius rursum in Cœlesyria, tu verò in Ægypto, alius alij porrò in Oriente. Ibique alius in Assyria, alius in Palæstina Iudæus à maioribus suis. In vltimum deinde incidi, qui reliquorum omniũ vi atq; virtute princeps fuit in Ægypto: atque ibi, quæ antea latuerant repertis, alia inquirere desii. Illi siquidem veritatẽ diuinæ doctrinæ conseruarunt, & traditionẽ statim à Petro & Iacobo & Ioanne & Paulo, sanctis illis Apostolis,* velut filij à patribus successione per manus acceperunt, eandémque † Deo ducente, ad nos quoq; transmiserunt, apud nos itidẽ maiorum suorũ ipsorúmque Apostolorum semina deponentes. Pantæno Clemẽs succedens scholã rexit, quã etiã eo tempore Origenes adhuc puer frequẽrauit. In volumine Contextorũ, primum librum vsque ad Commodi obitum deducit, tãquam annales cõscribens. Cõtextorum verò octo sunt libri totidem, quos Dispositionum, seu informationũ vocat, vbi magistri sui, sicuti dictũ est, Pantæni mentionẽ facit, dictata quædã eius & traditiones recensens. Scripsit quoq; ad Græcos siue gẽtes librũ exhortatorium, & tres alios libros, quos Pædagogos nominat. Alium item lectu dignum, & docte cõpositum, cuius titulus est: Qui diues saluus fiat. Præterea scriptũ aliud, in quo de Paschate differit. Itẽ homilias de ieiunio, de obtrectatione. Rursum cohortationẽ ad patientiã. Alium quoque ad recens illuminatos. Insuper eũ qui Ecclesiasticus canõ ab eo est inscriptus: & quem cõtra iudaizantes ad Alexandrum episcopum edidit. In Contextorum libris non solũ pleraque ex diuinis literis sternit atque contexit, verumetiam si quid apud Græcos est scitu dignum, affert. Et simul Græcorũ atq; barbarorum dogmata, nec nõ falso nominatæ scientiæ hæresiarcharum & philosophorum opiniones explicãs, multiiugam omnis generis doctrinæ exhibet institutionem. Quapropter ex varietate materię, meritò illi talem sortiti sunt inscriptionẽ. Vtitur in eis testimoniis Ecclesiastici Sirach, nec non Barnabæ, & Clementis epistolæ. Mẽtionem etiam facit libri Tatiani ad Græcos, & Cassiani, qui & ipse annales temporũmq; rationes scripsit: sicuti etiã Philonis, & Aristobuli, & Iosephi, & Demetrij, & Eupolemi, Iudaicorũ scriptorũ. Ex quibus astruit & probat, Mo- Hsen antiquissimis quibusq; Græcorũ vetustiorẽ esse. Omnes certè libri viri eius, eruditione & doctrina vtili sunt referti. Indicat quoq; in libro primo, se proximè ad Apostolorũ successionem accessisse, & simul commentarios se in Genesim relicturum pollicetur. In libro de Paschate, coactũ se esse à quibusdã dicit, vt quas à senioribus presbyteris acceperat historias & traditiones, ibi exponeret: Melitonẽ nominãs, Irenæum, & alios quosdã, quibus etiã quędã dicta sua adscribit. In libris verò Dispositionũ, totius scripturæ testamentariorum siue Canonicorum librorũ, vt breuiter dicam, compendiosam instituit enumerationem: non prætermittens etiam, quibus cõtradicitur, scripturas: vt Petri Apocalypsim, & Barnabæ epistolã, Epistolã sanè ad Hebræos Pauli esse censet, Hebræis Hebraico sermone scriptam:

præceptores Clementis.

παράδοσιν παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος † τοῦ θεοῦ. Clemens Pantæni in schola Alexandrina successor.

Scripta eius.

Libri γραμματεῖς, hoc est variè contexti. Lacinisa et varia diuersarum compositio. Moses antiquorum omnium antiquissimus.

canonici libri noui testamenti iuxta Clementem.

Euseb. addit. inde & Catholicas epistolas.

De epistola ad Hebræos.

Ordo quatuor Euangeliorũ,

scriptam: à Luca autem ambitiosa splẽdidè versam lingua, Græcis esse expositam. Ac rectè quidem illum dicit, qui mos ei in alis fuerat, Pauli nomen epistolæ ei non præfixisse. Quòd enim Iudæi tum præsumptione quadam suspectũ eum haberent, ne statim in ipsa præfatione illorum à lectione absterreret animos, prudenter fecisse, qui nomen suum prætermiserit. Quapropter eũdem esse inquit orationis ductum in epistola ad Hebræos, & in Apostolorum actis. Alibi quoq; scribit: Porrò sicuti beatus dixit presbyter, quãdoquidem Dominus apostolus Omniporentis, ad Hebræos est missus, humilioris summissionis gratia Paulus, vt qui ad gentes legatus esset, non scribit se Hebræorum apostolũ, honore eo Domino cedens: superfluum præterea esse ducens, quum gentium præco & apostolus esset, etiã ad Hebræos epistolam dare. De Euangeliorum ordine autẽ, sicuti à vetustioribus accepit, primùm ea edita esse dicit, quæ genealogias persequũtur. Marci autem Euangelium, eiusmodi † dispositione atque occasione scriptum. Quum Petrus Euangelium viua voce prædicasset, sectatores eius & familiares, qui plures fuere, Marcum, comitem eius sedulum, dictorúmque eius vim & virtutẽ renẽtem, hortatos, esse, vt conciones illius in scriptum referret: id eum ita feciss e, librúmque eum illis dedisse. Petrum porrò quum id resciuisset, neque impedisse vt is vulgaretur, neque admodum præcepisse. Ioannem autẽ postremum, quum animaduertisset, quòd ab aliis quibusdam in Euangeliis corporalia satis essent exposita, diuino spiritu vehementius agitatũ, vt spiritualia, & quæ Theologiæ atque diuinitatis propria sunt, accuratè proferret, suum composuisse Euangelium. Hæc de Clemente.

οἰκονομίας.

De Tertulliano & Caio, Ecclesiasticis scriptoribus. Caput 34.

Tertullianus & eius scripta.

EAdem tempestate & Tertullianus, quẽ antea diximus, presbyter post Victorem & Apollonium Romanis accensetur: Carthagine in Africa ortus, patre centurione Proconsulari. Hic acris & ingeniosus admodum, sub Seuero maximè floruit, & multos condidit libros. De quo & Paulus à Concordia, Italus, memoriæ mandauit, vidisse se etiámnum iuuenum, Romæ beatissimi Cypriani notarium superstitem, iam grandæuum: atque ex eo audiuisse, nullam ferè diem præterire passum esse Cyprianũ, sine Tertulliani lectione: identidem verba ista vsurpanteẽ, Cedo magistrum, Tertullianum videlicet designando. Is ad statam mediámque ætatem, in ecclesia catholica presbyter, plura aduersus Montani dogma cõscripsit. Postea verò in illius delapsus errorem, plures rursum libros pro illo cõposuit. In quibus nouæ etiam prophetiæ mẽtionem facit, eámque ob causam & peculiatem contra ecclesiam Catholicã librum edidit. Scripsit alium quoque † de pudicitia, alium de Monogamia. Item de persequutione, alium de ieiunio. præterea de Ecstasi seu cõsternatione libros sex: septimum aduersus Apollonium, & plures alios. Vixit autem ad ætatem decrepitã. Floruit quoque sub Zephyrino Romę episcopo Caius, Antonino Seueri filio imperante. Is aduersus Proclum, Montani studiosum, dissertationẽ co-

Huius lectione Cyprianus est delectatus.

Montanista factus Tertullianus.

† De exhortatione castitatis

Caij scripta.

A piosissimam composuit, temeratiæ audaciæ & nouæ prophetiæ nomine eum arguens: in quo volumine tredecim tantum diui Pauli epistolas numerat. Quæ enim ad Hebræos est, decimam quartam, negat esse Pauli germana: illud addens, eam etiam à Romanis vsque ad præsens nõ esse pro Paulina habitam. Hæc quoque de his dicta sufficiant.

Epistolam ad Hebræos non esse Pauli.

De aliis multis Ecclesiasticis scriptoribus, scilicet Iuda, Heraclito, Maximo, Candido, Appione, Sexto, Arabiano, & aliis. Cap. 35.

MVltorum præterea Ecclesiasticorum virorum commentarij, qui vetustate facilè primas obtinuerũt, egregium de fide & vita Christiana specimen & studium complectentes, sunt celebrati, quùm aliorum quorundam, tum eius B qui eo tempore cum reliquis enituit, Iudæ historici, qui in hebdomadas Danielis plurimum operæ collocauit, & optimum de eis opus à se compositum reliquit. Siquidem veluti historiã instituens, scripturam eam vsque ad decimũ Seueri annum producit. In eo libro apertè præ se fert, in ea se fuisse sententia, vt decantatum Antichristi aduentum, temporibus eis in expectatione esse, & appropinquare crederet. Auxit verò eam opinionem, multorúmque mentes vt rem tantam expectarent conturbauit, acerrima quæ tum mota est persequutio. Non pauca etiã Heraclitus vir diuinus cõposuit, qui primus enarrationes sibi in Apostolũ scribendas duxit. Maximus autem, super quæstione illa, quæ hæreticis in ore est, Vnde sit malicia & vicio sitas: & C item de eo quòd materia creata sit, solutiones atq; decisiones irrefragabiles edidit. Sed & Cãdidus, quùm plurima alia elaborauit, tum in Hexaemeron commentarios scripsit: in quo argumento itidem Appion magno studio est versatus. Sextus quoq; resurrectionem scriptis suis cum magna laude comprobauit: & Arabianus insuper in aliis quibusdã sacris argumentis multum laboris & operis posuit. Multorum præterea aliorum scriptorum plurima & maxima literarum monumenta sunt vulgata, quorum neq; tempora, neque argumenta singillatim (nam id instituto præsenti, historiæque nostræ non admodum conuenit) commemoranda duximus. Atque ij quidem ante Origenem scriptores ecclesiastici, quum sacram historiam doctrinámq; ordine per successionem continuarunt, tum in D eos qui nugis ac deliramentis deprauare rectam fidei doctrinam in animum induxerant, comminus atque in faciem illis congressi, quasi diuina tela cõiecerunt: ita rerum omnium Deo id prouidentia sua disponente, vt post Apostolos eorundémque successores, rursum martyrum sanguine & doctrina, necnon sanctioris vitæ splendore, res Christianæ confirmarentur: & ad summum, vt immotæ & inexpugnabiles essent, stabilirentur. De iis satis.

Iudæ historici in hebdomadas Danielis luculbratis.

Aduentus Antichristi sub Seuero expectatus. Ecclesiastici scriptores, Heraclitus, Maximus, Cãdidus.

Appion. Sextus. Arabianus.

De dissensione, quæ tum de Paschate est exorta. De Synodis propterea coactis, & vt omnes ad concordiam sint reducti. caput 36.

ENimuerò circa finem Imperij Commodi inter Orientales & Occidentales ecclesias non parua incidit quæstio. Ecclesiæ namque

Quæstio de tẽpore celebrandi Paschatis, inter Asiaticas & Occidentales ecclesias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asianæ ex traditione vetusta, quæ ad eas vsq; ad E id tempus trãsmissa erat, quartum decimũ diem lunæ obseruandum esse necessariò duxerunt: quando & Iudæi ex præscripto legis agnum mactare, & Pascha suum mãducare soliti sunt. Perinde atque necessitas prorsus quædam imposita eis esset, in quencunque diem hebdomadis incidisset, eo ipso die stata consuetáque soluerentur ieiunia, & (vt semel dicam) vnà cum Iudæis, apud ipsas quoque, sacrum nostri Paschatis mysteriũ celebraretur. Reliquæ verò per Orientem, & itẽ per Occidentem ecclesiæ, non licere id ita facere asseuerabant: sed potius obtinente tum, quam antiquitùs ex Apostolorum traditionib. continuatam accepissent, consuetudine standum esse. Nõ enim decere alio, quàm resurrectionis Dominico die, † ieiunio reiecto, Pascha celebrare. Hoc verò modo controuersia & dissidio multò maximo in ecclesiis vsque adeò exorto, vt inter F se sibi, aduersatiorũ partes, vtrinque antiquitùs traditam consuetudinem obtinere debere contendentibus, fumerent, conuentus Episcoporũ variis in locis sunt acti. Vbi quum in eandẽ concessissent sententiam, postea omnib. vbique ecclesiis decretum siue edictum scriptũ promulgarunt & proposuerunt, vt de cætero, non alio quàm Dominico die, tremendum resurrectionis & Paschatis mysterium, ieiunio, tum soluẽdo, celebraretur. Circumferuntur etiamnum celebratarum eo tempore Synodorum literæ, quę variarum hinc & inde ecclesiarum episcopos designant: Romanæ scilicet Victorem, Hierosolymitanæ Narcissum, Cæsareæ Palæstinæ Theophilum, Tyriæ Cassium, Ptolemaidis Clarum. Eædem literæ, Ponti ecclesiis tum præfuisse indicant antiquissimum Palmam: Galliæ autem & G regionum quæ ad Rhenum flumen sunt, Irenæum: Corinthi autem, Bacchylum: & prouinciarum aliarum alios, qui vno suffrágio & sententia omnes, Dominico die Pascha celebrandum sanxerunt, Narcissus sanè, & Cassius, Palæstini: & Clarus à Ptolemaide, & qui præterea in eandem conuenere Synodum, quum primùm quamplurima de traditione, quã initiò ab Apostolis sumptam vsque ad tempora sua conseruarant, exposuissent, circa finẽ Synodalis decreti, hæc quoque addidere. Epistolæ huius nostræ, facite vt ad ecclesias omnes exempla mittantur: ne scilicet rei atque participes simus eorum, qui facilè animas suas decipiunt atque seducit. Certiores autẽ vos facimus, eodem prorsus die Alexandriæ, quo apud vos, Pascha celebrari. literas namque ea de re ad illos dedimus, atque illi iti- H dem ad nos scripsere, ita vt vno consensu simul sanctũ hunc peragamus diem. Ad omnes igitur vnum hoc præscriptum & regula est diuulgata.

τὴν νηστείαν ἀπαύστως μοναζοντες Tum enim ieiunare Christianos desinũt.

precisio eius quæstionis, vt ipso refarcetionis Christi die, vascha Christiani celebrent.

De dissentione Asianorum propter vascha: & quæ ea de re polycrates Ephesius episcopus Victori Romano scripserit. Cap. 37.

Asiani recepto more vascha 14. Martij mẽsis sibi celebrãdum esse putant.

ASiani autem sententiam adhuc suam retinebant, & se ad finem vsque traditiones Apostolicas defendere oportere opinabantur. Sententiæ eorum primarius pontissimùm propugnator erat Polycrates, ecclesiæ Ephesiorũ antistes. Hic magnus & apostolicus vir habitus, traditionem & autoritatẽ Apostolicam ad tempora sua durantem, Victori episcopo & ecclesię vrbis Romanę declarans, ad hunc modum scripsit. Nos profectò diem hunc integratũ atque inuiolatum, neque addentes neque auferentes quicquam, peragimus. In Asia namque † ingẽtia primordia dormiunt ac conquiescunt, quæ quidem resurgent in aduentus Domini nostri die: quo die cum gloria è cælis veniet, & exuscitabit omnes sanctos: Philippus videlicet ex duodecim Apostolis vnus, qui Hierapoli obdormiuit: duæque filiæ eius, ad decrepitam vsque ætatem virgines: & alia præterea filia eius, in Spiritu sancto cursu vitæ absoluto, Ephesi quiescit. Itidem & Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, quique sacerdos creatus Pontificiũ insigne, petalum scilicet, siue auream in frõte laminã, martyr simul & doctor gestauit, Ephesi obiit. Præterea Polycarpus Smyrnensis episcopus & martyr, item Thrasæas Eumeniæ episcopus, idémq; martyr, Smyrnæ morte sopiti sunt. Quid Sangarim episcopum & martyrem dicã, qui Laodiceæ mortuus est? Præterea beatus Papyrius, & Melito eunuchus, qui per Spiritũ sanctum vita peracta Sardis humatus est, visitationẽ è cælis expectans, in qua à mortuis resurget. Illi omnes retinuerunt & seruarunt decimumquartum diem Paschatis, iuxta Euangelium, nihil transgredientes, sed præscripto canonum fidei insistẽtes. Ego quidem vestrũm atq; adeò omniũ minimus Polycrates, iuxta * cognatorum meorũ, ex quibus quosdam sum consectatus (septẽ namq; cognati mei Episcopi fuere, ego octauus sum) traditionẽ ambulo. Et cognati mei semper diem hunc † quando Iudæorum populus azyma condiit, celebrarunt. Ego, inquã frattes, sexaginta & quinque annos natus in Domino, qui cũ totius orbis fratribus hac de re contuli, & scripturam sanctam omnem perlegi, nihil moueor aut perturbor minacibus denunciationibus & terroribus. Nam qui me lõgè maiores fuere, plus obediendum esse Deo quàm hominibus edixere. In fine porrò, episcoporum omnium qui sententiæ suæ consentientes affuerunt, memini, sic scribens. Possem quidem episcoporũ, qui mihi affuere, edere nomina, quos ita vt voluistis, accersens euocaui: sed eorum nomina si afferiberem, multitudo eorum in immensum excresceret. Illi autem tenuitatis meæ probè conscij, epistolam sententia sua comprobarunt: non ignorãtes me non frustra canos circumferre: tum autem vitam me semper in Iesu Christo egisse sciunt.

μεγάλα στοιχεῖα. Polycratis Ephesij antistitis verba ad Victorem Rom. episcopum. sanctis hominibus in Asia sepultis.

Victor Rom. episcopus excommunicat Asianos.

Victorem abhorrentia, episcopi alij occidentales aliud censuerunt, inter quos fuit Irenæus.

Victor vt pacis studiosissimus Irenæus ecclesiis tranquillitatẽ & concordiã restituerit, exempla successorum sanctorum Apostolorum commemorans. Cap. 39.

Varietas in obseruatione ieiunij.

IRenęus ita scribit: Non modò enim de die, verumetiam de ieiunij specie controuersia & quæstio est. Quidam namque existimant, vnum ipsos oportere diem ieiunare, quidã duos, alij etiam plures. Nonnulli autem quadraginta horis diurnis & nocturnis diem metiuntur. Atqui varietas hæc obseruationum non ætate nostra exorta est, sed longè antea apud maiores nostros extitit: qui ita vt decuit, accuratè conseruatam per simplicem sinceritatem consuetudinem, ad posteros transmisere. Nihilominus tamen isti omnes pacem tenuere, atque etiamnum pacem inter nos retinemus, * & ieiunij dissensio fidei consensum cõfirmat. His verbis historiam annectit, dignũ profectò quę hic quoque inseratur. Enimuerò qui Soterem præcesserunt presbyteri, & ecclesiam quam tu nunc gubernas administrarunt, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Telesphorum, & Xystum: neque eos qui cum illis fuere, obseruare permiserunt. Sed nihilominus ipsi non obseruantes, pacem tenuerũt aduersus eos qui ad se ex ecclesiis, quę ita obseruarent, venerunt. Atque equidem maximopere inter se ista, obseruare, scilicet, & non obseruare, dissidebant. Nunquam tamen eam ob rem aliqui sunt reiecti. Quin ipsi nõ obseruantes, qui ante te fuerunt presbyteri, aduenientibus ex ecclesiis obseruantibus Eucharistiam miserunt. Ac quum beatus Polycarpus peregrè Romam sub Aniceto venisset, & aliquantulum illi inter se de rebus non magnis dissiderẽt, eis statim cõpositis, deinceps nihil quicquam controuersiæ inter se de hoc capite mouerunt. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere potuit, vt non ita obseruaret, quippe qui id post Ioannem Domini discipulum, & reliquos Apostolos cum quibus vixerat, semper obseruasset: neque Polycarpus Anicetum, vt obseruaret, induxit, consuetudinem eorũ qui nos præcesserunt presbyterorum retinendã esse allegantem. Quę quum ita se haberent, communionem inter se celebrarunt. Et in ipsa ecclesia Anicetus Eucharistiæ ministerium Polycarpo honoris ergò permisit. Atque ita in pace per discessum sunt ieiuncti: pacem quoque ecclesiis, siue obseruarent, siue non obseruarent, retinentibus. Quapropter egregius, vt aptissimo nomini suo responderet, pacificator Irenæus fuit, qui sic intercessione sua pacem ecclesiæ conciliarit, & non modò cum Victore, sed etiam cum aliis permultis ecclesiarũ antistitibus, congruentia conuenientiáque eis quæ diximus, de proposita quæstione asserendo, egerit. * Quod verò ratio non persuasit, id dies postea perfecit. Nam hac in re Asia vix tandem cessit: & vbique terrarum in orbe decretum est, vt non cum Iudæis, sed ipso Dominico die mysteriũ Paschę peragatur. Quamuis adhuc in Asia reliquię quædam maneant, consuetudinem eam in paucis prorsus inuiolatam retinẽtes. Vnde etiam Quatuordecimani cognominati sunt, consuetudinẽ eam & alia quædam ex illegitimis & ab ecclesia reiectis libris decerpta seruãtes, & nominibus quorundam magnorum Apostolorum ea in re abutẽtes. Porrò de Paschate quæstio ita est decisa, cum qua & nos finem quarto huic libro asserimus: ex quo Commodus quidem post tredecinum imperij annum vitam finiit, Seuerus verò post Pertinacem nondum prorsus menses sex in administratione eius transegit. Continet verò hic liber annorum non integrorum viginti quatuor tempus: initiúmque habuit * ab Antonino Veri fratre, finem autem cum ipso Cõmodi & Pertinacis imperio: quum à mundo condito quinquies millesimus septingentesimus & primus, à diuina autem natiuitate centesimus nonagesimus † sextus expletus esset annus.

Eucharistia communis participatio, communio.

charitatis & vnionis Eccl. certissimum vinculum.

Concedere Roma Debuit, aiebat, potius quàm rumperè pacem, Humani quæ iuris erant, modò salua maneret Lex diuina fides christi, doctrina. Senatus Quã primus tulit ore suo, quia traducta ab ipso christo erat humanæ doctore & lumine Vitæ. Nec curandus erat morem consensus in vnũ Vsque adeò, dixit, &c. Baptista Mantuan. lib. 1. Fastor. de S. Hilario. Et hæc certissima est de Adiaphoris omnibus regula. Ob quæ ætate nostra multi mortales cœlum terræ miscere intendunt.

Isti autẽ Diui fratres æqua simul potestate imperiũ administrarunt annis 11. L. Vero mortuo, M. Antoninus solus 4. cum filio Commodo 5. ita vt imperij M. Antonini tempus 19. propè annos complectatur. Nicephorus autem in ea fuit sententia, vt crediderit, L. Verum tantum 6. annis cum Marco imperasse, & postea Marcum annis 10. & aliquot insuper mensibus. Sed nos aliorum D scriptorum autoritatem versione nostra sequuti sumus. Secundum post eadem Commodi, vertinax imperij mense 2. die 25. Didius autem Iulianus mense 2. die 5. fuit interempti. Et L. Septimius Seuerus aduersus pescennium Nigrum ab exercitu Syriaco Antiochiæ Imperatorem creatum, copias suas duxit. Hoc sic propterea annotatum est, vt Nicephoro numerus & ratio annorum constet.

Locus animadvertendus.

Varia Irenæi ad Victorem verba.

De Victor permotus fuerit, ciuitates Asiaticas, propter festum vascha, ab vnitate ecclesiastica segregare. Caput 38.

VIctor verò literis eiusmodi acceptis, extemplò Asiæ, eique finitimas ecclesias, veluti alienum atque diuersum dogma propugnantes, reiicere, & ab vnitate Catholica arcere, in animo habebat. Quam ob causam & subitò literas cõscripsit, quib* illos publicè notabat, omnésq; simul à cõmunione prohibebat. Atq; ille quidẽ eiuscemodi sumpserat consiliũ. Verùm id aliis, qui cũ eo erãt, Episcopis minus placuit. Itaq; illũ sunt adhortati, vt benignius per consilia pacata de eis qui idẽ fidei prædicarẽt dogma, statueret: neq; tã facile, * re intẽrata, proximorũ abiiceret

& posthabere vtilitatẽ. Sensim id & doctrina & A tempore aliquando corrigi ac perfici posse. Et acrius seueriúsque cum illo, qui gloria eos anteret, egerunt: inter quos & Irenæus erat, vt quidem ex eo scripto, quod Gallicarum ecclesiarum, quas regebat, nomine ad Victorem dedit, apparet. Absurdè quippe & ipse, debere quidem omnino Dominico die Pascha peragi: nequaquam tamen Victori permittit, vt tantam ecclesiarum multitudinem ab ecclesiastica vnitate segregeret: idque, quum veteres & Apostolicæ consuetudinis obseruent traditionem. Multa sanè præclarè, & vt par fuit, Irenæus de pace & vnitate ad Victorem scribens, hęc quoque refert. Operępretium enim est, sicuti modò de Polycrate fecimus, verba eius perutilia & necessaria ecclesię futura, adducere.

Victor Rom. episcopus excommunicat Asianos.

Victorem abhorrentia, episcopi alij occidentales aliud censuerunt, inter quos fuit Irenæus.

Victor vt pacis studiosissimus Irenæus ecclesiis tranquillitatẽ & concordiã restituerit, exempla successorum sanctorum Apostolorum commemorans. Cap. 39.

Varietas in obseruatione ieiunij.

IRenęus ita scribit: Non modò enim de die, verumetiam de ieiunij specie controuersia & quæstio est. Quidam namque existimant, vnum ipsos oportere diem ieiunare, quidã duos, alij etiam plures. Nonnulli autem quadraginta horis diurnis & nocturnis diem metiuntur. Atqui varietas hæc obseruationum non ætate nostra exorta est, sed longè antea apud maiores nostros extitit: qui ita vt decuit, accuratè conseruatam per simplicem sinceritatem consuetudinem, ad posteros transmisere. Nihilominus tamen isti omnes pacem tenuere, atque etiamnum pacem inter nos retinemus, * & ieiunij dissensio fidei consensum cõfirmat. His verbis historiam annectit, dignũ profectò quę hic quoque inseratur. Enimuerò qui Soterem præcesserunt presbyteri, & ecclesiam quam tu nunc gubernas administrarunt, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Telesphorum, & Xystum: neque eos qui cum illis fuere, obseruare permiserunt. Sed nihilominus ipsi non obseruantes, pacem tenuerũt aduersus eos qui ad se ex ecclesiis, quę ita obseruarent, venerunt. Atque equidem maximopere inter se ista, obseruare, scilicet, & non obseruare, dissidebant. Nunquam tamen eam ob rem aliqui sunt reiecti. Quin ipsi nõ obseruantes, qui ante te fuerunt presbyteri, aduenientibus ex ecclesiis obseruantibus Eucharistiam miserunt. Ac quum beatus Polycarpus peregrè Romam sub Aniceto venisset, & aliquantulum illi inter se de rebus non magnis dissiderẽt, eis statim cõpositis, deinceps nihil quicquam controuersiæ inter se de hoc capite mouerunt. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere potuit, vt non ita obseruaret, quippe qui id post Ioannem Domini discipulum, & reliquos Apostolos cum quibus vixerat, semper obseruasset: neque Polycarpus Anicetum, vt obseruaret, induxit, consuetudinem eorũ qui nos præcesserunt presbyterorum retinendã esse allegantem. Quę quum ita se haberent, communionem inter se celebrarunt. Et in ipsa ecclesia Anicetus Eucharistiæ ministerium Polycarpo honoris ergò permisit. Atque ita in pace per discessum sunt ieiuncti: pacem quoque ecclesiis, siue obseruarent, siue non obseruarent, retinentibus. Quapropter egregius, vt aptissimo nomini suo responderet, pacificator Irenæus fuit, qui sic intercessione sua pacem ecclesiæ conciliarit, & non modò cum Victore, sed etiam cum aliis permultis ecclesiarũ antistitibus, congruentia conuenientiáque eis quæ diximus, de proposita quæstione asserendo, egerit. * Quod verò ratio non persuasit, id dies postea perfecit. Nam hac in re Asia vix tandem cessit: & vbique terrarum in orbe decretum est, vt non cum Iudæis, sed ipso Dominico die mysteriũ Paschę peragatur. Quamuis adhuc in Asia reliquię quædam maneant, consuetudinem eam in paucis prorsus inuiolatam retinẽtes. Vnde etiam Quatuordecimani cognominati sunt, consuetudinẽ eam & alia quædam ex illegitimis & ab ecclesia reiectis libris decerpta seruãtes, & nominibus quorundam magnorum Apostolorum ea in re abutẽtes. Porrò de Paschate quæstio ita est decisa, cum qua & nos finem quarto huic libro asserimus: ex quo Commodus quidem post tredecinum imperij annum vitam finiit, Seuerus verò post Pertinacem nondum prorsus menses sex in administratione eius transegit. Continet verò hic liber annorum non integrorum viginti quatuor tempus: initiúmque habuit * ab Antonino Veri fratre, finem autem cum ipso Cõmodi & Pertinacis imperio: quum à mundo condito quinquies millesimus septingentesimus & primus, à diuina autem natiuitate centesimus nonagesimus † sextus expletus esset annus.

Locus animadvertendus.

Varia Irenæi ad Victorem verba.

Eucharistia communis participatio, communio.

charitatis & vnionis Eccl. certissimum vinculum.

Concedere Roma Debuit, aiebat, potius quàm rumperè pacem, Humani quæ iuris erant, modò salua maneret Lex diuina fides christi, doctrina. Senatus Quã primus tulit ore suo, quia traducta ab ipso christo erat humanæ doctore & lumine Vitæ. Nec curandus erat morem consensus in vnũ Vsque adeò, dixit, &c. Baptista Mantuan. lib. 1. Fastor. de S. Hilario. Et hæc certissima est de Adiaphoris omnibus regula. Ob quæ ætate nostra multi mortales cœlum terræ miscere intendunt.

Isti autẽ Diui fratres æqua simul potestate imperiũ administrarunt annis 11. L. Vero mortuo, M. Antoninus solus 4. cum filio Commodo 5. ita vt imperij M. Antonini tempus 19. propè annos complectatur. Nicephorus autem in ea fuit sententia, vt crediderit, L. Verum tantum 6. annis cum Marco imperasse, & postea Marcum annis 10. & aliquot insuper mensibus. Sed nos aliorum D scriptorum autoritatem versione nostra sequuti sumus. Secundum post eadem Commodi, vertinax imperij mense 2. die 25. Didius autem Iulianus mense 2. die 5. fuit interempti. Et L. Septimius Seuerus aduersus pescennium Nigrum ab exercitu Syriaco Antiochiæ Imperatorem creatum, copias suas duxit. Hoc sic propterea annotatum est, vt Nicephoro numerus & ratio annorum constet.

ὁ λόγος δὲ ἐπεισι τοῦτο λεγόμενος ὑπ' ἐμοῦ Quatuordecimani in Asia hæresis.

Libri huius anni.

** Hoc est ab eo tempore, quo ut supra L. Verus M. Antoninus philosophus simul imperare cœpit.*

† Quintus potius. Secundum nostrorum temporum chronologos. 4173.

*** Concedere Roma Debuit, aiebat, potius quàm rumperè pacem, Humani quæ iuris erant, modò salua maneret Lex diuina fides christi, doctrina. Senatus Quã primus tulit ore suo, quia traducta ab ipso christo erat humanæ doctore & lumine Vitæ. Nec curandus erat morem consensus in vnũ Vsque adeò, dixit, &c. Baptista Mantuan. lib. 1. Fastor. de S. Hilario. Et hæc certissima est de Adiaphoris omnibus regula. Ob quæ ætate nostra multi mortales cœlum terræ miscere intendunt.*

Isti autẽ Diui fratres æqua simul potestate imperiũ administrarunt annis 11. L. Vero mortuo, M. Antoninus solus 4. cum filio Commodo 5. ita vt imperij M. Antonini tempus 19. propè annos complectatur. Nicephorus autem in ea fuit sententia, vt crediderit, L. Verum tantum 6. annis cum Marco imperasse, & postea Marcum annis 10. & aliquot insuper mensibus. Sed nos aliorum D scriptorum autoritatem versione nostra sequuti sumus. Secundum post eadem Commodi, vertinax imperij mense 2. die 25. Didius autem Iulianus mense 2. die 5. fuit interempti. Et L. Septimius Seuerus aduersus pescennium Nigrum ab exercitu Syriaco Antiochiæ Imperatorem creatum, copias suas duxit. Hoc sic propterea annotatum est, vt Nicephoro numerus & ratio annorum constet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS QVINTVS.

Succincta eorum quæ antè dicta sunt repetitio, & dicendorum isto tomo expositio.

CAPVT I.

AGedũ quę reliqua sunt, his adiungere pergamus, vt serie sua oratio nostra progrediatur, integrúmque sacræ historiæ corpus cõtextatur. Ac primũ quidẽ librum voluminis huius rectè sanè, & vt par fuit capiti omniũ Christo dedicauimus. Secundũ sectatoribus eius, sacris autoribus ducibúsq; nostris, itidem meritò cõsecrauimus. Tertiũ primi eorum successores sortiri sunt. In quarto autẽ eos cõmemorauimus, qui vel certaminibus egregiis martyres, vel eruditis scriptis doctores, erroris munitiones arq; falsò nominatã scientiã expugnarunt: qui etiã ecclesiastici fuerint scriptores, quibúsue illi post se relictis commẽtariis decesserint, tum autẽ, quænam de quæstione Paschatis acta atq; decreta sint. Quintus porrò liber iste, res eruditissimi Origenis, qui & Adamãtius dictus est, plenissimè expediet: quos ille pro vera pietate adierit labores: vnde, & qui fuerit: & vt quàm plurimum studij ad res diuinas cõferens, permultos ad certamẽ pro Christo obeundũ excitauerit: quàm itẽ multos amatores atque sectatores studiosos duplicis philosophię suę habuerit: quæ in seipso ausus sit, cœlibatũ atque virginitatem conseruare volens, vt denique ad postremũ seductori dæmoni obsequutus, & à recta via aberrarit, & à sana doctrina exciderit. Cõplectetur p. eterea alia quoque: grauẽ videlicet illam sub Decio persequutionẽ, ecclesiarũque sacrarũ antistites, & quę in eis acciderint res inopinatę & admirandę. Initium autem inde sumendum.

De persequutione sub Seuero, in qua Leonides pater Origenis, propter christum mortem subiit. Cap. 2.

COmmodo imperiũ administrante, rex Christianę pacatæ † tranquilleque fuere. Postquam autẽ ille ex insidijs cęsus est, & Pertinax breui admodũ tempore imperauit, atque huic (sicuti diximus) Seuerus successit: tum quoque satis hono loco res nostrę fuere, in diésque fidei professio augmenta sua cæpit, eorum quos recẽsuimus ecclesiasticorũ doctorum scriptis atque doctrinis illã prouehentibus, idque in maximis quibusque potissimùm vrbibus, nimirũ Alexandrię, Antiochię, Aliæ, & per Palæstinam omnẽ, Ephesi, Cæsareę, & occidentẽ versus Thessalonicæ, Athenis, Corinthi, in Gallijs, & Romæ maximè. * Vniuersæ enim multitudines & domus totæ ad finem accedebant, quidúis facere & pati paratę, quàm vt quidẽ contra religionẽ nostrã agerent, aut nouarent. Quod vbi Seuero minimè tolerendum est visum, insignem statim contra ecclesiã omnẽ mouit persequutionem. Et subitò per omnem terratũ orbem eximia instituta sunt martyria, maximè verò in Ægypto & Libya atque Thebaide. Alexandrię porrò veluti stadium veræ pietatis constitutũ, vbi fortissimi quique & optimi delecti martyres, variis atque exquisitis tormentorũ generibus mirificisque impressionibus exceptis, à Deo, cui chari fuere, præmia & coronas acceperunt. Quo tempore & Leonidem, Origenis patrem, obito pro Christi nomine martyrio è vita excessisse tradũt, gladio videlicet cæsum, quum filiũ admodũ adhuc puerum relinqueret. Quãtus autẽ Origenes fuerit, & quo studio animique destinatione in sacras literas incubuerit, citra inuidiam exponi posse putoi non solũ quòd celebris is vir apud nos sit, verũ etiam quòd ingentẽ, vita sua, quamuis ad finem non integra prorsus, famam & gloriã post se reliquerit. Verumenimuero singulari ocio opus esset, ad vitam eius omnẽ literis memoriæ mãdandã. Sed nos è multis quę de eo sunt tradita, plurima resecantes, aliqua tantũ historię huic inseremus. vt res tanti viri studiosis incognitæ non sint: quæ sanè iudicio multorũ dignæ visę sunt, vt vel ab ipsis incunabulis repetitæ, memoriæ traderentur.

De Origenis à puero studijs atque exercitijs, & vt etiamnum adolescens fermone veritatis nihil habuerit antiquius, & vt sese ad certamen pro christo subeundum præparauerit. Cap. 3.

STatim namque ab initio, tenera exacta ætate à patre diuinis imbutus est literis. Cui illa prima cura fuit, vt filius * non successua, sed iusta opera, vnà cũ Cyclicis discipulis eas addisceret. Quapropterante earum disciplinarum exercitiũ quotidie ab eo, ex sacris scripturis promissiones & certa loca, quæ memoriter didicerat, requirebat: quę res minimè præter iudicium & voluntatẽ pueri fuit. Mirifica enim cupiditate magis in hęc studia, quàm in Græcorum artes ferebatur: vsque adeo, vt non contẽtus esset ex sacris oraculis, quę simplicia & non ita difficilia sunt, discere: * sed curiositate veteretur, & abditos eorũ sensus scrutari conaretur, subindéque quidã arcani sensus in litera lateret, percunctando patri negociũ facesserat. Is porrò apud seipsum ea de causa cũ admiratione stupebat, & valde gaudebat, quòd Deus se patrẽ tali dignatus esset filio. Et quãdoque priuatim simulabat se eum acrius obiurgare, ne quid supra ætatem suam & simplicem sensum scrutaretur admonens. Tantopere verò admiratione eius est cõsternatus maximas se datori bonorũ Deo gratias debere professus, vt sępenumero dormiẽti assisteret puero, pectúsque eius nudatũ * cum veneratione multa deosculeretur, perinde atque in eo diuinus Spiritus domicilij sui essem haberet. Beatúmque prorsus se tam † felici prolificatione iudicabat. Quæres magnam præbuit causam & occasionem, vt puer fidem sacrásque literas ab ineunte ætate assequeretur, & recẽs admodum educaretur, eundem & patrem & præceptorem habens, magnámque de se præbens expectationem. Hæc atque nẽ alia his simila de puerili ætate Origenis sunt prodita.

Postquam verò decimo Seueri imperãtis anno, Ætus Aegypto præfectus est, & Demetrius Alexãdriæ Iuliano in Episcopatu successit, ecclesiarúmque persequutio admodum inualuit, ac multi certaminibus magno animo obuiam euntes, coronas reportarunt: tantã dicunt martyrij cupiditate Origeni incessisse, quum in iuuenili admodum adhuc ætate esset, vt exultans iã ardore quodam incredibili, pericula pro Christo toleranda adiret. Et siniuisser ille iam tũ martyrio vitam, nisi alia diuinę prouidentię ratione vtilitatis multorũ gratia, mater eius intercessisset. Illa enim in cubiculum eius ingressa, supplex ei fuit, vt ne, materno suo erga eũ animo & amori parcens, ęgrã se ita relinqueret, & intolerabili luctu & mœrori obicere perseueraret. Vbi verò pater eius captus & in vincula cõiectus est, maior eum etiã amor, acriúsque martyrij desiderũ inuasit, indies id (vt ita dicam) ardore & igne nouo excitante atque accendente. Quapropter quum ita animatum Origenem esse mater videret, omnem eius vestem recondidit, necessitatẽque ei domi manendi imposuit. Hic quùm aliud facere non posset, alipten & vnctorem certaminis se patri præbuit, & frequenter cohortatorias ad illum literas scripsit, inter alia verba ista vsurpans: Sustine, & ne quid alterius sententię aut consilij nostra causa capias vide. Atque hoc primum sit euidentissimũ à primis (quod dicitur) carceribus, germanę fidei sinceríque eius erga Deum animi, specimen atque indicium.

De institutione & educatione eius, qui eius consuetudine & doctrina vsi sint. Et vt decem & octo natus annos, Alexandriæ fidelium præfuerit sch.le, clari prorsus nominis adolescens. Cap. 4.

PAtre eius, sicuti diximus, vita per martyrium pro Christo defuncto, nõdum prorsus sedecim annos natus, quum apud matrem cum aliis sex natu minoribus liberis esset, & a quod patrimonium eius omne imperiali fisco illatũ fuerat, vnà cum suis erumnose in magna rerum necessariarũ angustia & penuria viueret, b diuino ei succurrente numine, incredibile consequutus est auxilium. Siquidem mulier quędam ingentibus diuitijs & clara, & aliter quoque Alexandrię celebris, magni nominis virum Antiochenum genere, & inter hæreticos Alexandrinos primarium, cõlectans, atque complectens, adoptato sibi filij loco Origene, quùm maxumi eum fecit, tum ei fuisque omnibus ad quotidianum vsum liberaliter & copiosè omnia suppeditauit. Familiariter ergo cum c Paulo (hoc enim nomẽ mariti eius mulieris erat) viuens, nunquã à consueta sibi deflexit precatione, communicare preces cũ Paulo hæretico nolẽs: ecclesiasticáque sanctiones accuratissimè seruans, quum quidẽ ad Paulum permulti frequentarent, non solum qui ex Græcorum essent superstitione, sed etiam nostri homines. Græcorum porrò disciplinis iampridẽ à patre imbutus, magis etiã in Pauli schola proficiebat. e Proinde postea ex earum doctrinarum disciplina, cui præbat, abundè res familiaris ei supperebat. Posteaquam autem persequutionis timore omnibus expulsis, nullus Alexandrię sacrorum oraculorũ enarrator fuit, multi ex gentibus ad Origenem accedentes, Verbũ Dei iunt professi: multíque illorum patria sacra detestati, partim vt familiariter cum co-viuerent, partim vt semper ei adessent, prę rebus omnibus studio habuerũt. Ex iis primus esse perhibetur / Plutarchus, quàm vitæ sanctitate, tũ martyrij corona clarus. Alter ab hoc Heraclas recensetur Plutarchi ipsius frater: qui tantũ de se verioris philosophiæ studij specimen præbuit, vt postea in ecclesia Alexandrina Demetrio successor sit surrogatus. g Porrò decimum octauum agens annũ Origenes, scholę Catechistes in vrbe Alexãdrina est præfectus. Et quum ibidem sub h Aquila præfecto persequutio maximè exundans increduisceret, magnũ consequutus est nomen apud eos qui Christi nomine censentur: quòd & notos sibi & ignotos familiariter excipiens complecteretur: & qui in vinculis erant, sedulò visitaret, alacritatem eorũ excitans & adaugens: tum autem, eos qui ad mortem raperẽtur, cum multa fiducia & libertate produceret atque exoscularetur. i Quapropter sępe est factum, vt ex gentibus plebes furore correpta, lapidibus eum obruere contẽderit. Sed illum præter expectationem, cœlitùs dextra Dei præsenti ope est tutata. quemadmodum etiam sępe aliàs, propter summam alacritatem libertatémque diuini verbi docendi, insidiis experitum conseruauit. Tantus porrò aduersùs hominem extitit motus, vt plebe ethnica procurante, non contemnenda militum manus, in ea vbi habitabat domo versaretur, & turbam eorum qui ab illo in sacris disciplinis instituerẽtur, seruaret. Denique vsque eò persequutio aduersùs eum inualuit, vt per vrbẽ omnẽ, domũ domo mutãs, clàm circuiret, multitudinis eius gratia, quę doctrina eius addicta ad diuinam accesserat professionẽ. k Siquidem non verba solum, sed facta etiam eius certissimum grauissimæ philosophiæ eius fuere indiciũ. l Prorsus namque, orationi vita congrues respondebat. Quam ob causam etiam vi & ope diuina auxiliante, multos ad se pertraxit, innumerósque habuit imitatores.

Vt vitam attigerit philosopho perfectiorem, & præscripta euangelica accuratissimè seruarit. Cap. 5.

ENimuerò vbi quamplurimos ad se discipulos confluere, munere Catechistæ vnà cum schola ea à Demetrio sibi cõmissa, vidit, absurdum (ita vt par erat) arbitratus, * prophanarum literarum eruditionem sacrę commiscere doctrinæ, illicò externarum artium studiũ post-

ἄστατόν τε καὶ πλῆθος. — *Eundem habuit puer Origenes & educatorẽ & præceptore patrẽ Leonis Ægypti præsul. Origenes adolescẽtulus martyriũ affectãs.* — *Curiũ ad martyriũ eius mater inhibuit.* — *Patrem in carcere Origenes ad martyrium animauit.* — *Origenis res.* — *περιεργάζεσθαι μανθάνειν ἀφελῆ.* — *Exemplis puerilis institutionis palæstrę.* — *Leonides Origenis patet martyr.* — *Dicendorum propositio.* — *† propter Dinorum scilicet fratrum resci ptum.* — *Ecclesia christiana florens.* — *victorũ breuis repetitio.*

a Patrimonii eius fisci illatu b paupertatẽ eius diuinitus fuisse mum. Origenes à fœmina locupletẽ Alexandrię adoptatus.

c Apud Eusebium lib. 6 cap. 3. est Paulum istum à fœmina adoptatum, & Originem cum eo apud illam versatũ fuisse. d Idem eum hæretico habitans, ecclesiastica instituta seruat. e Idem mercede doctrinæ sumptus tolerat. f Familiares & discipuli eius. Plutarchus martyr. Heraclas frater eius. g Origenes scholæ christianæ catechistes, 18. agens annum. h Aquila Ægypti præfectus. i Persequutionem grauem Alexandriæ sustinet Origenes. k ὅτι οὐ γυμνὸν λόγον τὸν τρόπον· καὶ οὐ τὸν τρόπον, ἰσχνὸν δὲ καὶ τὸν λόγον ἐπεδείκνυτο, Itaque ille qualem orationem talem quoque vitã: & qualẽ vitam, talem etiam orationẽ exhibuisse dicitur. Euseb. lib. 6. cap. 3. l Vita doctrinæ in Origene respondens. a Idem prophanas literas repudiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habuit: quippe quæ tantopere vtiles esse non possent, & diuersa sacris oraculis afferre soleret. Deinde generoso & virili, planéque (vt amplius quiddam dicam) philosopho animo, ne externo quopiã subsidio indigere videretur, quæcunque ei erant, Græcorum librorum summa elegantia & venustate concinnata volumina, venalia proposuit, & quatuor obolorum in diem quemuis precium sibi ab emptore pendendorũ est stipulatus. Vnde plurimo tempore ad eum modum philosopharì perseuerabat: causam & materiam omnẽ, quæ allicere eum ad res nouas & illicitas posset, atque concupiscentiam indecentem longè à se propellens. Et die sudoribus vt plurimum peracto, noctu etiã multo incumbebat labori, maximam eius temporis partem meditatione diuinarum scripturarum consumens. Si quando etiam somnus obiter degustandus esset, non in strato aliquo, sed in nuda humo iacens, eo parcissimè vtebatur, ieiuniis plurimùm aliisque philosophicis exercitiis constantissimè semper intentus. Ex Seruatoris præceptis illa maximè seruanda esse iudicabat, quæ prohiberẽt duas habere tunicas, aut calceamentis vti, aut animum futurarum rerũ cura & sollicitudine macerare vetarent. Eáque ipsa seruauit accuratè, in frigore & nuditate, etiã præter ætatem, vitam exigens. Illis quoque rebus animi sui prõptitudinem & ardorẽ satis declarauit, quòd regiones multas tẽporibus multis peragrans, nullis vsus sit calceis: vinóque prorsus, aliisque rebus, extra necessarium alimentum, abstinuerit: vsque adeò, vt periculum & perniciem corpori suo conciliarit. Atque hoc modo viuens, exemplóque suo optimum viuendi institutum ostendens, in admirationem quidẽ sui extulit omnes. Eos autem qui dare aut communicare quicquam cum eo volebant, familiares suos, auersatus est.

Et libros Gracarum artium vendit.

Christiani philosophi vita.

Præceptorum christi simplex tuxta literam observatio.

Qui ab eo ducti & edocti, martyrij coronis sint exornati. Cap. 6.

COmplures sanè ex sectatoribus suis, atque etiam ex eis qui adulterinæ erant doctrinæ, ad eundem philosophandi amorem excitauit. In quorum intimis animis ita diuinũ fidei verbum inseuit, vt maturum vberémque deinceps caperet fructum: in tantum, vt ex eis quidam, persequutionum tẽporibus martyrij coronis sint illustrati. Primus quidem, quem diximus, Plutarchus fuit: qui quum ad supplicium duceretur, parum abfuit quin Origenes quoque ab illius occideretur ciuibus vt qui autor necis illius dictus esset. Idque factum profectò esset, nisi eum rursum (quæ res eius omnes dirigebat) diuina Prouidentia custodiuisset. Secũdus ab hoc martyr fuit Serenus, qui ex schola illius profectus, spectatam fidei constantiam in igne apertè exhibuit. Heraclides porrò tertium obtinuit locum, quum adhuc in sacra institueretur doctrina, vt pote catechumenus. Quartus Herõ,* sym bola adhuc & signa diuinæ lucis *a* circumferens vtrique ij gladio sunt percussi. Quintus ordine scholæ illius alumnus, priori illi cognominis, Serenus alter, post quamplurima tormentorum discrimina, per capitis resectionem, pro veræ pietatis præmio, diuinam gloriæ suscepit coronam. Sextus deinde Basilides, qui decantatam illam Potamiænam, ex commiseratione ab impudicorum multorum petulanti iniuria vindicauit.

Ex fictatoribus Origenis martyres.

Plutarchus.

Serenus. Heraclides. Heron.

** in sacro baptismo susceptæ a Neophitis videlicet.*

Serenus alter.

Basilides.

De discipula eius Potamiæna martyre. (nati. Cap. 7.

EX fœminis autẽ septima est Rais, quę adhuc de fide & sacris nostris instituebatur, & baptismo (sicuti alicubi ipse dicit) per ignem suscepto, martyrium compleuit. Octaua porrò Potamiæna, cuius adhuc celebris est apud populares suos fama: vt scilicet plurima, contra amatores pro pudicitia & virginitate sua tuẽda, subierit certamina (accedebat enim in ea ad florentis animæ pulchritudinem, etiã forma, & vigor vultus ingenui & liberalis summus) & constanti generositate sua, post intolerabilia tormenta satis ostensa, ad postremùm vnà cum matre Marcella, in ignem coniecta mortem obierit. Fertur equidem, Aquilam iudicem, quum corpus eius primùm grauiter flagris fustibúsque cecidisset, minatum ei esse, iuuenibus petulantibus se eam ad contumeliam daturum: eámque, quidnã ex propositis conditionibus per optionẽ eligeret, interrogatam, paululũ secum tacitam deliberasse, & per quàm generosum animo præsenti respõsum dedisse:* per quod, moribus eorum, impium quiddam proloquuta visa est. Itaque, quũ illico sententia damnationis contra eam lata, à Basilide ad locum supplicij) abduceretur, & multitudo conuicia atque impudica verba per iniuriam in eam coniiceret, Basilides per commiserationem humanius erga eam affectus, turbam iniuriosorum hominum arcens, ab ea remouit ac propulit. Ibi illa curam officiúmque tale gratum habens, Basilidem confidere, & bono animo esse iussit: breui se ad Dominum suum eunte, condignam ei relaturam gratiam. Hæc quũ ita dixisset, pix ignita per totum eius corpus diffusa, vitam ei ademit. Non multum deinde intercessit temporis, & à Basilide iuramentũ non vili de causa inter commilitones suos exigebatur. Ille verò, non licere sibi prorsus iurare, asseuerauit. Christianũ enim esse, & id se propalàm omnibus profiteri. Commilitones porrò primùm eum ludere, & ad contumeliam nostram ea verba proferre sunt opinati. Vt autẽ id perseueranter cõfirmauit, ad Aquilam est productus: apud quem vbi idem disertis verbis est professus, ilicet in vincula est coniectus. Ad quẽ quũ fratres quidã visendum irẽt, & cum stupore tã repentinam eius mirarentur mutationem: ille eis retulit, vt Potamiæna, tertio antè die, lęto planè & & liberali animi corporisque statu sibi insistens, & capiti suo coronam imponens, dixerit: deprecatã se esse pro eo Deũ, neq; preces eas frustra fore, breuique se cum secum habituram. Itaque fratres * sigillum ei Christi circumfuderũt: postridieque eius diei gladio percussus, martyrũ pro Christo absoluit. Non ipse verò tantum, sed & multi alij confertim Alexandriæ, in ea quæ dicta est persequutione, ad Christum transisse memoriæ sunt proditi: quum quidem eodẽ quo Basilidi modo, Potamiæna eis in somnis apparens, ad meliora eos esse cohortata. Et ij quidẽ ab Origene catechista eo tempore defide instituti, diuinum sic consecuti sunt immortalitatis præmiũ.

Rais catechumena.

Baptismus per ignem.

Potamiæna.

Marcella mater eius.

Id facium Demetrius Alexandrinus epi scopus primũ non ægrè tulit.

Postea autem gloriæ Origenu inuidens, quum u in valestina presbyter creatus esset, scriptu traduxit.

ὡς καὶ τοῦτο μεμῖνθαι δι' ἃ τῷ ὄντι Nicephb.

νενομισμένον τι αὐτοῖς ἀσεβὲς ἐπιτηδεύειν. Euseb. lib. 6. cap. 5.

Basilidi carnifici suo martyrium predicit moritura Potamiæna.

Christiani olim non iurarunt.

Eiusdem Basilidis martyrium.

Potamiæna ei apparuit.

** Græci Christiani baptismum σφραγῖδα, signaculum dixere. Alii itidem martyribus.*

τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα. Signaculum crucis, aut baptismũ potius intelige.

Quum

Origenẽ sustinuisse, vt seipsum castraret, vt scilicet cœlibem peragere posset vitam. cap. 8.

QVum ad hunc modũ Origenes Adamantius Alexandrinæ fidelium scholæ præiret, rem quendã aggredi ausus est, imperfectæ quidem illam & iuuenilis mentis, sed fidei castitatisque, firmitatem & stabilitatem satis declarãtem. Quoniam enim adhuc iunenis, non solum viris, sed & mulieribus docẽdo salutare prędicabat verbum, volens calumniam omnem fœdæ suspicionis præcidere, & simpliciùs dicto illo Saluatoris intellecto, Sunt eunuchi quidem, qui seipsos castrarũt propter regnum cœlorum, adimplere id reipsa in animo habens, seipsum castrauit: summa cura & diligentia familiares suos id factum celare studens, quod tamen difficile factu erat. Permultis enim ea res innotuit. Quam vbi etiam loci eius episcopus Demetrius resciuit quùm facinus tale est admiratus, tum seruorem tantę fidei non improbandum esse ducens, bono eum esse animo, nihilque eam ob rẽ metuere iussit. Atq; tum quidem tali erga eum animo fuit episcopus. Procedente verò deinceps tempore, quum hominem vbique celebrari laudarique videret, humano quodam affectu seductus, ad episcopos scribens, premere atque obscurare famam eius est conatus, cœptúmq; huiusmodi absurdum in literis suis exposuit. Cæterùm quum in Palæstina, Hierosolymorum & Cæsareæ episcopi, gloria & dignitate cæteris præstabiliores, Origenẽ maiore dignum duxissent honore, eáq; de causa per manuum impositionem in presbiterorum ordinem cooptassent, ex eo tempore gloria eius crescente, nomineque & laude virtutis atque sapientię apud omnes ferè homines maximè inualescente: Demetrius, quia non haberet quod in tanto viro reprehenderet, id quod ille aliquando per iuuenilem imperitiam fecerat, ad grauem traxit calumniam: & aliquantum etiam eos qui illum dignitate presbyter ornauerat, notauit. Verùm serius hæc Demetrius est exorsus. Ille enim impigrè cum omnibus qui ad se venirent, doctrinam communicabat, tempus omne & studium discipulis suis impertiens. Interea Seuerus decẽ & octo annis imperio flagitiosè administraro, Antoninum Caracallam filium suum successorem habuit.

Origenes seipsum propter regnum Dei castrauit.

Antoninus Caracalla Seueri in imperio successor.

De admirandis Narcissi Hierosolymorum episcopi miraculis. Cap. 9.

EA tempestate Alexander, ex illis vnus qui plurima in persequutione sub Seuero pro vera pietate sustinuerant, à Deo seruatus, administrationem ecclesiæ Hierosolymitanæ suscepit: Narcisso, qui ibi munus id gesserat, adhuc superstite. De quo Narcisso eius loci homines quum multa alia admirãda opera memorant, tum hoc etiã in literas relatũ tradunt. Dicũt enim, ad vesperam Paschæ oleum ad vsum lucernarum defecisse: quod quum populus ægrè ferret, Narcissum mandasse, vt eius rei ministri ex propinquo puteo aquam haurirent, atque ad se afferrent. Hoc sic facto, illum precatum esse, aquæ benedixisse, & germana certaq; fide, vt in lucernas infunderetur, iussisse. Qua re vt iusserat peracta, diuina vi & efficacia aqua decrepante in olei naturam colore & qualitate versa, igni nouam quandam clariorémque lucem præbuit. Ex quo tempore id oleum à multis miraculi gratia diutissimè est seruatum. Plura præterea de vitæ eius instituto memoratu digna referunt, in quibus & illud præclarũ est. Homines quidam mali qui per flagitia omnia & scelera innumera vitã exegerant, constantiã & seueritatem viri nouerant. Itaque iudicium eius timentes, ne in fœdo deprehensi facinore, quas meriti essent, luerent pœnas, fallaciam quandam anteuertentes comminiscuntur, & grauem ei impingunt calumniam. Atque vt opinionem sę vera dicere apud homines consequerentur, sycophantiam periurio confirmant: diris quoque sese, si fallerent, deuouentes: primus quidem, vt igni conflagraret: secundus, vt fontico detestabilique morbo periret: tertius verò, vt oculis priuaretur. Et quamuis illi calumniam iuramẽti & execrationis obtentu contexissent, nemo tamen eis fidem habebat: quippe omnibus Narcissi castitas & virtus spectata erat. Ille autem, quum improbitatem tantam hominum eorum ferre nequiret, alitérque à negociis semotam, quietam, philosophicámque vitam persequeretur multitudine, arte quadam decepta, profugit, atque annis multis non comparuit. Et ille quidem ita vitam, ac deinde discessionem instituerat. Cæterum magnus ille vindictæ oculus nequaquam cunctabatur, sed quàm celerrimè pestiferos & perniciosos illos homines comprehensos, malis eis quibus seipsos iuramento interposito obstrinxerant, maximè deuinxit. Primus igitur nulla propè de causa, scintilla vnica à lucerna prosiliente domo succensa, vnà cum omnibus genere sibi propinquis, atque etiam cum substantia omni, miserabiliter præter opinionem omnem comburitur. Secundus morbo grauissimo, qui totum eius corpus inuasit, corripitur. Tertius porrò, quum tam grauem & durum in illis exitum rei videret, & celeritatem omnia speculantis diuinæ vindictæ consideraret, quæ communiter inter se, per dolum & maliciam, contra virum optimum confinxissent, statim est professus: neque luctus lacrymarúmque prius modum fecit, quam vna cum illis oculorum vim & aciem diffluere sentir. Sic illi dignum pernitij tulere precium.

Narcissus Hierosolymis episcopus creatur.

Narcissus episcopus aquam in olei vertit.

Ut Alexander cæsareæ episcopus, oraculo diuino ad Hierosolymorum episcopatum sit traductus, viuente adhuc decessore eius Narcisso: vtque duo simul episcopi ecclesiam ibi rexerint & de Alexandri scriptis. cap. 10.

QVum verò Narcissus profugus longo tempore non appareret, ecclesiarũ antistitibus visum est, alium suffragiis create episcopum. Ita illi Dium quendem Hierosolymorum præfecit ecclesiæ: qui quòd non multo pòst decessit, Germanion successor sufficitur. Atque huic rursum tertius succedit Gordius. Sub quo Hierosolymis subitò, veluti ex quadam retinuiscentia præteritorum, vbi ei fratribus plurimùm cogentibus, recipit. Multũ porrò venerationis ei accesserat ex Philosophico illo secessu: & præter alia plurima bona, etiã ex vindicta illa nefariorũ hominum, qua eũ

Absente Narcisso episcopo Hierosolymis creati Dius, Germanion, Gordius.

a Narcisso rursum episcopatum suum reuerse recipit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam absentem Deus fuerat dignatus. Quādo- E quidem autē propter ætatem decrepitam (iam enim centum & sex annos vixerat) mini terium suum obire nequibat. *b* Alexandrum, quem diximus, alterius ecclesiæ episcopū, vnà cum Narcisso, prouidentia & dispositio diuina Hierosolymitanæ ecclesiæ præfecit, noctu per visionem ei designans omnia. Qua etiam ille, veluti diuinum aliquod oraculū perficiens, ex ipsa Cappadocia, vbi episcopatū gerebat, excitus, *c* Hierosolymitanam profectionē *d* precationis ergò, atque vt res ibi peractas cognosceret, suscepit. Itaque fratres Hierosolymis affectione amica & pia. Alexandrum domū redire passi non sunt: ex alia videlicet, que eis noctu fuerat oblata & idem bonis ibi omnibus denunciauerat, reuelatione. Acceperant etiam, quū extra portas obuiam ei honoris ergò progressi fuissent, cœlitùs vocem, dicentem: *e* Quē vobis gratia diuina misit, eum vltro suscipite episcopū. Hoc vbi sic factum est, finitimus episcopis etiam, qui circumeirca ecclesias regebant, designationi ei acquiescendum esse visum est. Quamobrē cogentes, vt ibi maneret, ei necessitatē imposuerunt, annuente etiam ipso Narcisso. Eiusmodi cōmunis cum Narcisso episcopatus administrationis, Alexander quoque ipse in epistola ad Antinoitas ab ipso scripta, circa finē hisce verbis meminit. Salutat vos Narcissus, qui ante me locū episcopatus huius tenuit: & nunc ad centū & sex annos vita extracta, orationibus mecum incumbit, cohortans vos mecum vt consentientes idē sapiatis. Mentionē etiā g Alexander Asclepiadæ facit, qui Antiochiæ Serapioni successit, cuius paulo antè quoq; in hæresi secundū Phryges meminimus. Verba eius sic habēt: Alexander seruus & vinctus Iesu G Christi, beatę Antiochenorum ecclesiæ in Domino salutē. Facilia mihi & leuia Dominus custodiæ meę tēpore, vincula effecit, quū intellexissem, sanctæ vestræ Antiochię ecclesię Episcopatū, diuina prouidētia, Asclepiadæ propter eximiam fidē maximē idoneo, demandatū esse. Eam epistolā per Clementē quem etiam cōmendat, se ad eos mittere, hisce verbis indicat. Literas hasce, domini fratresque mei, ad vos misi, cum *h* Clemente presbitero beatissimo, insigni, spectatāque virtute prædito viro, quē vos nouistis, atque etiam amplius cognoscetis. Is quū hic esset, per prouidentiā & * visitationē Domini, confirmauit atque auxit ecclesiam Dei Idē Clementis quoque & Panteni, vt familiarū sibi virorū in epistola ad Origenē meminit, ita scribens: H Hæc enim voluntas Dei, vt scis, fuit, vt quæ à maioribus nostris ad nos peruenit amicitia, sarta †tecta, seu potius feruentior firmiórque esset. Patres siquidē agnoscimus beatos illos, qui nos præcesserunt, viros: cum quibus nos breui fore peruelim, Pantenum dico, illū verè beatum & dominum: & sacrū Clementem dominū meum, & benè de me meritum: & si quis præterea fuit eiusce modi, per quos omnibus modis optimū Dominum & fratrē meū cognoui. Scripsit quoque aliā ad Antiochenos epistolā, aliam itidem ad Origenē, & rursum aliā contra Demetrium pro Origene: quòd videlicet Origenem, Demetrio honū ei perhibente testimonium, presbiterum crearit. Sed & aliæ eius ad alios circunferuntur epistolæ. In persecutione autem sub Decio, Alexander rursum ad Præfecti productus tribunal, causam dicendo iudicij periculum subiit, graui & propè decrepita senectute venerandus: Cæsareāmque ductus, atque ibi aliquandiu in carcere seruatus, coronam martyrij reportauit.

De Origenis in sacris literis profectu, & de sextupla eb eo dicta scripturarum translatione. cap. ii.

ORigeni autem Romanæ vrbis visendæ, quum ibi Zephyrinus ecclesiam regeret, cupido incessit. Vbi quum non ita diu mānsisset, & inde Alexandriam redisset, doctrinę atque institutioni, vt catechistes, ibi præfuit: Demetrij rogatu adductus, vt eo maiore studio operi ei incumberet. Quum verò animaduerteret, abstrusiori se scripturæ sensui scrutādo atq; eruendo, ita vt volebat, vacare non posse, quòd ne respirare quidem liberius ei liceret per eos qui F quotidie à sole orto ad vesperā vsque scholam eius frequentabant: faciendum sibi putauit, vt tantam multitudinem diuideret: & Heraclam, ex sectatoribus suis præcipuū, virum doctissimum, qui in disciplinis philosophicis & sacrarum literarum eruditione plurimum collocauerat studij, sibi in instituendo socium & adiutorē asciscret. Ita factum, vt primum laborem eorum docendorū, qui fidei elementa nuper assequuti essent, illi demandaret: ipsi verò prouinciam eos instituēdi qui perfectiores essent, diuinārum que doctrinam veluti in habitum deduxissent, reseruaret. Vsque eò autem accuratam sacrorū oraculorum inquisitionem & studiū produxit, vt Hebraicam etiam addisceret linguam, & Hebraicos libros ad prima exemplaria descriptos conquireret: insuper etiā omnes translationes eorum qui sacras scripturas verterunt, & à vulgata interpretatione discesserunt, inuestigaret: Aquilæ denique, Symmachi, & Theodotionis editiones, ex occultis abstrusisque terrę recessibus, vbi longissimo latuerāt tempore, in lucem proferret. Ex quibus omnibus opus quòd ab eo Hexaplum siue Sextuplum inscriptum est, composuit: Cuius operis quæ vis & ratio sit, ex sequentibus intelligitur verbis. Translationes sacræ scripturæ, quæcunque extarēt, collegit. Primam quidem septuaginta interpretum, deinde eorum qui post Christum natum fuere, Aquilæ Iudæi cuiusdā, qui eam Græcè vertit, post hunc Symmachi, aliam rursus Theodotionis, & aliam deinceps innominati atque incerti cuiuspiam autoris: qui sanè omnes Hebraici & Græci sermonis egregiè periti fuēre. Quarum translationum quandam se * Nicopoli, quę septētrionem versus sita est, atque aliam alio loco inuenisse scribit. In Psalmorum autē Hexaplis, post quatuor celebriores editiones non quintam solum, sed & sextam, atque adeò septimā translationē se apposuisse ostēdit, Hierichunte in dolio, temporibus Antonini Seueri filij, repertas. Hasce igitur interpretationes atque editiones veterum inter se compositas, atque in vnaquaque pagina vnà cū Hebraici exemplaris annotatione digestas, proposuit. Vnde certus scripturæ sensus vel dissensus certò intellegi queat. Et sic ille nobis hexapla, siue sextupla reliquit exemplaria: quum quidē antea seorsum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & Septuaginta interpretum translationem

b Alexander ei coepiscopus & collega adiungitur.

c Profectio hierosolymitana precationis ergò suscepta ab Alexandro Cappadocum Antistite.

d εὐχῆς χάριν ἱστορίας ἐνοικῆσαι τὸν ἱερὸν τόπον καὶ προσκυνῆσαι ἐν Ἱεροσολύμοις, *retinetur, & episcopus diuina ordinatione creatur,*

e Antinous, ἀντίνοος.

Ægypti vrbs in honorē Antinoi, vt suprà dictū est. ab Hadriano Imper. condita. Vocatur etiam Antinoea, & Hadrianopolis.

g Asclepiades episcopus Antiochiæ.

h Clemens presbyter Alexandrinus.

**ἐπισκοπὴν pantænum.*

† Ἀσύλος.

Alexandri Hierosolymitani episcopi epistolæ.

Eiusdem martyrium.

Origenes Romæ etiā fuit.

Idem sacrum sibi & coparium doctrinæ in schola Alexandrina assumit Heraclam.

Origenes vtebraicè addidit.

Translationes sacræ scripturæ inquisitæ. Opus Bibliorum hexaplum.

**τῆς προσαγορευθείσης Νικοπόλεως. Euseb. li. 6. c. 17. Est enim ad altiū promontoriū Augusti extructa Nicopolis: sitē non longē ab Euxini ostia eiusdem nominis ciuitas.*

**ἐν τοῖς τετραπλοῖς.*

tionē in volumine * quod Tetrasson, siue quadruplum nominauit composuisse.

Symmachus interpres Ebionita fuit.

De Symmacho interprete, et discipulis Origenis, cap. 20.

SCiendum porrò, Symmachum interpretem Ebionitarum sectę fuisse, quæ (sicuti in superioribus expositum) inopes quasdam & mendicas opiniones de Christo induxit, illum scilicet purum esse hominem, & ex Ioseph & Maria principium & ortum sumpsisse, legémque Iudaico more obseruari oportere confirmans. Edidit quoque Symmachus in sacrum Matthæi Euangelium commentaria, ex quo hæresim suam astruere & stabilire videtur. Ea verò commentaria Symmachi vnà cum eiusdem scripturarum versione, Origenes scripsit se à quadam fœmina Iuliana recepisse: quæ quidem fœmina eos libros ab ipso autore acceptos, apud se reseruauerit. Interea & Ambrosius quidam hæresi Valentini admodum infectus, ab Origene conuictus, veritatisque luce mentem illustratus, ad sinceram fidei doctrinam trasiit. Et alij verò permulti, quorū aures oratione doctrinaque sua Origenes permulserat, vndiquaque ad eum conueniebant, periculū de perfecta eius doctrina facturi. Atque in iis non pauci quoque ex hæreticis, plerique verò etiā ex viris præclaris & illustribus, qui vtramque philosophiam purè addidissent, magno studio ad eum confluebant. Et quos ille idoneos esse ad mathematicas disciplinas percipiendas videbat, eos ad Geometriā, Arithmeticam, aliásque liberales artes producebat. Insuper autem & ad philosophorū sectas cognoscendas instruebat, & dogmata eorum illis exponens, & commentarios in res quasuis edens: sita vt apud philosophos quoque magnus haberetur. Quod si qui essent paulo rudiores, eos artes Cyclicas docebat, magnam inde vtilitatem comparari ad sacram disciplinarum doctrinam perhibens. Proindéque & seipsum necessitate quadam ad prophanas literas discendas descendisse testatus est. Confirmant hoc qui eo tempore cū eo enituere philosophi, in quorum libris multa eius inuenitur mentio. Quandoque etiā illi libros ei suos dedicarunt, nōnunquam autem eos iudicio eius summiserunt.

Ambrosium quendam à Valentini errore Origenes ad orthodoxam perduxit, plurimosque eius sectatores & discipulos.

Quæ Porphyrius de singulari Origenis in eloquentia & omnis generis artiū doctrina studio scribat: quæ ipse quoq; Origenes de philosophicis studiis suis cōmemoret. Cap. 13.

Porphyrius Christianorū insectator.

**ἐν ἐπιτελείᾳ κεφαλαίων. li. 6. c. 19.*

ET quid opus est aliis? quando & Porphyrius* Siculus, qui plurimum studij ad id cōtulit, vt in Christi annos inueheretur, & literas diuinas perinde atque nihil essent, reprehēderet & aboleret, mentionem inferens eorum qui in eis elaboraturit, earúmque secretiorem sensū exposuerunt, quum nihil argumenti & verborū inopia haberet, quod contra nostra dogmata criminando afferret, ad conuicia se conuertens, & enarratores eorum carpens, inter eos Origenem, quem in tenera ætate viderat, proscindere conatur. Qua tamen in re commendationem illius legitimam vel ingratis affert, nunc quidem vera memorando, quum scilicet aliud quidem dicere non posset: nunc verò mendacia confingendo, vbi se latēre & fallere posse sperarer. Siquidem eum vt Christianū criminatur: rursum verò quum philosophicè viuentem describit, admiratur. Verū quę de eo commemoret, rectius ex ipsis verbis intelligentur. Flagitiosæ improbitatis Iudaicarum literarū non abrogationem, sed solutionem quidem se inuenturos sperantes, magna animorum alacritate ad expositiones & enarrationes se contulerunt, absurdas illas in eptas, & scripturis ipsis minimè congruentes, & non tam defensione peregrinæ disciplinę, quā quæstum & laudem autoribus ipsis afferentes. Magno enim fastu, apud Mosem, pleraque obscurè dicta, atque ænigmata prorsus esse, præ se ferentes: & diuinorum oraculorum, quæ arcanorum sensuum & mysteriorum sint plena, auctoritatem eis tribuentes, iudicio eorū arrogantiæ præstigiis fascinato, enarrationes eiuscemodi instituunt. Et paulo pòst. Huius verò absurditatis autor est Origenes, in quē ego adolescentulus admodū incidi, magna tum gloria virum: sicuti etiamnum magnū eius est, propter ea quæ post se reliquit librorum monumenta, apud eos præcipuè qui talia docent homines, nomē. Quū enim Ammonij, qui ætate nostra in maximo fuit precio, auditor esset, plurimùm in eloquentia & disciplinis omnibus apud eum magistrum est progressus: viuendi autem instituto, contrariam illi sequutus est viam. Ammonius nanque Christianus, & à Christianis parentibus educatus, postquam sapere cœpit, philosophiámque attigit, illico ad legitimam viuendi rationem se contulit. Origenes autem Græcus & Græcis eruditus disciplinis, animum ad barbaram appulit temeritatē, in qua seipsum * doctrinámq; suam ad quæstum exposuit: Christiane quidem ille & legitimè ex instituto professionis eius viuens, in persuasione autem religionis atque in studiis lucubrationibúsque suis Græcos confectans, & Græcorum dogmata peregrinis subiiciens fabulis. Semper enim versatus est in Platone, Numenio, Cronio, Apollophane, Lógino, Moderato, Nicomacho. Plurimum etiam operæ in eorum libris posuit, qui inter Pythagoricos excellunt. Vsus quoque est Chæremonis Stoici & Cornuti libris, ex quibus allegoricum eorū quæ apud Græcos sunt mysteriorum enarrandi morē didicit, & scripturis Iudaicis accommodauit. hęc Porphyrius, in tertio eorum quos contra Christianos scripsit librorum, refert. In quibus ea quidem quæ de multiuga viri eruditione commemorauit, vera sunt aliā verò apertissimè mentitur. Quid enim ille, more sycophātę, non cōminisceretur, qui cōtra Christianos ita est debacchatus? Ausus quippe est, Origenem affirmare à Græcorum superstitione transfugisse: Ammonium verò contra à veræ pietatis instituto ad peregrinā religionem transiisse: quum Origeni Christiana professio patria prorsus fuerit, sicut de eo statim à principio retulimus. Ammonius autem ad extremum vsque spiritum constanter persuasionem fidei in Christum retinuerit. Quemadmodum id lucubrationes eius quibus magnam laudem & gloriam est consequutus, manifestò testantur, præcipuè verò commentarius eius, qui de Mosæ & Iesu consonantia inscriptus est: ac deinde alij, qui eiusdē generis apud studiosos asseruantur. Atque hæc propterea adduxi, vt simul & sycophantiam calumniatoris refellerem, & quantus in externis disciplinis Origenes fuerit ostende-

Verba eius ille Origene.

**τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐξιν ἐκχριτίλευσε*

Exiguntur ad veritatis examen verba impij.

Ammonij scripta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo consilio Origenes philosophicas & prophanas literas magno studio sit complectatus.

rem. Quo nomine, quod scilicet nimium in eas operæ & studij collocaret, quum à nonullis reprehensus esset, talibus ad eos in quadam epistola vsus est verbis. Posteaquam totus diuinarum literarum doctrinę incubui, famáque de iudicio ac studio meo increbuit, proindeque frequentes ad me aduenerunt, nunc quidē hæretici, nūc autē Græcarum literarū studiosi, & philosophi, in primis visum mihi est, & hæreticorū dogmata & philosophorū, quæ se de veritate afferre pollicentur, placita perlustrari. Qua in re imitati sumus, qui nos præcedens multis plurimum attulit vtilitatis, Pantænum, non parum artibus profanis instructum: qui nunc in ordine est Alexandrinorū presbyterorū, Heraclam, quem ego operam talibus literis nauantem apud philosophiæ magistrum reperi: quū quidem quinque annis ille prius sectator philosophi eius fuisset, quàm ego disciplinis talibus vacare inciperem. Quam ob causam quū antea communi vestitu vsus fuisset, eo deposito, postea philosophi habitum sumpsit, quē etiā ad hunc vsque diem gerit. Hæc de studio Græcarum artium suo Origenes refert.

Heraclas presbyter philosophicum habitum gessit.

Quod in Arabiam Origenes quoque venerit, & quod Cæsareæ nondum presbyter sacras literas publice in ecclesia exponendo tractarit. Cap. 14.

POrrò quū ex Arabia litęre venirent, vt verbi doctrinam cum principe regionis eius communicaret, profectus est eò ea ipsa de causa. Sed non diu ibi moratus, Alexandriam rediit. Atque inde rursus propter motus bellicos secedens, Ægyptúmque itidem propter amorū discrimen suspectam habens, in Palęstinam se recepit. Ibi quum Cæsareę degeret, episcopi Palæstini legatione quoque ad eū missa, ei permisere, vt de sacris literis dissereret, & publicè eas in ecclesia interpretaretur, quanuis nondū presbyteri honorem esset consequutus. Id quod cōprobatur ex scriptis eis, quæ Demetrius malè erga Origenē affectus, vt paulo antè meminimus, episcopis Palęstinis misit. in quibus scriptis, præter alia, illud erat: Nunquā antè auditum, nunquam factum esse, vt præsentibus Episcopis laici cōcionarentur. Quapropter illi, & potissimū Alexāder Hierosolymitanus & Theoctistus Cęsariensis antistites defensionē eius rei ad eū scripserunt, non vera illū dicere asseuerantes. Vbi enim, inquiūt, reperiuntur idonei homines, qui doctrina sua prodesse fratribus possint, si illi sanctorū episcoporū iussu & permissione per cohortationes ad populum verba faciunt, id offendiculo nō est: sicuti apud Larādos Euelpis à Neone, Iconij Paulinus à Celso, Synadę Theodorus ab Attico, omnibus illis beatis fratribus inuitati fecerūt. Verisimile autem est in aliis quoq; locis, quod nos ignoramus, itidem esse factū. Tanto in honore Origenes non solum apud ciues & prouinciales suos, sed etiam apud externos episcopos fuit. Cæterùm quum ei aliquando Demetrius scripsisset, Alexandriam reuersus, docendi ibi munus laboremque solitum obiuit. Sed enim ad ea vsque tempora quamplurimi alii eloquentia & doctrina viri clari floruere, quorum scripta & epistolas in bibliotheca apud Æliam, ad ætatem suam conseruatas esse, Eusebius Pāphili memoriæ prodidit: vnde sibi argumentum & materiam ecclesiasticæ historiæ componendæ suppeditatam esse ait. Eam bibliothecam idem refert instructam esse ab Alexandro, qui ibi vnà cum Narcisso, ex diuino responso, episcopalem administrauit prouinciam.

Origenes in Arabia versatur.

Item in Palæstina.

ibi ab episcopis regatus nōdum presbyter sacras literas in ecclesia docuit.

Defensio eius rei.

Origenes Alexandriam ad munus suū ibeundum reuersus.

De Beryllo Bostrēnsi. De Ambrosio: & quę Origenes scripta sacrarū literarum Alexandriæ exposuerit. Cap. 15.

VErùm enimuerò quum permulti libris ederent, plurimáque ecclesiæ cōponerent monumenta, in quibus contra hæreses maximè decertarunt: inter quos etiam Beryllus Bostrensis Arabs qui elegantia vtiláque scripta post se reliquit, & * Hippolitus Portuensis episcopus, & Caius, scriptores ecclesiastici fuere, quorum antea quoque nobis facta est mentio: Origenes etiā ipse ad enarrationes scripturę cōponendas animū contulit, Ambrosio quodam eum ad id studij & laboris excitāte, qui sanè non admonitionibus verborum & cohortationibus tantum est vsus, sed liberaliter etiam sumptus congruentésque impensas ei suppeditauit. Septem etenim ei attribuit * celeres notarios, qui certis designatis horis, in scribendi opera sibi inuicem succedebant. Ad hos totidem addidit alios, qui dictata illius * formis pulchrioribus in libris accuratè describerent. Aderant etiā puellæ in scribendo probè exercitatæ, quibus omnibus Ambrosius ex facultatibus suis quotidie abundè sumptus præbuit. Quinetiam aliis pluribus modis ille alacritatem viri, in tali diuinarū literarū studio, sedulò auxit, vt libentius prolixúsque sic inuitatus in editionem cōmentariorum suorum incumberet. Æquum autem esse puto, quæ studiorum suorum monumenta reliquerit, in præsentia recensere. Alexandriæ quidem conscripsisse dicitur in Euangelium Ioannis libros sex. † In totum Euangelium, libros viginti duos. In nono autem eorū quos in Genesim scripsit libro (duodecim autem edidit) eos qui prænouum præcesserunt, Alexandriæ etiam commentatum se esse dicit, sicuti & expositiones in vigintiquinque primos Psalmos. Præterea in Threnos tomos nouem: in quibus duorum librorum de resurrectione mentionē facit. Libros itidem de principiis, & quos inscripsit στρωματεῖς, seu contexta (sunt autē decem) Alexandrię quoque composuit. In enarratione autem primi Psalmi, numerum sacrorum librorū veteris testamenti hisce verbis recenset.

Stolis ea tempestate graues & eloquentię viri.

Bibliotheca insignis ab Alexandro instituta.

Beryllus Bostrēnsis scripsit ecclesiasticum.

Origenes enarrationes in sacram scripturam coepit. Ambrosius eius notarios et sumptus suppeditat.

† εἰς ὅλον τὸ εὐαγγέλιον *Niceph.* εἰς τὸ πᾶν εὐαγγέλιον, *Suid.* εἰς τὸ πᾶν εὐαγγέλιον αὐτὸ ἓν τοῦτο, *Eusebius lib. 9. cap. 24. Vbi in sexto in Ioannē commentario, quinque Alexandriæ eum edidisse, qui sextum præcesserunt, & in totum Ioannis Euangelium tantummodo 22. tomos in manus hominum peruenisse dicitur.*

Quomodo ipse Testamentariarū siue Canonicarū Veteris & Noui testamenti scripturarū meminerit. Cap. 16

SCire peropus est, testamentarios libros, vt Hebræi tradiderunt, esse viginti duos, ita vt is numerus cum elementis literarum eorum conueniat. Deinde infert. Sunt autem apud Hebręos viginti duo libri illi. Qui apud nos inscriptus est Genesis, apud eos à principio titulū habet, Bereśith, quod est, in principio. Exodus, Velle semoth: hoc est, Hæc nomina. Leuiticus, Vaicra

Nouī Testamenti libri.

„ Vaicra: hoc est, Vocauit autē. Numeri, Vaiedaber: hoc est, Locutus est. Deuteronomium, Elle haddebarim: hoc est, Hæc sunt verba. Iesus filius „ Naue, Iehosua Bē Nun: hoc est, Iesus filius Nun. „ Iudicū, Sophtim Ruth, apud ipsos Iosaphatim. „ Regum, Melachim primus & Secūdus, siue Samuel: hoc est, à Deo vocatus. Regū, Melachim „ tertius & quartus, seu regnum Dauid. Paralipomēnon primus & secundus, Dibræ haiamin: hoc „ est, sermones dierum. Esdrę primus & secundus, „ Esdras: hoc est, auxiliator. Liber Psalmorum, „ Spharthelim. Prouerbia Salomonis, Misle. Ecclesiastes, Coheleth. Canticū canticorum, non „ autem (vt quidā putant) Cantica canticorum, Sirasirim. Esaias, Hieremias cū Threnis & epistola, „ Daniel, Ezechiel. Duodecim prophetarū liber, „ Thereasar, Iob, Esther. Præter hos sunt libri „ Macchabæorum, qui apud eos inscribuntur, „ Sarbeth Sabanaiel. Atque hæc in eo quem dixi„ mus commentario exponit. In primo autem in „ Euangelium secundū Matthæum libro, ecclesiasticum seruans canonem, quatuor tantummodò Euangelia se nosse, sic quodāmodo testatur: „ Vt quidē ex traditione dedici de quatuor Euan„ liis, sola ea sunt certæ autoritatis & irrefragabilia in ecclesia Dei quæ est sub cælo. Primū scriptum est ab olim publicano, postea verò Apostolo Iesu Christi, Matthæo, & fidelibus Iudæis „ sermone Iudaico traditum. Secundū à Marco, sicuti à Petro illi est dictatū, quem is in Catholica epistola sua eam ob causam filium agnoscit, „ inquiēs: Salutat vos in Babylone electa, & Mar„ cus filius meus. Tertium secundum Lucā à Paulo laudatum est Euangelium, quod is gentibus „ scribi curauit. His accessit, id quod secundū Ioannem est. In quinto porrò in Euangelia Ioannis Enarrationum libro hæc etiam de epistolis „ Apostolicis refert: Qui verò dignus iudicatus „ est minister fieri noui testamenti, non literæ, sed „ spiritus, Paulus, qui cursus Euangelij ab Hieru„ salem & circumcirca vsq; ad Illyricum absoluit, „ nō ad omnes quas docuit, etiā scripsit ecclesias. „ Ad quas autē scripsit, perpaucis vsus est versib. „ At Petrus, † super quo ædificatur Christi eccle„ sia, aduersus quam neque inferorum portę prę„ ualent, vnam citra controuersiam reliquit epistolam. Verùm sit eius etiam altera, quæ tamen „ in dubiū vocatur. Quid verò de eo dicendum, „ qui supra pectus Iesu recubuit, Ioānes qui Euangelium vnū ad posteros transmisit, tot se edere „ posse professus, quot vniuersus nō caperet mun„ dus. Scripsit quoque Apocalypsim, iussus tacere „ & non scribere septem tonitruū voces. Reliquit „ idem admodū paucorum versuū epistolam: sed „ sit eius & secunda, atque etiam tertia, quas non „ omnes germanas esse putant, & vtraque centū „ versus non excedit. Ad hæc de epistola ad Hebręos, in eiusdem homiliis hæc refert: Stylus & „ eloquutio epistolę ad Hebræos inscriptæ, non „ redoleret communem & rudiorē Apostoli ductum: „ qui se ipsum rudē esse professus est sermone, hoc „ est, eloquutione. At epistola ea verborum compositione maiorē habet Græci sermonis venu„ statem. Id sanè, quicunque de eloquutionum „ differentiis iudicare potest, profitebitur. Rursum, quòd sententiæ eiusdē epistolæ admirandæ „ prorsus sint, & à scriptis eis quæ ex professo

† ἐφ' ὃν οἰκοδομεῖται ἡ χριστοῦ ἐκκλησία. *Eusebius lib. 6. ca. 25.*

De epistola ad Hebræos.

A Apostolica habētur, minimè secundæ, & id qui attentè in Apostolica lectione est versatus, non negabit. Deinde illa subiungit. Ego quidē iudicium meū declarans dixerim, sententias prorsus Apostoli esse: eloquutionē autem & contexturam alicuius qui Apostolica dicta memoriæ gratia in scriptū retulerit, & verba magistri in cōmentariū annotans redegerit. Itaque si quæ ecclesia epistolam eam pro Paulina habet, meritò ea ĩsto nomine benè audiat. Non frustrà enim veteres eam Paulo adscripsere. Qui verò auror eius scripti sit, solus id certè nouit Deus. At enim quę ad nos peruenit memoria rerū, partim à Clemente Romano episcopo, partim à Luca qui Euangelium & apostolorū acta scripsit, editam esse tradit. Atque hęc quidē Origenes Alexandriæ composuit. Quæ verò in Palęstina, aut alibi versatus, lucubrans ediderit, paulo pòst recensebimus.

Ne Mammæa Imperatoris Alexandri matre. Cap. 17.

B POst Antoninum, *a* qui annos sex & menses sex Romanæ rei præfuit, Macrinus *b* eam administrauit: qui nondum integro exacto anno extinctus, alteri Antonino imperij summā; quatuor tantùm annos retinendam reliquit. Cuius successor imperator Alexander fuit. Huius Alexandri mater Māmæa nomine, celebritate famæ Origenis permota, explorare atque cognoscere in diuinis rebus ab omnibus laudatā cognitionem & prudentiā eius (piè enim diuina colebat, moribúsque, si quę alia, & ipsa maximè castis & modestis erat) cupiens, quū Antiochię esset, virum eò ad se honesto militaris manus satellitio & comitatu accersiuit. Ille satis diu mānsit. Quū que eam doctrina sua, ita vt par erat, ad diuini verbi Christianæque disciplinę amorē excitasset, eidémque Dei in rebus omnibus sibi consciam gratiam exhibuisset, ad consuetū sibi inde scholæ suæ laborem est reuersus.

a Antoninus Caracalla à veste talari Gallica, quā militi et populo dedit, sic dictus, fratrem Getam Cæsarem in sinu matris occidit, & neuercam iuliæ vxore duxit.

b Opilius Macrinus, Antoninus Heliogabalus, Aurel. Alexander seuerus, imperatores Romani.

Vt in Palæstina Origenes ad presbyteri honorem sit euectus, & qui successores eius in schola Alexandrina fuerint. cap. 18.

C HVius imperatoris temporibus, ecclesiasticis quibusdam laboribus flagitantibus, *a* in Græciam transmissurus Origenes Palæstinam adiit: ecclesiasticóque ibi presbyterij honore, per impositionem manuum eius loci episcoporum, Alexandro auore, Cæsareę Philippi ornatur *b*. Verùm quę simultas ea de causa inter ecclesiarū antistites sit exorta, & quantum operę atq; laboris ipse viuida adhuc ętate in sacras literas collocauerit, quòd alterius sint historiæ atq; lucubrationis, ex aliis scriptoribus cognoscere volētibus petere permittimus. Quū autē Alexandria discēdens, in Palæstinā se cōferret Origenes, duodecimo imperij *c* Alexandri anno *d* Hera-

Origenes Antiochiæ cum Mammæa fuit.

a cōmendorum hæreticorum gratia: Rufin.

b Idē Cæsarea Palæstinæ, cū magna querū dam inuidia presbiter ordinatur.

c imperator iste Aurelius Alexander seuerus deuotissimos intergerrimosque Viros, Papinianū virū sanctissimū discipulos à consiliis habuit, cōsque plurimos, Lāprid. Eorum responsis libri pandectarū iuris ciuilis referti sunt. Tutorem habuit Domitium Vlpianum iurisconsultum. Bello autē Germanico in tumultu militari vnà cū matre Mammæa, non longè à Magūntia, ad oppidū Viceliam, siue Vesaniā (Vesalia hodie dicitur) cæsus est: vbi quoq; mater eius iacet sepulta. d Heraclas Alexandriæ in schola Theologica Origenis successor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heraclas episcopus Alexandrinus.

Dionysius Heraclæ in scholæ administranda successor.

clam scholę suæ, in qua diuinũ docuerat verbũ, E successorẽ reliquit. Quj non diu sacrę ibi doctrinæ præfuit. Breui enim Demetrius episcopus Alexandrinus, quum quadraginta tribus annis munus ecclesiasticũ rite administrasset, decessit: cui[æ] locũ inepiscopatu eo Heraclas recepit. Dionysius autẽ, qui postea Heraclę in episcopali dignitate successit, tũ quoque pro eo scholæ sacræ Catechistes est creatus, quinto ab ipso Panęno successionis ordine, loco. Pantænus enim primus fuerat: post eũ Clemẽs presbyter, contextor ille, secundus: Origenes, tertius: Heraclas, quartus: quintus, Dionysius: & post eum sextus Athenodorus. de quo paulo pòst dicemus.

Quæ sacræ scripturæ libri in palæstina sit interpretatus & de aliis eiusdem libru. Cap. 19.

a Opera Origenis in palæstina edita.

POrrò a in Palæstina quum Origenes esset, lucubrationes in Esaiam & in Ezechielem F composuit. Quas in partem tertiã Esaiæ, vsque ad visionẽ quadrupedũ in solitu finc, scripsit, triginta tomis absoluit. In Ezechielem autem, quinque & viginti. Porrò in Canticum canticorum ad quintũ vsque tum progressus est commentariũ: qui quidẽ omnes decẽ sunt numero. Professione autem fidei nostræ magis ac magis, ita vt conueniebat, incrementa sua capiente *b*, quum iam sexagesimũ Origenes egressus esset annum, maximámque sibi & expeditissimam ex diuina meditatione & assuetudine comparasset eruditionẽ, docendi atque disserendi virtute ad summũ progressi, quæ in medium proferebat præcepta & documenta, quod antea non permiserat, celeribus notariis excipienda dictauit. Quo tempore etiam contra Celsum Epicureũ, qui maximo studio in diuinã doctrinam inuectus fuerat, præclaros illos conscripsit libros. Quinque verò alios in Euangelium secundum Matthæum, alios itẽ plures in duodecim Prophetas. Est etiam in manibus hominũ ad imperatorem Philippum epistola: & præterea ad Seueram coniugẽ eius data altera: & ad alio quosdam aliæ. Scripsit etiam ad Fabianum ecclesiæ Romanę episcopum, & ad multos alios aliarum ecclesiarum Antistites: quæ omnia rectam fidei professionem docent. *c* In persequutione autem sub Maximino Cæsare: maximum enim is, odio eius qui eũ præcesserat, Alexandri imperatoris, qui magna fuit in Christianos beneuolẽtia, omnes neclque ferè in aula sua nostræ professionis familiares & ministros habuit, contra nos excitauit tumultũ: potissimúmque in ecclesiarum rectores, veluti doctrinæ Euangelicæ autores, in quos solos capitalibus suppliciis sæuire iussit, est debacchatus. Eo itaque tempore præclaram illam orationem, qua ad martyrium cohortatur, composuit, eámque *d* Ambrosio & Protocteto Cæsariensibus presbyteris inscripsit. magna enim eis solicitudo & anxietas propter persequutionis eius vehementiam incesserat. In qua oratione ambo illi rationes explicatas habuerunt, vt fortiter in martyrij stadio certamen pro Christo sustinerent atque perferrent. Sed quid opus est eorum scriptorum eius viri numerum inire, quum ea res peculiari indiget ocio & labore? Atqui Eusebius Pamphili, Pamphilum ipsum martyrem dignis prosequens laudibus, summúmque eius in rebus diuinis studiũ celebrans, *e* nomenclaturam & tabellas cum Origenis aliorúmque ecclesiasticorum scriptorum monumentorum in bibliotheca sua repositorum, sex libellis explicuisse scribit, in quo scripto de epistolis quoque eius Eusebius hæc refert: Quarum, inquit, quæcunque apud plures variis in locis sparsim seruatas conquirere potui, singillatim in tomos suos digessi, vt ne intercidérent, supra centũ collegi. Reperias quoque librorum eius catalogũ in sexto libro eius, quam pro viro eo scripsimus, Apologiæ.

b Idem dicta re primum ta chygraphis cœpit sexagesimũ egressus annũ. Supra cap. 15. eod.

c Per sequutio christianorum sub in Maximino.

Alexander in Lauare, hoc est domestico sacello Abrahami & Christi Seruatoris statuas habuit.

** Alexãder Seuerus Christianos esse passus est. christo tẽplum facere voluit, eúmque inter deos recipere. Quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus sine simulachris susserat fieri: quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Adriani, quæ ille adparasse dicebatur. Sed pro nobilitas est ab his, qui consulentes sacra, repererant omnes christianos futuros, si id optato euenisset, & tẽpla reliqua deserenda. Alexãd. seuerus sententiam illam christianã, Quod tibi non vis, alteri ne feceris: usqueadeò dilexit, vt & in palatio, & in publicis perscribi iuberet. Nomina eorum quos publicus præficiebat munere, proponebat, hortans populum: vt si quis quid haberet criminis, probaret manifestis verbis: si non probasset, pœnam captis subiret. Dicebátque graue esse, cum id christiani facerent in prædicandis sacerdotibus quos ordinandi sunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur, & capita. Ael. Lamprid.*

Quem de aliis eius discipulis, tũ ac Gregorio miraculis edendis claro: & quanto in pretio Origenes apud magnos temperate episcopos fuerit. Cap. 20.

MVltos verò etiam Cæsareæ Palestinę docens *a* Origenes habuit discipulos, nó incolarum modò, sed aduenarum quoque, qui patrię dulcedinem, doctrinę consuetudinisque eius viri posthabuere. Inter quos præclariores fuere Theodorus, qui in Palæstina cum magna gloria sacerdotio est functus: & Athenodorus atque huius frater Theodorus, qui etiam Gregorius, atque insuper † mirificus est cognominatus. De quo loco suo dicemus: nũ postea episcopatũ Neocæsareæ in Ponto gessit. His Græcarum & Latinarum disciplinarum maximè studiosis, omnémque in eis operam ponentibus, quum Origenes verioris philosophiæ venustatem ac pulchritudinẽ ostẽdisset, facilè persuasit, vt cum ingenti desiderio priora studia sua meliore doctrina cõmutarent. Ij quinquennio solo opera in sacris literis apud eũ nauata, tantũ profecerunt, vt eis ambobus adhuc iuuenibus regendarũ in Ponto ecclesiarũ cura rectè demandaretur. Vnà cũ his etiã Dionysius fuit, qui Alexãdrię non solùm diuinã scholã Catechistes, sed etiã ecclesiã Episcopus rexit. Tanta scilicet Origeni disciplinis tradendis inerat facilitas & elegãtia, tantúmq; celebris eius fama plerosque ad spectandã doctrinam & sapientiã eius pertrahebat. Nec tantùm qui studiosi essent dicendi, aliarúmque artium, verumetiam qui præclarum iam in eis nomen erant cõsequi, ad eum veniebant. Firmilianus quoque Cæsareæ Cappadociæ episcopus, tanti hominem fecit, vt aliquando internunciũ ad eum miserit, per quem eum ad se, ecclesiarum suarum emolumenti causa inuitaret. Cęterùm quum ille morarum subinde causas

d Ambrosius & protocteta Cæsariensis presbyteri, martyres. Pamphilus martyr. apud Suid. scriptum eũ Origenem pro cæteris quidẽ tam multos composuisse libros, ut exactè dici vocatum esse quasi dicas compositorem. quæ res causa hallucinandi, ut magnopere errarent fuit.

Discipuli Origenis in palæstina: Theodorus palæstinæ Athenodoro & frater eius Gregorius Miraculorum Theodorus Palæstinus apud Suid. nõ recensentur. Μαιμαρτύς

Dionysius Alexãdrinus.

Firmilianus Cappadox

as necteret, ipse in Iudęam profectus, atque ibi A cum eo agens, ad sincerã veritatis reduxit doctrinã, pristinúmque ei sanæ sententiæ restituit habitum. Monumenta Synodi episcoporũ propter Beryllum coactę, longo tẽpore sunt asseruata, quę ipsius atq; Origenis quæstiones simul & solutiones ordine continent. Hæc de Beryllo resipiscentia.

Alexander Hierosolymitanus. Theoctistus Cæsariensis.

De hæresi in Arabia exorta, eorum qui animas mortales esse asseuerant. Cap. 23.

Arabum hæresis de animarum mortalitate. Eam quoque Origenes redarguit.

QVã tẽpestate alij quoque in Arabia extiterunt, qui adulterinis opinionibus ecclesiã turbarunt: animã hominis ipsam vnà cum corpore in præsentia mori atque interire, & aliquãdo tandẽ in resurrectione futura, vnà cum corpore suo reuicturã esse, ac de cętero ad immortalitatem conseruatum iri arbitrantes. Hęc quũ illi sic per inaniloquentiam iactarent, conuentus episcoporum sunt acti: in quibus quum efficere nihil possent, Origenes est euocatus. Atq; ille nulla interposita mora affuit. Et verbis hinc & inde factis, quæstionẽque in medium proposita, ita ibi vir ille disseruit, eáq; ex scripturis in confessu illo attulit argumenta, vt aduersarij deinde quod contrà proferrent, non haberent. Itaque statim ita sunt conuersi, vt se ipsos erroris condemnarent, pœnásque à se ipsi exigerent.

De hæresi Helcesaitarum. Cap. 24.

Helcesaitarum hæresis.

POst has alia illis longè perniciosior, Helcesae quodam autore, exorta est hæresis: quæ prius est extincta, Origene aquis eam repentè ex scripturarum torrentibus hausti obruente, C quàm in apertum maligni spiritus auris exsuctata prodiret. Helcesaitæ nanque illi vndecunque fabulis collectis, portentosum sibi quendam composuère errorem. Et quidem de rerum omnium principio nobiscũ consentiunt. vnum siquidem & ipi rerum omnium conditorem asseruntnon vnum autem Christum, sed plures & diuersos. Ac vnum quidem sursum esse, alium autem deorsum: quem in multis antea inhabitasse, deinde verò etiam in Mariæ filio Iesu incoluisse dicunt. Iesum verò aliquando ex Deo esse, aliquãdo marrẽ habuisse virginem referunt: nõnunquam autẽ ne hoc quidẽ aiunt. Spiritum porrò ipsum quoq; trãscorporari, atq; in diuersa ingredi corpora, & vnoquoque tẽpore variè exhiberi sentiunt. Vtuntur inuocationibus atq; incantamentis dęmonũ, atque item baptismis * in elementorũ professione. Astrologiã & Mathematicum errorem complectuntur, prognosticos & anolos se nominates. Diuum Apostolum, eiúsque scripta, inducunt prorsus & abolent. *a* Librum quendem, quem ipsi composuere, de cœlo delapsum esse prodigiosè iactitant. Quod si quis dignus inuẽtus sit vt eum audiat, eum aliam quam Christus dederit, peccatorum consequi remissionem. Aduersus hanc & *b* Alcibiades Apamænus Syrus plurimũ depugnauit: Origenes verò in ea conuincenda primas tulit. Eius hæresis, ad populum pro concione verba faciẽs, in octuagesimo secũdo Psalmo hisce verbis meminit. Aduenit quidã hoc tempore vir arrogans & elatus, qui sententiam flagitiosam

Helcesaitarum hæresis.

Errores Beryllj Bostrensis episcopi de subsistentia & diuinitate Christi dogma.

† ἰδιοπροσωπον οὐσίας ἰδίαν

Per Origenẽ ad veram doctrinam reductus.

De Beryllj errore, & resipiscentia. Cap. 22.

BEryllus, quem paulo antè Bostrensem in Arabia diximus fuisse episcopum, nouas quasdam, & ab ecclesiastico Canone alienas protulit opiniones. Asseruit nanque Dominum nostrum Iesum Christum non prius † propriam essentiæ subsistẽtiam habuisse, quàm ad nos venerit: neque propriam obtinuisse diuinitatem, solam autem paternam subsistentiam & Deitatem in eo apud nos versante extitisse. De nouo hoc & maligno dogmate, multi cum homine ecclesiarum antistites per disputationes congressi, auertere ab eo tam impiam sententiam sunt conati. Verùm ille quã semel concepisset pertinaciter retinuit opinionem. Posteaquàm autẽ à multis excitatus, ad eum clarissimus peruenit Origenes, primùm sermone cum eo collato, quæna haberet, quæve doceret dogmata, ab eo quæsiuit. Vt verò rem omnẽ satis cognouit, firmis atque irrefragabilibus argumẽtis eum nó rectè sentire conuicit: & vix tandẽ demonstrationibus certis persuasum, sensim & humaniter

Universidad de Deusto
Biblioteca

" profus & impiam, quæ dicitur Helcesaitarum,
" promulgat, nuper admodum in ecclesias indu-
" ctam. Ea quàm pernicioſa profiteatur, exponen-
" dum vobis putaui, ne quos ad quædã fidei no-
" ſtræ dogmata abroganda, trasuersos abripiat.
" Vtitur vniuersæ scripturæ veteris & Euangelicę
" autoritatibus. Apostolum in ordinem redigit,
" atque adeo prorsus abolet. Docet quoque *libe-
" rum permissumque esse fidem abnegare: quòd
" qui fidem stabilem in animo conceptã habeat,
" ore quidem necessitate adductus abiurer, corde
" verò minimè. Et librum circumferunt, quem
" è cælo decidisse aiunt: audiẽtemque & creden-
" tem ei, noxarum remissionem, aliam ab ea quã
" Christus Iesus instituerit, accipere affirmant.
Hæc hactenus. Innumera præterea alia memoria digna de Origene commemorantur, quæ perinde atque non essent præsentis operis, breuitatis etiam causa prætermittere est visum. Ac quę necessaria esse vt huic historiæ inseterentur putaui rectè (opinor) & ordine collegi atque contexui.

Horrendus Origenis tanta doctrina & sanctitate viri, lapsus

Superest vnum de Origene dicendum, inuidia eius qui malorũ omnium est autor, virum tantum, qui simul & verbis & factis eò magnitudinis, continuis studiis suis, in certiore atque absoluto more philosophia processit à recta quoque via per errorem esse digressum, peruersisque involutum dogmatibus, præsentem simul & futuram contaminasse gloriam. Sed non in præsentia. Vbi enim, tum eorum qui imperio, tum eorum quoque qui maximis quibusque ecclesiis præfuerunt, catalogum priùs texuero: deinde insana quoque dogmata, & mortem eius impiã persequar: & sic finem quoque Quinto huic libro, vt potero, faciam. Nunc ergo de imperiis dicam.

Catalogus Imperatorum Romanorum, vt alius alij ordine successerit: & vt primus Imperatorum Philippus Christianus sit factus. Cap. 25.

Imperatorum Rom. successiones.

SEuero, qui decem & octo imperauit annis, Antoninus filius succesit. Huic, septem annis & mensibus sex rerum potito, Macrinus. Macrino autem, ante integrum annum in imperio exactũ, defuncto, Antoninus id alter, Heliogabalus cognominatus, obtinuit: quod is quatuor annis ad Alexãdrum Mameæ filium transmisit. quam fœminã religionis diuinæque pietatis perquam studiosam fuisse, antea diximus.

Persequutio sub Maximino.

Maximinus cũ filio apud Aquileiam occisus. Mox quoque Maximus pupienus & Balbinus imp. lecti, militari tumultu iugulati. & Gordianus iunior solus imperauit.

Alexander autem tredecim annos in imperio exegit, atque in eius locum Maximinus Cæsar succesit. Quem Alexandri odio, quòd in eius domo plurimi fuerint fideles ecclesiarum antistites solos sedere iussisse scripsimus. Post Maximinũ, qui tribus annis imperiũ gessit, Gordianus imper factus: cui non totis sex annis repub. ab eo administrata, Philippus vnà cũ Philippo filio est surrogatus. Hunc primum aiunt ex imperatoribus ad Christi fidem accessisse: eúmque vltimo Paschatis peruigilio, de reliquiis orationum in ecclesia participare voluisse. non prius tamen in conuentum fidelium accedere, intercessione & impedimento eius qui tum ecclesiæ præfuit episcopi, permissum esse, a quàm confiteretur, & pœnitentium numero, qui ordine & loco suo segregati, disciplina certa explorabantur, aggregaretur: quòd non aliter licere ille diceret, nisi hoc fecisset, propter multas eius nocentias, cum ecclesię multitudine conuentus eius festi participem fieri. Eum verò rebus ipsis timorẽ diuini numinis religionémque debitam ritè atque sincerè declarantẽ b obsequutum illi esse ferunt. Philippi, qui * septem imperauit annis, Decius Christi persequutor successor fuit. Atque is biennio in imperij culmine transacto, Gallo rerum summam, annum vnum & menses octo obtinendam reliquit.

a Antistes.

b Exemplum principis ecclesiasticæ disciplinæ sese submittentis, Philippus imperator.

quot tum magnarum vrbium episcopi floruerint. cap. 26.

** Eutropius quinque annos habet.*

QVi verò sub his imperatoribus ecclesiis præfuerũt, ij sunt, Romę Alexandro imperante, Vrbano, qui octo annis ecclesiæ ministerium ibi gessit, Pontianus successit. Hic annis sex sub Gordiano episcopatu ritè functus, Anteroten successorem habuit. Quo post mensem vnum in episcopali munere mortuo, diuinitùs sacra administratio ad Fabianum est delata. quem dicunt post Anterotis mortem ex agro Romã venisse, atque ibi cum aliis versatum esse. Quum verò Romæ episcopi & fratres omnes in ecclesia ad episcopum ereandũ conuenissent, atque suffragia deligentium, de multis præclaris & illustribus viris, quibus eam dignitatem collatum iri hominum opinio erat variarent, affuit etiam Fabianus: & quamuis de eo nulli episcoporum in mentem veniret, derepentè tamẽ alicunde aduolans columba, ac capiti eius insidens, eum designauit, & spiritum in eo acquiescere significauit, in columbæ specie apparere solitum: quem admodũ olim certum Seruatori perhibuit testimonium, vocem cœlestem super ipsum verbũ perttrahens. Qua re tam admiranda vniuersus populus delectatus, eadem alacritate, atque eodem simul ore omnes dignum eum esse & idoneũ acclamauerunt, & continuò in episcopali throno collocarunt. Atque is in persequutione sub Decio spiritualem verticem martyrij corona exornatus, episcoparum ad Cornelium successorem transmisit. Alexandriæ autem, Alexandro Mammęę filio imperante, post Iulianum Demetrius, qui quadrãginta tribus annis sacrarum ecclesiarum regendarum munus obierat, Heraclam Philosophũ, primariúmque Origenis discipulum, successorem habuit. Sed & huic, quũ post annum tredecimum episcopatus sui decessisset, magnus Dionysius successit, Gordiano tum imperante. Rursum Antiochiæ sub Alexandri imperio, in episcopali functione Asclepiadæ suffectus est Philetus. cuius deinde Zebenus successor fuit. Cæterũm eo quoque sub Gordiano defuncto, Babylas sacer martyr ecclesiæ gubernacula ibi susceptit: qui sub Decio post confessionem fortiter obiram, in vinculis decessit, ecclesiámque * Fabio regendam reliquit. Porrò Hierosolymis post decantatum illum Narcissum, seu potius cum Narcisso (Dio Germanione, & Gordio interuenientibus) pastorali munere in ecclesia functus est Alexander: de quo in superioribus multa secimus verba. Is Origenem per impositionem manuum in presbyterorum ordinem legit. Et quum antea in prioribus persequutionibus confessionem pro Christo cum laude fortiter pertulisset, post episcopalem dignitatem, qua Hierosolymis est functus, multa iam & propè decrepita senectute venerandus, rursus Cæsa-

Pontifices Romani.

Canonica episcopi Romani electio.

Fabianus columbæ auspicio Antistes creatur. Euseb. lib. 6. cap. 29.

Fabianus martyr. anno 12. cathedræ R. episcopi. Cornelius anno 3. episcopi Alexandrini.

Antiochenus.

Babylas martyr Antiochenus.

** Alij legunt Fabianum vocant.*

Hierosolymitani.

Alexander martyr.

rea Decio plurimum aduersus fideles sæuiente, ad iudicum subsellia pro Christo tractus, egregiè martyrium obiit, atque in carcere decessit. Quo tempore & * Babylas apud Nicomediam pro Christo fortiter decertauit. Alius hic Babylas est ab eo qui Antiochię sub Numeriano pulchrum professus est professionẽ. Hierosolymis post Alexãdrum episcopus fuit Mazabenes, cui postea Hymenæus grandæuus admodum successit. Hæc de eorum temporum profanæ simul & sacrę ditionis successionibus. Nunc denuò ad historiam nostram reuertendum.

** Babylas martyr apud Nicomedenses.*

De persequutione sub Decio: & vt Cyprianus episcopus Carthaginensis martyrio sit affectus. Cap. 27.

Sub Philippo, Millesimus Rom. vrbis annus, ingenti ludorum apparatu celebratus est. Persequutio Deciana.

DEcius ad imperialem enectus dignitatem, propter Philippi odium, qui Christianissimum fuerat cõplexus, grauissimam cõtra Christianos persequutionem excitauit. In qua multi quidem sacrum pro Christo obiere certamen: in primis tamen ecclesiarum præsides, & quicunque alios apud nos eloquentia & sapientia antecellerent, infanda crudeliáque tormẽta tolerantes, vitam reliquerunt. Sicuti Romę Fabianus, in Palæstina Hierosolymis Alexander, Antiochiæ autem Babylas (cuius in episcopatu Fabius successor fuit) bonum certamen decertantes episcopalem stolam sanguine multo imbuerũt. Accessit ad hos Carthagine in sapiẽtia clarus Cyprianus, qui olim magicis libris incubuerat. Quum verò animum per amorem ad Iustinam, eximia formæ pulchritudine præstantem puellã adiecisset, cupidinémque suam dæmoni cuidam carnali & libidinoso & ad amores illicitos cõciliandos industrio credidisset, neque tamen optatis amoribus perfrui posset, quòd puella virginitatem suam antè Deo consecrasset, & tum (ita vt par erat) ieiuniis, precationibus atq; aliis fidei armis castitatem tueretur: errorem suum agnouit & propalauit, fraudémque & seductionem diutinam, libris magicis in ignem cõiectis, Vulcano dicauit: & per eam virginem Christo pulcherrimè desponsatus, sacráque Christianorum complexus, mox in presbyterorum ordinẽ templi custos cooptatus, ac tandem toti Aphricæ sacrorum Antistes præfectus est. In qua functione sermonibus scriptisque suis cohortatoriis permultos ad certamen pro Christo fortiter perferendum confirmauit: atque ad postremum ipse quoque, vnà cum admiranda illa Iustina, in Deciana persequutione, multis prius exploratus cruciatibus, dignitatem episcopalem capitali supplicio cohonestauit. Quo tempore etiam Christophorus martyr, & Ephesij pueri, & alij propè innumerabiles, certaminibus pro Christo peractis, cum magna laude innotuere.

cyprianus martyr.

Exemplũ virginitatis & castitatis conseruandæ.

Fidei arma.

Christophorus martyr. Ephesij pueri.

** Sæpe etiam magicum cantamen iniit per sepultura,*
Quo genitale tori ius solueret afluante nupta. Luxuria rabiem tantæ cohibet repentè Christus. Discutit & tenebras de pectore, pellit & furorem, implet amore sui, dat credere, dat pudere falsi. Prudentius in hymno de sancto cyriaco, quem ipse sub Valeriano & Galieno passum scribit

Quæ Dionysio Alexandriæ episcopo in ea persequutione sub Decio acciderint. Cap. 28.

EIusdem persequutionis tempestate, quum Alexandriæ etiam in Christianos maximè sæuiretur, martyrium ibi quoque obibat ecclesiæ Antistes Dionysius, quem post Heraclam ad munus Episcopale prouectum esse diximus. Verùm illum, diuino nutu & prouidentia, multorum vtilitatis & ædificationis gratia, captis conatibúsque persequutorum superiorẽ ostendit Deus. Primùm namque, qui ad eum inquirendum missi fuerant, cæcitate afflicti, quamuis domi is esset, aduentúmque eorum expectaret, studio tamen & conatu suo potiti non sunt. Deinde autem, quum sua sponte se illius, rebus omnibus domi suæ per eos direptis, vt se abducerent obtulisset, & quidem id factum fratribus * in nuptiis noctu pernigilantibus renunciasset, illico confertim vno impetu omnes conſurgentes, celeri cursu cum iubilo & vociferatione cõtinua ad locum eum contenderunt. Atque ibi custodibus in fugam versis, Dionysium crassiore linea veste indutum, & in lecto non strato repositum, exurgere, & se quàptimum suqui cogerunt. At ille ad pedes eorum prouolutus, obsecrat, vt vel abirent, séque ibi relinquerent: vel caput eius milites, qui eum captum abduxissent, auferre paterentur. Quem illi quanuis multa orantem atque obtestantem, ne audire quidem sustinuerunt: sed manibus pedibúsque protractum, & clitellarum instar asino nudo impositum, in episcopalem domunculam reduxerunt. Ac de Dionysio quidem hęc sic sunt acta. postea autem impij milites in domos, qui rem eam denunciauerant, Christianorum propalàm audacissimè magnò impetu irruentes, † res eorum † κειμήλια. pretiosas atque sepositas diripuerunt: eis verò quæ viliores essent, nec facile comprendi aut ferri possent, fractis, abierunt. Quę sanè militum licentia & impunitas, faciem vrbis ab hostibus captæ præbuit. Vbique luctus erat, vbique direptiones, militibus de spoliorum & rapinarũ immanitate inter se concertantibus. Non iter, non via, non angiportus exitum & fugam admittebat: diu noctúque clades ea durabat. Præcones per vrbem totam ibant, & magnis clamoribus vociferabantur: vt si quis Christum infantissimis impurissimísque quibusque verbis nõ proscinderet, is passim raptaretur: atque ita fœdissimè rapiatus, tandem igni combureretur.

Dionysium Alexandrinũ à martyrio cõtinuit seruauit Deus.

** γάμων δὲ μεσονυκτίων.*

Exemplum insignis eius in pastorem suum amoris.

De iis qui tormentis victi sub Decio, Christi religionem abiurarunt. cap. 29.

ITaque permultos tum videre erat pallidos, timoréque perculsos, & prorsus consternatos, neque sui compotes, ad impura sacra & impia sacrificia accedere, non illos tanquam sacrificaturos, sed veluti idolis ipsis sacrificandos: adeo vt impij illi homines, sannis & ludibriis, eos qui ita animos despondissent, prosequerentur. Quidam promptius citiúsque quàm inberentur, ad aras accurrebant, & magnis animis, se ignorare, quisnam Christianus esset, asseuerabant. Atque ij quidem raptores sequebantur, alij fugiebant, alij capiebantur, nonnulli etiam vsque ad carcerem & vincula progressi, prius fidem abiurarunt, quàm ad tribunalia protraherentur: nonnulli autem aliquantum cruciatibus & tormentis, oleraris, suppliciis, quę subsequu-

Miseranda fatorum Alexandrinorum Christianorum querũdam, martyrij metu Christo abiurantium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Egregia martyrum constantia.

tura erant, renunciabant. Qui verò firmi stabilésque erant, totúmque Christum in pectoribus suis gerebant, ab eo confirmati, & condignum inexpugnabilis fidei & constantiæ suæ robur consequuti, præclaros atque illustres se regni eius exhibuerunt testes & martyres. Sed enim in præsentia omnes eos, qui tum pro Christo martyrio vitam finierunt, recensere, ac tempus, locum, & modum tam insignium certaminum exponere, tam id fieri non potest, quàm arenam maris numerare non est. Itaque perpaucas tantum memoriæ gratia, quas à maioribus nobis traditas accepimus, martyrum luctas hoc loco rectè exequemur: quæ fortasse non eam fidem & opinionem in ecclesia, quàm traditio tulit, sunt consequuturæ. Et faciemus id breuiter, & compendiosè. Quæ autem memoriam nostram subterfugêre, eas secreto diuinæ scientiæ & opinionis relinquemus. Et sic agonibus huiscemodi paucis cõmemoratis, ad ea quæ superiunt progrediemur.

De iis qui tum martyrii pertulerunt, Metrâ sene, Quinta fœmina, Apollonia virgine, Serapione, Iuliano, Besâ, Macario, & aliis. Cap. 30.

Metræ. Alij hunc martyrem Metranum nominant.

SEd primus omnium admirandus ille, senex deprædicetur Metras, quem beluæ illæ crudelissimè raptum, ea dicere cogebant, quæ ad summam iniuriam, contumeliam, & blasphemiam in Christum nihil facerent reliqui. Vt autem ille minus eis est obsequutus, totum corpus eius sæuissimè fustibus diuerberarunt, faciem arundine acuta conciderunt, oculos confoderunt, interiora quoque & latentia corporis loca laniarunt: atque ad vltimum, immanitati suæ quasi renunciantes, ingenti vi lapidum eum obruerunt. Quintam verò, fœminam quandam, ad simulacrum adductam, adorare illud iusserunt. Quod quia illa facere detrectabat, alligatis atq; suspensis ex pedibus eius funibus, per mediam eam distraxere Alexandriam. Deinde durioribus atque accliuibus locis raptatam, tandem in eundem, quo paulo antè Metram, locum perductâ, itidem vt illum, lapidum corona oppresserunt.

Quintæ.

Apolloniæ.

Post hanc admirãda adducitur Apollonia, virgo senectute iam venerabilis, esca bestiis asseruata: quæ quum lapidum ictibus simul & maxillas & dentes omnes amisisset, quòd ad aram sacrificare prorsus nollet, in pyram, quæ idolis parata fuerat maxima, accẽsam ingenti alacritate prosiliuit: longè præstantissimum esse ducens, vt sic ipsa Deo victima offerretur. His accessit Serapion, patria Ephesius: cuius quum mẽbra omnia magna flagrorum vi cõcidissent, articulósq; corporis locis sedibúsque suis dimouissent, postea præcipitem eum ex superiore loco deiectũ enecarunt. Tum quoque sultanus, ita pedibus

Serapionis.

Iuliani pulægrici.

æger, vt neque ambulare neq; mouere se posset, cum duobus aliis, qui eum sublimem sustinebant adducitur. Quorum alter statim ad tantam malorum immanitatem animum despondit, fidem abiurauit, & liber dimissus est: alter autem, cui Ischyrionis nomen *Euni autem cognomen fuit, reipsa satis eas appellationes comprobrãs, & persequutoribus fortiter repugnans: quippe *lexcenties potius mori, quàm quicquam de bona professione remittere paratus: ipseque lu-

**εὐνῦ. Ischyrionis Euni.*

**μυριάκις.*

Ischyrionis, quem leonis suus necauit.

rimi ab infidelibus sunt malè accepti. In quibus & Ischyrion ille fuit, cui à claro quodam eius loci viro, villæ procuratio mandata fuerat. Eum dominus scribere ad aram deorum iussit. Et quum id illie recusaret, conte melius primùm, deinde etiam conuiciis in eum est inuectus. Sed enim quum adhuc in sententia Ischyrion persisteret, scipione maximo comprehenso, per interiora eum ille viscera transfossum occidit. Sed quid opus est turbam eorum recensere, qui in solis locis & montibus obertãtes, partim fame, partim siti, quidam actiore frigore aut morbo, nonnulli etiam à prædonibus oppressi, aut à bestiis discerpti interiere? Quorum omnium, qui ex eis superstites fuere, idonei extitere testes. De iis, ex pluribus vnum saltem exemplum referre necessarium esse duxi. Charemon erat, eius quæ Nilopolis dicitur episcopus, vir multa senectute admodum venerandus, is vnà cum *coniuge B tẽ faciam, & verba eius apponam, per quæ manifestè arguitur, eum finibus & constitutionibus apostolicis non perstitisse. Atque vt alias eius absurdas opiniones & blasphemias omittam, harum tantum verbis ipsius meminero. Sic enim scribit.

Fuga & dispersio christianorum in solitudine.

Charemon episcopus Nilopolitanus.

** συμβίου.*

Episcopus consumx.

*** Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum autore suo dicimus esse reuuenda. Dist. 15. Sancta Rom. ecclesia.*

De Origenis erroribus & blasphemiis, & vt sub Gallo vitam finierit. Cap. 33.

Eadẽ de Origene. Suid. Origenes fidẽ abiurat.

** μυσαρᾶς ὁμιλίας.*

† τὸν νοῦν ἀθείου καὶ ἀλιτηρίου.

*** Errores abominandos inducit. excõcatur. Eusebius Pãphili, sicuti et alij multi patres, benignius de Origine senserunt.*

MEntes, inquit, à principio erant, absque omni numero & nomine, ex vnitate principium ducentibus, & rationalibus existentibus omnibus, substantia, efficacia & virtute eadem. CVt autem eas satietas cœpit diuinæ charitatis & contemplationis, iuxta proportionem cuiusque propensionis in deterius, vel tenuiora vel crassiora sumpsere corpora & nomina. Vnde cœlestes etiam & *ministrantes subsistere virtutes: ipse quoq; Sol & Luna & stellæ omnes ab vnitate illa rationalium, ex propẽsione in deterius, sunt factæ. Ea verò rationalia, quæ magis à diuina charitate refrixerant, animæ sunt appellatæ, & in crassiora corpora nostra coniectæ. Quæ verò ad summam malitiæ & vitiositatis fuerant progressa, frigidis & caliginosis inclusa corporibus, dæmones & facti & nominati sunt. Ad hæc illa quoque nugatur: Quòd ex angelica quidem constitutione animata facta est constitutio, ex animata autem, dæmoniaca & humana. Vnam porrò mentem ex vniuersa rationalium vnitate, inconcussam & immotam à charitate & cõtemplatione diuina permanere, quæ mens & Christus & rex & homo sit facta. Item, quod † perfectus futurus sit corporum interitus: quum ipse Dominus, primùm proprium deposuerit corpus, & reliqui item omnes. Præterea, quòd vniuersi reuersuri ad eandem illam vnitatem, mentésque futuri sint, quales antea in ✱ præexistentia fuerint: ipso videlicet diabolo quoque & reliquis dæmonibus, atque etiam nefarius & impius hominibus ad eandem vnitatem restituendis, cum diuinis pisque viris, & cum cœlestibus virtutibus eandem vnionem ad Deum habituris, quam & Christus habet, quemadmodũ & antea

Absurdæ & impiæ Origenis opiniones.

** κατὰ ἀστείαν.*

† παντελὴς ἀναίρεσις.

✱ προϋπάρξει. Non semel in hoc opere Nicephorus Gregoras pro Scythis habet, sicuti ex hac loco.

Virtutum omnium parens Humilitas, Ταπεινοφροσύνη.

Origenes martyrium nõ pertulit.

Quæsitor Origenis suprem per impudicum et impudicum Aethiopem eliminatus est.

ὑπὸ τίσσαρσι ξύλοις δεσμεύθεντος ἐπὶ τὰς πτέρνας. Euseb. lib. 6. cap. 26.

Amonis, Zenonis, Ptolemæi, Ingenui, Theophili, multorum.

De aliis martyribus, qui certamen suum obierunt Alexandriæ, & in Palæstina. Cap. 31.

Ammonariæ.

MVlieres quoque à tam pulchro certamine non aberant, quæ virilem habentes animum, sanè quàm fortiter depugnarũt. Quarum prima fuit Ammonaria. abducta enim est promissionem suam constanter conseruans: qua se nihil facturam receperat, quod iudex variis tormentorũ generibus cum ea cõtendens, eámque expugnare studens, iussisset. Post hanc & admiranda illa Mercuria: nec non multorum liberorum mater, & quod maius est Dei amans Dionysia, quum quidem quæsitorem ipsum iam puderet, quòd in immensis carnificinis suis à mulierum constantia vinceretur, ferro sunt necatæ. Deinde Heron, & Aster, & Isidorus, & Dioscorus, qui nondum decimum quintum expleuerat annum, Aegyptij omnes, producti: & cæteri quidem igni sunt combusti, adolescentulum autem iudex dimisit, absurda quadam de eo concepta opinione, quòd illum nondum satis firmum, necdum virum, fraudi & seductioni idoneũ esse putaret: morámque & tempus in eo completurum diceret, quod ætati deesset. Hos consequutus est Nemesion, Ægyptius & ipse, atque inter prædones educatus, quo nomine in iudiciũ fuerat pertractus, postquam autem causa dicta, crimen id à se est amolitus, deinceps vt Christianus in vinculis est detentus. Quæsitor porrò iniquissimus, magis etiam in hunc quàm in illos sæuiens, martyrem inter prædones medium igni exussit. Turma deinde succedit militum: Amon videlicet, Zeno, Ptolemæus, Ingenuus, & quidã affecta ætate Theophilus, pro tribunali apparẽtes: qui agonem decertantium martyrum spectantes, si quem viderẽt ad abnegationem propensum, indignationem præ se ferentes, ringebantur, & aliquando quidem illis innuebant: quandoque verò manus suas extendentes, corpora illorum ad decentem habitum pulchrè cõponebant. Quod cum ita facere in flagrãti facto deprehensi essent, ilicet ad quæsitoris tribunal sunt abrepti: vbi tanta fiducia Christianismum sunt professi, vt Præfectus ipse & assessores eius vehementer conturbarentur, & incredibili timore corriperentur: quum illi cõtrà fortitudine animi magis implerentur, maiorẽque quàm quę verbis explicari possit exultarent lætitia, & tam magnifico triumpho victoriæ susciperent coronas. Nec minus interea in pagis & villis plurimi ab

Besæ.

** κλινίκος*

Macarius.

† φερώνυμος.

Epimachi. Alexandri.

Dionysiæ. Heronis. Asteris. Isidori. Dioscori pueri. Eusebius, Dioscorum à tyranno primum verbis ad Christum abiurandum illectum, deinde verberibus exercitum, illis minimè cognitis, lib. 36. cap. 4. scribit.

Nemesionis.

Decius bello aduersus Gothos in Thraciæ palude submersus, & filius eius occisus est. Eutrop.

eam habêres exiterint: vt Christus nihil prorsus sit habiturus præ rationalibus præcipuum, neq; substantia neque intelligentia neq; virtute. Hæc ille. Decius autem post duos imperij sui annos, aduersus Scythas, qui Istrum transierant, & ditionem Romanam vastabant, progressus, supra triginta millia ex eis primùm victor concidit. Secunda autem pugna cum illis congressus, victus vna cum filio ab eis est interfectus. Sic imperium ad Gallum & Volusianũ peruenit. Gallus porrò, quod non animaduerteret qua de causa Decius in tantam cladem incideriť, ad eũdem impegit lapidem. Quum enim imperium pulchrè staret, & res omnes ei ex sententia succederẽt, viros sanctos, qui preces ad Deum pro pacata tranquillitate & valetudine eius fecunda fundebant, afflixit. Quapropter in eis viris simul etiam vota, & quæ pro eo fiebant orationes est persequutus. Sic duo isti statim, anno vno & mensibus quatuor imperio administrato, decesserunt. Quibus succedens Æmylianus, quatuor imperauit menses, & rerum summam ad Valerianum & Gallienum moriens transmisit. Gallo sedenim post Deciũ imperãte, Origenes vndeseptuaginta annis peractis, miserabiliter infelix obiit. In quo & nos conuenit finem suum libro huic imponere: cui quidem bonũ initium Origenes præbuit, quanuis finis eius principio non respõderit. Habet autem hic tomus annos sexaginta & duos, cuius exordium à primo Seueri anno incœpit, finis autẽ in Valeriani & Gallieni imperium incidit: anno à mundo condito quinquies millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, à natiuitate verò Christi ducentesimo quinquagesimo octauo.

Christiani pro principibus et republica orãt.

Successiones Rom. imperatorum.

Origenis mors.

Anni libri istius.

Secundum chronicos nostros 4236.

Origeni in lustria & curiositas causa vt fœdè laberetur, & multis præterea offendiculum exitiique occasio fuit. Quum enim nihil non in sacris literis exponere vellet, seipsum in errorem coniecit. Vnde multa nefanda & exitiosa protulit verba. Ex quibus Arius, sectatorésque eius inæqualem patri filium esse asserentes: & reliqui impij hæretici dogmatum suorum materiam sumpserũt. Profiteri enim est ausus, vnigenitum filium cernere patrem non posse, neque spiritum sanctum ipsum filium: sicuti neque angelos spiritum, neque homines angelos. Et filium non esse ex substantia patris, sed creaturam: eis nunquam gratia tantum filium dici, & animas hominum præexistere. Atque alia item absurda, blasphema, & impia. Non ille Salomonem audiit dicentem: Fili, cane multos componas libros, & ære tuo properes. Cor tuum non sit velox ad proferẽdum sermonem coram Deo. Deus namque in cœlo sursum, & tu in terra deorsum. proinde verba tua pauca sint. Multa enim verba multiplicant vanitatem. Noli esse iustus multũ, nec plus sapias quàm necesse est. iustus enim dixerit in iustificatione sua. Ab ecclesia porrò proscriptus, contumeliam eam non ferens, Alexandria relicta in Iudæam est profectus. Et Hierosolyma quum venisset, ab ordine sacerdotali, vt verba in ecclesia faceret (erat enim presbyter) rogatus primùm, deinde etiam coactus, surrexit, & verba illa tantum recitauit: Peccatori verò dixit Deus, Quidnam tu annuncias iustificationes meas, & usurpas testamentum meum in ore tuo? Libróque complicato, cum lachrymis & exultatu multo consedit, omnibus vna cum eo plorantibus. Sepultus est autem Tyri. Suid.

ECCLE-

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS SEXTVS.

Præfatio Tomi dicenda exponens.

CAPVT I.

Dicendorum propositio.

QVINTVS adhuc liber res Origenis, & alias præterea quæ ætate eius accidere, cõplexus, vnà cum morte eius finem quoque suum accepit. Sextus autem, qui nobis est in manibus argumẽtum habebit, magnum Alexandriæ episcopũ Dionysium: scripris eius quæ post se reliquit, per proprias eius voces, materiæ satis suppeditantibus. Exponemus quoque in eo, quæ post Seueri, Maximini & Decij persequutiones, in ecclesia sint acta. Vnde etiam Nouatus progressus, seipsum nouæ hæresis * Catharorum siue purorum ducem promulgarit. Præterea quomodo is reiectus sit: & illi qui in persequutione lapsi fuerãt, in ecclesiam recepti. Item de diuino lauacro, quod nõnulli post persequutionem inducebant: & de aliis hæresibus. Item de tyrannorum Ægypti & Palestinæ actis. Mentionem quoque faciemus quorundã prodigiorum: item Dionysij epistolarum: adhæc, Nepotis, Pauli Samosatem, & peruersæ Manichæorum opinionis. Postremò diuinos recensebimus viros, qui ea tempestate vsque ad Diocletianum & Maximianum, qui quidem acerbissimè ecclesias oppugnarũt, enituere. Initium autem inde sumendum.

* καθαρῶν.

Vt episcopi, qui tum ecclesiis præfuerunt, eos qui sub tempus persequutionis lapsi fuerant, post iustam pœnitẽtiam in ecclesiam receperint. Cap. 2.

IN persequutionibus, quas recẽsuimus, multi Christianorum fortiter per martyria cũ hostibus congressi, debitum victoriæ præmiũ reportarunt. Plurimi etiam propter animorũ imbecillitatem, obuiam quidem illi periculis sunt progressi: sed quum ea perferre non possent, simul & idolis sacrificarunt, & veræ pietatis cultum abiurarunt. Ij verò, persequutionis motu & ærumna conquiescente, quum in animis secum ipsi suis quonam miseriæ calamitatis peruenissent, perpenderent, grauiter afflictis vehemens incessit dolor & pœnitentia. Itaque ad ecclesiarum eius temporis Antistites se contulerunt, pœnitere se atque resipiscere, paratósque esse quidquid illis imperatum esset facere, profitentes. Porrò diuini illi viri, humanitatem & clementiam Dei imitati, non grauatè eos susceperunt, & complexi sunt: & quum legitima atque competenti pœnitentia inuitatos in ecclesiam

Christiani, qui fidem in persequutionibus abnauerant, ad pœnitentiã confugiunt.

Pœnitentes in ecclesiam recepti.

produxerunt, tum tempore * quoque suo stationem & locum eis inter fideles, interueniente solummodo oratione, vnà cum manuum impositione, dederunt: id quod ita ex consuetudine longa in Ecclesia obseruabatur. Quam consuetudinem primus Cyprianus Carthaginensis pastor mutandã esse ** censuit: nõ aliter & lapsos, quàm per lauacrum expiandos, & quoscunque ex qualicunque hæresi resipiscentes, admittẽdos esse arbitratus. Atque ecclesiarũ quidem episcopi ita se gerebant, & quotidie propalàm perlibenter quoscunque reuertentes suscipiebant.

* *Exomologesi* *peracta* *licet.*

vanitẽtis formula.

Cyprianus lauãdos & ab hæreticis reuersos denuò esse baptizandos censuit.

** *Placuit hoc etiam plerisque omnibus Africæ, Numidiæ, Mauritaniæque episcopis. Ipsum etiam beatum Hilarium aliquando huius sententiæ fuisse, vt ab Arianis baptizati non reciperet, nisi rursus ab orthodoxis baptizarentur, palàm scribit Hieronymus. Ab hac dogmate hodie dissentit Ecclesia, & iterationem baptismi prohibent imperiales constitutiones. Nec satis esset tutum eam aperire de sacris caremoniis fenestram, vt sacerdos impius nihil agere credatur. Quam opinionem obtinuere Donatistæ. Sedenim in polonia nunc quoque Episcopi, homines ab Orientalibus sacerdotibus, quales sunt in Moscouia & Russia omni, baptizatos denuò ting[unt], illis adiectis verbis, Si non es baptizatus. Assui ipse ablutioni huiusmodi susceptor.*

De impura Nouato, rebúsque eius narratio, & quæ eius fuerit doctrina. Cap. 3.

ROmæ autem eis temporibus presbiter erat Nouatus nomine. Is fastu & iactantia inani sublatus, omnem (vt in prouerbio est) mouerat lapidem, vt Romanæ ecclesiæ gubernationem consequeretur. Vbi autem omnia experius, nihil egit (erat enim tumore, ambitione, & gloriæ cupiditate immensa correptus) in desperationẽ incidit: & tãdem aliud quod faceret nõ habens, ab ecclesia seipsum segregans, proprios cœtus cogere, & nouam quandam hæresim per defectionem instituere cœpit: secessionis suæ obtentum illum prætexẽs, quòd episcopi eos qui Deciana persequutione diis sacrificassent, per condignam pœnitentiam in gratiã recepissent. Breui sanè tempore permoltis seductis, suum sibi constituit conuenticulũ: & eorum qui propter sordes † Cathari siue puri nominantur, ducem se fecit. Quum autem eum episcopali dignitate, quam tantopere dudũ adamauerat, potiri oporteret, per duos quosdam sectæ suæ homines, qui salutem suam prorsus iam desperarant, tres ad se Romam obscuri nominis ex Italia episcopos, eósque simplicibus atq; adeò rusticis moribus, ad simulandum & dissimulandũ scilicet minimè idoneos, pertrahit illo splendido prætextu vsus, vt ipsi partibus suis interpositis, mediatores inter se & episcopos, veteres simultates & inimi-

De Nouato & eius hæresi.

† *per antiphrasin videlicet.*

Nouatus fraudulenter episcopũ creatus.

cinias componerent. Illi porrò, propter animorum simplicitatem nihil tale veriti, ad eum venere. Ibi eis in conclaui conclusis, quidã ex eius sodalitate, per animorum crapulæ & ebrietatis grauedinem, vim afferunt, & * imaginaria manuum impositione episcopalem dignitatem homini conferre cogunt. Quod sanè illi, vel inuiti, vi atque necessitate adducti, fecere. Et Nouatus honorem eum, quem tam scelerate, vt videbatur, consequutus fuerat, vsurpabat, eundémque contra obtrectatores defendere parabat: † homo, in quo Satanas domicilium habẽs * Christi nomen & fidem ad prætextum saltem vteretur. Quum enim ab exorcistis de fide institueretur, morbo est correptus graui: e quúmque iam in expectatione mortis esset, aquam petiit, qua in ipso lecto, ita vt decumbebat, perfusus, d baptizatus scilicet est: siquidem tinctioné huiusmodi F baptismum vocare licet. Sedenim ille postea reliquis ecclesiæ e symbolis atque cæremoniis, quibus ad eum modum tincti iuxta ecclesiæ sanctiones vti solent, minimè dignus est habitus: † neque quum conualuisset, signaculum ab episcopo deinde recepit. * Porrò quum mystica huiusmodi symbola non sit sortitus, quomodo spiritum sanctum est assequutus? Sed & persequutionis temporibus, per timiditatem presbyteri honorem abiurauit. Postquam enim à diaconis rogatus est, vt periclitantibus fratribus, in tormentorum discrimine maximè auxilio indigentibus, ita vt sacerdotem deceret, præstò adesset: tantum abest vt illis sit obsequutus, vt cum indignatione magna se subduxerit, & de cætero presbyter esse noluerit, aliud scilicet philosophiæ genus sequutus. Aliam quoque absurdam admodum rem in se admisit. Quũ enim * oblationes offerret, qui mos sacerdotibus est, & iam ad distributionem panis peruenisset, data cuilibet parte sua, pro eo quòd cum gratiarum eam actione percipere debebant, f iurate miseros coegit: vtranque enim percipientium manum comprimens, non prius eas remisit, quàm iuratum ab eis esset: (vtar autem verbis eius cõceptis) Adiura mihi per sanguinẽ & corpus Domini nostri Iesu Christi, nunquam te à me discessurum, & ad Cornelium (Romanus hic fuit episcopus) rediturum esse. Miseri autem illi non prius quòd acceperant, degustarunt, quàm se illi deuouerunt: & pro eo quòd Amen, reuersuros scilicet se ad Cornelium profitentes, dicere debebant, minimè se redituros dixerunt. Huius fraudem, malignitatem, & cacoëthes hæresis, Maximus presbyter, & Vrbanus, qui bis libertimè pro Christo decertarunt, & ingentem ex confessione fructum tulerũt, præterea Sidonius & Celerinus, qui in eodem stadio decurrerunt, primi deprehenderunt: primíque cum eo congressi, de eo triumphum in ecclesia egerunt. Ex eis autem qui suffragio & cõsecratione sua Nouatum episcopum ordinarant, vnus non longè pòst ad ecclesiam reuersus, crimine per pœnitẽtiam & luctum abolito, receptus quidem, sed laici tantum ei concessa sors est, ac in episcoporum eorum locum alij sunt suffecti.

Quomodo Dionysius lapsorum suaserit receptum, & epistola eius ad Nouatum. Cap 4.

HÆresi ea longè latéque vulgata, ingens erat tumultus: & multi orationibus scriptis, multi etiam aliis modis aggressi sunt fundamenta eius erroris euertere. Quæ verò in epistola quadam Alexandrinus Dionysius scripserit, audiamus. Diui ipsi apud nos martyres, Christi " nunc assessores, regnique eius participes, partícipes etiam iudicij, & pro tribunali cum eo sedentes, lapsos quosdam fratres sacrificiorúmq; " crimen sustinentes receperunt: conuersionémq; " & pœnitentiam eorum videntes: atque acceptã " gratámque fore ei existimantes, qui non vult " mortem peccatoris, explorata ea atque cõprobata in ecclesiam admiserũt, & ad eum modum " receptis locum suum dederunt, orationémque " simul & cibum cum eis cõmunicarunt. Quòdnã igitur, fratres, nobis de eis consilium datis? quid faciendum putatis? suffragatoréne & subscriptores illorum sententiæ etimus, iudiciúmq; & gratiam eorũ seruantes, benignos nos erga eos, quorum illi miserti sunt, exhibebimus? an iudicium eorum veluti iniquum reprobabimus, atque in sententiam eorum inquiremus, benignitatémque contristabimus, & quod bene est cõstituturum & ordinatum retractabimus, Deúmq; ipsum exacerbabimus? Hæc Dionysius, de eis qui per infirmitatem persequutionum temporibus lapsi fuerant, scripsit. Qualia verò & ad ipsum Nouatum ecclesiam Romæ perturbantẽ scripserit, æquum est vt hic proferatur. Quum enim ille sub obtentu quodã, in nonnullos fratres schismatis & dissidij causam, perinde atque ab illis ad consilia cœptáque eiusmodi, per vim descendere coactus esset, conferret, vide quæso G quibus ad eum vtatur verbis. Dionysius Nouato fratri salutem. Si inuitus, vt inquis, hoc consilij cepisti, idipsum, si voluntate & sponte tua in viam redieris, declarabis. Et nõ minoris martyrij laudis & gloriæ fuerat, imò meo iudicio etiã maioris Ecclesiam nõ scindere, quàm idolis nõ sacrificare. Hac enim parte alicubi de vna, eáque sua ipsius anima, suscipitur certamen: in illa autem, de ecclesia vniuersa martyrij subeundus est agon. Proinde si vel persuaseris, vel coegeris fratres ad concordiã redire, * illustrior tibi ipso lapsu fuerit resipiscentia: & quum erratum tibi vitio minimè verterit, tum castigatio maximè laudi erit. Quod si illos parùm tibi obsequẽtes, in potestate tua non habes, tuam saltem ipsius animam seruans seruato. Valere te, quatenus, H pacem consectaris, in Domino opto.

De synodis Romæ & in Africa coactis, quæ hæresim Nouati damnarunt. Caput 5.

NOuatus autem animi arrogantia transuersim actus, propalàm & impudẽter magna libertate prædicans docebat, nullam esse salutis spem reliquam eis qui persequutionum temporibus lapsi essent, quamuis omnia quæ ad legitimam & veram pertinent conuersionem & cõfessionem perfecerint. Nec contemnendam ad se perrexerat atque collegerat multitudinem, & plures ex viris celebribus eius sequebantur errorem: per inflatas eorum mentes, Catharos & puros seipsos vocabant, à duce & imperatore * διάπυρον diabolici examinis Nouato * turpiter & impurè ducti. Talem autem ecclesiæ cladem latius ser- γράπτορα pentem,

a Nouatus Romanus. *b* εἰς ἀγέννητον τινὰ ἀποφασιν. *c* Valet olim Christianis. *d* Nouatus ager in lecto baptisatus. *e* σύμβολα & ceremoniæ baptismi. Euseb. lib. 6. cap. 43. *f* τῶν δὲ τῶν μυστικῶν μὴ τυχὼν πῶς ἂν ἁγίου πνεύματος ἐπέτυχεν. Nicepho. τῶν δὲ μὴ τυχὼν πῶς ἂν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐτύγχανεν. Eusebius. * ποίων προσφορῶν. (Nouati factionis suæ populares iuramento, vt sibi adhærerent in perceptione eucharistiæ obstrinxit. & ea tempestate laicis etiã eucharistia in manus dabatur: quod postea in ecclesia est mutatum. *h* Episcopi qui Nouatum episcopũ crearũt, dignitate adepta Romã autẽ venit, vbi pœnitẽtiam egit, ab ecclesia in ordinem laicorũ est receptus.

Dionysius Alexandrinus fraterné Nouatum ab errore in viam reuocat, & ad resipiscentiã inuitat.

μεῖζον ἂν ἦν τῷ σῷ λατρεύματος τὸ κατόρθωμα

De Dionysij epistolis de pœnitentia: & noua narratio de quodam Serapione, qui in pœnitẽtia, sacrosancta mysteria extremum spiritum agens percepit. cap. 6.

Pœnitentes in ecclesia ad cõmunionẽ citò & precationis sunt loco sine admissi. ad Eucharistiã autem percipiendam non statim, &c.

A D * Fabium eum, in Nouati sectam aliquãtulum inclinantem, quem modò diximus, diuinus vir Dionysius scribens, plurima de pœnitentia disserit: & martyrum certamina iã inde ab initio discernens, sicuti & nos exposuimus, atque alia multa afferens, admiratione quiddam digium memorat, quod hoc quoque loco tẽpestiuè referẽdum duxi. Vnum tibi, inquit, exẽplum quod apud nos euenit, exponã. Serapion quidam nobiscum fuit senex fidelis, & qui sine crimine ad multum vixisset tẽpus, persequutionis autem tempestate lapsus esset. Is sæpe quidẽ vt reciperetur obtestatus fuerat, sed nemo illi aduertit animum. Idolis enim sacrificauerat. Morbo verò deinde oppressus, tres continuos dies sine voce & sensu iacuit: paululum verò viribus recuperatis, quarto die nepotem ex filia ad se vocauit: &, Quandiu me tandem, inquit, ô fili, distinetis? accelerate quæso, & me quamprimùm absoluite, presbyter orũmque aliquem tu ad me voca. His dictis, tursum obmutuit. Puer

Serapion, qui in persequutione dijs sacrificauerat, pœnitentiam egit: & quum in ecclesiam plenè receptus non esset, mori sine eucharistiæ cõmunione passus est.

† *Recte ergo Pudentius Cyprianum sub Valeriano & Gallieno passum scripsit.*

* *Hoc tantum de Rom. concilio refert Euseb. lib. 6. cap. 43.*

** *Nouati hæresis in pluribus prouincialibus Synodis damnata.*

Nouatiani excommunicationis epistolæ eius est apud Euseb. vt sup.

** *Hippolytus Portuensis episcopus & martyr cum ad supplicium raperetur, vt est apud Prudentium, respondit fugite ô miseri execranda Nouati Schismata, Catholicis reddite vos populis. Vna fides vigeat, prisco quæ cõdita templo est, Quam paulus retinet, quamque cathedra petri. Quæ docui, docuisse piget. venerabile Martyr cerno quòd a cultu rebar abesse Dei. Insigne retractationis seu reuocationis exemplum.*

Aduersus Nouatum cum ad Cornelium Romæ episcopum rediisset epistolam scribit.

Cornelius Romæ episcopus.

Cornelius Nouatum damnat.

Nouatus Cornelio Romæ episcopo epistolam scribit.

Cornelius Nouatum damnat.

*Nouatus Cornelio

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportere eos qui ab hæresi conuerterentur, lauacro expiari & recipi. Stephanus contrà, † nihil ea in re præter receptam consuetudinem nouandum esse dixit: sufficere scilicet in eis veteri more orationē solam, cum manuum impositione. Itaque ad eum egrè dissensionem eam ferentem, Dionysius plurib. scripsit: & postremò certiorem eum facit, persequutione sopita, ecclesias omnes nouis rebus Nouari repudiatis, pacem inter se habere. Verba eius hæc sunt. Scito nunc, frater, Orientales, atque etiam vlteriores ecclesias, quæ antea dissidebāt, ad vnitatem esse redactas, omnésque vbique earū Antistites vnanimes & consentientes supra modum de pace & concordia, quæ præter expectationem accidit, lætari. Demetrianum in primis Antiochenū, Theoctistum Cæsariensem, Mazabanem Aeliēsem Alexandri defuncti successorem, Marinum Tyrium, Heliodorum Laodicensem, qui in locum Thelymidris surrogatus est, Helenum Tarsensem, & ecclesias Ciliciæ omnes, Firmilianū, & Cappadociam omnē: præcipuos enim Episcoporum nominaui, ne epistola longior fiat, néve multis verbis sim molestior. Sed & vniuersæ Syriæ & Arabiæ: quibus semper aliquid suppeditatis doctrinæ, & nunc etiam scripsistis. Mesopotamia ipsa, Pontus, Bithynia, & (vt semel dicam) exultant vbique omnes, concordia & fraterna charitate glorificantes Deum. Hæc Dionysius ad Stephanum. Ad Xystum autē, qui illi successit, secūdam de baptismo epistolā idem dedit, Stephani & reliquorū iudiciū in ea ostendēs. Scripserat namque Stephanus prius de Heleno & Firmiliano, omnibúsque finitimis populis, se cum illis non cōmunicaturum, eā ipsam ob causam, quòd hæreticos rebaptisarēt. Et cōsidera, inquit, magnitudinem rei. Certum enim est, de ea in maximis Episcoporum cōuentibus, vt audio, decreta esse facta, videlicet: vt qui ex hæreticis per pœnitentiā cōuertuntur, primùm de recta fide per catechesin instituantur, deinde abluantur, veteris & impuri fermenti deponētes sordes. Et paulo pòst: Quin & dilectis nostris cōpresbyteris Dionysio & Philemoni, qui ante hac suffragatores Stephani fuere, quum ad me de hisce rebus scripsissent, prius quidem paucis, nunc autem pluribus respondi. Et de baptismo nunc hactenus. De hæresi autem Sabellij, quæ tum emergebat, mentionē faciens, De dogmate, inquit, quod Ptolemaide, quæ vna ex quinque ciuitatibus est, recēs orto, impio prorsus, quippe quòd multam blasphemiam in omnipotentē Deum, patrē Domini nostri Iesu Christi, multā infidelitatē in vnigenitum eius filium, primogenitum omnis creaturæ, inhumanatum Verbum, insensibilitatē autē Spiritus sancti continer, quū * vtrinque ad me peruenissent, & decreta, & fratres disputaturi, quædam scripsi pro virili mea, Deo suppeditante, explanatius exponēs omnia.

† μηδὲν παραδεδόχθαι τοιοῦτον ἔθος ἐν τῇ περὶ εὐχῆς συνηθείᾳ.

Huic restitit Stephanus Romanus pontifex.

Dionysius Alexandrinus ad Stephanū episcopum Rom. de concordia Ecclesiarum.

Idem ad Xystum Rom. Episcopum, de hæreticorum resipiscentium baptismo.

Idem de Sabellij hæresi. Negauit is Christum filium Dei, & primogenitum omnis creaturæ esse similúque spiritui sancti intellectum ademit.

* ἑλκόντων ἑκατέρωθεν πρὸς ἐμὲ καὶ προγραμμάτων καὶ τῶν διαλεξομένων ἀδελφῶν.

Dionysius etiā in hæreticorū libris versatus

De visione quæ Dionysio apparuit. caput 8.

IN tertia epistola de baptismo, quam ad Philemonem presbyterum Romanum scripsit, hæc refert. Ego verò etiam in scriptis & traditionibus hæreticorū lectione versatus sum opinionibus eorum impurissimis aliquantum animum meum polluens: vtilitatem autem illam ab eis capiens, vt facilius eos apud me ipsum refellam atque repudiem, magísque etiam execrer ac detester. Atque equidem frater quidam presbyter, ab eis legendis me arcebat, quòd vereretur, ne in cœno maliciæ vnà cum illis inuoluerer, néue anima mea noxam & perniciem contraheret. Eúmque quum vera dicere sentirem, visio quædam diuinitùs exhibita, & vox me confirmauit. Diserte namque & clarè mandauit, dicēs: Omnes versato, quos in manus acceperis, libros. disquirere enim, castigare, & explorare omnia potes, quę tibi etiam ab initio fidei complectēdæ causa fuit. Visionem eam accepi Apostolicæ voci congruentem, quæ firmioribus dicit: † Estote spectati atque probati trapezitæ. Deinde quum quædam de hæresibus omnibus dixissem, talia infert.

Ea in re visus est confir-mari.

† γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.

Euseb. lib. 7. cap. 7.

Omnia legito, quæ bona sunt tenetto. Rufin.

De improbo hæreticorum errore & seductione. item de impio eorum baptismo. & quas epistolas ea de re Dionysius scripserit. Cap. 9.

HAnc ego regulam & formā à beato nostro Papa Heracla accepi. Ille siquidem quosdā ab hæresibus reuertentes, quòd ab Ecclesia defecissent, seu potius non defecissent, sed quòd conuenire & communicare quidem nobiscum viderentur, indicari autem fuerant * quendam aliena docentem consectari, qua de causa ab ecclesia erant repudiati, obtestantes eos non prius admisit, quàm publicè quæ ab aduersariis audiuissent, omnia exposuissent. a Et tum primùm ad ecclesiam eos perduxit, nihil prorsus in eis opus esse baptismo alio iudicans: sacrum enim id lauacrū antehac ab eo obtinuerāt. b Ac quæstione hac pluribus tractata, ita infert. Didici illud quoque, non solum nunc Aphricanos hoc perperàm induxisse, sed & ab eis qui dudū ante nos episcopi in frequentissimis ecclesiis fuere, in conuentibus fratrū Iconij & Synadæ, & præterea apud multos ita decretum fuisse. Quorū cōsilium reiectens, in contentionem, & rixandi studium eos coniicere supersedeo. Non enim mouebis, inquit terminos proximi tui, quos cōstituerunt patres tui. Quartam autem quā ad Dionysium Romanum de baptismo dedit epistolā, quum adhuc is in presbyterorum ordine esset, scripsit: quem Dionysium Romanū eximium & admirandum quoque fuisse, satis ex nostri istius Dionysij scriptis colligitur. Porrò in epistola quā ad eū dedit, sic etiam Nouari meminit: Nostrum iustis profectò de causis odimus, qui Ecclesiam discidit, fratrésq; quosdā ad impietatē & blasphemias pertraxit, & impurissimas de Deo doctrinas inuexit. Nam benignissimum Dominum nostrum Iesum Christum, vt immisericordem, more sycophantæ traducit. Ad hęc, sacrum abolet lauacrum, fidem Christianam & confessionem euertit: & Spiritum sanctum ex hominū cordibus, si quā spes esset vt vel in eis maneret, vel ad eos reuerteretur, prorsus propellit. In quinta verò epistola ad Xystū Romanū data, dū multa cōtra hæreticos scribit, eiusmodi quidam sibi accidisse, hisce verbis refert: Sedenim, frater, cōsilio indigeo, & sententiam iudiciúmq; tuū requiro, posteaquā huiusmodi quædā apud nos res accidit: vereor enim, ne hallucinet. Fratribus quippe congregatis, fidelis quidā iamdudum ante

In manus olim communicantibus Eucharistia data.

a ἐπεδήμησεν αὐτοῖς καὶ ἐκκλησίαν.

b ἀνεπόδιστον.

Ecclesiam de-seruit, & ad impietatem & blasphemias pertraxit.

Nouatus Christum Iesum immisericordiā facit.

Frater quidā quinta epistola multa contra hæreticos scribit, eiusque modi quidam sibi accidisse refert.

Humanæ vitiositati.

non rite ab hæreticis baptizatum esse.

Dionysius petitionis sed id non obtinuit.

dum ante meam etiam, imò quoque (vt opinor) ante beati Heraclæ electionem habitus, quum in cœtum nostrum venisset, & eos qui tum baptizarentur videret, interrogationésque & responsiones eorum audiret, accessit ad me flens, seipsúmque complorans, atque ad pedes meos prouolutus: confitens quidem & abiurans baptismum, quem ab hæreticis susceperat, non talem eum esse prorsus, neque quidquā cum hoc habere communionis dixit, quin etiam blasphemiis illum refertum esse asseuerauit. Animā verò suam admodum compunctam esse, séque nō audere oculos suos ad Deum, propter nefariā impuritatem scilicet dictorum factorúmque illorum quib. initiatus esset, tollere dicens, obtestabatur vt reciperetur, & ad puriſſimum baptismi nostri lauacrum gratiámq; admitteretur. Quod sanè ego facere non ausus, dixi sufficere ei tam diuturnam nobiscum communionem, qui gratiarum actione exudita, simul nobiscum Amen accinuerit: quíque mensæ assistens manus ad exceptionem sancti alimēti porrexerit, & id susceperit, corporísque & sanguinis Domini nostri Iesu satis longo tempore particeps fuerit. Proindéque minimè faciendum putaui, vt hæc denuò à principio retexerem atque renouarem. Bono autem animo eum esse iussi, & confidere, firmáque fide & conscientia bona ad communionem sanctorum mysteriorum accedere. Ille autem neque luctui modum fecit, neque præ timore & tremore ad mensam accessit. Atq; ægrè tandem eò est cohortationibus perductus, vt orationibus assistere sustineat. Alia quoque extat ad Xystum epistola, in qua multa de hac quæstione verba facit. Itidem & alia de Luciano, & de quæstione eadem ad Dionysium Romanum epiſcopum data. De Dionysij epistolis in causa baptismi satis.

B

In manus olim communicantibus Eucharistia data.

De persequutione Valeriani: & quæ tum Dionysius Alexandrinus episcopus passus sit. Caput 10.

VAleriānus post Gallum imperio susceptō, primùm clemens & bonus visus est, atque erga homines Dei benevolus atque benignus. Neque enim alius quisquam, qui ante eum fuerant Imperatorum, in illos propensior humaniórque fuit, ne illi quidem qui manifestò Christianissimum erant complexi. Adeò se ab initio mitem & placidum nobis præbuit. Tota namq; domus eius, diuini numinis cultoribus plena erat: eáque prorsus nihil aliud quàm Dei ecclesia esse videbatur. Sed enim magorū Aegyptiorum sectæ princeps & doctor, imposturas & præstigias magicas docens, ei persuadet, vt sanctos viros non tantū domo sua exigat, & quam longissimè repellat, sed ferro quoque tollat, vt qui artibus incantationibúsque illorum obsisterent & resisterent. Restabant enim adhuc, qui perniciosorū pestiferorúmque dæmonū actiones vitas tantùm aut auditas reprimerent. Talibus igitur consultoribus vsus, Christum confitentes crudelissimè persequutus est: & ad scelératissima sacra animum adiiciens, impias obtulit victimas, pueros miseros occidēs, infelicium parentum liberos inhumanissimè sacrificans, recens edita viscera diuidens, & creaturas Dei in minutissimas partes concidens. Atque his rebus

Licin. Valerianus Galli Imperatoris successor, christianos primùm fautor exiit.

Seductus deinde à magis Aegyptijs, ad nefanda est delapsus sacra.

Humanæ vitiositati.

D

Idem acerrimus Christianismi hostis et persequutor. Æmilianus Aegypti præfectus.

Fuit is ex vrbe Rom. fræter. Euseb. lib. 7. cap. 11.

Dionysius cum quibusdā fratribus apud eū præfectum causam dicit.

Idem semel atque iterum relegatur.

fratres, exilij eius comites & socij.

Reperitur hæc scripsum apud Euseb. lib. 7. cap. 11.

De martyribus Cæsareæ Palestinæ. cap. 11.

DVAleriana autē persequutione plurimi quidē alij martyrij coronam tulerūt. Cæsareæ autem Palæstinæ, tres fortiter cum laude magna confessionem Christi perferentes, in diuino decurrere stadio, ad bestias damnati. nomina eorū sunt: Priscus, Malchus, & Alexander. Ij dicuntur in agro habitantes, seipsos vt segnes & ignauos, in re omnium pulcherrima accusasse: quòd scilicet diuinis propositis præmijs, per socordiam ea arripere negligerent: martyrij coronā designantes. Itaque re sic pulchrè deliberata, confestim festinabundi Cæsaream contenderunt, & apud iudicem de professione Christi, quæ opus erant, dixerunt: ac mox bestijs obiecti, felicem fūnt consequuti finem. In eadem vrbe fœmina etiam quædam Marcionis sequuta hæresim, vt fertur, eodem est certamine defuncta.

Martyrium Priscī, Malchi, Alexandri.

Fœmine item Marcionis hæresim sim sequutæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pace sub Gallieno: & epistola eius quam pro Christianis edidit, & qualis is fuerit. Cap. 12.

Valerianus in Rhetia à militibus, Galienus eius filius Romæ à Senatu Augusti creati, aquis potestate imperiū obtinuerunt. Galieni pro Christianis rescriptum.

VAlerianus autem ad eum modum transuersim raptus, non diu persequutionem cōtinuauit. A barbaris enim captus, & in seruitutem redactus, imperium ad filium Galienum trāsmisit. Qui pro humanitate sua statim edictis promulgatis, Christianorum persequutionem inhibuit, liberiúsque Verbi antistitibus stata solitáq; officia sua peragere permisit. Literæ eius in hæc ferè verba sunt conceptæ. Imperator Cæsar, Publius Licinius Galienus, Felix. Pius, Augustus: Dionysio, Pinnæ, & Demetrio episcopis. Officium & benignitatem liberalitatis meæ per terrarum orbem omnem produci imperaui, vt ex locis omnibus, in quib. piè diuina coluntur, decedatur. Quapropter & vos rescripti mei exemplo vti potestis, vt ne quisquā vobis sit grauis & molestus: & id quoad eius fieri potest, à vobis adimpleatur, quod à me dudum est permissum. Itaque Aurelius Cyrenius summi † ordinis præfectus, constitutionem à me promulgatā seruabit. Circumfertur etiam alia eius constitutio ad Episcopos alios data, per quā, vt Christiani loca cœmiteriorum suorum reciperent, permisit. Talis quidem Galienus fuit. De quo Dionysius hæc quoque refert. Atque ille *a* eorū qui ante se fuerunt Imperatorū, *b* hunc quidem deserens atque destimēs, *c* illum verò cum impetu inuadēs, cum omni genere suo funditùs statim disperiit. Declaratus autē, communibúsque suffragiis ab omnibus renunciatus est Galienus, vetus simul & nouus Imperator. Quū enim ante eos fuisset, post eos quoq; existit. Iuxta id quod ad prophetā Esaiam est dictū: Quæ à principio fuere, ecce veniunt, & noua sunt quę nunc exoriūtur. Quē admodum enim nubes radios solis subiēs, & ad breue tempus eum vmbra obiecta obscurat, & præ eo prominet: deinde vel præterеunte vel euanescente nube, sol siue subortus seu præortus resplendet: ita Macrinus imperium Galieni, cui præfectus fuerat, per tyrannidē inuasit. Atq; ille quidem nunc nō extat, quando quidem nihil erat: hic autem indē, vt antea fuit, constat: & imperiū eius, perinde atque senium deposuisset, & adhærens sibi vitium repurgasset, floridius etiā nunc viget, lōgiúsque multo vbique spectatur, auditur, frequentatur. Hæc de illo Dionysius.

Τάγματος, Nicepho. πράγματος Euseb. lib. 7. cap. 13

cœmiteria Christianorū. a Macrinum siue Macrianū designat. b Galienum. c Aureolum.

* *Valerianus in Mesopotamia à Persarum rege superatus, mox etiam captus, apud Parthos in seruitute consenuit. Et quàm diu vixit, rex eius prouincia, ceruici eius insidens, equum conscendere solitus est. Eutrop. Idem Tammerlanes Scytha in Baiazethe Turca fecit.*

Galienus imperauit annos sex cum patre Valeriano, nouem solus. Eo tempore multi in diuersis prouinciis per seditionem creati imperatores, in quibus Macrinus fuit, qui in Illyrico vnà cum filio est interfectus. Odenatum autem ipse Galienus consortem imperij fecit, &c.

† *Macrianus, Galieno negligentius rēpub. administrāte, imperiū in Oriente arripuit: deinde in Illyrico cū Aureolo, qui & ipse cōtra Galienū imperiū sumpserat, duce Domitiano manū cōseruit. Sed victus cum filio Macriano est, & exercitus omnis Aureolo dedit us. Vterque etiam et pater et filius cæsus, sicuti et alter filiorū eius ab Odenato in Oriēte est interēptus. Iul. Capitol. in Galieno.*

De Marino Cæsariensi martyre. Cap. 13.

Martyrium Marini militis.

EO tempore, quum pax vbique esset, Cæsareæ Palæstinæ Marinus quidam opibus, genere & dignitate clarus, pro Christo capite plexus est, per talē causam. Vocabat eum disciplinæ militaris ordo ad honorem, Romanorū more, maiorē, gradúmque dignitatis altiorē. † (vitem vocabant: & eam qui consequebantur, Centuriones fiebant). Et iam honorem talem receperus erat, quum alius æmulationis studio ad tribunal procedit, miniméque cōuenire criminando asserit, vt is Romanā dignitatē consequatur, qui Christianus sit. & Imperatoribus non sacrificet: proindéque ordinem eū sibi potius deberi contendit. Ibi Achæus iudex id iniquè tulit, Marinúmque an in sententia perseuērare pergeret, interrogauit. Atque vbi constantem eius in Christum animum, firmámque affectionē vidit, tres ei ad deliberandum extra iudiciū cōcessit horas. Atque eum sic exeuntem, Theotecnus eius loci episcopus manu apprehensum, in ecclesiam deducit, sermonésque cum eo quos opus erat, cōfert. mox etiam in sacratiorem templi locum admittit, tumeáq; eius deducta, ensem quo accinctus erat, ei demonstrat, simúlque sacrū Euāgelij librum productum in medio proponit: optionémque ei vt vtrum vellet, acciperet, permittit. Porrò, postquam ille statim dextram ad librum ipsum accipiendum extendit, precatione martyrem armatum producit, eumque vt magis Deo obtemperādo quàm hominibus adhærerer, cohortatur. Facile enim eum ab illo confortatum, quæ maximè desideraret, consequuturum esse. Illúmque sic cum pace dimittit. Atque vbi constitutum vocaret tēpus, & præco martyrem rursum citaret, assistens ille, maiorémque quàm antea pro Christo alacritatem ostendens, extemplò inde ad mortem est abductus, & truncatus.

Martini militis. Spartianus in Hadriano vitam pro centurionatu dicit.

De Asterio, & admiranda fidémque omnem excellentes res per eum gesta historia. Cap. 14.

Asterius senator Rom. corpus Marini magnificè sepelit.

VErumenimuerò Asterius, vir apprimè Dei amans, Senator Romanus, claro loco natus, copiosus, & magno ab Imperatoribus in precio habitus, proindéque propter nobilitatē & opes nemini ignotus, morti martyris affuit: & mox pretiosis allatis vestibus, sacrum illud tabernaculum in humeros sublatum, & (sicuti decebat) inuolutum, sanè quàm splendida & magnifica dignatus est sepultura. Huius viri alia quoque plura sunt memoratu digna facinora. Quod verò is Cæsareæ Philippi, quam Phœnices Paneadem vocant, fecit, referre in historiam nostram non intempestiuum est visum. Propinquum ei vrbi montem esse ferunt, qui Panius dicitur. ad radices eius fontes sunt vberiores, vnde etiam Iordanem profluere dicunt. In eos fontes, patrio quodam more accolæ celebri festóque die congregati, victimā dæmoni nescio cui proiicere solebant. quæ quòd mirificè detrepentè vi & opera efficacis illius dæmonis disparebat, pro miraculo ingēti vbiq; ea res est celebrata. Et quum aliquando ibi adesset Asterius, simúlq; id quod fiebat videret, hominésque eo cōsternari animaduerteret, miseratus primùm errorē eorū: deinde sublatis in cælum manibus,

Idem Asterius Cæsareæ positum dæmonis miraculū cohibet & abolet. Iordanis fontes.

manibus, eorum omnium Deum inuocat, vt quum seductorem populi dæmonē illum aquis innatantem dispelleret, tum fraude & errore tāto miseros illos liberaret. Et ille quidem sic orabat: confestim verò hostia illa subnatās emersit. Ita miraculum id, hominúmque de eo portentosa opinio, adeò est sublata, vt deinceps nihil quicquam eiusmodi in eo loco sit factum.

Throni Iacobi fratris domini.

De statua domini nostri Iesu Christi in Paneade, & ea quæ ad hanc statuam cruent herba. Cap. 15.

Mulier sanguinis profluuio laborans in Euangelio, Cæsariensis fuit. Ea monumentū & statuam Christo Cæsarea pro odium suarū feribus erexit.

QVandoquidem autem Paneadis meminimus, nec aliam quandā historiam prætermittendam esse duximus, dignam illā quæ fit in ore omnibus. Ex hac enim vrbe fama fert ortam fuisse mulierem illam, quā sanguinis profluuio laborantem, fimbriæ Christi adtactu sanationem rapuisse, diuinorum Euangeliorum testatur scriptura. Ibi domus quoq; eius magnifica adhuc visa est, simúlq; admirandū tropæum & monumentum collati in eam beneficij Seruatoris permāsit. Pro foribus namque domus eius in columna quadā æreā duæ statuæ stabant sublimes: quarum altera, genibus flexis, manibúsq; protensis, fœminæ habitu supplicanti, faciē præ se tulit: altera autē ex aduerso collocata, directo viri statu, diploide cum decenti quādā grauitate amicti, manum inclinatæ fœminę porrigere visa est. Ad huius pedes in statuæ ipsius basi herba excrescere, quę quum ad fimbriā æreæ diploidis pertigisset, non altius progrediebatur: eámque veluti sacram fimbriam tangens illa, præsens aduersus omne genus morborū auxilium habuisse dicta est. Statuam porrò istam à muliere illa sanguinis profluuio laborante, ad Christi formā & habitū cōflatam esse, vera certáque, quæ ad nos peruenit, historia tradidit. Atque ea ad Iuliani vsque tempora perduranit. Neque adeò mirum videri debet, qui aliquid beneficij olim à Seruatore nostro accepere, eos per eiusmodi monumēta grati ergo eum animi memoriā reliquisse.

Sub ea statua herba ἀλεξιφάρμακος excrescit. Euseb. lib. 7. cap. 14.

Vsus sacrarum imaginum.

Lucas eas primus pinxit.

De figura & forma sanctorum Apostolorum, & de throno Iacobi fratris domini. Cap. 16.

QVum etiam sanctorum Apostolorū Petri & Pauli, ipsiúsque adeò Christi, & quæ eū supra naturæ captū mirificè genuit Virginis matris, coloribus adumbratas imagines plurimas ad hunc vsq; diem conseruatas esse norimus. Ac Lucas quidem Apostolus primus ipsas accuratè, opus id exorsus, manib⁹ suis depinxit: deinde verò ex veteribus alij quoque viri, pro eo atque par erat veluti seruatores suos in signis & picturis seruantes, idem fecere: ethnica quidē illi fortasse consuetudine ducti, & morem eum colere soliti, absque tamen necessaria * obseruatione obtinere id tradiderunt. Sed ecclesia inde acceptum magis ac magis adauxit, (prouidentia Dei curāte atque disponēte) non modò effigies & statuas, verumetiam vestes, baculos, & lectos sanctorum illorum virorum cōseruans, ad memoriam eorum sempiternam. Sicuti & Iacobi thronum ad multa tempora seruatū esse scimus, quem fratrē ipsum Domini, primum Hierosolymorum episcopum, ab ipso Christo & Apostolis creatum esse, sacra monumēta tradidere. Venerati sunt enim hunc successores eius, asserua-

* ἀπαραφυλάκτως οἱα αὐτῆς. Nicephorus. ἀπαραλλάκτως Eusebius vt supra.

Vsus defunctorum sanctorum monumētorum.

Gregorius episcopus Neocæsariensis Mirificus.

Gregorio miraculis claro, vt ea ætate floruerit. Caput 17.

GAlieni rēporibus simul & doctrina & miraculis ingentibus floruit Gregorius, cum fratre Athenodoro ecclesias in Ponto gubernans. Ipsi autem Neocæsariensis obtigerat episcopatus, & ab efficacia miraculorū edendorum cognomen * Mirifici. Græco autem patre genitus, in fide maximè profecit: & Alexandriæ Origeni operam dans, sacras atque profanas literas summè addidicit. Vbi meretricula, quæ calumniæ causa ad eum venerat, à dæmone correpta, per orationē eius sanationē est cōsequuta. ** ecclesiæ autē præfectus, quum Phædimus ei Amasanus episcopus manus imposuisset, a rupē ingentem collis instar, quum ad eam esset perdu ctus, oratione sola mouit, & in aliū transtulit locum. Deinde sacerdotem profanum templi custodem, † electo atque recepto dæmone, ad Christi fidem pertraxit. Et lacum quendam, de quo fratres duo ingēti contentione decertabāt, siccum aridúmque reddidit. Præterea Lyci fluminis vndas perniciosas repressit, scipione suo defixo, qui hucusque in ingentem excreuit arborem, & à viatoribus ibi cernitur. Iudæum quendā, qui mortuum se esse simulauerat, reuera mortuum effecit. Et quum eum aliquando quidam persequerētur, in arborem transformatus, ita orationi intendens constitit, vt à nemine videretur. Pestilentiam infidelibus conciliauit: & fœminam quandam, quæ ad fidem accesserat, à morte liberauit. Huic Dei mater apparens, per Ioannem Euangelistam, professionem fidei nostræ, *b* quantum ad Theologiam & diuinitatis rationem pertinet, scriptam exhibuit. Ad multam autem peruenit senectutem, & ad Diocletiani vsque tempora duranit, gratiarum actionis voces edere solitus, quòd vrbem frequentissimam, & infidelitatis plenissimā, ad contrariū professionis fidei redegisset statum. Quantum enim ibi eorum aduenies repererat, qui ante se fidem receperant, tantum eorum qui in infidelitate perseuerarent, moriens numerum reliquit. Hæc breuiter & compendiosè de admirando Gregorio sint dicta.

Gregorius Mirificus. a Quum ecclesia in quodā loco arctissimo inter montem & fluuiū posito construi deberet, & spacium sufficiens non esset, ipse sancto in orationibus pernoctāte, mane facto, inuenta est vapes tanto spacio lōgior essi, quantum erat competens pro ipsa ecclesia fabricā da. Hier. de viris illustr.

* *Euseb. Flauium habet lib. 7. cap. 25. Rufinterprete.*

† ἐορταζόμενος.

b Theologia hæc reperitur apud Rufinum, eccles. hist. Euseb. 2. lib 7. cap. 25. c Imò etiam eius miracula sub Constantino Magno referuntur infra lib. 8. cap. 15.

De Dionysij festis epistolis. caput 18.

DIonysius autem Alexandrinus, nondum pace ecclesiis à Galieno reddita, ad eas quas diximus de pœnitentia & baptismo, alias quoque de Paschate † festas cōposuit epistolas. Quarū vnā quidem ad * Flauianum dedit: alia ad Didymū & Domitiū, in qua etiā octo annorū cā nonē exponit, nō aliàs quàm æquinoctio verno Pascha celebrari oportere asserues. Aliā rursus ad

Dionysij Paschales epist.

† ἑορταζόντων.

* *Euseb. Flauium habet lib. 7. cap. 20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alf, post equinoctiū verum. μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν. *Ibid. Idem ab exilio Alexandriam reuertitur.*

presbyteros Alexandrinos, atque diuersas alias A ad alios scripsit. Pace porrò exorta, ab exilio Alexandriam rediit, ibi seditione & tumultu ciuili excitato, quoniā Episcopali munere suo fungi non potuit, fratribus scilicet in alterutram partē factionis inclinatis, ipsis Paschæ feriis ex ipsa Alexandria veluti exul per literas cum eis est collocutus. Dedit quoque ad Hieracem Aegyptiū episcopum festas siue Paschales literas, in quibus seditionis Alexandrinę mentionem faciens, ad hunc modum scribit.

De seditione populi Alexandrini. caput 19.

Paschalis Dionysij ad Hieracem episcopum Aegyptium epistola, de calamitatibus Alexandrinæ urbis, propter seditionem ciuilem.

QVid ego admirer difficile esse, cum eis qui magna locorū intercapedine à nobis sunt diuisi, per epistolas agere? quum in dubium venerim, quomodo ipse mecum colloquar, & ipse animæ meæ cōsulam? Ad ipsa enim viscera mea, B hoc est, ad fratres qui eiusdem sunt cōubernij, eiusdem animi, eiusdem vitæ instituti, & eiusdē ecclesiæ, epistolis opus est: eāq; quomodo perferri curem, durum & propè impossibile est. Facilius namq; aliquis nō dico in longinquū exilij locum, sed ab Oriente ad Occidentem trāsierit, quām Alexandriam ex ipsa Alexandria peragret. Longè quippe solitudine illa deserta atq; inuia, quam duabus ætatibus seu generationibus filij Israel pertransierunt, periculosior & impeditior est mediæ ciuitatis via: & mari item illo, quod illi diuisum, & in parietum formam redactū, latè habuerunt peruium, in quorum etiam quasi publica via Aegyptij sunt submersi, quieti & tranquilli portus nostri facti sunt procellosiores: ita vt frequēter propter eas quæ in illis fiunt cædes, rubri maris speciem præbeant. Quj verò per vr- C

Cædes in vrbe & portubus. Nilus exiccatus.

bem ipsam profluit amnis, aliquando quidem solis illis & inaquosis locis, per quos Israel incedens vsque adeò siti est pressus, vt ad clamorē & vociferationē Mosæ, ab eo qui solus admirāda facit, ex altissima & durissima rupe vnda proflueret, visus est multo aridior fuerior q. Aliquādo autem in tanti exundauit, vt vicinam regionē vniuersam, viásque & agros omnes diluuio obruerit, eámq; quæ sub Noe fuit, se aquæ inūdationē adductūrū esse minatus sit. Sēper equidē cruore, cædibus ciuiúmq; submersorū suffocationibus infectus fluit, & contaminatus: quasi ille Pharaonis per Molen in sanguinē cōuersus, & sanguinem olens fuit. Quæ verò fluminis eius quod repurgat omnia, reperietur expiatrix vndā? Quomodo etiā immensus & hominibus impermeabilis Oceanus, huic superfusus, amarū hoc deterget atque abolebit pelagus? Aut quomodo ingēs ille fluuius ex Ēdem, in quatuor ad quæ est designatus regna profluēs, si in vnā terram Gæon traducatur, cruentam abluet famem? Quomodo denique aer, à cladium vbiq; tantarū impurissimis exhalationibus infectus atq; pollutus, purgabitur? Tanti à terra vapores, à mari vēti, à fluuiis aurę, à portubus crassiores nebulę feruntur, vt tabescētibus ac diffluētibus, in omnibus subiectis elementis, cadaueribus, cruore roret. Et admirantur adhuc & dubitāt, vnde cōtinuæ proueniant pestilērię, vnde graues morbi, vnde omnis generis calamitates, vnde tot & tā varij hominū interitus? Quid ita tā ampla ciuitas, non tam frequentes tā habeat incolas, si eos

Idem diluuio exundans.

Idem sanguinolentus.

Aeris infectio.

Pestilentiæ.

ab infantibus ipsis vsq; ad senes decrepitos re- a ὁμογήρεως.
censeas omnes: quàm antea corū tantum, quos a crudæ senectutis vocabat, fouit? Aliorū porrò à quadragenariis vsque ad septuagenarios tanta antehac fuit multitudo, vt illorū numerū nunc non suppleāt quum eis accesceantur & attribuātur, ad publicā percipiendā annonam, qui quatuordecim annorū sunt, vsq; ad octogenarios. Sic qui olim erant decrepiti, eorū nunc quasi b æquales sunt facti, qui e vultu maximē sunt iuuenili. c Et quū in terris semper diminui atq; cōsumi genus hominū cōspiciāt, internecione omniū indies gliscēte atq; grassante nō cōtremiscūt.

Hominum Alexandriæ mira paucitas.

De pestilentia saeuissima, quæ Alexandriæ est grassata. caput 20.

POst seditionem autem pestilētia admodum in vrbe sæuit. Et quum Paschalis dies pro forib. esset, ad fratres scripto verba faciens, contagiosi morbi erumnas huiusmodi ornauit verbis. Aliis equidē hominibus, vt nunc se res habent, non videatur esse festi diei celebrandi tempus. Neq; adeò illis est vel tale, vel aliud quodpiam, non † luctuosum dico, sed quod & lic & videatur maximè lætum. Nunc sanè lugent omnia, mœrent omnes, & relonant per vrbem ēlatus, propter tantam mortuorum & quotidie morientium multitudinē. Sicuti enim de primogenitis Aegyptiorum scriptū est, sic nunc quoq; ingens est clamor. Non enim est domus, in qua non reperiatur mortuus. Atque vtinam non reperiretur. nam & eis quæ hæc præcesserunt temporibus, permultas & graues perpessi sumus calamitates. Et quum soli nos ab omnibus afflige- C remur & necaremur, nihilominus tamen tum quoque festos egimus dies: & omnis cuiuslibet cladis locus, conuentus agendi nobis præbuit commoditatem: ager, solitudo nauigium, publicum diuersoriū, carcer. Omnium autē lætissimū Pascha egerunt, perfecti, qui in cœlo conuiuantur, martyres. Post eas clades bellum & pestilē tia irruit, quæ vnà cū gentibus pertulimus mala. Et soli nos quidem, quæ nobis sunt illata detrimenta sustinuimus: vnà cum illis autem, quę inuicem ipsi inter se vel fecerunt, vel perpessi sunt, per tumultum scilicet, tolerauimus dispēdia. sed Christi rursum exhilarati sumus pace, quā solis nobis concessit. Quum verò paululum admodū & nobis & ipsis datū esset, vt respiraremus, contagiosa hæc lues vrbem inuasit: res metu omni illis horribilior, & erumna quauis calamitosior: D &, vt quidam eorum dixit historicus, a clades vna opinione & spe omnium ** maior:

Christiani in persequutionibus & erumnis suis quæ etiam lætos dies festosque celebrarūt. videm cladib. quas sibi ipsis inferebant ipsi exercuerunt. perfidiam, patrem. pestes. perfecti martyres. pax Christi.

a θερμότερα.

μόνοις δὲ τοῖς παυσαμένοις τῇ τῶν ἀνθρώπων κτείνῃ νόσῳ.

** *pestis ista & lues, quæ horribilis & feralis videtur, explorat iusticias singulorum, & mentes humani generis examinat, an infirmis seruiant sani, an propinqui cognates piè diligant, an misereantur seruorum languentium domini, an deprecantes ægros non deserant medici: an feroces violentiam suam comprimant, an rapaces auaricia furentis insatiabilem semper ardorem vel metum mortis extinguāt, an cerucem flectant superbi, an audaciam leniant improbi, an pereuntibus charis vel sic aliquid diuites largiantur & donent sine hærede morituri? Exercitia sunt nobis ista, non funera, dant animo fortitudinis gloriam, contemptu mortis præparant ad coronam. cypri. in ser. de mortalit.*

nobis

nobis verò haud quaquam talis, sed non mi- A opinionem suam se confirmaturum esse opinaretur librum composuit, cui titulū Confutationis indidit. Cui Dionysius in eis quos diximus libris respondens, in priore quidem sententiam suam de illius dogmate exponit, in posteriore autē de Apocalypsi Ioannis agit pluribus. Quādoquidem, inquit, scriptum quoddā proferunt Nepotis, quo valdè nituntur, veluti certo & irrefragabiliter ostendente atque probente, regnum Christi in terris futurum: in aliis quidem multis Nepotem recipio & complector, propter fidem, tollerentiam laboris, scripturārū lectionē, & frequentes psalmodias, quibus huc vsque multi delectantur fratres, hominemque ipsum obseruo. Deinde progressus infert. Sed enim si quid rectè dictum sit, laudare id conuenit. Rursum, verò si quid secundum sanā doctrinam non sit scriptum, id castigare oportet. Ac si quidem ipse adesset, satis esset rationū in colloquio, per interrogationem & responsionem, ad B persuasionem & conciliationē eorum quę inter se opponuntur. Quum autē scriptum eius satis ad persuadendum compositum in hominum sit manibus, quo scripto legi & prophetis conticiatur, Euangelia nihil esse dicatur, & Apostolicos libros tanquam nullius precij eleuaetipitum autē perinde atque occultum & arcanum mysterium celebratur, simpliciorum fratrum animos nihil permittens magnum & sublime de certa, vera & glorioſa apparitione Christi, aut de nostra à mortuis resurrectione, atque ad ipsam aggregatione & assimilatione, sed humilia quædam & caduca, qualia præsentis vitæ sunt, sapere & sentire: perquam est necessarium, vt veluti cum præsente fratre nostro Nepote differentes agamus. Deinde commemorat, se † in Arcenoite fuisse, vbi huiusmodi emersit hæresis: ibique omnib. Ecclesiasticis atque aliis item viris præsentibus, tribus continuis diebus de Nepotis doctrina, libro eius proposito, disseruisse. * Fratrúmque stabilem ac decentem morē admiratur, qui ritè atque ordine responsionibus assensiones approbationesque suas accommodarint: neque contentiosè defendere præsumpserint, quæ semel apud se constituissent: neque obiectiones legiti mas intermiserint, veritatē illi cognitam (quod pudore quodam aliqui, quum conuincuntur, non faciunt) profitentes: bonáque conscientia, quæ autoritate diuinarum literarum probatē essent, citra simulationem & dissimulationē, cordibus ad Deum simpliciter compositis, suscipientes. Addit præterea, vt etiam eius loci doctor Coration dictus, vocibus eis quæ contra illius opinionem prolatæ fuerāt persuasus, præsentibus omnibus receperit, veritate iam abundē fatis perspecta, tibi de cætero nihil futurum cum Nepote negotij, neque mentionem se eius facturum neque doctrinam promulgaturū. Alios quoque fratres dicit lætos delectatosque esse dissertationibus eis, atque cōmuni omniū conciliatione & consensu.

a Pestilentiæ & erumnæ aliæ infidelibus pro extremis malis sunt: christianis autem, patientiæ exercitium, & pietatis probatio.

b Quales se olim Christiani pestilentiæ tempore inter se inuicē esse runt.

† φιλόφρονος.

c Quales quoque infideles.

Dionysij scripta.

Dionysij, de hæresi Nepotis. Error & fabula Chiliastarum.

Dionysius adpud Arsinoen oppidum de Nepotis dogmate disserat, hæresimque eā accellit. Optimus demas intermiserint, rebus factis, pudore quodam aliqui, quum conuincuntur, in conuentu non faciunt publico disputandi processus. Euseb. lib. 7. ca. 24.

† *Autore Plinio lib. 5. cap 9. inter reliquas multas Aegypti præfecturas, quas nomos vocant, Arsenoites numeratur: ab Arsinoe oppido sic dictus, quod Ptolemæus Philadelphus sub nomine sororis suæ, quæ ita nominabatur, condidit. eidem, antè qui Arsinoen præterfluit, Ptolemæum appellauit. plin. lib. 6. cap. 29.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid Dionysius Alexandrinus de Apocalypsi Ioannis scriptum reliquerit. Cap. 22.

Dionysius de Apocalypsi Ioannis.

DEinde de Apocalypsi Ioānis sententiā suam profert, quæ omnia quamuis sint longiora, tamen necessariò verbis ipsius commemoranda putauī. Nonnulli eorum, inquit, qui eos præcesserunt, aboleuerunt, & restituerunt rursum librum ipsum, atque eum redegerunt, vt cognosci non posset, & nulla ratione compositus esse videretur. Falsam quoque inscriptionem habere dixerunt: neque enim Ioannis esse, neque reuelationem vllam habere, qui tam magno & crasso obscuritatis velo coopertus esset: & non modò non ab Apostolo quopiam, sed ne à sancto quidem aut Ecclesiastico viro editum esse.

Cerinthus Φιλοσώματος & Φιλόσαρξ.

Cerinthum autē, qui eius quæ ab eo Cerinthiana dicitur hæresis auctor est, voluisse celebri nomine fide dignam autoritatem figmento suo parare. Hoc enim esse professionis suæ dogma, regnum Christi terrenum futurum: & quas ipse corporalis admodum & carnalis concupiuerat res, in eis spem esse, vitā veluti in somnis traductum iri, in ventris scilicet & eorum quæ sub libidine & vbertate: hoc est, cibo, potu, cōnubio, & (vt absurditatem tantā speciosis ornaret verbis) diebus festis, sacrificiis, & victimarum mactationibus. Ego verò abrogare librum eum, quem fratres multi studiosè legunt, non ausim: maiorem autem quàm pro tenuitate mea decet, de eo concepi opinionem. Nam etsi non intelligo, suspicor tamen altiorem secretiorémque in verbis eius latêre sensum, eúmque longè sublimiorem, quàm vt à me percipi queat. Id quod nō arbitrio meo iudico, sed fidei magis tribuo. Non reicio quidem quæ non perspicio, magis autē admiror quod non intelligo. Post hęc scriptura reuelationis omni diligentius & exquisitius perpensa, fieri non posse demonstrat, vt facile quis sententiam eius assequatur, ac deinde referri: Absoluta verò, vt ita dicā, prophetia vniuersa, beatos propheta renunciat, qui eam seruauerint, séque adeò ipsum. Beatus enim, inquit, qui seruat verba prophetiæ libri huius: & ego Ioannes, qui hæc & vidi & audiui. Vocari quidem Ioannem eum & Ioannis esse scriptum id, non repugno. Et sancti alicuius ac diuinitùs afflati viri esse assentior: non facile tamē Apostoli esse cōcesserim, filij Zebedęi, fratris Iacobi, cuius Euangelium est quod secundum Ioannem inscriptum est, & epistola Catholica. Coniecturam autem facio, ex vtrorumque scriptorū more & indole, ex verborum forma, & ex ipsius libri ductu, illius non esse. Ac Euangelista quidem nusquam nomen suum ascribit: neque seipsum vel in Euangelio, vel in epistola deprædicat. Et paululum progressus, rursum inquit: Ioannes quidem nusquam, neque tanquam de alio, neque tanquam de seipso, qui verò Apocalypsim scripsit, statim à principio seipsum præponit: Apocalypsis Iesu Christi quā dedit illi Deus, palàm facere seruis suis celeriter, & significauit mittēs per angelum suum seruo suo Ioanni qui testimonium perhibuit Verbo Dei, & testimonium eius quæcunque vidit. Deinde etiam epistolam scribit: Ioannes septem ecclesiis in Asia, Gratia vobis & pax. Euangelista autem, neque in Catholica epistola nomen suum præmisit, verùm † ineffabili quodam modo ab ipso statim arcano mysterio diuinę reuelationis est exorsus: Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris. Cuius reuelationis nomine etiam Dominus beatum deprædicauit Petrum, inquiens: Beatus es tu Simon Bariona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Quin neque in secūda, quæ fertur, neque in tertia Ioannis, quantumuis breuibus epistolis. Ioannes nominatim præponitur: sed sine adiectione nominis, presbyter scribitur. Iste porrò non satis habuit, vt semel nomine suo edito, consequentia exponeret: sed id reperit itidem. Ego Ioannes qui vidi & audiui ista. Deinceps indicat, Ioannis quidem esse scripturam eam, illi cognominis sed non dilecti illius: & per coniecturam esse arbitratur Asiatici Ioannis, qui cognominatus est presbyter, de quo priùs diximus, videlicet quòd duo monumenta, idem Ioannis nomen habentia, Ephesi monstrentur. Multi enim, inquit, propter suam in apostolos † propensionem & affectionē, nomina eorum libris suis imponebant.

ἀπορρήτως.

σχέσιν.

Quibus rationibus idem asserat, Apocalypsim non Ioannis Euangelistæ, sed alterius cuiusdam Ioannis esse. Cap. 23.

OStendit quoque ex compositione dictionis sententiis, & verbis ipsis alium esse, quàm Ioannem Euangelistam, eius libri autorem, ita scribens. Consona enim sibiipsis sunt Euangelium & Epistola, & simile habent initium. Illud enim dicit, In principio erat Verbum. hæc autem eadem † pauxillum mutata: Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ cōtrectarunt de Verbo vitæ, & vita manifesta est. Hæc enim verba veluti * præludens premittit, contra eos contendens, sicuti in sequentibus ostendit, qui dicebant, Dominum in carne non venisse. Quapropter accuratè & apositè connexuit, Et quod vidimus & annunciamus vobis: ex ipso nimirum continuè dependens, & à proposito non digrediens. Et sic per eadem rerum capita & nomina, omnia persequitur: quorum aliqua nos compendiosè commemorabimus. Qui verò attentè ea leget, in vtriusque inueniet, multam vitam, multam lucem, derestationem tenebrarum, perpetuam veritatem, gratiam, gaudium, carnem & sanguinem Domini, iudicium, remissionem peccatorum, Dei in nos dilectionem, fraternæ inter nos charitatis mandatum, præceptorum omnium obseruationem, redargutionem mundi, diaboli, Antichristi, promissionem spiritus sancti, adoptionem filiorum Dei, fidem quæ per omnia à nobis exigitur. Et quòd pater & filius vbique designentur, quódque omnino per omnia eos vnum atque eundem spectandum cognoscendúmque literis suis proponunt & adumbrant. Euangelij quidem & epistolæ formæ & ideæ propositæ sunt. Peregrina autem & aliena prorsus ab his est Apocalypsis, neque illis cohęrens neque proximè ad ea accedens, ex aliqua parte, quippe quæ, vt ita dicam, ne syllabam quidem communem cum eis habeat. Sed neque mentionem vllam, neque sententiā, vel epistola

Verum sinceri Theologi iudicium. Hoc ata te nostra etiā Laici non faciunt.

Apocalypsim Ioannis Euangelistæ nō esse.

παραπεμπόμενα.

προαναφώνησις τῶν.

Consonantia Euangelij & epistolæ catholicæ Ioannis.

Eorundem materia & argumentum.

Apocalypsi nihil cum eo commune.

vel epistola Apocalypsi, (omitto enim Euangelium, vel Apocalypsis epistolæ habentiquū quidem Paulus, aliquid etiā in epistolis suis de reuelationibus suis ostēdat, quas tamē ipse in scripto peculiare non retulit. Præterea discrimē eloquutionis Euāgelij & epistolæ ad ipsius Apocalypsis ductū colligere & notare licet. Hæc enim non solum non viciosis, iuxta Græcorum sermonem, sed etiā exquisitis & egregiis verbis, syllogismis, cōpositionibus, & interpretationibus scripta sunt. Tantum scilicet abest, vt barbaram in eis vocem aliquam, aut solœcismum, aut omnino rusticitatē reperias vtrunque enim vt videtur, habuit donum, & sermonis & intelligentiæ: vtraque ei à Domino & sapientię & cognitionis concessa gratia. Hunc autem reuelationes quidem vidisse, scientiámque & prophetiam accepisse, non eo inficias: cæterùm in oratione sua eum sermonē Græcum accuratè seruare non video. Nam & rusticis barbarismis, & solœcismis alicubi vtitur. Quę quidem ego, ne quis id existimet, non coniiciandi & reprehendendi animo, neque adeò necessario, sed vt dissimilitudinem tantum scripturarum istarum indicarem atque expedirem, dixi. Atque hæc in posteriore libro Promissionū, cū Nepote congressus, de Ioannis Apocalypsi, Dionysius scripsit.

De aliis Dionysij epistolis, scriptisque eiusdem. Cap. 24

Alia Dionysij scripta.

SVnt & aliæ plurimę diuini eius viri epistolæ: vt contra Sabellium, ad Ammonem Beronicensem episcopum, item quæ ad Telesphorum & ad Euphranorem, & rursum quę ad Ammonē & Euporum est scripta. Composuit præterea in eodem argumento libros quatuor, ad cognominem sibi Romanum episcopū. Insuper aliæ plures sunt epistolę, & orationes prolixę inter epistolas cōnumeratæ: sicuti quas Timotheo puero conscripsit, inscriptionem habentes, De natura. Sicuti etiam est ea quam ad Euphranorem composuit, De tentationibus. Ad Basilidē autē ecclesiarum Pentapolitanarum episcopum scribens, ab initio commentarios se composuisse indicat, in Ecclesiastem. Diuersę etiam ad ipsum datæ epistolæ. Scripsit itidem contra Paulū Samosatenum, & Manetem, qui eo tēpore exiterunt. De eis autem postea dicemus. Quum autē ad multam peruenisset senectutem, duodecimo imperij Galieni anno mortuus est, quo tempore contra Paulum Samosatenū Antiochiæ Synodus est coacta. Quæ verò de Dionysij libris Basilius Magnus ad Maximum philosophum scribat, addendum hisce putaui.

Quæ de Dionysio Alexandrino in quadā epistola scribat magnus Basilius. Cap. 25.

Iudicium Basilij magni de Dionysij Alexandrini scriptis.

QVę inquiris, inquit, Dionysij scripta, plurima ad nos peruenere. Quōd autē librorū eorum copia nobis non est, propterea ad te non misimus. De quibus sic nostra est sententia. Nō omnia eius viri admiramur opera. Sunt etiam nonnulla quæ prorsus abrogamus. Ferè enim impietatis illius, quæ tātopere nunc celebratur, eam dico quæ *κατὰ τὸ ἀνόμοιον*, siue de inæqualitate est, quantum ego scio, ipse primus seminarium præbuit: nō ille quidem improbitatis & sententiæ, sed quòd vehementius aduersus eius oppugnare Sabellij voluerit. Quę ego comparare solimus sum insitori, qui quum incurrum tenellæ arboris statū sedulò corrigere studeat, deinde immodica attractione peccet, & modò excidat, plantámque ipsam in contrariam diuersamque deducat formam. Simile quiddam enim & in hoc viro factū esse deprehendimus. Ille enim acrius impietati Libyci hæretici congressus, non sensit, nimio contentionis studio, se in contrarium ferri malū. Cui satis fuerat ostendere, non idem esse † subiecto ipso patrem & filium, & per hoc * victorię laudem à blasphemo illo reportare. Ipse autem vt apertè admodū & prolixè illum conuinceret, nō tantùm diuersitatem subsistentiarum, verumetiā substantiæ differentiam, & potestatis veluti † remissionem & glorię * mutationem afferret. Ita vt eum per hoc contigerit malum ipsum malo alio cōmutare, & à recta doctrina aberrare. Itaq; in scriptis suis varius est. Nonnunquam enim *τὸ ὁμοούσιον* siue consubstantiale tollit per eum, quo ad substantias abrogandas malè vtitur, librum. Aliquando autē id admittit, in eis scilicet, quæ pro defensione eius ad sibi cognominē composuit scriptis. Tum autem de spiritu etiā sancto voces emisit, spirituali viro minimè congruentes, ab ea quæ adoratur, eum diuinitate proscribens, & veluti in infimum ordinem creatæ & ministræ naturæ redigens. Ac talis hic quidem vir fuit.

τῶν ὑποκειμένων.

** τὸ νικᾶν τὴν ρίαν.*

Errauit Dionysius.

† ὕφεσιν

** τροπολλαγήν.*

Sabellij hæretica opinio.

De Sabellio, & eius hæresi, & quod ea ætate exstiterit, Cap. 26.

SAbellij autem paulo antè meminimus. Nunc verò & quis fuerit, & quę eius fuerint blasphemiæ clarè exponam. Et ille quidem Libycus genere fuit, Pentapoli eius regionis ortus. Docuit autem, vnam subsistētiam esse patrem & filium & spiritum sanctum, vnamque trinominē personam. Et in veteri quidem Testamento, vt patrem legem dedisse: in nouo autem, quasi filium hominem factum esse: vt Spiritum sanctū verò, ad Apostolos aduenisse. Huic Dionysius, sicuti à magno illo patre Basilio dictum est, resistens, in contrarium delapsus est malum. Hæc de Sabellio pauca.

supra cap. 7. eadem

Τοπαρχίαν a in Oriente ordinatus Persas vicit, Syriā defensit, Mesopotamiā recepit, vsque ad Ctesiphontem peruenit. Deinde verò cū filio Herode sapore victo (fuit autē palmirenorum principes ordinatus, & à Gallieno in societatē imperij adscitus) insidiis conflictum fuit. Cuius vxor Zenobia cum Herennio & Timolao filio regnū obtinuit.

b Paulē Samosatenū hæresis.

De hæresi Pauli Samosateni: & de prima contra eam coacta Synodo. Cap. 27.

EO tempore, Demetriano episcopo *a* Antiochiæ defuncto, Paul* Samosatenus thronū eius accepit, quum Zenobia * eius loci regnum obtineret. Persæ enim Romanis victis, administrationem ei Syriæ & Phœniciæ tradiderant. Paulus porrò iste, curare eam in religione Iudaizantem volens, plurimúmque operæ & curę in ea rectè instituenda atque conuertenda ponens, *b* in Artemonis hæresim impegit. Nimis enim humilia atque humi serpentia de Christo docuit. Communem quippe hominem natura fuisse, neque quicquam præcipuum præ nobis habuisse, & diuinę substantię expertem extitisse, atque in eo perinde atque in prophetis filium Dei inhabitasse, & rursum ab eo discessisse, nōnullāque hisce similia contra Ecclesiasticam doctrinā consuerit. Quod vbi tum ecclesiarum pastores cognouerunt, non despiciendā serpentem iam tam contagionem iudicarunt: præcipuè quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dionysium ea oppugnauit. Zenobia. Aurelianus non longe ab Antiochia, magis pralij tempore, quam prelio, cæpit: quæ cum eius triumphantis Rom. præcessit. Eutrop.

piaculum id domicilium & tanquam aduitricē, E tam magnam nactum effet vrbem. c Atque Dionysius quidem Alexandrinus, vir celebris propter ætatem affectam, & grauem imbecillitatem, proficisci eò distulit. Literis autem & ipsum ad officiū est cohortatus, & eos qui ad eum confluebant, ad ardorem & æmulationem veræ pietatis exacuit, iudiciúmque suum & sententiā de proposita quæstione ad eos misit. Reliqui verò ecclesiarum antistites, veluti ad vastantē & pernicioſam feram conficiendam, d Anthiochiā vndiquaque alius post aliū congregabantur, resplendentes ensis & cuspides, vera ecclesiæ dogmata, præferentes. Eorū primi nominis & maximè celebres, ſicuti ſtellæ radiantes prefulgebant: Gregorius magnus ille, miraculis edendis decantatus: & Athenodorus, ſententiis, verbis & factis, fraternè illi coniunctus: Ponticatū ecclesiarum episcopi, Firmilianus Cæsareæ Cap- F padocum antiſtes, vir præclarus, & vtriuſq; generis literarum ſummè doctus: Helenus metropolis Tarsi Ciliciū episcopus: præterea Nicomas Iconij, Hymenæus Hyerosolimorum, & Cæsareę Palæstinæ Theotecnus, episcopi. Maximus insuper, qui fratrib. Boſtræ præfuit: Theophilus, Proclus, Helianus, Paulus, * Babylianus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, Malchion, & Lucius, diuersarum ecclesiarum præfecti. Hi omnes, & alij quā plurimi, vnà cum presbyteris & diaconis, in eam quam diximus ciuitatē conuenerunt. Quum igitur in vnum congregati eſſent, ſæpe multúmq; ſermones conferebantur, & in quolibet conceſſu quæſtiones plures proponebantur. Ibi Paulus obumbrare, & quantum poſſet, hæreſim ſuā regere & occultare laborabat. Illis autem illud maximè ſtudio fuit, vt G illa proferretur, & tāta in Chriſtum blaſphemia omnibus propalā nota fieret. Quāpropter ſuadendo primùm & conſulendo, conati ſunt Paulum à concepta opinione abducere, & in cōtrariam ſententiam pertrahere. At quum ille, iuramento interpoſito, apertè errori ei renunciaret, neque ſe quidnam eiuſmodi ſentire, ſed Apoſtolicis finibus & doctrinis adhærere, eiſque inſiſtere confirmaret: tum quidē illi, communē Seruatorē Deum de ecclesiarū cōſenſu & cōcordia quū laudibus concelebraſſent, Synodū ſoluerūt & pro ſe quiſque ad greges ſuos redierunt.

Samosatenum orthodoxum se esse iurat. Conuentus episcoporū celebratur.

vt in secundo conuentu confutatum vaulum à Malchione sophista ex Synodo sit eiectus. cap. 28.

Samosatenus in errorem relapſus. Præceſſus cōtra hæreticum legitimus. Aliquoties Epiſcopi propter Samoſateni hæreſim cōuenere.

SEdenim tēporis proceſſu, quum rurſum vbique fāma ſpargeretur de Paulo, qui ita à verę fidei profeſſione degenerās deſciuiſſet, celeberrimi illi viri ne tum quidem ſtatim ad illū detur- H bandū ſunt progreſſi, ſed literis ſcriptis, vulnus eius curare ſunt conati, lethalē ſe eo modo doctrinā oppreſſuros eſſe opinati. Dionyſius equidem epiſtolā dedit, autorē erroris eius ne alloquutione quidē dignās, ſed populū eccleſiæ Antiochenæ inſtruens tantum & confirmans. Firmilianus autem Cappadox Antiochiā venitiſſed ſtatim dolo ab eo repulſus, reſipiſcentiā & conuerſionē denuò pollicente, inde deceſſit. Poſtea verò quum rurſus cum eo congredi deberet, vt qui toties Deū negantis audacię eius periculum feciſſet, è vita exceſſit, quo tēpore etiam Dionyſius Alexandrinus eſt mortuus, duodecimo, vt

Samosatenus Antiochiæ Episcopus.

dictum eſt, Galieni imperātis anno, quū quidem decem & ſeptē annis rem Eccleſiaſticā adminiſtraſſet. Atque huius ſucceſſor Alexandriæ Maximinus fuit. Cæterūm quum Galienus quindecim iam annis rerum potius eſſet, Claudius ei ſucceſſit, qui biennium tantū imperio adminiſtrato, Aureliano id reliquit: ſub quo vltimus eſt contra Samoſatenum, quamplurimis epiſcopis confluentibus, conuentus peractus. Poſtquam enim illi multa admonendo, cohortationes adhibendo, priorum promiſſionum atque cōuentorum pacta in memoriam reuocando, in inficiatione eum perſiſtere viderunt, & accuſatores eum confutaturi inſtiterunt, concilium eſt coactum. Hic Malchion quidā, qui prius Antiochię Sophiſticæ ſcholæ græcarum diſciplinarū præerat, & poſtea propter egregiam eius in Chriſtum fidem, ſingularémque virtutem, ad dignitatem preſbyterij euectus fuerat, cum eo in publico colloquio congreſſus, celeribus notariis, qui verba omnia chartis exciperēt, diſpoſitus, illum conuicit: & rectum latentémque eius ſenſum fraudulenta ſeductione plenum, ita in lucē protulit, vt eum alij quoque manifeſtò deprehēderent. Itaque aliena opinari atque docere cōuictus, & vt hæreſis dux & autor, à catholica & vniuerſali, quæ ſub cœlo eſt, Eccleſia proſcriptus, non ſolum fideli cleri ordine motus, ſed etiā eccleſia eſt eiectus: & Domnus pro eo eccleſiæ Antiochenæ gubernacula ſuſcepit.

El. Claudius Galieni in imperio ſucceſſor. Claudij, Valerianus Aureliani, Plotini epiſcoporum aduerſus Paulum Samoſatenum conuentus. Malchion quid biter Paulum redarguit. Paulus eccle munitatus.

Domnus epiſcopus Antiochenus.

Quæ imperator Aurelianus de ſuffragio & ſententia Synodalis dixerit: & vt idē quoque contra Chriſtianos perſequutionē molieꝰ, cœleſtis ſit præditus. Cap. 29.

Romani epiſcopi præſidium Aurelianum libro 7. cap. 30. vanis precibus principem Aurelianum impulerunt idolatræ. Sententia ſuā probat.

SEdenim quū Paulus contrà niteretur, eccleſię́que adminiſtrationem retinere conaretur, & in Synoni decreto acquieſcere nollet, audacia eius ad Aurelianum tum imperantem eſt delata. Is ſanctiſſimè de ea re conſtituit, eis ſcilicet Epiſcopatū mandari iubens, quos Italici & Romani epiſcopi literis ſuis comprobaſſent. Etiāſi enim dęmonum cultui deditus eſſet, tum tamen quod iuſtū eſſet iudicauit, vt qui in fidei profeſſione conſentientibus reſponſaret, decretúmq; eorum contemneret, ab illorū ſodalitate & collegio reſecaretur. Ita Paulus ab eccleſia, nō tantùm à ſacra & eccleſiaſtica, verumetiā à profana & mundana poteſtate turpiter eſt pulſus. Aurelianus autem, tum quidem tam æquum ſe erga nos prębuit. Procedente verò, vnà cum tępore, imperio eius, vt alio in nos eſſet animo, à quibuſdā perſuadebatur: paulatímque vt ipſe perſequutionē aduerſus Chriſtianos moueret incitabatur. Et iā nō minus rumor de ea paſſim increbreſcebat. Quúmq; vix tandē ſuadentibus cederet & ſcribere literis eis, quę cōtra verā pietātem editę fuerāt, deberet, derepentè diuina aſſuit vindicta, quę vnà cum ipſo cubito improbi ſcribę manus inhibuit: † omnib. ſatis declarās, nō ſem-

Aurelianus & ipſe perſequutionem contra Chriſtianos molitur. Romanos ſub dema carnificinæ nexuit, gemmatur & aurata veſte, quod ad id tempus Romanis inauditum fuit. Veſtis eſt extra Aurelianum eorum Deos inhibuit, qui tempore ſacra ſligari ſub pœna mittit.

† *Aurelianus quum perſequutionem aduerſus Chriſtianos, nonus à Nerone decerneret, fulmē ante eum magno circonſtantium pauore vult. Ac nō multo pòſt inter Conſtantinopolim et Heracleam, Mneſtes notarij ſui fraude, qui ad quoſdam militares amicos eius, nomina eorū annotata pertulit, falſe manuū illius imitatus, perinde atque Aurelianus eos interficere conſtituiſſet, occiſus eſt. Eutrop. El. Vopiſcus.*

per eis

per eis qui in nos cōmouentur, facile eſſe aduerſus eccleſias eius quod cōſtituerint perficere: niſi illa arcano occultóque iudicio, quo ei viſum eſt tempore, exploratio nis, caſtigationis, & coruerſionis noſtræ gratia, id permiſerit. Porrò Samoſateno ad eum modum reiecto, Eccleſiarum paſtores conuenientes, ad Dionyſium Romanum & Maximinum Alexandrinum epiſcopos, communem conſcripſerunt epiſtolam, eámque ad omnia terræ loca miſerunt: in qua pleniſſimè Synodi acta, videlicet eximiū ſtudiū ſuū & Pauli morum improbitatem, diſputationéſque & confutationes publicas, atque impuram impudicámque hominis vitam expoſuerunt. Vnde pauca quædam huc afferre placuit.

Epiſtola Synodi Antiochenæ, immoderatā & luxurioſam Samoſateni vitam expenens. Cap. 30.

De improbis Pauli Samoſateni moribus.

ET alia quidem prætermittam: quæ verò mores eius, veluti in columnam incisa, declarant, percurram. Ea ſic habent. Poſtquam à canone & regula ſincerę doctrinæ digreſſus ad illegitima & adulterina dogmata deſciuit, nihil opus eſt actiones eius extra Eccleſiam recenſere: neque, quum prius pauper fuerit & mendicus, quippe qui neque à parētibus patrimonium aliquod creuiſſet, neque arte aut ſtudio quopiam quicquam paraſſet, quod ad immenſas opes, per fraudes iniquiſſimas & ſacrilegia peruenerit: neque etiam quæ fratres excutiens exegerit, præmia ab eis quos iniuria affecit capiens, & mercede ſe eis opē laturum pollicens, quos tamē ipſos feſellit: fruſtráque vberes fructus percipiens, ex propenſione & promptitudine eorū qui negociis impliciti eo nomine illi dederunt, vt moleſtia litium defungerentur, † prouēctum atque vectigal Dei cultum eſſe ducens: neque vt ille ſuperbierit, ſublatúſque fuerit mundanis dignitatibus, * ducenarius potius quàm epiſcopus vocari volens: neque vt per forum ſuperbè inceſſerit, ſimúlque & epiſtolas legerit & dictauerit, cum ſatellitio publicitùs ingrediens, magno numero his præcedētibus, illis ſequētibus: vel vt propter fiſtum & arrogantiam cordis eius, fidem odio habuerit & execratus ſit. Non etiam in Eccleſiaſticis conuentibus monſtroſam eius ſuperbiam, quam aucupatione famæ & gloriæ, & oculorū præſtigiis, fucorúmque meditatione eſt molitus, quibus rebus ſimpliciorum animas contertuit, & conſternatione impleuit, gradū quidem & thronum altiorem ſibi conſtruens, non vt Chriſti diſcipulus, a ſecretū verò ſicuti mūdi Principes & habens & nominans: ſubindéq; femur manu pulſans, & ſuggeſtum pedibus quatiens. Quòd ſi qui hæc non

Epiſcopi non erubeſcatur.

† *παρισιὸν ἀγόμενος τὸν θεσβίτην. Vtinam hoc probè perpendant Ant ſtites noſtri.*

Senſibus hæc tamen, res eſt nō parua, repone. Deſcribitur epiſcopus ſuperbus auarus vanus & plane ſecularis. a αἰχμητὴς. Vnde ſecretarius, & à ſecretis dicuntur.

* *Ducenarius princeps officij fuit, apud Præfectum Augustalem, vel apud Comitem Orientis, vel etiā apud alios prouinciarum præſectos, ad ſcitus ex ſchola agentium in rebus, qui adorata clementia principali cum inſignibus exibat. u ſub ſe habebat Cornicularium, Adiuterem, Commentarienſem, Ab actis, Numerarios, Exceptores, &c. Scitus de inſignibus magiſtratuum. Ducenariorum mētio fit in L. Matriculā, de agent. in rebus. 12. lib. cod. Temporibus noſtris, Ducenarius pares eſſe videntur apud Reges & principes, cancellary.*

Hæreſis Samoſateni impia

c. 3. Niceni concilij: interdixit per omnia ſancta Synodus, non epiſcopo, non preſbytero non diacono, non ſubdiacono non alicui omnino qui in clero eſt, licere ſubintroductā habere mulierem, niſi ſortè aut matrem, aut ſororem, aut amitam aut etiam eas idoneas perſonas quæ fugiant ſuſpitionem. Diſt. 32. Nullus miſſam audiat preſbyteri quē ſcit cōcubinam indubitanter habere, aut ſub introductam mulierem.

C σωϋσακτοι, hoc eſt, ſubintroductæ, neq; vxores, neque concubinæ, ſed tertij cuiuſdā generis mulieres ſunt quas ſecum preſbyteri, & c. non creandæ ſobolis, neque libidinis gratia, ſed pietatis ſtudio, aut certè pietatis prætextu fouebāt. De quibus præclara extat Chryſoſtomi homilia. Rufinus in Canonibus Nicænæ Synodi in Eccleſ. hiſtor. lib. 10. cap. 6 extremas mulieres vertit. Sicut etiam extraneæ dicuntur in L. eum qui C. de epiſc. & cler. Gregorius theologus ad virgines Deo dicatas, contra ſubintroductas:

Ζωὴ καὶ θάνατος δὲ ἐν ἤθεσι μέσσοι.
Τὰς δὲ σωϋσακτὰς, ὡς δὴ φάσκουσαι ἄπαυτες,
Οὐκ οἶδ' εἴτε γάμῳ δάσομεν, εἴτ' ἀγάμοις
θήσομεν, εἴτε μέσοι τι φυλάξομεν, &c.
Ἀ ῥοιζαπάντ' ἀλίεινε, σωϋσάκτου τε μάλιστα,
Μείρακος πικρὸν ὑδωρ, παρθένε, πωϊδεὸ μαι.

item.

παρθένε παρθένος ἰσθι καὶ ὄμμασι καὶ χροΐ σοισι,
Μηδὲ σωϋσαγάγης ἀρσένα κηδεμόνα,
Χεῖρον ἔχεις ἀγαπητὸν, &c. Hoc eſt.

Non medij quidquam vitáque mórſque ferat?
Nempe ſubinductas, quos dicunt, an ne maritis
Iungemus lectu cœlibibúſue magis?
An medium quiddam ponemus, & c.
Quiſque vir, in primiſque ſubinductus, fugiendus.
Mavra, crede mihi, potus amarus aquæ. Item:
Pectore ſis virgo, non tantum lumine, virgo:
Mavem conducas ſub tua tecta cave.
Eſt tibi dilectus chriſtus, tibi chriſtus amator, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicabilia peccata permittit, eāque cum illis ce-
lat, conscius sibi eorum, & simul illos de eis ar-
guens, vt sibi obnoxios habeat, dicemus: Quib.
in rebus, verbis simul & factis eis est iniurius,
quòd accusare eum, sibiipsis timētes, non aude-
ant. Sed eos ille quoque collocupletauit. Qua-
propter ab eis qui talia consectantur, amatur, &
in admiratione habetur. Quid hæc inquam scri-
bamus: scimus autem, dilecti, episcopum & sa-
cerdotalē ordinem omnem, multitudini exem-
plo esse debere bonorum operum omnium. Ne
illud quidem ignoramus, perquam multos, qui
sibi mulieres subintroduxissent, grauiter lapsos
esse. Multos in fœdam suspicionem peruenisse.
Atque vt concedamus, vnum aliquem in tali re
nihil turpe atque impudicum committere: suspi-
cionem tamen, quę ex eiusmodi cōuictu nasci-
tur, vitare oportet, ne quem offendat, aut ad imi-
tationē malę consuetudinis incitet. Quomodo
namq; alium obiurgabit, vel instituet, vt videat
ne frequenter cum muliere conueniens labatur,
sicuti scriptum est: qui vnam quidem iam repu-
diarit, duas auren ætate florentes & forma præ-
stantes apud se foueat, atque etiam, si quópiam
eat, secum ducat, lasciuiens, atque deliciis diffluens? Cuius rei gratia pij omnes secum grauiter
suspirant, & lugent. Adeò autem impotentē eius
tyrānidem reformidarunt, vt nullus accusare eū
auderet. Atq; hæc quidem, sicuti diximus, quis-
quā emendauerit inviro qui catholicæ esset sen-
tentiæ. & ordini nostro connumeraretur. In eo
verò qui tacenda enunciauerit, mysteriúmque
prodiderit, & detestādā hęresim Artemonis (cui
enim tandem parentem eius nō ostēdimus?) pro
ducendo iactarit, non oportet rationem talium
delictorum requirere. Deinde in fine epistolæ,
epilogi loco adiiciunt. Quapropter quū is tan-
topere Deo repugnaret, nec cedere vellet: ea no
bis est imposita necessitas, vt homine isto excō-
municato, aliū pro eo, non fine Dei, sicuti per-
suasum habemus, prouidentia, ecclesię Catholi-
cæ præficeremus: beati Demetriani, qui ecclesiā
eam ante hūc præclarē administrauit, filiū Dom-
num, omnibus episcopalibus donis ornatū. Hoc
ideo vobis scripsimus, vt ad eum communionis
literas detis, & rursum ab eo accipiatis. Samosa-
tenus autem ad Artemonem epistolas scribat: &
cum eo etiam, qui Artemonis sententiā probāt,
cōmunicent. Res Samosatēi sic se habuerunt.

Artemonis qui ab Euseb. Artemas dicitur lib. 7 capite 30, hæresim Samosatenus renouauit.

Dominus episcopus Antiochenus, episcopi filius. Episcopus continx.

Manetis eiusque sectatorum Manichæorum hæresis. Manetē hunc quidam etiam Manichen dixere, vnde Manichæi dicti, quod verbum Græca quedammodo significat insaniam sundētes id verò ipsi Manichæi tomē fugientes, Mani hæos se se vocitarunt. quasi manna fundentes, vt verbis eleganter rudiores ad se homines pertraherent.

De Manete hæresiarcha, à quo Manichæi cognomē acceperunt: & de hæresi eius. Cap. 21.

NOndum ea procella satis sedata fuerat, quū rursus alia, priore multo seuior, coorta irruit, ingentes fluctus secū trahens, atque actius insultans. Is Manes erat, mente prorsus captus, & insaniens: qui pro deprauatę mentis peruersitate, lingua etiam armata, verbis diabolicæ hæresis venenatis, se in multorum animos ad eorū perniciem insinuauit. Fuit autem Persa genere, iugúmque seruitutis longo traxit tempore. Ac quum derepente herę suę ex testamento hereditatē adiisset, non contētus fuit molliore & affluentiore, quę ei præter spē obtigerat, vita: & gratiam eam largitori taliū se debere sciens, instrumentū se, quantus quātus esset, veritatis inimico prębens. ad impias fabulas diuertit. Et duo ingenita esse dixit, Deum & Materiam: quorum illū Lucem, hanc Tenebras appellauit. & Lucē quidem bonam, Tenebras malas: vtrunque autem arbores nominauit, congruētes ferētes fructus. Deum longē abesse à Materia, & Materiā rursus longius à Deo. Deum etiam orientalem, septentrionalem, & occidentalē obtinere plagam: Materiā, australem. Et multis postea seculis Materiam seditionē mouisse aduersus fructus suos: commissōque prelio, hos quidem fugasse, illos fugisse: eamque contentionem & persequutionem vsque ad Lucem peruenisse. Et Materiam cum dęmonibus & igne & aqua impetum fecisse in Lucem dicit: Deum autem tam repentina exercitus eius impressione conterritū, non habuisse quo tantam vim vindicaret. Itaque illum partem Lucis arreptam, veluti quandam inescationem, contra Materiam misisse. Hanc verò vulneratam, partēque ea lucis absorpta grauidam esse factam. Quare adactum Deum mundū condidisse, vt concertationem talem solueret, & ad pacem, ea quæ inter se pugnarent, reduceret, Lucemque Materiæ mixtam paulatim in libertatē redigeret. Hominē porrò nō à Deo, sed à † principe materia Seucla fictum esse: & Euam similiter, sed inanimatā creasse, & immobilem. Adā verò † forma ferę, aliáque hisce similia nugatus est. Solem & lunam diuinum quiddam esse putauit, ac de eis multa silentio digna portentosē cōfinxit. Diabolum nunc materiam, nunc materiæ principem vocauit. Cōiugium diaboli legē & constitutionem esse dixit. Dominum autē neque animam neque corpus recepisse, sed hominem tantum visum esse nihil humani habentē, asseuerauit: perpessiones verò ei † per speciē tantū & fucum accidisse. Resurrectionem corporum veluti fabulam repudiauit: nullam enim materię particulam dignam salute iudicauit. Animarum autem † transitiones è corpore in corpus & qui dem etiam in volucrum & pecorum & ferarum corpora, docuit. Cuius sectatores etiā elementa omnia animata esse arbitrantur. Vtuntur variis imposturis, * nefariáque & execranda peragunt mysteria. Quapropter doctrina eorū ineluibilis habetur: dæmonum incantationib⁹ animas hominū, qui ea sunt initiati, obstrictas tenentibus.

** *Manes, qui & scythianus dictus est, Brachmā fuit genere, & præceptorem habuit Buddam, antea Terebinthum nominatum. Buddas in Græcis disciplinis Empedoclem hæresim est sequutus, qui duo principia inter se cōtraria esse dixit, contentionem & Amicitiam. In Perside Buddas è virgine se genitum, & in montibus educatum mentitus est. Quatuorque composuit libros, quibus nomina indidit. Mysteriorum, Euangelij, Thesauri, Capitulorum. A dæmone autem tortus interiit. Eius libros cum reliqua hæreditate Pobicus, qui se Manetem postea nominauit, ab ea fœmina consequutus est, & pro suis vendidit: qua fœmina Buddam fouerat, & Vrbicum septem annos natū are & libra emit, libertatēque deinde donatum hæredem instituerat. Suidas.*

Vt Manes detracta totius corporis pelle, canibus obiectus sit. Cap. 22.

MAnes autē quum tres haberet sectatores, Addam, Thomam, & Hermā: ex iis Addā, ad Syros, ad Indos autem Thomam misit, præcones. Qui reuersi, quum se dicerent multa dura passos esse, neque quēquam doctrinam eius recipere

cipere voluisse, ausus est omnium hominū importunissimus, seipsum Christum nominare, & Spiritum sanctum, almúnque Paracletum missū esse dicere. Et duodecim secū ducens discipulos, in Mesopotamiam peruenit, Persarúmque regnum peragrauit, ac temerario impotentique animo regis ibi filium se curaturum est pollicitus: quare maioribus se obiecit malis. Posteaquā enim inde est, vt manifestus Dei contempor, repulsus, quum eò rediisset, à rege comprehensus a Persis est, sustinuit supplicium. Detracta enim cute, ita nudus canib⁹ esca est obiectus. Atque talem impius ille consecutus est finē. Quod si quis nugamenta eius persequi velit, cōpluribus is opus habeat libris. Et falsa hæc & impia dogmata, ex innumeris iamdudum extinctis hęresibus congessit atq; accumulauit, eāque ex Perside in orbem nostrum veluti quoddā mortiferum venenum euomuit. Tales doctrinas hominum animis versutissimus inspirauit serpens, tabúsque antesignanis ordinúmque ductoribus aciem contra veritatem struens vsus est. Venūm enimuerò facile Dominus mendacium coarguit & cohortem patronorū eius, sicuti araneę telā, soluit. † Aduersus hāc hæresim strenuè libris cōpositis depugnarunt, Tims Bostræ & Diodorus metropolis Ciliciæ, episcopi. Scripsit etiam contrā eam Gregorius Laodicensis, vir qui hæresim quidem Artanam defenderit, sed Philosophicis disciplinis ab ineūte ætate apprimè eruditus fuerit. Præterea Phœnix Eusebius. Hæc de hæresi *b* Manentis, à quo multis adhuc nomen Manichæorū adhæret. Ego porrò ad reliqua istius historiæ descendam. Imperatorū enim magnarúmque ecclesiarum antistitum successionibus recensitis, mox etiam quę monumenta tum ecclesiastici scriptores ediderint, & qui ex eis vsque ad impiorum tyrannorū persequutionem ecclesiarúmque oppugnationem vitam produxerint, exponam.

Vtuntur testimōnium, perinde atque non boni dei esset, Manes quoque reiecit & eum, tāquam boni approbauit. christum autem opinione tantum & phantasia, apparuisse, omniáque per eum gessisse, asserunt. Idem. Suidas.

† *Qui contra hæresim eam scripserint ecclesiastici viri. b τὸ μανέντος, μάνης, Manes, genitiuum facit Manetis. sed quia is prorsus insanuit, affinitate vocis Nicephorus lusit. μανὲις enim insaniens, μάνητος genitiuū habet: & μανίντα, Manentē, hoc est, insanientē dixit.*

De successione Romanorum imperatorum. Cap. 23.

a Successiones in Romano imperio.

POst a Decium Gallus duobus imperauit annis. Ab hoc ad Valerianum & Galienum imperium peruenit. Valerianus autem bello cōtra Persas moto, quū ad Edessā exercitus eius fame magis quām ferro occideretur, Persæ aciē cōtra eū struxerūt. Cuius ille gēis impetū quòd se sustinere non posse vereretur, consilijsque cū hostibus assimulans, ad eos transfugit, pacem cū eis pacturus, exercitúmque suum proditurus. *b* Quod Romani quia animaduerterunt, fuga sibi non paucis amicis, consuluerunt. Ibi ergo apud barbaros & Saporem regem seruitutem serunt, & tandem iugulatus imperiū ad Galienum filiū transmisit. Is quindecim annos imperatores fuere, & Claudiū successorem habuere. c Et hic annum vnum & menses decem rerū summa administrata, potestatē eam Aureliano reliquit. Quū autem is per insidias a nouo quodam* castello fraudulenter cæsus fuisset, imperiúmque annos sex tenuisset, Tacitus ei successit: qui sex tantum menses in imperiali sublimitate trāsegit. Sub eo magnum illum Charitonem, confessionem suā peregisse ferunt. Post Tacitum Florianus imperator factus, menses tres rem Romanam administrauit. d Vtrique ij ferro trucidati sunt, & cędē eorū imperium ad Probum trāslatum est. Hic annis sex & mēsibus quatuor eo potitus, atque in Sirmio occisus: e Caro, eiusdémque filius Carino & Numeriano, potestatem summam reliquit. Sed & ij, nō totis tribus annis imperiū tenuerunt, & ab eis rerum summa ad Diocletianū peruenit. Enimuerò quū Cari filius Numerianus Antiochiam, quæ ad Orontem est, venisset, in ecclesiam Christianorū ingressus esse dicitur: & quum ibi liberè quasi per trāquillā inspicere arcana eorū mysteria vellet, Babylas episcop⁹ magno animo in faciem ei consistens, id prohibuit: non licere dicens eum cruore ex idolorū sacrificiis pollutū, in domū Dei tam præcipitanter ingredi, & diuina mystetia contaminatis oculis spectare. f Quare Numerianus offensus, excruciatū illū necauit. Et Carus quidē quum tentorio eius fulmine ictum esset, vnà cum eo conflagrauit: Numerianus autem à socero ipse suo * interceptus est. Carinus etiā, quòd turpiter se in imperio gereret à populo est * cæsus. His ita sublatis, Diocletianus genere Dalmata, iamdudum Senator, & consulatu gesto clarus, quique plurima manu egregia fecerat facinora, & bello strenuus & consilio promptus, ab exercitu imperator Romanorum est renunciatus.

b Alij historici non ea sum sessed in fœda seruitute consenisse Valeriani scribūt. c. vel vl. clauly mortem, Quintilius frater eius a militibus imperator lectus, & vt imperij die iugulatus est Eutr.

** Castelli nomen est Cænophrurium. d Sic Vopisc. Prof. Sed Eutr. Tacitum intrā*

decēteſimum imperij diē, apud Tarsum febre interiisse: Florianum inciſis à ſemetipſo venis obiiſſe, dicit. e Charito confeſſor. f Martyrium Babylæ apud Antiochiam, exemplum episcopalis libertatis.

** Apro ſcilicet.*

** Tribuni eius dextra, cuius coniugem polluerat. Eutrop.*

Episcopi Romani.

Alexandrini.

** Alij Maximum vocāt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiochæni

† Aly Zabdas. Hierosolymitani. † Aly Therminêl legunt.

est consequutus. Verùm in Ecclesia Antiochena episcopatu gerendo, Fabio Demetrianus, atque huic Paulus Samosatenus successit. Post eũ loco suo pulsum, Domnus Demetriani filius ministerio eo est functus. Hic Timæũ, atque is rursum Cyrillũ, Cyrillus Tyrannũ successorem habuit, quo tẽpore maximus ille aduersus ecclesias exortus est motus. Hierosolymis autẽ in ecclesia sacram functionem post Hymeneũ † Zabdas obiit: qui quidem post annos plures, somno eo qui iustos decet obdormiuit, & ecclesię clauum gubernandũ ad † Hermonem transmisit: atque hic ecclesiã eam, vita in annos multos producta, egregiè Apostolicã sedem tutatus, vsque ad persecutionem administrauit. Ij sunt, qui vsque ad maximã illam Diocletiani & Maximiani persequutionẽ, primi nominis ecclesias, ordine per successiones gubernarunt.

De aliis eius ætatis ecclesiasticis viris eloquentiæ & doctrinæ præstantibus. Cap. 36.

Aliarum quæque ecclesiarũ illustres episcopi. Dorotheus presbyter Antiochenus.

QVum verò in aliis quoque parœciis sapientes & magnanimi viri fuerint, de eis etiam qua fieri potest breuissimè dicamus. Ac de Gregorio illo miraculis claro, & de Athenodoro eius fratre, præterea de Firmiliano qui Cappadocum ecclesiis præfuit, atque etiã de Theotecno Cęsareæ Palæstinæ episcopo, quæ opus fuit, antea retulimus. Dorotheus autem eo tẽpore Antiochiæ,* Tyranno ibi episcopatũ gerente, presbyter, in omni genere artiũ liberalium apprimè erudit', floruit. Qui adeò studiosus pietatis fuit, vt diuinarum literarũ gratia Hebraicam linguã egregiè perdidicerit. Fuit is natura ex ipsa natiuitate eunuchus. Quam ob rem illum etiã imperator, vt nouum & insolitum quiddã habẽtem, familiarius complexus, honorem ei detulit, vt Tyri tingendæ purpuræ præesset. Docuit autem populum res sacras pro cõcione, eiúsque auditorem se fuisse dicit Eusebius Pamphili. Alexãdriæ verò clarus fuit & celebris Pierius presbyter dignitate, & quuta diuitiarum contemptu, philosophiæque & Græcarũ disciplinarũ scientia, tum sacrarum literarum studio & peritia, publicisq; scripturæ enarrationibus & disputationibus admirationem omnium meritus. Episcopatum ibi tum administrauit Theonas. Et vnà cum Pierio, Achillas quoque in presbyterorũ cathedra laudem magnam est consequutus. sacrarum scripturarum doctrinæ præpositus: qua prouincia rectè obeunda multũ ei profuit philosophiæ studium, quæ sincera Euangelij dogmata & instituta clarissimè in apertum protulit. In Ponti autem regionibus Melitius magni nominis fuit: quem, qui Græcam consectantur sapientiam, mel Atticæ cognominarunt. De eo illud nobis necessariò dicendum est, vt si quis in omnibus præclaris studiis perfectissimum aliquem hominẽ describere velit, ei tanquã absolutum exẽplar Melitius sufficiat. Ars enim oratoria natiua in eo est visa. Ac si eum eo tantũ nomine admiraremur, minus ei quàm meritus sit, tribueremus. In aliis autẽ omnis generis studiis atque doctrinis amplius quicquam, quàm ille assequutus sit, nemini in mentẽ venire potest. Quod si enim in disciplina quaque absolutissimus quisquã cũ illo de ea verba cõtulisset, in ea sola eum eruditũ atque exercitatum fuisse dixisses. Et rursus de alia arte si quis eum eo egisset, in ea quoque eum longius excellere, præ eo studio in quo prius primas habere visus esset, iudicasses. Virtutes porrò non solũ eum tam varia eruditione in eo certabant, verumetiam si nihil prorsus doctrinarũ habuisset, hæc satis illi fuissent. Adeò in eis ad summum laudẽ & gloriam nihil fecerat reliqui. Hic in ipsa graui persequutione, septem annos in Palestinę partibus mansisse dicitur.

Pierius & Achillas presbyteri Alexandrini.

Profanæ literæ Theologum vtiles.

Melitius Pontius.

Mel Atticæ. Vir absolutissimæ in omni disciplinæ genere eruditionis, & virtutis summæ.

De Laodicensibus episcopis, sapientia illustribus viris. Cap. 36.

LAodicensis ecclesiæ sacrum munus gessit post Socratem Eusebius. Is Alexandria profectus, propter Paulum Samosatenum, in quem inquirebatur, in Syriam venit. Vnde abiis qui ibi diuinarum rerum studiosi erant, in patriã redire est impeditus: quòd fides eius in Deum temporibus illis summa, satis perspecta fuisset. Eius deinde locũ Anatolius obtinuit, † optimi decessoris bonus successor. Huic Alexandria patria fuit. Præcipua certè laus eius in profana simul & sacra philosophia, omnibus omnium præclarorũ virorũ calculis est tributa: vt ei, qui ad summam peritiã Geometrię, proportionis numerorum, Astronomię, Dialecticę, Physicę, ipsiúsque adeò Theologicæ sapientiæ, artiumque dicendi omnium peruenerit, neminémque sibi parẽ esse passus sit. Quẽ fama etiã est dignũ esse iudicatũ, qui primus Aristotelicã institueret scholã. Multãque is Alexãdriæ * Pyruchij obsidionis tempore in ciuili dissensione & famis discrimine, propter annonę angustiam, optimè fecisse, ciuiúsque consuluisse traditur. Et rationes lineásq; certos, Pascha æquinoctiali tempore celebrandum esse, ostendit: Arithmeticas institutiones decem libellis composuit, aliáque plurima literarum monumenta, quæ eximij eius in honestis & liberalibus artibus studij satis magno sunt documento. Primus ei Cæsareę Palęstinæ episcopus Theotecnus manus imposuit, episcopũque creauit, ecclesię suę successorẽ eum designans atque destinans. Sed ambo non ita diu ecclesiæ ei præfuerunt. Nã quum & hunc Synodus contra Paulũ coacta euocasset, & ipse per Laodiceam iter faceret, nuperque admodũ ibi pietatis nomẽ referens episcopus Eusebius è vita migrasset, à fratribus detentus, ecclesię ei est præfectus. Anatolio huic, quũ post annos complures decessisset, postremus ibi fidelium episcopus, ante persequutionis tempora, fuit suffectus est * Stephanus: satis ille quidem profanis artibus instructus, sed non itidem vt decessores eius, in diuinis literis institutus. Declarauit id persequutionis tempus, quòd virum hunc † meticulosum, ad simulationẽmque & dissimulationem compositũ, alienũ esse etiam à philosophia indicauit. Quod si talis ille fuit, quid mirum est ecclesiam quoque eius postea à recta fidei professione decessisse? Sed enim, Deo opitulante, se illa erexit atque confirmauit. Theodotus nanque post illum episcopale munus sortitus, nomini suo factis ipsis respondit: & operibus, qualem esse oportet episcopum ostendit, animabus simul & corporibus rectè curandis nemini secundus, humanitatéque singulari, si quisquam alius, & ipse præditus.

Eusebius Pamphili, & eius scripta.

Sic

Eusebius Samosatenus Laodicenæ epis.

Scholæ Cæsariensis institutio

Pamphilus presbyter martyr.

Agapius Cæsariensis episcopus.

συμπαθείας. Sic illæ affectionum accommodatione & * condolẽtia, studium officiúmque pastorale temperauit: atque vtilitatem eorum quise consuluere, in hac vel in illa medicatione diligenter & fideliter procurauit.

De episcopis Cæsareæ Palestinæ, & de Eusebio Pamphili. Cap. 37.

IN Ecclesia Cæsariensi Palæstinę post Theotecnũ, Agapius magnopere est laudatus, quẽ bonũ fidelémq; episcopũ fuisse, doctrina simul & vita ipsa declarauit. Rectè enim piéque populo suo præit, & munifica liberalíque manu benignè egẽntibus facultates suas impertiit. Eodẽ tempore, eruditione iuxta & vitæ instituto philosophũ Christianũ, & presbyteri dignitate auctum, diuinum Pamphilum floruisse scimus. Cũius vitã & actiones omnes, celebrem etiã quam ibi instituit profanæ diuinæque philosophiæ scholam, præterea constantẽ in variis persequutionibus, confessionẽ, & certamina, egregiúmq; pro Christi nomine martyrium, Eusebius sororis eius filius, eidémque adeò charus vt nomen illi suum imposuerit, eopiosè peculiari scripto est persequutus. ad quem eos qui accuratius hęc cognoscere voluerint, remitto. Eusebius iste disciplinis omnibus perceptis, sacrarũ maximè literarum, in quibus cõquieuit, scientia enituit, & ad Constantij vsque tempora vixit. Et quum Christianæ professionis studiosissimus esset, egregiámque pro Christi honore æmulationem spiraret, vndecim tomis Euangelicam præparationem, & decem aliis Euangelicam demonstrationem est complexus. Et primus ipse manũ præsenti argumento admouit, primúsque libros eos Ecclesiasticam historiam appellauit, decémque eum tomis absoluit. Est & aliud eius volumen, in quo temporum certam accuratámque rationem digessit, Chronicorum scil. Annalium Scripsit quoque de Constantini vita libros quinq;. Edidit & alium ad eundem, quem † Tricennalẽ inscripsit. Ad Stephanum item alium de iis quæ in Euangelijs in dubium seu disputationem vocantur. Sed & alia varia reliquit scripta, quę multũ ecclesiæ afferunt vtilitatis. Verumenimuerò etiamsi talis fuerit, in multis tamen eum apparet Arij sententiam comprobasse, vt qui filiũ (sicuti id ex eius scriptis colligere licet) creaturam vocet. Quámuis Socrates, qui & ipse ex Nouatianis res ecclesiasticas scripsit, in secundo tomo maximopere persuadere contendit, rectè eum virum sentire, eundémque sycophanticè eo nomine à nonnullis impeti. Atq; vt id magno animo certius comprober, in defensione sua, dicta illius quædam, ambiguitatem tamen cõplectentia, contexit: eundémque primæ Synodi assuisse, atque vnà cum aliis suffragio suo & caculo εἰς τὸ ὁμόούσιον, siue in consubstãtiale consensisse refert. Ego verò, si ille quidem sine scripto rectam complexus est opinionem, Socrati nõ refragor: sin autẽ ex scriptis illius, quę legi, res sit diiudicanda, multum abest vt famam sinceramque eius de fide sententiam fuisse putem. verùm de hoc etiam hæc satis sint. Et continet hic quoque huius historiæ liber annorum triginta duorum tẽpus: qui initium sumpsit à primo Valeriani anno, finem autem accipit ineunte Diocletiani imperio: à Mundo condito quinquies millesimo † septingentesimo nonagesimoquinto, à diuina autem Domini nostri Iesu Christi natiuitate *ducentesimo nonagesimo anno.

† Τριακονταετηρικόν.

Eusebius iste Nicephoro Arianissimum redolere videtur.

† Secundum Scaligeri Chronologos 4265. * Al. 289.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS SEPTIMVS.

Expositio dicendorum.

CAPVT I.

FAcilis hucusque nobis fuit labor, leuisque & plana via sacra decurrit historia. Quamuis enim antea quoq; grauiter aduersus nos malignus spiraucrit spiritus simplex tamen & vniformis ex fuit calamitas. Deinceps verò horret progredi stylus. Interrumpitur namque, & quodāmodo ingenti & violento variarū cladiū impetu inhibetur: atque ei inundatione sanguinis martyrū, pelagi prorsus instar fluentis cursum tenere non permittitur. Sedenim qui semel operi huic manus admouerimus, procedendum nobis est necessariò. Itaq; qui, vt potuimus, prior a expositimus, in hoc libro etiam res sub Diocletiano, eisq; quos ille sibi in imperiō adoptione adscinit gestas persequemur. Sub iis enim maxima omniū persequutio est excitata. Et non ita multis, quæ certis in locis accidēre clamirates, attingemus. Quasdam etiā singillatim memorabimus. Tum autē, quomodo tyranni sæuissimi, qui supra modū crudelitatē in nos exercuerunt, ad palinodiam & tyrannidis suæ recantationem sint redacti, postrēmóque internecione interierint. Præterea, vt maximus ille Constantinus, Deo annuēte, salutari instructus armatura inuictęque Crucis signo armatus, regiones & terras omnes à prædonibus repurgarit tyrannis superstitionēmque Græcorum nefandam extirparit, & res nostras oppidò quàm inclinatas, ruinámque iam minantes, auxiliari adhibita manu restituerit, atque in perpetuū diuini numinis nutu permansuras confirmarit, referemus. Et res sic habet.

Dicendorum propositio.

Vetes christianorū, quæ antea pulchrè steterant, intestina dissensione atque contentione à diuinæ pietatis cultu excideriné. Quæ quidem ad tempus permissione diuina sic accidēre. cap. 2.

ERat aliquando tempus, quū Christiana professio pulchrè staret, gloriáque sua & libertate clara haberetur: Græcis iuxtà & barbaris, quòd diuini verbi prędicatio vbique terrarū vigeret, grata & accepta. Huius rei certa documēta sunt, quum magnorū Principum erga homines nostros egregia beneuolentia & humanitas, ac gentes quędam, quarum prouincię Christianis administrandæ datæ sunt: tum imperatores ipsi Romani, & maximi quique magistratus, qui res aulicas & domesticas suas nostris curandas cōmiserunt. Eos quippe propter egregiam spectatámque fidē prędesse aliis, atque honore dignitatéque præcellere oportere iudicarunt. Satis id declarauit Dorotheus ille, qui neminē honore ex magistratibus & præfectis omnibus, propter bonæ mentis integritatē & fidē, habuit parē: & prędarus Gorgonius, atque alij eis pares: qui etiam ad supremū cœlestis regni honorem sunt assumpti, propter fidei sinceritatem. Ac per eiusćemodi viros in locis passim quibusq; ecclesiarum Antistibus non parū accidit opis & consolationis. Ostenduntid quoque plurimorū millia hominū in oratoriis domibus cœtus & conuentus habiti, quę oratoria, quū propter augustiā, confluentē tantā multitudinē non caperent, cernere erat, ex paruis initiis & fundamentis, in augusta, amplitudine & magnitudine admiranda, in locis omnibus, excitari atque construi tēpla. Quæ ipsa tēporis processu deinde incremēta quoque ampliora cepēre, quū qui ea ædificari atque augeri prohiberet, aut per fascinantē inuidiā aboleret, nemo esset. Sic ea cœlestis manus custodiuit, atque extra insidiarū omniū aleam posita esse voluit. Posteaquā autem per multā libertatem nostram, in mollicię & languorem professionē fidei conuertimus: atque inuidia stimulati, armari ipsi contra nos cœpimus: orationibúsque & scriptis pro hastis & spiculis vsi, tuc piter sœdas seditiones excitauimus, proindéque * simulatio quædā & dissimulatio quàm potuit maximè in ecclesiam inuolauit, & malitia vires maiores accepit, oculus Dei more suo benignè nos castigando visitauit, & paternè coercuit. Ac primum quidem ærumnæ à fratribus castra & militiam sectantibus incœpere. A quarum sensu q um adhuc longius abessemus, tantū abest vt de placanda iusta Dei in nos ira cogitaremus, vt etiā insuper omne genus malitiæ & peccatorum aliorū ad pristina delicta accumularem°: perinde atq; nō esset qui hęc cōsideraret atq; specularetur, quive rationē istorū omniū flagitaret. Cęterūm qui sibi religionis nostræ colūnę esse videbātur, & munus pastorale gerebant, diuinis sanctionibus & legibus abiectis, ad cōtentionis studiū prolapsi, & vehemētius inter se ardore quodā cōcutati, dissidiū ex dissidio seuēre, ac mutua Hodia magis ac magis adauxere, ambitionē & cupiditatē dominandi vindicantes, & tyrannorum more contentiosē ad se pertrahentes. Tum scilicet euenire ea, quę scriptura refert, vidim°: Obscurauit in ira sua Dominus filiā Sion, & disiecit è cœlo in terram gloriā Israel. Destruxit omnes

Florens rei Christianę status.

Dorotheus & Gorgonius aulici, & alij christiani, ecclesiæ multum profuerunt.

ἐκθέσεις parua in templa ingentia mutata.

Rebus secundis se christiani ad ignauiam dedere. Dissidia exinde intestina.

**ὑπόκρισις καὶ ἀποκρισις.*

nes macerias eius & euertit testamentū serui sui. Et profanando prostrauit in terrā, per ecclesiarum vastationem, sanctificationem eius: & quæ sequuntur. Templa nanq; ex ipsis reuulsa fundamentis, solo æquata sunt. Et sacrosanćta scripta in medio foro conflagrarunt. Qui verò honore inter nos excellebant, hinc & inde cursitantes, fuga saluti suæ consuluerunt. Alij portò in fuga excepti, ludibrium fuere eorum qui nobis insultant. Quum etiam, iuxta alium Prophetam, effusus est contemptus in principes: & errare fecit eos in inuio, & non via. Verùm hæc persequi oratione, nostrum non est: præterquam vt diuinum iudicium indicemus, eique iusticiæ laudem tribuamus, quòd videlicet certa & æqua ratione procedit in omnes. Sed his nunc omissis, ad sacra martyrum certamina, breuiter ea exposituri procedemus. Primùm autem, quomodo se Romani imperij res habuerint, dicemus.

Vt Diocletianus Maximianum Herculium facium sibi imperij allegerit, & vt u persequutionē cōtra nos instituerit. cap. 3.

Diocletianus consortem sibi imperij legit Maximianum Herculium.

DIoclerianus, vti dictū est, imperio accepto, quum contra Christū quantum antea nunquam fuisset, bellū mouere constituisset, martyrū Christi magnitudinē animi, robur & fortitudinē satis perspectā habens, quòd cum tam eximiis bellatorib. sibi certamē fore videret in primis curandū sibi putauit, vt seipsum confirmaret atque ita demū confidētius prælium iniret: homine pari secū ingenio & crudelitate * Maximiano Herculio reperto, cum sibi vt æqua potestate imperiū administraret, adsciuit. Quo tam eximio tyrannorū pari accomodato sibi prorsus & proprio, maximè vsus fidei nostræ hostis, tanquam volucris supra eam quæ sub cœlo est terram volitauit, omnes in potestatē suam redigere, & Christi nomen ex ipsis quod dicitur fundamētis eruere satagens. Atque equidē primùm non vno ictatim impetu persequutionē contra nos, sed insidiosē, atque vt ita dicā, clandestinē est aggressus. A principio igitur Christianis affligēdis, consilij sui in exercitu & castris periculū fecit. Facilè enim ex sentēcia cœptū sibi succedere sum putauit, si illos sensim quodāmodo & arte circunuēros vicisset. Et multi sanè ex ordine militari, propter insignē erga diuinū numē pietatē, vitā priuatā honoribus quibuscunque prætulerunt. Postquā enim lustrator & repurgator exercitus, id ēmque persecutionis autor, oprionem militibus Christianis illam obtulit, vt vel ipsi obsequentes ordinibus ducendis honoribúsque gerendis cum aliis participes fierent, vel constitutionū imperialiū autoritate contempta militiā relinquerēt: quamplurimi tū Christi milites eā quę videbatur esse felicitatē abiecerunt, parati nō dignitatē & honorē tātum deponere, sed etiā mortē, si aduersarius illis acrius instaret, obire. Id quod à principio in vno atq; in altero est perspectū. Ratius enim id insidiosi cœpti autor est ausus. Certamen nāque cœptū vsque ad sanguinis fidelib. effusionem producere, simúlque bellum contra omnes excitare, adhuc quadam quasi desidia distulit. Vt autem seipsum mudauit, totúsque in persequutionem incubuit, oratione

** Al. Maximianum vocant.*

Christianorū persequutio à castris imperatoris grassari incipit.

A Nulla explicari potest, quanta vbique per omnia ferè loca & oppida formissimorum Christi martyrum multitudo sit exhibita. Primum quidem vbique circunferebantur & proponebantur imperialia edicta, vt templa solo æquarentur, diuinæ scripturæ comburerētur, magistratus & honorem gerentur, serui Christianismū abiurantes liberate donarentur. Deinde verò paruo interuallo tempore feriis aliæ sunt edicta proposita, quib. imperabatur, vt paschalib° vbi ecclesiarum præsides, vbicunque locorū essent, quę fierent, invincirentur: vtque eisdem, quibuscunque fieri posset modis, necessitas diis sacrificandi imponeretur.

Edicta imperialia edicta, diuinæ scripturæ comburendæ iussa christianorum gerentibus cum ignominia in ordinem redire.

Vt hoc eodem tempore diuinumque fuerat.

De moribus sanctorum, qui in ea persequutione fortiter decertarunt. cap. 4.

B IBi tum videre erat, multos ex eo numero incredibiles tormentorum cruciatus constantissimè perferre. Erant etiam qui animorum torpedine infirmiores, ad primum cederent terrorem. Et varia sanè pœnarum proponebantur genera. Hic enim flagella corpore toto perferebat, ille autem constrictus torquebatur, & vngulas altè penetrantes tolerabat. Cui supplicio quidem etiam immoriebantur, & alij aliter cum cruciaribus luctabantur. Quidā etiam per violentiam protracti, & ad impura sacrificia adducti, quum non sacrificassent, sed tamen veluti sacrificassent, liberi dimittebantur. Inueniebantur quoq;, qui execranda sacrā ne conspexissent qui- dem, sed quod ab aliis sacrificasse iam dicerētur, silentio fraudem eam & sycophantiam tegentes abibant. Aliquis adhuc spirans & decedens, tanquam iam mortuus omnino proiiciebatur, atque eum ipsum alij pedibus tractum, perinde atque cum alius sacrificaturum corripiebant. Aliquis rursum ingenti clamore vociferās, dolumque & sycophantiā à se amoliens, minimè se sacrificasse, affirmare perseuerabat. Nonnulli ornamento erat, quod Christianum se esse, acclamare pergebat. Alius se neq; sacrificasse, neque vnquam sacrificaturum esse, constanter contendebat. Verùm ne illi quidem malorum expertes erant. milites enim pugnis os, maxillas & facies eorū diuerberantes pulsabant, atque eos filere iussos repellabāt. Adeò non solum si quodvolebant perfecissent, sed etiam si id perfecisse viderentur † pestes illæ plurimi ducebant. Sed hęc aduersus veros & germanos pietatis propugnatores atque decertatores locū non habebāt: quorum constantię & fortitudinis accuratā plenámque commemorationē, nulla profectò potest exequi oratio.

Varij eorundē cruciatus.

pulcherrimus sanctorū martyrum ritus.

† ἀλάστορας

De eo christiano, qui Nicomediæ impium imperatorum edictum concerpsit: & de eis qui ex ipsius imperatoris aula martyrio sunt perfuncti. Cap. 5.

Martyriū viri præclarissimi, qui edictū imperiale contra Christianos proposituū concidit.

EX celebriotibus viris quidē, magnis desunctus honoribus, vbi Nicomediæ edictū cōtra pietatē legi audisset, ardore diuino confirmatus, atq; æmulatione vehemēti in animo suo incēsus, scriptū id vt dirum & execrandū, sicuti pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

* οἱ ἦν ἐκτὸς παθῶν, Niceph. τοιαῦτα οἷα καὶ εἰκὸς ἦν ὑπομένειν. Euseb. l.8. c.13. Martyres imperatorum domestici: Petrus Dorotheus, Mygdonius, Gorgonius.

† βασιλικοὶ παῖδες. Id. illustrissimum veri martyrium.

blicè [ropositum erat, arripuit, atque in minutissimas partes concidit, quum quidem ea in vrbe vterque imperator adesset. Quo commisso facinore, perinde atque in audacissimo atque maximo crimine, grauissimas * vt par erat, pœnas pendens, ad extremũ vsque spiritum, propalàm in summis exquisitissimisque cruciatũ tormentis, liberum illum quem prius habuerat, generosúmque & constantẽ animũ magnificè ostendit. Secundum hunc imperatorum domestici & familiares, Petrus, Dorotheus, Mygdonius & Gorgonius, omniũ qui vnquà apud Græcos & barbaros celebrati sunt, quum abundè gratia & existimatione apud heros suos ita pollerent, vt illis non minus quam † germani filij chari essent, pro nihilo tamen ea omnia reliquámque vitæ huius vmbram duxere, præ eo vt pro Christo paterentur, & ad nouos carnificũ cruciatus nouã etiam animorum afferrent promptitudinem & alacritatẽ. Petrus nanque cõprehensus, per mediam Nicomediã est tractus: atque vbi simulachris sacra offerre renuit, denudatus, atque in sublimè suspensus, crudelissimè est diuerberatus, vt vel inuitus & tantis tormentis adactus, quod recusauerat, facere cogeretur. Sedenim quum etiã tum fortiter in sententia persisteret, & iam ossa flagrorũ fustiúmque ictibus nudata apparerent, salẽ aceto mistum tortores in membra diffluentia infuderunt atque intriuerunt. Sed & hoc tormentũ quum ille superasset, ignis est constratus. & craticula posita: super hãc ille collocatus, sic carnes ipsius, aliarum eduliũ carnium instar, paulatim igni tostæ atque frixæ sunt. Et carnifices non prius se remissuros quicquam de tantis supplicijs, quàm ille imperata fecisset, confirmabant. Ille autem quum totus in eo esset, vt fortiter illis resisteret, in ipsis tantis cruciatibus * victoriæ corona ornatus decessit. Ac ille quidẽ martyrio ita est defunctus. Reliqui autem non minus fortasse tormentorũ pertulere, quæ breuitatis causa prætermittimus: & illud duntaxat adiicimus, eos post multos insustentabiléque cruciatus postremò laqueo vitam finisse. Qui omnes exequiarum quidẽ & sepulturæ iusta consequuti, deinde verò effossi, in mare sunt coniecti: vt ne, sicuti dicebatur, in sepulcris positi, dij esse iudicarentur.

* στεφανίτης ἀνὴρ γέγονε. Martyriũ reliquorum. Martyrium Domnæ virginis, & Indæ eunuchi.

De beato obitu viginti millium in Nicomedia martyrũ & de inde eunucho, & Domna, martyribus. Cap. 6.

POst hoc Domna virgo, & Indes eunuchorũ fidelissimus in iudicium sunt producti. Postquam enim Anthimi Nicomediæ episcopi institutione & opera diutinam cõsequuti fuerant gratiam, quicquid habuerãt in imperiali aula fauoris, id omne fouendis curandísque pauperibus insumpserant. Et quum Diocletianus expeditionem bellicam aduersus † Æthiopes suscepisset, * præfectus eunuchorum, cui ciuitatis cura mandata fuerat cognita in Christum fidei professione Indæ, & Domnæ, quæ in aula Principum sacerdos idolorum fuerat, in carcerem eos demisit. Ibi Domna vultu in speciẽ distorto, à dæmonio se correptã esse assimulauit: & ob eam causam a Anthimo episcopo, cuius eximia erat ingentis aduersus dæmones potestatis fama tradita est. Reuersus eò imperator, vbi eam rem cognouit, eunuchum statim securi percuti iussit: furorémque suum omnẽ contra ascetaria emisit & persequutionẽ ab omni humanitate alienissimam in nos concitauit. Quo tempore puellæ multæ, quæ ibi pijs studijs * virginitatem conseruare studebant: in Martyrij stadio constantissimè decurrerunt. Cum quibus & Glycerius, inter presbyteros primas tenens, quum varia tormenta egregiè vicisset, totóque corpore neruis bubulis concisus fuisset, igni tandẽ est exustus. Permulti quoque Senatores, & qui ordines in exercitu duxerat præclari viri, sunt iugulati: quibus omnibus non aliud quàm veræ pietatis crimen est obiectũ. Verumenimuerò quum natalis Christi festus adesset dies, & multitudo ætatis omnis, quæ Christi nomine censetur, in tẽplo natalem eum celebratura conuenisset, tyrannus veluti opportunũ tẽpus & lucrosam occasionẽ nactus, per quam vaſaniam & furoremsuũ adimpleret, misit eò qui templũ clauderent, & ignẽ circuncirca accenderẽt. Aderat ibi præco qui voce clariore promulgabat vt qui viuere vellet, ex templo exiret, & in proxima Iouis ara thura adoleret: alioqui nisi hoc fecisset, vnà cum domo ipsa conflagraturus. Ti im verò in templo ipso quidam pro multitudine ea omni, cum libertate insigni propalàm respondit, & pulcherrimam illam edidit vocem: Omnes nos Christiani sumus, vnum cúmque solũ Deum & regem credimus esse Christum: & ipsi, Patrique eius, & Spiritui sancto sacrificare, atque nos omnes vnà offerre facilè parati sumus. Vix hæc ille dixerat, & ignis est accensus, quin in temporis veluti momento ecclesiam omnem complexus, illos omnes viginti milliũ numerum explentes, in cinerem redegit. Deinde etiam beatæ Domnæ, post supplicia multa fortiter tolerata, gladio caput resecatur. Diuinus autem Anthimus primùm quidem crudelissimè cęditur, subulis igne cãdentibus talos perforatur, super fractis testis reponitur, baculis conuerberatur, crepidas æreas ignitas induitur, fidiculis aliísque tormentorum instrumentis excruciatur, facibus aduritur, & ad postremum securi percutitur.

episcopus, eius exercitus, * παῤῥησίαν ἀσκεῖν, persequutio Asceitarum puellarum, earundémque martyria. item Senatorum virorũ, Viginti millia martyrum in ecclesia Nicomedię Natalem Christi celebrantium incausũ coniecta sunt. Domna capite plectitur. Anthimus episcopus martyrium.

De Melitenis, Ægyptijs, Tyrijs, & Phœnicibus martyribus Cap. 7.

HÆc sic apud Nicomediam in initio persequutionis gerebantur. Non minus autem in Melitina * vrbe tyrannis grassabatur. Idem in Syria fiebat. Circunferebãtur enim imperialia scripta, quæ ecclesiarum pastores carcere includi inbebant. Et erat vbique miseranda & grauis rerum facies, quòd plurima millia passim traherentur atque raptarentur. Et quæ antea percussoribus, homicidis, & sepulcrorum violatoribus erant præparatæ custodiæ, hæ presbyterorum, diaconorum, aliorúmque eius ordinis sanctorum virorum choro replebantur: vt iam maleficis, prædonibus, aliísque cõdemnatis hominibus locus in carcere non esset. Nec lõgè pòst, alię superuenũt literę: vt qui in custodiis diis sacrificarent, liberi abirẽt: qui id facere recusarẽt, omni malorũ genere affligerẽtur. Sedenim quis tandem, qui talia legat, tantam martyrũ turbam dinumeret? qui per prouincias omnes strenuè decertarũt: maximè autem in Aphrica, & Mauritania: item Thebaide, & in Ægypto, vnde nonnulli etiam in alias diuertentes vrbes, ibi fortitudinem suam pro Christo, & constantiam exhibuerunt. Quorum quis non, si videat, cum stupore admiretur alacritatem, supplicijsque numero longè superiora? potissimum autem, post hæc omnia, cum agrestibus feris colluctationem? Pardi nanque, vrsi, apri, & tauri syluestres, ferro & igni ad feritatem excitati, grauissimè in eos immittebantur. In quibus omnibus, admirandum spectaculum erat, tanta generosorum & nobilium martyrum cõstãtia & fortitudo. Verùm & illud maximo fuerit miraculo, quòd feræ illæ carnibus humanis vesci solitæ, & longa fame efferatæ, ab illis abstinuerunt, neque martyrum corpora attingere ausæ fuerunt: sed in alios, eos videlicet qui extra arenam stantes, illãs contra pios Deóque charos homines prouocabant & concitabant, stridore & impetu multo irruerunt, sacrosanctos athletas, nudis consistentes corporibus, eásque manibus in se adtrahentes, minimè lædentes. Quod si aliquæ etiam incurrere in eos cœperãt, quum quàm proximè ad eos accessissent, derepente ibi tanquam vi quadam repulsi, retrocedebant. Quod sanè factum, consternatione homines impleuit. Quippe quum in vnum martyrem sæpius multę immitterentur beluæ, infectis tamen eã eis rebus ferarum ductores abirent. Non minorem admirationem mouit strenuorum illorum martyrum animus infractus, & quorundam in imperfecta adhuc ætate semilis constantia. Vidisses enim ibi iuuenem nondum viginti totis expletis annis, vinculis liberũ, manibus recto statu in crucis speciem extentis, intrepido immotóque corde tacitè precibus ad Deum vacantem, neque vel se mouentem, vel genua inclinantem: quum quidem circa eum feræ crudelitatem spirarent, grauitérque rugirent. & iam penè diuinas illius carnes inuaderẽt & laniarent: cœlestibus autem frænis ora eorum obturarentur, & veluti catenis in eos qui post illos stabant retraherentur. Vidisses alium tauro obiectum, qui aliis quidem ex spectatoribus infidelibus cornibus in sublimè iactatis, quum plurimam vitæ partem ictibus disiecisset, minacius autem & ferocius martyri appropinquans, ne stringere quidem eum posset, sed sensim tantummodo cornu peteret, linguáque pedes lamberet, & religiosè quodammodo discederet. Et quum ad eum modum multæ bestiæ in martyres immissæ essent, idémque omnibus accidisset, postremò carnifices ipsi animos desponderẽt, post plurima supplicia, aliámque grauium tormentorum vim illis illatam, ferro crudeliter omnes iugulabant, & in profundũ mare deiiciebant. Atque hæc quidem sunt nobilissimorum Ægyptiorum athletarum, quæ Tyri decertarũt, certamina.

Quidam istorum martyriorum in Palæstina et Tyri in Phœnice vidit ipse Euseb. lib. 8. cap. 7. Vere martyres, qui ex ibi cesti erant, non latuerunt.

De martyrijs in Thebaide toleratis, & variis variorũ suppliciorum modis. Cap. 8.

QVi verò in patria sua martyrium obiere, quis vel eorum numerum inire, vel tot & tam varia tormẽtorum genera explicare queat? Quandoquidem quamplurimi vnà cum coniugibus & liberis propter Christum vitam ipsam prodidere, variáque mortis species adiere. Quorum aliqui post vngulas, flagella, & fidiculas, aliósque cruciatus, ad quorum mentionem solam animus exhorrescit, fortiter præsenti robore toleraros, tandem igni sunt consumpti. Alij, & quidem innumerabiles, scaphis impositi, in alto submersi pelago. Nonnulli etiam resecare volentibus caput magno animo, iugulum præbuerunt. Multi fame enecti sunt, plures in crucẽ acti: & alij quidem eodem quo malefici modo, supplicio affecti: alij autem † inuersi, pedibus videlicet in sublime sublatis, vitam diu grauitérq; traxerunt, donec in cruce ipsa ita suffixi fame perierunt. Thebaide porrò quæ sancti martyres pertulerint, oratione persequi facile non est. Corpora enim eorum testis vngularum vice tãdiu sper dum vita illis superesset, tortores dilaniabãt. Et machinis quibusdam mulierculas in sublime pede vno, capite dependente tractas, victimarum more sustendebant, * neque ea quæ natiuus pudor occulta esse voluit contegentes, & omnibus summæ inhumanitatis & crudelitatis præbentes spectacula. Quidam arborum frondibus alligati, miserabiliter excarnificabantur. Rami enim robustiores vi & arte quadam contracti martyrum crura diducta vinculis distringebant: ac deinde illis in naturalem statum suum redire permissis, subitò membra, vt cuiq; erant alligata, sæuissimè discerpebant. Atq; hæc omnia non breui tempore sunt patrata, sed annis pluribus mihi hoc durauit. Ad decẽ namq;, & triginta, & bis totidem, atque etiam quandoque ad centum quotidie viri, iuuenésque admodum & mulieres suppliciis variis occidebãtur, confertim veluti vna plaga internecionem sustinentes: ita vt ferri quoque acies continua sanguinis tinctura hebetior fieret, & scindere amplius non valeret: carnificésque defatigati, infirmiorésque facti successores alios acciperent. Animaduertere verò erat in hominibus nostris alacritatem, & fidei in Christum ardorem viuidum: quum enim vix contra priores sententia condemnationis à iudice prolata esset, alij alibunde confluentes, Christianos se esse confitebantur, pro tribunali ipso exultãtes, neque tormentorum acerbitatem respicientes. Sed interrita prorsus libertate pro Christo decertantes, cum magna animorum lætitia libentissimè supremam excipiebant sententiam: vsque adeò, vt cum gratiarum actione ad finem vsque perquàm † decenter hymnos laudésque Deo canerent.

† πύμπαδελικεῖν ἐν ὑψηλῷ τοῖς προσπερι ἐσχον. Martyria Thebaidis crudelissima.

* μήτε τῆς ἐπ' αἰδῶ σκέπης μελαγχόντα. Divina martyrum alacritas.

† εὐρύθμως

De philoroma & philea illustribus martyribus: & quæ Alexandriæ impij contra christianos perpetrauerint. Caput 9.

ET omnes quidem eximij veræ pietatis propugnatores digni sunt admiratione: multo tamen excellentiores, qui diuitijs, genere, gloria & sapientiæ studijs, præclaram cõsequuti famam, omnia ea Christi desiderio posthabuere. Qualis Philoromus ille fuit, qui primariam dignitatem ab imperatore apud Alexandrinos consequutus, cum splendido militum satellitio, pro dignitate sua, Romano more quotidie tribunali, causam dicens, astabat. Et Philæas Thmuitarum ecclesiæ Episcopus, qui quum

Martyria Ægyptiaca.

Martyrium Philoromi & Philæa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

muneribus ciuilibus ritè & decenter obeundis E clarus fuit, tum maximè philosophicis artibus excelluit. Quum igitur propinqui, amici, & familiares, & alij magnas gerentes dignitates, ipse quoque iudex eos obtestarentur, vt sibi ipsis parcerent, coniugúmque & liberorum per misericordiam rationem haberent, nullo modo adduci potuêre, vt vitæ suæ consulerent, & cultum Christi abiurarent. Itaque illi, constanti sapientiæ, seu potius Dei amantis animæ roboreiniurias tormentáque à iudice eis illata, & postremò generosè admodum & fortiter etiam capitale supplicium sustinuere. Quandoquidem autem Philæam paulo antè diximus eloquentiæ vi longè alios antecelluisse, ipsemet prodeat, simúlque & Alexandrina martyria exponat, & ipse sibi verbis suis certum præbeat testimoniũ, quæ verba ipse ex vinculis prius ad ecclesiæ suæ F plebem scripsit, quàm extrema in eum est & capitalis lata sententia. Quum enim prolixè martyres, de egregia eorum in Deum æmulatione & Christi imitatione laudasset, hæc deinceps infert. Itaque æmulantes maiora illa dona Christiani martyres, labores omnes & omnigenas pœnarum species non semel, sed aliqui etiam bis pertulerũt. Et omne genus minarum, quum quidem militares satellites cum illis ambitiosa ferocitate contendentes, eas non verbis modò, sed etiam factis intentarent, de cõcepta eos sententia minimè deterruit, propterea quòd charitas perfecta timorem eiiceret. Quorum virtutem, & in cruciatibus omnibus constantiã, quẽnam valeat commemorare oratio? Siquidẽ omnibus qui eos conuiciis iniurisque afficere vellent, potestate permissa, quidam fustibus verbe- G rabantur, aliqui virgis, nonnulli flagellis, alij lo-ris, alij rursum funibus. Et tormẽtorum varium spectaculum plurimum laboris & ærumnæ habuit. Hi nanque manibus post terga ligatis è ligno suspendebantur, & machinis quibusdam membra eorum omnia distrahebantur: deinde in corpora ad hunc modum distenta carnifices exiudicis præscripto atque mandato, nõ quemadmodum aduersus homicidas fieri solet, in latera solum, sed etiam in ventrem ipsum, in suras, & maxillas tormenta variè & crudeliter ingerebant. Illi verò ex fornice manu vna alligati pendebant, quibus cruciatu omni grauior erat articulorum membrorúmque omnium distensio. Alij porrò ad columnas, vultu ad eas verso, ita alligati erant, vt pedibus non insisterẽt. Vnde fiebat, vt corporum mole deorsum vergẽte, vincula quoque ipsa magis constringerentur, graiorémque illis afferrent dolorem. Atque hæc non tantum, quum verba cum eis conferrẽtur, aut præses ipsis instaret, sed tantum non diebus integris sustinebant. Quum enim ille ad alios progrederetur, apud priores cum potestate sua alios relinquebat, qui eis vicem suam adessent, sicubi aliquis tormentis victus de sententia decedere videretur. Iubebat ille quoque vinculis eos acriter constringere, ac deinde anima destitutos, atque in terram repositos, hinc & inde trahere. Ita autem erant in nobis discrutiandis in partem omnem solliciti, eáque tormenta excogitarunt & adhibuerunt, vt nequaquam hæc secundas ferrent partes, præ eis quæ aliquando quidam crudelissima aduersus hostes inuenissent. Fuerunt qui post cruciatus in catasta supra quatuor foramina pedibus vtrisque distenderẽtur, & necessariò supini iacere in catastæ ligno cogerentur: quum toto corpore à tot plagis recentia adhuc haberent & intima vulnera, nec substratas sibi testas ferre possent. Alij verò in solum ab omnis generis tormentorum vi proiecti, iacebant, grauioremque etiam cruciatibus ipsis spectantibus speciẽ prębebant: varia quippe & multiplicia pœnarum genera corporibus præ se ferentes. Et quum crudelitas ipsa ad hunc modum fæuiret, quidam inter ipsa tormenta decedebant, constantia sua aduersarijs pudorẽ incutientes: quidam semineces in carcere inclusi, post dies paucos doloribus constricti emoriebantur. Nonnulli verò à tormentis medicorum cura restituti, diutiúsque in custodijs detẽti, animosiores etiam fiebant. Itaque quum imperatum esset, optione proposita, vt vel contactis diris illis sacrificiis molestia omni carerent, libertatémque quam à seipsis habebant, ab illis consequerentur: vel si non sacrificarent, capitalem sententiam excipierent: illi nihil morati, perlibentes ad supplicium ibant. Sciebant etenim, quæ nobis in diuinis literis sunt proposita atq; præscripta oracula: Nam qui', inquit, diis aliis sacrificat, exterminabitur. Et rursum: Non erunt tibi dij alij, præter me. Hæc Philæas, † non minus Dei quàm sapientię amator, sic recenset: ecclesiam suam, vt veram pietatem * tenacissimè retineret, cohortans.

Philæa Thmuitæ episcopi de Alexandrinis martyribus scriptum.

Contra idololatriam.

† ἀχώριστον φιλόθεος

* ἀκριβῶς ἐχεσθαι

De ciuitate quadam Phrygiæ, quæ tota martyrium subiit: & de Adaucto martyre. cap. 10.

SEd quid opus est singillatim Deo dilectorum martyrum fortiter facta & noua certamina, quæ per orbem omnem obiere, referre? Quum alia afferre liceat, per quæ facilius quum ipsorũ tyrannorum efferatam crudelitatem, tum egregiorum victorum incredibilem erga Christum affectionem & pietatem probare possimus. Nõ enim vnum & alterum, aut etiam plures caterua tim, sed oppidum † totum Phrygiæ quoddã, ciues scilicet vnà cum cõiugibus & liberis vniuersos, milites armati circumuallantes, igne iniecto exusserunt. Crimen erat, quòd & præfectus magistratuíq; & populus eius omnis Christum inuocarent, eíque qui idola colere eos iussissent, minus obsequentes essent. Vir etiam quidam Adauctus nomine, omnibus honoribus functus, illustríque apud Italos loco natus, quíque per magistratus & dignitates, quas plurimas gesserat, ad sublimitatem Magistri officiorum peruenerat, pietate autem & confessione Dei facilè omnes antecellebat, in eo ipso munere martyrij coronam accepit.

Oppidũ quoddam Phrygiæ totum prope seruatoris Christi confessionem incendio consumptum.

Adauctus martyr. Magister officiorum Caligula.

De aliis quamplurimis martyribus, plurifariam martyrio affectis. Cap. 11.

SEd quid attinet singillatim martyres ipsos recensere, aut etiam numerum eorum inquirere, suppliciorum denique tam varias species stilo persequi? Quum eorum plerique securi percussi, quod eis in Arabia accidit: nonnullis crura fracta, sicuri in Cappadocia factum: aliqui pede altero ad caput alligato, in sublime sublati, molliore igne

Varia martyrum supplicia.

liore igne suppositio, fumo ex materia viridiore A prouenient iunt suffocati, quod in Mesopotamia euenisse legimus. Quibusdam nares, labia, aures, manus etiam & pedes amputati, & ipsi veluti quædam victimæ in cărnes dissecti: quod Alexandria vidit. Quis verò Antiochena supplicia memoret? vbi ignes & craticulæ fiebant, nõ confestim mortem accelerates, sed sensim martyrum copora torrentes, suppliciáque & pœnas in longum extrahentes. Fuerunt ibi etiam, qui dextras citius igni ardenti comburendas immitterent, quàm execranda sacra & sacrificia attingerent. Reperti quoque sunt, qui prius se ex locis superioribus præcipites darent, quàm periculum tormentorum adirent: mortem potius citam obire; quàm vt impiorum laqueis caperentur, properãtes. Horrẽda verò prorsus sunt, B & auditu intolerabilia, quæ in Ponto martyres sunt passi. Quibusdam enim in sumnis digitis præacutis calamis vngues perfodiebantur. Alij verò plumbum igne liquefactum, picémq; bullientem scapulis & dorso excipiebant. Nonnulli partibus eis quæ honestè non nominantur, cruciatus fœdos silentióque tegendos perferebant: quos nobiles illi & fortes viri philosopho planè animo & pia quadam ambitione sibi contra recens inuenta tormenta, exuberantẽ abundantiam constantiæ esse ostẽderunt, generosam quandam contentionem nouis præmiis aduersus spurca & inhonesta supplicia instituentes. Postquam verò victi immanium tormentorum noui artifices, cædibúsque fatigati sunt, adimpleti iam ad satietatem vsque torrentium instar profluente martyrum sanguine, tandem ad adumbratam & fucatam bonitatem sunt conuersi, vt scilicet amplius tam inhumaniter atque crudeliter nobiscum agere non viderentur. Non enim populatium cruore ciuitas contaminari, neque inhumanitate imperatorum benignitatẽ calumniis obiici debere, sed potius imperialis potestatis beneuolentiam atque clementiam in vniuersos extendendam esse dicebant. Quapropter edicto cautum est, ne Christiani necẽ darentur: quòd perinde id esset, atque si pœnis suppliciisque modus finísque imponeretur. Imperatum verò, vt oculi hominibus nostris effoderentur, & pedum alter abscinderetur. Ita enim fore, vt inhumanitas ipsa humanior, & ad vindictam lenior esse videretur. Factum sanè per eiusmodi † humanam inhumanitatem impiorum hominum, vt iam verbis complecti non sit, quanta multitudo eorum quibus dextri primùm oculi ferro excisi sunt, deinde ignis in vulnus ipsum iectus, veluti errabunda hinc inde circumierit: aut quanta vis fuerit eorum qui sinistros pedes ignito ferro violentius adusti, eos post se trahebant, quasi telluris inutile pondus facti: præterea eorum, qui inhumanissimè per prouincias ad metalla, non illi quidem necessitatis aut vsus alicuius gratia, sed vt ibi summis ærumnis vexarentur, sunt damnati. Alij porrò aliter afflicti perdurarunt: quos referre, quia luctæ certationesque eorum omnem superãt orationem, perquam est difficile.

Martyria Antiochena.

Pontica.

Virtute & cõstantia martyrum carnifices victi.

Cædes Christianorum prohibetur, mutilato membrorum in eisdem præcipitur.

† ἀπάνθρωπον τὸ φιλάνθρωπον.

De virginibus Antiochenis forma excellentibus, quæ modo martyrij stadium pudicè decurrerint. Cap. 12.

NEc viri tãtum, sed multo etiam magis mulieres virilibus animis præclarè se gesserũt. Qualis Antiochena illa fuit, propter virtutem aliáque eximia ornamenta apud omnes admodum celebris. Quæ filias duas forma & ætatis flore excellentes habens, quum ad euitandam inuidiam clam in longinqua terra latens aliquãdiu mansisset, & in patriam reuocata esset, à militum manu, vnà cum illis capta est. Atque vt de seipsa & puellis itidem spem omnem abiecit, quæque expectandæ essent erumnæ atque calamitates secum ipsa in animo considerauit, & ab improbis illis violentísque hominibus, de fornicationis periculo ea quæ nec summis auribus ferenda esse videretur audiuit, quum filias ad virginitatem vsque ad vitæ finem inuiolatã conseruandam est adhortata, tum verò idolorũ cultum quauis pernicie, ipsáque adeo morte deteriorem esse illis persuasit: vnum esse vtriusque mali effugium sapienter asserens, si ad Dominũ perfugerent. Puellæ porrò, quum ambæ in matris sententiam discederent corporibus suis vitè atque decenter eo habitu quem tum tẽpus suppeditabat amictis, quia in medio erant itinere, paululum à via digressæ custodibus deceptis in fluuium qui ibi præterfluebat se cõiecere. Aliud quoque in eadem vrbe sororum par, nõ minus quàm illæ virginitatis dote, vnanimi consensu, pulchritudine vultus, animorum generositate claræ, diuitiis quoque & præclari nominis fama illis non inferiores, studio etiam & æmulatione pares, eodem decurrentes stadio, vt tamen non sola terra eiusmodi obtineret ornamenta, in sinum maris seipsas præcipitarunt. Hoc enim ita eas facere, quorum incomparabilis esset improbitas, persequutores simul & impudici homines cogebant. Addam quoque aliud grauis & pudicæ virginis, sanctum quidem illud, sed festiuũ etiam atque facetum factum.

Honestæ Antiochenæ viduæ filias, ne se stupro & idololatria cõtaminarent, matris suasu se in amnem præcipitant.

Eusseb. lib. 8. cap. 12.

Aliæ quoque duæ Antiochenæ virgines fororesque eadẽ de causa in mare se coniecere.

De aliis virginibus & monachis, pudicitia simul & martyrio claris. cap. 13.

ALia quædam puella, perpulchrum & inuiolatum testimonio omnium virginitatis ornamentum, quia comprehensa deorum cultum vt summum malum auersata fuerat, impotentibus & impudicis viris ad ludibrium & turpem libidinem tradita est. Et illa iam ita abducebatur: quum ei casu quodam, inter eundum Antistes ecclesiæ Nicomediensis Anthimus obuius fit. Ibique ab illa interrogatus, vtrum sibi è duobus æqualibus malis magis eligenduin videretur? respondens ille: Filia, inquit, Euphrasia, pulcherrimum quidem & castæ virginitatis donũ, sed maius præstantiúsque fidei præceptũ. Quãdoquidem enim, si casus aliquis aut necessitas ita ferret, multo magis pallam ipsam præstaret quàm corpus diripientibus dare: in præsentibus quoque malis & tentationibus eodem modo rem dispicere conuenit. Et si permissum non est vt vtrunque retineas, vt saltem animam incontaminatam conserues, faciendum tibi esse duco: vt scilicet mente ipsa per fidem confirmata, carnem iniuriis & contumeliis improborum permittas. Consilio viri eius cognito, animo etiamnum in vtranque partem fluctuante, tandémque se vt vtrunque saluum retineret, confirmante,

Puella Nicomediensis, quod dius sacrificare nollet, ad prostibulum damnata, arte quadam pudicitiam conseruat, & martyrium subit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam & proximè ad lenonem damnando Christianã potius quam ad tyrannum confessionis labe pudicitiæ apud nos astrictæ omni pœna & omni morte reputari: nec quicquam tamen profuit. Tertull. 9.

quò adducebatur sequitur. Atque vbi iam in eo dem est cenaculi cum improbo iuuene clausa, techna quadam illum circumuenit, veneficam se esse profitetur, mercedémque ingentem conseruatæ pudicitiæ pollicetur, quæ eum à morte conseruet: pharmacum scilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus & prælijs nullo prorsus telo aut ferro violari aut confici pòssit. Quod si de tali remedio, inquit, periculum facere vis, illico id tibi manifestò exhibebo. Ille id statim parari permittit. Tum illa verè sapiẽs, ceram oleo liquefactam, manibúsque subactam collo suo circumcitca inungẽs illinit: quod vbi perfecit, petere eum iugulum suum ense quibus posset viribus adacto, remedíque eius vim & efficaciam experiri iubet. Atque ille, quàm potuit validissimè ensem in eam demisit, capútque eius ictu vno resecuit. † Consimiliter huic virgo alia libidinosis ad turpem concubitum data, ad eam venientibus, putridum contagiosúmq; vlcus se in tectis membris occultísque locis habere dixit: eosdémque, vt sibi ipsis parcerent, ne scilicet consuetudine Venerea se quoq; eo malo contaminarent, rogauit: dilato fœdi congressus tempore, quàmprimum integram valetudinem recuperasset, se in potestate eorum futuram pollicita. Ad hunc modum insanis amatoribus deceptis, Deus pudicitiam eius tali arte conseruauit, & se illa ab illis absoluit. * Alius enim iuuenis quidam, sub libidinis & petulantiæ prætexta meretricularum curatorem lenonem accedens, noctem puellæ eius quinque numis aureis mercatus, & ad eam ingressus, tunicam quidem ipse suam ei iniecit, eámque vt agnosci non posset, probè contectam exire iussit: ipse autem vestibus illius amictus, & deprehensus, capitis pœnã dedit. Eodem tempore Asceres quidam, castitatem & virtutes alias pus studijs sedulò meditãs, æquali decertauit agone. Is quum expugnari omnino non potuisset, nullámque aduersarijs vincendi spem reliquisset, post innumera tormẽta in lecto vinculis ligatus reponitur: & mulier impudica ad eum immittitur, quæ illum cõplectens, exosculans, manúsque petulantur ad membra secreta adhibens, procacissimè ad rem illicitam, nihil prorsus lasciuiæ & illecebrarum prætermittens, concitat. Ille aliud quod faceret non habens, linguam ipse suam morsu concisam, dentibúsque comminutam, in faciem meretricis exuit. Quare sibi ipse quidem pro voluptate acres dolores, impudicæ autem illi probrum atque stuporem cum acerbitate, tam vehementibus illis illecebrarum insultationibus superior, conciliauit. Et sicuti in certamine pudicitiæ aduersus eam victor fuit, ita paulo post vitam martyrij sigillo confirmauit.

† *Puellã alia castitatẽ quæque suam pia techna, quam impudicis hominibus ad cõ scilicet consuetudine Venerea se quoq; eo malo tumeliã data esset, conseruauit.*

* *Iuuenis pium puellæ eius pudicitiam morte sua redimit.*

Monachus inter impudicæ mulieris illecebras, linguã suam mordicus conscindit.

De sancto Pantelecmone, & sancta Eustratio, comitatúsque eiusdem, & de aliis magnis martyribus. Caput 14.

Martyrium Pãteleemonis.

EAdẽ tẽpestate & Pantaleon, qui & Pantaleemon dictus est, enituit, verbísque & factis miraculorúmque prodigijs Christum exaltans magnificauit. Factis quidem, quibus ille insustentabilibus cruciatibus fortiter restitit: depugnauit enim cum ferro secante, plumbo feruente, & rota membra comminuente: atque in æquore maris innatans, lapidem molarem perinde atque leuem volutrem secum traxit, in mediis vndis non aliter atque in sicco pauimento subsiliens: bestijs quoque & gladijs, vnà cum Hermolao episcopo, Hermippo & Hermocrate superior fuit: & ita corpore solutus, spiritu coniunctus, compactus atque vnitus est. Verbis autem, quibus Dei mysteria & virtutem deprædicans, aduersarium ipsum pudefecit. Hoc ipso anno & clemens Ancyranus episcopus, cũ Agathangelo excellentissimum martyrium summ est exortus. Viginti octo nanque annis pro Christo splẽdidissimum absoluit cursum. Siquidem post mundum cõdirum quicunque pro Christo certamen igne, ferro, lapidibus, lignis obierunt, quíve cum bestijs depugnarũt, & diuturnis vinculis afflicti sunt: præterea qui diuersis modis in terra, in aëre, in aquis, cum supplicijs sunt colluctati: cum autem qui vel frigore, vel calore nimio sunt consumpti, aut qui aliis quibuscunque pœnis & tormentis vitam amiserunt, eos omnes meo quidem iudicio sanctus ille Clemens, & cum ipso Agathangelus longè superauit: primum quidẽ Romæ, deinde Nicomediæ, quum feritate & crudelitate aliis præstantes tortores, eis excruciandis, vices per successionem mutantes, ab omni iam tormentorum specie destituerentur: ad postremum autem gladio percussi, vitam hanc immortali illa commutarunt. Quomodo verò Eustratium, † comitésque eius præterearn: qui ex Atabracis regione Armenijs finitima ortus, in Græcarum quidem disciplinarum scientia nemini erat secundus, professionem autem nostram occultè discens, propalam Lysiæ Orientis præfecto inseruiit: qui ibi impiorum imperatorum iussu, cædes piorum hominũ patrabat. Enimuerò Eustratius scriniarius, siue Ducalis ordinis scriba factus, quum mirificam nobilium martyrum constantiam vidisset, emulationémque eorum in animo concepisset, non alios expectat accusatores, sed seipsum ipse defert. Nam impiorum amẽtiam & vanitatẽ coarguens, in sublime extensus, acriter verberatur, igne viscera eius aduruntur, sale & aceto perfunditur: ad hæc fragmentis testarum ita obteritur, vt totus ipse vnum videretur esse vulnus. Vt autem diuino nutu, corpus fortissimi martyris veluti squamis ab eo delapsis, ad pristinum formæ statum est reuersum: idem stadium eiusdem cum eo animi Eugenius ingreditur, & item Auxentius. Lysia autem Nicopolim proficiscente Hmartyres crudelem in modũ tracti atque raptati sunt. Ibi etiam Mardarius est productus. Et Auxentius quidem capite est plexus: Mardarius autem per talos in sublime suspensus, subulísque ignitis perforatus atque dispunctus, & facibus insuper exustus, vitã finiit. Cæterùm Eugenius, quod in impietatẽ inuectus esset lingua abscissa, deinde manibus atque pedibus eius fractis, decessit. Sapiens verò Eustratius, cum Oreste, alí Agricolaum Sebastiam abductus, per ignẽ vterque holocaustum Domino sunt oblati. Multiplices quoque & variæ torturæ Eulampij & Eulampiæ in vrbe Nicomediensi: Anastasiæ etiam, quæ Romæ membris est mutilata: alteriúsque ei cognominis, quam post supplicia alia tolerata ignis tandem cõsumpsit. Insuper Agapæ, Irenæ, & Chio-

Hermolai epi scopi, Hermippi, Hermocratis.

Item Clementis Ancyrani episcopi, & Agathangeli.

Eugenij & Auxentij, Mardarij.

Oreste.

Eulampij.

Eulampes.

Anastasiæ.

Anastasia alterius.

Agapæ.

Irenæ.

Chioniæ. Sergij. Bacchij.

& Chioniæ, nobilissima martyria silentio prætereunda non sunt. Sicuti neque Sergij & Bacchij, egregiorum sanè victorum, ad finem vsque conseruata fortitudo: quorum alter fustium lethalibus verberibus, alter gladio interemptus est. Aliorum verò innumerabilium, quis vel saltem ipsa nomina, vel martyriorum genera recensere queat?

De celeberrimis martyribus, Georgio, Procopio, & Demetrio unguento scaturiente. Cap. 15.

Georgij.

EIsdem quoque temporibus, Georgius ille, magni inter certatores istos nominis & agminis martyrum coryphæus, laborũ pro Christo toleratorum veros percepit fructus. Hic in Cappadocia adhuc adolescens forma præstanti, & qui nondum primam produxisset lanuginẽ, fortissimè certaminibus pro Christo perfecedis martyrium obiit. Captus enim, quòd in dæmones acriter inuectus esset, Imperatorúmque impietatem derisisset, supra naturæ captũ perquàm acerbos sustinuit cruciatus. Namque post carcerem & vincula, vnguiæ acutæ cum excepere: mox calce ardenti est adustus, fidiculíque rursum distractus, mucronibus membratim dissectus, pluriméque aliis pœnarũ tormentorúmq; machinis attritus, generosam animi sui constantiam, firmúmque mentis suæ robur satis declarauit. Adhæc Glycerij impostoris † bouẽ euertit ac sustulit, & Alexandrámq; reginã iamdudũ defunctam oratione sola ab inferis reuocauit: tandémque vt virum decet, gladio percussus, ex hac vita migrauit. Nobilis quoque ille Procopius Cæsareæ Palæstinæ natus, inter martyres eodem tempore illustris maximè fuit, cui Diocletianus Ducalem quidem in Oriente sublimitatem dedit, Christus autem cum è cœlo ad se veluti Paulum vocauit. Et is quidẽ illa accepta, inexpugnabili verò crucis armatura perinde atque generosus & fortis miles armatus, primùm aduersus eos qui sensu percipiuntur, deinde etiam in eos qui mente sola perspiciũtur hostes depugnauit. Aureis namque & argenteis, quos sibi fieri curauerat, diis comminutis, eorúmque precio in pauperes expenso, mox etiam cum eis qui frmolos adulterinósque deos propugnabant, bello congressus, illorúmque infirmitate per infamiam notata, ipsius verò Iesu Christi immensa naturámque supergressa potẽtia magnificè laudata, quas non ille pœnas fortiter toleraui? quæ illum fidiculæ & torturæ præteriere? quibus vngulis cutis eius concisa non est? quos ignes quásve faces membra eius experta non sunt? quorum ferramentorum mucronúmque corpori eius intẽtatorum acies hebetatæ non sunt? Per quæ atque his similia tormenta, quamplurimis ex primis intimísque imperatorum consiliarijs ad Deum præmissis, postremò & ipse gladio percussus, cum incredibili lætitia ad dudum sibi desideratum Christũ concessit. Herculius autem, quum Thessalonicam venisset, Demetrium quidem Christi martyrem primarium eius loci virum, ciuitatísque adeò ipsius præfectum, quod ei Christum profiteri delatus esset, custodiri iubet. Ciuitati autem certamina & ludos equestres exhibet. Atque in iis luctatorem & pugilem nobilem atq; inuictum, aboroéque & viribus corporis insustẽtabilem, artis militaris & belliæ peritum, cuius fortitudine Maximianus gloriari etiam solitus fuerat, nomen illi erat Lyæo, in hatenam producit. Quum itaque is in medium processisset, neque quisquam esset qui cum illo congredi auderet: iuuenis quidam Thessalonicensis ciuis, aspectu pulcher, moribus autem humanus & gratiosus, ac martyri Demetrio maximè charus, Nestor nomine, celeriter ad Demetrium currit, ab eóq; petit, vt quum ei cum pugile illo congredi permittat, tum oratione sua robur virésque augeat. Demetrius ei benedicit, &, Lyæũ (inquit) vincees, simúlq; pro Christo martyrium sustinebis. Ille in certamen progressus, Lyæum in mucrones, qui in terra sursum versum defixi fuerant, prostratum occidit. Sed & ipse illico, imperatoris iussu, qui ira contra cum exarserat, occiditur. Deinde quoque Demetrius, quod illum precatione confirmasset, hastis per latera pluribus confossus, è vita excessit: & in proximum coniectus puteum, ad hunc vsque diem iugem vnguentorum profert fontem. Hæc de celebribus illustribúsque martyribus. Qui verò reliquorũ multitudinem cognoscere vult, is diligenter Eusebij Pamphili volumen legat, quod de cœtu martyrum composuit, in quo ineffabilis Christi virtutis & potestatis clarissima indicia atque testimonia ostenduntur.

† *Bouẽ arigæa.*

præcep.

Dem. tr.

Lyæus pugil.

Nestorius.

Eusebij Pamphili de martyribus liber.

De ecclesiarum episcopis, qui variis in locis curriculum Christi strenuè percurrerunt, & vt res Christiana in melius sit commutata. Cap 16.

CNAmi vnumquenque eorum nominatim recensere, non modò difficile mihi esse, sed neque omnino fieri posse videtur. Vt autẽ simplicius præclarissimos quosque referamus, primus veluti in publica veræ pietatis columna illustríque loco proponatur Nicomediæ episcopus Anthimus, capitis supplicio defunctus. Secũdus sit, qui vitam omnem sanctissimè peregit Antiochenus Lucianus, ecclesiæ vrbis eius presbiter: qui verbis iuxta & factis Nicomediæ in præsentia imperatoris bonam professionem cõsummauit. Tulit quoque Phœnicia spectatos martyres, rationalísque gregis Christi præclaros pastores, ecclesiæ Tyri episcopum Tyrannionẽ, & Sydonis presbyterum Zenobium. Syluanus aurem, Emesenæ ecclesiæ antistes optimus, cum quibusdam aliis, bestijs obiectus, inter martyres cœlestibus perfruitur gaudijs. Antiochiæ porrò duo præcipui, fortissimè morte pertẽtes, Deo victimam seipsos obtulerunt, alter in vndas maris proiectus, alter (erat is Zenobius, medicorũ optimus) laterum tormentis immortuus. In Palæstina apud Gazam Syluanus episcopus, cum aliis vndequadraginta, ad * Phænæ æris metalla damnatus, gladio est confectus. Peleus autem & Nilus, Ægyptij episcopi, cum quibusdam aliis nõ paucis, igne sunt combusti. His accenseatur magnus ille & admirandus Cæsariensis Pamphilus, cuius filius (sicuti fertur, vt autem alij putant, sororis eius filius) fuit Eusebius ecclesiasticus historicus. Alexandriæ verò & in Ægypto omni, atque etiam Thebaide, primas ferit episcopus Alexandrinus Petrus, certissimus episcopalis functionis canon & regula. Cum quo eodem

Anthimus episcopus.

Lucianus presbyter.

Tyrãnio martyr.

Zenobius.

Syluanus.

Martyr ἀνώνυμος.

Zenobius.

Syluanus cum 39. sociis.

* *in quã.*

Eusib.

Peleus.

Nilus.

Pamphilus.

Petrus Alexandrinus episcopus. Episcopi Ægyptij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stadio decurrerunt, Faustus, Didymus, & Ammonius. Præterea autem Phileas, Hesychius, Pachomius, & Theodorus, Ægyptij episcopi: & innumerabiles insuper alij satis celebres, qui in literarum monumenta non relati, ab eis apud quos martyrio sunt defuncti hominib⁹ magnis ornantur laudibus. Eorum verò labores & certamina historiæ huic inserere, quod præter institutum nostrum sit, visum non est. Restat nùc, vt palinodiam & recantationem perpetratæ in nos crudelitatis adtexamus. Fuere quidem antea nobis à Romanis imperatoribus res quietæ & tranquillæ, quo tempore professio Christiana omnibus modis quàm maximè floruit: ita vt totis decem atque etiam viginti annis splendidâ pacatáque serenitate plurimum fulgente, frequentissimos ageremus conuentus, iucunditatibúsq; ac deliciis frueremur, & pace secura quasi difflueremus, libertate nostra magis ac magis gliscente, atque incrementa sua indies capiente. a Eccè autem de improuiso imperatores sententia mutata, citra clarigationem atrox illud & irreconciliable contra nos bellum mouent, quod propè perpetuum duravit biennium. Quum verò nouum insolitúmq; quiddam autori & duci importunitatis eius & malitiæ accidisset, rursum id mutauit omnia. & ad statum inopinatum adduxit, rebus imperij in duas partes diuisis: quod ante id tempus ad eum modum factum esse non legitur. Ego verò mutationē eam altius ab ipso initio repetens, quantum potero exponam.

Pax ecclesiarū ante Diocletianum.

a Repentina sub Diocletiano christianorum persequatio.

Vt Diocletianus generum sibi Maximinum Gallerium, Maximinus verò Herculius autem Constantem Chlorum imperatory sanguinu generum delegerit, qui cōstans pater magni Constantini fuit. Cap. 17

Diocletianus ipse viginti duobus omnino annis imperium tenuit: & quarto imperij sui anno, cum æqua potestate, Maximianū Herculium sibi adsciuit. Horum Diocletianus generum sibi in filia Galleria legit * Maximinum, qui etiam Gallerius est cognominatus. Maximianus Herculius autem Theodoram priuignā Constanti, cui etiam Proceri & Chlori cognomen fuit, Claudij, qui ante Aurelium imperauit. † Amitiano tribuniciam tum obtinenti dignitatem, in matrimonium locauit. Generi porrò illi, ambo vxores antea habebāt, sed eas in imperatorum gratiam repudiarunt. Theodoræ porrò frater erat Maxentius, qui, sicuti deinceps dicemus, in Miluio ponte interiit. Ex ea Constans duos suscepit filios: Constantium qui impij Iuliani & Galli pater fuit: & Anibalinum, qui Dalmatius quoque dictus est, iunioris Dalmatij patrem: & filiam Constantiam, quæ Licinio postea Cæsari renunciato nupsit. Gallerius Maximinus Diocletiani gener, duos quoque habuit filios: Maximinum, qui Orientale tenuit imperiū, sub quo Basilij magni paterni parentes, propter eius læuissimam persequutionem, in solis habitarunt montibus: & Seuerum, Romæ Cæsarem declaratum, cuius in locum deinde Romani suf-

Diocletiani & Herculius biennio tota continenter Christianos afflixerunt. persequationem autē reliquam ille tyranni successores. sunt exequuti. infr à cap. 22.

** Nonnulli Maximianum vocant.*

De Diocletiano et Maximiano, eorúmque liberis & generis.

Constantem alij Constantiū vocant.

† Per filiam nepoti. Eutr.

Diocletiani
- Maximiani
  - gener
    - Maximinus Gallerius
    - Constans Chlorus
  - ex
    - Galleria
    - Theodora. huius frater fuit Maxentius.
- Idem constans ex Helena, vxore priore, suscepit Constantinum.

fecerunt Licinium, Constantino gratificati, cōiugis illius fratri, qui tum in Gallijs & Britannia cum imperio fuit. Constans enim Chlorus, aliū quoque ex beata Helena sustulit filium Constantinum: cui etiam imperium, quòd Christianam ritè suscepisset fidem, reliquit: reliquis, quos ei Theodora genuit, filiis (propter segnitiem) abdicatis. Constantini ortus sic habet. **

De nativitate, educatione & institutione magni & apostolici Constantini. Cap. 18.

TYranni, quos diximus, quum irreconciliabilem prorsus furorem in Christum suum satis ostendissent, continuò variæ grauésque diuina vindicta plagæ imperium Romanum obruerunt. Nam Persæ, Parthi, Sarmatæ quoque, & plerique alij finitimi populi, Varacho duce, Romanā ditionē vastarunt. Ad quem per fœdera pacta placandum, qui tum rerum potiebantur imperatores, Constantem Roma legatum misere, vt quum pacem cum eo componeret, tū annua ei dona, redimēdi sciuicæ belli gratia, polliceretur. Is ab occidente ortentem versus nauigans, ad locum qui † Drepanum dicitur, appli- *Drepani Constans filium constantinum creat.*
cat. Situm autem est Drepanum ad Nicomediæ sinum, in altum mare longius prominens. Ibi Constanti desiderium cōcubitus incessit. Quod vbi cognouit hospes eius, magnificentia & splēdore cohortis eius regio permotus, filiā ei suā, venusta forma ætatísque flore iam nubilē puellam conciliat. Ille cum ea rem habet, concubitúsque mercedem peplum ei purpura intextum donat. Nocte ea Constanti mirifica visio est oblata, quæ eum timore quodam perculit. Quapropter & puellæ patrem est cohortatus, vt filiam, quæ insigne quoddam * donarium gereret, impolluram diligentius asseruaret: & quod ex ea natum esset, accuratius educaret. Vidisse quippe se ea qua dictum est nocte aiebat, in tabernaculo suo, præter naturam ab occidentali oceano orientem † solem. Cæterum legatione rectè obita, Constans alio itinere Romam reuersus, vnà cum Gallerio Maximino Cæsare est creatus: nec ita longè pòst, vterque Augustus factus. Et Diocletianus Herculio imperatore Romæ relicto, ipse Nicomedium se recepit. Accidit deinceps, vt Oratores alij ad Parthos mitterentur, qui & ipsi Drepanum diuerterunt. Et qui Constanti ex hospitis filia Helena progenitus erat infantulus, puerilem ludens ludum, à quodam ex Oratorum comitum numero offensus, admodum ei succensuit, & obiurgationes illius indignissimè tulit. Ibi tum mater, Constantis eum puerum esse indicauit: eámque rem, peplū illud purpura exornatum proferens, confirmauit, & facies ipsa indolésque generosa filium illius esse satis testabatur. Ea re Constans ex legatorum sermone cognita, postea comitatu regio puerum vnà cum matre Romam adduci curauit: Veritus autem, ne illis absurdi quidquam à

Constans ad persas legatur.

Ab aliis Drepana minuitur.

De Helena Constantini matre hisloria Variant. Græca cum nostra conuentione. Latini gant. Britannū regis filiam fuisse tribuunt. Patrem ipsi Constantius Constantium Gallie & Britanniæ imperatorem

- Maximinum
- Seuerum.

Constantiū patrē & Galli & Iuliani
- Dalmatiū, patrem Dalmatij iunioris, Constantiam, Licinij vxorem

Theodora

† *Posteriore petius. Constantinus in aula Diocletiani educatus.*

Domestici scholarum, quales etiamnum in Principum aulis aluntur regij pueri.

Theodora † legitima vxore sua per zelotypiam & coniugalem æmulationem acciderer, Constantinum filium Nicomediam ad Diocletianū, qui ibi cū Gallerio Maximino genero erat, misit. Atque ibi ille benignè susceptus, in palatio apud Imperatorem vixit: & inter domesticos scholarū adscitus, Græcas disciplinas addidicit, simúlque Christianissimum est complexus.

Vt magnus Constantinus diuinitùs paternum adeptus sit imperium, & qualis fuerit. Cap. 19.

QVum autem viderer illos Christiano gandere sanguine, abhorrere ab eorum cōsuetudine & contùbernio cœpit. Illi porrò Deorū superstitioni, vt nulli alij, quam maximè dediti, auguribus auspicibúsque consultis, occultè cognouerunt, Constātinum non modò toto Romanorum imperio potiturum, verùm etiā Græcorum idololatriæ euersorē, ac Christi & Christianorū eximium amatorē futurum. Itaq; Diocletianus illum Alexandriæ in Ægyptia a Achillis rebellione, quamuis egregia manu edentem facinora, interficere est conatus: & Gallerius in Palæstina ei insidias struxit. b Quibus ille compertis, nutu Dei, qui omnia rectè & sapiēter dirigit, Nicomedia soluens, ad patrem in Gallias traiecit: qui illum etiam, Christianorū sacra piè colens, & propediem testamento iam condito moriturus, ad se commodùm euocauerat: quo maiore etiam animi voluptate & lætitia aduenientem eum excepit. Assurgens igitur in lecto, aliis abdicatis, quum ei ipsi liberi, Senatus, populúsque vniuersus, & aduenę quoque permulti adessent, c insignia Imperatoria & coronam auream Constātino imposuit, præconis munus ipse pater in filio adimplens. Hæc enim ad Senatum & filium ipsum est loquutus: Nunc mihi mors vita ipsa dulcior est futura: nunc optatus adest obitus. Teneo siquidem maximum Epitaphium, sepulchraléque monumentum, meum filium. Et quod in terris Imperatorē relinquo, qui Deo bene iuuāte, Christianorum lacrymas abstersurus & patratam ab impiis tyrannis crudelitatē vindicaturus est: id ego summæ mihi felicitatis loco esse duco. d Deinde ad multitudinem conuersus, bono animo esse omnes iussit, qui à vera in Christum pietate non defecissent, quem deinceps cum Constantino in armis fore dicebat. Constans namque in crapula illa impietatis sobrietatē cōseruauerat, & Christi religionem obtinere plurimùm studuerat, atque in ingenti illa iniquitatis eluuione igniculus inextinctus permāserat. Quum etenim plurimum esset vbique placulorum, & cædes ciuiles per orbem vniuersum grassarentur, quæcunque sub eius ditione erant vrbes, immunes ab ea contaminatione & clade erant. Et imperium eius veluti tutissimus portus erat pietatis Christianæ, in quē, quicunque propter Christum affligerentur, receptissimè perfugiebant, ibique conseruabantur. Constans, Constantino Imperatore facto, e primo anno ducentesimæ primæ Olympiadis feliciter f decessit, ætatis quinquagesimo sexto, Imperij autē vigesimo tertio: quod ita cum magna gloria administrauit, vt à Romanis quodāmodo in Deorum numerum referretur. Natura namque fuit maximè leni & clemēti, nec vnquā

a Achilles incubator imperij Alexādriæ per mēses aliquot obsessus, & in potestate redactus, feris à Diocletiano obiectus.

Achilleum alij huc vocāt. Constantinus Parta ex Sarmatis egregia victoria, veritus exea laude gliscentem inuidiā, ad patrē transfugit.

Eutr. Egnatius.

b Insidiæ sibi structas Constantinus deuitat.

c Constantinus à patre consalute successor Imperij instituitur.

d Constans Christianis semper fauit.

Constātis natura mitissimus, Italiæ & Africæ imperiū sustinere recusauit, Britannia & Gallia contentus.

Pomp. Lætus.

e Apud alios reperitur Olympias 272. & hæc rectius.

f Constantis obitus.

Eutrop. Sroci Almanorum

** χειροτονητὸν.*

** φασὶ τὸν πατέρα Constantium, Maximianum, Galleriū Cæsares eidem AA.*

A

quidquam contra nos egit: imò nos ille semper fouit & seruauit, sicuti est dictum. Quapropter dignam etiam tali vita est cōsequutus mortem, tā moderato & pio filio successore & imitatore absolutissimo sibi constituto, defunctus. Hæc de Constantino, qui ita diuini numinis prouidētia ad Imperatoriam sublimitatem est euectus, satis sint. Nam hac de re deinceps quoque dicemus.

regis præcipuē ope & opera Constantinus imperium arripuit.

** *De Constante isto Eusebius lib. 1. de vita Constantini memorat, percharum eum ciuibus & subditis fuisse, quos nullis exactionibus grauarit. Et cum aliquādo sine Diocletianus sine Maximianus per legatos pecuniæ ei penuriam obiceret, illum opulentissimos quosque, vt se pecunia ad necessarios vsus præbenda adiuuarent, euocasse: Hi verò magna animi alacritate ingentē vim auri & argenti, de occasione principi suo gratificādi, sibi* B *gratulantes, ad illum eis qui dicti sunt legatis præsentibus attulerunt. Tum constans ad legatos conuersus, nunc demum sibi dixit repræsentatum thesaurum esse, qui dudum apud ciues suos seruatus fuisset. Legati renunciare hoc Augusto iussi, cum admiratione discessere. Et Constans ciuibus suis pecuniam eam omnem restituit.*

De Diocletiano & Maximiano, vt imperio deposito interierint, & qui eorum fuerint successores. Cap. 20.

NOn multum interfuit temporis, & Diocletianus vnà cum imperij sui consorte Herculio Maximiano, ex constituto Salonæ cōuenēre: ibique inter se constituēre, vt die vno ambo Imperiali potestate deposita, priuatorum vestem sumerent: vt quidem Eusebius Palæstinus ait, quod mente capti, desipere cœperint: vt reliqui verò scriptores referunt, quod Græco- Crum philosophorum vitam sibi degendam legerint. Quum etenim satis diu imperio gerendo summa potestate vsi, & deliciis affluxissent, & gloriam magnam sibi comparasse visi essent, generos etiam suos in locum suum surrogassent, ad philosophandum se etiam per excellentem & superbam ambitionem contulerunt: vt scilicet quod se imperium optimè administrasse existimarent, ex philosophica quoque vita gloriam aliquam apud posteros consequerentur. Atque Herculius quidem fune suffocatus, vitam finiit. Diocletianus cùm ad extremam propè peruenisset senectam, miserè quoque periit. Galler. b Maximinus autem diuinis expetitus plagis, toto primum corpore tumorem ingentem cōcepit: quo deinde variè disrupto, lentè ita emarcuit, vt blasphema eius & impia lingua, quæ D iniquitatem in altum euomuerat, intra fauces ipsas vermium vim proferret, qui ex ore illius prorepētes fœtore pessimo locum habitationis omnē replebant. Postremò autem more † canis quā maximè latrans, sceleratā & nefariā cū quadā violētia exhalauit animā. Gelasius porrò Cę sareę Cappadocū episcop⁹, literis memoriæ mādauit, eos imperio deposito postea pœnitentia ductos, id recuperare voluisse: sed senatus cōsulto necatos esse. Sunt qui dicūt, per furorē & infamiā aduersus Christū eos imperium abiecisse: quòd propter viriles nobilium & generosorum martyrū & cōstantes animos, illius nomē extirpare, & tollere nō potuissent. Verùm enimuerò illis ad eū modū extinctis, & Cōstante Cōstātini patre in Domino defuncto, c in Orientalibus

4 Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpurā eodē die posuere.

Eius rei causa excutitur.

Diocletianus post triumphū de Persis actū, adorari voluit. Et fratrē se solis et lunæ vocari pedēsque sibi osculari, auro & gemmis calceamenta ex ornans, præcepit. Pomp.

b Mors Maximiani & Diocletiani.

De morte Diocletiani Egnatius scribit: obiit duodecim supra octogintā natus anno vel alienatione mētis, vel venenō hausto, veritus Licinium ac Constantinum qui illum tanquā Maxentij fautorem grauiter increpuerant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

partibus Nicomediæ Gallerius Maximinus imperium tenuit, in Occidente autem in Galliis Constantinus summam rerum administrauit. Apud Persas tum * Saborius regnauit, & Romæ post Miltiadem Syluester ecclesiæ præfuit. Eo tempore Romæ à militibus d Maxentius Herculij filius, Augustus renunciatus est. Gallerius autem duos filios suos, Maximinum & Seuerũ, Cæsares dixerat: atque illi Orientis, huic Italiæ imperium destinauerat. Vterque verò eodẽ perijt tempore: Seuerus morbo † extinctus: Maximinus in Cilicia, quum paternã ad se ditionẽ pertrahere conat⁹ esset, turpiter vita defunctus. Quare Licinius Constantiæ sororis Constantini maritus, à Maxentio & sacro diuinóque Cõstantino Cæsar est factus. Id verò pessimè g * Herculium Maximianũ habuit, qui tum adhuc p tantum Cæsar dicebatur, quod namque natura tyrannicus esset, dignitate Imperatoria arrepta, seipsum postea Augustum creauit: & potestatem quam antea deposuerat, vendicare sibi rursum volens, insidias quas filio Maxentio struxerat, perficere, militibus qui Romæ erant impedientibus, non potuit. Quare desperata, ad Constãtinum generum insidiis & ipsum circunuenien-dum atque tollendum se conuertit. Sed consilio eius à filia Fausta Constantini coniunge deprehenso, ex Romani Senatus decreto est interemptus. Mortem eius *h* fœdam mox ignominia alia est subsequuta. *i* Imagines enim eius & statuæ in locis omnibus omnes, tanquam impiæ & piaculares, euersæ atque abolitæ sunt. Atque vt eò vnde digressus sum redeã, tyrannis illis sublatis, Constantinus ditionem paternam in Gallia & Britannia tenuit. Gallerio Maximino Nicomedia & Oriens paruit. Maxentius Herculij filius Romam atque Italiam ipsam cum Imperio habuit: & cum eo Cæsar Licinius.

Constantinus in Gallia.
** al. Sapores. Saborius ex Persarum.*
d Maxentium Augustum.
e Maximinus et Seuerus obijt.
Licinius cæsar.
e Seuerus à Maxentio fusus, Rauennæ captus & casus est. Oros.
Ad tres tabernas extinctus est. Eutrop.
† A fallione Maxentij Romæ intra Tabernas oppressus.
Egnat.
f Maximinus à Licinio superatus, Tarsi viscerũ morbo perijt. Euseb.
g Herculius imperium repetit, sed frustra.
h in Illyrico vlcere inguinibus innato, & vermibus vndique eruptibus. Egnat.
i Memoria eiusdẽ abolita. a Maxentius sub prætextu Christiani nominis summã fœditatẽ exercet tyrannidem.
Oderunt, quæ metuunt.

**† Maximiani Herculis coniunx Eutropia fuit, vnde Maxentium & Faustum suscepit. Eutrop.*

De fœdissimis factis Maxentij Romæ, & Maximini Nicomediæ. Cap. 21.

MAxentius vt se primùm populo Romano arte quadam per assentationem insinuaret, pietatẽ adsimulauit: & apud eos qui eius imperio erant subiecti, Christianorum persequutionem edictis propositis inhibuit: fidémque & religionem præ se ideo tulit, vt sub eo obtentu decessores suos multis modis flagitiis superaret. Nequaquam enim talem se rebus ipsis exhibuit, qualem esse finxit. Et ad impura atque impia scelera delapsus, ad summam turpitudinẽ & fœditatem nihil reliqui fecit. Nam pœtestate sua abutens, vxores à maritis suis per diuortium segregatas corrupit, & corruptas illis remisit: tabibúsque iniuriis viros primæ dignitatis, qui in consilio eius erant, affecit. Quã ob causam omnium bonorum vniuersíque populi, vnà cum metu, ingens in eum est concitatum odium. Grauissimè enim crudelissima tyrannide vexabãtur, neque spes quepiam, vt finem aliquando fœuitia tanta caperet, reliqua erat. Per quamuis siquidẽ occasionem satellites suos immittẽs, maximam vim hominum iugulabat. Et iam cæsorũ ea erat multitudo, vt numerus eorum iniri non posset. In iis nõ pauci fuere Senatorij, quorũ bonis insidiæ struebantur. Malorum verò taliũ coronis tandem in magicas impostoras & incantationes euasit. Aliquando nãque mulieres grauidæ sunt discissæ. Nonnunquam tenellorum infantiũ viscera perquisita. Leones insuper mactati. In bellis quædam euocationes & expiationes dæmonum peractæ, quibus ille victoriã sibi conciliari est arbitratus. Et Maxẽtius quidem talis fuit, tyrannorum crudelitatem longè supergressus. Sub quo Romæ tanta rerum necessariarũ fuit penuria, quanta nunquã antea fuisse memoriæ proditum est. Maximinus autem Tyrãnus Orietis, eadem faciens, contentione quadam illius fœdissimæ scelera vincere, primásq; in flagitiis ferre studuit apud quẽ magi, & id genus præstigiatores, præcipuos tulere honores. Et quum superstitionis esset quàm maximè studiosus, atq; in idolorũ cultu & errore prorsus immersus, nullã rem vnquam vel minimam facere est aggressus, quin vates & auspices consuleret. Ita scilicet est factũ, vt persequutionẽ aduersus nos susceperit multo acerrimã, ac templa Deorum passim cõstruxerit, sacerdotésque per oppida & loca omnia cõstituerit, & per prouinciã quamlibet Pontificem eis præposuerit, celebrẽ quempiã & præclarum virũ, qui se satellitio militari vẽditaret atq; circumferret. Præstigiatoribus aliísque nominibus impiis hominibus, veluti Deorũ amicis, idẽ maximas quasq; cõcessit dignitates. Exactiones pecuniarum innumerabilium instituit. Populos subiectos grauissimis oppressit & antea inauditis oneribus. Locupletũ domos vel minima de causa & prætextu vndecunque petito cõpilauit, bonáq; eorũ adulatoribus & mimis suis est largitus. Vino autẽ multo deditus, ad summã contumeliam, petulantiam & crudelitatem, quæ ex ebrietate proueniũt, nihil fecit reliqui. Quapropter per sobrietatis tẽpus, graui de flagitiis per vinolentiam admissis, sæpe pœnitentia est actus: & quòd prolixissimè crapula se ingurgitaret, nihil sceleris intentatũ reliquit, familiarib⁹ úsq; suis omnibus turpitudinis magister fuit. Disciplina militari soluta, autor fuit, vt exercitus ad deliciarum & rapinarũ studia delaberetur. Ordinũ militarium duces, & prouinciarũ rectores, perinde atq; tyrãnidis eius socij, auariciæ artibus se collocupletarũt. Fœditates porrò quas libidine incitatus perpetrauit, stupráque & adulteria eius, quis quæso exponere possit? Ciuitatẽ præterire potuit nulla, quin pleræque mulieres vitiarẽtur atque raperẽtur. Nec in nos solos, sed in omnes * ἐπὶ φόβῳ. Hexia subditos suos res tã graues exercuit. Apud nos quidem in Oriente iuxtà & Occidente, nõ viri tantum propter veram in Deum pietatẽ, aduersus ignẽ, ferrum, gladios, maris vndas, famẽ, æstum & algorẽ, & cõtra bestias, membrorúmque concisiones depugnarunt: sed & mulierculæ diuino confortatæ verbo, eadẽ hæc perferre sustinuerunt. quæ, quum * ad corruptionẽ, stuprũ, & pudicitiæ contaminationem ducerentur, vitã ciuius quàm corpus prodiderũt. Id quod egregiè ostendit Alexãdrina illa mulier, opibus, vitæ instituto, virtute, & in primis castitatis gloria celebris, quæ libidinosum eius animum fortissimè superauit. Quum namq; eũ illa obtestaretur, vt vitã sibi potius quàm pudicitiã adimeret, quòd minaretur.

Maximini in Oriente tyrannis.
Idolomania eiusdem, & Christianorum persecutio.
** εἰς φόβον. Fœminæ egregiè de pudicitia conseruanda decertãtes. Alexandrina mulier, bona omnia amittere & exilium quàm castitatem perdere malue. Rufinus tam Dorotheam vitã sibi potius quàm pudicitiã adimere, quòd minaretur.*

cupidi-

cupiditate magis, quæ eum in magnam spẽ voto suo potiẽdi sustulerat, quàm ira grassaretur: precibus eius non acquieuit, sed eius in perpetuum actæ exilium substãtiam omnẽ inuolauit, sibiq; vendicauit. Multæ præterea aliæ in plerisque locis, ne summis quidem auribus de stupro se cõpellari patientes, durissima quæque ad mortem vsque pertulere mala. Quæ quidem admirandæ sunt omnes, illa tamen præclara maximè nobilissima in vrbe Romana anima. Maxentius namque, qui libidine Maximinum æmulari in animũ induxerat, eadem in rebus omnibus quæ ille veluti propinquus atque frater, & sentiens & faciens, in ædes eius fœminæ administros stupri miserat: matrũque eius præfecturam vrbis gerens, timore perculsus, abduci eam iusserat. Ipsa autem domo egressa, quum paululum admodũ B processisset, dolosis blanditiis à productoribus suis impetrauit, vt sibi in ædes ad habitum vestitúmque cultiorẽ sumendum redire liceret. Atq; ibi quum sola esset, cultro seipsam confodit. Sic illa cadauer eis suum reliquit: facto autẽ tali satis declarauit, * rerum omnium maximè inuictam atque inexpugnabilem Christianorum virtutẽ, nihilque esse animo firmo & constanti violentius. Tantus vitiorum flagitiorúmque omnium vno eodémque tempore per Orientem Occidentémque simul, sub duobus hisce tyrannis, fraternos in sceleribus omnibus animos obtinentibus, prouẽrus fuit. Affirmare medius fidius certè possum, quòd illi breui postea in tantum sunt coniecti discrimen, nihil aliud in causa fuisse, quàm eam quæ contra nos excitata est persequutionem. Ea verò vigorem statúmque suum firmiorem est consequuta, quum nos cõsuetam libertatem & constantiam nostram recepimus.

Mulier Romana tandem ob causam sibi ipsi manus attulit. Sophroniam Rufinus vocat.
Μόνον γὰρ ἁπάντων ἀνυόλεθρον καὶ ἀήττητον παρὰ χριστιανοῖς σέφυκεν ἀρετή.
Propter Christianorum persequutionem in maximas clades tyranni inciderunt.

** De Sophroniæ huius casu crudelius scripsisse videtur: Aut si nupta rerum regis cupiuit, Cæperat impurum domini obtectare furorem, Merte mariti dabat indignatis panas.*

De cladibus quæ persequutionem hanc sunt subsequutæ, & de imperatorum palinodia, seu recantatione & pœnitentia. Cap. 22.

Bellum ciuile inter duos istos tyrannos.

QVum iam decimus persequutionis ageretur annus, nihil illi quoque quod vel ad occultas insidias, vel ad apertum inter se bellum pertineret omiserunt. Bellum enim inter duos istos tyrannos gestum est, & mare infestũ atque innauigable fuit. Quod si id à quopiam nauigaretur, eum quòd vtrinque alios alij captos abducerent, fidiculæ, flagra, torméta varia, cruces, & postremo ignis supplicium manebant. Apparabantur vbique thoraces, cuspides & hastæ: præterea triremes, classes, & instrumenta belli omnia in promptu erant, temporéque eo toto in locis & prouinciis omnibus nihil aliud vel audiebatur vel expectabatur, quàm hostiles incursiones, cædes, rapinæ. Quibus cum malis fames quoq; irrupit & pestilẽtia, de qua suo loco dicemus. Hæ tot & tantæ clades circiter decimũ persequutionis annum, Deo opitulante, prorsus conquieuerunt, finémque suum habuerunt, quum quidem post octauum cessare cœpissent. Quod namque diuina visitatio pro clemẽtia & benignitate sua nos viseret atque respiceret, seu

calamitates publicæ.

Persequutio conquiescit.

potius respicere inciperet, qui tum rerũ summã obtinebant, sententia sua mutata, palinodiam & recantationem cecinerunt, & perquàm humanis literis excitatum quàm maximè contra nos incendium persequutionis extinxerunt. Quæ res profectò sic non humano consilio euenit. Quis enim ab hominibus prouenire potuit? quis, quũ quotidie crudeli quadã ambitione ducti, noua aduersus nos tormenta inuenirent, sibi ipsis tamen non satisfaciebant? Manifestum porrò est, opẽ eam à diuina bonitate nobis accidisse, quæ populum ipsa suum clementer respexit, autorémque malorum perculit, ac vehementiorem, &, vt ita dicam, meraciorẽ iram suam duci persequutionis grauissimæ exhibuit. Quòd si hoc etiam vt tantopere in nos sæuiretur, iudicio & dispositione atque adeò permissione diuina factum esse concedamus diuinum tamen oraculũ: Væ, inquit, ei per quem scandalũ & offendiculũ venit. Cõfestim siquidem in eum Dei irruit vindicta, à carne quidem illa incipiens, sed quæ dæmonum intẽperiis agitatam animam eius quoque pertingeret. Qualis autem ea vindicta fuerit, Eusebium commemorantẽ audiamus: Circa media enim rectorum occultorúmque membrorum loca, corporis abscessus, & suppuratio repentè extitit, quæ mox deinde in fistulosum altè radicibus actis hulcus euasit. Id incurabili & proserpẽte cõtagione, interiora etiã viscera depascebatur. Inde incredibilis vermiũ vis scaturiens, lethalem fœtorẽ à tota corporis mole excitauit: quæ moles ex nimia edacitate illius, etiã C ante ipsum morbum, ad summum vsque multa aruina obducta fuerat: eáque tum marcescendo diffluens, horrendum maximè & intolerandum accedentibus præbuit spectaculum. Et medici partim ne sustinere quidem summam tam fœdi odoris grauitatem potuerunt: partim quòd tam corpulẽta moles magis etiam intumesceret, spe salutis omni abiecta, nihil auxilij, exploratis rebus omnibus, tulerunt. Itaque crudelem in modum sunt interfecti. Ille porrò cum tantis conflictans malis, aliquando tandem nefariam suam ergo pios homines temeritatem atque sæuitiã agnouit, ac re secum ipse deliberata, primùm rerum omnium Deo flagitia sua cõfitetur: mox præfectos familiarésq; suos ad se vocat, quibus celeriter aduenientibus suadet vt Christianorũ persequutione tandem supersedeatur, constitutionéque & edicto Imperiali nobis permittatur, ecclesias constituere. Addit præterea mãdatum, vt statas solitásque pro Imperatore preces ad Deũ funderemus. Talibus iussis illico ad tẽ collaris, per vrbes passim omnes Imperialia mãdata proposita sunt, quæ palinodiã patratæ in nos persequutionis eiusce modi verbis continebãt.

Palinodia tyrannorum.
Diuinitus finis persecutioni impositus, permissione diuina christiani afflicti. Vindicta diuina in grauissimum morbum Maximinus incidit. Eusebij de eo morbo verba.
Agnoscit & confitetur impietatem suã sera pœnitẽtia Maximinus. persequutionẽ christianorum inhibet. christianorũ semper olim fuit, sedulò pro principum salute orare.

De eorundem edictis in scripto pro Christianis editis. Caput 23.

IMperator Cæsar Gallerius Maximinus, Inuictus, Augustus, Pontifex Maximus, Thebaicus Maximus, Sarmaticus Maximus, Germanicus Maximus, Aegyptiacus Maximus, † quin quies Persarum Maximus, bis Carporum Maximus, sexies Armeniorum Maximus, Medorum Maximus, Adiabenorũ Maximus, Trib. pot. xx. Imperat. xix. Cos. viij. Pater patriæ, Procõsul: &

† πεντάκις περσῶν μέγιστος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliter hæc reperiuntur apud eusseb. lib.8.cap. 17. vbi Lucinius

Imperator Cæs. Flauius Valerius Constantius, Pius, Felix, Trib. pot. v. & * Imperator Cæs. Valerius Licinius Trib.po.iiij.Imper.iij.Cos.Pater patriæ, proconsul, prouincialibus suis salutem. Inter alia quæ ex vsu & vtilitate reipu. promulgauimus, consilium quoque illud antea cæpimus, vt secúdum veteres leges & publicã Romanorum disciplinã ritè omnes viuerent. Prouidere præterea & efficere voluimus, vt Christiani qui à maiorum suorum institutis desciuissent, mentem meliorem reciperent. Tanta namque cõsilio nescio quo eos cupiditas inuaserat, & tanta dementia cæperat, vt ea quæ dudum à maioribus promulgata, & fortasse prius etiam à patribus eorum instituta sunt, reiicerent: & ex sententia sua, prout cuiq; visum esset, leges ipsi sibi conderent, easdem seruarent, & variis in locis varios cogerent conuentus. Et quum edictũ F eiusmodi à nobis esset propositũ, vt ad instituta maiorum colenda se accõmodarent, quamplurimi eorum extremo adito periculo, erunnísque & cruciatibus toleratis, omnis generis supplicia pertulere. Nos verò, quòd multos videamus in concepta dementia perstistentes, neque cœlestibus diis debitum præstare honorẽ, neque etiã ipsa Christianorum sacra colere, humanitaté nobis perpetuámque consuetudinem nostrã conseruandam esse duximus, per quã ignoscere, veniámq; concedere omnibus hominibus libentissimè solemus. Itaque gratiam eam nostram ad id genus hominũ quoque extendere est visum, vt scilicet rursum Christiani sint, & in domibus suis couentus solitos ita agant, vt nihil contra disciplinam publicam committant. Per alias autem literas iudicibus. Quapropter quum hoc illis permittam[a], metitò illi Deo suo supplicare debent, pro nostra, reipubli cę, & sua ipsorũ salute, vt modis omnibus & publicæ res incolumes sint, & ipsi in domibus suis citra solicitam curam & anxietatem viuere possint.

Edicto hoc promulgato, Galler. Maximinus miserè diẽ clausit extremum. Eutr. Oros. Pomp.

De simulata & fucata Maximini pro Christianis sine scripto promulgatione. Cap.24.

ET palinodia quidem sic se habuit, literæque Imperatoriæ per Asiam vulgabantur, & passim in prouinciis & vrbibus legebantur. Maximinus verò Orientis tyrannus, qui præ aliis superstitioni deorúmque cultui deditus, bellum cum rerum omnium Deo perpetuũ gerere constituerat, scriptum eiusmodi approbauit. Itaque præfectos familiarésque suos verbis tantummodò reprimere iussit susceptum contra nos bellũ. Et quod sententiæ eorum, qui potestate & opibus eum antecellerent, repugnare non posset, in ditione sua literas eas ne lectione quidem & recitatione dignatus, edicto sine scripto promulgato, dolosè persecutionem inhibuit. Sabinus verò summum apud eum præfecturæ magistratum, gerens, populorum præfectis Principis sui voluntatem publicè per literas insinuauit: Iamdudum constitutum decretúmque esse vt qui peregrinas consuetudines consectari viderentur, diis cultum suum præstarent: & pertinaciam quorumdam multum excitasse discriminis. Quamobrem Principibus visum esse, si quis Christianorum gentis suæ sacra colere comperiretur, vt is extra periculum esset, eámque ob

Maximinus scriptum hoc in ditione sua publicè non proponit. Sed sine scripto per edictum persequutionem christianorum inhibet. Sabinus P.P. nomine eius literis suis, magistratibus reliquis eam rem insinuat. Euseb. lib.9. cap.1.

causam, tormentis non subiiceretur. Longo iam eos tempore ea de se documenta præbuisse, vt à destinata sua constantia non declinent. Scriptũ id Sabini aliis quoque magistratibus demandabat significari, nõ debere amplius eos de Christianis esse solicitos: qui sanè iussa ea veritate niti arbitrati, per epistolas publicè Principis sen- *Edictum executioni mandatur.*
tentiã omnibus declararunt. Et non verbis tantum literisque hæc ita acta, verumetiam ipsi statim quos in custodiis propter diuinum verbum clausos habebant, in publicum productos liberos dimiserunt, & ad metalla dãnatos absoluerunt. Quod quum ita facerent, gratificari se Im- *Christiani reddita sibi quiete exultant.*
peratori suo existimarunt. Sed ea in re admodũ sunt falsi. Hæc rerũ facies quũ sic exhibita esset, statim ex altissimis tenebris ingentẽ lucẽ exortã esse homines viderunt. Ecclesiæ frequentabantur, cõuentus numerosissimi cogebantur, & ex gentibus hæc quisq; cernẽs obstupescebat, mirificámq; rerũ mutationem admirabatur, solum Christianorũ Deum magnũ esse acclamãs. Nostrorũ autẽ hominũ quicunq; generosè & fortiter agonem pertulissent, publicè cum ingenti libertate in veneratione erãt. At qui per animorum imbecillitatem infirmiores in malorũ colluctatione fuissent, lapsus suos per pœnitẽtiam sarcire & curare festinabant, dextras eorũ qui fidem saluam cõseruassent prensantes, eosdémq; summisso & sordidato habitu & spiritu contrito, vt Deum precibus suis propitium sibi rederent, orantes. Ad metallum damnati libera- *Christianorum pœnæ.*
bãtur: lætiq; atque hilares cum libertate multa, G incredibili atque ineffabili gaudio pleni, in patriã suam redibãt. Itinera publicę q; vię triũphalibus hymnis & carminibus, viatoribus Deum de inopinata libertate glorificantibus, resonabant. Et qui paulo antè violenter patria sua exacti erant, eos vultu iucundo ad focos penatésq; suos reuerti vidisses: & qui antehac contra nos rugierant, insperatam rerum mutationem cernentes, nobiscum congratulantes exultabant.

Pœnitentia lapsorũ Christianorum.

Destatua noua Antiochiæ, quam Theotecnus recens suum Maximinus erexit. Cap.25.

IN hac porrò sententia Maximinus Orientis tyrannus non bene sex menses perduraut. Quomodo enim ille qui honestatis omnis inimicus, sæuus, & aduersarius Christi esset, tantopere augeri lætarique Christi gregem patere- *Techinam per assimulatam legationẽ instituit, vt Christiani Antiochiæ exigantur.*
tur? Illicet quæ tum esse videbatur pacem dissoluturus, primùm quidem conuentus nostros in cœmeteriis prohibuit: deinde verò techna quadam, ipse ad seipsum Antiochenorũ nomine per ciues eorum legationẽ misit, id agens, vt ne cui Christianorum eam vrbẽ incolere permitteretur maximámque illos à se gratiam inituros illis significauit, si hoc ipsi aduersus Christianos † ἀφάστατον per assimulationem facere viderentur. Sed aliis quoq; idẽ vt facerẽt, suggessit. Quorũ præcipuus fuit Theotecnus erat, vir impostor, & ingenio depraua- *L. Curator. C. de mod. mulct.*
tissimo præditus, nominéq; suo indignissimus, Logistæ siue curatoris & rationalis munus in regione gerẽs. Multa autẽ veluti dux quidã tiechenus idcõtra nos molitus, sycophantiisque plurimũ vlemanie & sus, id studio habuit, vt nos tanquã fures & præ- *persequutionis* dones abigeret. Quapropter quum multis autor *Maximini* & ministet cædis fuisset, postremò simulacrum *administer.*

Theotecnus Logista Antiochenus.

vosſt patrem

quoddam

Ζεὺς φίλιος. Simulacrum & oraculum Iouis Amicitiæ exigitur. Iupiter amicus, Christianorum à inimicus. Antiochia eos eiici iubet.

quoddam * Iouis amici incãtationum & impostrarum ergo erexit, & sacrificia, initiationes, aliáque detestanda, & impuras impiásque expiationes & purificationes instituit. Quæ res vnà cum eius idoli responsis ad Principem etiã ipsum peruenit. Theotecnus porrò per illiberalem fœdámque assentationem veluti speculatorem Imperatoris constituere volens, simulacrum ipsum aduersus Christianos concitauit. Dixit enim, eũ Deum iratum, Christianos perinde atque perpetuos & irreconciliabiles hostes ex vrbe & agris circumiacentibus quàm longissimè expelli iubere. Posteaquam hęc Imperatori perplacêre, aliarum quoque vrbium duces & præfecti gratificari illi studentes, eadem contra nos constituerunt, populisque & ciuibus suis denunciarunt. Nec ita multum temporis interceslit, & tyrannus ipse calculum & sententiam quoque suã B ad decretum huiusmodi adiecit. Itaque acris aduersus nos excitata est persequutio. Et sacerdotes aliis hominibus celebriores per vrbes passim, Pontifices præterea, qui existimationem & gloriam summam cõsequuti fuerant, deorúmq; cultui maximè studebant, Maximinus cõstituit: atque insuper summa ipsius superstitio subditos suos populos omnes, qui gratificari illi contẽdebant, ita contra nos commouit, vt sæuitiam eorum quam in nos exercuerunt, verbis persequi non liceat. Maximas quippe se ab eo vtilitates consequuturos arbitrabantur, si nouarum contra nos insolentiũmque iniuriam inuentores extitissent & administri. Quo maiore diligentia in id studium, vt nobis incommodarent, incubuere.

Libellus aliorum Christi & Pilatum mentitorum.

De conficiis & falsis de Christo cõmentariis. Cap.26.

COmpositis sanè quidem & confictis, qui rerum talium architecto & aurori non displicerent, blasphemiam & maledicentiam omnem exsuperantibus commentariis, interrogationes scilicet Pilati & Seruatoris nostri continentibus, in ditiones eos suas miserunt epistola quadam, vt scriptum id omnibus publicaretur, præfixa. mandatum etiam additum, vt literatores librum talẽ pueris omnibus, in quo primis rudimentis se exercerent, tenerámque memoriã veneno tali imbuerent, legendum proponerent. Hæc quum ita fierent alius quidam, quem Romani ducem vocare solẽt, circa Damascũ Phœniciæ, mulierculis quibusdam circumforaneis & flagitiosis comprehensis vim afferẽs, plagas minitatus est, nisi testimonio scripto confiterẽtur, se aliquando Christianorum sacris initiatas, cõsuetudinem stupri cum eis qui primæ apud nos fuissent dignitatis habuisse, nefariáque † flagitia in sacris ædibus nostris fieri solita. Atque item alia plura hisce similia, quib. doctrinam professionémque nostram calumniarentur, excogitarunt. Voces etiam eiusmodi in scriptum relatas ille ad Principem misit, quæ deinde de consilio eius in ciuitatibus & locis omnibus publicè sunt propositæ. At non multo interueniente tempore, calumniarum talium artifex dux ille, digna iniuriatum Christo contumeliosè illatarũ, sibi ipsi manus afferendo, præmia tulit. Nobis verò sub eo paratæ persequutiones, fugæ, populorúmque insultationes, & alia prioribus

Pueri in hoc prima in schola rudimenta addidicerunt Mulierculæ quædam ac scelestę, summas Christianis fœditates falsò impingunt. † ἀθεσμοτάτοις κακοῖς ἐπιφέρειν.

Noua Maximini aduersus christianos persequutio.

A illis consentanea, adeò vt nonnulli claro loco geniti magni viri capti, citra recusationem non grauatè vltima mortis pertulerint supplicia.

De eius temporis martyribus, & edictis in æreis statuis contra nos promulgatis. Cap.27.

TVm quidem Emesæ, quæ Phœniciæ ciuitas est, tres Christum profitentes bestiis sunt obiecti: quorum vnus Syluanus episcopus fuit, iam decrepitus, vt qui quadraginta annos pastorale munus obiisset. Eodem tempore & Petrus Alexandrinus antistes, diuinum prorsus episcopalis functionis exemplar, virtutis causa, & quòd ab ineunte ætate in diuinorum oraculorum literis exercitatus fuerat, correptus, nulla ei iusta obiecta causa (nam id Maximinus ita statuerat) capitis supplicium subiit & cum eo alij præterea Aegyptij episcopi multi. Lucianus quoque presbyter, qui propter vitæ continentiam, & sacrarum literarum peritiam, Nicomediam ductus fuerat. Ibi ille, quod in præsentia Imperatoris fidem, pro qua decertabat, mira cum libertate defendit, in carcerem coniectus, atque necatus est. Tàm grauia in nos impius Maximinus facinora edidit. Visus certè quidem est maiorem etiam priore persequutione contra nos concitasse motum. Cuius etiam tanta fuit mentis vecordia, quanta nunquam antea extitisse memoriæ prodita est. Decreta enim vrbium, & Imperialium constitutionum rescripta æreis insculpta columnis, terrẽdorum Christianorum causa in mediis vrbibus publiC cata: & pueris in ludum literarium ad magistros euntibus, nihil aliud toto die in ore erat, quàm Pilatus & Iesus, aliáque eius generis ad contumeliam nostram rum primùm conficta & excogitata: per quæ omnia summum Maximini in Deum odium, arrogantissimúmque sceleros æ eius animæ supercilium perspicere licuit. Quam † ob causam † diuina etiam vindicta est obstupefacta, quæ excubare cõtinua quadam vigilia sueuit, per impiorum malitia, eosdémque in vestigio consequi solet. Ab hac ille perculsus, non multo pòst lege scripta, priori pacificationi contrariũ prorsus de nobis statuit. Vt autem impietas eius manifestò probetur, partem quandam constitutionis eius, quam in columnam incidi curauit, hîc inserere est visum. Res sic se habet.

Vindicta diuina maximinum persequitur.

† τὴν ἱερὰν ἐκπλαγησαι δ' ἰκὴν, ἄγρυπνον ἕσαν γάιᾳ ἀσεβῶν πομπαίως καὶ κατὰ πόδας ἑπεσθαι. ξύσαν.

Edictum Maximini contra christianos.

„ Iam tandem imbecilla humanæ mentis audacia
„ seductionis errorisque obscuritatem atque cali-
„ ginem depulit & discussit: qui quidem antehac
„ pernicioſis ignorãtiæ tenebris, ita non tam im-
„ piorum quàm miserandorum hominum sensus
„ inuoluit, vt rem veritatémque ipsam cognoscere nõ potuerint. Sed singulari benignáq; Deorũ
„ immortalium prouidentia, infidum atque iniquum (vt ita dicam) libræ momentũ, ad iustã rectámque stateram est reductũ, vt res omnes vobis gratæ, suaues & iucundæ eueniant, & vt iam
„ maximum certissimúmque nostræ de Diis ipsis
„ opinionis ac pietatis extet indicium. Sed neque
„ antehac cuiquã ignotũ fuit, quibus cæremoniis
„ & sacris dij immortales à vobis sint culti. quos
„ non nudis atque inanibus fidei verbis, verùm
„ admirãdis præclarisque operibus perpetuò venerari & magnificare conuenit. Rectè profectò
„ ciuitas vestra deorũ immortalium, propter cultũ

Universidad de Deusto

timorémque eorum, sacrarium & domicilium E vocari queat: & multis indiciis satis constat, eã cœlestium Deorum præsentia florere. Itaq; vbs vestra quùm rebus omnibus illi peculiariter cõducibilibus posthabitis, tum etiam prioribus quæ cepit detrimentis cõtemptis, quamprimùm rursus homines execrandæ vanitati dediros latè serpere & propagari, ac veluti neglectam atque sopitam iram facibus vim ignémque suum per eam recipientibus, vastum incendium differre ac dilatare sensit, nulla interposita mora confestim ad pietatem nostram perinde atq; ad sacrorum cultúsque Deorum omnis metropolim vrbémque principem confugit, opem & auxilium implorans. Et cætera quæ sequuntur, consimilis impietatis plena, professionémque nostram perstringentia: tanquam diuinum numen propter nos iratum, quidquid est in aëre, in terra & in aquis mali, hominibus immittat.

Idolatræ casuum facilis clades Christianis adscribere solent. Eusebius lib. 9. cap. 7. qui scriptum hoc Tyri propositũ vidit. persequutionem istam plurimæ publicæ consequuntur calamitates.

De fame, quæ eo tempore grassata est, fame & pestilentia. Caput 28.

ELuscemodi literis cõtra nos publicatis, spes rerum meliorum omnis quantum in nobis situm est, præcludebatur: & electi quoque inter nos, vt est in sacro oraculo, non in mediocre delabebantur scandalum & offendiculum. Verumenimuerò omnibus tam inexpectata rerum mutatione cõsternatis, quum adhuc passim in itineribus decreta ea essent, & ad multas vrbes nondum perlata fuissent, qui omnia solo nutu & voluntate sua facit & mutat Dominus, glorioſam tyranni superbiam veluti strangulãs, derepentè auxilium cœlitùs tulit. Statim enim solitæ pluuiæ hyberno etiam tempore in nubibus ipsis vinctæ sunt & retentæ: fames mox cõsequuta, & deinde pestilentia. Accessit ad eas clades, qui propter colorem igneum carbunculus vocatur, hulcus odoris pessimi, mẽbra corporis admodum contrahens, & quod latius serpens ingens crearet periculũ, occupatísq; oculorum angulis viros simul & mulieres quas occupasset luminibus orbaret. Bellũ insuper Maximino ab Armeniis illatum, qui antea locij Romanorum fuerant. Belli causa erat, Christiana fides & religio. Quòd enim homines inducere atque persuadere illis voluit, vt quem Christo præstabant, idolis offerrent cultum, ex amicis hostes eos habuit. Quæ mala omnia eodem tẽpore coaceruata, tyranni audaciam furorémque contra diuinum numen conceptum, satis coarguerunt. Et quum per iactantiam glorioſè eo quòd Christianos persequeretur, atque idolorũ cultum propagare studeret, sibi polliceretur, nõ famem, non pestem, non bellum imperij sui ditionem inuasurum esse: clades ex cõfertim cumulatæ, quùm ineptam iactantiã & audaciã eius represserunt, tum * euersionem interitúmq; eius iamiam affuturum, certò satis indicarunt. Et ipse quidem expeditione bellica cum copiis suis cõtra hostes suscepta, quotidie viribus amissis inferior abibat. In vrbibus autem & locis Imperij sui reliquis, pestis fami implicata sæuissimè grassabatur. Tanta porrò annonæ erat & rerum necessariarũ penuria, vt medimnus vnus tritici bis mille & quingentis Atticis compararetur. Permulti sanè etiam in vrbibus cadebant, Rusticorum autem

siccitas. fames. pestilentia. Carbunculus.

Bellum Armeniũm.

fames sæua.

τυραννοφθορία.

F rum autem, qui in agris mortui sunt, multitudo numerari non poterat. Et ferè eos omnes sæua consumpserat pestis. Nonnulli res sibi charissimas locupletioribus paruo panis frusto diuendebant. Alij possessionibus suis apud creditores depositis, ad summã inopiã redigebantur. Erant qui fœni reiectamenta ruminantes, & perniciosas herbas adiicientes, emoriebantur. Mulieres honesto loco natæ, inopia rerũ omnium ad inuerecundam redactæ necessitatẽ, in foro obambulantes stipem mendicabant, pudore quodam & vestitu mundiore pristinã deliciarum affluentiam & libertatẽ tacitè quodãmodo præ se ferẽtes. Quidam pallidi & summè macillẽti, perinde atque simulacra quædã, rerum omnium egent, hinc & inde oberrantes atque lapsantes, proni in triuiis ipsis concidebãt, subsidij omnis expertes: & ad hoc vnum ægrè firmi, vt fame se premi testarentur. miserãdáque voce à prætereuntibus cibi fcustum sibi præberi suppliciter peterent. Locupletiores porrò propter mẽdicantiũ multitudinem desperantes, quum multa eis largiti essent, tandẽ & ipsi in fœuã famis indigentiã perueniebant: & quum eadẽ quæ indigentes paterentur, non satis humaniter eam sortem ferebãt. Plurimis ergo diebus nuda cadauera passim iacentia, miserrimum adhuc viuentibus præbuere spectaculũ. Iam nonnulli etiã canibus esca erãt: cuius rei gratia frequẽs canũ cædes fiebat, quòd metus esset ne illi in rabiem acti, humanę carnis cibo assuescerent. Pestilentia verò domos ipsas peragrans, omnes carpebat, atque in primis diutiores cõficiebat. Et quos fames nõ enecauerat, eos cõtagiosa pestis lues tollebat. Itaq; suspiriis omnia plena esse, domus, plateæ, fora, luctus vbique, & væh, cum solitis doloris vociferationibus & plãctibus, exaudiebatur. Et duab' hisce quasi armaturis, fame & peste, mors ipsi depugnans, generationẽ & populũ eius tẽporis ferè omnẽ sustulit. Eadémque die quamplurimi efferebantur cadaueca, & innumera quotidie fiebãt sepulchra. Hæc autoramenta & præmia, edicta contra nos proposita glorioſi & arrogãtis Maximini sunt cõsequuta. Qua tẽpestate multi nostrorũ hominum egregia veræ pietatis suæ ediderc documenta. Humanitatẽ enim suam declarantes, cadauera quæ passim insepulta iacebant (erant ea quamplurima) cum cura sepeliebant: quos verò fames vexasset, eis congregatis panes alimentáq; alia præbebãt, pro facultatũ scilicet H copia. Vnde longè latéque fama celebris de nobis vulgata, quæ ex omnibus aliis hominibus veræ pietatis cultúsq; diuini laudẽ nobis tribuit, & Christianorũ inspectorẽ curatorémq; Christum magnificè laudauit. Cladibus istis peractis. Deus, tutor & propugnator noster, ostẽsa satis & exhibita ira & indignatione sua, per eas quas cumulatè immiserat calamitates, propter perulantem temerariámque ei illatam iniuriam, susceptáq; aduersus nos inimicitias, prouidentia sua lætiora nobis affulgere tẽpora fecit, & post denas tenebras lucem ineffabilẽ pacatæ tranquillitatis præbuit. Eo profectò tempore certò declaratum est, Deum ipsum spectatorem & moderatorem esse rerum nostrarũ, qui quidem flagello in afflictionibus conuersionis castigationisque suorum gratia, vtitur: coercione autem

miserrima famis ærũna.

pestilentia lues.

Omnis propè hominũ clades hisce extiterãt.

Christiani pestis & famis tempore mortuos plerũque sepeliunt, & egentibus cibũ præbent. eam ob causam apud gentes Christiani benè audiunt. post ierata afflictionem, Christianis lætã diuinitus aduenit consolatio. Diuina prouidentia patere nè simul castigemur, & erigimur.

ne autem & quasi disciplina, pro eo atque decet A & expedit, peracta, per humaniter & paternè eos respicit, qui spem salutis firmam in eo collocatam habent. Quemadmodum autem id sapiẽter prorsus disposuerit & fecerit, dicere cõstituit.

Vt magnus Constantinus de Maxentio, qui Romæ tyrannidem exercuit, triumpharit, quãdam etiam signum sanctæ Crucis stellis coruscum in cælo vidit. cap. 29.

constantinus inuitat christianorum in Maxentij tyranni persequitur & vltiscitur.

ROmę ciues suos fœdissimis, quę diximus, sactionibus atterebat Maxẽtius, Herculij filius. Quod Constantinus (frequentes náque ad eum Roma veniebant oratores, ne vrbẽ eam Imperatorum despiceret, néue ita à sæuissima fera vastari pateretur, orantes) cognouit, admodum est ira cõmotus, grauitérque tantæ indignitatis famã tulit. Nam qui ex præscripto & voluntate Dei viuũt, aliis illatam, suam esse reputant iniuriam. Ac primũ per literas admonere & persuadere Maxentio, vt à tam nefariis sceleribus se abstineret, cæpit. Vt autẽ ea re nihil egit, arma sibi sumenda esse, & iniuriam afflictorũ quo ad posset vindicandã iudicauit. Itaque exercitu parato, in Italiam contendit: non tam apparatu belli quã omnigena Dei armatura instructus. Id vbi Maxentius intellexit, nefandis magicarũ artium impostoris magis quàm ciuũ benevolentia cõfisus, ne extra vrbem quidem progredi primùm est ausus. In fidiis autẽ collocatis, locisque Imperij sui pleri sque circumcirca armatorũ hominũ præsidio impositò, copias alias aduersus Constantiũ misit. Ille porrò vno atque altero prælio contra tyranni exercitũ victor, in Italiã longissimè progressus, ad vrbẽ Romam proprius accedit. Ne autẽ vnius Maxentij causa cum Romanis omnibus bellum gerere necesse haberet, ineffabili quadam potentia Deus tyrannũ longius extra vrbis portas produxit. Ille nãque ponte ex nauibus super eo flumine quod vrbẽ præterfluit, in quo etiã alius pons qui Miluius dicitur constructus est arte quadam & fallacia cõfecto, exercitũ eduxit, & cum magno impetu aduersus Constantium est progressus. Constantinus porrò de euentu belli solicitè cogitabat, & quẽmnã sibi auditorẽ aduocaret, considerabat. Hæc illi meditanti, in mentem venit, Diocletianũ quidẽ qui Græcorũ superstitione diis plurimis fretus fuerit, nihil adiutũ esse: patrem verò suum Constantẽ longè felicius vitã egisse, qui maturè Græcorũ religioni nuncium remiserit. Quapropter paternũ Deũ, vt se respiceret, dextrámque sibi in periculis imminentibus porrigeret, ex intimo animi affectu humilimè inuocauit: id quod ad rem statim est collatũ. Meridiano enim tẽpore iter ei cum exercitu suo facienti, sole iam occidentẽ versus vrgente, miraculum maius quàm dici possit, oblatũ est: ignea scilicet colũna, & lucis fulgor in aëre crucis formam referens, quæ stellis æqualibus in Latinarum literarũ figuram expressis, Constantino clarè † in hoc vince, ostendebat. Qua re consternatus, quòd de visione ea secũ ipse ambigeret, amicos qui secum erant, an ipsi quoque idem viderent, perconctatus est, quod illi quũ affirmassent, nocte proxima Christus ei vnà cũ horrendo illo signo apparens, tale quiddã eum facere, atque in bellis præferre iussit: fore enim, vt

Pons Miluius.

Crucem visam cum medio die in cœlo cõstantinus videt.

τροπαιοφορία.

Labarum seu vexillum crucis.

cũ exercitum constantini præsit. Eusebius lib. 1. de vita const.

*χιαζομένων.

Victoria constantini.

Maxentii tyranni, Pharaonis alterius interitus.

ἐπινίκιον, carmen in victoria constantini.

constantinus victor vrbem Romam ingreditur.*

B per id omnes vinceret hostes. Et quamprimum dies est exorta, visioni ei obsequens, ex auro signũ tale fieri curauit: quod ad hunc vsque diẽ in Imperatorio & aulico instrumento à tot seculis asseruatur. Id paucis describere, non fuerit intẽpestiuũ. Hasta longa ex auro elaborata, cornu obliquum habet, in crucis formã compacta: in cuius summitate corona mediam Græcam literam P. & decussatam contrahens, primariis literis Christi nomẽ obscurè refert. Ex obliquo autem cornu, quod per hastam est impactum, velum aureũ sublime dependet, in quo imago aurea pectore tenus pij Imperatoris liberorumque eius pulchrè est expressa. Huiusce modi quiddã pro tempore tum repentè factũ sanxit vt in bello præferretur. Quo etiam fretus, alacriter ad conflictũ processit. Cæterùm prælio commisso, Maxentius magna vi est deiectus, & ex hostibus quamplurimi per crucis armaturã ferro cæsi. Maxentius verò, quem Constantinus Imperator fugientẽ persequebatur, suo ipsius (quod dicitur) laqueo est captus. Ponte enim diuina virtute rupto, nauibúsque quibus flumen constratum fuerat solutis, transitus ipse pessum iit, & scaphæ subitò cum hominibus omnibus in vndis subsedere. Ipséque miser primus cum propugnatoribus suis in flumine mersus & suffocatus est, sicuti olim cum vniuerso exercitu Pharao: vt fluuius ille, ad eum qui Miluius dicitur pontẽ, equis & ascensoribus refertus visus sit. Tum verò ea quæ olim cantata fuerant, ad oculum repræsentata videre licuit: Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electos ascensores satellitésque submersit in mari rubro. Descenderunt in profundum quasi plumbũ, cum aquis vehementibus. Æquũ C sanè fuerit, ad exẽplum magni illius serui Dei Mosæ, qui victoriã Deo acceptum tulit, itidem vt ille fecit, nos quoque lætos contra impium istum tyrannum hymnũ concinere: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus est. Equũ & ascensorẽ conjecit in mare: auxiliator & protector factus est mihi in salutẽ. Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. Quis simulis tibi in diis Domine? quis similis tibi? Glorificatus in sanctis, admirandus in gloria, faciens mirabilia?

Prudentius:

Tristis Christicolæ ducis aduentantis ad vrbem
Miluium, exceptum Tiberina in flagna tyrannum
præcipitans, quãnam victricia viderit arma
Maiestate regi, quod signum dextera vindex
pratulerit, quali radiarint flemmate pila.
Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

Vt Constantinus Roma recepta, Deo grata faciendi ratione fecerit. Cap. 30.

HÆc porrò, atque his similia, Constantinus tam mirificã consequutus victoriã, Deum celebrando canens, & voce clariore triumphando iubilans, vrbẽ Romanam est ingressus: ciuibus omnibus hilaritate & lætitia summa animis eorũ exultantibus, cum plausu felicique

Universidad de Deusto
Biblioteca

omine & acclamatione cum tanquã seruatorem & liberatorẽ suum, victorię tropæũ ferentem, quum quidẽ * prius vrbem totã coronis obsecissent, producentibus atq; excipientibus. Constantinus autẽ veram erga Deum pietatem à natura sibi quodãmodo insitam habens, nequaquã applausu tali commotus, vt qui à Deo secundũ rerum suarũ successum prouenisse scriret, statim in medio signũ in sublimi loco statui iussit. Nec mora vlla interposita est, & statua ad formã similitudinẽque eius ex ære fabrefacta est que dextra manu ex eadẽ materia crucis signũ elaboratũ teneret. Eam statuã, crucem ita magnifico lætóque habitu tenentẽ, Romæ in loco maximè celebri firmis innixã fundamentis collocari præcepit, cum huiusmodi Latina inscriptione. Hoc salutifero signo, & vero fortitudinis documẽto, vrbem vestram iugo tyranni solutam liberaui. Senatũque & populũ Romanũ antiquo splẽdori & amplitudini restitui. Romana vrbe in potestatem suam redacta primùm omniũ vt sanctorum reliquiæ collectæ, iustæ sepulturæ mandarentur, cõstituit. Deinde illud curauit, vt ab exilio proscripti reuocarentur. Edictum denique proposuit, vt ne quis Christianos persequeretur, vt captiui & vincti soluerentur, vt bona publicata legitimis possessoribus suis restituerẽtur. Ad hæc in primis maturauit ecclesias Dei restaurare, eásq; donariis exornare: simulacrorũ verò aras ex ipsis prorsus eruere fundamentis, atque igni conburere: ac si quos illæ habuissent prouẽtus, eos diuinis consecrare templis. Quę omnia mira celeritate sunt confecta. Totis autem septẽ diebus ciuitas Romana celebrẽ ob victoriam eam egit conuentum: simul & autorẽ illius Deũ, triumphalémque crucis armaturam, & victorem ipsum Constantinũ laudans, honoribúsque dignis prosequens. Septimus tum à morte patris imperij Constantini agebatur annus. Et quũ ille vnà cum Licinio, qui nondum insanire atque furere contra Deum cœperat, debitũ Deo præstitisset cultũ, ambo cõsentientibus sententijs cõstitutionẽ optimã pro Christianis edidere. Præterea quæ à Deo is præter spem & opinionem omnium accidissent res mirificas, & vt Maxentius deuictus esset, tum autem & constitutionẽ eam ad Maximinũ Orientis tyrannũ, amicitiam adhuc erga eos præseferentẽ, verbis amplissimis perscripserunt. Ille porrò factũ id grauiter ferens vt arte quapiã, ne illis obnoxius esse videretur, effugeret, (nã edictũ ad se missum reiicere, quòd vt potentiores & maiores metuerer, nõ facile ei erat) quidnãm excogitauit? Simulauit scilicet & finxit, se cõsilio proprio motum, de Christianis benignius statuisse, & ad populos sibi subditos pro eis literas, res nonnullas cõmemorans quas nunquam fecerat, dedit. Itaque consultò seipsum fallens atque decipiens, mentitus est. Quę autem scripsit, erant huiusmodi.

** προέτρεπον τε προτρεπειν τὴν πολιν ἁπασαν θεοῖς μεγαλοις χαριστηρια ἀγειν.*

St. tua Constantini imperatoris cũ vexillo crucis Romæ collocata.

Statuę eius inscriptio.

Pia Constantini in vrbe Ro. opera.

Supplicationes propter victoriam Romæ peraguntur.

Edictum Constantini & Licinij pro christianis.

Edictum Maximini pro christianis per hyperbolicum encomium, & via ab eo extortum.

De edicto Maximini Gallerij, quod in scripta pro Christianis volens nolens proposuit. Cap. 31.

IOuius Maximinus Augustus Sabino. Et fortitudini tuę, & hominibus omnibus notũ esse persuasum habeo, Dominos nostros & parẽtes Diocletianum & Maximinum, quum viderent mortales penè omnes eorum relicto cultu, se Christianorum genti adiungere, rectè constituisse, vt omnes qui à Deorum immortaliũ religione desciuissent, coercione & vindicta publica ad eorumdem Deorum cæremonias redire cogerentur. Posteaquam verò ego primũ feliciter & auspicatò in Orientẽ perueni, atq; cognoui, in quæ loca quamplurimi homines, qui reipub. cõmodi & vtiles esse potuissent, à iudicibus & præfectis, ob eam quã dixi causam, in exilium acti fuissent: iudicibus eis omnibus mandauit, nequisquã eorum posthac crudelius quicquam de prouincialibus statueret, sed potius blãdiore cohortatione eos ad Deorũ sacra reuocaret. Quapropter quũ ita indices, vt par erat iussis meis obsequerentur, euenit, vt nemo prorsus in Orientalibus partibus vel † in exilium mitteretur, vel iniuria atque contumelia afficeretur. Et plerique, quod nihil grauius duriúsque in eos constitueretur, ad Deorum religionem rediere. Postea verò quum anno proximo Nicomediã feliciter ingressus essem, ibique manerem, venerunt ad me eius vrbis ciues cum Deorũ simulacris: & me magnoperè rogarunt, vt modis omnibus curarem, ne genti ei in patria eorum domicilium habere permitteretur. Quibus respõdit, me quidem eorũ petitioni perlibenter gratificari velle, sed non ab omnibus ex æquo preces eas apud me fieri. Quod si qui in superstitione eorũ perseuerarent, liberum id eis, pro vniuscuiusque arbitrio & voluntate esse: neque tamen eos, si ad Deorum religionem agnoscendã redire vellẽt, prohiberi. Sedenim & Nicomedien sibus & aliarum vrbium ciuibus, quæ & ipsæ eandem petitionem, videlicet vt ne quis Christianorũ ciuitates incoleret, magno studio & contẽtione apud me interposuẽre, necessitate quadã benignè respondi: me quoque, quoniam id ipsum etiam antiqui Imperatores omnes seruassent, & diis ipsis, per quos omnes homines cum ipsa rerum publicarũ gubernatione consistunt, placuisset, petitionem eiusmodi, quę de diuinorum numinũ cultu causam ad me referret, confirmare. Proinde etiamsi antehac deuotioni tuæ potissimũ per literas significatum, & per iussiones itidem mandatum est, vt ne quid cum prouincialibus præfecti, quibus tot tãtorúmque populorũ cura est iuncta, durius seueriúsue agant, sed clemẽter, moderatè & patienter eos ferant: nunc tamẽ visum quoque est scripto isto fortitudinẽ tuã admonere, vt illi neq; à beneficialib*, neq; ab aliis quibuscunque iniuriis afficientur, vexentur, excutiantur: sed potius vt humanis benignisq; exhortationibus Deorũ curam & cultũ agnoscere persuadeantur. Itaque si quis iudicio ipse suo Deorum religionẽ suscipiendam duxit, cum complecti decet: si qui verò cæremonias suas seiunctim sequi malunt, arbitrio potestatique suæ relinquendi sunt. Dabit ergo deuotio tua operã, vt quod mandatum ei est, seruetur & vt nemini posthac prouincialium nostrorũ à religione sua reuocandorum facultas permittatur. Porrò vt iussa hæc nostra ad notitiam subditorũ nostrorum perueniant, constitutione à te publicitùs proposita curare debebis.

De præcipiti peruersitate & motu Maximini contra cõstantinum magnum.

† μήτε ἐξορίαν ἐπιτιθέναι μήτε ἄλλο βαρύτερόν τι ἐργάζεσθαι.

De præcipiti peruersitate & motu Maximini contra Constantinum magnum. Cap. 32.

HÆc quum ita non ex sententia, sed necessitate adductus mandasset, minimè visus est vera dicere, eis qui in animis suis considerabant, paulò eum antè per iudicij sui inconstãtiam, longè alia ac diuersa constituisse. Quapropter nemo publicè conuentus cogere, nemo liberè quę legitimi cultus nostri sunt peragere audebat. Neque id rescriptũ ipsum volebat, quòd securitatem tantum nobis ab iniuriis & contumeliis concedebat: minimè autem conuentus agere, diuinas domos extruere, & alia quę solita consuetáque nobis sunt facere permittebat: quũ quidem ea omnia veræ pietatis pacísque nostræ dux & autor Imperator Constantinus, vna cum Licinio, literis suis ad eum omnésque ditioni & imperio eorũ subiectos populos datis, permisisset. Cęterùm impio illi hæc displicuere: quanuis postea diuina vindicta coactus, vel ingratis eadem quæ illi constituerant, sancire necesse habuerit. Præcipua autẽ eius vecordiæ causa erat, quòd magnitudinem Imperij quod ei obtigerat ferre atque sustinere non posset: quamobrẽ cogitationibus & consiliis stultis actus, ineptè & perperam res gerebat. Iam & inani in animo suo inflatus arrogantia, per temeritatem & confidẽtiam opponere se ausus est Imperatoribus, qui eum multis atque incomparabilibus modis longè antecellebant, genere, educatione, institutione, prudentia, dignitate, vera erga Deũ pietate, atque in rebus omnib. officiosa, decenti & moderata animi constitutione: quæ virtutes in eis vt præcipuæ & maximè illustres, præ aliis mirificè elucebant. Ac primùm quidẽ in solitis quæ publicè fiebant, acclamationibus & votis, primo loco se renunciari curauit: deinde autem amentiã in insaniã vertens, fœdera cũ Licinio antea pacta rupit. Et quũ in animo secũ ipse reputaret, quæ per vim & efficaciã crucis Maxentio acciderant, non solum contra Imperatores, verumetiã aduersus crucifixũ Christũ arma sũpsit. Et rerrore correptus, paulatim rursus persequutionẽ in Christianos permisit. Quo tempore multi sanè admirãdi & fortes viri in martyrij stadio strenuè cursum peregere.

Maximinus aduersus Licinium res nouas molitur.

Christianos de nouò persequitur.

Magnum Constantinum Roma à Syluestro sacrosancto baptismo initiatum esse. Cap. 33.

HÆc quũ diuus Imperator Constantinus audiuisset, atque in primis cognouisset, vt ille apertã aduersus Christianos persequutionẽ renouarit, quod à puero malitiã & flagitia omnia odisset, animum despondit, séque ipsum curis macerauit, sedulò cogitans quomodo hunc quoque è medio tollere posset. Atque eum talia meditantem, quum nondũ sacro tinctus fuisset lauacro, ex improuiso grauissimè ægritudo quædam occupat, plaga certè ingens & prodigiosa, quæ per corpus totum serpẽs, atque idipsum exulcerãs, ac veluti vnum vulnus efficiens, anhelitum eius quẽ acerbè & grauiter ducebat, frequenter atque adeò continuè rumpebat, & paulò pòst in lepram radicibus altè actis corpore toto euadit. A quam curandã multi magi & incantatores, multi etiam ex Persidе aderãt impostores. Hi tantùm abest vt quicquã ei profuerint, vt morbum etiã ipsum adauxerint. His etiam superueniunt b Græci, qui Imperatoris in religione mutationem ægeferentes, per morbũ eum, tanquã opportunũ quoddã auxiliũ oblatum, illum impostoris suis ad partes suas pertrahere conantur: & monstrosè ostendũt, in Capitolio lacum siue piscinam fieri oportere, in qua innocentium puerorum sanguine, eóque recenti adhuc & vaporante repleta, si Imperator lauaret, facile eum curatum, corpúsque eius purgatũ iri. Aliter verò, vt à tali lepra mundetur, fieri nõ posse. Ea re tam noua quum illi homines decepissent, derepẽtè infantes plurimi congregãtur. Et iam tempus adest, carnificésque se ad illorũ cædem expediunt. Adest iam & imperator ipse. B Ecce autem matres puerorũ aduenium, capillis passis, mammillas decenter quodammodo subostendentes, lactis copia angustiã & dolorem illis pariẽtes. c Hę vlulatu & planctu cœlũ complent. Porro Imperator causa tãti luctus cognita, misericordia commotus, mulierculis condolet, & pro humanitate sua summa sententiã mutat: potiúsque eger esse vult, quam per tã abominandũ scelus conualescere Itaq; prolixè illacrymans: Romani, inquit, Imperij dignitas & amplitudo fontem atque radicem veræ habet pietatẽ, vt igitur ex ea me prouenisse omnibus liquidò ostendam, valetudinẽ meam innocentiũ puerorũ vitę posthabeo. His verbis dictis solida prorsus beneficentia acerbissimũ matrum dolorem solatur & aufert: simúlque domum reuertitur. C Enimuero nocte proxima bonitatis eius fructũ percipit amplissimũ. Petrus enim & Paulus Apostolorum principes, ei apparent & dicunt: Constantine, nos sumus Petrus & Paulus à Domino Deo ad te missi, vt signum tibi & iudiciũ salutis exhibeamus. Deinde eum hortantur, vt Antistitem sacrorũ eius vrbis Syluestrẽ inquirat, apud quem piscina sit, in qua si lauaret, celeriter morbum omnem cessurum: id que ea gratia, quòd innocentibus & incorruptis infantibus vitam donasset. Porrò vt eum somnus reliquit, medicum adstantem longissimè à se repellit, non iam arte aut ope humana se indigere dicens, auxiliũ deinceps & salutẽ ab altissimi manu aduenturam. Itaque medicus ab eo discedit. Vt antè Syluester accitus affuit, & ea qua decuit obseruantia & veneratione considere iussus est, haberẽt ne deos Petri & Pauli appellatione, diligenter eũ Constantinus est percunctatus. Ibi Siluester: Nobis, inquit, ô Imperator, dij multi non sunt, sed vnus, cuius opus est vniuersum hoc. Petrus verò & Paulus, quos dixisti, dij prorsus non sunt, verùm serui & Apostoli Dei: qui quòd præcipuè propter egregiam fidem, charitatisque ardorem & desiderium Deo chari gratique fuere, sanctitatis arcem occuparũt, primum inter sanctos locũ obtinentes. Primi quippe ipsi gentibus omnibus diuinitatem Domini nostri Iesu Christi annunciarunt, atque ab ipsis ecclesię omnes initia sua sumpserũt. Atque illi opere & cursu suo completo, per martyrium ex hac vita migrarunt, & nunc amici sunt Omnipotentis. Vbi verò sacras quoque illorum effigies requisiuit, & Hierarcha eas illi exhibuit: tum re certius cognita, eos ipsos esse quos vidisset, confirmauit. Itaq; propura saccum sumit, & diebus septem ieiu-

Constantinus de bello Maximino inferẽdo cogitat.

Actus beati Syluestri apostolicæ sedis præsulis, licet eius qui scripsit nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Rꝰ. Catholicis legs cognoui mus, & præantiquo vsu multæ hoc imitantur Ecclesiæ. Sed cum

huiusmodi scripta ad Catholicorum manus peruenerint, beati Paulli apostoli sententia præcedat: omnia probate, quod bonũ est tenete. Gelasius papa dist. 15. Sancta Rom. ecclesia.

a In lepram incidit.

b Sanguinarium remedium Græci contra lepram imperatoris instituunt.

c Id propter pietatem Constantinus retinuit.

Imperatoriã eiusdem vox Constantinus à Deo pietatis mercedẽ capit.

Petrus & Paulus ei apparent, & remedium morbi indicant.

Colloquium Constantini & Syluestris R.O. Pontificis.

Pia Constantini ante baptismum opera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nio & orationi vacat, idolorũ tẽpla claudit, carceres aperit, per misericordiam multam liberaliter omnes muneratur, & tandẽ ad sacras vndas procedit. Vehemens autẽ & intensa ab ecclesia omni, ita vt Sylvester iusserat, oratio fiebat. Antistes porrò ad aquã baptismi respiciens: Hęc (inquit) Imperator, aqua diuina virtute per inuocationẽ † viuicæ Trinitatis cõcepta, sicuti extrà corpus hominis abluit, ita etiã animam intrà à sorde & inquinatione omni mũdificans, splẽdiorẽ radiis solaribus efficit. Et iam oleo vnctus lauacrũ ille ingreditur, atque more recepto sanctissimę Trinitatis sit inuocatio. Et ecce lucis inenarrabilis splendor alicunde emicãs, locũ eum illustrat, & sonus quidã admirandus veluti psalterij & lyrę absoluta harmonia & concentu reddit exauditur. Egreditur deinde Imperator oprimus è lauacro, totus saluus & incolumis, perinde atque carne recenti inductus, quibusdã quasi piscium squamis in vnda relictis. Atque ibi beato quoque Sylvestri dixit, se quum adhuc in sacris esset vndis, manus cuiusdã veluti è cœlo missæ attactum sensisse. Vnà cum ipso autẽ Crispus etiam filius eius diuinum participauit lauacrum, & ambo candidam vestem induerunt.

Ecclesiæ oratio pro eo.

† Gr. ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ.

Vis aquæ baptismi.

Baptismi cæremoniæ.

Constantinus in baptismo leprã abiicit.

Quę post baptismum Constantinus magnus recte constituerit. cap. 34.

MOx deinceps legem primùm fert, vt qui posthac per blasphemiã Christo maledicere, aut quẽquam qui eius censentur nomine, iniuria afficere auderet, dimidiam bonorũ suorum partem amitteret. Et manibus ipse suis ligone accepta, in palatio suo, quod Lateranense dicitur, primus terram fodere, & ecclesiæ formã in nomen Domini nostri Iesu Christi describere. Deinde promulgauit, quicunque egerent, & Christianorũ sacra colenda susciperent, eis sumptus & vestitum ex Imperiali ærario præbitum iri. Et multi, quibus hoc pij & religiosi viri testarentur, gratiã eam & munus cõsequebantur. Anno eo supra duodecim millia, qui baptizati sunt, virorum, extra mulieres & pueros, in rationem regenerationis sunt relata. Et grex quidẽ Christi quotidie incrementa sua capiebat, simulacrorum autem cultus paulatim diffluxit ac disparuit. Porrò Senatu in basilicam quæ Vlpia dicitur connocato, sincera mente sanxit, ne de cæterò dij esse vel dicerentur, vel crederentur: non deos hominum esse, sed potius homines deos illorum esse dictitans. Et quũ se ipsum ea in re apertũ manifestũmque haberent exemplũ, vt Dominum nostrum Iesum Christũ vt Deum verũ certúmque in cœlis regnantẽ adorarent & colerẽt. Et ne quis aliquid veteris erroris apud se hęrere suspicari posset, sinceritatis suæ indicium, templũ in Palatio suum ostendit. Populus porrò huiusmodi Imperatoris dictis applaudens, quadragesies Christianorũ Deum verum Deum esse exclamauit. Constituit præterea, voluntarium & non coactum baptismum esse: neque metu humano ad Christianorum cultum quenquam accedere, verùm volentem casto maturóque consilio, sacro illorum numero aggregari debere. Itaque incredibilis in populo fuit lętitia, lege ea publicata: quòd nemo contra animi sui sententiam, ad aliam religionem pertraheretur.

Constantini leges et actiones pro christianis.

Templum Seruatoris in Lateranensi palatio à constantino conditum.

Cum ecclesiis ipsis monumenta sanctorum ornabantur, gratáque & accepta in exiliũ actis præmia constituebantur: & quicunque Christũ profiteretur, is amicus Imperatoris esse promulgabatur.

Monumenta sanctorum.

Refutatio eorum qui dixerunt, postea constantium Nicomediæ ab Ariano esse baptisatũ & quòd propter filij Christi eadem christianismũ assumpserit. Cap. 35.

QVòd autem Romæ à Sylvestre sacratus & diuus Constantinus baptizatus sit, post Maxentij oppressionẽ, qui fortissimè sub signo crucis est deuictus, satis ostendit baptisterium, quod ad hoc vsque tempus, eius rei gratia in testimonium certissimum Romæ asseruatur: sicuti hoc de viris natu grandioribus, qui veritatem maximi faciunt, auditur. Nemini verò mirũ videri debet, quòd ante baptismum laudatissimus Princeps tanta gratia dignus iudicatus sit, vt diuinam vocem ad se delatam audiret, vt venerandam crucis formam in cœlo videret, vtque honorandas diuorum & sacrorum apostolorum Petri & Pauli imagines spectaret. Dudum enim antea moribus Christianus fuerat, & nomen eius in cœlis scriptum erat. Et non infidelibus tantũ sed & credentibus signa exhibentur. Qui in Oriente olim Arianę sectæ fuere, Constantiũ Nicomediæ ab Eusebio eius vrbi episcopo iam moriturum baptismum suscepisse, prodiderunt: propterea eum sacrum lauacrum distulisse dicentes, quòd id in Iordane fluuio perficere voluerit. Id verò ex eo facilè refellitur, quòd Ecclesia à Sylvestre eum Romæ baptizatum esse certò prædicat. Quapropter testatum omnibus esse volo, vt hoc sic etiam ipsi tutò & opinentur & credant. Ariani enim malè sentientes, animo & consilio diabolico hoc confinxerunt, non Romæ baptizatum cum esse asserentes, aut fortasse eadem cum illis sensisse astruentes, perinde atq; ab ipsis propterea baptismi gratiam susceperit: quod absurditatis & mendacij plenũ est. Quod si enim nondum sacri lauacri particeps fuit, consequitur eum neque in Nicęna Synodo cum patribus congressum esse, & cum eis diuina mysteria non participasse. Quomodo verò aliter benedictione eorum dignus reputatus esset, & cõmunis mensæ particeps fuisset? sicuti historia tradit. Verùm Ariani quidem hęc sic ludant, nos verò ad historiã reuertamur. Neque sanè ignoro, quę etiam Græci per sycophantiam & calumnias crimina Constantino impingant. Dicunt enim illi Cõstantinum, quòd quosdam sibi propinquitate & sanguine iunctos interemisset, & Crispum filium suum manu sua occidisset, quem Fausta nouerca, quasi illam de incesto stupro compellasset, apud patrem detulerit, pœnitentia ductum, cũ Sopatro philosopho, qui tum Plotini scholę præerat, de lustralibus purgationibus contuliisse, illúmque respondisse, neminem prorsus tantarũ inquinationũ reliquisse expiationẽ. Quúmque ea de causa in maxima esset solicitudine & anxietate, in Christianorum episcopos eum incidisse qui illi polliciti sint, per baptismũ se non ea tantũ, sed multo etiam grandiora piacula purgare posse. Itaque quòd voti sui compos factus esset, vehementer eum lætatum, Christianorúmque sacra admiratũ esse: datoque Christo nomine

Constantinus Romæ baptizatus.

De eius baptismate vti dixerunt autores sic constanti fide, quæ de imperio diuturnitate circumferuntur, vtpote similia veri, non pertinent.

Refutatio calumniæ qua Græci idolatræ constantinum experiuntur.

Sopater philosophus. Plotini schola.

nomine, subditis suis eam necessitatẽ imposuisse, vt Græcorum religionem abiurarent. Verùm hæc manifesta figmenta, quibus Christianorum fidem & pietatem veluti per comœdiam traducere studuerunt. Crispus enim vigesimo imperij eius anno decessit, propter quem illi expiatione eũ opus habuisse dicunt. Is quoque multas pro Christianis superstes adhuc cum patre leges tulit, vt qui secundum in imperio locum haberet, & Cæsar esset: sicuti hoc hodie quoque temporalegibus ipsis subiecta satis indicant. Vbi verò Sopater in Constantini colloquium venit? qui soli ei oræ quæ ad Oceanum & ad Rhenum est, præfuit. Quum autem aduersus Maxentium bellum gereret, & in Italia ageret, rebus Romanorum tum dissidentibus, non facile erat se Gallis & Britanis immiscere, apud quos constat Constantinum Christianorum religionem suscepisse, priusquam etiam quàm contra Maxentium pugnauarit, & Romam atque in ipsam Italiam venerit: id quod etiam & tempora & leges quas pro nobis sanxit, certò testificãtur. Et vt concedamus, Sopatrum facile cum illo colloqui, aut per epistolam agere potuisse: non tamen credibile videatur, philosophum tantum ignorasse, quod Hercules post liberorũ suorum necem, & Iphiti amici & hospitis cædẽ, Athenis mysteriis Cereris expiatus atq; purgatus sit. Satis porrò fuerit ostendisse, Græcos etiam ipsos fœdorum flagitiorum lustrales expiationes promittere solitos: eósque qui ista confinxere, Sopatri magis accusatores esse. Non enim persuaderi possum, ram clarum in sapientia virum talia ignorasse. De his satis.

Crispus Constantini filius, & Licinius iunior Constãtini ex Constãtia sorore nepos, Licinij senioris filius, plurimique nobiles et præclari viri, 20. Constantini imperij anno, Faustæ Constãtini coniugis dolo interfecti sunt. Pomp. Oros. Constantinus imperij sui 22. anno Faustam interfecit in balneas ardentes conijciendam. Eutrop. Hercules post parricidia patrata lustratio. Mysteria Cereris.

De sancta Helena, vt ea Romã venerit & de colloquio Iudæorum cum Sylvestre. Cap. 36.

IMperatoris mater Helena in prouincia tum Bithynia agebat. Ibi Iudęi Imperatoris mutationem secum ipsi reputantes, matri eius suadent, vt ad filiũ scribat, cúmque admoneat: Recẽ quidem fecisse, quod ab idolorum cultu discesserit: non rectè autem, quod nouam Nazarenorum religionẽ sit complexus. Quod illa ita fecit. Cõstantinus verò acceptis à matre literis, ei id quod decebat rescripsit: & ex Iudæis quosdam Romã euocauit, vt cum presbyteris Christianorum sermones per colloquiũ conferrent, & quę pars meliora afferre reperiretur, vt ea necessario pars altera sequeretur. Et iam quartum, curante ac precante Constantino, conuentus in Romana vrbe cogebatur, in quo Romanorum quidem episcoporum viginti quatuor erant: Iudęorum verò sacerdotes centum & viginti, in quibus duodecim reliquis præibant. In conuentu & colloquio eo, Sylvester princeps erat: Aderat in eo & Imperator ipse, & mater eius Helena, attentè & diligenter vtrosque audientes. Quum autem sacratissimus Sylvester eloquentiæ vi multis modis illos ita superaret, vt eũ admiratione delecti illi Iudęi hianti ore stupentes audirent, efficaci responsionum eius persuasione consternati: quúmque postremò taurum ille veneno enecatum, inuocato Christi nomine restitueret, omnes ad pedes eius sunt prouoluti: cultúque suo proiecto, idem de religione cum Sylvestre senserunt, ita vt qui eo animo venerant vt alios caperent, ipsimet sint capti. Hoc factum etiam beatam Helenæ, vt de filio melius iam sentiret, persuasit. Quin & ipsa patriæ religionis cultu relicto, ad Sylvestris procidit pedes: ab eóque sacra fidei nostræ mysteria edocta, vera tandem tot tantísque virtutibus prædita filij mater esse apparuit, eodem cum illo ardore & fide in Christum concepto.

Iudæorum & christianorum episcoporũ de religione in vrbe Rom. colloquium.

Iudæi per Sylvestrem ad christianismũ adducuntur.

Helena Constantini mater christiana fit.

De conflictu Constantini & Maximini, & de eis qui signa crucis in exercitu tulerunt vexilliferis. Cap. 37.

HÆc quum cognouisset Maximinus Orientis tyrannus, non potuit non impatienter ferre. Quamobrem bellum irreconciliabili odio * maximum mouit, breuique res omnes miscuit & turbauit, exercitum collegit, ingentes innumeræ multitudinis copias contraxit, spe & fiducia dæmonum, nec non armatorũ plurima turba seductus. Itaque etiam Imperator celeberrimus, vnà cum Licinio Cæsare, Roma terra marique Orientem versus est profectus, cum exercitu forti & robusto: quo tamen ille nõ tantum, quantum ipsius crucis armatura, confidebat. Et posteaquam in Bithyniam ad locum qui Astacus dicitur, ventum est, contra sceleratum hostẽ signa infesta iam inferentẽ, maxima cum fiducia acie instructa progreditur. Iusserat autem Constantinus magnus crucis signum præferri, quod à Romanis antea Labarũ dicebatur, signis militaribus aliis longè præstantius, quod id à militibus † præferri & adorari lege cautum fuerit. Quam ob causam etiam Constantinum puto, celeberrimum Romani imperij vexillũ in Christi signum mutasse, vt frequenti eius spectaculo & cultu subditi in desuetudinem pristinæ superstitionis venirent, eumque solum Deum esse arbitrarentur, quem Imperator & duces eius colentes, propugnatore aduersus hostes vtrerentur. Hoc igitur signũ præferri, & laborantibus periclitantibusque cohortibus adesse, atque à satellib. per vices in humeris gestari, ordinésque cum eo circuire iusserat. Salutifera hæc armatura quũ sic Constantini aciem præiret, Maximinus suis præcipit, vt quicunque collimare certóque iaculari possent, in signum id tela conicerent, atque in ipsum confertim cum impetu ferrentur. Quapropter is qui id ferebat (dicitur autem Græcę superstitionis fuisse) metu perculsus, alij portandum tradere festinauit. Atque ibi alter quidem patre martyre prognatus alacriter admodum prosiluit, thoracem & galeam longè à se abiecit soláque tunica tectus signum Crucis arripuit. Porrò ille qui sibi à telorum ictibus cauerat, lethali vulnere accepto concidit. Qui verò sacratum crucis signum ferebat, quanuis densæ nimis instar tela in eum coniicerentur, à nullo tamen est vulneratus. Nam præter opinionem omnem diuina quadam virtute tela ab hostibus emissa, hastæ signi illiisa atque impacta, ab eo qui id ferebat in medio armorum discrimine versante auolabãt. Dicitur præterea, atque à Dei amantibus viris creditur, nec alio vnquam tempore qui signum id tulerit, in sinistrum aliquem decisse casum, aut vulneratum captúmve esse. Sedenim prælio commisso, tyrannus, qui detestandis magorum imposturis fretus fuerat, interiore quoque tunica abiecta militaríque

Bellum aduersus Maximinum cœptum.

* pactis violatis quæ cum Licinio inierat, Euseb.

Labarũ præcipuum Rom. signorum vexillũ, in crucis formam mutatum.

† καθηγεῖσθαι τῷ στρατῷ προσκυνεῖσθαι

Maximinus victus profugit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitu sumpto, cum paucis admodum qui ei bene volebant euadens, quàm celerrimè quò eũ pedes ferebant profugit, & vicum alium alio mutans, vix se ex hostium manibus subduxit: ipsa verum esse ostendens diuinum illud oraculum, quod dicit: Nõ saluatur rex per multas copias suas, & Gigas non saluabitur in multitudine fortitudinis suæ. & quæ in Psalmo sequuntur. Postquã verò ex turpi fugâ in ditionẽ suam peruenit, irã furoremque omnem in sacerdotes & vates suos emisit, quorum magicis incantationibus & imposturis adductus, tantum susceperat bellum: collectósque ex iis clarissimos quosque, veluti præstigiatores ac seductores iugulauit. Christianorum autem tutelari Deo, non qualem antea, sed perfectam iam integrámque pro eis constitutionem proposuit: nec ita longo pòst tempore, præter fatum fœda morte vitam finiit. Constitutionem eam his annectendam censui.

Idem magos, qui cum seduxerãt, iugulat.

Maximini mors.

De edictis quę Maximinus periculo cuitate rectè proposuit. cap. 38.

Rufinus habet Gallerius. idem supra Ionius nominatus.

IMperator Cæsar Caius † Valerius Maximinus, Germanicus, Sarmaticus, Felix, Pius, Inuictus, Augustus. Omnibus nos modis continuę prouincialium nostrorum commoditati prouidere, eaque eis præstare velle, quæ omnium maximè fructuosa sint, & quæ ad vsum vtilitatémq; omnium communem faciant, teíque publicæ conueniãt, atque animis omnium chara gratáq; accidant, neminem ignorare: sed vnumquemque hominum, ad rem ipsam recurrentem, nosse, persuasúmque habere credimus. Quandoquidem autem manifestum antea vobis est, propterea quòd à diuis parentibus nostris Diocletiano & Maximino præceptum fuerat, conuentus Christianorum tollendos esse, per multos à beneficiarijs. excussos spoliatósque esse bonis suos, id quod in futurum quoque sic contra subditos, nostros, quorum nos, quod ita facultates eorũ & possessiones diriperentur, curam maximè gerere decuit, procedere debuerat: datis proximo anno ad cuiusque prouinciæ præfectos literis constituimus, siquis consuetudini tali aut obseruationi cultus eiusmodi adhærere vellet, vt is nullo interposito impedimento propositum suum teneret: neque à quopiam, quo minus facile absque timore & superstitione omni quod cuique placuisset faceret, prohiberetur. Cæterũ ne nunc quidem latère vos potest, iudices quòdã iussiones nostras non rectè † accepisse: quapropter factum, vt de eis homines nostri * dissentire cœperint, lentiúsque ad religiones eas quas ipsi probassent, accesserint. Sedenim vt deinceps omnis metus suspicio & dubitatio præcidatur, constitutionem præsentẽ proponere voluimus, vt omnibus sit notum ac manifestum, quicunque sectam religionémque istam comsecti volunt licere id eis, vt ad numinis cultum hunc quem sibi moribus sequendum sumpserunt, se conferãt, ex liberalitate & gratia legis huius facere. Quin & κυριακὰ atque templa sua eis exstruere conceditur. Vt autem maior sit liberalitas hęc nostra, illud quoque sanciendum esse duximus: Si quæ sunt domus & prędia, quę antea iuris Christianorũ fuerint, & parentum nostrorum iussionibus in ius fisci cesserint, aut à ciuitate aliqua teneantur, siue venditio seu donatio aliqua intercesserit, vt ea omnia in antiquum Christianorum ius reuertantur, vt in eo quoque pieratis & prouidẽtiæ nostræ percipiant fructũ.

Maximini se-cerũ pro christianis edictũ.

*† παράνομον μοιχεύτου. * διαζεῦξαι ambigere.*

Hinc credibile certúmque adeò est, Germanos ecclesias lxrchen appellare.

Hæc ille postea scripsit, fortasse etiam vt Constantinum mitiorem sibi redderet. E dictũ porrò istud propositum est nondũ integro exacto anno, ex quo iussiones eius aduersus nos columnis incisæ fuerant. Et quibus ante hac apud eum non dico regionem aliquam, sed ne solitudinem quidem incolere permissum fuerat, verùm vt impij Deóque prorsus carentes, ex locis omnibus eiecti, omnibúsque malis expositi, atque ferro, igni, bestiis, & innumeris suppliciorum, morũ tisque generibus obiecti, tormenta & cruciatus omnes sustinuerant: ij tandem religionem suam habere, & ædes sacras construere iubentur, iuribúsque suis illis vti frui permittitur

Diuersum hoc prorsus ab priore est edictum.

De interitu Maximini, qui vindicta diuina accidit: & de extremâ internecione veritatis inimicorum. cap. 39.

ATque hæc post fugam, quasi insigni quodam beneficio in ea affectus, & aliquid nostra causa, quamuis non ita vt cõmeruerat, passus, perinde atque id propalam confiteretur, scripsit. Quum autem secundo nobiscum conflictu congrederetur, vitam amisit: sed non ita vt decuerat decertãs, neque cum laude & gloria fortiter cadens. Namque acies quidem eius in loco plano structa consistit. Ipse autem domi se cõtinens, & tela effugiens, veluti qui manus aduersus Deũ sustolleret, diuino in toto corpore suo affligitur flagello. Confestim siquidem dolore ex anxietate summa correptus, in lecto voluebatur, & inedia tabescebat. Incensio autem intra viscera exorta, habitum & formam omnem corrumpebat: extrinsecus etiam specimen eius deformabat, ita vt breui nihil in eo esset reliqui, quàm os aridũ, simulacro persimile, quod horrorem timorémque spectantibus incuteret, & vt corpus eius tanquam animæ sepulchrum, aut culeus quidam altius eam in se defossam continẽs, esse videretur. Et quum cerebrũ omne exustum esset, oculorum orbes loco suo moti exciderunt, eúmque excæcarunt. Ipse porrò doloribus maximis exercuiatus, Deóque confessus, mortẽ sibi accelerari orauit: postremóque omnium condignas se pœnas, pro flagitiis ac contumeliis, quibus proterue & petulanter Christũ esset persequutus, dare testatus, execrandam tãdem illam egit animam. Verùm enim verò hoc quoque ad hũc modum, qui tyrannorum omnium acerbissimus fuerat, è medio sublato, ecclesiæ statim ex ipsis fundamẽtis excitãtur, fidei verbum liberius quàm antea prædicatur, idolorum furor potius quàm cultus ignominiosè intercidit. Et ipse Maximinus primùm vt Deo inuisus & tyrannus, literis vbique propositis, publicísque inuectiuis declaratur. Statuæ eius & imagines, quęcunque in vrbibus in illius honorem erectæ fuerant, illæ quidem ex locis editis detectę comminuuntur: hę autem in facie fuligine coloréque atro oblinuntur, ludúsque & ludicrum illudere ei volentibus proponuntur. Et honores alij veritatis inimicorum abolentur.

Maximini morbus horẽdus.

Mors eius sterna. Hic Cæsar quadriennio, Augustus triennio per Orientem fuit. Diuc. Tyrannus hoc sublato, Christianis esset persequutus, dare testatus, execrandam tãdem illam egit animam. Verùm enim verò hoc quoque ad hũc modum, qui tyrannorum omnium acerbissimus fuerat, è medio sublato, ecclesiæ statim ex ipsis fundamẽtis excitãtur, fidei verbum liberius quàm antea prædicatur, idolorum furor potius quàm cultus ignominiosè intercidit. Et ipse Maximinus primùm vt Deo inuisus & tyrannus, literis vbique propositis, publicísque inuectiuis declaratur. Statuæ eius & imagines, quęcunque in vrbibus in illius honorem erectæ fuerant, illæ quidem ex locis editis detectę comminuuntur: hę autem in facie fuligine coloréque atro oblinuntur, ludúsque & ludicrum illudere ei volentibus proponuntur. fin. Quintus. num habet.

Deinde

Deinde etiã qui eadem cum illo senserant, partesque eius sequuti fuerant, & superbius sacris nostris illuserant, amici & familiares eius, iustas ferunt pœnas. Qualis Peucentius ille fuit, in magna apud illum veneratione habitus, & amicorũ omniũ intimus, tertiùm ab eo consul creatus, aliísque etiam † honoribus gestis clarus. Lucianus quoque, omni itidem dignitate ac potestate præcipuè ab eo exornatus, qui sanguine Ægyptiorum, Christianorũ honores sibi & magistratus parauerat. Plurimi præterea alij, per quos potestatem Maximinus summam, vt omnibus terribilis videretur, consequutus fuerat. Comprehendit quoque Theotecnũ vindicta non diu morata, propter scelera ea quæ aduersus Christianos cõmentus fuerat. Quòd enim propter nouũ illud simulacrum & figmenta contra nos excitara, honore auctus fuerat, ad dignitates quoq; primarias est euectus. Et postquam Licinius Antiochiam peruenit, & magorũ atque impostorum turbam ad interitum adegit, affuere ibi recentis illius simulacri sacerdotes, tormentísque affecti causam impostura suæ edere sunt coacti. Arque illi vbi Theotecni fraudẽ prodidere, primùm Licinius Theotecnũ occidit, deinde impostoribus illis dignam inflixit pœnã. Ad hoc Maximini liberi, & qui vel genere vel amicitia ei coniuncti erant, adiecti, pariqué cotumelia & pœna affecti, cæsi sunt. Quoniam nõ susceperunt disciplinã, neque intellexerunt vt non confiderent in Principibus, in filiis hominũ in quibus non est salus: In die ergo illa perierunt omnes cogitationes illorum.

Peucentius. † catholicus rationũ omniũ Præfectus ab eo constitutus.

Theotecnus rationalis.

Sacerdotes tuis Amici.

Liberi Maximini.

De pace beneficio Dei christianis parta & conciliata, & celebratis passim encæniis. cap. 40.

Ecclesia Christiana florens.

TYrannis Deo inuisis ita sublatis, res imperij totius firmæ atque inconcussæ ad Constantinum & Licinium peruenẽre: qui pessimis illis oppressis, satis certò vim diuini auxilij experti, fidei suę generositatem, & ad virtutẽ omnem propensionẽ, pro Christianis omnia mouendo atque agendo, & leges pro eorum salute & securitate promulgãdo, abundè ostenderunt. Itaque læta admodum & serem prorsus nulla interueniente nube, vbique illuxit dies, & diuinus quidam mirificúsque ecclesias per orbem omnes splendor illuminauit, & res nostræ turæ atque extra inuidiam omnem positæ fuerunt. Abundè quilibet eius quæ à Deo immissa factáq; fuerat, pacis particeps factus est: & dominatione iniusta depulsa liberalẽ vnusquisq; cõspexit solem, solũ verũ Deũ piorũ propugnatorem laudibus vehens. Omnibúsque ingens incessit lætitia, res omnes quasi reuiuiscentes cernentibus, quæ duduin pestifera clade & calamitate interierant. Itaque magnifica templa amplitudine & sublimitate ingenti, & longè quàm antea venustate & splendore maiore constructa: & quod omnium nobis est optatissimũ, festi dies encæniorum nouarúmque dedicationum splendidè acti, sacræ ædes recens fundatę, Episcoporum vndique conuentus celebrati: & Christi membra amanter aliud alibi confluentia, rursus ad vnam harmoniam corporisque constitutionem decenter compactaque, vt cum Propheta dicam, os ad os, & harmonia ad harmoniam contracta: & quę præterea per oracului diuinum prædixit verbum, impleta ea sunt. Vna diuini spiritus vis per omnes peragrare cognita est, omnium vna anima, & idem studium: omnibus in ore fuit & ab omnibus exauditus est hymnus vnus, diuinitatẽ verbi Dei consentu pulcherrimo celabrans, cultúsque numinis purus, & sincerum sacrificium, sanctiones & constitutiones ecclesiarum, psalmorũ cantus, frequantati. Ad hęc diuini verbi prędicatio, atque arcana mysticáque ministeria piè sanctéque peracta, & salutifera passionis † inenarrabilia symbola & signa sumpta. Ætas quoq; omnis, & omnis generis homines, orationi & gratiarum actioni incumbentes, coniliatorem tam subitorum bonorũ laudarunt. Conciones orationésque ad populum, pro eo atque tempus derepentè argumentum suppeditabat, in conuentibus habita. Atque aliquis in tam frequenti ecclesiæ concione humanus atq; modestus piúsque vir, in plurimorum hominum & aliquorũ episcoporum præsentia, decenter & placidè aures præbentium, orationem domi compositam in medium produxit. Qualis illa fuit, quam ad Paulinum Tyri episcopum quidã optimè conscripsit & recitauit. Paulinus porrò iste apud Phœnices clarus, multa magnificè Tyri templa construxit. Atque hæc quidem sic tum agebantur. Mihi verò minus molestum erit, constitutiones eas quas Deo charus imperator pro nobis publicauit, in opus hoc referre. Primo autem loco eam ponam, quam is communiter cũ Licinio, qui nondum in rabiem actus fuerat, pro rebus Christianorum conscripsit: quæ sic habet.

† σωτηλὲς πάθους ἀπόρρητα σύμβολα.

Extat hæc oratio apud Euseb. lib. 10. cap. 4.

Constitutio scripta Constantini Magni imperatoris, vt christianis loca & res sua restituantur. cap. 41.

QVum re probè deliberata, libertatem religionis non denegandam, sed vniuscuiusque arbitrio & voluntati, vt pro suo quisque iudicio sacra coleret, permittendam esse existimaremus: Christianos quoque professionis suæ sectam, cultúmque diuinum seruare iussimus. Quandoquidem autem multæ ac † diuersæ opiniones, in eo ipso rescripto, in quo eis talis est permissa potestas, verbis distertis additæ esse videbantur, factum fortasse est, vt quidam paulo pòst ab huiusceemodi obseruatione religionis complectenda resilirent. Quum igitur ego Constantinus, & ego Licinius, Augusti ambo, feliciter Mediolanum venissemus, atque ibi in consilio quæ ad vsum & vtilitatem reipublicæ præcipuè pertinerẽt, inquireremus: inter alia plura, quæ commoda esse omnibus, seu prima potius visa sunt, constituenda atque ordinanda esse duximus, ea videlicet, quibus honor & cultus diuini numinis contineretur: hoc est, vt etiam Christianis liberum prorsus concedamus arbitrium, religionem quam velint consectandi. Vt quidquid tandem est diuini & cœlestis numinis, id nobis & qui sub potestate & ditione nostra degunt, omnibus propitiũ benignúmque esse possit. Itaque sententiam hãc nostram sana atque recta deliberatione in editũ retulimus, vt nemini prorsus potestas præciderctur, quouis tempore Christianorum ob-

† αἱρέσεις, sectæ.

Constãtini & Licinij pro christianis edictum.

P

Universidad de Deusto
Biblioteca

« seruationem & religionem complectendi : & quem animo suo commodum congruentémq; « esse crederet cultum sequendi, vt diuinum numen in rebus omnibus propensum atque benignum nobis esset. Aequum sanè est, vt hoc sic nobis placere, rescripto isto nostro nunc significemus: vt hæresibus omnino sublatis, quæ in Restitui iubentur loca & bona sua Christiann. * vrbibus ad * deuotionem tuam datis literis nostris de Christianis cõtinebantur, si quæ sunt insuper sinistra prorsus & à clementia nostra aliena, ea educantur. Proinde quilibet liberè & apertè, qui Christianas cęremonias obseruãdas sibi esse duxerit, eas sine perturbatione & periculo omni turbò obseruet. Quod ita solertiæ tuæ plenissimè indicatum voluimus, vt scias nos liberam absolutámque potestatẽ Christianis religionis suæ colendæ decreuisse. Et quum deuotio tua animaduertat, tam absolutam ipsis esse F datam facultatem, aliis quoque ad sacra ea & cæremonias transire volentibus id facere sciat esse permissum. Id quod tranquillitati temporũ nostrorum conuenire manifestum est, vt potestas vnicuique sit, pro eo atque velit, diuinũ colendi numen. Factum id à nobis, ne cui diuino honori aut cultui quiquam per nos diminutũ esse videatur. Itaque & hoc personam Christianorũ decernentes statuimus, vt loca eorum in quibus antea conuenire soliti fuerant, (de quibus, prioribus etiam literis nostris alio tempore ad denotionem tuam datis formam & modum alium constituemus) si ea aliqui vel à fisco nostro vel à quopiã alio, emptione interueniente cõpa rauerint, ipsis Christianis absque pecunia & absque repetitione vlla pretij dati, citra omnẽ cunctationẽ & deliberationem restituãt. Quod si qui talia loca dono à quopiã acceperint, aut etiã ex liberalitate & munificentia nostra consequuti fuerint, ij ad prætectũ cuiusque loci iudicis locum obtinentẽ adeant, vt ipsorum per benignitatem nostrã ratio habeatur. Atque ea loca omnia, nulla interposita mora, corpori Christianorũ omnino reddi curabis. Et quoniã Christianos ipsos non solùm ea in quibus conuentus agere soliti sunt, sed & alia loca habuisse constat, non priuatim ad quenquam illorum sed ad ius corporis eorũ, hoc est, Christianorũ pertinentia, ea quoque omnia qua diximus « lege citra ambiguitatẽ omnem Christianis ipsis « hoc est corpori ipsorum, & quiliber eorũ conuentui restituenda iubebis: eo quem diximus « seruato modo, vt videlicet qui ea absque restitutione pretij, sicuti dictum est, reddiderint, indemnitati eorum à benignitate nostra prouideatur. Quibus in rebus omnibus Christianorum, quod diximus, corpori operã studiúmque tuum, quoad poteris, præstare debebis, vt iussa nostra primo quoque tempore impleantur: & vt per bonitatẽ liberalitatémque nostrã, communi & publicæ quieti consulatur. Ita enim futurum est, quemadmodum prædiximus, vt diuina erga nos gratia & benignitas, quam multis iam in rebus sumus experti, perpetua nobis firmáque maneat. Cæterùm vt eiusmodi liberalitatis & constitutionis nostræ sententia ad notitiam omniũ perferri queat, consequens est, vt literis tuis præfixis, decretum hoc nostrum passim in locis omnibus proponas, & in noticiam omniũ deducas, ne quempiã munificentiæ nostræ latẽre possit.

Aliæ duæ constitutiones, pecunias, dona & immunitatem ecclesijs concedentes. Cap. 42.

SEcundam verò hanc quæ sequitur constitutionem promulgarunt, in solam catholicam ecclesiam liberalitatem talẽ collatam esse significantes. Salue Anyline, plurimùm nobis honorãde. Liberalitatis benignitatísque nostræ modus hic est, vt quæ alieni iuris sunt, non solùm non violentet inuolari, verumetiã restitui velimus, Anyline reuerendissime. Quapropter præcipimus, quam primùm literæ hæ nostræ ad te perlatæ fuerint, vt quæcunque bona ad ecclesiam catholicã Christianorum, vel in vrbibus vel in locis aliis pertinentia, siue à ciuibus, seu à quopiã alio occupata detineantur, confestim ecclesijs ipsis restituantur. Prorsus enim constitutum nobis est, vt quas antea ecclesiæ habuerunt possessiones, in ius earũ redeant. Quum itaque deuotio tua mandari huius nostri iussionem clariorem perspiciat, operã dare debes siue horti, siue ædes, seu quidlibet aliud ad ius ecclesiarum pertinuit, vt hæc omnia eis quamprimùm reddãtur, vt videlicet te iussionibus hisce nostris cum cura & fide paruisse intelligamus. Vale Anyline, nobis admodũ honorande. Aliã quoque constitutionẽ ad eundẽ scripserunt, in qua ecclesiarum ministros & præsides, à ciuilibus muneribus liberos & immunes esse iubent, in hunc modum: Salue Anyline reuerendissime. Posteaquã rebus multis constat, neglectã contemptámque religionem, per quam summa sanctissimi cœlestis numinis obseruãtia & reuerentia conseruatur, ingentia rebus publicis intulisse pericula: eandémque ipsam legitimè atque sanctè receptam & cultã, maximam Romano nomini felicitatem, plurimáque omnibus hominibus beneficia, diuina benignitate suppeditante, conciliasse: placitum nobis est, viros eos qui debita sanctitate & præcipua talium sacrorum cura ministeriis suis per egregium sacræ religionis cultum sunguntur, laborum suorum digna referre præmia. Quam ob causam qui intra prouinciam tibi creditam in ecclesia catholica sunt, cui Cecilianus præest, functionémque & operã suam sanctissimæ religioni præstant, quos Clericos nominare solent, eos ab omnibus prorsus muneribus immunes conseruari volumus, vt ne errore aliquo aut lapsu sacrilego, à cultu qui summo numini debetur, abstrahantur: sed potius citra omnem perturbationem, religioni sacrisque suis inseruiant. Qui sanè si cultum suum, qui longè maximus est, Deo ritè exhibeant, plurimum rebus publicis videntur afferre commodi & emolumenti. Vale Anyline, plurimum nobis & honorate & desiderate. Edidit præterea Constantinus quartam quoque constitutionem, in qua ecclesiis pecunias donat, ad Cecilianum episcopũ Carthaginensem ita scribens: Constantinus Augustus Ceciliano episcopo Carthaginis. Quandoquidem visum nobis est, per prouincias omnes Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ, certis quibusdã ministris legitimæ & sacrosanctæ catholicæ religionis, aliquid ad sumptus tolerandos largiri,

Eorundem constitutio de bonis ecclesiæ catholicæ christianorũ restituendis.

Hæretici non gaudent catholicorum privilegijs confirmant. l. privilegia. C. de hæret. & manich.

constitutio de immunitate clericorum. L. iuxta sanctiones. C. de epis. & cler.

Catholicum Africæ.

De pholli Alciat. de prætorib. & honor. prætur. lib. C. 12. Imperatoris possessionum curator.

Certio hæreticorum.

Vicarius præfectorum.

largiri, literas ad Vrsum Catholicum Africæ dedi, eique significaui, vt ter mille pholles dinumerandos tibi curaret. Quapropter vbi quam diximus pecuniæ summam recipiendam mandaueris, omnibus eis qui in breui ad te ab Hosio missо designati sunt, distribui eam iubero. Ac si quidem deesse quidquam cõpereris ei summæ, quo minus liberalitas quã erga omnes eos præstãdam statuimus, impleatur: ab Heraclide possessionum nostrarũ curatore, nulla interueniẽte dubitatione, quod opus esse videris, petere debebis. Ei enim, quum mecũ esset, ininnxi, si quid pecuniæ ab eo exigeres, vt id absque ambiguitate omni tibi expensum ferret. Et quoniam audiui, quosdã non satis compositæ aut sanæ mentis homines populum sanctissimæ catholicæ Ecclesiæ, prauis quadã & subadulterina fraude peruertere velle: scito me Anylino proconsuli, atq; etiam Patricio Vicario præfectorum, quũ vtreque præsens adesset, eiusmodi mandata dedisse, vt inter alia omnia, ad hanc quoq; rẽ, quã pat est maximè, conferant curã: neque si tale quidquã accidat, negligendũ sibi purent. Itaque si aliquos eiusmodi homines in ea ipsa væsania perseuerare videris, sine omni procrastinatione ad eos qui dicti sunt iudices accedes, & rẽ ipsam eis propones, vt illos quemadmodum præsentibus eis præcepi, castigent & coerceant. Diuinitas magni Dei te in multos conseruet annos.

Duæ insuper constitutiones, Synodos de ecclesijs concordandis habere sanctientes. Cap. 43.

INsuper quintam etiam composuit constitutionem, conuentum episcoporum agi præcipiens, vt concordia fieret, consensúsque vnius ecclesiarum ad hunc modum scribens. Constãtinus Augustus Miltiadi episcopo Romanorũ, & Marco, &c. Quandoquidem plures libelli à clarissimo viro Anylino proconsule Africæ ad me sunt missi, in quibus refertur, Cecilianum Carthaginensis vrbis episcopum à quibusdam eius collegis, qui in Africa sunt, de rebus multis argui & accusarimihique id graue & molestum accidit, in prouinciis scilicet illis, quas deuotioni meæ diuina prouidentia suo ipsius arbitrio suáque sponte mandauit, & in quibus frequens est populi multitudo, turbam aliquam & motũ deteriorem ad seditionẽ conciliandã reliquum esse, dissidiúmq; inter episcopos extare: placuit mihi, ipsum Cecilianũ vnà cum decem episcopis, qui eum rem agere videntur, & alios præterea decem, quos ipse ad causam suam necessarios esse arbitratur, Romã in nauim impositos mittere, vt ibi vobis, & item Reticio, Materno, & Marino, collegis vestris præsentibus, quos eius rei gratia Romam properare iussi, audiãtur. Vt verò causam totam ad augustissimam legem accommodare, atque plenissimè de re hac omni certiores heri possitis, exempla scriptorũ Anylini ad me datorum literis meis adiuncta, ad eos quos dixi colleges vestros misi: quibus firmitas vestra perfectis cognoscet, quomodo ea quę dicta est causa rite atque ordine sit decidenda, atque ex æquo & bono finienda. Neque enim sedulitatem diligentiámque vestrã later, ea me veneratione sanctam catholicam Ecclesiam profequi, vt nullum prorsus dissidium aut seditionem

Constantinus causam Ceciliani episcopi Carthaginens. antistitis nam. aliis quibusdã episcopis decidendam committit.

Non vult imperator pius, aliquid esse inter episcopos

A loco aliquo relictã velim. Diuinitus magni Dei vos plures annos cõseruet, reuerẽdissimi. Aliam itidem cõstitutionem vulgauit, vt alter quoque conuentus cogeretur, in quo disputãdũ omne ex sacro presbyterorũ ordine tolleretur. Eius verba hęc sunt. Cõstantinus Augustus Chresto episcopo Syracusano. Iam pridẽ antea quum nonnulli prauè & pernitiosè à sanctæ religione virtutéque cœlesti & catholica secta secessionẽ facerent; præcidere volentes eiusmodi eorũ contentionẽ & rixandi studium, constituerámus, vt accitis quibusdã ex Gallia episcopis, euocatisq; ex Africa iis qui inter se hostilẽ in modũ pertinaciter & obstinatè cõtenderent atque certarẽt; præsente quoque Romano episcopo, id quod in cõtrouersiam & concertationem veniret, iũ præsentia eorum diligenti cura & iudicio decidi cõponique posset. Quandoquidem verò, sicuti fieri solet, quidam saluris suæ cultúsque & obseruantiæ, quę sanctissimæ sectæ debetur, oblitus, odia atque inimicitias amplius exercere nõ desinunt, neque rei indicatæ acquiescere volunt, per exceptionẽ obiicientes, perpaucos quosdã sententiam tulisse, qui etiam prius ad derisionẽ celeriter & cupidè ferendam accelerarint, quàm omnia quæ inquiri opus fuit, diligenter & accuratè excussissent. Quibus ex rebus omnib⁹ illud euenit, vt simul & illi quos fraternã concordiam & vnanimitatẽ obtinere decuit, turpi quodam, seu potius detestando more, per secessionẽ inter se dissideant: & hominibus qui à sanctissima religione alieno sunt animo, occasio ridendi atque obtrectandi sit præbita. Itaque prouidendum mihi est, quod dudũ post sententiã latã spontanea trãsactione cõpositum oportuit, vt id nunc tandem multis præsentibus finem debitum cõsequatur. Posteaquam igitur ex diuersis plurimísque locis episcopos in Arelatensem ciuitatẽ intra Calendas Augusti conuenire iussimus, tibi quoque scribendum esse cẽsuimus, vt accepta à viro clarissimo, Latroniano † Agitatore Siciliæ, publicæ vecturæ tessera: duobúsque aliis ex secundo ordine, quos ipse eligendos putaueris, tibi adiuncti, & pueris tribus qui in itinere vobis inseruiant assumptis, intra eã diẽ in eum quẽ diximus locũ perueniãs. Vt per firmitatẽ tuã, reliquorúmque qui ibi conuenient, vnanimem & consentientẽ prudentiã, controuersia quæ hucusque non rectè per fœdã intestini dissidij cõtentionem durauit, omnibus quæ hinc & inde ab iis dicentur, qui inter se dissident, quos adesse ibi etiam præcepimus, auditis, vel nunc tandem ad debitum cultum, professionem, cõcordiámque fraternam reduci queat. Incolumem te Deus omnipotens multos conseruet in annos.

De impy Licinij peruersitate, & qui sub eo passi sint, martyribus. Cap. 44.

HVtusmodi ille tũ leges constitutionésq; ferebat, quum vbertimè nobis Deus pacẽ, cœlestísque gratia libertatem prolixissimè dedisset. Cæterùm id ferre non potuit antiquus ille generis nostri hostis. Continuò enim Licium occupauit, eúmque à rectæ sententia abductum, ad inimicitias aduersus Constantinum susceptãdas permouit: quem ille, quòd magnam in bello contra Maximinum gesto gloriã conse-

pet catholicos dissidium.

Commissio imperialis de cõponendis inter dissidentes episcopos contentionibus.

propter dissidia Christianorum apud infideles professio nostra male audit.

Licinij contra Constãtinum res nouæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quutus fuerat, quum imperatoris nomine decoravit; tū ei Nicomediæ, * Heracleæ quæ ad Thraciam est, atque Orientis ditionem permisit. Licinius autem quum ea quæ prioribus tyrannis acciderant, nosset, (quæ quidem eum vt saniora sequeretur consilia, abunde satis admonere poterant) & quum sororis Constantini maritus esset, dignitatēque & gloria ab illo secundas obtineret, imitatione eius abiecta, tyrannos, quorū euersionem atque interitum, si quis alius, & ipse maximè viderat, æmulari maluit. Quapropter quum alia omnia paruipendit, tum affinitatem etiam & fœdera iureiurando confirmata contempsit, varios aduersus Constantinum dolos struens, & benefacta mala gratia compensare studens. Ac primùm quidem insidias occultans. & amicitiam simulans, sæpe fraudibus illum aggressus, nihil tamen egit. Inexpugnabili enim vi, vtpote Deo charus, munitus erat: & quæ hostis ipse in cordis latebris alia super alia struebat, facilimè ipse in lucem producta coarguebat. Tam præsens illi diuini cultus & pietatis armatura auxilium ad salutem attulit. Atque ipse quidem, qui in tanta apud Deum esset gratia, occultos illius conatus ad hunc modum effugit. Ille autem quòd insidiæ clandestinæ ei minus ex sententia succederent, Deo illas in apertum pertrahente, citra dissimulationē propalam se aduersus Constantinum, fortasse autem dicere licet etiam aduersus rerum omnium Deum, quem ab eo coli sciebat, armauit. Primùm igitur paulatim Christianos, qui sub ditione eius erant, premere atq; oppugnare est aggressus. deinde mente ab insita sibi insania captus, manifestam contra ecclesias commouit persequutionem: futurum ratus, vt Constantinus, religione periclitante, summo afficeretur mœrore. Neque eum latebat, ecclesias pro illo orare, atque studere vt sub illius essent imperio. In primis verò delectu instituto, Christianos omnes è domo familiáq; sua exegit: militésque qui dæmonibus sacrificare nollent, honore dignitatéque spoliatos exautorauit. Mox leges illegitimas & iniquas tulit, in custodiis conclusis misericordiam omnem claudens: & Christianis deprehensis, eadem quas maleficis pœnas decernens. Quid ergo nunc dicam quæ ille prius inaudita de cōiungiis statuerit? quæ nouo quodammodo in defunctos admiserit? quantam auri & argenti vim à ciuibus exegerit? vt nouas agrorum mensiones instituerit? aliásque adinuentiones excogitarit? & delationes illustri loco natorum & magna gloria virorum receperit? quorum vxores per repediū ab eis separatas, impotentibus atque impudicis ad ludibrium dedit. Quid etiam dicam quibus ipsemet in extrema etiam senecta vel virginibus vel cōiugibus quotidie libidinosissimè illudens, exsatiare tamen impotentem suam petulantiam non potuerit? Sed enim quæ sequuntur flagitia eius, parua hæc & nihili quæ diximus esse coarguunt. Postremò namque furori suo longè maximo quasi victus cedēs, vim omnem in episcopos conuertit, quos ministros Dei esse sciebat. Horum præclarissimos quosque clàm fraudulēter enecauit, cædísque nouus planè & insolitus modus fuit. Ac quæ in Ponto & in vrbibus circum Amaseam is peregit, sæuitiam atque crudelitatem omnem longè superant. Ecclesiæ namq; partim à radicibus ipsis euulsæ & solo æquatæ, partim clausæ prorsum sunt. Sacerdotes autem magno cum contemptu perinde atque malefici quidam, graviora etiam quàm homicidæ, propter innumeros eis illatos cruciatus passi, tandem ferro in minutas partes dissecti, in mare vt piscibus esca fierent, proiecti sunt. Nam aliorū piorum cædes quis enumerare queat? Solitudines etiam tum & montes inculti pro vrbibus, frequentabantur. Atque ad eum modum quum animatus esset, quocunque se conferret, diripiebat omnia, & vastabat. Quo tempore etiá exercitus dux Theodorus martyrio est defunctus, spectata fortitudine vir, qui Heracleæ in Ponto habitans, Mariandynorū genti præerat: & quòd euocatus ad Licinium non venisset, hospitem ipsum habuit, eiúsque Deos comminutos egentibus dedit. Hunc Licinius etiamsi egregiè charum habuerit, multis tamen affecit cruciatibus. Nam & in crucē eum egit, & subulas in meatus secretiores corporis eius immisit, postremóque capite trūcauit. Cuius corpus postea in patriam eius Euchaitem magnificè deportatum, & ibi insigni templo cohonestatum est. Alius hic est à tyrone illo, qui in Amasea ciuitate sub Bringe Maximiani profecto holocaustum factus, supplicium ignis fortiter pertulit. Sicuti & ille, qui Pergæ in Pamphilia crucifixus, vitā hanc finiit. Quanuis omnes ij corpus vnū & spiritus vnus in Christo fuerint. Post Theodorum & Basileus Amasenæ episcopus, quū prius intolerabilia tormēta esset perpessus, capitale subiit supplicium. Sebastia quoque vrbs in stagno suo quadraginta illos egregios & diuinos viros per frigus & vndam mirificè Deo totos holocausti instar oblatos vidit, quum Lysias adhuc & Agricolaus satellites propugnatorésque eius superstites essent, inueniendíque aduersus martyres nouis cruciatibus apprimè pollerent. Illorum porrò cōinges, quę & ipsę quadraginta numero fuere, Heracleam Thraciæ abductæ esse ferūtur: atque ibi cum Amone quodam diacono tormentis, quæ quisquam exprimere possit maximis, generosè & fortiter toleratis, cum pulchra professione, per gladium victimæ Deo sunt oblatæ.

Vt impius

** Hæc antea Perinthus dicta.*

Licinius Christianos persequitur.

Theodori ducis martyrium.

Cōinges eorundem 40. martyrum Amonem ornant.

Vxoris eiusdem tyrannis.

† *confessio Auxentij ex Suida. Erat hic in palatio Licinij inter subscribas, quos Latini notarios vocant, illustri loco. In imperiali autem quadam domo fons aquæ fuit, & super eo fonte Bacchi simulacrum: cum autem vitis ampla, quæ locum eum omnem tegens, multa cum amœnitate obumbrabat. Huc quum Licinius velut deambulans, Auxentio, & multis præterea aliis eum officij gratia comitantibus, venisset, & botrum ingentem & maturum è palmite pendentem conspexisset, Auxētio vt eum decerperet, mandauit. Auxentium nihil prorsus subesse doli suspicatus, pugione quem ex femore suspensum gestabat strictō, botrum resecuit. Tum Licinius ad eum. Ad pedes Dionysij vuas depone, dixit. Auxentius verò: Minimè gentium, inquit, imperator. Christianus enim sum. Licinius rursum: Itaque ex aula, ait confestim abibis, dignitate posita. Alterum tibi duorum istorum necessariò faciendum. Enimverò Auxentius, nulla interposita mora, cingulum perquàm libenter solutum posuit, & aula discedens valedixit. Hunc aliquāto post, episcopi Mopsuestiæ antistitem legerunt.*

Vt impius Licinius raptus, miserè vitam finierit. Caput 45.

AD extremam ergo dementiam ruens, ita vt cœperat, defectionem suam à fide in apertum proferre perrexit: & ad manifestam idololatriam conuersus, sacrificiis & victimis mactatis, se facilius rectiúsque bellum eo modo expediturum arbitratus, dæmones euocauit. Dicunt quoque seductum eum à quibusdam qui victoriam ei pollicebantur, Miseti oracula Apollinis Didymei siue gemelli consuluisse: eíque de belli euentu perconctanti, à dæmonio responsum esse versibus hisce:

Ex grandæ pater iuuenilis pugna fatigat,
Et tua se vires iacet senio grauiore potestas.

Constantinus porrò imperator Deo charissimus, verecundia quadam singularíque humanitate & modestia præditus, talia quum de eo audiret seipsum primùm continuit, vicémque eius qui indignus erat cui quispiam condoleret, admodum est miseratus. Postquam verò ad conatus illius hostiles nihil superesset, rabiésque contra Christum suscepta magis magísque procederet, moderatam pro consuetudine sua aliquantum contrahens mentem, & humanitatem iusticia temperans, subueniendum eis esse qui ab illo tam crudeliter vexarentur, statuit. illud certum compertúmque habens, fructum pietati suo, victoriam, cœlitùs contra hostes suos propositum esse. Quam ob causam honestatis virtutisque amori malitię vitiorúmque odio misto, vna cum pio filio Crispo, contra Licinium salutari armatura duce & auxiliatrice processit. Et tandem ambo acie structa, ad Chrysopolim Bithyniæ vrbem cum illo prælio commisere: omnibúsque rebus eis ritè atque feliciter cedentibus, victoriam ab hoste fortissimè retulere, peditatu illius omni nauálique subsidio in fugam verso. Ille porrò quum quid faceret nō videret, seipsum victoribus dedidit: ille inquā, qui paulo antè minas ferociter spirauerat, atque omnia potestati suæ subiicere contenderat. Imperator sanè more suo solito vsus, vitam quidem illi donauit, eúmque sub custodia esse Thessalonicæ mandauit. Vbi verò ille à moribus suis consuetis non discessit, & fraudulenter insidiosa consilia captans, barbarorúmque multitudinem mercede conducens, vt bello restaurato cladem acceptam sarciret, ad res nouas rursum spectare deprehensus est: Imperatoris iussu vitam ferro cæsus amisit, idem scilicet quod priores tyranni passus. Quando quidem enim illorum malis & aduersis rebus edoctus ad frugem & officium non rediit, eandémque quam illi impietatē sequutus est, non immeritò in eadē quoque fœdas calamitates decidit. Statuę quoque & quæcunque imagines eius in muris positę atque insertę fuerant, euersæ, erutæ, atque abolitæ sunt. Atque ille quidem ita victus occubuit.

* ὦ γέρον, ἢ μάλα δὴ σεῖο τὰ φῶτα μαχηταί,
ἢ τοξῖται λελύται, χαλεπῶς δέ σε ζυγὸς ἰσάνει.

Licinius literis adeo infestus fuit, vt virum ac pietem publicè eas appellaret, illarúmque ea expers vt ne decretis quidē subscribere posset. Illud in eo nō reprehendendum, quod spadonū audacissimā insolentiā mirè cōpescuit. Eutrop.

Licinius Apollinis Didymei oracula de belli euentu consulit.

Licinij in episcopos fœmina.

Pius planè Constantini animus.

Victoria Constantini aduersus Licinium.

Licinius se Constantino dedit.

Licinij cædes.

Memoria eiusdem damnata.

De legibus & constitutionibus Constantini, & quæ benignè christianorum rebus fecerit. caput 46.

TOtus autē Oriēs simul & Occidēs sub Constantini imperium peruenit: quas ille regiones, omnésque circumcirca prouincias, nec non septentrionales atque australes oras, tranquilla pace, metu omni depulso, repleuit. Itaque magnifici vbique cōuentus celebrari, lætis alius alium oculis respicere, feruentiúsque subridere, mœrore pristino tristitiáque ejecta, noua luce loca omnia relucere: in vrbibus & vicis omnibus pæanes & hymni, primùm quidē in rerum omnium Deum, deinde etiam in tantæ prosperitatis subministratorem cani, memoria malorū aboleri, oblitio impietatis induci, omnes præsentibus bonis vbertim vti frui, maior etiā meliórque rerum futurarum spes esse, legum videlicet & constitutionum humanitatis plenissimarum, bonorúmque aliorum quæ tum liberè & propalàm iactabantur, donationum quoque amplitudinem pietatis declarantium: quarum multitudinem quænam oratio enumerare queat? Siquidem publicitùs omnes imperator ipse cohortatus est, vt in primis diuinum numen piè cōleret. Ita enim fore, vt omnia eis abundè prosus suppetant, ommáque cœpta cum spe optima feliciter cedant: sin à pietate tali & veri dei religione aberrarent, nihil eos & pace & bello quàm res aduersas expectare debere cōfirmās. Atque hæc quidem nō per iactantiam gloriabundus, sed gratiam Dei agnoscens & profitens protulit. Ita ille commodum se Deo ministrum præbens, terras omnes ditioni suæ subiecit, vt Christianorum religio quàm maximè augeretur & qui in ea colenda constanter perseuerarent, illustres maximè dignitatibus & honoribus fierent. Talibus igitur consilijs fretus, quæcunque iam inde ab initio contra nos decreta fuerant, abrogauit, exules reuocauit, honores illis & bona sua, siue militaris dignitas, seu possessio fortè cuiquam adempta fuerat, restituens. Ecclesias ampliores publica pecunia construxit, immunitatem ministris Dei concessit, conuentus fieri permisit, aliáque peragere iussit, quęcunq; ad Christianum pertinent cultum. Postquam ad hunc modum omnes in pristinam reuocauit libertatem, eínsque honores solitos bonáque sua restituit, si qui sententia capitali damnati vitam finiuissent, genere proximos, si qui essent, adire illorum hæreditates iussit: si non essent, loci eius ecclesiam in bona eorū siue priuata seu publica essent, succedere lege lata præcepit. Atque hæc quidem sic imperator rectè constituit, legitimèque cōfirmauit: præterea verò Christianis omnes profanos magistratus gerere permisit. Festos autē Græcorum dies, simulacrorum victimas, & orgia, incātationes, & sacra dæmonū prorsus prohibuit & interdixit. Multa etiam prisca consuetudine in melius ab eo mutata. Apud Ægyptios enim cubit* nō amplius in Græcorū delubra, sed in sacras nostras ędes deportatus, atq; ibi dedicatus est, quo incrementū exundātis Nili mēsum dignoscebatur. Spectaculū singulari certamine cōcertantiū gladiatorū Romæ frequētari solitum, ex eo tempore prohibitum.

Tyrannorum internecione, summa tranquillitas & felicitas ad Christianos peruenit.

per pietatem veram res secundæ consistunt.

Idolomaniæ abolitio.

πῆχυς, cubitus Nili. plin. lib. 5. ca. 9

L. unic. c. de glad. lib. 11.

Christianismi mirifica propagatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prostitutæ virginum apud Heliopolim sublatæ.

Phœnices, qui Libanum montem ad Heliopolim incolebant, virgines suas ante legitimas nuptias ad stupum prostituere desierunt, quod lege antea apud eos fieri receptum erat. Templa altitudine & latitudine ampla extructa. Quę verò antehac iam ædificata fuerant, instrumento Ecclesiastico & donariis exornata. Nonnulla etiam ex ipsis fundamentis excitata sunt. Ad quæ omnia imperator liberaliter impensas contulit, Episcopis eam rem curantibus, magistratibúsq; iussu illius pecuniam ex publico præbentibus.

Sarmatæ à Cõstantino victi.

Sauromaræ quoque & nationes Istrũ accolentes, imperio eius subditæ, quæ gentium aliarum victrices, solos Romanos qui eis resisterẽt, habuerunt. Eas Constantinus miraculorũ nocturnorúmque insomniorum denunciationibus deiicit. Quoscunque autem populos bello superauit, perinde atque cum Christo de gloria contenderet, gratiam in se collatam, propagandę religionis studio rependit. Omnes namque homines ad hanc solam colendã excitauit, & in omnibus prouinciis partem aliquam publicorum vectigalium ecclesiis tribuit, donationémque eam ratam esse temporibus seculisque omnibus sanxit. Atque vt memoria cõtinua milites Christum colere assuefacerent, arma eorum signo crucis exornauit. Et quum sieuri dictum est, in imperali palatio suo templum construxit: tum † portatilẽ ecclesiam aliam fieri sibi curauit, quæ vbicunque locorum esset, & maximè in bello circumferri posset, vt ne in solitudine quidem agens, vbi opus esset, Deúmque colere & diuina mysteria participare deberet, ædibus sacris careret: ad quam veluti ad tabernaculum semper præsto † fuere sacerdotes & diaconi, sine intermissione ministeria diuina, iuxta statas ecclesiæ cæremonias, obeuntes. Diem eum, quem Iudæi primũ numerarunt, & Græci soli dicarunt,* Dominicum appellauit, eúmque festum & feriatum esse omnibus lege lata statuit: similiter & eum qui Sabbatum præcedit, vt in iis precationibus vacaremus, supplicationibúsque Deũ exoraremus: alterum quidẽ, quòd in eo Christus resurrexit: alterum autem propter crucem, à qua plurimum sibi bonorum proueniisse variis modis expertus fuerat. Quam etiã ob causam eam summopere in veneratione habens, in numis suis & imaginibus omnibus insculpi inscribíque fecit. Testantur hoc imagines eius, habitu eo & forma propositæ. Supplicium crucis quod Romanis ex lege frequens maximè & vsitatum fuit, ex iudiciis sustulit. Et quum diuini cultus augendi studiosus fuit, tum ferendis etiam legibus laudẽ & gloriam est consequutus. Nam impudicos illicitósque concubitus, quos ante eum nemo inhibuerat, ipse coercuit: sicuti hoc ex constitutionibus eius legibúsque latis patet. Absurdas etiam illas apud Romanos leges, ne cœlibes in adeunda hæreditate cõiugibus æquarentur, néve præterquam genere propinqui quicquam ex testamento lucrarentur: præterea vt qui liberos non procreassent, dimidia bonorum parte mulctarentur, abrogauit: ne scilicet qui cœlibatum complecterentur, quòd deteriore maritis essent conditione, minus eam sectarentur vitam, quæ se in studis Deo placitis sedulò exercet. Quin vt ij qui per continentiam cœlibatu vitam degunt, præcipuum quiddam præ illis haberent, sanxit: vt cœlibes scilicet omnes, etiam impuberes, pro eo atque eis visum esset, testari possent: contra consuetudinem quæ olim apud Romanos obtinuerat, qui leges tales tulerant, vt vrbem seditionibus belliſque ciuilibus ante eiusmodi sanctionem exhaustam, ciuibúsque orbatam, matrimoniis liberorúmq; procreatione frequentiorem redderent. Qua verò imperator Constantinus obseruantia erga professionem fidei nostræ fuerit, abundè illud quoque testatur, quòd clericos omnes constitutione lata immunes liberósque esse permisit: iudiciúmque & iurisdictionẽ in eos episcopis, siquidẽ ciuilium iudicum cognitionem declinare vellent, mandauit: & quod episcopi iudicassent, id robur & autoritatẽ sententiæ omnem habere debere decreuit. Firma quoque & immutabilia esse voluit quæ in Synodis constituta essent. Et quę ab episcopis iudicata forent, vt ea à magistratibus respublicas administrantibus, militarique quæ sub eis esset manu exequutioni mandarentur, atque ad rem collata perficerentur, constituit. Libertatẽ quoque ecclesiæ lege lata concessit, & vt libertate sacerdotibus testibus donati ciuium Romanorum numero ascriberentur. Quę omnia tempus quoque ipsum ad hũc vsque diem, consuetudine probata plurimorum annorum prævalente, confirmat. Atque ille quidẽ magno studio leges eiusmodi condidit, rebus autem ipsis cultum diuinum sedulò propagauit. Sed & ipsa religio per seipsam admodum viguit, propter eorum qui eam colebant virtutem: quod multi adhuc persequutione sopita superessent confessores. Et præter eos alij quoque tum extitere magna gloria boni Apostolicíque viri, operibus simul & doctrinis fidem maximè exornantes, de quibus loco suo dicetur.

Veteres leges de cõtrahendis matrimoniis.

Immunitas ecclesiastica.

Eorum clari.

Decretã Synodorum.

Libertas ecclesiæ.

l. 1. & 2. de his qui in eccles. manũ.

confessores christiani.

Ut Constantinus Byzantio bello capto, Byzantios occidione occiderit. Cap. 47.

POstquam verò & belli & religionis res ei feliciter successerunt, Orientis simul & Occidentis regiones in ditionem eius peruenerũt. & ipse solus Romanorũ imperator factus est, Christianismus indies magis ac magis propagatus est, & pax tranquilla per omne Romanum imperium fuit. Et tum quidem Crispus maximus natu filius eius, diem suum obiit. Ipse verò reliquis filiis Cæsaribus dictis & Constantino natu tum maiore Romam misso, contra Byzantios est profectus. Bryzas nanque quidem genere Græcus, temporibus Manassæ Iudæorum regis, vrbem paruam sub nomine suo cõstruxit, quam antiquitùs homines barbari incolentes, propterea quòd suis liberè vterentur legibus, & agrestiores essent, Romanorum imperio subiicere se prorsus renuerunt. Itaque post bellum in Bithynia contra Licinium gestum, Nicomedia soluens Constantinus, bellum eis intulit. Byzãtij porrò quum ceruicem ei submittere, & tributũ pendere nollent, pertinacitérque Romanę seruitutis iugum excuterent, res ad manus peruenit: ac prælio commisso, sex millia primò in Constantini exercitu, deinde conflictu altero tria rursum millia hominum sunt cæsa. Quo fortunæ successu Byzantij sublati, vt copias Romanorum omnes conciderent, dispiciebant. Pauci nanque eo tempore cum imperatore milites erant, omnibus ferè, exiguo excepto numero, ad præsidium Romanæ ditionis, quòd de Persarũ expeditione & incursione renunciatum esset, missis. Vespera diei erat, & imperator lãguidus & mœstus inopia consilij continuò oculos in cœlum intendit: atque ibi rursum, itidem vt Romę, quum contra Maxentium bellum gereret, scripturam stellarum ordine atque distinctione cõ
„ formatam vidit, hoc sic significatem: invoca me
„ in die tribulationis tuæ, & liberabo te, & glorificabis me. Stupore igitur percitus, rursum oculos in cœlum sustulit, atque iterum Crucẽ stellis sicuti antea effigiatam in cœlo, & inscriptionem circum eam conspexit, cuius hæc verba erant: In hoc ipso signo hostes omnes vinces. Et confestim in memoriam ei quæ antea acciderant, venêre. Postridie ergo classicum canere iussit, præliúmque rursus cum Byzantiis cõmisit: & quòd tropæum & signũ Crucis præferri in acie mandasset, fortiter illos vicit, simúlque vrbem ipsam cæpit. Victoriæ autem eius tropæum & signum eo loco statuit, vbi nunc Porphyretica eius columna in magnam altitudinẽ ampliter excurrit.

Videt iterum signum crucis in cœlo Constantinus.

Constantini Victoria.

Vt cognominem sibi vrbem, Constantinopolim scilicet, magnificentissimè construxerit. Cap. 48.

Constantinus vrbẽ Constantinopolitanam condit.

AD tantam sublimitatem quum imperium eius maximum pertigisset, vrbem alià Romanæ honore & magnitudine æqualem construere, suúmque ei nomen imponere statuit. Erat tum iuxta Hellespontum planicies sub Ilio, ad Aiacis sepulcrũ, vbi olim Achęi bellum cum Troianis gerentes, stationem naualem habuisse dicuntur: ibi vrbis forma, quæ ei videbatur descripta, quibus locis portas extrueret, circumspiciebat. Hoc sic eum in animo agitantem, noctu apparens Deus oraculo admonuit, exaduersum Chalcedoni circum Byzantium quod constituisset opus eum perficere debere. Ille porrò iussis obsecundans, locum eum omnem circũiens occupat, syluam repurgat, ciuibus benignitatem gratiámque solitam atque decentem exhibet: naturáque regionis & cœli temperata clementia & situ loci ad blimioris maximoperè delectatus, maximis eum mœnibus circumdat, & de nomine suo Constantinopolim vocat: Regiã magnificè ad mare, variis omnigenisque ornamentis ex oriente omni decoratam, construit. Iuxta hanc ἱππικὸν seu circum equestrem instituit: & † porticus duas coctili in vsum viatorũ, vt sub eis ambularent, proiicit: aliáque insuper multa edificia animo simul & manu liberali ambitiosè circuncirca excitat. Addit lauacra, & fontes copiosarum & pollucidarum aquarum. Et quum † originarios loci eius, magnitudini tantæ vrbis minus sufficere videret, ædes maximas per plateas passim extruit, virisque & opibus & fama celebribus incolẽdas attribuit, quos vel ex veteri Roma, vel aliis ex gentibus eò pertraxerat. Tributáque & ad structuram ciuibus, & in alimenta colonis, vt copiis omnibus vrbs ea abundaret atque creseeret, designat. Amplam quoque curiam Senatui ædificat, vrbémque ipsam nouam Romam, & † imperialem, nulla re ab altera illa differentem, nominat. Et maxima profectò illa cepit incrementa, tum cõditoris pietate atque insigni erga Deum amore, tum ciuium ipsorum religione, singularique ad benignitatem & commiserationem propensione. Tanta certè quidem ei ineit ad persuadendum, & ad Christi fidem pertrahendum, vis & illecebra, vt omnes ferè & Iudæos & Græcos ad cõplectendum Christianæ vitæ institutum alliceret. Et ex quo veram pietatem semel colere cœpit, nunquam aras, sacrificia & cultum simulacrorum est experta, præterquam sub impio Iuliano: quæ tamen macula pauxillulum progressa, statim restincta diffluxit.

† διὸ ἐμβόλους εἰς σχεπηνίται τὰ ὁδοιπόρων. Τευτόχθονας.

De operibus, templis structuri, statuis, et ædificiis aliis, quæ intra vrbem extruxit. Cap. 49.

VRbem porrò recens conditam, quum multis aliis decorauit ornamentis, tum præcipuè varij generis simulacris & statuis: quas ex Græcorum templis, ideo solo æquatis, vt oblitionem erroris illis induceret, huc transtulit. His adiecit lapides luculẽtos, tectorum fastigia, porticus, columnas, aliáque quæcunque spectaculo digna essent. Multa præterea opera arte naturam ipsam æmulantia, ad ea quæ ibi fiebant, aliunde eò misit. Multæ etiam vrbes religione mutata templísque deorum direptis, simulacra, vt imperatori gratificarentur, Constantinopolim perferenda curarunt. In foro autem, quod, nunc quoque Constantini dicitur, Porphyreticam & maximam illam columnam Roma adueetam statuit, in qua statuam suam ex ærẽ factã collocauit, quæ dextra manu ingens * aureum malum continet: atque ipsi malo venerãda crux ab eo infixa, cũ tali inscriptione: TIBI CHRISTE DEVS VRBEM HANC COMMENDO. Quatuor autem solidis firmísque absidis pulchrè circumcirca basi columnæ fundata, sub ea ipsa basi duodecim cophinos & septẽ sportas, necnon reliquias septem panum, quibus benedictione consecratis Christus multitudinẽ pauit: præterea dolabram Noæ, qua ille arcam construxit, manibus ipse suis imperator, sigillo suo ea omnia obsignata, reposuit. Quæ ad nostra vsque tempora etiamnum vrbi ipsi intactus inuiolatúsque thesaurus permanent. Istrum fluuium, qui Danubius quoque dicitur, ponte saxeo iunxit eóque trãsito, Scythicam gentẽ, quæ vltra id flumen coluit, sibi subiugauit. Quo tẽpore ei denuò in cœlo salutifera illa armatura apparuit, victoriámque eam, sicuti & antea cõciliauit. Templa porrò, quæ vbique terrarũ ædificauit, quid attinet enumerare? Primum quidẽ manibus ipse suis, quemadmodũ diximus, Romæ in Lateranensi palatio describendo confortauit. Quod sanè palatium ipse quoque ingentibus impẽsis magnificè cõstruxit, & CHRISTO sacrauit. In vrbe Nicomediensi, loco illustri, cui

** *Ad reliquam felicitatem accedit, quòd mare Constantinopolim pulchriorem situ reddit, circa eam se insinuans quam maximè, & in pelagus vastum exundãs, admodum eam exornat, & tranquillas portus nautis præstat. Duo nanque maria, Ægæum & Euxinum, ea parte qua ad Orientem vrbs spectat, confluunt, fluctuúmque mutua collisione commoditatem & amœnitatem plurimam ex parte omni illi afferunt. Procop.*

Ornamenta vrbis Constantinopolitanæ.

a Sunt autores, qui propter malum istud aureum à Turcis Constantinopolitanam vrbem Aureum malũ dicti putant.

Statua Constantini.

In futuro Christi iudicio nec absidæ gradatæ, nec cathedræ velatæ adhibebuntur. Augustin.

Duo saxeus in flumine Istro.

Tertio crucem in cœlo Constantinus videt.

Lateranense palatium Romę.

Scythæ Danubio subacti.

Templa à Cõstantino condita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Brachiæ nomen fuit, templum viginti millium E martyrum splendidum excitauit. Sicuti etiã Antiochiæ χερσιακὸν seu Dominicum octogonum. Drepani item, vbi genitus est, in honorem Luciani martyris delubrum aliud extruxit: eámque vrbem, matri honorem deferens, Helenopolim cognominauit. Tria quoque Constantinopoli maxima templa Seruatori Christo constructa dedicauit: sanctæ Sophiæ siue Sapientiæ, sanctæ Pacis, & sanctæ Virtutis. Insuper celeberrimis Apostolis templũ quoque suum condidit. Eáq; omnia deinceps etiam à successoribus imperatoribus magnificè sunt instructa atque ornata. Diuo itidem Mocio, & Acacio, & Agathonico, & Menæ, martyribus, splendida martyria seu delubra ædificauit.

Drepanum seu Drepana, Helenopolis dicta.

Ecclesiæ ἁγίας σοφίας, εἰρήνης, δυνάμεως.

De structuris in traiectu ab eo constructis: & de eo loco qui Sosthenium dicitur, historia. Cap. 50.

SEd & † traiectu, & in loco eo qui Sosthenii vocatur, ecclesias duas archangelo Michaëli extruxit: ** in quibus splendidè exornandis, ad Imperialem magnificentiam nihil omisit. Mihi verò molestum non fuerit, historiæ huic inferre earum structuratum causam, & vnde loco ei Sosthenij nomen sit impositum. Memoriæ namque proditum est, Argonautas Græcorũ quum ad eum quoque locum peruenissent, prædari atque diripere regionem eam cœpisse: & ab Amyco, qui ibi rerum tum potiebatur, in fugam versos, palantes in quendam nemorosum & inculum propter densitatem arborum, locum profugisse: ibique eis latitantibus, virtutem cœlitùs aduenisse, viri specie, alas veluti aquilæ in humeris habentis, victoriámque aduersus Amycum oraculo denunciasse. Illos porrò id sequutos, cũ illo conflixisse, victoriam reportasse, ipsum vnà cum copiis suis concidisse. Atque vt gratiam visioni ei referrent, fanum eos & statuam, ea quæ eis apparuerat forma in loco eo excitasse: nominéque regioni Sosthenium indidisse, quòd scilicet robore ibi accepto salui euasissent. Eam statuam laudatissimus princeps Constantinus, quũ in eam oram necessaria de causa diuertens vidisset, familiaribus comitibúsque suis rem talem exposuit: regionémque eam cum stupore admiratus, ibi mansit. Somni porrò capiendi tẽpore assistens illi visio statuæ eius similitudine: Ego, inquit, sic † sum Michael archidux Domini Sabaoth virtutum, Christianorum fidei tutor: qui tibi contra impios tyrannos belligeranti, fideli & germano illius ministro, auxiliaria arma contuli. Itaque è somno excitatus, regionem

† ἐν τῷ ἀνάπλῳ. Sosthenii loci traiectui Constantinopolitano, qui dicitur, è regione oppositi.

Diuus archangelus Michael Argonautis apparuit.

† αὐτὸς. Diuus Michael Constantino quoque apparet.

Apparitionem sancti archangeli.

Sosthenium etiã archangelium dictum.

Probianus mendicus imperatoris podagricus ibi sanatur.

signi sanctæ crucis virtus seu crucifixi Christi potius.

Argonautarum in Græciam reditus.

optimus christianorum status sub Constantino.

*** De duobus hisce sanctis Michaelis templis Procopius Cæsariensis sic scribit: Vtrumque ad Constantinopolim singulari pulchritudine exornauit Iustinianus. Templa duo archangelo Michaeli, alterum ex aduerso alteri, ad fretum constructa fuere. Alterum in regione quæ dicitur ἀνάπλους, hoc est transitus, siue traiectus, in parte dextra euxinum pontum nauigare incipienti. Alterum autem in littore huic oppositi, quem locum veteres πρόσχουν, hoc est promontorium, propterea opinor quòd longius à littore in fretum procurrit, appellarunt. Hæc ipsa templa imperator Iustinianus vi temporis deformata denuò ex ipsis fundamentis restituit, structura admiranda.*

Anni huius libri. Secundum alios viginti duos.

storiarum imponatur finis, viginti & sex complectenti annos: quorum sanè viginti Diocletianus & Maximianus Herculius in imperio peregerunt, reliquis sex Gallerius Maximinus, Maxentius, & Licinius tyrannidem exercuerunt. Quibus etiam magnus Constantinus in Galliis nondum Augustus salutatus, & in vrbe Roma rerum summæ præfuit. Quos annos nõ-

A nulli Diocletiano tyranno contribuunt: alij verò potius diuo Constantino, sicuti & nos, adscribunt. Atque iis subtractis, reliqui fiunt viginti sex anni eius, quibus post tyrãnorum euersionem solus ipse & vnus Princeps sincerè ac ritè imperium administrauit. Et Occidente relicto, in Orientis, quod Nicomediæ fuit, imperiale palatium est profectus, & deinceps magno etiam studio vrbem sibi cognominem condidit. Quo tempore à condito orbe fuit annus quinquies millesimus octingentesimus, vigesimus primus: à Christi natiuitate trecentesimus, sedecimus.

Anni imperij Constantini Magni.

secundum neotericos 1194.

* Plinius libro tertio, cap. 18. *Argo nauis flumine in mare Adriaticum descendit, nec procul Tergeste. Nec iam constat quo flumine. Humeris traiectam Alpes, diligentiores tradunt. Subisse autem istre, dein Sao, dein Nauporte, cui nomen ex eo causa est, inter Aemonam Alpésque exercenti.* B

** Vtcunque Constantinus optimus princeps & Christianissimus fuerit, de eo tamen à quibusdam sic memoriæ proditum, vt decem primos annos præstantissimes diceretur, duodecim sequentibus latro, decem nouissimus pupillus, ob immodicas largitiones. Egnat.

Licinio postremùm oppresso, Constantinus solus imperauit annis 26. Cum Licinio & Maximino (Maxentium omitto) circiter annos 6. Ante hos constans Chlorus, Constantini pater, & Gallerius Maximinus, postquam Diocletianus & Maximianus purpuram posuere, annos fere 4. Duo isti simul 6. Diocletianus solus quatuor annos.

Λειόσπαν λον δ' ἰχας.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS OCTAVVS.

Repetitio eorum quæ dicta sunt, & dicendorum propositio.

CAPVT I.

ἱστορῶ

RES gestæ † Apostolis ipsis cõparandi Cõstãtini, postquã hostiliter cum impio Licinio bello est congressus, vsq; ad cõditum atque in ampliorẽ vrbem redactum Byzantium, sic se habent. Quandoquidẽ verò admodũ absurdũ mihi esse videtur, tam illustrem imperij administrationem, veraq; in Deum pietatis, vt ita dicam, fundamẽtum simul & fastigiũ, impiissimorum tyrannorum catalogo & historiæ ita insertam (quod quidem necessariò prorsus factũ est) relinquere, facere non possum, quin eam, quoad eius fieri potest, ab illis seiunctam, proprio persequar libro: quum scilicet tã ampla sit, & rebus omnibus excellens. Quapropter quæ antea Tyrannorum tẽpotibus coniuncta exposui, quàm potero breuissimè oratione perstringam, de patre nimirum eius, de natiuitate, de educatione, quomodo ad rerum administrationem peruenerit: mox etiam veteris Romę imperium consequutus sit, vt triumphale victoriæ signum in cœlo conspexerit, per quod etiam exitiales & execrandos illos tyrannos deiecit: deinde quomodo diuino Romæ lauacro sit ablutus, quæ pro Christianis & Ecclesiis ipsis peregerit, quibus constitutionibus pro religione nostra promulgatis effecerit, vt res nostræ breui magna acceperint incrementa: vt postremùm Licinium attriuerit: denique Byzantio capto, prędonibúsque inde pulsis, cognominem sibi vrbem magnificè excitarit, eandémque sacris & profanis ædibus, † proiectis, statuis, aquis, aliísque publicis intra & extra mœnia ædificiis exornarit. Hæc ómnibus, quæ antehac latius sunt explicata, breuiter repetitis, quæ sequuntur fusius commemorabimus: res scilicet impiissimi Arij, primámque Oecumenicam & vniuersalem Nicænam Synodum: & vberem, qui tum floruerunt, diuinorum virorum prouentum, quæ gentes, & quomodo professionem fidei nostræ susceperint, Arianorum post Synodum improbitate reiecta: quæ Antiochiæ, Tyri, Æliæ, Alexandrię, & Constantinopoli contra Eustathium & Athanasium veræ pietatis illustratorem acta sint. Deinceps de rebus beatæ Helenæ, quomodo ea Hierosolymis preciosam venerandámque Domini crucem inuenerit, quibus rebus ibi pulcherrimè sacrosancta excoluerit loca, & quomodo tandem diem suum obierit. Multa præterea alicubi inferentur, videlicet de Asterio & Marcello Melitianis, de Nouatianis: & quomodo Arius creuerit, libello prius verioris pietatis exhibito. Post hæc omnia felicissimam Constantini mortem, magnificásque & tali principe dignas exequias, qui innumera deinde miracula & prodigia ediderit, referemus. Sedenim manum operi admouentes, commodè id tali initio ordiemur.

dicendorum propositio.

†ἐμβόλοις.

Breuis commemoratio rerum apostolici constantini, à natiuitate eius vsque ad imperij initium. cap. 2.

DIno Constantino pater fuit Constans, cui * Proceri, ab aliquibus etiam Chlori seu virentis cognomen impositum. Illustri is admodũ loco natus, genus ad imperatorum familiam retulit. Claudij enim, qui ante Diocletianum & Aurelianum ipsum Romæ imperauit, † ex filia nepotem fuisse constat. Posteaquàm autem Persæ, Sarmatæ, & insuper Parthi, Varacho concitante, aduersus Romanos bellum mouere: Diocletianus, qui tum imperium obtinebat, Constantem oratorẽ ad barbaros componendę pacis gratia misit. Hic ex Hesperiis in Orientem profectus, ad locum cui Drepani nomen erat, appulit. Ibi hospes, comitatus eius & cohortis regiæ splendore captus, filiam ei suam viuida & nubili iam ætate puellam subiicit. Constans amoris concubitúsque mercedem, pallium mulieri, regia purpura intextum atque exornatum, donat: & puellæ patrem, quod illa procreatura esset, tollere atque educare iubet: nouum & id admirandum quiddam fore arbitratus, ex eo quòd cum puella dormiens, in Occidente, circum ipsum lectum, solem illucescẽtem se vidisse in cubiculo, dixit. Cæterùm legatione sua ritè defunctus, domum rediit: ibíque egit. Interea Diocletianus, postquam ad imperium peruenerat, quarto administrationis eius anno Maximianum Herculium socium sibi imperij adsciuerat. Constans verò & Maximinus Gallerius, Cęsarum † insignibus decorati sunt. Quorum hic Galleriam Diocletiani, ille verò Theodoram Herculij filiam vxorem duxit: quum quidem vterque quam antea habuerat coniugem, propter eam quam erga imperatores gerebant animi affectionẽ & propensionẽ repudiasset. Constanti Britannia, Alpes & Gallia superior prouincia obuenit, † inaccessæ & non ita multorum vectigalium regiones. Annis aliquot intercedẽtibus, quò ipse antea legatus missus fuerat, oratores quoque ire iubet, viros genere claros. Cæterùm & illi quum Deprauati delati essent, hospitio matris Cõstantini excipiuntur. Vbi puer ludẽs, ab vno oratorum ad animi acerbitatem per obiurgationem est commotus. Cuius verba ille ægrè im-

* παυλίνου. *Parentes & ortus constantini.*

† ἐγγαμβρεύει. *Ille filiam Crispi, qui fuit frater Claudij, patre Eutropio genitam traduxit.*

Crispi dicitur salutis fuisse, Opes publicas melius à certis patriæ ciuibus haberi, quàm intrà vnum principis latus seruari.

† ταινίαις.

† διαφόροις χρώμασι καὶ ποικίλοις.

grè impatienterque ferens, lachrymis profusis ad matrem querelam defert. Tum illa rem omnem de puero in medium producit, Regij asseuerans sanguinis esse. Et verba ea facile confirmabant, quum pueri facies, quę Constantis vultum apprimè referebat, tum purpura illa infecta vestis, quam ex arca mulier protulit. Atque ij quoque legatione ex Constantis sententia consecta, in patriam reuersi, quum alias muneris sui res illi exposuere, tum de puero etiam Constantino retulere, formosum eum ingeniosúmque adolescentulum gestus edere regios, & vultum cõstitutionémque eius ferè omnem egregiè referre. Quam ob causam Constans filium statim vnà cum matre ad se adducendũ curauit. Quum verò metueret, ne quid vel puero vel matri ab vxore sua, per zelotypiam & coniugalem æmulationem accideret, Helenæ ipsi, sicuti decebat, prospexit, puerum autem aliquanto pòst Nicomediam ad Diocletianum misit. Ibi ille in imperatorio palatio, perinde atque pignus quoddã degebat, inter domesticos scholarũ cooptatus. Et fortia manu peragens facinora, Christianorũ sacra sensim & occultè est complexus: & imperatores, qui tantopere vanæ superstitioni dediti essent, & plurima martyrum cęde oblectarẽtur, detestatus. Porrò vt incantationibus diuinationibúsque quibusdam Diocletianus cognouit, ipsum Constantinum solum summa rerũ & imperio potiturum, idolorúmque cultum sublaturum, odio erga eum est accensus, cõsiliúmque occidẽdi eius cepit. Qua re comperta, Constantinus ad patrem se contulit: quem iam supremũ propè trahentem spiritum, & circa cestamẽrum cõdendum occupatum reperit: in quo illi Christianorum religionem confectanti, imperiũ potestatémque suam reliquit: reliquis, quos ex Theodora susceperat liberis, præteritis: ipse quoque manibus suis, in Britania coronam imperialẽ ei imposuit, quinquaginta & sex ætatis, tribus & verò & viginti imperij, exactis annis: quum quidem omnibus, qui veram pietatẽ colendam statuissent, tutus & tranquillus fuisset portus & perfugium. Eo modo Constantinus paternum est consecutus imperium, ducẽtesima septuagesima quinta ineunte Olympiade: qui annus est à mundo condito, quinquies millesimus octingentesimus quintus decimus.

Constantinus Constantis successor. 419. vt cæsar, 4. vt Augustus.

Apud alios Chronicos scriptores inuenio Olympiadem 272. Annum mundi conditi 4271. Annis Domini 310. Eusebium pamphili annũ mũdi conditi 4289. et annum Dom. 311.

Constantinus in aula Diocletiani educatus.

Vt Constantinus tyrannos vicerit, & Christianam amplexus sit religionem. Cap. 3.

DIocletianus autem & Maximianus, viginti annis in imperio administrãdo completis, propter certas causas, & quòd dura quædã perpessi essent, potestatem eam sua sponte sibi ipsis abrogarunt. Qualia autem vel contra nos, vel etiam pro nobis proposuerint edicta, & quot martyrum millibus strenuè pro Christi nomine decertantibus, ipsi simul & Maximinus successor eorum necis causa extiterint, plenissimè à nobis paulo antè est explicatum. Maxẽtius porrò Romæ, & Maximinus Nicomedię, hic in Oriente, ille in Occidente, tyrannidem exercẽtes, eisdem detinebãtur studiis, ciuium subditorum bona diripientes, matrimonia aliena violantes, & cædes innumeras quolibet propè die subornantes. Aduersus hos, oppressorum legationibus pluribus excitus è Galliis Cõstantinus, primùm Maxentio ad vrbem Romam bellum intulit. Quo tempore aleam Martis prælio aduersus eum experturus, paternũ inuocauit Deum. Et derepentè in cœlo salutiferum Crucis signũ longius distentum, Orientem versus meridiano tempore, splendore solem ipsum superante, apparuit: circum quod, in orbem, stellis itidem, vt in cruce literarum latinarum formam referentibus, inscriptio hisce verbis est visa, In hoc vince. quod signum confestim ex auro & lapillis preciosis, ad militaris vexilli instar fieri curauit: & simul Maxentium fortissimè deuicit, in ponte submersum, & Romam in potestatẽ suam recepit. Deinde deorum simulacra comminuẽs, in cinerem redegit, eorundémque delubra solo æquauit. Mox, manibus ipse suis, Seruatori in Palario Romæ templum sarculo descripsit & excitauit. Leges pro Christianis tulit, aliáque magno studio pro eisdem egit, quæ paulo antè recensuimus. Et quum eum morbus inuasisset, & medici infantum sanguine id malum discuti purgarique posse renunciarent, abhorruit resiluítque ab eo facinore Deo charissimus imperator, luctu & eiulatu matrum permotus. Intercedit nox, & principes Apostolorum se ei spectandos exhibent, Romanæque vrbis Antistitẽ accersere iubent, piscinam apud eum esse ostendentes, cuius lauacro ablutum illum saluum fubirò & incolumem fore dicũt. Aduenit ille, quæ opus sunt refert, imperatorem baptizat: & morbus ipse aquis innatat, squamarum in morẽ, nõ ab oculis, verùm à carne ipsa decidentium. Itaq; ille melius habet, vsque adeò vt miraretur ipse, is ne esset, qui antea fuerat Constantinus. Postea Iudæorum turba existit, qui imperatoris martẽ adeuntes Constantini quidem ab idolorũ cultu defectionem laudant & admirantur, sed transitionem eius ad Christum valde arguunt & criminantur. Et literæ ea de re ab Helena ad filium datæ.

Bellum constantini aduersus Maxentium.

Signum Crucis in cœlo apparet.

Constantinus Romæ baptizatur.

At ille firmis nixus fundamentis efficit, vt illi ipsi Iudei cum Syluestre Romanę vrbis Episcopo congrediantur, sermonésque conferant. Atque is magna eloquentiæ vi cum illis agens, sxcilè eos conuincit. Mox cum Maximino prælio congressus, tropæum Crucis inferri in hostẽ iubet, aduersus quod quum ille iacula emittere iuberet, victus succumbit. Quo è medio sublato, magis etiam res Christianorũ sunt auctæ. Itaq; encænia, innouatarúmque rerum feriæ, trãquillitate vbique à Deo concessa, celebratæ; aliáque omnia peracta, quæ in eiusmodi mutationibus & Dei dispositionibus, moribus fieri receptum est. Sub hæc constitutiones in scripto & sine scripto, quę pro eo atque deceret, res Christianorum ordinarent, editæ. Templa quædam de integro constructa, quædam in ampliorẽ decentioremque formam mutata. Leges latæ, immunitatem ministris Dei conferentes, libertatémque & magnificas donationes templis sacrísque ædibus largientes. Aliæ præterea synodos & conuentus fidelium in vnum cogentes: atque item aliæ concordiam ecclesiarum cõciliantes. Atque hęc quidem tum ad eum modum ipse habebant. Licinius autem, qui Constantiam Constantini sororem in matrimonio habebat,

Maximinum opprimit.

Christiani Encænia vbique celebrant.

Licinium imperij socium Constantinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

primùm in Pannonia, deinde in Macedonia, rursum in Thracia, postremò in Asia vicit, fugauit, & per deditionē cepit: literarū acerrimum hostem, Dacia eriundum, parentibus armentarijs. Vnde et etiam Armētarij cognomen inditum.

Orientémque ad Nicomediā cum imperio administrare iussus erat, quòd magnitudinem Imperij moderatè perferre nō posset, rebellionem exitiúmque aduersus eum, à quo summa acceperat beneficia, molitur: conatúmq; suum, occultè Christianos, quorum ille magnus amator erat, occidēs, ac multos ex eis in rationem martyriorum referens, declarat. Apud quem quum Constantinus neque cohortando, neque suadendo, neque adeò territando, vt à cœpto desisteret, aliquid efficeret, postremò bello eum aggressus, ad Chrysopolim Bithyniæ prælium cum eo cōmittit. In quo superatus ille, in potestatem quidem Constantini peruenit: vitam, victore donante, recipit, & Thessalonicæ sub custodia seruatur: vbi verò tum quoque ad nouas res respectare deprehensus est, ipse in seipsum ferrū pertraxit. Quamobrem securi percussus, sibi ipsi quidem vitæ finem, tyrannidi verò & idololatriæ bellicum motum creauit.

De conditione vrbis Constantinopolitanæ, ædificiisque eius: & vt res Christianorum auctæ sint: & de pietate, virtute, ac constitutionibus sancti Constantini.

Caput 4.

REbus contra Licinium prosperè gestis, vrbem quoque vt sub nomine suo condat, circumspicit. Byzantij quidam erant sæui admodum, armísque sibi barbaro more plurimùm arrogantes. Hos armis adortus, belli iure vincit: eorúmque vetusto castello diruto, ingentibúsq; & magnificis tributis comportatis, magnā constituit vrbem, nihil prorsus rerum omnium, quæ ad eam illustrandam spectarent, omittens, ædes præclaras struens, ex ipsa Roma aliísque populis incolas eò alliciēs: † circum equestrem, porticus, proiecta, aquæductus, fontes, statuas, imagines, & quæcunq; essent præcipuæ artis opera, fieri, eóque comportari, vt splendida ornatáque redderet omnia, curans. Ad hæc, templa Deo, Apostolis & martyribus, & maximā illam * Porphyretici marmoris columnam construens, in qua statuam quoque suam collocauit, in polo seu vertice mundi crucem infixam manu tenentem. Quo ille symbolo indicauit, virtute inuicti eius trophæi & signi, terram omnem & mare ipsum à se esse subactū. In regione etiam ea quæ Sosthenium dicitur, & * in traiectu, ex apparitione archangeli Michaelis, templa condidit, aliáque plura opera perfecit, quæ illius diuina mente & prudentia, atque etiam in rebus omnibus magnificentia digna erant. De cognomine ei vrbe dicitur, non longè ab Ilio, circa Græcorum nauale stationem, eam illum excitare cœpisse. quòd autem noctu oraculo diuino admonitus, circum Byzātium, è regione Chalcedoni extruere iussus esset, respōso ei morem gerentem, amplis ita mœnibus ibi circumdedisse, rebúsque omnibus & ornamentis atque honoribus præcipuis Romæ parem extruxisse, curiam atque Senatum, sumptus, * tesseras frumētarias, dignitatísque genus omne, Imperatoria prorsus munificentia ciuibus largitū esse. Atque ita omnibus rebus ritè atque ordine dispositis, Constantinopolim & nouam Romam appellasse, eadémque cum illa potestate, eisdē moribus atque institutis, eisdémque legibus esse iussisse, & insuper † Imperatricem vrbem declarasse, populorū omnium qui Romanum imperium agnoscētes, Septentrionem, Austrum, & solem Orientem versus, & quod in medio est mare colunt ab eis quæ ad Istrum extructæ sunt vrbibus, & ab Epidamno, quæ nō longè ab Ionio sinu est sita, vsq; ad Cyrenem & proximam Libyam, per totum, quod dicitur, Boreale clima & regionem Arctoam. Et vrbem eam condi cœpisse, à mundo creato quinquies millesimo octingentesimo vigesimoquinto, Imperij eius decimo: absolutam autem prorsus esse, eiusdem Imperij vigesimo octauo anno, qui incidit in cōditi Mundi annū quinquies millesimum octingentesimum quadragesimum tertium. siue, vt alij tradunt, trigesimum octauum. a De ea illud quoque memoriæ est proditum: vt Imperator ipse pedibus, hastam manu tenens, ambitum mœniáque eius definiēs circumiit: quòd comitibus eius vlterius quàm conueniret, pomeria vrbis proferre videretur, quendam ex eis ad eum accessisse atque rogasse, Quò vsque tandem here? illúmque diserte respondisse: Eò vsque, dum qui me præcedit ductor, constiterit. Vnde satis constabat, cœlestem quampiam ei præiisse virtutem, quæ eum, quod fieri deberet, instrueret. Eam tam magnificè fundatam, almam quoque Romam vocauit, quod verbum Romanis † gloria præclaram significat. Constantinus sanè nunquam non pro Christiana pietate aliquid agens, non Byzantij tantū, sed & vbique terrarum, pulcherrima ædificauit tēpla, potissimúmque in metropolitanis sedibus, sicuti Nicomediæ in Bithynia prouincia, Antiochiæ ad Orontem, in veteri Roma, & Hierosolymis ipsis. De quibus, quæ ibi opera perfecerit, posteà dicemus. Quum verò res omnes ei ex sententia cederent, etiam extrā exteras nationes, finitimas simul & longinquiores, vel iure belli, vel fœderibus pactis pacatas: altissima annis pluribus pax & tranquillitas in orbe Romano floruit, & professio fidei Christianæ vbique terrarum est propagata. Multę quoque feræ nationes sacra nostra sunt complexæ: & mirificum vitæ institutum in ecclesiis, & apud multitudinem ipsam, denique in montibus etiam & solis locis resplenduit, quòd nuper admodum Monachi pullulare cœpissent, & quòd martyres adhuc & confessores superstites essent, sacerdotésque insuper Apostolis donis & miraculis, vitæq; simplicitate vigerēt. Per quos cœlestem prorsus vitam in terris cernere erat, religione ipsa indies semper & in rebus omnibus augmenta sua capiente: & Constantino studio omni in hoc incumbente, vt apud omnes ea vbique confirmata stabiliretur, & ad ampliorem magnitudinem excresceret: vtque per ipsum, adiuuante Deo Christianismus in serena certáque tranquillitate & altissima pace consisteret. Atque vt simpliciter dicam, ea tempestate res nostræ lætissimæ, iucundissimæ, & florentissimæ fuere: aduersarij autem contrà, in tristicia, summissione, & mœrore summo vixere.

De Arij cum Alexandro contentione: de † Melitij vnde & quomodo, & per quas causas & occasiones ea contentio extiterit. cap. 5.

REligio nostra quum in tanta esset gloria & flore, pacem & quietem tātam intestinum turbauit bellum. †? Nugæ namque & disputationes contentiosæ, veram pietatem perfectámque diuini numinis cognitionem prætexētes, de quibus antea inquisitum non fuerat, ea in quæstionem deduxerūt, eáque re ingentes turbas in ecclesiis concitarunt. Siquidem generis nostri * pestis, improbúsque prorsus & exitiosus hostis, nauim ecclesiasticam tam placidè secundis vētis ferri, & ab vniuersitatis huius Deo gubernari videns, ferre id nō potuit: & graue molestúmq; sibi esse putauit, nisi submergendam eam curaret, quæ ram securum citra prauorum dogmatū fluctus & procellas teneret cursum. Vt enim Græcæ superstitionis præstigias proculcari, dolosósque laqueos eius in apertum protrahi, & manifestò argui atque conuinci, & creaturam quidem (vt antehac) amplius nō coli, creatorem verò eius, sicuti conuenit, laudibus vehi & adorari animaduertit: apertum rursum contra Deū mouere bellum posthabuit, & dolorem clandestinè admodum & fraudulēter aggressus est. Repertis namque quibusdam, qui Christianā quidem profiterentur fidem, arrogantia autem inanique vanæ gloriæ ambitione & dominandi cupiditate quasi intemperiis quibusdam agerētur, eis ipsis veluti instrumentis adinuentionis fraudísque suę vtens, alio quodā modo rem in priorem reduxit errorem & seductionem, vt conditor scilicet rerum omnium Deus, creaturis ipsis exæquatus & connumeratus, creatura rursus quemadmodum antea adoraretur, cultúsque diuinus adorationi † illius similis fieret. Verùm vnde, quóue modo, & per quem zizania hæc sata sint, re altius repetita, vt potero, exponam. Alexandriæ, quæ primaria & præcipua inter Ægypti, Thebaidis & Libyæ vrbes, ciuitas est, amplissima sanè & populosissima, post Theonem, vt antea diximus, Petrus eximius veræ pietatis propugnator, ecclesiam gubernauit: qui certaminis sacri cursu splendidè sub impiis tyrannis peracto, Achillam breui habuit successorē. Atq; huic, ecclesiæ clauo dirigendo Alexander suffectus est, Apostolicæ doctrinæ generosus defensor: qui in ea, quam diximus, tranquillitate & pace, diuinis institutionibus quotidie ecclesiam exhilarauit. Ea tempestate Arius quidem erat, in rationem quidē ille sacri ordinis relatus, sed qui iam inde ab initio studium suum super dogmate suo satis declarauerat. Melitio namque nouas res molienti primùm adhæsit: atque eo relicto, se postea ad diuinum, quem diximus, Petrū contulit. à quo etiam Diaconus est factus. sed ab eodem rursum ecclesia exactus, eo quòd Petrus Melitiū sectatorésque eius excommunicauit, & baptismum eius non * recepit, propter nonnullas quidem causas, potissimum autem quòd ille persequutionis periculo non perlato, cultum diuinum abiurarit, & dæmonibus sacrificarit. Eius quippe rei gratia in ordinem redactus, neque aliam quampiam ob causam, quæ probari aut defendi posset, ab ecclesia proscriptus Melitius, iniuria se affectum esse dictitans, conuiciis & maledictis Petrū proscidit. Et quum sectatores multos haberet, hæresiarcham se & ducē eorū constituit: & a Episcopali dignitate sibi arrogata, in oppido † Lyco, quod ad Ægyptū est, quæcunq; sunt Episcopalis mu-

Tranquillum florentémque rei ecclesiasticæ statum importunitate sua hæretici perturbarunt.

ἀλλ' οὐ παμπόνηρος, καὶ παλαμναῖος.

Diabolus idololatriæ autor et propagator.

† *ὡς ἴσον εἶ νικᾶν τὴν ἐκείνου προσκύνησιν.*

Tumultus ecclesiastici initium.

Alexandrini episcopi.

Arius Melitij sectator.

Melitius hæresiarcha à Petro antistite Alexandrino excommunicatus, & cum eo Arius.

* *μὴ προσεμένου, non admisit: hoc est, non passus est eum sacramentum baptismi administrare. a Melitius sibi ipsi episcopale dignitatem sumpsit.*

† *Deinde Ptolemaidis, & Panopolis, ac*

Veneris oppidum iterū: & in Libyco Lycon, vbi montes finiūt Thebaidem. Plin. lib. 5. cap 9.

b Arius ab Achilla episcopo Alexandrino in ecclesiā erroris gratia impetrata receptus.

c Arius presbyter & sacrarum literarum doctor Alexandriæ ordinatus.

ὑπόληψις γάρ τις ἦν τοῦ τυχεῖν.

d Contentio Alexandri episcopi, & Arij presbyteri, de doctrina christianæ professionis.

Arij hæresis.

* *ἀνθεξούσιότης γνώμης.*

ea longè latéque grassata.

* *κεφαλαίων.*

Alexander episcopus Arium cum popularibus suis ab ecclesia proscribit.

scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Alexander Baucalis, presbyter & ipse Alexandrinus dissensionis huius autor à quibusdam habitus.

neris, citra pudorem timorémque omnem peregit, Petro prorsus præ se contempto. Itaque vnà cū aliis Melitio fauētibus, Arius quoq; quiescere nolens, in Petrū est inuectus. Vbi verò Petrus accepta martyrij corona, vitæ cursum finiit, b ab Achilla successore eius Arius veniā impetrauit: & rursum Diaconi ministerio fungi permissus, c postea in Presbyterorum quoq; ordinē est allectus. Apud Alexandrū quoque, proximum ab Achilla episcopū, honesto loco fuit: & quòd cauillationum dialecticarū nō imperitus, atque in eiusmodi disciplinis probè exercitatus esset, scripturarū interpretatio credita ei fuerat. Enimuerò quum nō benè ferret Alexandrū Episcopi dignitatē obtinere, † quòd non ritè is quoq;, neq; ordine lectus esset, dissidia aduersus eum latēter & contentiones mouit. Quúmque non haberet quod in vita moribúsque Alexandri carperet, neque per sycophantiam facilè quicquam confingere posset, ea quidē in parte quietus fuit. d quæ verò ille in ecclesia pro concione rectè piéque doceret, in eis repugnare illi instituit. Episcopus namque, filiū cum patre ὁμότιμον, hoc est, eiusdem honoris, atque eiusdem substantiæ, æquémque per omnia eidē qui eum genuit, esse, ex diuinarum scripturarum sententia & traditione docuit. Arius autē inter presbyteros primas tenēs, verbóque veritatis prorsus repugnās, creaturam facturámque patris filium vocauit, in absurdas opiniones prouolutus. Ex non existentibus siquidem genitum esse: & fuisse aliquando tempus quum non fuerit, meráque sententiæ & † arbitrij libertate vitij & virtutis capacem esse: aliáque eiusce modi censuit, quæ opinari eū par erat, qui sibi de huius generis rebus disserēdum atque inquirendum esse constituisset. Et quum existimaret episcopum Libyci Sabellij dogma asserere, contendendi & aduersandi studio in errorem ex diametro illi contrarium decidit. Sanè quidem permultos ad nouas eius dogmatis res pertraxit, & ex parui igniculi scintilla ingens est & altum exortum incendium. Ab Alexandria enim doctrina hęc progressa, Aegyptū, Libyam, & superiorem Thebaidem percurrit, mox etiam ad alias prouincias & vrbes peruenit. Quæstione tali iam in controuersiam vocata, Alexander dissuadere eam est conatus. Sed iam non pauci Episcopi, & plurimi ex clero rectè dicere Arium affirmabant, sententiámque eius complectentes comprobabant. Postquam autem inter se non cōsenserunt, seu potius Arius * furiis correptus propalàm impietatem docuit: Alexander illum, & cum eo qui partes eius sequerentur, clericos omnes excommunicauit, & sacro ordine mouit. Sentiebant porrò cum eo in Alexādrina parœcia, Aithalas, Achillas, Carponas, Sarmates, & alter Arius, presbyteri: & Euzoius, Macarius, Iulius, Menas, & Helladius diaconi, multā etiam populi partem secum trahentes. In quo, alij idē sibi de Deo sentiendum atque credendum esse quod Episcopus arbitraretur, putabāt: alij verò, sicuti multis euenire consueuit, istos miserabantur, veluti iniuria affectos, & indicta causa ab ecclesia proscriptos. Sunt qui dicūt, contentionis huius aliū, ante Arium, autorē fuisse Alexandrū, secundo ab Ario loco presbyterum, Baucalim cognomine qui nomē id adeptus fuerat, ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

supercrescentis carnis pŏdere in dorso eius collecto, testacei vasis forma, quod Alexandrini vernaculo sermone baucalam nominare solēt, hunc inquam, secundas in ministerio sacro ferētem, dissensionis causam extitisse putāt. vnde posteà inter Alexandrum & Arium cōtentio commota, & τὸ ὁμοούσιον, hoc est, consubstantialis promulgatio exorta sit. Quod namque Baucalis prælatum sibi honore Arium ægreferret, nouationē dogmatis istius illi adscripsit. Alexander verò episcopus, vtrumque à contentione abducere volēs, ad disputationes sermonúmq; collationes eos inuitauit: persuasionē potius quàm violēta iussione cōtrouersiam sopire, cōducibilius esse ducens. Et quum multoties disputando congressi essent, sicuti fieri assueuit, contentione inter quospiā mota: Episcopus nunc huic, nunc illi benevolè & cōmodè adhæsit: postremò verò tandem & ipse coæternum & consubstantialem patri filium, ita vti antea semper senserat, dissertis verbis pronunciauit, Ariúmque idem sentire iussit. Quod vbi ille, vt faceret, in animū inducere nō potuit, sacris ædibus est ab eo eiectus.

Qui ea tempestate magnarum vrbium fuerint episcopi: & de Episcopis qui ab initio Byzantij ecclesiam rexerunt. Cap. 6.

Primariarum in orbe christiano ecclesiarum Episcopi.

EO tēpore Romanæ ecclesiæ Sylvester præfuit, Miltiadis successor, qui post Marcellinum egregiè in persequutione ipsa certamine defunctum, sacri muneris suscepit administrationem. Alexandriæ autem post Theonem & Petrum, Achillas, ac deinde quē dixi Alexander, ecclesiasticam tenuit præfecturam. Antiochiæ, Tyrāno in ecclesiastico ministerio Vitalis suffectus, pace primùm ecclesiis reddita. Is à tyrannis ecclesiam dirutam denuò excitauit: cuius structuram reliquam Philogonius perfecit, qui ex causidico episcopus factus illi successit, Licinisque temporibus, vti virum fortem decet, ardorem æmulationémque suam pro vera pietate ostendit. Porrò Hierosolymis post Hermonem Macario sacrum munus creditum, digno tali nomine viro, vt qui omnibus bonis & ornamētis floruerit. Constātinopoli verò, post Metrophanem, Probi Imperatoris ex fratre nepotem, Alexandro sacrorum cura forte cesserat. Verùm enimuerò hoc loco faciēdum mihi omnino videtur, vt altius ab ipsis Apostolis repetitos Byzantios episcopos recenseam, & veluti sacram quandam inscriptionem historiæ huic adiiciam.

catalogus episcoporum Byzantiorum ab ipso apostolo Andrea vsque ad Alexandrū, cuius precibus Arius est pessum datus.

Andreas Domini apostolus, Thraciam, Macedoniam, & Euxinum, prouincias sortitus, Byzātij Christum prædicauit. Et quum à Zeuxippo, tyrannidem tum ibidem tenente, ad cædē quæreretur, Argyropolim transiit, atque ibi biennū conuentus agens, permulcos ad Christi fidem pertraxit. Cæterùm sacra eo loco fundata ede, & Stachy apostolo episcopo creato, Sinopen cōcessit. Stachys sacro eo munere annis sedecim administrato, ibidem sepultus, Onesimum habuit successorem. Onesimus quatuordecim annos ecclesiam eam gubernauit, eique Polycarpus surrogatus: qui decem & octo annis munere suo cum laude functus, Plutarcho id reliquit. Hic sedenim annis ecclesiæ præfuit, eamque moriens Sedecioni concessit: quo post annos nouem defuncto, Diogenes quindecim annis eā rexit. Illi Eleutherius suffectus: qui septem annis episcopali munere obito, Felicē habuit successorem. Felix quinque annis sedem Episcopalem tenuit, eámque ad Polycarpum transmisit. Qui sanè omnes, propter infidelium incursiones, in eo quod memorauimus Apostoli oratorio synaxes & conuentus celebrarūt. Deinceps Athenodorus functione ecclesiastica suscepta, quatuor eam annis obtinuit: ecclesiámque aliam, in loco cui nomen erat † Olea construxit, ibique synaxim peregit. Eam ædem postea Constātinus Magnus splendidissimè auxit & ornauit. Athenodori successor Euzoius, sex annis Episcopatū gessit, cui Laurentius succedens, vndecim annis ecclesiæ præfuit. Post hunc Alypius tredecim annis sacrum magistratum administrauit. Istius successor Pertinax, vir Consularis, nouem annis Episcopalem dignitatē obtinuit: qui quum locupletior esset, ecclesiam aliam ad mare, in loco quem * ficos nominabant, excitauit, eamq; Pacem appellauit. Eum locum Christiani perpulchris & continuis ædificiis in oppidi formā redegerunt. Quapropter eum etiam mœnibus eximiis, magna virtutis gloria pollens Constantinus est dignatus, quod in eo scilicet Pacis esset templum. Post Pertinacem, Olympianus vndecim annis sacrorum antistes fuit: rursum post hunc Marcus, annis tredecim. Post Marcū Cyrillianus sedecim. Post Cyrillianum Constantinus, septem. Hic primo episcopatus sui anno, intra Byzantium in parte septentrionali templū ædificauit, atque id Euphemiæ martyri, quæ tū sacrum peregerat certamen, consecrauit. Ad quod templum reliquo vitę tempore transacto, episcopale munus Tito reliquit: qui id supra triginta & quinque annos administratum, ad Dometium Probi imperatoris fratrem transmisit. Atque huic Probus filius successit. Et Dometius antistitis honorem viginti quatuor, Probus duodecim annos gessit, cuius Metrophanes frater successor fuit. Hic annis decem cum ingenti laude Episcopale ministeriū cohonestauit. Sub quo etiam Constantinus semper Augustus, cognominem sibi vrbem magnificè condidit. Metrophanis porrò successor fuit Alexander, Apostolicis donis præclarus. Hæc de Episcopis. Sedenim Alexandriæ episcopus Alexander, quum Arium videret † dominandi furore flagrantem, priuatim illegitimos cōuentus agere, & turbam morūmque ingentem concitare: non modò ad sacros ecclesiarum præfectos, verùm etiam ad fideles passim in vrbibus omnes, de blasphemia eius publicitùs literas dedit. Ex quibus partes certas operi huic intexam, vt mihi verior narratio rerum constet, & nemini confingere quidquam videar. Adiiciam præterea alia, quæ veritati sunt consona, historiámque omnem dilucidiorem reddere possunt.

† ἐλαία. *Olea constantinopolis regio.*

probi imperatoris frater, ex fratre nepotes duo; Byzantij episcopi.

† φιλαρχίαν *Indissolubilis Christi tunica.*

Epistola Alexandri Alexandrini episcopi ad Alexādrum Constantinopolitanum episcopum de Arianis. caput 7.

Alexandri Alexandrini episcopi ad Alexādrum constātinopolitanū epistola, de rebus in doctrina ecclesia nuper exortis.

ALexāder itaque iste Alexādrinus, ad cognominem sibi Alexandrum Cōstantinopolitanū hęc scripsit. Reuerēdissimo & vnanimi fratri Alexandro, Alexander in Domino salutem.

Prauorum

Prauorum hominum, qui dominandi libidine & pecuniæ cupiditate ducūtur, institutum, semper quæ ampliores eis esse videntur, insidiatur ecclesiis: qui vario sanè prætextu pietatē ecclesiasticam inuadere solent. Siquidem tanquā stimulis quibusdam, ab eo qui in illis efficax est, diabolo, ad propositam sibi voluptatem incitati, religione omni proiecta, iudicij Dei timorem proculcant. De quibus necessitas mihi imposita est, multa ab eis passo, vt ad pietatem vestram scribā, vt eiusmodi homines caueatis, & ne quis eorum se in paroecias & ecclesias vestras subinsinuare audeat, prouideatis. Instructi enim sunt per simulationem & dissimulationem, ad fraudē & seductionem, impostores isti, vt siue per seipsos, seu per literas, per assentationem & vēditationem falsam arte quadam compositas, trāsuersos agant simplicem atque sincerā fidem cōfectantes homines. Quandoquidem Arius & Achillas, coniuratione nuper facta, Colluthi † dominādi cupiditatē, longè etiā deterius quàm ipse ille, sunt æmulati. Ille namque accusatione aduersus hos ipsos instituta, maligni consilij sui aliquem reperit prætextum. Illi verò, * æstuscationem illius sub Christi nomine susceptam videntes, ecclesiæ amplius subiecti esse non sustinuerunt: sed extructis sibi ipsis latronū spelūcis, cōtinuos ibi peragentes cōuentus, diu noctúq; se in calumnias aduersum Christum & nos excogitati, meditando exercent, atque omnes pias & Apostolicas sententias reprehendentes, Iudaico prorsus more, Christi persequutricē instituunt officinam, diuinitatem Saluatoris nostri pernegātes, omnibúsque eum patrem esse docētes, & voces salutiferę eius œconomiæ & administrationis nostrāque causa summissionis colligentes, congerere ex illis impietatis suæ dogma cōtendunt, verbáque diuinitatis initióq; simul & fine carentis Paternæ gloriæ eius aūersantur. Quapropter impiam Græcorum & Iudæorū de Christo opinionē corrobantes, laudem ab illis, quàm maximè possunt, venantur: omnia ea quibus illis ludibrio sumus, subornātes atque procurantes, seditionésq; & persequutiones quotidie cōtra nos excitantes: & quūm iudicia aduersus nos, impudicis mulierculis, quas ipsi dolosè seduxerūt, interueniētibus instituentes: tū Christianissimum ad obtrectationē traducentes, ex eo quòd per plateas & vicos omnes, nouæ eorū, adulterata pietate, res temerè vulgātur. Quinetiā indissolubilem Christi tunicam, quam ne carnifices quidē illi diuidere voluerunt, scindere ipsi ausi sunt. Itaq; nos ea quæ moribus improbisq; & apertis conatibus illorū congruunt, adhibentes remedia, cōmunibus suffragiis nostris, illos ab ea quę diuinitatē Christi adorat ecclesia proscripsimus. Consilium illi quoque cœperunt, vt nos fraudulēter circūueniant, & ad consentientes nobis collegas furtim trāsire, sub obtētu pacis atque vnionis, deprecationem quidē præ se ferētes, re ipsa verò aliquos ex illis in contagionē morbi sui pertrahere per † blandiloquētiam fatagentes, & vt captiosis argutisq; ab eis acceptis literis, habeant, quas à se in fraudē abductis perperam legant: eosque impietati iam assuefactos, prorsus à pœnitētia & fuga errorū, quibus sunt seducti, abstrahant, perinde atque suffragā-

Colluthus. † φιλαρχίαν * χριστεμπορίαν. *Et Colluthus quadam peruersa docebat, sed non duranit eius hæresis nam sarim disparuit. Epiphan. contra Arianos.*

Ariana hæresis.

Hæreticorum fere cōpta apud plebē & infideles hominei plausibilia.

Arianorum proscriptio & excommunicatio.

† χρηστολογίαν. *Hæreticorum scripta & cætera fraudulenta.*

Non illi sanè, quæ apud nos malè & docuerunt & egerūt, (quam ob rem etiam excommunicati sunt) confitentur, sed aut silentio ea committūt, aut confictis atque compositis verbis & scriptis adumbrantes tegunt, hominésque decipiūt, atq; † ad persuadendum cōparatis insidiosisque sermonibus pessiferam suam occultātes doctrinā, seductioni & fraudi expositos abripiunt. Sed & pietatem quoque nostram, passim apud omnes sycophanticè carpere non omittunt. Quapropter illud euenit, quum nonnulli literis eorum subscribant, vt in ecclesiam illi recipiantur: & * collegæ, qui id permittere audent, vt equidem puto, graui calumniæ crimine non careant: qui scilicet nón solum id faciunt, quod Apostolicus canon eis non permittit, verùm etiam diaboli- C cam, quæ in illis est, cōtra Christum efficaciam succēdunt & augent. Eam ob causam nihil cunctatus, dilecti, meipsum excitaui, vt talium hominum vobis ostenderem infidelitatem.

Deinde blasphemias illorū fingillatim exponit, essque copiosè ex diuinis scripturis refutationes obiicit, impietatem ipsorum redarguens: & longius stilo progressus, infert. Multæ, dilecti, quū dicere possem, prætereo: molestæ arrogātiæ esse ducēs, eadem sentientes doctores, pluribus admonere. Nā vos ipsi † à Deo docti estis minimè ignorantes, doctrinā hanc Ebionis ipsius, & Artemæ, & Pauli Samosateni esse, quorū isti impietatis fecibus hausti, nobis nūc, ex nō existētibus, illorū clam * viuiradices producūt: Arius nimirū ipse, & Achillas, & quod cum eis est malignantiū conciliabulum: & tres præterea illi in Syria nescio quo modo creati episcopi, de quibus iudiciū arbitrio vestro permittimus. Deinceps declaratis summissioribus scripturæ vocibus, quas Saluator † adsciticias nostra causa per exinanitionē salutarémque passionē suscepit, itidémque eis locis relatis atque expositis, quibus extra initiū omne principiū ac Deitas naturalisq; gloria & diuinitas eius exprimitur, hæc prosequitur. Quis verò quod scripturus sum mirabitur, dilecti: si cōtra me, & piissimā plebē nostrā, ementitas eorū calūnias exposuero? Qui etenim aduersus diuinitatem filij Dei aciem struere ausi sunt, cōtra nos quoq; * cum nulla prorsus gratia, próbra & cōuicia dicere nō verētur. Qui etiā ex veteribus nullos esse dignos putāt, qui cū eis cōferantur: neq; eis æquari se patiūtur, quibus Dnos à pueris præceptoribus vsi sumus: sed ne ex omnibus quidē qui passim sunt, collegis & presbyteris, quenquā ipsis cōparari volunt, solos se sapiētes, possessionū contemptores, & dogmarū repertores esse iactātes: vt quibus vnis reuelatū sit, quod nemini omnū qui sub sole sunt hominum in mētem venerit. O tumorem impium, & furorē immensum: ô opinionem insanam, & Saranicum planè sensum. Sub hęc aliis quibusdam memoratis, & dogmate fidei eorū fusius exposito, circa finē epistolæ hæc adiicit. Hosce igitur anathematis fulmine, de fidelium fratrū consensu, ictos, nemo vestrūm recipiat, neque vel dicta vel scripta eorū sustineat. Qui enim mētiri omnia cōsueuere, impostores, veritatem certè non proloquētur. Vrbes illi circumeunt, nihil aliud agētes quàm vt amicitiæ obtentu, per hypocri-

Hæreticorum arrogantia.

Arij scripturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sim & adulationem, literas dent & accipiant, E quibus seducant, ab ipsis iam deceptas paucas mulierculas peccatis oneratas: Et quę sequūtur. Hosce itaque talia cōtra Christum ausos, & qui Christianissimum quùm publicè ad populū traducunt, rum in iudiciis magno studio & contētione probris manifestis exagitāt: qui persequutionem temporibus pacatis, quantum in eis situm est aduersus nos concitant: qui ineffabile Christi nativitatis mysterium eneruāt: hosce, dilecti, auersantes, vnanimi nobiscum cōsensu & suffragio, calculis quoque vestris furibundam eorum audaciam iugulate: exemplo collegarum nostrorū, qui in illorum excommunicatione acquiescunt, literis contra eos ad me datis, libelloque damnationis subscripto, quem per filium meum Appionem Archidiaconū missi per Ægyptum omnē, Thebaidem, Libyam, Pentapolim, Syriam, Lyciam, Pamphyliam, Asiam, Cappadociam, & alias circumcirca regiones. Ad horū sanè exemplum, à vobis etiam eum cōfirmatum iri, persuasum habeo. Multum quidē certè opis à me in eos qui ab illis sunt detrimento affecti, est collatum: sed illud maximū fuerit depellēdorū à seducta plebe malorū auxiliū, si collegarum nostrorū concordi cōsensu illa persuasa, ad pœnitēriam decurrere studuerit. Salutate vos inuicē, eius quę apud nos est cōsentientis fraternitatis nomine. Valere vos in Domino opto, dilecti. Vtinā fructū aliquē vestrorum tantopere Christi amantium animorū percipiā. Deinde anathemate excōmunicatos, in epistola recensēt, quos & nos suprà retulimus. In eandē sententiā, Philogonio Antiochiæ, Eusthatio Berrœę in Syria, atque aliis etiam aliarum ecclesiarū antistitibus scripsit, quos Apostolicā doctrinam cōprobare sciebat. Arius porrò neque ipse sibi cessandū esse putauit. Quapropter necessitate quadam ductus, occupare Episcoporū beneuolentiam voluit: & culpā deprecās, de fide sua ad eos scripsit: simúlq; petiit, si rectè quidē crederer, vt & ipsi autoritate sua id cōfirmarent: & Alexādro, ne sibi suisq; molestiā exhiberet, significarēt: Sin minus, vt quemadmodū credendū esset, ritè doceretur. Nec parum ea res Arij partibus profuit. Opinione namq; tali vbiq; ferè apud Episcopos vulgata, cōmunis omniū de ea quæstio fuit. Itaque alij ad Alexādrū scripserūt, nequaquā prius Arium recipiendū esse, quàm solēniter blasphemiæ suæ nuncium remisisset: alij cōtrà, illum vt pium, & nihil in fidei doctrina nouantē potius, defenderūt. Alexander porrò, quū cerneret multos tum, per speciem sanctimoniæ & grauitatis Arianos ad se admittere: multos etiam instigare, vt ipse ad recipiendum in gratiā Arium persuaderetur: maximè verò Eusebiū Nicomediēsem, virū præclarū, atque in vtraque disciplina summè versatum, & in Imperiali palatio plurimùm honoratum (Diocletianus enim Nicomediæ, & qui ante eū fuere principes, Imperatorū domicilium constituerant) scipsum excitat, atque illis rescribit, Arianos se ad communionem non recepturum. Admodum autē literis suis Nicomediensem Eusebium perstrinxit, quæ sic habent.

Scriptum hoc interrum reperiuntur apud Theodoritum vcclesiæ historiæ lib. 1. cap. 4.

Cap 5 eod. Arius quoque causam suam per literas apud episcopos agit.

Episcoporum varietas de Ario sententia.

Eusebius Nicomediensis episcopus Arij fautor.

Alia eiusdem epistola publicè vniuersis scripta, in qua Arius excommunicatur: in qua etiam Eusebius Nicomediæ episcopus perstringitur. cap. 8.

CHarissimis & reuerendissimis, qui vbique sunt, per catholicam Ecclesiam, collegis, Alexander in Domino salutem. Quum corpus vnum sit ipsa catholica ecclesia, præceptúmque extet in diuinis literis, vt vinculum concordiæ & pacis retineamus, peræquum est, vt alij aliis inuicem, quæ apud quosque accidunt, perscribamus: vt siue doleat seu lætetur membrum vnum, ipsi inter nos vel condoleamus, vel congratulemur. In ecclesia sanè nostra exurrexerūt nunc viri iniqui & † Christi inimici, defectionē docentes, quam rectè quisquam percursor ē Antichristi existimauerit atque dixerit. Constituerā equidem id silentio committere, vt fortè inter solos desertores malum hoc consumeretur: neque in loca alia progressum, simplicium quorū dam aures contaminaret. Quandoquidem verò Eusebius, qui nunc Nicomediæ est, in se ecclesię res sitas esse existimans, (quoniam in eum, quòd Beryto relicta, oculis cupiditatis in Nicomediēsem ecclesiam adiectis, eam affectatus est, legitimè vindicatum non est) præite desertoribus istis, & ad loca quęuis scribere, eos cōmendans, cœpit, ne fortè ignorātes aliquos in extremā & Christi inimicā hæresim pertrahat, necesse habeo, id quod in lege scriptū est memoria tenens amplius nō silere, sed vobis rem eam omnibus annunciare, vt & defectores ipsos atque inauspicata eorū verba cognoscatis: & quum Eusebius scripserit, animum ad literas eius non attendatis. Dudum namque maleuolentiam suam tempore occultatam, nunc tandem per hos renouare volens, præ se fert ille quidem tanquam pro his scribat, reuera autem pro seipso id se studiosè facere declarat. Et desertores quidem sunt, Arius, Achillas, Aithales, Carponas, alter Arius, Sarmates, Euzoius, Lucius, * Iulius, Menas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus, & Theonas aliquando Episcopi dicti, quę verò contra scripturas adinuenta docent, hæc sunt. * Non semper Deus pater erat, sed erat quum Deus pater non erat: non semper igitur Dei verbum erat, sed ex non existentibus factum est. Qui enim erat Deus, cum qui non erat, ex non existente fecit. Itaque aliquando erat, quum non erat: siquidem creatura & factura est filius. Neque verò æqualis substantia est patri, neque verum & naturale verbum patris est, neque etiā vera sapientia eius: sed vnus quidem ex creatis & genitis est, * abusiuè autem verbum & sapientia factus. Et ipse * in proprio seu nativo Dei verbo, & in Dei sapientia est, in qua & omnia, & ipsum quoque fecit Deus. Propterea etiam mutationi & alterationi natura obnoxius est, sicuti omnia quoque rationalia. Peregrinum quoque & alienum segregatúmque est verbum à substantia Dei. Et inenarrabilis est pater filio: neque enim perfectè cernere potest verbum patrem, neque perfectè & certò eum cognoscere. Etenim suam ipsius quoque substantiam, vti est, filius non nouit: propter nos namque factus est, vt nos per eum, veluti instrumentum, crearet Deus: neque is subsistitisset, nisi nos Deus creare voluisset. Rogauit igitur eos quidam, posset ne verbū Dei mutari, sicuti diabolus mutatus est: atque illi respōdere nō reformidarunt, posse. mutabilis enim naturę esse, generationi & mutationi

Socrates eccl. histo. lib. 1. cap. 6.

Idem Alexandri Alexandrini antistitis ad omnes episcopos catholicos de Ariano epistola.

* χρίστου μάχου

Eusebius Arianus.

Alij quidam Arianorum impij dogmata.

* ὅτε οὐκ ἦν θεὸς πατὴρ, ἀλλ' ὅτε οὐκ ἦν πατὴρ οὐκ ἦν ὁ θεὸς πατὴρ τοῦ λόγου. ἀεὶ ὁ θεὸς ἐστὶν ὁ λόγος.

† κτίσμα καὶ ποίημα.

* ἐν τοῖς γενητοῖς καὶ ποιήμασιν

* ἐν τῷ ἰδίῳ τοῦ θεοῦ λόγῳ

Arianiin cōuentu prouinciali centum episcoporum excommunicatio.

mutationi obnoxium. Hæc dicentes, atque his A impudenter sese venditantes Arianos, sectatoresque eorum, nos quidē cum Aegyptiis & vicinis Libycis centum numero episcopis, cōuentu acto anathemate iugulauimus. Eusebius verò receptos complexus est, qui mendacium veritati & impietatem pietati commiscere studet. Sed nihil aget. vincit enim veritas. Nulla enim est cōmunio luci cum tenebris, nulla concordia Christo cum Belial. Quis enim vnquam audiuit talia? quis ad rem tam peregrinam & insolentē, eam audiens, non obstupescit? auréque obturat, ne verborum istorum sordes auditum pertingant? Quis Ioannem audiens dicentem, in principio erat verbum: non damnat hosce asserentes, Erat aliquando quum non erat? Aut quis audiens in Euangelio, vnigenitus filius: &, per ipsum facta sunt omnia: non auersabitur sonantes, vnū esse B creaturarum filium? Quomodo verò par esse eis potest, quæ per ipsum facta sunt? aut quomodo vnigenitus qui, iuxta eorum sententiam, omnibus connumeratur? Quomodo porrò ex non existētibus sit, quum pater dicat, Eructauit cor meum verbum bonum: &, Ex ventre ante lucifer genui te? Quomodo inæqualis sit substātiæ patris, qui est imago perfecta, & splēdor patris: quique dicit, Qui me videt, videt patrem? Quomodo, si verbum & sapiētia est, filius Dei, erat aliquando quum nō erat? Perinde enim est, atque si dicant, irrationalem & insipientem aliquando Deum. Quomodo mutationi aut alterationi subiectus est, qui de seipso dicit, Ego in patre, & pater in me: &, Ego & pater vnum sumus? Per Prophetā verò: Videte me, quòd ego sum, & non mutor. Etiamsi enim in patrem dictum hoc referri queat, commodius tamen re- C ctiúsque in præsentia de Verbo dicatur: quòd etiamsi homo factum, non tamen est mutatū: sed sicuti Apostolus inquit, Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula. Quid verò eis, vt dicerent, suasit, propter nos factum esse, quum Paulus scribat: Per quem omnia, & propter quem omnia? De blasphemia quidē eorum illa, quòd filius non nouerit patrē, non est quod miremur, Quum enim semel Christum oppugnare hostiliter constituerint, fraudulenter & calumniosè etiam voces eius deprauant, dicentis: Sicut cognoscit me pater & ego cognosco patrē. Si igitur ex parte Pater cognoscit filium, videlicet & filius ex parte cognoscit patrem. Sin hoc dicere nefas est, & pater perfectè nouit filium: certū est & manifestum, quemadmodū pater nouit verbum suum, ita etiam verbum nouit patrē suum, D cuius etiam est verbum. Atque equidē nos hæc differentes, & diuinas scripturas explicantes, sępenumero eos cōuicimus: sed rursus veluti chamæleontes mutari sunt, certamine quodam in se pertrahere contēdentes illud quod scriptum est: Impius quum venerit in profundum malorum, contemnit. Verum enimuerò, multæ ante eos extitere hæreses, quæ longè plura quàm decerent aut oporteret tentare ausæ, in stultitiā decidere. Isti verò omnibus verbis suis abolere verbi diuinitatem aggressi, * iustitiæ illas laude, præut ipsi sunt, ornauere, quippe Antichristo propinquiores. Quapropter etiam ab ecclesia proscripti, & anathemati subiecti sunt. Dole-

Erroris Ariani confutatio.

Hæretici sunt veluti chamæleontes.

Ariani veluti quibusdam hæresibus imprimuntur.

* ἐν τοῖς ἰδίοις τοῦ αὐτοῦ ταγμασι.

mus quidē nos perditionem & interitum eorū: & maximè, quod & ipsi aliquando sacra mysteria ecclesiæ didicerint, & nūc ab eis descuerint. Nō miramur tamen, qui nihil noui accidere eis scimus. Idem enim etiam Hymenæo & Phileto euenit, & ante eos Iudæ Seruatoris primùm sectatori, postea verò proditori & desertori. Et de iis nobis nō desunt documenta & præcepta, sed ipsemet Dominus prædixit: Videte ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum, & tempus propè est, & multos seducent, ne sequamini eos. Et Paulus eadem à Seruatore edoctus scripsit, quod in extremis tēporibus deficient quida à fide saniore, intendētes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorū, auersantiū veritatem. Itaque quum & Seruator atque Dominus noster Iesus Christus per se nobis præceperit, & per Apostolū de istis significauerit, ritè sanè & ordine nos, qui auribus ipsi nostris impietatē illorum audiuimus, eos, sicuti antea diximus, anathemati subiecimus, & alienos prorsus ab ecclesia & fide Catholica declarauimus. Idque propterea pietati vestræ, charissimi atq; reuerēdissimi collegæ, significauimus, vt neq, ex eis quenquā, si per remeritatē ad vos accedere ausi fuerint, suscipiatis: neq; Eusebio, aut alij cuipiā de eis scribēti, credatis. Conuenit enim vobis, vt Christianis, omnes qui contra Christum vel dicūt vel sentiunt, veluti Dei hostes, & animarū pestes, auersari, & ne salutatione quidē dignari, ne quādo scilicet participes peccatorū eorum fiamus: sicuti beatus annunciauit Ioānes. Salutem dicite, qui apud vos sunt fratribus. Vos, qui mecum sunt, saluere iubent. Hæ literæ ad loca omnia perlatæ, maiorem etiam cōtentionē peperēre, malumque propter dissidēdi studium adauxēre. Qui enim Alexādro sunt suffragati, eis subscripsere: alij autem, contra eas venēre. In primis verò Eusebius Nicomediensis in contrariam sententiam est raptus, quòd admodum se in eis perstrictum esse intellexerat. Permulti autem partes eius sequebantur. Atque is crebras ad Alexādrum dedit literas, vt Arianos, quęstione postliabita, reciperet: quę ad hoc maximè literis suis excitans, induxit Arius. Ex quibus aliqua adducam, vt simul & participes eius impietatis manifesti fiant: & Alexandri fides qui nihil perperām contra eos statuerit, ostendatur. Scribit igitur ad Eusebium Nicomediensem Arius in hæc verba.

Hæretici eadem docendi.

Dissidium ecclesiarum per Alexandri literas auctū.

Quibus de rebus Arius ad Eusebium Nicomediæ episcopum scripserit. Cap. 9.

Arij ad Eusebium Nicomediensem epistolæ liber.

Queritur se iniustè ab Alexandro oppugnari.

DEsideratissimo domino, viro Dei, fideli, orthodoxo, Eusebio: Arius, qui iniustè persequutionem ab Alexandro Papa, propter omnia vincentē veritatē, quā & tu propugnas, patitur, in Domino salutē. Proficiscente Nicomediā patre meo Ammonio, rectè me facturū esse putaui, si per ipsum te cōpellarem, simúlque in istam tibi charitatē, & quā ergo fratres propter Deum & Christum eius geris affectionem admonerē, magnopere persequi me & oppugnare, omnemque aduersum nos sunē mouere Episcopum: vt nos perinde atq; sine Deo homines vrbe eiciat, propterea quòd nō comprobamus voces eius, publicitus dicentis: Semper Deus, semper filius:

Universidad de Deusto

simul pater:simul filius: coexistit * ingenito Dei filius,† semper genitus est,*ab ingenito genitus est, neque nutu neque momento aliquo præcedit Deus filium,semper Deus,semper filius,semper Christus,ex ipso Deo est filius.Et propterea quòd Eusebius frater tuus Cæsariẽsis, & Theodotus,& Paulinus & Athanasius,& Gregorius, & Aetius,& Orientales omnes dicunt,† Deum qui sine principio est, præexistere filio , anathema facti sunt : excepto solo Philogonio & Hellanico & Macario hæreticis , nulliúsque doctrinæ hominibus. Ex quibus, filium quidam eructationem, aliqui germen, nonnulli coingenitũ dicunt. Quorum impietatem ne audire quidem possimus , etiamsi decies mille mortis cruciatus nobis minentur atque intentent hæretici. Nos verò quid dicimus & sentimus? docuimus & docemus? Quòd filius non est ingenitus, neque pars ingeniti vllo prorsus modo , neq; † ex subiecto quopiam : sed quòd voluntate & consilio substiterit ante tempora & sæcula,plenus Deus, vnigenitus,immutabilis:& priusquam gigneretur,aut crearetur,aut designaretur, aut fundaretur:non fuerit:ingenitus enim non erat. Affligimur autem, quòd diximus, principiũ habere filiũ, Deum autem esse absque principio: propterea inquã persequutionem patimur. & quòd diximus,ex non existẽtibus eum esse. Idque ita diximus, quòd neque pars Dei, neque ex subiecto quopiã est:hãc ob causam affligimur.Reliquum ipse nosti. Valere te in Domino, memorémque tribulationum nostrarũ esse opto, * Collucianista,verè pie Eusebie.Porrò qui hic enumerantur, sunt:Eusebius Pamphili dictus,Cæsareę Palæstinæ episcopus:Theodotus Laodiceæ,Paulinus Tyri, Athanasius Anazarbi, Gregorius Beryti,Aetius Lydæ,quæ nunc Diospolis vocatur. hi Arianarum partium fuere . Aduersarum autẽ nominat Philogonium Antiochenum,Hellanicum Tripolitanum,& Macarium Hierosolymitanũ,quos sycophanticè hæreticos vocat,quòd coæternum & antefæcularem , * eiusdémque honoris & eiusdem substantiæ cum patre filium esse docuerũt.Hoc scripto permotus Eusebius, quùm plures alios venenum hæresis euomens incitauit,tum ad Paulinum Tyriæ ecclesiæ antistitem literas dedit,quas audire conuenit.

* ingenito filium Deo.
† ἀγεννησίας.
* ἀγεννητογενῆς. Arianorum quorundam nomina.
† ὅτι προϋπάρχειν ἐφὸς τὸν υἱὸν ἀνάρχως, Deum præexistere filio sine principio.
* συλλειτουργικά.
* ὁμοτίμιον, ὁμοούσιον.

* *Collucianistam Eusebium vocat, quasi cõdiscipulum, qui secum Lucianum presbyterum Antiochenum martyrem,sacras literas Antiochiæ docentem, audierit.*

Quæ Eusebius idem Paulino Tyrio episcopo scripserit. Cap. 10.

Deum præexistere filio sine principio. Eusebij Nicomediensis ad Paulinum Tyri episcopum epistola. a Eusebium Pamphili Cæsariensem antistitem intelligit.

DOmino meo Paulino Eusebius in Domino salutẽ.Neque egregium Domini mei a Eusebij pro verbo veritatis , de quo ad nos est renunciatũ,studiũ:neque tuum eadẽ de re silentiũ, Domine,tacitũ apud nos est. Itaq; pro eo atque cõuenit,de domino quidem meo Eusebio lætamur:de te autem dolemus, tanti viri silẽtio causam nostram damnari existimantes.Quapropter te,qui nosti prudenti viro minimè omnium cõuenire,vt aliena & absurda sentiat, veritatémq; obticeat,hortor,vt spiritu mẽtem tuam ad scribendum redintegrante scribere tãdem de rebus iis incipias,quæ & tibi & auditoribꝰ futuræ sunt vtiles:præcipuè,si cõsentanea scripturę,vestigiis verborum & sententiarum eius insistens,scribere animum induxeris.Neque enim duo ingenita audiuimus,neque vnum in duo diuisum,sed neque * corporeum quid perpessioni obnoxium didicimus aut credidimus, domine : verùm vnũ quidem ingenitum vnum verò ab ipso verè , nõ autem ex substantia eius * factum , prorsus naturæ ingeniti non particeps:neque quod ex substantia eius sit,sed factum planè sit, aliud natura atque virtute,ad perfectam similitudinẽ dispositionis & virtutis factoris ipsius factum. Cuius principium non verbo tantum inenarrabile,sed neque mente,non dico hominum,sed eorũ quę supra homines sunt,omnium,comprehensibile esse credimus.Proindéque non nostris ipsorum rationibus freti , sed sacræ scripturæ autoritatibus edocti,dicimus,conditum esse & fundatum & genitũ substãtia, & immutabili atque inenarrabili natura & similitudine ad factorẽ ipsum,sicuti ipse dicit Dominus:Deus creauit me in initio viarum eius,ante omnes colles genuit me.Si verò ex ipso,hoc est,ab ipso erat , ceu pars eius, aut ex defluxu substantiæ,non iam creatus,neq; fundatus esse diceretur : id quod ipse quoque, domine,profectò non ignoras. Quòd enim ex ingenito existat, conditum iam ab alio, vel à seipso,fundatúmue non sit,vtpote ab initio ingenitum existens. Si verò genitum id esse dicatur, † indicium quoddam de se præbeat , veluti ex paterna substantia genitum , & ex natura eius * æqualitatem habens. Scimus autem, quod non de eo solo genitum esse, scriptura, verum etiam de aliis,illi per omnia natura dissimilibus,loquitur. Nam & de hominibus dicit: Filios genui & exaltaui,ipsi autem spreuerũt me. Et, Deum qui genuit te,dereliquisti. Et in aliis quid dicit? Qui genuit guttas roris: non naturam ex natura , sed cuiuslibet rei quæ generatur, ex voluntate eius, generationem deducens. Nihil enim est ex substantia eius:verùm omnia voluntate eius, pro se quodque,genita sunt, sicuti genita sunt. Atque ille quidem Deus , hæc verò ad similitudinem eius † ratione sua similia futura,& tamen omnia ex Deo. Quę tu accepta & elaborata,pro ea quę tibi diuinitùs adest gratia , ad dominum meum Alexandrum perscribe.Persuasum enim habeo, si ad hominem scripseris , te eum permoturum esse. Saluta omnes in Domino.Valentem te,& pro nobis orantem,diuina gratia cõseruet, Domine.

* σωματικὸν πεποιθὸς, Niceph. Al. σωματικὸν τι πέπηγὸς. sententia eius febri de persona filij Dei Arianissantis.
* ὑπόφασίν τινα ἔχει. Alij habent ὑπόστασιν, hoc est,diminutionem,decrementum.
* ἰσότητος identitatem.
* λόγῳ.

De Synodis pro Ario coactis,& de turba & confusione quæ per orbem Arium inuasit. Cap.11.

TAlia & isti scripserunt, aduersus veritatem bellum instituentes. Postquam autem diu multúmque scribentes , persuadere Alexandro quod volebant non potuere, perinde atque iniuria affecti essent,ægrè id ferentes , magno studio in hoc incubuere , vt Arij dogma obtineret. Et in Bithyniæ primaria vrbe,impietatis instituta officina , Eusebius ad plerosque orbis Christiani Episcopos literas dedit,vt Arium sectatorésque eius ad communionem admitterẽt. Sic enim futurum , vt ingentem de dogmate consequerentur gloriam:& Alexandro,vt idem faceret, autores fierent. Vt verò nihilo magis A cœptum eorũ ex sententia processit , quod Alexander in eis quę semel decreuisset , constanter perseueraret:desperata ea re Arius,internuncios ad Paulinum, & Eusebium Pamphili, & Patrophilum Sytopolitanum , & ad illorum collegiũ misit, vt sibi sectatoribúsque suis populi sui in ecclesia cogendi , sicuti antea fecissent,potestas fieret,petens:quippe qui lóngo ipse iam tempore ordinem locúmque suum inter presbyteros haberet, & ex consuetudine antiqua vnus quidẽ omnibus præesset episcopus : presbyteri autem suas ipsi regerent ecclesias , atque in eis populũ congregatum pro concione docerent. Illi legationem hominis suscipiunt,& cum aliis in Palæstina conuenientes , petitionémque eius adimplentes, decretum in scriptum referunt : Arium quidem,vt antea , conuentus cogere posse:Alexandro autem subditũ esse,deprecarique & supplicare ei,quo in gratiam vnionem qúe eius peruenire posset,debere. Sed & alia quoq; in Ægypto Synodus hac de re acta.Ario Melitius etiam sectatorésque eiusdẽ fauerunt, cúmque maximè iuuerunt : qui & ipsi non ita pridem ab ecclesia desciuerant, & malè erga Alexandrũ animati erant. Quis autem Melitius iste fuerit ,nam antea diximus . Cæterùm hæresi hac per Ægyptum,& alibi passim in ecclesiis vulgata , dissidiũ vbique implacabile excitatum est . Et vulgus iudiciũ earum rerum sibi sumebat. Agebatur de his publicè in foro , aliis ad hanc, aliis ad illam partẽ animi affectione inclinantibus. Eáque rerum facies risum prorsus , tragicúmque præbebat spectaculum . Siquidem non peregrini & aduenæ ecclesias oppugnabant,sed ciues ac tribules quotidiana consuetudine inser se coniuncti , bellum intestinũ gerebant , linguis pro hastis vtentes,& seipsos inuicem mordentes.In eam sanè indignitatem res euasit , vt publicè Christianissimus , ad iocum & ludibrium omnibus expositus esset. Iuueniliter namque inter se decertantes,legationes circummittebant , vtra pars maiorem ad se pertraheret hominũ frequentiam. Et quamplurimæ epistolæ , inter se contrariæ,passim mittebantur ab eis qui vel Alexandrum vel Arium opinionibus suis assentiri cupiebant . Vnde deinceps , quæ sequutę sunt hæreses Arianorum, Eunomianorum , & si quæ sunt aliæ , dissidij & conflictationis occasionem sumpsere.

Arium vt presbyter , conuentu in ecclesia sua cogendi potestatem petit, permissum id Ario quatenus Alexãdro episcopo morigerus esset,palæstinis episcopis statuentibus.
Melitiani Arij fautores. Vulgus etiam sibi iudiciũ ecclesiasticorum cõtrouersiarũ sumit. id quoque ætate nostra vsitatum est.
Hæresum plurium ex cõtentione eiusmodi ortus.

Vt Constantinus audita Ecclesiæ contentione , Hosium. Hispanum in Orientem miserit , ad concordiam inter dissidentes conciliandam. Cap. 12.

QVæ contentio quum ad imperatoris quoque aulam peruenisset , non mediocriter, ea audita, laudatissimus permotus est atque indoluit Princeps. Et graui in animo concepto mœrore, propriã eam reputauit esse calamitatem. Confestim ergo flãmam accensam extinguere, & quam celerrimè malorum sontem obturare studuit. Verebatur enim,quòd nuper admodum religio vigere cœpisset,multos eiusmodi opinionũ dissensione adductos , fidem auersaturos esse. Itaque literis scriptis, & Arium & Alexandrum obiurgans, vicio eis vertit , quòd quæ latère potuerit, quæstionem in medium atulerint : & nimia ad contendendum inclinatione,ea perperàm vulgarint,quę neque prorsus in

Constantinus per literas Alexandrum & Arium ad cõcordiam est cohortatus.

animũ admittere,aut certè , si admisissent, silentio tegere,neque ita inter sese dissidere,quanuis illis tum de dogmate non conueniret, debuissent.Omnium quippe maximè necessarium vnũ esse putauit,vt de diuina prouidentia consentiamus & omnes eandem fidem seruemus. Exquisitè verò de eiusmodi rebus inquirere , * secundarum esse partium. Quod si ambiguæ emergerent sententiæ,rectius eas in recessibus mentis, tanquam in vmbra , tegi. Quapropter vt à talibus contentionis nugis alieníssimi, idem sentirent , eos est cohortatus. Ægrè sibi esse quàm maximè testatus,homines tales & vrbes Orientales, quamuis vsu publico id flagitante,ipsámque adeò Alexandriam , tanto sibi eius dissidij impedimento obiecto , visere. Talia quædam obiurgatione & suasione temperata, Alexandro & Ario sapientissimus scripsit Imperator. Graniter etiam admodũ tulit , quòd audisset, quosdam in Oriente festum Paschæ diem nõ eodem tẽpore,quo reliquos omnes Christianos , celebrare : eósque quum singulare quiddã sibi vsurpare,atque à destinato receptæ ab aliis consuetudinis instituto recedere , tũ ferias eas Iudaico quodam more peragere. Quapropter fieret , vt tam lætus & festus Christianorum conuentus obscuraretur , & dissensione deprauaretur. Itaque consentientem statum ecclesiis conciliare volens , vtraque in re inhibere mali currentem impetum, priusquã latius ad plures peruenirẽt, & seditionem ad concordiam reducere studuit. Eius rei gratia, virum & vita & doctrina insigni præditum,qui quùm aliis in rebus præclarus esset,tum in tuenda fidei professione paulò antea magnam sibi gloriam comparasset, quíque in maxima apud Imperatorem veneratione & honore præcipuo esset, nomine Hosium , ciuitatis Cordubæ in Hispania episcopum, ex omnibus familiaribus suis delectum, cum literis ad eos qui in Ægypto inter se dissidebant conciliandos , & ad concordiam reducendos:& item ad eos qui in Oriente , ecclesiis aliis se Paschali die celebrando non accommodabant , ad consentientes nobiscum ceremonias pertrahendos , misit. Literarum earum partem aliquam non incommodum fuerit hoc loco inserere. Epistolam enim totam , Eusebius libro secundo eorum quos de Constantino scripsit , de verbo ad verbum retulit. Cuius capita quædam sic habent.

* ἐν δευτέρῳ τῶν βίων.

In fidei professione omnes consentire debemus.

Quæstiones ecclesiasticæ non temere promulgandæ.

Cõtrouersia de tẽpore Paschæ celebrandi.

Ad dissensiones eiusmodi componendas constantinus Hosium Cordubensem episcopum in Ægyptum & Asiã misit.

Euseb. lib. 2.

Epistola Deum diligentis Imperatoris,Ad Alexandrum & Arium missa. Cap. 13.

VIctor Constantinus , Maximus , Augustus, Alexandro & Ario. Quæstionis præsentis exordium à vobis isthinc extitisse,intelligo.Quũ enim tu Alexander à presbiteris requireres,quid quisque eorum sentiret de quodam loco scripturæ, seu potius de cuiusdam partis inani quæstione interrogares : & tu Ari, quod vel prorsus in animum non admissum , vel certè admissum silentio mandatũ oportuit , improuidè respondendo exponeres,excitata inter vos dissentione conuentus quidẽ solennis quibusdam denegatus , sanctissimus autẽ populus in partes scissus, communis corporis apta & consentiente vnione excidit.Itaque vterque vestrũm ex æquo sen-

Epistolæ Constantini ad Alexandrum & Arium particula.

Dolet Ecclesiasticam vnionẽ dissidium esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentiã animúmque animaduertẽs, ad quod vos E conferus & collega vester legitimè ac iustè cohortatus fuerit, id suscipiat. Quid verò hoc ipsum est? Neque interrogare de eiusmodi rebus à principio, neque interrogatũ respondere, equũ erat. Eiuscemodi enim quæstiones, quas non aliqua legis & religionis nostrę necessitas iniungit, sed inanes inutilis * ocij nugæ proferunt, etiamsi naturalis alicuius exercitationis gratia proponantur, tamen intra abdita mentis nostrę continere, neque vel facilè in publicos cõuentus producere, vel incautè omnium auribus credere debemus. Quotus enim quisque est, qui res ita magnas & difficiles admodum, aut certò perspicere, aut ritè exponere queat? Quod si quis id sibi facere procliue esse ducat, cui parti plebis id persuadebit? aut quis tandem erit qui contra tales tantarum rerum argutias & subtilitates, sine periculoso lapsu consistet? Quã ob rem inhibenda est in talibus * disputatio longior, ne quo modo, si vel naturæ nostræ imbecillitas, quod propositum sit, exponere non valeat: vel dissentium auditorum hebetius ingenium, id quod exquisitè dictum sit, assequi non possit: in alterius istorum, blasphemiæ scilicet, aut schismatis atq; dissidij necessitatem populus incidat. Itaque & interrogatio incauta, & responsio improuida, æquam sibi inuicem in vtroque veniam concedant. Neque enim de præcipuo aliquo legis nostræ præcepto occasionem concertandi sumpsistis, neque nouum aliquod à vobis de cultu Dei institutum est inductum, sed vnam eandémque haberis propositam rationem, sicuti communionis etiam tesseram. Et quum de rebus minimis inter vos contentiosè decertetis, minimé omnium decet, per dissensionem, vos tantã populi Dei multitudinem pro arbitrio vestro ducere. Quod neque decorum, neque prorsus fas esse creditur. Sedenim, vt prudentiam vestram paruo exemplo commonefaciam, non ignoratis sanè, philosophis etiam ipsis de vno omnib⁹ conuenire dogmate, & persæpe eosdem de parte aliqua sententiarum aut brevium dictorum dissentire: sedenim etiam si scientiæ virtute discordent, corporis tamẽ vnione inter se conspirant. Quod si hoc sic habet, quomodo non multo iustius fuerit, vos, qui magni Dei ministri, in tentæ religionis instituto collocati estis, vnanimes inter vos esse? Verùm age, deliberatione maiore consideremus, & cogitatione prolixiore quod dictum est animaduertamus, an rectè propter paucas & vanas verborum inter vos rixas, fratres fratribus aduersentur, & solennes conuentus impia dissensione per vos segregentur, qui de paruis admodum & minimè necessariis rebus mutua contẽtione decertatis. Vulgaria hæc sunt & puerilibus mentibus magis conuenientia, quã sacrorum & prudentium virorum sapientiæ cõgruentia. Decedamus nostra sponte à diabolicis tentationibus. Magnus ipse Deus & Saluator omnium nostrũm, commune omnibus protulit lumen: per cuius prouidentiam, cœptum hoc mihi illius longè † potentioris famulo, ad finem debitum perducere permittite, vt * per vos, illius populos, mea admonitione, ministerio, & cohortationis contentione ad conuentus communionem reducam. Est enim, quemadmodum dixi, vna quædã in vobis fides, vna instituti vestri sententia, & legis ipsius præceptum omnibus suis partibus in vnum animæ propositũ & voluntatem omnia concludit. Hoc ipsum quod vobis inter vos contentionẽ peperit, quandoquidem non ad totius legis vim refertur, nequaquam apud vos seditionem aliquã & secessionem faciat. Atque hæc dico, nor vt omnino necessitatem vobis istam valde querilem atque incautam, aut qualemcumque tandem quæstionem sopiendi imponã. Potest enim à vobis sincerè solennitas conuentus retineri, & communio omnium seruari, quamuis maximè in parte quapiam inter vos aliqua sit de re minima dissensio. Siquidem non omnibus nobis, in rebus quibusuis, eadem voluntas est, neque vna apud nos natura aut sententia obtinet. Itaque de prouidentia Diuina, vna in vobis sit fides, vna sententia, vnus de Deo consensus. Et verò quæ de minimis istis quæstionibus inter vos exquisitè inquiritis, tametsi ad eandem sententiam non deducantur, conuenit intra cogitationem retinere, atque in animi penetralibus conseruare. Itaque facite, vt ineffabile illud & præcipuum communis amicitiæ & charitatis sacramentũ, & veritatis fides, Deique cultus, & religionis atque legis nostræ honor & reuerentia, constans & firma apud vos permaneant. Redite ad mutuam charitatem & gratiam, reddite vniuerso populo suos amplexus: & vos ipsi veluti animas vestras expiantes, rursus alter alterum agnoscite. Iucundior namque persæpe, post depositas inimicitias, reconciliatione interueniente, fit amicitia. Reddite mihi quoque serenos dies & noctes securas, vt mihi suauitas aliqua purę lucis, & tranquilla vitę lætitia deinceps seruetur. Quod si non fit, illa mihi necessitas incumbit, vt suspiriis & lachrymis totus extenuer, & neque vitæ huius tempus placidè sustineam. Si enim tot Dei populi, hoc est conserui mei, tam iniqua & detrimentosa inter se decertatione dissideant, quomodo fieri potest, vt ipse deinceps animo constans? Cœterùm vt summum meum hac de re mœrorem amplius intelligatis, illud se habet: Nuper adeò, quum Nicomediæ essem derepentè nescio quo vrgente, in Orientem cogitaui. Et properantem me ad vos, quum maiore iam ex parte nobiscum essem, nuncius huius rei perculit, & consilium cœptumque meum disturbauit, méque retrocedere coegit, vt ne oculis conspicere cogerer, quę auribus quoque intoleranda esse iudicaui. Aperite mihi deinceps, per cõcordiam vestram Orientale iter, quod murmis vestris cõtentionibus clausistis. Date mihi hoc, *factus, retro-* vt celeriter vos omnésque alios populos lætus *cessu-* videre, & pro communi omnium concordia & libertate, orationibus auspicatissimis sanctissimisque verbis, debitã gratiã Deo agere possim.

Quæstiones de religione non necessariæ non facilè proferendæ.

Petit Constantinus, vt sibi permittatur, excommunicatione Arianorum ab olata Christianorum populum ad vnanimes in ecclesia connẽtus reducere.

Exhortatio ad concordiam.

* ὠολυλεσχία.

† τῆ ἀρέτῃ θεῷ vos, vel scilicet.

* id est, vestra pace.

Ne prima vniuersali sancta Nicæna Synodo, quæ de ea Eusebius scribat. Cap. 14.

ET Imperator quidem prudenter hęc ita scripsit. Dissidium autẽ magis inualescebat: res omnis prẽter spem in deterius vergebat, & contentio impotens reconciliationi locum non relinquebat. Neque enim tam pium Imperatoris studium, neque excellens oratoris virtus, quidquam effecit. Et tantum abest, vt ad gratiam redintegrandam homines persuaderentur, vt amplius etiam ad vindictam sint excitati. Quapropter infectis rebus ad Imperatorem rediit, qui ad pacem componendam missus fuerat, Hosius. Itaque Imperator, malum id ad summum excrescere cernens, decantatissimam illam in Bithynia Nicænam Synodum promulgat: & literis locorum omnium Episcopos ad constitutam diem eò euocat. Illos publica vehebant vehicula & iumẽta, publici equi & muli: nec ipsos tantum, sed etiam qui eos ministerij gratia comitabantur. Conuenere eò ferè ex omnibus prouinciis & vrbibus patres: quorum nomina vnà cũ vrbibus, quibus Episcopali administratione præfuerunt, magnus Athanasius in Synodali suo libro recensuit. Episcopi fuere circiter trecenti decem & octo: nec pauciores sacerdotes & diaconi, eorum comites. Apostolicas sedes tunc tenuere Alexandrię ad lacum Maræoticum sitæ, Alexander: Antiochiæ ad Orontem, ecclesia iam tũ Eustachio commissa fuerat, Philogonio non ita pridem ad Deum recepto, & ad meliorem vitam translato. Hunc Eustathium inuitum admodũ & reluctantem, vi plurima allata prouinciales episcopi, sacerdotes, communisque Domini populus, ex Berrhœa ad eum thronum pertraxerunt. Hierosolymis episcopatum gessit suo respondens nomini, Macarius: Romæ Iulius, Constantinopoli Alexander. Et Romanus antistes, propter ætatem decrepitam: Constantinopolitanus verò, propter multam imbecillitatem, in sedibus suis remansere: sed eorum nomine bini presbyteri missi sunt, à Iulio quidem Vitus & Vincentius, ab Alexandro autem duo alij & vita & eruditione plurimũ excellentes. Habebant C ij ab illis mandatum & cautionem, vt in conuentu locum illorum obtinerent, & quod ibi ritè atque ordine actum decretúmque esset, comprobarent. In Synodo ea, multi Apostolicis donis pollebant: non pauci etiã propter Christianam constanter obitam confessionem, stigmata & notas in carne circumferebant: præsertim ex episcopis, Paphnutius superioris Thebaidis, & Spyridó Cyprius Trimythuntis, & Hosius Cordubæ, & Iacobus Nisibis, (sic enim Antiochia Migdoniæ antea vocata est) qui etiam mortuos resuscitans in vitã reduxit, & innumera alia miracula edidit: Meletius Sebastiæ, Basileus Amasææ, Nicolaus Myrorũ, Gregorius maioris Armeniæ, Paulus Neocæsareæ in Euphratis ripa conditæ: qui ambarum manuum vsu, Licinij improbitate, ignito ferro venis atque neruis, quibus vis mouendi inest, peruſtis, orbatus fuerat. Et alij, quibus partim alter oculus stridenti ferro ademptus erat, partim poplites dextri cultrio mutilati, pedes ad gradiendum inutiles reddiderant. Inter quos & Paphnutius Ægyptius fuit: de quo sicut & de Spyridone, posteà dicemus. Atque, vt simpliciter dicam, martyrum planè populus in vnum conuenit locum. Affuere ibi etiam plurimi alij, ex præstantibus & laicis, docti & eloquentes, in primisque sacrarum literarum, nec non prophanarum quoque disciplinarum peritia præclari viri, alterutri parti momentum afferre alacriter parati. De eis porrò qui ibi cõuenere, Eusebius Palæstinus in tertio ad Con

Constantinus Nicænã indicit Synodum.

Pauperras Episcoporũ veterum.

Numerus Episcoporum qui ad Synodum eã conuenerũt.

Primariarum ecclesiarum antistites.

Legitima antiquitus Episcopi electio seu postulatio.

Mandatarij Romani & constantinopolitani episcoporum.

Episcopi sanctitate vitæ, miraculis, & confessione christi spectati.

Laici etiam docti & pij ad conuentum Nicænum veniunt.

propter quæ stiones non ita magni momenti vnio & communio ecclesiastica nõ sinenda.

Constantinus in sinuauem sibi vitam fore putat, nisi res ecclesiastica ad pacẽ & tranquillitatem reducatur.

In Orientem Nicomedia proficiscens Constantinus, in itinere de dissidio ecclesiarum certiur factus, retrocessum facit.

Hosius orator infectis rebus ad Constantinum redit.

A stantinum libro hæc refert: Ex ecclesiis omnib⁹, quæ per Europam, Lybiam, & Asiam omnem sunt, ministrorum Dei columnæ conuenerunt in vna oratoria æde, perinde atque à Deo amplificata: Syri & Cilices, Phœnices & Arabes, Palæstini, eíisq; vicini Ægyptij, Thebæi, Libyes, & qui à Mesopotamia venerãt: quin & ex Perside Episcopus aderat. Neque Scytha in eo choro desiderabatur. Pontus quoque, Asia Phrygia, & Pamphylia, delectos suos & præcipuos viros eò miserãt. Aderant quoque Thraces, Macedones, Achæi, & Epirotæ. Quin & qui iis longinquiores remotioresque sunt aduenerãt. Ab ipsis quoque Hispanis, * celeberrimus ille vnà cum aliis, ibi considebat. Imperatoriæ sanè vrbis Antistes propter ætatem senilẽ aberat, sed presbyteri eius præsentes vicem eius implebant. Solus profectò B & vnus Imperator Cõstantinus post sæcula con dita, Christo seruatori suo, corona pacis vinculo cõtexta, de victoria contra hostes parta, einsemodi diuinum * gratiarum actionis consecrauit donarium, & præclarũ hoc Apostolici chori apud nos exhibuit specimen. Quandoquidem ad exemplum illius, conuentus coactus est ex gentis omnis quæ sub cælo est, viris religiosis: in quibus erant Parthi, & Medi, & Elamitæ, & Mesopotamiã incolentes, Iudęam quoque & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libyæ quæ est ad Cyrenẽ, aduenę Rom. Iudæi & proselyti, Cretes & Arabes. Præterquàm quòd illic non omnes ex Dei ministris conuenerant: in præsenti verò choro, Episcoporum turba trecentorum numerum excessit. Qui verò eos comitati sunt, presbyterorum, diaconorum acoluthorum, aliorũque plurimorum, neque numerum inire erat. Inter eos autem Dei ministros, alij quidem sapientiæ sermone, alij autem vitæ morũmque firmitate, & patientiæ constantia enitebant: alij rursum mediocribus dotibus ornati erãt. Nonnulli porrò ætate prouectiore venerationem merebantur, nonnulli iuuenilibus annis animorúmque vigore florebant. Quidam etiam non ita dudum functionis suæ susceperant munus. Atque his omnibus quotidie Imperator sumptus liberaliter præberi curauerat. Hæc Eusebius.

Eusebius Pamphili de Nicæno Episcoporũ conuentu.

* ὠολυλεσχία.

Liberalitas Imperatoris in episcopis alendis. Episcoporum sanctorũ paupertas.

Quæ ante Synodum sint acta: & de duobus philosophis, qui præter omnium opinionem in Christum crediderunt. Cap. 15.

PLurimi sanè Arij partibus addicti erant, maximéque opinionẽ eius comprobabant: Eusebius olim Beryti, postea vero Nicomediæ antistes: Theognis Nicææ ipsius, & Maris Chalcedonis Bithynię, episcopi. Quibus cum fortiter cõgrediebatur Athanasius, inter diaconos Alexandriæ primarius, ipsíque episcopo Alexandro percharus: quippe præclara doctrina & virtute præditus, & disputator grauis & acutus, nõ minima sanè consilij Synodi eius pars, Imperatori ipsi & familiaribus eius egregiè notus. Quãobrem, magnum contra sè Arianorum concitauit odium: sicuti historia procedente posteà indicabimus. Prius autem quàm omnes episcopi in publicum coirent conuentũ, pro eo atque fieri consueuit, qui artium disserendi periti erant homines, quasi præludentes certamina, de sentẽtiis

Χαρις ἱερεων Apostolicus episcoporum chorus.

Episcopi Arianizantes.

Athanasius archidiaconus Alexãdrinus.

præludiũ disputationis Nicænæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christiana doctrina non est dialectica arte suffulta.

quas sequebantur, & contentiones inibant. Et E quum quidam disputationis voluptate longius producerentur, ex confessoribus Laicis aliquis, simplici prudentia ornatus, qui ibi aderat: Doctrinam, inquit nostram non verborum fraude, aut differendi aliqua arte, † primi eius autores atque adeò spectatores prodidere, sententia & fide nuda boniſq; operibus simpliciter & apertè fundatam. Arianis idem suasit, ne quid de fide ab initio tradita nouarent, sed inexploratò sententiam de numinis diuini cultu complecterentur. At illi non oportere, dixerunt, antiquorum, nisi inquisita re, recipere sententias. Verùm nõnulli quidem consilium confessoris minimè cõtemnendum esse iudicarũt: nonnulli autẽ, quòd vera eum dicere scirent, sermones cum eo tum non conseruerunt. Sed & multi ex Græcorum philosophis, disputationibus se immiscuerunt: F alij quidem, vt quæ nám esset religio nostra discerent: alij verò, quod indignarentur, per Christianismum nuper admodum ortum, Græcę superstitionis impostura supprimi & perire. Atq; ij professionem nostram in contentiosam controuersiam trahebant, vt propter intestina dissidia pessum iret, minúsque multis grata esset. Horum quidam arte dicendi sese ambitiosè venditans, sacerdotibus nostris insultabat, & nugas ac deliramenta dicta eorum esse, cum reprehensione obiiciebat. Eius tam agnoratam superbiam, simplex quidam senex non ferens (creditur autem celebris ille & magnus Spiridon fuisse) cũ eo disputatione est cõgressus. Et temerariis quidem ea res risui fuit: qui verò æquiores humaniorésque erant, verebantur, ne ab homine arte multa instructo, vir Græcarũ disciplinarũ prorsus expers, ludus fieret, & tamen dignitate tanta spectatum inhibere reformidabant. Itaque quum id ei permissũ esset: In nomine Iesu Christi, Philosophe, inquit, audi. Vnus est Deus cœli & terræ, visibiliúmque & inuisibiliũ omnium conditor, qui vniuersa hæc virtute Verbi produxit & sustinet, & sanctitate spiritus eius stabilit & confirmat, Id Verbum, quod à nobis filius Dei nominatur, errorem & seductionem humani generis miseratum, natum est ex muliere, & humanum substantialiter recepit corpus: mortuum etiam est pro nobis, & resurrexit. Et venturus est primo quoque tempore, factorum cuiusque quæsitor & index. Hæc sic se habere, citra curiosam inquisitionem credimus. Nec tu, quomodo hæc sint, quære: neque rationem eorũ arguere aut explorare aude. Superãt enim hæc ratione, & cognitionem omnem longè præcellunt. Et paululũ conticescens: Credisne, inquit, hæc? respondit. Ad hæc primùm hianti ore consternatus Philosophus: deinde, Credere se dixit: victúmque esse statim professus eadem quæ diuinus ille senex sentiret, se quoque sentire cõstituit: atque vt & alij eundem reciperent animũ, operam dedit, iureiurando cõfirmans omnibus, non sine diuino numine religionem complexũ sed arcana quadam vi ad sacra Christianorum se traductum esse. Idem postea Alexandro episcopo Constantinopolitano accidisse dicunt. Vix dum post Synodum Constantinus Byzantium venerat, quum quidam Græcorum philosophi accedentes, cum reprehenderunt, quòd se illegitimo religionis cultui dedidisset, ac res diuinas nouasset, sacra alia quã maiores eius coluissent, & tot seculorum tempora tulissent, sectatus. Et vt periculum eis de noua opinione facere, atque cum Episcopo sermones conferre liceret, rogarunt. Atque ille, tametsi inexercitatus & artium differendi imperitus, vitæque tantum integritate fretus, (erat enim, vt vix alius quisquam, honestus & bonus) tamẽ Imperatore iubente, colloquij congressum non detrectauit. Et quũ permulti Philosophorũ conuenissent, vt ex omnibus aliis præstantissimus vnus ad disputandum deligeretur, aliisque taciti & quieti sedentes auscultarent, periit. Ita vni ad certamen progresso: In nomine Iesu Christi, Alexander inquit, tibi, vt ne loquare, impero. Atque ille vnà cum hoc verbo lingua eius impedita obmutuit, eo, quod sibi acciderat, facto, reliquos per nutũ admonens atque exterrens. Et quum signis manuúmque gestu, credere se significasset, cum linguæ soluta simul vocem recuperauit. Sic scilicet ille experientia ipsa vim & documentũ mysterij cepit. Etque hæc sic gesta.

Laici confessoris scitum dictum, eiusdem que consilium.

Arianis data, m. philosophi etiã infideles de professione Christiana disputant, sed consilio improbe.

Spiridon simplex & grãdæuus episcopus philosophum argutũ paucissimis verbis ad religionem Christianam addu cit.

Idem in alio philosopho Alexander constantinopolitanus antistes fecit.

Vt imperator Synodum ipsam ingressus sit: & oratio eius quam ad sacrum Episcoporum ordinem habuit. Cap. 16.

IMperator ipse quoque, vbi festo die propter victoriã à Licinio reportatam peracto, Nicæam venit, maximũ in Imperiali palatio ædificium exornauit, & subsellia sediliáque satis multa, qui conuenerant sacris viris, parietibus quoque productis, fieri curauit: & vnicuique congruenti habito honore, ordine eos omnes ingredi iussit. Quum verò ei videretur, vt & ipse in consilium prodiret, postremus omniũ cum paucis ingressus est, digna prorsus admiratione corporis proceritate, vultúque læto conspicuus, & nouam quandam gratam atque decentem, quæ in facie eius insidebat præferens venerationem. Et summissiore, quàm Amplitudo eius ferret, throno, qui ei paratus fuerat, posito: non prius sibi considendũ putauit, quàm id ei ab Episcopis permitteretur. Tanta in Imperatore humanitas cum reuerentia, qua viros illos prosequebatur, coniuncta inerat. Et tandem primus ipse in conuentu admonitus consedit, & cum eo simul sacer ille chorus. Ibi, quũ altum esset silentium, primus Antiochenæ ecclesiæ episcopus Eustathius, orationis laudibus perinde atque recens decerptis floribus, Imperiale illius caput exornauit, spectatũque diuinis rebus curandis studium eius legitimo honore & faustis ominibus compensauit. Itidem & Pãphili Eusebius assurgens egit. verba enim ad eũ, quibus virtutes eius laudibus vehebat, fecit, & per eum gratiarum actiones & hymnos Deo sacrauit. His finitis, silentio rursus facto, Imperator ex ipsa cathedra exhortatione vsus est, qua illos ad concordiam excitauit: & quem quisque priuatim haberet dolorem, eum in præsentia postponere iussit. Permulti nanque alius alium accusauerant: ac tẽpus datũ esse putantes, quo, quod cuique ægrè esset, auerti curarique posset, de quibus rebus inter se conflictabantur, de eis libellos Imperatori obtulerant. Quos quum non grauatè recepisset, ad certum diem postea de eis se deliberaturum dixit: atque in præsens, ad id quod de fide propositum esset, agendum, procedere iussit. Multi siquidem qui libenter diutinas & acres etiam inimicitias gererent, Episcopos quosdam criminabantur, & querelas suas scriptas Imperatori dabant. Quibus ille omnibus colligatis, sigillum annuli sui impressit, eósque diligenter seruari præcepit. Post conuentionem eam, dies constitutus quum veniſset, libellos eos omnes in manibus tenens: Hæ, inquit, querelæ & accusationes magno illi Iudici decidendæ remittuntur, statumque tempus extremi iudicij sit dies: cui iudici occulta etiam manifesta sunt. Mihi quidem homini, errori obnoxio, nefas esse videtur, ecclesiasticorũ virorum accusationes recipere & audire. Neque etiã omnino cõuenire puto, Dei ministros tales se præstare debere, vt vel à me vel ab alio iudicentur. Si nanque sacerdotum delicta plurimis innotescant, maxima præbetur eis offendiculi occasio, qui impunè nullo timore peccare constituere, Quapropter agite. Christum æmulati per mutuam veniam alius alij cõmissa remittamus. Oportere siquidem remitti ab eo debita ille dicit, qui ipse gratiã delicti petat. His verbis dictis libellos in conspectu eorum combussit: ratus nihil se prorsus, quę in eis scripta essent, legisse. Addidit & illud: Si in Episcopum incideret, alienum coniugium violantem, se purpura sua pia culum id obrecturum esse, ne tam fœdum facinus spectatoribus occasionẽ mali crearet. Atque hæc quidem sic ante communem conuentum acta. In concessu autem patrum, oratione ad concordiam eos cohortans, de dogmatibus fidei consultare, & sententias per suffragia dicere iussit. Quæ verò tum ad eos dixit, in summa hæc sunt: Gratias quidem, inquit, rerũ omnium causa, sed huius potissimum conuentus nomine, ago Deo, Patres & fratres charissimi. Rectè enim sic vos appello, quando hanc mihi communis Seruator omnium nostrũm concessit gratiam, vt felicius etiam mihi quàm votis optare fas fuerit, res ceciderit. Tantam nanque sacerdotum Dei, in concilio & conuentu vno frequentiam, illo concedente intueri, an non ingentis felicitatis loco habendum? Sed peruelim vos omnes, eadem cogitantes, & animorũ consensu in eadem sententia consistentes, videre. Rebus enim malisque adeò, quæ quis eloqui possit omnibus, longè deterius mihi esse duco, quòd ecclesiam Dei seditionibus inter se dissidentem, & contrariis hostiliter sententiis conflictantem cerno. Quandoquidem autem (quod sanè factum nollem) quæ ad me relata sunt, omnibus iam innotuere: quo dolore animũ meum perculsum esse putatis, quũ seditionibus inuolutos esse vos audirem? Quod minimè omnium à vobis factũ oportuit, qui Dei ministri & pacis præcones designati estis. Quis iam aliis quietã consilia sequi persuadebit, quando vos tã horriliter arma sumitis, & inter vos depugnatis? Quam ob causam, hanc sactam coëgi Synodum qui Imperator & conseruus vester sum. Et hanc à vobis vnam peto gratiam, quam quum me à vobis recipere, tum vos mihi dare est æquum, vt rebus quæ seditionem hanc peperere in medium prolatis, controuersisque quietis consiliis decisis, ad pacẽ, pro ea quæ vobis ineſt gratia, cunctos redigatis; & doctrinæ concordiam reducatis. Sic enim futurum est, vt ego cum tam frequenti & sacro cœtu vestro, contrà inuidum dæmonẽ, commune sfatuam tropæum. Qui pestiferis illis tyrannis, quorũ opera in rebus omnibus est ex sententia vius, quàm celerrimè è medio sublatis, rerum suarum satagens, intestinum hoc cõmouit bellum, inuidens semper, & rebus nostris prosperis imminens. Quod ego vos tanquam Deo præsente, oro, vt pro se quisque, ea quæ animũ eius angit molestia abiecta, se ad cõmunis concordiæ commodũ adiungat. Neque enim quisquam vestrũm puter rempublicã ritè admistrari posse, si vos ita seditionibus & dissidiis digladiabimini. Et profectò graue admodũ & absurdum fuerit, hostibus iam victis, quum nemo contrà niti audeat, vos armis inter vos contendere, causámque inimicis ea re præbere voluptatis, & ironici subdolique risus: idque de rebus diuinis differentes. Quos doctrina spiritus apertè, quid sit faciendum, docet: Sacrorum namque Euangeliorum scriptura, & Apostorũ diuinitùs inspirata verba, adhæc prisca quoque Prophetarum oracula, manifestè nos, quæ de Deo & dicere & sentire oporteat, erudiunt. Itaque, quæ sacrum hoc bellum excitauit, contentione quàm longissimè missa facta, diuinis doctrinis controuersiarum inquiramus decisionẽ. Quod sanè commodum nobis, & inuentu facile erit, si voluerimus.

Eos constantinus recipit, & criminationibus ad iudicium christi relatis, in cõspectu Episcoporũ combusit.

Episcopos vt alius alij noxam remittat fraternè admonet.

Episcoporũ delicta propter offendiculum se dulo tegenda.

Sanctorum in sacro Nicæno concilio patrũ sessio.

Sanctis patribus constantinus assidet.

Constantinum meritis ornãt laudibus Eusthathius Antiochenus, & eusebius Cæsariensis episcopi.

Exhortatio ad concordiam & vnionem.

Constantinus episcopis concordiã suadet. Supplices criminationum libelli à multis Episcopis imperatori offeruntur.

Intestinũ Ecclesiarum dissidium hostes suæ gelij delectantur.

De quibus rebus Synodus decreta fecerit, & de sanctæ fidei nostræ symbolo. cap. 17.

HÆc ille, aut certè hisce similia, veluti pius filius, ad Episcopos, tanquam patres, dixit. Alia quoque addidit, quibus disputationem de doctrina mouerri permisit, Apostolicã cõcordiã inducere studẽs. Et productus est in mediũ Arius atq; de eis quę ab ipso in quæstionẽ deducta fuerant, diligens & accurata disquisitio facta. In primis verò cauebatur, ne temerè atque præcipitãter in alterutram partem sententiæ proferrentur. Quę porrò hisce de rebus in tertio ad Constantinum libro Eusebius memoret, referenda censui. Plurimis sanè argumentis à parte altera prolatis, ac multa primùm disputatione hinc & inde instituta patienter admodũ omnia audiuit imperator, & intenta diligentia propositas quęstiones sustinuit: seorsimq; deinde quæ ab vtraque afferebantur parte excipiens, paulatim eos qui ardore contentionis acrius ferebantur, conciliauit, & placidè cum vnoquoque agens, atq; Græco sermone vtens, quòd & huius imperitus non esset, suauem & iucundum se exhibuit. Et his quidem persuadẽs, illis verò sermone silentium imponens, nec nõ recta dicentes laudans, omnes autem ad concordiam excitans, in eandem opinionem & sententiam de rebus in controuersiam deductis omnibus omnes perduxit, ita vt in professione eadem fidei consentirent, & eodem tempore omnes se saluriferum festũ celebraturos profiterentur. Decreta quoque communia in scriptũ relata: & vniuscuiusq; subscriptione roborata. Hæc propterea hic inferui, vt professionis fidei testimonium etiam ab hostiũ confessione momentum & pondus aliquod ha-

Processus cõcilij Nicæni.

Imperator Synodo præsidet.

Eusebi quoque Cæsariensis subdoli Arianisans, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicephorus videtur decretū Synodi Nicænæ laudat.

beat. Ne quis obiicere aut cauillari queat, idio- E tas & indoctos prorsus fuisse: qui eam in scriptum retulere. Eorū enim, inquit Eusebius, qui Nicææ conuenerunt, seruorum Dei, alij quidē præcelluerūt sapientiæ sermone, alij vitæ grauitate. Et imperator ipse præsens, omnes ita ad concordiam producens, consentientes effecit. Sedenim professio fidei à trecentis & decem & octo Episcopis in scriptum relata, atque ab eisdem, & simul à sapientissimo Constantino annotationibus confirmata, quæ etiam nunc ecclesiis olim tradita obtinet, de verbo ad verbū sic habebat. Credimus, in vnum Deum, patrem omnipotentem. visibilium & inuisibilium omnium factorem. Et in vnum Dominum IESVM CHRISTVM, filium Dei genitū ex patre, vnigenitum: hoc est, ex substantia patris Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verū de Deo vero: genitum non factum, consubstātialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter homines, & propter nostram salutem, descendit, & incarnatus est, homo factus & passus. Et resurrexit tertia die. Ascendit in cœlos, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctū. Qui autem dicunt, fuisse aliquando quū non esset, aut fuisse priusquam genitus sit, aut ex non existentibus factum esse, aut ex alia subsistentia vel substantia fuisse, aut creatum, aut mutationi alterationiue obnoxium: eos anathemate ferit catholica & apostolica ecclesia. Ad hūc modum omnibus inter se conueniat, vt consubstātialem patri filium esse decernerent, & sanam fidem complecterentur.

Decretum seu symbolū fidei christianæ Nicænum.

Arianorū condemnatio.

De Episcopis qui per dissidium contra decretum Synodi pugnarunt: & quæ contra eos, ipsumque Arium, Synodus & ipse imperator constituerit. cap. 18.

Episcopi Ariani, qui vocem & sententiam τὸ ὁμοούσιον reprehenderunt.

AT pauci admodum Arij laudarunt opinionem. Paulò pòst tamen & ipsi fidē eam approbarunt: (excepto Secundo & Theona) qui etiam ὁμοούσιον & consubstantialis vocem reprehenderunt. Erant autem hi, Eusebius Nicomediæ, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricę, Secundus Ptolemaidis, Menophantus Ephesi, Patrophilus Scythopolis, Narcissus Neroniadis (quę secundę Ciliciæ ciuitas est nūc Irenopolis vocata) Episcopi. Dicebant nanque ὁμοούσιον consubstantiale esse, quod ex aliquo sit * per partitionē, aut per germinationem, aut per fluxum. Ac per fluxum quidem, vt paterni liberi: per germinationem, vt ex radicibus surculus: per partitionem autē vt ex massā aurea ramenta duo vel tria. At quia iuxta nullam talium modorum rationem ex patre filius esset, propterea editum fidei professionem reiicere instituerunt. Et quū ὁμοούσιὸ consubstantialis vocem prorsus non receperunt, tum subscribere decreto ei, quo dignitas sacerdotalis Ario est abrogata, noluerunt. Quæ res Synodo causam prebuit, vt Arium atque vnà omnes qui eius adhærerent sententiæ, excōmunicatos anatemati subiiceret, ac ne quis eorum Alexandriā ingredi auderet, sanciret. Eadē anathema in vodces quoque hęresis eius & librū quem ille contra pietatem compositum * Thaleiam inscripserat, quasi floridum & viridantem, cuius stylus & eloquutio, sicuti ex scripto ipso cognoui, simplex & dissoluta, Sotadisque poëtæ cantilenis persimilis fuit. Ac præterea, si quod aliud eius aut sectatorum eius inuenirent scriptum, vt id igni mandaretur. Quin capite quoque Constantinus sanxit, si quis quidquam eorū pressum occultasse, nec statim exussisse cōpertus esset. Mul- tas insuper epistolas per vrbes passim contra Arium, & qui sectæ eius erant, misit. Eusebium & Theognidem sedibus suis exegit. Et Nicomedienses ad complectendam à trecentis proditam & probatam fidem, aliósque Episcopos qui rectè sentirent legendos,* Eusebiumque obliuioni mandandū, est hortatus. Qui verò cum Ario sensuri, aut opinionem eius laudaturi essent, in eo grauiter animaduersurum esse, est minitatus. Quibus literis etiam significauit, aliā ob causam inuisum sibi Eusebium esse, vt qui antea Licinij partes secutus fuerit. Itaque non solùm illi sunt proscripti, sed alij quoque in eorum locum lecti. Pro Eusebio enim Nicomedię Amphilō, pro Theognide autē Nicæę Chrestus, episcopi facti, ambo sinceriores pietatis quàm maximè studiosi. Illud scire oportet, Eusebium & Theognidem. quíq; prēterea factionis eius erant alios fidei suæ doctrinā in scriptū relatā seorsim Synodo obtulisse, eámq; vt adulterinā & impietatis plenam discerptā esse. Quā ob causam, quòd ingens turba excitata, atque omnes propter manifestā impietatem aduersus eos commoti essent, ipsi quoque, præter Secundum & Theonam, Arium qui dem * anathemati subiicere: exautorationisque illius subscribere nolentes, fidei professioni subscripserunt: quod tamen * simulanter & insincere fecerunt, ab eisio reuersi, sicut postea ostēdemus. Testificabuntur id quoque res eorū aduersus pietatis defensores actæ, & quæ ipsi de rebus his reliquerunt scripta, quæ itidem recensebo. Eusebius sanè alter', cui Pamphili cognomen inditum, affuit & ipse concilio, dubiúsque etiam atque etiam secum considerauit, an promulgatæ fidei professioni assentiri deberet: atq; aliquantulum assensione retenta, eam tendē approbauit, & subscriptione sua confirmauit. ecclesiæ quoque suæ quærenti, professionē & definitionem eam misit, in qua vocem quoque τὸ ὁμοούσιὸ consubstantialis declaratine cui suspectus fieret, tanquam tardius aut negligētim, nulla adhibita cura, illi subscripsisset.

** μεριστῶν, προβολῶν, ῥύσιν.*

Ariani isti formulam fidei Nicenam reijciunt, & Arij exautorationē improbant.

Arius & sectatores eius vnà cū libris suis anathema te iugulati.

** θαλείαν. Hæreticum li.*

** Eusebius Nicomediensis ad Constantinum imperatorem, mann vestem suam quam gestabat demonstrans, dicere est ausus: etiamsi hac me insiciente rupta diuidatur, nō tamē eiusdem substantiæ esse dixerim. Vtrunque. εἰ τὸ τέπὸ ἱμάτιον ἐμὸ ῥαμένε διαῤῥυὲν ἔφοτ' ἂν φαίην τῆς αὐτῆς οὐσίας ἑκάτερον. Qua blasphemia permotus Constantinus, eo promptius in proscriptionem eius consensit. Sozom. lib. 2. cap. 21.*

Quæ de Paschate & hæresiarcha Melitio Synodus decreuerit, & de sacris diuinisque canonibus. cap. 19.

FIdei dogmate ritè atque ordine confirmato, sicnē rursum conuenere, ac de sacris Paschæ feriis disceptarunt. Placuitque omnibus, vt eodem tempore ab omnibus festus is dies celebraretur. Tertio porrò congressu, de eo quem antea dixi- mus Melitio hæresiarcha, eiúsque sectatoribus, atque

atque rebus per eum in Ægypto nouatis, inquisitum atque decretum, vt omnes illi Lyci essent, nudum Episcopatus nomen retinentes, & ne cui eorum postea imponendæ manus potestas esset. Quos autem antea manuū impositione dignati essent, vt illi in ministerio suo, quod sortiti fuerant, permanerent quidem, & absque metu omni communicarent, dignitate autem & honore ab aliis cuiuscunque ecclesię episcopis secundas ferrent: atque vt in defunctorum locū deinceps recens apud eos cooptati surrogarentur, siquidem suffragio digni viderentur, episcopo Alexādrino legente: ipsi verò legendi arbitrio suo potestatem non haberēt. Ac rectè sanè & commodè hoc sic Synodus constituit, vt Melitij sectatorumque eius temeritas atque celeritas manuū imponendarum compesceretur. Tam præfrecta nanque audacia fuit Melitius, vt persequutionis temporibus quum fugeret atque latitaret, man* imponendæ potestatem, ad celeberrimum illum Petrum Martyrem pertinentem, sibi raperet atque vendicaret. Quare illud enenit, vt tantopere schisma & factio eius per Ægyptū inualescerent. His ita peractis, moribus conformandis Concilium leges postremò tulit viginti: Canones nominare solent. De quibus quum consularetur. * reliquis quidem cōstituendum esse visum est, vt quicunque sacrum aliquod sortiti essent ministerium, præterquam Lectores, de cæterò cum vxoribus suis nō concumberent quas ante initum sacrum magistratū duxissent. Solus autē Paphnutius, superiorum Thebarū episcopus, de quo antea nobis facta est mentio, intercessione sua rem eam impediuit: veneratione dignum esse matrimonium, neque castitate & pudicitia sua id carere dicens, legitimúmque insuper ius eius subiicens, Synodum rogauit, vt legem eam non perferret: grauem enim vtrisque, sacerdotibus scilicet & cōiugibus eorum, atque etiam fortasse vitæ parum pudicæ causam fore. Quapropter inquit, pro eo atque antiquitùs seruari solitum est: deinceps quoq; obtinere oportet, vt qui sacerdotalem susceperint dignitatem cœlibes, postea quoque à coniugio abstineāt: qui verò vxore ducta in ordinem sacrum cooptari sint, vt à coniugibus suis non separentur. Hæc Paphnutio, qui vxoreni nunquam duxisset, suadente, Synodus comprobauit atque de hac re, quam arbitrio cuiusliber reliquit, nihil sanxit. De aliis autem, vt ei est visum, ritè atque ordine leges tulit, ad quarum præscriptum conuenit res ecclesiasticas geri. Quæ sanè leges propositæ omnibus sūt & à quouis, si velit, facilè legi possunt.

Meliti us propagandæ hæresis suæ causa, temerè & illegitimè sibi manus imponendæ authoritatem rapuit.

Canones Nicænæ Synodi de conformatione morum cleri.

** 22. reperiuntur apud Rufin. Ecclesiast. historiæ lib. 10. cap. 6.*

Paphnutij Thebæi episcopi de cœlibatu sacerdotum in concilio Nicæno sententia.

Socrat. lib. 1. cap. 11. histo. Ecclesiast.

In sententiam Paphnutij ista Honorij & Theodosij AA. lex est scripta. 1. cum qui. C. de epis & cleric.

Quæ hodie quoque in Orientalibus ecclesiis seruantur.

Quod etiam Accesium Nouatianorum Episcopum imperator in Synodum accierit. Cap. 20.

De Synodi Nicænæ decretis Constantinus Accesium quoque Nouatianū episcopum ad Synodi sententiā audit.

CÆterùm Imperator Dei amantissimus, de communi concordia solicitè cogitans, Accesium quoque Nouatianorum episcopū ad concilium euocauit, eique & de fidei dogmate, & de die festo decretum Synodi ostēdit: interrogauitque adeò eum, an ea rectè sic ab Episcopis esset constituta. Qui quum ea laudasset, neque noui quidquā definitum esse dixisset, se enim & idem dogma fidei à moribus accepisse, & nunquam aliter Paschæ festum celebrasse: Imperator, Quī igitur, inquit, quum in eadem fis nobiscum sententia, à communione nostra tantopere abhorres? Ibi ille diffidij, quod inter Nouatum & Cornelium Romanæ vrbis episcopum sub Decio imperatore fuit, meminit: Nouatum videlicet, eos qui post baptismum peccatū ad mortem pertassent, ac diis sacrificassent, à communione diuinorum mysteriorum reiecisse: solius Dei, & non sacerdotum potestatem eam esse dictitans, talibus hominibus remissionem delicti cōcedere. Ad quem ex tempore imperator: Scalas, inquit, admoue Accesi, & solus in cœlos ascende. Quo dicto, nō Accesium ille laudauit, sed potius, quòd immunē à peccatis se fortè existimauit esse, perstrinxit. Ac res quidem Concilij, sicuti breuissimè exposuimus, sunt gestæ. Mihi verò graue aut molestum non fuerit, ad fidem dictorū certius confirmandā, quę de dolo furentiū Arianorum Eusthathius & Athanasius veræ pietatis propugnacula scripserūt, allegare: quæ ité Eusebius Pamphili, de Synodi cōstitutionibus suæ significauit ecclesiæ: præterea quę à patribus vniuersis sunt cōmuniter decreta: denique quæ Deo charus Constantinus ad quoscunque absentes episcopos, de fidei dogmate, de Paschate, de Ario eiúsq; sectatoribus, & de ipso Eusebio Nicomediensi scripsit. Ex iis enim maxime Synodi acta cognoscentur. Et primùm Eusthathij Antiocheni episcopi verba exponā, quibus Arianorum blasphemiā redarguit, & rem gestā docet: atque insuper dictum illud, Dominus creauit me ab initio viarum suarum, interpretatur. Qui sic scribit:

Dissidiū inter Cornelium Rom. episcopum, & Nouatum presbyterum de pœnitentibus in ecclesiam recipiendis.

Qualia Eusthachius Antiochenus, & Athanasius Alexādrinus, episcopi, vere pietatis propugnatores, de Synodi actis memoriæ mandarint. Cap. 21.

AD rem ipsam, vt gesta est, progredior. Quid igitur est? Postquam eas ob causas Nicææ Synodus coacta est maxima (conuenerunt enim eò ducenti, & septuaginta ferè præterea episcopi: certum enim numerū, propter tantam multitudinis turbam, referre nequeo, neque id adeò magno studio sum scrutatus) vbi de fidei ratione est quæsitum, perinde atque manifestum argumentum atque indiciū blasphemiæ, Eusebij ferè ptum est productum, quod in præsentia omniū lectum, quum varium auditoribus motū, propter peruersam deprauationē, tum authori ipsi probrum attulit maximum. Posteaquam autem conatus fraudulentus Eusebij manifestò est deprehensus, & scriptum iniquissimum in conspectu omnium discerptum, ex composito nōnulli pacificationis nomen præ se ferentes, effecerunt vt qui optimè sententias dicere soliti fuerant, sileret. Ariani verò metuentes, ne tam frequentis Concilij decreto damnati relegarentur, priores ipsi sententia sua abrogatū dogma anathemate professioni fidei manibus ipsi suis subscripserūt. & episcopatibus suis per ambitionem & circumlationem maximā manus plerorúmque prensantes, quòd excidere dignitatibus debuerint, retentis: postea, nunc quidē clandestinè, nūc autē propalàm dānatas docuere opiniones, & variis ea in re vsi sunt argumēris & insidiis. Et quū pāgere vellent zizaniorum plantas, ab hominibus peritis sibi metuentes, Episcopos ipsos deuitarūt, & alios veræ pietatis præcones atq; profes-

Eusthathius Antiochenus de Synodi Nicænæ actis.

Eusebij Nicomediensis cum sectatoribus suis non pulchrè in probrum artulit maximum. Posteaquam autem Synodo stetit.

Arianorum professio fidei in Concilio publicè discerpta.

*Eusebius Nicomediensis, & Theognis Nicæni, et quidam alij Ariani, Nicænis decretis ex tra Arij abrogationem dignitatis, subscribunt, sed adacti, & * ὑπὸλως, id est, abrogatum, abdicationi, & gradationi. Eusebius Pamphili tardiuscule eadem approbauit.*

fores fraudulenter expugnarunt. Non credimus E autem, impios atq; sine Deo homines diuino numine vnquam fore superiores. Etiamsi enim rursus inualescant, rursum tamen vincentur, iuxta grădiloquum & grauem prophetam Esaiam, &c. Hæc magnus ille Eusthathi'. Qui verò eo vel virtute vel pietatis æmulatione inferior non est, celebratissimus Athanasius, ad Aphros scribens, hæc infert: Episcopi qui conuenerant, quum abolere ab Arianis excogitatas impietates voces illas (ex non existentibus creaturam esse, & fuit aliquando quin non erat, & quòd mutabilis sit naturæ) atque eas quæ ex proposito in scripturis sunt promulgare vellēt, quòd scilicet ex Deo filius natura vnigenitus est verbum, virtus, sapientia sola patris. Deus verus, vt Ioannes dixit: & vt Paulus scripsit, resplendescētia glorię, & expressa imago subsistentiæ patris: p Eusebiani à propria insanæ opinionis persuasione trāsuersim acti, inter se sunt colloquuti: † Pactum seriamus, nam & nos ex Deo sumus. Vnus enim est Deus, ex quo omnia: & vetera præterierunt, ecce noua facta sunt omnia, ex Deo autem omnia. In mentem quoque eis venit, quod in pastore scriptum est: Primùm omnium crede, vnũ esse Deum, qui omnia creauerit & perfecerit, atque è nihilo in substantiam deduxerit. At episcopi, vbi versuriam illorum atque impietatis malignam fraudem animaduerterunt, dilucidandum esse, quod ex Deo dicitur, rati, † ex substantia Dei esse filium scripserūt: vt creaturæ quidem, quod à seipsis absque autore substantiam non capiāt, sed principium creationis suæ ex Deo habeāt, sic ex Deo esse perhibeantur: filius autē solus æternus, substantiæ patris esse dicatur. Hoc etenim peculiare & pprium vnigeniti & veri verbi patris. Ac scriptionis quidē eius quæ est ex substantia patris, occasio & causa hæc fuit. Episcopis porrò rursus paucos, vt tum videbantur, illos interrogantibus, an filium dicerent non creaturā, sed virtutem sapientiámque solam patris, atque imaginem sempiternam, non variantem, neque differentem per omnia à patre, & Deum verum: deprehensi sunt Eusebiani sibi inuicem innuere atque dicere, hæc in nos quoq; cadere, quod & nos imago & gloria Dei dicamur. Ac de nobis illud dictū esse, Semper enim nos qui viuim*: &, Virtutes multæ sunt: &, Exiuit omnis virtus Dei ex Ægypto: &, Erucam atque locustam dici virtutem magnam: &, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob, Sed & peculiares nos Dei esse, non simpliciter dici, verùm fratres etiam vocari. Quod si verum quo que Deum filium nos dicamus, nihil eos id perturbare: qui quum factus sit, verus sit. Hæc sanè est Arianorum peruersa sententia. Quapropter episcopi etiam, dolo eo perfecto, ex scripturis collegerunt, præter substitentiam, resplendescētiam, fontem, fluuium, expressam imaginem, &, In lumine tuo videbimus lumen: &, Ego & pater vnum sumus. Inculentiúsque deinceps & cōpendiosius scripserūt, ὁμοούσιον cōsubstantialem patri Eusebius Cæsariensis episcopus nouit: sed ab eis stultè reprehēduntur. * Præter scripturam enim & ipsi impietatis autores erant. Minimè namque scripturæ verba sunt, Ex non existentibus: &, Fuit aliquando quin non esset. Itaque illi verbis non ex scriptura quidē petitis, sed piè tamen inuentis, conuicti sunt & dānati. Ipsi siquidē veluti è stercore erutis vocibus, planè è terra loquuti sunt. Episcopi autem non ipsi sibi verba confingentes, sed patrum de eis testimoniū habentes, ea in scripto suo vsurparunt. Veteres enim episcopi ante annos propè centū & triginta & in magna Roma, & in nostra vrbe, eos reprehenderūt, qui filiū creaturā, & non consubstantialē patri esse dixerūt. Id quod cognitū est Eusebio Cæsareę episcopo, qui prius * quidē Arianæ fuit sectator hæresis: postea verò ipsi Nicænæ subscribens Synodo, ad suos literas dedit, & cōprobauit, ex priscis quoque doctos quosdā & præclaros Episcopos & scriptores in patris & filij diuinitate nomine τῆς ὁμοουσίου cōsubstantialis esse vsos. Ifti igitur morbo suo suppresso, quòd tantā episcoporū multitudinē metuerēt in ea quę decreta sunt, pedibus ierūt, propheticā in se reprehēsionē pertrahētes. Nā & ad eos huius vniuersi Deus exclamat: Populus iste labiis me honorat, corde autē longè abest à me Theonas porrò & Secundus, quòd idē facere nollent, ab omnibus suffragiis consentientibus, sunt excommunicati, vt qui Arij blasphemiam veritati Euāgelicæ anteferrent. Hæc Athanasius.

† συνθέμενα.

Fraudulentis cauillationibus Arianorū pulchre obuia eius patres.

Filius ex substantia patris.

† οὐσία substātia siue essentia dicitur & hoc illo significantius est verbū. Ego verò in vertendo prouidentia substātiæ verbo vsi malui, propter consubstantialis verbum ne ecclesiā etiamnū vsitatissimum

* Stultè Ariani verba Catholicorum, Ex substantia patris, & consubstantialis, quòd in scripturis non inueniantur, reprehendunt: quum Arianorum præstigiarum nec voces, nec sententiæ, in eisdem reperiantur.

Epistola Eusebij Pamphili ad ecclesiam suam, acta Synodi exponens. cap. 22.

SEdenim quæ etiam Eusebius Pamphili, ex ipsa Nicæa ad quosdam Arianos, qui proditionem non iniuria ei obiecerant, scripserit, audire conuenit. Ea sanè rabiem quoque eorum manifestò arguunt. Rectius autem consilium intētionémque eius epistola ipsa indicabit, quæ sic habet: Quæ de ecclesiastica fidei professione, in sequenti Synodo Nicææ celebrata, sint acta, aliun de etiam credibile est vos cognouisse: quòd fama plerunque certam accuratámq; rerum gestārū commemorationē præcurrere solita sit. Cęterùm ne rumoribus huiusmodi rei veritas aliter ad vos quā est acta, perferatur, necessariò vobis misimus, primùm à nobis propositā de fide, scripturā: deinde etiā alteram, quā ad voces nostras accessiombus quibusdā adiectis ediderunt. Scriptum sanè nostrum in præsentia Deo dilecti Imperatoris nostri recitatum, ac rectè probéque conceptū esse iudicatum, ad hūc se habet modū: Professio fidei à nobis exposita, sicuti eam à decessoribus nostris episcopis, atque in prima * rerum sacrarū institutione, & quum sacrum subiimus lauacrū, accepimus, & sicuti ex diuinis discimus scripturis, atq; simul & in presbyterio & in ipso episcopatu professi sumus & docuimus, ea est talis. Credimus in vnū Deum, patrē omnipotentē, rerū omnium visibiliū & inuisibiliū factorē. Et in vnū Dominum Iesum christum, Dei verbū, Deum de Deo, lumē de lumine, vitā de vita, filiū vnigenitū, primogenitū omnis creaturæ, ante omnia sęcula ex patre genitū, p quē & omnia

Theodoritum, cap 8. li. 1. historiæ suæ eccles.

Etiam veteribus Theologis vox τῆς ὁμοουσίου quārumuis ἀγράφως vsurpata.

πρότερον μὲν συνῆν τοῦτο τῷ πατρὶ ὃν ἀιδίως.

Eusseb. Pamphilide synodo Nicæna scribit.

professionis fidei christianæ formula ab Eusebio Pamphilo synodo Nicæna missa.

facta sunt: qui propter nostram salutem incarnatus, & inter homines versatus, & passus est: & resurrexit tertia die, & ascendit ad patrem, venturus rursum in gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Credimus etiam in Spiritum Sanctum: horum quemque esse & subsistere credentes, patrem verè filium, & spiritum Sanctum: quemadmodum & Dominus noster discipulos suos ad prædicandi munus mittens, inquit: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Quæ sic se habere, & nos sic sentire, sic etiam olim obtinuisse, nósque adeo de tali fidei professione vsq; ad mortem decertaturos esse, etiā atque etiam cōfirmamus: anathemate ferientes omnē impiā, † Deóq; carentē hęresim. Hæc nos sic ex corde & animo, iam inde ab eo tempore, quo nos ipsos nouimus, sensisse, atque etiā nunc sentire & profiteri verè, omnipotentē Deum & Dominum nostrum Iesum Christū testamur. Declarare quoque certa & fideli probatione, & persuadere vobis possumus, prioribus etiā tęporibus nos sic & credidisse, & prædicasse. Hæc à nobis exposita fidei professione, nullus erat cōtradicēdi locus. Et ipse Dei amātissimus imperator, noster Princeps, quum rectissimè eā conceptā esse testatus. rū ita seipsum sentire professus est: atque vt omnes ei assentirētur, subscriberet, & voce vna suffragarētur, admonuit: vnō dūtaxat adiecto τῆ ὁμοουσίῳ cōsubstantialis verbo, quod verbū etiā interpretatus est dicens, nō iuxta corporū perpessiones ὁμοούσιον cōsubstantialē dici, neque iuxta diuisionē, neq; iuxta resectionē ex parte subsistere, quòd materię prorsus expers intellectualis & incorporea natura corporalē quāpiam perpessionē sustinere nequeat: diuina verò & ineffabili ratione debere talia intelligi. Atque sapientissimus quidē & pientissimus noster imperator ad hūc modū est philosophatus. Illi verò per occasionē & prætextū adiectionis τῆ ὁμοουσίῳ consubstantialis, aliam fidei professionē composuerūt (quam paulo antea historię adiect.) Ea porrò recitata, quomodo ab eis, & Ex substātia patris. & Consubstantialis patri, esset dictū, minimè indiscussum atq; inexploratum relinquimus. Interrogationes nanq; & respōsiones interpositæ, ratióq; & sententia dictorum inquisita. Atque equidē illud, Ex substantia, illi professi sunt significare, ex patre quidem esse, sed non vt patrem existere patris. Cui sententiæ, quum recta esse videretur, assensimus: pia quippe doctrina dictante, ex patre esse filiū, non patrem substantiæ eius esse. Quapropter quum sententiam eam approbauimus, tum vocem quoque ipsam non repudiauimus, quòd * pacis signum nobis ob oculos positum haberemus: & præterea, ne à recta sententia excideremus. Eadem ratione &, Genitum, non factū admisimus. Quandoquidem verbum Factum, communem appellationem esse dexerunt reliquarū creaturarū, quę per filium sunt conditæ. Earum quippe nihil habere simile filium: propterea que non esse eum factum, eis quæ per ipsum factæ sunt, similem: præstantiorem autem quām creaturam omnem obtinere substantiam, quam ex patre genitam esse diuina docent oracula: quum quidem modus ipse generationis omni genitæ naturæ ineffabilis sit, & inconsiderabilis. Similiter verò ratio probè disquisita, Consubstantialem patris esse filium astruit, non quidem corporum more, neque animantium morti obnoxiorum instar: neque etiam iuxta diuisionem substantiæ, neque iuxta resectionem: sed neque iuxta perpessionē quampiam, aut versionem, aut mutationem patris virtutis: quod aliena prorsus ab his omnib⁹ sit ingenita patris natura. Sed quòd consubstantialis patri dicatur, illud significat, atque infert, nullam omnino similitudinē ad creaturas conditas filium Dei ferre: sed qui eum genuit, patri tantum modis omnibus esse similem, & nō esse ex alia quapiam subsistentia vel substantia quām patris. Cui verbo, eo pacto per interpretationem expositō, rectè nobis visum est assentiri: præcipuè quum sciremus, ex veteribus eruditos quosdam & spectatos episcopos & scriptores, in exponenda patris & filij diuinitatis ratione, τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis nomine vsos esse. Hęc de professione fidei publicitùs edita, sunt dicta. Cui vniuersi assensimus, & quidē non citra disquisitionem, sed iuxta sententias in præsentia Deo dilecti Imperatoris inuestigatas, nobisque expositas, & rationibus quas diximus ex professo consentaneas. Porrò anathema quod professioni fidei ab eis est adiectum, comprobandum esse duximus, vt homines vocibus quæ in scripturis non inueniantur, vti prohiberentur, quæ ferè causam omnem confusioni & seditioni ecclesiæ præbuerunt. Nullus sanè diuinitùs inspiratæ, & quæ ritè ordinéq; dictis vtitur scripturæ, sunt illa, Ex non existentibus: & Fuit aliquando quum non esset. Quare rationi minus consentaneum visum est, ea & dicere & docere, quò facilius calculo etiā nostro ritè decretū anathema cōprobauimus: quandoquidē neq; antè actis tęporibus eiusmodi verbis vti soliti sumus. Quin & illud, Eum antequā gigneretur non fuisse, anathemate iugulare nō absurdū putauimus: propterea quod omnes profiteātur, eum esse filiū Dei etiā ante natiuitatem secūdum carnē dam verò & dei amantissimus imperator professioni inseri curauit, iuxta diuinam illius natiuitatem, ante omnia illum existere secula. Quum etiā priusquàm * actu gigneretur, potentia fuerit in patre ingenito, patre semper existente patre, sicuti quoq; rege semper & saluatore potentia omnia existente, semperque * secundum eadem & similiter se habente. Hæc nobis, charissimi, necessariò perscribēda putauimus, vt

Cap. 27. ed. Expositæ verbi, ex substantia patris.

Item Genitum non factum.

Idem consubstantiale patri.

In his est iustinus martyr.

Cur Eusseb. Pamphili etiā in anathema Arianorū decreto Synodali adiecta, consenserit.

De rebus sacris & diuinis, verbis vti quæ in scripturis non reperiuntur religio est.

Expositis verbi, natum ante omnia sęcula.

† ὑποστάσεως, δυνάμεως. * κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως.

Ambrosius de fide, contra Arianos: Quomodo dicis Ariane, in scripturis diuinis non inueniri ὁμοούσιον: Quasi ὁμοιούσιον aliud sit, quàm quod dicit Dominus: Ego & pater vnum sumus: Ego de parte exiui, & veni in mundum: Ego in patre, & pater in me est: Qui quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est vt esset æqualis Deo. Hæc est tamen nomitis ratio, vt in patre & in filio vnitatem substantiæ credas: licet rem ipsam, quæ est inenarrabilis, definire non possis. Vt siue lumen de lumine dicas, siue verbum de verbo, siue spiritū de spiritu, siue Dominū de domino, quodcūque de eo dixeris, vnius tamē essentiæ patrē & filiū credas. ὁμοούσιον enim Græci dicunt, quod nos cum vno aliud ipsum. Cap. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ disquisitionem & assensionē nostram sub-
secuta sint decreta declararem, & pulchrè pri-
mum quidem ad vltimam vsque horam stetisse
nos intelligeretis, quum nos ab aliis aliter scri-
pta offenderent: deinde verò contentionis stu-
dio abiecto, ea quæ nos nihil perturbarēt com-
plexos esse, quum nobis benignè verborum sen-
tentiam inquirentibus, manifestum habere con-
sensum viderentur cum eis, quæ in fide à nobis
prius proposita professi fueramus. Verùm enim-
uerò Consubstantialis vocem non nouam, aut
ab episcopis Nicææ tum congregatis primùm
proditam, sed à multis antea annis à sapienti-
bus inuentam, vsurpatámque patribus esse a-
pertè ostendit Eusebius. Tum autē τὸ ὁμοούσιον
Consubstantiale, cōmuni consensu concordí-
que calculo ab omnibus cōprobatum, paulò
antè ipse exposui: id quod Eusebius quoque in
vita Constantini luculenter astruit.

Verbum consubstantialem, non nouū, aut tum primùm inuentum.

Vt duo etiam mortui episcopi ex patres decretis synodi subscripserint, chrysanthus & musonius.

Cap. 23.

Cæterùm quod in subscriptione sancti sym-
boli insigne accidit miraculum, id non in-
tempestiuum fuerit cōmemorare. Priusquā
acta Synodi perficerentur, euenit, vt duo epi-
scopi è vita antè discesserint, quàm professionis
fidei scripto annotationem subscriptionémque
suam apposuissent. At reliqua patrum turba ad
cōmunem sepulturę & dormitionis locum ve-
nere, & monumento illorum assistentes, scri-
ptúmque in manibus habentes, tanquam ad vi-
uentes & audientes: Bonū certamen, dixerunt,
diui patres nobiscū decertastis, cursum peregi-
stis, fidē seruastis. Si igitur obtinere debere id
censetis, quod à nobis est actum: quoniā nunc,
nullo interposito obstaculo, Trinitatis splendo-
re illustrati, clarius id perspicitis, peropus est
vos nobiscum libello subscribere. Hæc illi dixē-
re, & libellum obsignatum ad tumulū depo suē-
re, noctémque totam insomnē egere. Postridie
verò ad locum eum rediere, signa inuiolata in-
uenere, & libello explicato subscriptiones illo-
rū reliquis insertas cognouere, recentes adhuc
in hæc verba conceptas: Chrysanthus & Mu-
sonius, qui eum patribus omnibus, in sancta
prima œcumenica Nicæna Synodo consensi-
mus, quamuis corpore translati, manu tamen
propria nos quoque libello subscripsimus.

Synodus Nicæna decreto, miraculo ingēti, duo etiam defuncti episcopi subscripsere.

ἀμέσως.

Quæ ipsa sancta Synodus Alexandrinæ scripserit ecclesiæ, de rebus in Synodo gestis. Cap. 24.

Synodus autē acta sua Alexandrię Ægypto,
Libyæ, & Pentapoli, literis ad hunc modum
perscripsit: Sanctę & magnæ Dei gratia Alexan-
drinorū Ecclesiæ & qui in Ægypto, Libya, &
Pentapoli sunt, dilectis fratribus, qui Nicæę cō-
gregati, magnū & sanctam celebrarunt Synodū
in Domino salutem. Quandoquidē diuina gra-
tia & Deo dilectissimo imperatore Constantino
suffragante, omnino necessariū visum est, sacram
Synodū ad vos dare literas, vt intelligere possi-
tis, quū quæ ibi in quæstionē & disquisitionem
venere, tum quę decreta sanciráque sunt. Itaque
scitote, primò omniū inquisitum esse in impie-
tatē & præuaricationē Arij, sectatorúmque eius

Synodalis constitutio Nicæni ad Alexādrinos Ægyptios epistola.

Acta Synodi.

& in præsentia Dei amantissimi imperatoris Cō-
stantini, consentientibus omniū sententiis placi-
tum, vt anathemate impia eius opinio & voces
atque verba blasphema condēnarentur, quibus
ille filiū Dei blasphemans vsus est, ex non exi-
stentibus illum esse dicens, & fuisse aliquando
quum non fuerit, & arbitrij libertate vicij vir-
tutisque capacē esse filium Dei, creaturam eun-
dem & factūrā nominās. Quæ omnia sancta Sy-
nodus anathemati subiecit, ne audire quidē im-
piam opinionē, mentis væcordiam, blasphemā-
que eius verba sustinens. Atque equidē res eius
quem consequutæ sint exitum, aut iam audisti-
stis, aut certè audietis: ne insultare nos homini
videamur, qui peccati sui cōdigna tulit præmia.
Tantoperè antē inualuit eius impietas, vt simul
cum eo pessimi ierint Theonas Marmaricæ, &
Secundus Ptolemaidis, episcopi, nam & hi fa-
ctionis eius sunt. Sedenim quum per gratiā Dei
peruersa illa opinione, impietate, & blasphemia,
nec non hominibus eis qui seditionem atque di-
scessionem ausi sunt concitare in populo antea
pacato, Ægyptus sit liberata: & temeritas Me-
litij, atque eorum qui ab eo sunt in sacrum ordi-
nem cooptati, adhuc reliqua fuerit: quæ etiā su-
per hac re Synodus decreuerit, vobis, fratres di-
lecti, significamus. Constituit nanque vt Meli-
tius (in quem illa quidem humanius affecta fuit,
* summo enim iure nullam prorsus merebatur
veniam) in ciuitate sua mancat, potestatem antē
nullā habeat vel eligendi, vel manus imponendi:
& vt neque in regione, neque in vrbe alia, hu-
ius talrem rei gratia appareat, nudúmque digni-
tatis nomen retineat: & qui ab eo in sacrum or-
dinem lecti fuerant, vt arcanioribus sacratiori-
búsque suffragiis confirmati, ad cōmunionem
admittantur. Præterea vt liceat eis quidem ho-
norem simul & functionem ministerij obtinere,
secundum autem prorsus locum, ab omnibus
cuiuscunque paroecię & ecclesiæ exploratis, ac
per reuerendissimum fratrem & collegam no-
strum Alexandrum lectis atque designatis epis-
copis, ferant. Cæterùm vt nulla eis sit facultas,
quos visum sit designandi, aut nomina eorum
subiiciendi, aut omnino faciendi quidquā, præ
ter Catholicæ Ecclesiæ episcoporum, qui sub
Alexandro sunt, sententiam. Qui verò per gratiā
Dei & precationes vestras, in nulla diffidij fa-
ctione reperiātur, sed integri atq; impolluti in Ca-
tholica ecclesia consistant, eis potestas permissa
est & designādi, & nomina dictandi, eorū talrem,
qui clero digni sint: & omnia prorsus faciēdi le-
gibus constitutionibúsque ecclesiasticis. Quod,
si quę eorū qui ecclesiæ præsunt, decedere cōtin-
gat, rūin defuncti locū & honorē prouehi quis-
quā ex recēs cooptatis debet, vt modò idoneus,
sit, & à populo eligatur: ita tamē, vt ad electionē
eiusmodi calculus, suffragiū, & cōfirmatio epis-
copi Alexādriniaccedat. Atque hoc quidē om-
nibus aliis cōcessum est: in persona autem Me-
litij non idē constitutum, propter priorem inor-
dinatum eius morem, celeritatémque & præci-
pitantiā sententiæ & consilij, vt ne qua sit ipsi vel
potestas vel auctoritas, homini scilicet, qui tur-
lum temeritatē ordinis negligentē inducere pot-
su. Hæc sunt quę præcipuè ad Ægyptū & eccle-
siā Alexādrinā pertinēt. Si quid verò præterea vel
canonibus

Arianū doctrina sanctorum damnatum.

Veterum patrum pia mens.

Eadem Theonas & Secundus damnauerunt.

Melitius excommunicatus.

κατ' ἄκρον ἐπιείκειαν.

Hæreses sublatæ.

canonibus vel decretis est constitutum, reuerē-
dissimus dominus frater, & collega noster Ale-
xander, certius ad vos reuersus perferet, quippe
& autor & particeps actorum omnium. Lætum
insuper vobis afferimus nuncium, de sanctissimi
Pascha tis celebrandi consensu. Nam & hæc res,
precibus vestris rectè constituta atque ordinata
est: fratréque Orientales omnes qui antea cum
Iudæis fecerunt, ex hoc ipso tempore cum Ro-
manis & nobiscum, omnibúsque adeò alijs, qui
antiquitùs nobiscum Pascha celebrarunt, id se
concorditer acturos consenserunt. Gaudere igi-
tur de rebus ecclesiasticis ordinatis, de pacis cō-
sensu & cōcordia restituta, & de hæreticis om-
nibus excisis: atque maiore cum honore proli-
xioréque charitate suscipite, collegam quidem
nostrum, Episcopū autem vestrum Alexandrū,
qui nos profectò præsentia sua exhilarauit, plu-
rimúmque in hac ætate sua, vt pax quoque apud
vos esset, laboris sustinuit. Orate pro omnibus
nobis, vt quæ à nobis rectè sunt cōstituta, firma
stabiliáque maneant, per Deum omnipoten-
& Dominum nostrum Iesum Christū, cum san-
cto Spiritu: cui sit gloria in sæcula, Amen. Non
ipsa verò Synodus tantum, sed & celeberrimus
Constantinus, ad populum Alexandrinum eius
generis dedit literas: quibus ostendit, non sim-
pliciter, temerè, aut neglectim finitionē profes-
sionis fidei editā, sed exploratione multa atque
disquisitione accurata adhibita, quæcúnque dog-
matū consentanea essent, in mediū producta: pri-
múque inuestigatione diligenti obseruata, quæ-
cunque occasionem dissidij & seditionis creare
possent: & sic deinde * finitionē ipsam promul-
gatam esse, & postremò, Dei sententiā concordē
episcoporum Synodi sententiam vocat, atque
Spiritui sancto tot patrū consensum acceptum
refert, per quē illi à vera & certa sententia non
excidérint.

Decretum, vt vbique eodem tempore Pascha agatur.

Commēdatio episcopi Alexandrini.

Constantinus quoque ipse ad Alexādrinos de eisdem rebus scripsit.

** ὅρον.*

Epistola magni imperatoris constantini ad omnes vbique Ecclesias, de sanctæ synodi actis, & de Arianis.

Cap. 25.

Idem & ad Episcopos qui ad conuentū ve-
nire non potuerunt, & ad omnes vbique ec-
clesias, quæ acta ibi essent declarans, ad hunc
modum scripsit: Experientia edoctus, per re-
rum publicarum prosperitatem, quanta sit diui-
næ potestatis gratia, illum mihi propositū esse
debere finem iudicaui, vt à beatissimis catholi-
cæ ecclesiæ populis fides vna, & sincera charitas
consentiénsque in Deum pietas seruetur. Sede-
nim quū aliter omnino fieri non posset, vt † or-
do stabilis & firmus constitueretur, nisi simul
omnes, aut certè plures episcopi conuenirent,
& de re qualibet ad sanctissimam religionem
pertinente diiudicarent: eius rei gratia, quàm fie-
ri potuit plurimis coactis, me quoque perinde
atque vno aliquo ex vobis (nū enim negauerim,
quo maximè lętor, conseruum vestrum me esse)
præsente, vsque ad eò omnia in dubium sunt dis-
quisitionem vocata, quousque * rerū omnium
inspectori Deo placita sententia, ad consentien-
tis vnitatis concordiam stabiliendā, in lucem
est protracta, ita vt nihil iam quod ad dissentio-
nem aut professionis fidei ambiguitatem facere
posset, sit relictum. Vbi quum de sanctissimo

Constantini imperatoris de rebus Synodi Nicæna ad Ecclesias quasque literæ.

† τάξις.

Sacrarum Synodorum vtilitas.

Imperialis humilitas & summissio.

τῶν πεπραγμένων ἐφόρῳ.

Eadem viuificæ passionis & resurrectionis Seruatoris nostri dies.

Vna in toto orbe catholica ecclesia.

ἀκριβῶς σωφρονοῦντι.

etiam Paschæ die quæstio esset exorta, sententiis
omnium decretum est, conuenire, vt id eodem
tempore ab omnibus vbique peragatur. Quid
enim nobis esse potest vel pulchrius, vel gra-
uius, quàm si is dies festus, vnde spem immor-
talitatis percepimus, vno ordine & celebri ritu
ab omnibus certò & inuiolabiliter peragatur?
Ac primùm quidem indigna res fuit, sanctissi-
mum eum diem imitatione atque consuetudine
Iudæorum celebrare, qui manibus suis nefario
flagitio contaminatis, non iniuria quoque ani-
mis sunt exæcati, homines scelerati. Quidni e-
nim liceat, gente ea reiecta, rectiore verioréque
ordine: quē à primo passionis die hucusque ser-
uauimus ad futura quoque sęcula obseruationis
huius ritū transmittere? Itaque nihil vobis com-
mune sit cum infestissima Iudæorū turba. Aliam
siquidē à Seruatore accepimus viam. Propo-
situs est sacratissimæ religioni nostræ suus cursus,
& legitima quæ illam deceat regula: quā vnani-
mi consensu cōplectentes, nos ipsos à fœda illa
conscięctia & societate retrahamus, fratres reue-
rendissimi. Et profectò omnium absurdissimum
est, illos gloriando iactare hisce obseruādis nos
sufficere non posse, absque illorū doctrina &
præscripto. Quidnā verò illi rectè sentire & sa-
pere possunt, qui post illam Domini cædē men-
tibus capti, non ratione aliqua, sed impotenti
impetu, quocunque eos initus impellit furor,
ducuntur? Quam ob causam, quum in hac quo-
que parte verum non perspiciant, sed, vti sem-
per, affectu vicioso transuersi rapiantur, potius
quàm errorem corrigant, eodem anno bis Pa-
scha peragūt. Qua igitur de causa eos sequemur,
qui graui errore se implicatos esse confitentur?
Bis equidem eodē anno Pascha celebrare haud
vnquam sustinuerimus. Atque etiamsi hæc vo-
bis non exponerentur, conuenirer tamen, vos
pro mentis vestræ sagacitate, semper & studere
& optare, ne cuiuspiam similitudine & exemplo
puritatem animarum vestrarum pollueretis, né-
ve hominum modis omnibus malorū consue-
tudinem imitari videremini. Ad hæc illud quo-
que considerandū venit, in re tanta, & tam so-
lennibus religionis nostræ feriis, dissensionē ex-
tare aliquam, longè esse impiissimum. Vnū nan-
que nobis libertatis atque redemptionis nostræ
diem, sanctissimæ scilicet passionis suæ, Saluator
noster dedit. Vnā esse catholicam suam Ecclesiā
voluit: cuius tametsi partes in multis variísque
sunt dispersæ locis, vno tamē spiritu, hoc est, di-
uino arbitrio fouetur. Consideret porrò san-
ctitatis vestræ solertia, quàm graue sit & inde-
corum per eosdem dies, alios quidem ieiunijs
intētos esse, alios verò conuiuijs vacare: & post
Paschę dies, hos quidē feriari & consequiescere
illos autē statis ieiunijs marcerari. Quapropter
hanc rē pro eo atque decet corrigi, atque ad v-
num institutū formámque perduci, diuina vul
Prouidentia: quantum equidem * extra omnem
affectum positus perspicio. Itaque quum hoc
sic corrigere conueniat, ne quid nobis cum Do-
mini percussoribus sit cōmune, & decens exter
ordo, quem omnes Occidentaliū, & Meridio-
nalium, Septentrionalíumque habitabilis orbis
partium Ecclesiæ, & quibusdam quoq; in locis
Orientales obseruant, ea de causa in præsentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus conuenire visum est, ipséque adeo id E ponere, ne longior esse videat, minus conuenire putaui. Ac de his quidem hactenus.

Quòd constantinus liberalitatis & munificentiæ causa à charitatis affectu profecta, Constantinopolim Synodo translata, publicum ei præbuit epulum: & muneribus omnes honoris gratia prosequutus, domum quemque dimiserit. Cap. 26.

CÆterùm rebus ad hunc modum euntibus, commodum euenit, vt vicesimus Constantini imperij annus tum compleretur. Et Romani more recepto, decimo quoque Principis sui imperij anno, communem & publicum agebant, conuentum diémque festum. Itaque & ipse decere id arbitratus, ad epulas Synodum inuitat: & toris plurimis ordine suo collocatis, eodem in loco excipit: multisque & sermonibus & donis honorificentiam & liberalitatem erga illos declarans, præclarissimos quosque eorum mensæ suæ adhibet. Quorum quidem, quum ille mutilata propter CHRISTVM cerneret membra, atque fidei eorum constantiam inde colligeret, labiis ipse suis cicatrices eorum exosculari & venerati dedignatus non est, gratiam se osculo eiusmodi & benedictione eorum percipere confitíus. Posteaquam autem finem suum conuiuium id habuit, loco suo exurgens, simplicis more conuentum rogauit, vt qui tantum pertulissent laboris, per paucos sibi dies dare, & recens fundatam vrbẽ, iam tum perfectam, adire non grauarentur, vt precationibus suis munitiones & muros eius firmarent. Atq; illi statim, quod petierat faciunt, Constantinopolim veniunt, Encænia & consecrationis festum diem celebrant, * incruento sacrificio operantur, precibus votisque vrbem G abundè prosequũtur & firmant, eãdémque Dei * genitrici dicarant, nouam Romam, imperantémque Constantinopolim cognominãtes, Alexandro tum Byzantij ecclesiam regente.

Hic dennò illis epulo excepris, alia dona obtulit: & literas ad prouinciarum præfectos dedit, vt in vrbe quaque diuino cultui addictis atque sacratis viduis virginibúlque, ad sanctiora diuinorum templorum sacraria excubantibus, annonæ annuæ tribuerentur, quæ ad liberalitatem splendidam magis quàm ad vsum necessarium pertinerent.

Has Iulianus quidem postea † accidit, successor autem eius * ex triente præberi curauit. Vbi

Θεοτόκος Græcis Dei genitrix dicitur, quod verbum in solam Virginem matrem Mariam cadit. Θεότοκος autem accentu mutato, Deo genitus, qui vnus est Dominus noster Iesus Christus. cui vrbem constantinopolitanam recens extructam Constantinus dicauit atque commendauit. supra libro septimo, cap. 49. Vtrumque nomen eisdem compositum literis, sed accentu diuerso prolatum, & scriptum & situm casum habet Θεοτόκῳ. Quapropter hic pro, Dei genitrici etiam verti posset, Deiparæ christo, vt hic locus cum superiore illa concordet. sed librarium in græco exemplari τῷ θεοτόκῳ scripsit, cum fortasse τῷ θεοτόκῳ scribere debuerit. potest etiã esse auctoris memoriæ lapsus. Qui tamen infra Christo simul & matri eius vrbem eam dedicatam memorat.

vicẽdalia sua Constantinus agit, & Synodum cemutus excipit.

stigmata ipsorum martyrum exosculatur. matres Byzantinas ibi celebrandas, & ciuitatem nouam consecrandam.

Constantinopolim virginum matrem dedicatur.

viduis virginibúsque sacris sumptus annuos constantinus publice abdit constituit.

ὑπερῆλθε τὸ τρίτον μέρος.

vero

Patres dimittit cum pijs mandatis.

verò iam pro se quisque domum redire pararet, A cohortatus eos est, vt eandem omnes colerent fidem, mutuámque pacem & charitatem maximè consectarentur: atque vt absque seditione omni, pacati atque tranquilli, rerum vniuersarũ placerent Deo. Et quum multa, oratione longius producta, de cõmuni concordia fecit verba: tum postremò vehementer eos admonuit, vt & pro se, pro liberis suis, & pro imperio Romano orarent, perpetuóque propitium sibi diuinum numen facerent, Synodique decretis stabilem firmitatem conciliarent. Absentibus porrò ea quæ commemorauimus scribens, vt professionem fidei, diligenti atque accurata exploratione tot virorum disquisitam, & de sententia totius vniuersi Dei constitutam, suffragiisque tantæ Synodi patrum comprobatam, susciperẽt B atque complecterentur, mandauit. Et illorum quisque tanto affectus honore, domum ad gregem suum rediit. Imperator autem supra modũ lætatus, quòd vnam per vniuersum orbem Ecclesiam, eámque in dogmate cõsentientem cerneret, Deo, de omnium vbique Episcoporum vnanimi concordia † solenniter gratiarum obtulit actiones. E re studiosorum esset, Episcoporum ipsorum nomina, præfecturas vrbium, earúmque appellationes nosse: eáque omnia in Synodali Athanasij libro reperta apposuissem, nisi tædium prolixioris orationis vitarem. proinde ea inquirere volentibus permitto. Tempus porrò Synodi, sicuti inuenimus, in mensis Maij vndecimam diem † indictionem vigesimã tertiam, & consulatum Paulini & Iuliani incidit: C qui annus sexcentesimus trigesimus sextus ab Alexandri Macedonis regno fuit, vigesimus verò imperij Constantini, ex quo rerum in Britannia potiri cœpit: tertius decimus porrò, ex quo ad Byzantium venit. Synodus verò ipsa Nicææ annis tribus & paulo longius est acta. Et res Nicænæ talem habuere finem. Cõstantinus autem ex eo tempore prolixius etiam quàm antea religionis accẽssus ardore, ad vrbes & populos Romani imperij omnes, epistolas dedit, vt priori quidem errori nuncium remitterent, Christianam autem doctrinam & religionem amplecterentur. Episcopis porrò sanè quàm liberaliter pecunias mittens, eos ad ecclesiarum ædificationes excitauit, sumptúsque ad id abundè præbuit. Libros itidem ecclesiasticos manibus propriis describere & cõciunare iussit. Sed consiliũ D animúmque scribentis certius indicabit epistola eius, ad Eusebium data, quæ sic habet.

Absentibus episcopis scribit.

Deo solennibus sacris gratias agit.

*ἀνατίθει τὰ χαριστήρια.

Tempus Nicæni Concilij celebrati.

Anitius Paulinus, Ceionius Iulian. camenas cõs.

† τρίτης ἐπὶ εἰκοστῆς.

Constantinus amplificandæ religioni christianæ totus incumbit ecclesiis construẽdis, & libris sacris parandis.

17. imperij eius anno Synodus celebrari cœpit 20. autem finita est.

Initium eius in annũ Domini 326. finis in 329. incidit.

Literæ Constantini ad Eusebium Pamphili de structura ecclesiarum.

Epistolæ magni Constantini de ecclesiarum restauratione, & sacrorum librorum comparatione. Cap. 27.

VIctor Constantinus Maximus Augustus, Eusebio. Tantisper dum ad hoc vsque tẽpus impietas & tyrannis, pro arbitrio suo, ministros Seruatoris Dei persequuta est, credo atq; adeo certò persuasum habeo ecclesiarum omnium opera vel per incuriã pessum iisse, vel imminẽtis persequutionis metu minus esse quàm dignitas earum postularet perfecta, frater charissime. Nunc verò libertate reddita, & serpente illo, Dei optimi maximi prouidentia, atque opera nostra, à rerum publicarum administratione depulso, satis in apertum productum esse arbitror apud omnes diuinam porentiam, eósque qui vel meru vel incredulitate vel etiam peccato oppressi fuerant, eo qui † verissimè constat cognito Deo, ad verum rectúmque vitæ statum rãdem peruenisse. Itaque quibuscunque vel ipse præs ecclesiis, vel alios passim episcopos, presbyteros, aut diaconos præesse nosti, eos admone, vt diligenter incumbant in opera Ecclesiarũ quæ supersunt, vel restaurandarum, vel amplificandarum, vel vbi hoc necessitas postulauerit, recens exstruendarum. Petes autem & ipse, & alij per te sumptus necessarios à præfectis & prouincialibus magistratibus. Diligenter nanq; eis per literas est mandatum, vt quæ à sanctitate tua dicta fuerint, ipsi exequãtur. Deus te seruet, frater dilecte. Hæc de ecclesiarum structuris, nõ ad hunc modò, sed & ad reliquos Episcopos scripsit. Quæ autẽ Eusebio Pamphili de librorum cõparatione significarit, hisce subiungam.

† τὸν ὄντως ὄντα.

In eandẽ sententiam ad alios quoque episcopos scripsit.

Victor Cõstantinus Maximus Augustus, Eusebio. In cognomine nobis vrbe, Seruatoris Dei opitulante prouidentia, maxima hominum multitudo sanctissimæ Ecclesiæ nomen dedit, séque ipsam illi dicauit: vt omnibus illis plurimùm capientibus incrementi, faciendum omnino videatur, vt plures quoque ibi construantur Ecclesiæ. Quapropter, quod iudicio nostro placuit (prudentiæ enim tuæ significandum duximus) id libentissimè accipe, vt cõparatis quinquaginta membranarum codicibus, qui & ad cuoluendum, & ad portandum commodi sint, à notariis pulchrè scribendi peritis, qui scilicet probè eam artem didicerint, describi cures diuinarum scripturarum libros, quorum * institutionem & vsum ecclesiis maximè necessarium esse iudicaueris. Datæ enim sunt à mansuetudine nostra * ad Catholicum & dispensatorem generalem prouinciæ literæ, vt omnia quæ ad eam rem portandam cõmoda sunt, præbenda curet. Porrò vt quàm celerrimè codices describantur & concinnentur, procurationis tuæ id fuerit opus. Duorum autem publicorum vehiculorum accipiendorum potestatem, ad librorum deportationem, auctoritas harum nostrarum literarum tibi meritò præbebit. Ita enim pulchrè descripti codices, quàm facillimè ad nos perferri poterũt, ex Diaconis ecclesiæ vno ministerium id adimplente: qui quum in conspectum peruenerit nostrum, benignitatem nostram experietur. Deus te seruet, frater dilecte.

Constãtini ad eundem Eusebium de libris ecclesiasticis comparandis epistola.

*τὴν ἐπισκευήν.

*πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως λόγον.

Quæ magnus Constãtinus Macario Hierosolymorũ episcopo, de vinificæ Christi sepulchro scripserit. Cap. 28

SEdenim quum facilè quis ex iis liquidò cognoscere Imperatoris erga res sacras studiũ possit, tum id non minus ea etiam quæ de vinificæ Christi sepulchro Hierosolymis egit indicabunt. Quũ nanque cognouissẽt eos olim, * qui idolorum errore tanquam furoris intemperiis acti fuerant, salutiferum monumentũ defodisse, aggere multo molem altissimã excitasse, Caluariæ & resurrectionis vicinum circumcirca locũ occupasse, & lapidibus ingentibus solum eius constrauisse, (vt oblimoni monumenta memoriæ sempiternæ mandarent) & templũ præterea impudicæ deæ Veneris, statuámque eiusdem ibi collocasse, virgineo partui illudentes: vt qui eo

† τὴν τῶν εἰδώλων πλάνην.

Infideles in Caluariæ loco, sepulchro christi obruto, Veneris templum extruxere.

Constantini de Ario, scitæ que eius populoribus, & libro eorundem constitutio.

Arianos vulg porphyrianos vocari.

Arianos libros comburendos esse, capitali supplicio constituto, sancit.

† εἰρωνικῶς τῷ λόγῳ.

Socrat. lib. 1. hist. eccles. scripsit alias quoque cõtra Arianos literas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eo templo diruto, ecclesiam sacrã Constantinus condidit ex sepulchrũ Christi: cuius templum hîc collocauit. Socrat. lib. 1. cap. 17. Constantini ea de re ad Macariũ Hierosolymitanũ episcopũ litterę.

loco debitum Christo honorem sibi præstandũ E ea vndequaque comportari possint. Æquum
statuissent, simulachro eo exhibere viderentur, enim est, locum totius mundi maximè admiran-
processúque temporis obliuio veram premeret dum, pro dignitate sua exornari. Basilicæ porrò
atque occultaret causam: quòd nemini liberè eò camera, lacunaribúsne an alio quopiã opere ribi
cõmeare, aut aliis rem indicare fas futurũ esset, fieri debere videatur, cognoscere ex te cupio. Si
funditùs templum ipsum eruere, aggerémque enim lacunaribus extruenda erit, auro quoque
egestum quàm longissimè à ciuitate proiicere, illustrari poterit. Quod superest, sanctitas tua
vt qui sceleratis sacrificiis contaminatus esset, quibus diximus magistratibus primo quoque
iussit: ac templum aliud pulchritudine præcipua tempore significet, quot operariis artificibúsq;,
amplissimum magnificentissimúmque extruere & quantis impensis sit opus. Quin & ad nos
præcepit. Quod templum luculenter epistola o- quoque vt celeriter referatur, da operam, non
stendet, Macario Hierosolymitano episcopo, modò de marmore & columniis, verùm etiam
qui & ipse cum reliquis patribus Arij opinionẽ de lacunariis, siquidem hæc pulchriora com-
labefactauit, hisce prope verbis scripta: Victor modioráque esse iudicaueris. Deus te conser-
Cõstantinus Maximus Augustus, Macario. Tãta uet, frater dilecte.

Miraculo magno monumentum Seruatoris in lucẽ prolatum.

est Seruatoris nostri gratia, vt nulla orationis
» vis præsenti miraculo digna supperetere cuiquam
» possit. Quod etenim monumentum sanctissimæ
illius passionis terra iamdudum opertum, tot F
» annorum curriculis latuerit, donec per cõmu-
» nis & publici omnium nostrũm hostis oppres-
» sionem, ministris eius in libertatem vindicatis,
» erutum reluceret, omnem profectò stuporem
» & admirationem excellit. Nam etiamsi qui vbi-
» que terrarum esse videntur sapientes homines,
» in vnum eundémque conuenientes locum, di-
» gnum aliquid re tanta dicere velint, ne minimã
» quidem partem tamen eius eloquentiæ concer-
» tatione attigerint. Tantum enim miraculi huius
» fides naturam, quam humana ratio & cogitatio
» consequitur, omnem excellit, quanto rebus ho-
» minum cœlestia sunt efficaciora & potentiora.
» Eam ob causam ille mihi semper vnicus & præ-
» cipuus consiliorum actorúmque omnium pro-
» positus est finis, vt quemadmodum seipsam no-
» uis miraculis veritatis fides exhibet, sic etiã ani- G
» mi omnium nostrũm castitate & consentienti
promptitudine* alacriores reddantur. Quod
» quum omnibus manifestum puto, tum hoc ma-
» xime tibi persuasum esse volo, rerum omnium
illud mihi summopere esse curę, vt sacratum lo-
cum, quem iussu Dei, accessione fœdissimorum
simulacrorum, veluti quodam imminenti gra-
uique põdere leuaui, sanctum quidem iam tum
ab initio illum iudicio Dei factum: sed sanctiorẽ
» etiam declaratum, ex quo saluti feræ passionis fi-
» dem in lucem protulit, ædificiorum pulchris
» ſtructuris exornem. Conuenit igitur solertię tuę,
» omnia sic disponere, & res quasque necessarias
» procurare, vt non modò basilica aliis quæ vbi-
» que sunt præstantior, sed & reliqua omnia ita
» construantur atque parentur, vt quæcunque in
quibuscunq; vrbibus pulchritudine sunt † ex- H
» cellentia opera, à structura ista longè superen-
» tur. Atque equidem de parietum opere atque
» artificio, Dracilliano amico nostro, clarissimo-
» rum præfectorum munere fungenti, & prouin-
» ciæ rectori, à nobis mandatum esse curam scito.
Præceptum enim à pietate nostra est, vt artifi-
ces, operæ, & quæcunque præterea sunt ad ædi-
ficationem necessaria, quum id ex solertia tua
cognouerint, confestim per prouidentiam illo-
rum mittantur. De columniis autem & marmo-
re, quæ præstantissima & commodissima operis
ipsius † forma summarim perspecta, existimaue-
ueris esse, ad nos fac scribas, vt quot & qualibus
opus fuerit, quum ex literis tuis intellexerimus,

** ἐργα sanctã legem.*

Institutionem ædificationis eius templi Macario antistiti cõmittit.

† καλλίστου ὄντα.

** αὐτῆς οὐσιώδους γνώμης.*

Vt imperatoris mater Helena Hierosolymis fuerit, & ibi crucem sanctam inuenerit, & quæ circa eam inuentionem sint acta. Cap. 29.

LIteris porrò eis conficiendis, mater ipsa im- *Helena mater*
peratoris beata Helena, quæ illum talem ge- *Constantino*
nuit, administra fuit. ipso nanque Synodi coa- *filio literis in*
ctæ anno, in somnis oracolo admonita, precatio- *causa metatis*
nis ergò, locorúmque sacrorum cognoscen- *Christiana*
dorum gratia, Hierosolyma petierat: neque se ea *edendis à se-*
in re vel itineris laborem, vel senectutis mole- *cessus fuit.*
stiam remorari est passa. Ad extremum enim iam *Eadem religio-*
vitæ peruenerat, & de rebus atque religione *nis ergò Hie-*
Christianorũ piè admodum sentiebat. Plurimi *rosolyma pro-*
porrò faciebat, vt crucis lignum & viuificum *fecta.*
Christi monumentum inueniret. Et quantum-
uis difficulter, attamen ea tãdem inuenit, vt qui-
dem nonnulli dixere: Iudæo homine ex paterna
quadam annotatione regionẽ indicante: re vera
autem, vt equidem puto, Deo signis quibusdam
& visionibus nocturnis ostẽdente. Quum enim
Deo visum esset, res diuinas & occultas in lucẽ
proferre, minimè opus fuit humanis indiciis.
Enimuerò imperatoris iussu, contaminato illo *inuentò se-*
templo diruto, aggeréque exportato, ex eo loco *pulchro ex eo*
sacrum illud resurrectionis antrum extitit, & *eis Domini.*
tres sparsim disiectæ cruces: & tabula præterea
alba inuenta, in qua diuersis literis Pilatus regẽ
Iudæorum scripserat, eáque supra caput Christi
collocata* in morem columnæ, crucifixum illũ ** ἐν εἴδει στή-
Iudæorum regem esse promulgarat. Cæterùm λης
quòd literæ dissluxerant, & tabula temerè iacta
iacebat, difficilis adhuc diuini ligni inuentio
erat, quòd ordine confuso cruces disiectæ fue-
rant. Quid nanque curarent, qui ita illas temerè
disiecerant, vt loco suo quanque relinquerent?
præcipuè quum milites mortem propter sabba-
tum deproperarent: iidémque præterea inauspi-
catum esse crederẽt, ad cruces morari virorum,
qui per vim illatam mortui essent, quapropter
alia ab alio proiecta. Quum ergo incerta inquisi-
tio esset, dubia animi imperatoris mater Deum
obsecrauit, vt ei indicium fieret. Atque ille am-
bigmitatem quodam dissoluit modo, lignum de-
monstrans, ad quod Dommicum affixum cor- *miraculum*
pus fuerat, & quod diuini sanguinis stillam de- *quod verum*
fluentem exceperat. Mulier quædam honesto *Christi crucẽ*
loco nata, graui oppressa morbo, extremo labo- *indicauit.*
rabat periculo. ad hanc Macarius vnà cum He- *Quæ sint in*
lena comitibúsque eius venit: & lignum ille de- *ecclesia sub ter-*
dit, quæ ex crucibus istis fœminę ægrotæ impo- *ra. cap. 7. & 8.*
sita periculum omnino discuteret, eam Christi
crucem

crucem esse. Atque precatione facta, crucẽ quã- A
libet seorsim ille adhibuit. Et duabus admotis,
in eodem nihilominus mulier discrimine man-
sit, vitæ iam desperatæ. Vt autem verum ei im-
posuit lignum, iubitò illa respexit: viribúsq; fir-
miter collectis, lecto statim exiluit. Dicunt quo-
que, postea mortuo prorsus crucem impositã,
in vitam illum derepentè reuocasse. Hoc sanè
modo memoriæ proditum est, lacrum in aperrũ
productum esse lignum. Cuius partem maximã
diuina Helena argenteæ cistæ inclusam, Episco-
po ad memoriam posterarũ generationum reli-
quit: vbi etiam sacram Exaltationem quotannis
peragendam sanxit. Partem verò ad filium im- *Exaltationis sanctæ Crucis dies.*
peratorem transmisit. Quam illam quo animo
quis suscepisse dicat? quum fide secum ipse re- *† ξειμήλιον. Hæc se Socrat. historic. ex aliorum relatione audita scribere, ait. lib. 1. cap. 17. Claui, quibus Saluator crucifixus affixus*
putauerit, verbem eam seruatum iri, in qua tam B
sacrum consecraretur † donarium. Quapropter
eam partem statuæ suæ inclusit, quàm in vrbe à
se magnificè condita, super Porphyretica col-
locauit columna, in eo quod dicitur Constan-
tini foro. Misit illa etiam ad eum ex sacris clauis
quosdam, quos tum ad monumẽtum repererat:
illis porrò corpus Christi transfixum fuerat.
Quorũ altero ille sibi fertur galeam instruxisse,
alterum equi frenis inseruisse, vt in certaminibus turus à vulneribus illæsúsque manerer, & sic tempore suo prophetia Zachariæ impleretur: Erit, dicentis, in freno equi sanctum Domino omnipotenti. Quæ prophetæ quidem sancti olim cognouerunt, postea verò reperibus suis, quum Deo visum est, euentum certum sunt cõ- *Sibyllæ oraculum de sancta cruce.*
sequuta. Atque id nõ admodum est mirandum, C
quandoquidem & Græci diuinarum rerũ quæ-
dam prænunciarunt. Quemadmodum quidem
certè & illud Sibyllæ vel ex aduersariis quisque
confitebitur, de sancta Cruce antiquitùs dictũ:

ὦ ξύλον μακαριστὸν θεὸς ἐξετανύσθη.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit.

Apud sibyllas quoque non nulla futura de rebus sacris manifestata.

Plurimi nanque apud Græcos, qui cæteris præ-
stare sunt visi, multas nouerãt prophetias, quas
versibus grauioribúsque ad populũ verbis ve-
luti quædam oracula inclusérunt. Et erat pote-
staris diuinæ, vt equidem iudico, ad futurarum
rerum certiorem consensum, non solùm per pe-
culiares ministros futura prædicere, verùm sen-
sim quoque aduenis & alienis ad id vti: perinde
atque musicus quispiam, gratum & iucundũ de-
cantans carmen, superuacaneas quoque percur-
rit plectro chordas: aut ornatus gratia, supra eas D
quæ ex vsu sunt, alias etiam adiicit. Hæc etiamsi
per digressionem, commodè tamen dicta esse
puto: quod à doctrina nostra alieni, † præstan-
tiore quadam Dei ordinatione, futura de Chri-
sto prædicarunt.

† οἰκονομίας κρείττονος.

Templum in Caluariæ loco exstitit, nouæ Hierusalem dictum. Templa plura Hierosolymis à Helena extructa. Plura in aliis quoque Iudææ regionibus.

De ecclesiis quas Helena & Constantinus Hierosolymis & circa ea loca construxerunt. Cap. 30.

IMperatoris mater Helena, amplissimo tem-
plo in resurrectionis & Caluariæ monumẽ-
to ita constructo, vt nulli prorsus, quæcunque
vel pulchritudine vel magnitudine eximia sunt,
cederet, nouæ Hierusalem nomẽ indidit, † exẽ-
plari scilicet veteris illius & iam soluti taberna-
culi. Ipsa verò domestici propriísque impensis
alias duas magnificè sacras construxit ædes: alte-
ram in Bethlehem, ad eam in qua Christus na-
tus est speluncam, sexies mille passibus ab vrbe

Psallis Iosaphat.

** ἱερὰ Φραγία. * τῆς λόγχης λογχοφορία. * πρὸς τῷ ἄσματος.*

diffantem: in cuius sanctiore sacrario humi, & præsepe, & speluncam sacram est complexa. alteram verò in oliuarum monte, ad verticem ipsum, vbi relictis discipulis Christus in cœlos est assumptus. Excitauit quoque mirificum aliud templum in Gethsemani prædio genitrici Dei, atque in sacrario ipso viuificum eius sepulchrũ firmiter inclusit. Quum verò declivis is sit locus, gradus marmoreos fieri curauit, viatores ex sancta vrbe Orientalem plagam versus ferentes. Multorum quoque sermonibus circumfertur, declinatorẽ eum locum, Vallem Ilerus, & torrentem Cedron, atque etiam vallem Iosaphat dici. In propinquo etiam esse hortum illum, in quo prodizus est Christus, & in quo orare solitus fuerat. Sanctis itidem infantibus, & vbi Angelus pastoribus sesum attulit nuncium, in eis ipsis locis* sacras extrexit ædes: infantibus videlicet ipsis, & * Verbi puerperæ, nec nõ aliam quoque ipsó Iosepho ædẽ. Inde Bethaniam progressa, Lazaro Christi amico insigne ædificauit delubrum: abest id Hierosolymis passuum millibus duobus. Deinde ad sacrum Iordanem conuersa, circa speluncam vbi olim domicilium Baptista habuit, perpulchrã ædem illi erexit. Aliámq; † ad accliuitatem montis, Heliæ Thesbitæ. Atq; inde quatuor dierum itinere emenso, Tiberiadẽ venit, vbi τὸ Ἓν δεκάβορον, hoc est, duodecim thronorum templum statuit. quo loco Christus quinque hominum millia pauit. In ea regione est Capernaum, vbi miraculum illud in Centurione editum, & in paralytico, qui per tecta demissus, statim salutem inuenit: deinde vbi mulier sanguinis fluxu laborãs restituta est. Sistitur etiam in loco qui dicitur ἑπτάπηγος, hoc est, ad septem fontes: vbi ingẽs illud miraculum de septẽ panibus & paucis piscibus, Dominus fecit. Accessit quoq; ad Tiberiadis pileatũ, & in locũ vbi Magdalena sanata est. Et quouis loco diuersa Apostolis construxit templa. Intra vrbem Tiberiadem, locrus Petri domo reperta, diuo Petro pulchrum constituit delubrum. Itidem porrò in monte Thabor fecitin quo Melchisedech Abrahamum dicitur benedictione prosequutus esse. In ipso autem transformationis loco, qui solendorem illum mirificum conspexere, Apostolis tribus pulcherrimam extruxit ecclesiam. Quo loco multam etiam reliquit pecuniam, in subsidium eis qui ibi manerẽt, locúmque ipsum excolerent. Inde Orientem versus descendens, Nazareth peruenit: & * salutationis Angelicæ domo reperta, Dei genitrici peramœnum excitauit templum. Et in Cana Galilææ, vbi Simonis Cananæi nuptiæ celebratæ, & * ex occultis incortisque botris vinum factum, aliam quoq; sacram ædem ædificauit. Cæterùm in vrbem sanctam reuersa, in Sion amplissimum longè latéq; constituit templum, in cuius postico domũ circumclusit, in qua, foribus clausis, propter metũ Iudæorum, discipuli fuerant congregati: in qua etiam sacra cœna peracta, sacráque pedũ lotio, nec non Spiritus sancti in cœnaculo aduentus, in qua primus quoque Hierarcha & episcopus Iacobus renunciatus est. In eo templo marmorea quoq; fuit columna, ad quam quum flagellis cæderetur, alligatus est Seruator. In cuius parte finistra, diui prophetæ Dauidis sepulchrũ

Ecclesia Duodecaborum.

Mons Thabor.

** χαιρετισμοῦ.*

Simonis Cananæi nuptiæ.

** ἐξ ἀθλίων sepulchrum Dauidis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

† τὸ ἐν τῇ προκυμιδὶ τῆς ἀναστάσεως.

magnificè in sublimi collocatum. Sion ipsa ad Australem vrbis est sita partem, † superioré eius sortita regionem, passibúsque mille à Christi resurrectionis loco distat. Et in palatio Caiphæ, Petro Apostolorum principi templū aliud constituit. Atque in fouea Hieremiæ, & ad fontem qui Siloë dicitur, mirifica construxit opera. Postremò & agrum figuli apparari curauit, in aduenarum scilicet & peregrinorum sepulturam. Sed & filij Constantini instinctu, ad arboré Mábre, quæ nunc terebinthus dicitur, quindecim stadiis meridiem versus vicinā habens Hebron, Hierosolymis autem circiter ducenta & quinquaginta stadia abest: vbi vera certáq; fama est, vnà cum Angelis contra Sodomam euntibus, & filium Dei hospitaliter acceptū esse ab Abraham, ab eóque Isaaci procreationem annunciatam, maximum ornatissimúmque templū erexit. Intellexerat enim Constantinus sub ea arbore, veteres Græcæ superstitionis aras construxisse, Græcis sacrificiis istic operatos esse, vinū libasse, thura adoleuisse, bouem, hircum, & gallum sacrificasse, lucernas accensas oleo infuso apposuisse, placentas obtulisse: quosdā etiam numos & varij generis vnguenta, in vicinum puteū cōiecisse, ita vt rerum coniectarum ingenti copia, aqua inutilis sit reddita. Quod sanè Constantini vxoris mater, quum fortè istac transiret, visum, genero ipsi renunciauit. Animaduerterat enim æstiuo tempore, loci incolas, longinquiores etiā Palæstinos, Phœnices, & Arabes, annuas sectas in ea regione peragere. Et cōuentus celebritásq; ea grata fuerat omnibus: Iudæis quidem, quod Patriarcham generisque sui principem iactarent Abrahamum: Græcis verò, propter Angelorum in eum locum aduentū: Christianis porrò, quòd Deo dilecto illi, id prædictum fuerat, quod multis postea sæculis de Virgine futurū fuerat. Quare Constantinus cognita, episcopis Palæstinis vitio vertebat, in primisque Eusebium Pamphili perstringebat, quòd sic tam sanctum locū despexissent. Itaque episcopis Phœnicis mandauit, vt ex ipsis fundamentis aræ euerterentur, simulachra igne comburerentur, ac templum ibi tantæ antiquitatis nomini conueniens extrueretur, in quo diuinum numen ecclesiæ recepto ritu coleretur, locúsque de cætero à cōtaminatione omni liber esset. Quòd si quis deinceps eiusmodi quidquam facere deprehensus esset, eum graui mulctatum iri pœna, constituit. Atq; imperata hæc ad rem collata, legitimum consequuta sunt exitū. Nec minus Heliopoli in Phœnicia aliam sacram ædem Constantinus ædificari præcepit, eique Episcopum suum, & sacrū clerum dedit: veteri sublata lege, quæ cómunes esse vxores, & aduenientibus hospitibus virgines suas prostituere iubebat, vt dubia & anceps apud eos soboles, nullúmq; eius discrimē esset. Hoc tam abominandum scelus abolens, vt gentes familiæque dignoscerentur, effecit. Simile quiddam etiam in * Aphacis fecit.

Templum namque Veneris isthīc ad Libanū montem demolitus, vnà quoque fœdos & indecentes, qui mixtim fiebant, concubitus prorsus sustulit. In Cilicia porrò Pythonicum euertit fanum, atque incubantem ibi dæmonem eiecit. Non tantum autem ecclesias è fundamētis terræ extruxit, verumetiam pro sua erga Christū flagranti desiderio & amore, vt in solitudine quoque sancta haberet symbola, ædem sacram è variis linteis fieri curauit, eámque veluti priscus Moses, sicuti à me antea est dictum, secum circumtulit. Quin & plures ecclesias alias, in sanctis illis locis, supra triginta, amantissima Dei fœmina imperatoris mater condidit: & ad charissimum sibi filium, in Occidentalibus post Synodum agentem partibus, est reuersa.

De Deo gratis operibus beata Helena, eiusdémque obitu. item de cognomine ei vrbe: præterea historia fidem propè excedens de sancto martyre Luciano. Cap. 31.

PErmulta quidem sunt, quæ illius in Deum amorem & pietatem testantur: nō minus tamen eam virtutē, quod nunc dicturus sum, declarabit. Dicitur siquidem Hierosolymis, sacris virginibus ad epulas vocatis, famulæ præstitisse officium. Manibus enim ipsa suis escas illis apposuit, malluuium & aquam præbuit, aliáq, omnia ministeria obiuit, quæ conuiuis inuitatis exhibere moris est. Munera verò plurima & preciosa donaria. Orientalibus attribuit ecclesiis. Indigentibus res necessarias affatim largita est. Et multos in priorem reduxit statum, qui temporum difficultate euersi fuerant. Sic illa captiuorum vincula diuturniora soluit, ad metallum damnatos liberauit, & exules reuocauit. Quam ob causam condigna etiam à Deo accepit præmia. Etenim in præsenti hac vita, ea est consequuta, vt præstantius quidquam nemo ei accidere potuisse putarit. Nam Augusta renunciata est, & numos aureos sub effigie sua procudit, imperialibúsque thesauris in potestatem suā redactis, pro arbitrio suo est vsa. Quum autem ei finis vitæ instaret, cum celeberrima memoria Romæ decessit, vndeoctuagesimum agens annum: quum quidem in extrema illa alloquutione & valedictione, moritura, de piæ Christianæque viræ instituto, permulta mandata filio dedisset. Ingentes quoque ei post obitū tribuit honores: quales scilicet eam decebant, quę tam piè sanctéque vixisset. Extra vrbem Romanam sepulta, in templo rotundo marmorea vrna deposita, atque biennio post vnà cum vrna Constātinopolim deportata: est princeps ipse in imperialia monumenta ædis sanctorum Apostolorū illata, lętísque posthac atque etiam † nocturnis memoriis, vt par erat, est celebrata. Hierosolymis autem venerandæ illæ virgines, quibus veluti quædam ancilla inseruierat, præcipuis eam sunt memoriis solenniter prosequutæ. Quod si quis mundana hæc in aliquam bonarum vtiliūque rerum rationem referre velit, in eo quoque omnem longè superat obliuionē. Perinde enim atque pignus quoddam futura secula habent, ad memoriam eius sempiternam, in Bythinia vnam * & in Palæstina alterā vrbē: quibus imperator filius conditis, memoriā illi tribuit immortalē. Admodū verò beatam Hælenam regione & situ alterius delectatā esse ferunt, quæ antehac Drepanū nominata fuerat: quū quòd ibi orta esset, tum quòd * Lucianum martyrem post martyrium obitum eò à delphine deportari contigerit. De quo martyre illud est decantatum: moriturum eum, quum vis tyrannica neque templi neque

Quercus Mambre. In locis pleriſque idolorū ſacra & cultum tollēdum, & ſacras Chriſtianorum aedes magnificè extruēdis ceremonias inſtituendas Conſtantinus curat. Sicuti in valle Mambre.

Sozomenus eccleſ. hiſtor. lib. 2. cap. 4. & 5.

Item Heliopoli phœnicię, vbi vxores cōmunes erant, & virgines nuptuæ proſtituebantur. Item in Aphacis ad montem Libanum.

** Tripart. li. 2. cap. 10. Niceph. ἐν Φαιδάνοις. Æſculapij ad Aegas oppidum.*

Diuæ Helenæ pietatis opera.

exemplū hoc imitātur magni Principes ipſis Eccleſiæ ſteriis.

præmia pietatis eius in præſenti & futura vita.

† τοῖς ἐξ ἔτους

Helena mort.

Memoria defunctorum.

† μνείαις παννυχίσιν

* Conſtantinus duabus cum ratibus matrē ſuā Helenā nomē impoſuit idem postea quoque nomē vt Helenopontus diceretur, impoſuit tam. de modo rat. Helenopontij Nouel. 28.

* Luciani martyris corpus à delphine Nicomediæ epiſcopo Bythiniæ eſt delatum.

† ἐν τῷ οἰκείῳ ἑτέρῳ ἀναπειμένου, τὴν φρικτὴν ἐπιτελέσαι μυσταγωγίαν, καὶ οὕτως μὲ ταρχεῖν τῆς ἀχράντου θυσίας.

neque sacratij copiam faceret, & vincula quoq; atque plagæ motum prorsus denegarēt, † in suo ipsius pectore discumbentem, horrendo illo operatum esse mysterio, ad cúmque modum & ipsum participasse de immaculato sacrificio, & aliis vt itidem communicarent, suasorem fuisse. Sacrum id in carcere perficiebatur, & ecclesiæ specimen sacer ille chorus, qui eum iam † morientem stipabat, repræsentabat. Aliam quoque ob causam ita sacris operabantur, vt scilicet quę à piis peragebātur, ab iis qui alterius essent opinionis, non conspicerentur. Huius discipulos esse dicunt, Eusebium Nicomediensem, Marin Calcedonēsem, Theognidem Nicænum, Leontium, qui deinde Antiochiæ episcopus fuit, Antonium Tarsi Ciliciæ antistitem, Numenium, Eudoxiū, item Alexandrū, & Asterium Cappadocem, quos ad Græcorum superstitionem deflexisse fama est, tyrannorum crudelitati cedentes: postea autem lapsui atque errori, opem ferente eis ad pœnitentiam præceptore, renunciasse. quanuis iterum non idem sibi cum magistro sentiendum esse delegerint, Arij opinionem ex professo cōplexi. De beata Helena hactenus.

*Arianarium ad quam multæ etiam supra opinionē hominum virtutes sunt editæ: atque in primis, si qui * rigore inflammationis vexarentur, & oculorum doloribus & suffusionibus premerētur, sānati sunt. De qua factum quoddam, quod admodum in admiratione fuit, exponam. Ne verò quisquam narrāti mihi fidem non habeat: nihil enim tam pręter opinionem & pręter fidem est, quod Deus non perficiat: neque etiam quidquā quod Deus velit, impossibile est. Dicitur nanq;, & verè dicitur, quum ad eam Angelus Domini ter quotannis per altissimum intempestæ noctis silentium, perinde atque emicans quoddam cœlitus fulgur, cum splendore insustentabili venit, crucem eum circumire suffirum facientem: suaúsque voce quasi cuiusdam tenuis indicis, præsentiam suam illis qui puritate vitæ à vitiis auhorrentes, talia & videre & audire idonei sunt, insinuare: atque vbi cantu ineffabili diuinū carmen ter sancti hymni psallens concinuerit, rursum illum veluti stellam magnificè emicantem * ad munia redire sua. Hanc sanè venerandā Domini crucem, longo pòst tempore, decimū octauum annum Mauricio imperante, quòd immēso terræ motu corruerat, ferreis quibusdā operibus Heraclius firmauit, & in basi eius huiusmodi incidit inscriptionem: * Opus Deo acceptum imperatoris magni Heraclius firmauit. Quæ inscriptio ad mea vsque tempora durauit. Hęc de tribus crucibus à Cōstantino cōstructis.*

** ῥίγει φλογός. Sanationes ad crucis ſignum mirificæ. Miraculū ad eandem crucē deſcendentis è cælo Angeli.*

** πρὸς τὰ δίκαια ἦλθ.*

** ἔργον θεάρεστον βασιλέως μεγάλου ἡράκλειος ἤδ' ἐκαίνισεν.*

Ter ſignum crucis in cælo Conſtantino apparuit.

Tria crucis trophæa cōſtantinopoli à Cōſtantino facis celebribus ſtatuta.

Vt Conſtantinus Chriſtianiſmum vbique terrarum propagari curauerit. cap. 33.

QVi rerum omniū illud quàm maximè studuit, vt religio ampliora caperet incremēta. Neque se continere ea in re potuit. Vniuersos namque homines, quantum in manu eius fuit, ad Christum adductos atq; pertractos voluit, Apostolicam prorsus declarans mentem & studium. Quandoquidem autem homines Romano subditi imperio, præter rationem omnē, metum atque superstitionē, propter conceptam de simulacris opinionem retinebant, ritus patrios complectebantur, & ex antiquitatis autoritate pendebant, inducendam esse cultus eius apud ipsos obliuionem putauit. Id verò nec aliter nec prius fieri potuit, quàm illi templa, & quæ in eis sunt statuas negligerent atque contemneret. Consilióque id ad exitum perduxit. Edictis enim Imperatoriis passim publicatis, populi metuentes ne de rebus sibi charissimis in periculum venirent, in officio fuere. Et templorum custodes sacerdotésque, quum quod agerent non haberent, res quæ antea apud eos in honorem fuerant, despexere: & quæ dudum in abstruso latentia à nemine conspecta fuerant, ex adytis arcanísque locis pertraxere: quæque solis ipsis cognita erant, omnium oculis expoſuere. Simulacrorum materia, quæ quidem ingentis esset precij, igni adiudicata, & in minuta frusta cōcisa: quæ verò ex ære artificioso opere fabrefacta esset, propter pulchritudinem & præstantiam, in nouam Imperatoris vrbem comportata est: atque ibi per regiones cetras, atque in Hippodromo seu circo equestri, & alibi passim collocata. Abductus igitur est ex Pythij oraculi sede Apollo, ex Helicone Musæ, & Delphis sacer*

propagandi Chriſtianiſmi gratia edictis propoſitis, idolorum templa negligūntur, & ſtatuæ diruuntur, cōminuuntur, conflantur, proſanantur.

ſacerdotes ſimulacrorum, ſuperſtitionē eorum contemptu, ſua ipſi ſacra prodiderunt. Quod vtique non imperi & diuersa prorsus causa, ætate nostra factum etiam non esset. Dij ethnici turpiter ſtant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tripor: atque celebris ille Pan, quem Pausanias post Medicum bellum dicauerat. Templa porrò neglecta, prorsus ad ruinas sunt redacta. Omnino etiam tum & apud Ægas Aesculapij * in Syria, & apud * Apliacos ad Libanum montem Veneris delubrum sublatum. Vtrunque autē veteribus & celebre & venerādum habitum. Quæ quum ita fierent, ex sententia Imperatoris res procedebat. Et qui templa deorum, quæ prius coluerant, iacere, stipulāque & storea complexa esse videbant, in contemptum eorum veniebāt, maiorúmque errorem reprehēdebant. Quidam nos sunt æmulati. Alij Imperatoris ipsius gratia, oportere se Principis mores & institutа colere existimabant. Nonnulli porrò ab episcopis & Monachis, in quos diuinis quibusdam indiciis inciderant, edocti, satius esse Christianam suscipere religionem censerūt. Proinde populi multi & vrbes totæ ad Christianismum se conferebāt. Quemadmodum Gazæorū † nauale, quod Maiuma dictum erat, maximēque antehac dæmonū cultui addictum fuerat, totum se ad nos cōtulit. Cuius vt communem & vniuersam trānsitionē remuneraretur, magnum illi habuit honorē. Vrbem enim esse promulgauit, Constantiámque cognominauit, propter religionem, locum eum vnius ex filiis nomine cohonestans. Idem consequuta est quæ apud Phœnices Constantina est vocatat nā candē ob causam Imperatoris ipsius ei inditum est nomen. Multæ quoque & aliæ vrbes sua sponte ad sacra nostra colenda sunt adductæ, quæ & simulacra sua libentes euerterūt, & templa in ecclesias Dei commutarunt. Talibus incrementis quum Ecclesia augeretur, professio fidei etiā per barbaras nationes peragrās, omnem occupauit orbem. Non tantum enim qui ad amnem Rhenum sunt populi, Christianam religionem susceperunt, sed etiam Galli & Celtæ, qui vltimi ad Oceanum habitant: Gothi quoque & finitimę eis nationes, ad Istrum colētes, non ita pridē fidem in Christum complexæ, ex vita agrestі ad humanitatem & mansuetudinē se compulerunt. Atque vt verum dicam, barbaris omnibus, vt Christianismum complecterentur, vna occasio fuit: inter Romanos & exteros populos bellum subinde gestum, sub Galieni imperio, & deinceps. Multitudo siquidē vasta permista in Orientem transiens, eam orbis partem prædabunda peragrauit: atque alij abunde barbari idem facientes, in finitimos excurrerunt Romanos: atque ibi plurimam prædā agē-
„ tes multos quoq; ex sacerdotibus captiuos ab-
„ duxerunt. Qui apud eas nationes, quum mor-
„ bos curarent, dæmonésque sola Christi inuoca-
„ tione exigerent, & integros prorsus atque irre-
„ prehensibiles vitæ mores exhiberent, barbari
„ passim viros eos propter virtutem & admirāda
„ opera veneratione prosequentes, quid eos face-

Idololatria in contemptum venit.

C. lib. 11. tit. 45.

† ἐπτύγιον ὁ μαίστρας κέκληται.

Tota oppida idolorū cultu proculcato, ad Christianismū se conferre.

Gazæorū nauale ad Constantiæ nomen accepit.

Constantina Phœniciæ.

Barbaræ quoque nationes Christianam passim suscipiunt religionem.

Religio nostra secum humanitatem & mansuetudinem effert.

Bella à nostris cum barbaris gesta, eam fidem propagandæ apud illos religionis nostræ præbuere.

re deceret, ab eis cognouerunt: Deóque per illos cōciliato, cultum numinis meliorē sequuti, sincerámque doctrinam complexi sunt, ac postremò ecclesias quoque construxerunt.

Socrat. lib. 1. cap. 20.

De Iberis, vt ij ad piam christianæ fidei professionem sint adducti. cap. 34.

SCuti & Iberi, gēs barbara & bellicosa, Christiani facti sunt, Constantino Romanum imperium administrante. Habitat autem hæc natio in interiore Armeniæ parte, ad Septentrionem & Euxinum versus. Sunt autem Iberorum in Hispania coloni. Præiit eis in religione colenda captiua quædam mulier: quę quùm aliàs semper pudicè castéque vixerat, tum captiua quoq; nihil de pietate sanctioréque instituto remisit. Nā diu noctúque pietatis exercitia exhibebat, ieiuniis plurimùm vacabat, continuéque precationibus insistebat. Itaque barbari nouo vitæ instituto viso, eam admirari, & quānā de causa hoc sic faceret, percontari. Illa porrò candidè & simpliciter, sic Christum filium Dei coli oportere, dicebat. Tum barbari & nomine & religione eius qui sic coleretur audito, obstupuerunt. Interea accidit, vt regis filius etiamnū infans, graviter ægrotaret, & mater patrio quodam more ad alias eum mitteret mulieres, quo facilius remedium mali reperiri posset. Vt autem puer à nutrice circūlatus est, neque meliusculè habuit, randem etiam ad captiuam illam est deportatus. Quæ in multorum præsentia, nihil sanè ex materia aliqua compositi remedij admouit, neque enim se quidquam eiusmodi scire affirmauit: sed puero in linteolo, quod ei è pilis contextū erat, iam lacerum, reposito, simplicem ei fecit medicinā, nomine Christi super eo inuocato. Et ecce qui in ea erat expectatione vt protinus moreretur, quamprimum precatio est facta, liber à periculo fuit. Ex eo tempore præclara eius mulieris fuit fama, matrique pueri & aliis fœminis innotuit. Nec ita multo pòst, & eam ipsam pueri matrem incurabili oppressam morbo, eodem restituit modo: eámque est hortata, vt deinceps ei diuinum præstaret cultum, gratiámque haberet, qui bonorum conciliator, veræque salutis, vitæ, & regni sit dator. Eum esse Christum, verū verbum. Et postea quotidie ad eam frequentās, salutaria ei veræ pietatis exhibuit medicamenta. Quapropter regina re ipsa dictorum veritate in se ipsa cognita, hominem in magno habuit honore. Sedenim rex quum è coniuge & celeritatē & rationem remedij intellexisset, donis mulierē munerari voluit. At illa nihil sibi opus pecuniis esse dixit, cui abundē in Christo suppeterēt opes omnes: sibique ingentis muneris loco fore, si & ipsi eundem numinis cultum complecterentur. His illa dictis, munus satis grande ad regem remisit. Quem deinde sensim quodammodo vxor persuadebat, pulchrum errorem ei suadens, diuerso prorsus quàm olim Eua fuerit, animata modo. Colendum enim esse admonebat eum, quem mulier illa annunciaret Deum: magnum quippe illum, qui facilimè quæ veller facere, regna in placido atque quieto statu conseruare, obscuros illustrare ac locupletare, humiles subitò magnificare, & quosuis in rebus aduersis saluare posset. Hæc quum sic vxor commemoraret,

Iberes Armeniæ populi per mulierem captiuam ad Christianismū perducti.

De Iberibus. vli. lib. 6. cap. 4. & 10.

Socom. lib. 2. cap. 6. & sequent.

Fœmina ea regis Iberorum filium ita curauit, vt sanitati restitutus, per vxorem Christianismum imitat.

Regina quæ ipsam ægram sanat, hæc ad Christianam religionem complectendam exhortatur.

Donum sibi à rege oblatum non recipit, vbi eius sibi opes.

Regina regem quoque ad Christianismum imitat.

* *Rectius suprà cap. 30 eod. in cilicia. Sicuti etiam apud Sozomen. lib. 2. cap. 5 legitur. Lucan. Et extrema resonant naualibus Ægæ.*

† *Hic die certo ad imitationem & preces quasdā ex summo Libani montis iugo emicans ignis, perinde atque stella in vicino flumine, qui Adonis vocatur, submergebatur. Venerem cœlestem eum esse dixere. Sozom. lib. 2. cap. 5.*

Rex ea dere ambigit. Ambigenti in venatione tenebrarum densarū plaga effertur.

raret, Iberiæ Princeps flectebatur ille quidem verbis, ambiguis tamen erat. Suspectas enim habebat res nouas, & præterea immutare verebatur patria instituta. Porrò venatum aliquādo cum familiaribus suis est profectus, & ecce nebulæ densæ è montibus diffusæ, tenebras ingentes adduxere: opacirarémque syluę cōdensantes, diem cōuertêre in noctem. Perangustā venatio erat, & iter impeditum & imperuiū. Metuebant sibi omnes, & quò quemque sors tulit, sunt dispersi. Nec minus & rex ipse solus pererrans, patrios inuocabat Deos. Vt autem nihil de ea calamitate est remissum, pro eo atque fieri solet, quū homines inopinatis opprimuntur casibus, captiuæ illius Dei in mentem ei venit: constituítque adeò ipse secum, culturum se eum de cæterò, si malum tam subitum sibique præter expectationem oblatum discussisset. Hoc si decreto, caligo statim soluitur, & serenitas ampla radiis in sylua conjectis succedit. Itaque lætus domum redit: vxori, quod acciderat, suauiter recenset: mulierculam illā acciri statim iubet, séque ab ea de cultus eius ratione doceri ardentius petit. Atq; illa, quum quæ par opúsque fuerat dixisset, cōfestim ipse suos conuocat: & orationem pro concione ad eos habens, beneficia quæ captiua illa in domum eius contulisset, commemorat: & quāuis † nōdum dogmate nostro initiatus, populis tamen suis voluntatē suam exponit. Et illi vniuersi simul cultū Christi ambitiosa alacritate complectuntur.* Ac primo quoque tempore descriptione à muliere facta, ecclesiam sanè quàm celebrē erigunt. Atque ipse quidem viros coniunx verò vna cū captiua mulieres magno studio ad religionē adducebant. Et iam parietes circūcircà exstruxerant. Postquam autem columnas quoq; funibus quibusdam sursum trahentes. locis suis collocabant, vna quidem & altera columna facile sedē suam obtinuere. In tertia verò difficilis admodū & laboriosa fuit collocatio. neq; enim ars conatui sufficiebat, neque robur trahentium quidquam proficiebat: & permulti erant, qui illam machinis adtraherēt. Superuenit nox, & alij omnes domū quisque petiere. sola autē captiua mulier in eo loco permansit, precibus Deū implorans, vt facilis columnæ in basi sua redderetur repositio. Nam illa ad mediū vsque erecta, obliqua consistebat. parte altera sublata, immobili prorsus permanēte altera. Factum id, vt Iberibus priora incepta firmiora, & quæ deinceps de numinis cultu statuerēt, certiora essent. Diuculo namq; proximo ad ecclesiam veniētes, veluti miraculū & somnio prorsus simile quiddā viderunt. Quæ etenim prius immobilis fuit columna, directa paruo interuallo supra basim suā suspensa persistebat. Et illa consternatis omnibus, & Christum solum verum Deum profitētibus, in conspectu omnium paulatim sua spōte se demittēs, melius quàm ars vlla efficere queat, loco suo est adaptata. Postea verò & reliquæ columnæ facilè collocatæ atque firmatæ sunt. Atq; Iberes deinde studio omni opus id absoluerunt: cohortante etiam ea ipsa captiua, lega-

Ibi ad Christianismū animum appellit.

Mox ciues suos ad eundē complectendum cohortatur.

μόνῳ μὲν θεῷ τῷ τοῦ λόγματος.

Ciues principis sui consilium sequuntur.

Ecclesiam construunt.

Fides eorū incohata per miraculum ingēs instructura ecclesiæ diuinus exhibitū perficitur atque confirmatur.

τῷ ἀποστόλῳ.

Idem societate belli & pacis cum Constantino per legatos inita, presbyteros & fideles deferens ab eo impetrant.

* *Regis ad exemplum totus componitur orbis. Claudian. Vita principis censura est, eáque perpetua. Ad hāc dirigimur, ad hanc conuertimur. Plin. Iun.*

Vt etiam interioris Indiæ populi christianismum sint amplexi, & natio itidem Armeniorum. Cap. 35.

SVb eiusdem imperio, & interiorum quàm qui ad nos vergunt, Indorum gens, quæ Bartholomæi doctrinæ expers permanserat, à sacro quodam Frumentio instituta, sacri dogmatis particeps est facta. Ne quis autem putet, Christianismum ab hominibus prouenire: id vel ex eis qui apud Indos fuere Christianis, facile est cognoscere. Indi autem Sabæi primùm, deinde etiam Homeritæ sunt appellati. Nationem eam ex Abraham & Cetura prognatam, regionémq; eam quam Græci magnam & felicem Arabiam nominant, esse, extrēmúmque Oceanum fines eius pertingere dicunt: cuius metropolis & primaria vrbs est Sabba. vnde ad Solomonē, fama obtinet, aduenisse reginam illam Austri. Gens ipsa circunciditur, ac Soli, Lunę, aliísque eius regionis incolis dæmonibus sacrificat. Immixta ei quoque est non exigua Iudæorum multitudo. Hanc regionē philosophus quidam Meropius Tyrius, cognoscere & perspicere volens, veteres sapiētes Platonem, Empedoclem, & Democritum, qui visendorum locorum gratia, longinqua vli sunt nauigatione, maximēque propinquiorem Metrodorum, qui Indos perlustrauit, imitatus, assumptis adolescentibus duobus genere sibi propinquis, & Græcæ linguæ non imperitis, (liberalibus enim artibus eos erudierat (eò est profectus. Atque ibi quibus opus erat rebus perspectis, iam in reditu erat, Ægyptia vectus naue. Propter penuriam autem siue aquæ, seu alterius necessariæ rei, ad portum quendam appulere. Euenerat tum vt fœdus & pax inter Romanos & Indos pacta, solueretur. Atq; Indi
„ alicūde incursione in eos facta, quùm alios ple-
„ rosque, tum ipsum philosophum interemēre:
„ adolescentulos autem captos regi suo dono abduxere. Et ille iuniorem quidā, Ædesij ei nomen erat, ministerio vini miscendi, Frumentiū autem arcano regiarum literarum & pecuniarum curandarū muneri (ingeniosum nanque, & ad huiusmodi munia obeūda idoneum esse cognouerat) præfecit. Et quum annis pluribus egregiā ei fidem præstitissent, moriens rex, vxore & tenero filio relicto, diuturnam illorū beneuolētiam libertate data compensauit, & quocunque loco esse vellent, migrandis eis potestatem permisit. Itaque illi Tyrum, quę patria eis erat, redire properabāt. At Indorum regina, quòd tener admodum filius eius esset, eos, vt aliquot adhuc ad tēpus, pueri regnique curatores constituti, donec

Indi quoque interiores inopinato modo ad Christianā fidem sunt cōuersi.

Christianismus nō ab hominibus, sed à Deo venit.

Indi, Sabæi, Homeritæ.

Magna & felix Arabia.

Plin. lib. 6. cap. 23.

Idolatria Indorum.

Meropius Tyrius philosophus ad Indiā visendā profectus eū duobus adolescētibus.

Socrat. lib. 1. cap. 19.

Meropius in reditu captus interficitur. Adolescentes Ædesius & Frumentius in regis Indorum ministerium assumuntur. Ii libertate donantur.

Mox pupilli Regis curatores constituuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ver Frumentium interior India Christiana sacra colere primùm discit.

ille maior fieret, ibi manerent, rogauit. Obsequuntur illi. verebantur enim heræ optata reicere: & Indorũ regnũ, quoad potuere, administrãt. Et magis penes Frumẽtium summa rerũ erat: qui, vt equidem puto, instigante Deo, si qui apud Indos Christiani, aut qui nauib⁹ eò frequẽtarent Romani essent, diligẽter perscrutabatur. Eos inuentos perhumaniter accepit, locisque, Christianorũ more, suis cum eis orauit. Atque ea progressus via, orationis domum constituit: & quoldam ex Indis sacris nostris institutis, precationibus operari docuit, & religionem profiteri hortatus est. Et filius regis iã ephebus erat. Atque illi quamuis, vt manerent, plurimùm cogerentur, attamen & cum regis & cum matris eius bona venia in patriã suam rediere. Et Aedesius quidem Tyri, propter propinquos suos, postea presbyterij assumpsit dignitatem. Frumẽtius verò Phœnicia relicta, Alexandriam se contulit: atque ad Athanasium quum venisset, qui nuper admodum ad sacra ecclesiæ gubernacula peruenerat, res Indorum ei exposuit, & vt procliues paratiq; ad Christianismum suscipiendũ essent, ostendit. Et insuper, non despiciendam esse tam opportunè oblatam venationem, sed episcopũ eò & clerum illis quamprimum mittendum esse supplicauit. Athanasius porrò verbis eis in animo suo perpensis, Episcopis, qui tum Alexãdriç aderant, aduocatis, non alium aptiorẽ magisque idoneum ad cultum diuinum ibi adaugendũ iudicauit esse, quàm eum ipsum, qui primus semina Christianorum communionis apud eos iecisset. Atque ille persuasus, episcopatum suscepit: & in regione Indorum reuersus, præco Euãgelij istic omnibus factus est. Tantopere verò eum laudatum esse ferunt, vt parẽ cum Apostolis laudem & honorem tulerit. Clarissimũ enim eum Deus reddidit, prodigiis & miraculis insignibus exornãs. Et locupletem nactus gratiam, plurima Deo constituit templa. Medicũsq; animarum iuxtà & corporum incurabilium diuturna sanauit vulnera. Hæc Rufinus memoriæ prodidit, qui se Ædesium Tyri cõueniss̃e refert. Et ad hunc quidem modum † sacerdotalis dignitas & administratio apud Indos est institutа: vnde deinceps diuinum dogma finitimas quoq; regiones peruasit. Eisdem ferè temporibus, Armenios itidem Christianam religionem cõplexos esse audiui. Quum enim Gregorius ille, qui miraculis edendis clarus fuit, multa à Teridate propter Christũ passus, & post multas variásque malorum species ad quatuordecim annos foueę cœne sæ & caliginosæ inclusus esset, Teridates ipse eius gentis princeps, cum domo sua tota, & cum optimatibus, diuinæ iræ vindictam est expertus. Ad vitam enim simul & formam porcorum redacti, seipsos deuorabant. Sedenim ex fouea illa extractus diuus Gregorius, vno signo omnibus Christum colere persuasit: & suilla forma atque vita liberatos, institutum nostrum complecti coegit, delubra eis construxit, sacra arcani & mystici sacrificij celebrauit, & nouis miraculis incolas dæmones ex ea regione exturbauit. Sunt qui Gregorium vnà cum Teridate ad Imperatorem magnum Cõstantinum venisse tradunt, eumque tam miranda & inopinata audientem magnopere lætatum esse, & Gregoriũ ipsum totius eius regionis episcopum ordinatũ, eò misisse. Grẽgorius igitur Teridatis suffragio comprobatus, quùm idolorum sana ibi euertit, tum Christo sacra templa erexit, & miraculis præcipuis vniuersam gentem ad fidem nostram redactam baptizauit, atque ad Seruatorẽ Christum adduxit.

Aedesius & Frumentius in patriam ex India reuertuntur. Aedesius presbyter Tyri fuit.

Frumentius, suasore Athanasio episcopo Alexandrino, episcopus ab eodem factus, in Indiam pro pagandæ fidei Christianæ causa redit. episcopus corporum simul & animarum medicus. ἐπισκοπῶν.

Armenij etiã christum cognoscunt, per magnum & mirificum Gregorium.

Homines in suos vindicta diuina cõueršti. idẽ per Gregorium pristinum statũ recipiunt, & Christiani sunt.

* *Alium hunc Gregorium Miriscum fuisse aliquis putet, ab eo quem suprà Origenis discipulum, & episcopum Neocæsariensem in ponto extitisse legimus. Sed vnus et idẽ est, sicuti colligere est infra ex lib. 11. cap. 19.*

Quid Sapori regi Persarum acciderit: de episcopo Symeone, déque ijs qui cum eo martyrio sunt affecti. cap. 36.

NOn longè pòst, per finitimos populos ad plurimos dogma nostrum peruenit: à quibus & ad Persas doctrinam tum pertigisse existimo. Nonnulli etenim ex Persis, cum Ofroenis & Armeniis familiarius agentes, & cum sanctis quibusdam viris verba conferentes, paulatim virtutem illorum experti, ad vitę eorũ ęmulationem tacitè ferri, & Christianismum amplecti cœpere. Vbi autem cum tempore numerus eorum est auctus, ecclesiæ constructæ, sacerdotum ordo institutus, aliáque quæ nostrorũ sunt sacrorum peracta, non mediocrem ea res Magis attulit plagam. Ij enim antiquitùs, veluti familia quædam ad quam sacerdotium pertineat, rem diuinam apud eos procurant. Quin & Iudæis qui ibi sunt, ægrè fuit, iamdudum odio atque inuidia aduersus religionẽ nostrã, nobis infensis. Ij Saporem, qui tum regnum in ea regione obtinebat, adeunt: & Symeonem Seleuciæ Cresiphontis, primatiarum in Persida vrbiũ, episcopum, per calumniam deferunt, veluti Romanorum Imperatori amicum, rebúsque Persarũ infestum. Et rex fide illis habita, primùm Christianos vehemẽter vexauit, præfectos illis viros sæuos constituens, & tributa grauia imponens, vt scilicet egestate & exactorum crudeliter expugnati, religionem repudiarent: id quod ei magnopere studio fuit. Deinde sacerdotes atque episcopos, tanquam eorum præfectos iugulare, ecclesias demoliri, sacra donaria publicare, & Simeonem perinde atque religioni simul & regno Persarum insidiantem corripi iussit. Itaque Magi Iudæis adiuuantibus, ecclesias statim solo æquant: & Symeones ferreis compedibus vinctus, apud regem sistitur. Vbi sanè virum se honestum & bonum præstitit. Post multa namque verba introductus, non amplius, vti consuetudo eius fuerat, adorate illum sustinuit. Quapropter ira percitus tyrãnus, qui id tandẽ esset, quod nunc demum præter morem faceret, interrogat. Atque ille: Quòd nunquam antea, inquit sicuti nunc, productus sum, vi mihi illata, vt verum Deum prodã. Quum quidẽ nulla inter nos esset dissentio, quæ moris Persici sunt feci: nunc autẽ nefas id esse duco. De veritate nãque & fide nobis est certamẽ. Porrò Sapores illi, vt Solẽ adoraret, necessitatẽ imponit: quod nisi faceret, non ipsum modò, verùm etiam omnẽ quę ibi esset Christianorum gentẽ, interituram esse minatur. Sedenim quũ neque minis illũ territãs, neque promissis demulcens, quidquam proficeret, ac nulla spes esset reliqua, illum vel sacra sua

Origo & propagatio Christianismi apud Persas.

Magis ibi & Iudæis, Christiani odio, dolore.

Si Symeonem episcopũ Persidis calumnian. se apud Saporem regem deferunt.

Grauis persecutio Christianorum in Persida.

Symeon cõprehenditur. Ad regẽ vinctus adducitur.

Regem legitima de causa non adorari, solita reuerentiæ obseruantia omissa, Symeon.

Idem Soli sacrificare iubetur.

Reducitur in carcerem.

Vsthazanes eunuchus qui fidem abiurarat, ab eo despicitur. βδελύσσεται.

Adorare est, summissionis gratia se inclinare, aut inclinare.

Vsthazanis pœnitentis lachrymæ. † ἀβιάστως.

Vsthazanis publica apud regem peccati confessio.

Resipiscentia constans.

Vsthazanes à rege condemnatur, ad supplicium capitale ducitur. extremæ Vsthazanis ad regem suum preces.

Non vult is vt maleficus sed vt christianus mori. Quod satis ad supplicium capitis fuit cauſe. impetrat hæc à rege, cui contra Christianos id commodum visum est.

Commoditas verò Vsthazani ad christianos, quos negatione sua offenderat, cõfirmãdos fuit.

proditurum, vel Solem adoraturum, vinctũ remittit in custodiã. Quę, dum abducitur, Vsthazanes vetulus eunuchus, Saporis olim pedagogus, primam in aula regia obtinens dignitatem, assurgens, vt martyrem adorat: tum enim fortè pro aulæ palatio consedebat. Symeones verò ne verbo quidem eum dignatus, quasi iniuria affectus præterit: illud in eo detestans, quod nõ ita pridem † coactus Solem adorandum duxerit. Tum eunuchus oculos lachrymis suffusus ingemiscit, vestem splendidã ponit, pullã sumit atq; pro ædibus cõsidens luctum gemitu & lachrymis mistum continuat, talia subinde verba referens: O me miserum, qualem ergo me futurum sperem, qui à me † nulla adhibita vi pernegatus est Christum? quando Symeones iste veteri cõsuetudine mihi coniunctus, ea de causa ne aspectu quidem me dignatus, præteriit? Hæc Saporem latère non potuerunt. Itaque accito eunucho, num quid domi suæ ei aduersi accidisset, rogat. Ille, nihil infortunij domi esse dicit: felicitatis quippe id esse, si quid domi esset malifacius natuque id futurum fuerat, quàm tanta opprimi calamitate. Lugeo autem, inquit, quod & viuo, & solem aspicio, iamdudum qui mori eram meritus: propterea quòd non ex animi sententia, tua gratia, diuinum Soli exhibui honorẽ. Itaque vtroque nomine me mori debere iudico, tum quòd tantopere desiderati, rerũ longè pulcherrimarum proditor factus, negauerim Christum: tum quòd te quoque ipsum decepi. Atq; his dictis, adiurat, haudquaquã se posthac mutaturũ sententiam. Sapores ad tantã eunuchi mutationem cõsternatus, Christianis quàm maximè suscenset, impostoris atque incãtationibus talia ab eis agi existãs. Et propter familiarem consuetudinem gratiãmque qua nutritium suum prosequebatur, modis omnibus à proposito illũ deducere tentat, crudelitatem mansuetudine tẽperans. Vt autẽ perficere, quod volnit, non potuit, Vsthazane non tam se esse simplicẽ aut stupidũ dicente, vt pro factore & creatore creatura colendam esse statuat: ira victus Sapores, caput ei amputari iubet. Enimuerò quum iam ille abduceretur, fidelissimum quendã ex eunuchis ad regem mittẽs, hæc renunciari ei iubet. Qua ab iuuente ætate, ô rex, beneuolentia in te, patrẽ tuũ, & familiã omnem fuerim, alacriter vobis inseruiens, nihil mihi testibus opus esse credo: scire enim te omnia nouì. Sedenim pro eo quòd semper gratificari vobis studui, vnã hanc peto gratiã: quain te quidem, qui multas acceperis, reddere est æquum. Grauiter enim moriturus fero, quòd perinde atque infidus, malẽque de familia vestra meritus, pœnas pendã. Quapropter præconem publice omnibus promulgare iubeto, Vsthazanem morte mulctari, nõ qui in regiã aut regnum quidquã admiserit, sed qui sacra Christianorũ professus, minimè regi parere voluerit, vt quem ardenter coluerit Deo negato, pro illo Soli diuinũ ferret honorẽ, propterea suppliciũ sustinere. Atque internuncius hæc ita significat. Sapores autẽ petitionem impleri. Recte namque promulgationẽ eiusce modi cæsurã putabat. Etenim si Christiani cũ animis suis reputarẽt, nulli de cæterò parsum iri, quando nutricius, & tam charus regi vir necaretur, celerrimè eos Christũ

Vsthazani pœnitentia, martyrium.

colere desituros. Præterea verò factum id Vsthazani quoque commodũ accidit. Quemadmodũ enim, quum timore adductus Solem adorauit, multos ex Christianis transuersos egerata imitatores eius rursum futuri fuerant illi, quum pro veritate religionis cæsum esse cognouscerent. Atque Vsthazanes quidem ita præclarè vitam suã finiit. Postera autem die Symeonem quoque rex trucidari præcepit. Erat autem ea dies, qua venerandam Dominicam resurrectionẽ Christi præcedit. Quin & alios itidem centum vinctos, qui ex episcopis & alio sacro ordine erant, tũ iugulari iussit. Symeones igitur productus, neque ipsi regi, neque Soli adorationis cultũ exhibere volens, perquàm liberè & fortiter de dogmate suo decertauit. Maximus porrò Archimagus, siue magorum princeps, quum illos abductos, an vicere, & rem diuinã de regis sui more facere vellent, interrogasset, atque id illi cuncti detrectassent, ad supplicium omnes condemnati sunt. Symeones verò præsenti animo esse, & confidere, eos iussit: atque in memoriam eis reuocauit mortem simul & vitam sempiternam, resurrectionẽ quoque, & veram pietatem. Et testimonia quædam sacrarũ literarũ adducens, facile fidem faciebat orationi suæ: Mortem scilicet affirmans esse vitam. At si quis per timiditatẽ cultũ Dei deserat id demũ verã mortẽ. Neque ita multũ abesse tẽpus, etiamsi nemo occidat, quin sua ipsa sponte mors præstò sit: quippe quã nemini, qui genitus sit effugere liceat. Quę autem futura sint æterna, & æuum ipsum testem habẽtia, nõ omnes exæquo prorsus consequutura, sed vnicuique certã quandã & exactam adhibitum iri, quę vitam hic acta examinet, amussim: accepturumque quẽlibet pro operibus suis bonis præmia immortalia, atque itidẽ rursum supplicia pro malis perpetratis sempiterna, Maximum esse, prorsus vitã pro nomine Dei proicere, atque apud nos bonorum omnium summum & felicissimum. Eiusmodi verbis Symeones, veluti quidã bonus pędotriba, ad certamina discipulos inungens, ingẽ genti fiducia illos ad cædem progredi est cohortatus. Cæterùm postquam centum illi iugulati sunt, postremò & ipse Symeones gladio est percussus. Inter hos etiam fuere Abdechalas & Anianas, senes iam, & * seniores seu presbyteri ecclesiæ eius. Tremẽti verò Aninæ, dum ad cædẽ præparatur, Pusices regiorum artificum præfectus: Conniue, inquit, paululũ ô senex, & oculos claude, & fidenti animo ensem excipe: statim enim videbis magnũ lumen Dei. Hæc cùm dixisset, correptus, & ad regem tractus est. Vbi quum Christianũ se professus esset, quòd liberioribus verbis doctrinã defendisset, & pro martyribus cõtra regem steriss̃et, quasi non opportunè aut decẽter dicẽdi libertate vsus esset, nouo quodam modo ad mortẽ est condẽnatus. Ceruice namque perfossa, lingua inde eius est extracta. Præterea verò ex calumnia quorundam, filia quoque eius sacra virgo interfecta est.

Symeonis & centum ecclesiasticorũ virorum splẽdidissimum pridie Resurrectionis Dominicæ martyrium.

Quibus verbis Symeones commartyres suos in extremo supplicio capitis ad cõstantiam & fortitudinem sit exhortatus.

Martyres Abdechalas & Aninas. Al. Ananias. πρεσβύτεροι δὲ ἦσαν τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης. Martyres pusices. Aulicus ad animositatem cohortãs martyrio quoque ipse coronatur. Filia item eius virgo sacrata.

De Tarbula Symeonis sorore: de Acepsima, & Milo episcopis: aliisque in Persida sedecim millibus martyrum. Caput 37.

ANno proximo, ipso * luculento Resurrectionis die, edictum Saporis Christiano

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martyrium Azadis eunuchi. Multitudine martyrũ permotus rex, in antesignanos tantũ & primarios christianorum animaduertendũ esse statuit. Veneficium his obiectum.

morte mulctans, passim est propositum. Ibi tum E inumerabilis eorum multitudo dicitur martyrio esse sublata, quod multi etiam ex regia aula sustinuere. Inter quos & Azades, apud Saporem maximè gratiosus, certamen pertulit: propter quem in magnum cõiectus mœrorem rex, multitudinem ipsam postea iugulari non sustinuit, solos autem religionis antesignanos gladio feriendos censuit. Simul quoque tum comprehẽsa est sacra quædam virgo cum famula, eiusdem vitę instituti sectatrice. Cui soror etiam fuit, quę post mariti obitum nuptiis secundis renunciauerat. Tarbula porrò ea, quam comprehensam esse diximus, erat episcopi Symeonæ soror. Erat autem per calumniam in vincula cõiecta, quòd Iudæi eam detulerant, propter fratrem Symeonem iratam cædis eius gratia venefício insidiatam esse reginæ. Ægrotabat enim ea cum extremo periculo, & calumniam perinde atque vera esse, approbabat. Facilimè siquidem fidem habuit rebus detestandis, quæ sic erumna oppressa iaceret: præcipuè quum † ex genere Iudæorum esset, institutisq; eorum viueret, eósque sibi sincerè & ex animo bene velle putaret. Quæ res illis satis præbuit occasionis, ad odium explendum. Itaque sacras illas virgines, in partes duas serra discissas, in crucem egerunt: reginámque ægrotam, vt per medias illas iret, † permouerũt, vt scilicet piaculum abominandum in ipsas immitteret. Tarbulã hanc forma atque vultu valde venustam, quidam ex magis, amore eius ex conspectu antea captus, clàm ad se accitam, de concubitu compellauit: atque si se potestati eius cõmitteret, mercedem ei calumniæ eius abolitionẽ est pollicitus. Tantum verò abest vt illius cupiditati puella assentiretur, vt contumelia impudicam eius petitionem prosequuta sit, moriq; potius decreuerit quàm virginitatis pudicitiã prodere. Saporis edicto passim promulgato vt cæteris quidẽ, sicuti supra dictum est, parceretur, in duces autẽ religionis solos capitaliter animaduerteretur: magi, eorúmque principes ea re exultantes, incredibile dictu est quanta cũ improbitate Persidem peragrãtes, episcopos & sacerdotes occiderint. Potissimum autem in regione Adiabenorum crudelitatem omnem exhibuere. Est porrò ea Persica regio, Christum tota profitens. Eadem tempestate & Acepsimas episcopus ductus est, & cum eo ex eius clero permulti. Atque alios quidem facultatibus eorum direptis dimiserũt: Acepsimam autem magi flagris multis verberatum, ingenti vi ad Solem adorandum adigere sunt conati. Verùm vbi nihil egere, carceri eum incluserunt. Quem Iacobus quidã di-

Iacobus presbyter cum Acepsima episcopo in eiusdem carcerem includitur.

gnitate presbyter, sua sponte sequutus, magos orauit, vt in eundem cum illo carcerem protruderetur. Ibi episcopo grãdæuo subseruiit, ærumnásque eius sedulitate ministerij sui alleuauit. In eisdem vinculis fuere, Aithalas presbyter, † Ioseph, Azadanes, & Abdiesus, diaconi, plurima flagella propter doctrinam perpessi. Postea verò vbi Archimagus, re cum Sapore communicata, potestatem ab eo in illos, pro arbitrio suo, nisi Soli diuinos offerrent honores, animaduertẽdi obtinuit, regísque sententiã vinctis declarauit, atque illi in cõtinenti Christum abnegare, multòque magis Soli diuinam rem facere reclamarunt, multos crudeliter eis intulit cruciatus. Et tum quidẽ Acepsimas cõstantis fortudinis specimine edito, in flagranti certamine vitam finiit. cuius cadauer Armenij quidam, clàm sublatum, sepeliere. Reliqui verò, & quidem plures, loris corpora cõscissi, pietate tamen nihilominus integri & salui, denuò in vincula sunt coniecti. In iis, Aithalæ, dum tortus neruis extenditur, adeo sunt brachia luxata, humerísque diuulsa, vt deinceps emortua, vsu nullo dependerent, neque ei ad cibum ori admouendum sufficerẽt. Quapropter aliorum ea in re eũ ministerio vti oportuit. Sed & cõplures alios sacerdotes, diaconos, monachos, særas virgines, alióq; prẽterea singulari in doctrinã Christianam ardore præditos, magnóq; labore in sacris ecclesiasticis versatos excruciauit. Horum numerũ inire non fuit. In quibus fuere episcopi, Barbasymes, Paulus, Gadiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Ioãnes, Hormisdas, Papas, Iacob°, Romas, Maaras, Agas, * Bocchoris, Abdas, Abdiesus, Ioannes alter, Abramius, Abdelas, Sapores, Isaac, & Dausas, in regione Zabdæa (hoc enim illi nomẽ erat) à Persis bello captus. Ea tempestate, vnà cum * loci eius episcopo Marcade, etiã mortuorũ excitator Milas, cũ clericis ducentis quinquaginta numero, qui à Persis itidẽ captiui abducti fuerant, innotuit. Milas sanè Persicus miles fuerat, mutatóq; viuẽdi more, Apostolicũ sequutus est institutũ. Et oppidi cuiusdã in Perside episcopus factus, quum sæpe multas grauésq; sustinuisset plagas, vbi neminẽ Christianã religionẽ amplecti velle animaduertit, † dira incolis imprecatus, inde discessit. Nõ longè verò pòst, quum primarium ibi magistratum gerentes † maiestatem regiam læsissent, adducto eò exercitu longè maximo, Persa oppidũ diruit, locúmq; eius bobus aratro iunctis proscidit, & tanquã agrum conseuit. Milas autem ex eo oppido, sicuti dixi, discedẽs, sola opera in qua sacrũ Euangeliorũ librũ seruabat, accepta, Hierosolyma precationis ergò venit. Deinde Ægyptum, ad visendos ibi Monachos, petiit. Quãtus autẽ vir is immẽsis miraculis edẽdis, mortuísque adeò restituẽdis fuerit, Syri ipsi, qui vitã & res eius gestas in literarũ memoriam rerulerũt, libris suis testabũtur. Mihi satis fuerit, hæc tantũ de eo dixisse, eorúmque duntaxat meminisse, qui apud Persas sub Sapore diuinũ sustinuere agonem. Ægrè enim quisquam numerũ inierit, & qui nã, & vnde fuerint, aut quomodo, quæúe subierint supplicia. Varij namq;, multorumque generũ cruciatuũ apud Persas sunt modi: qui in eis etiam cum ambitione quadam, laudem & gloriam maximè ostentãt. Quantum autem ra-

Aithalæ presbyteri in tormentis loco suo moti, & inuicta reddita.

Episcoporum martyrum in Persida catalogus.

Χωρεπίσκοπος Μαρκαδες episcopus Milas, alij Miletus vocãt. et 250. clerici martyres.

ἐπηρώσατο τὴν βασιλικὴν μεγαλειότητα. insultauit opprobrio.

Τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τοῦ βασιλέως Προσόλυμα religiosum, Oppidũ quoddam apud Persas contemptæ dei in crimen lesæ maiestatis apud regẽ fuit, & deinde in perniciem eius collapsum. De numero martyrum Persarum.

* κατὰ τὴν ἐπιλύχνιον ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, ηἰς. κατὰ τὴν ἡμέραν ἣ τὸ μὲν πάθος τοῦ Χριστοῦ ἢ ἀνάστασις ἐπετελεῖτο, τῆς δὲ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἡ παγήγυρις προσεδοκᾶτο. *Sez. om. Quibus verbis eleganter parasceues & paschatis christi dies significatur.*

Ante constitutionem istam, alio saporis edicto, innumeri Christiani in Persida gladio sunt casi, qui seipsos Magis quæstiones oppidatim agentibus obtulerunt, ne silentio Christũ negarent, veriti. Sez. om. lib. 2. cap. 11. Vno paschatis Christi die ibi sedecim millia martyrum variis supplicijs sublata esse passim in locis multis scribit. Nicer.

tem ratione complecti licet, eorum qui tum ibi A martyrium absoluerunt, & alicuius fuere nominis viri & mulieres, extra multitudinem eã quæ numerum excedit, ad millia sedecim fuisse dicũtur. Quorum nomina recensere operosum iudicantes, qui Edessæ sunt, Persæ & Syri Christiani, hoc tantummodo memoriæ commẽdarunt.

Quæ Constantinus Sapori Persarum regi pro Christianis scripserit. Cap. 38.

POsteaquam autem laudatissimus Imperator, Christicolas ibi ita affligi intellexit, ægrè id ferens, magnopere est perturbatus. Et paratus quidem ad opem illis ferendam erat: sed quod faceret vt illi eo quoque loco quietam ducerent vitam, non habebat. Sedenim accidit vt legati tum ex Persida ei adessent: quorũ optatis quum satisfecisset, rectè se facturum putauit, si Sapori B de Christianis qui sub eius regno essent, quidquam etiam significaret. Itaque epistolam ad eũ, dignam profectò illam quæ maximè celebretur, dedit: maximam se illi debiturum esse gratiam ostendens, si quietem eis qui sacra Christi colerent, permitteret. Neque esse quòd religionis eius cæremonias criminaretur: quippe illos non victimis mactatis, quemadmodum ipsos, sed incruentis gaudere sacrificiis: & preces ad Deum fundere, cui non effusus sanguis gratus esset, sed anima virtutem sincerè exhibens, & dogmata veræ pietati maximè conuenientia. Proinde laudandos eos esse magis, qui sibi ita credendum, Deúmque colendum statuerent. Ad hæc Deum illum propitium habiturũ esse recepit, si Christianorum pietati consulendum putaret. Atque ad id indicandum, Galienum illum & Valerianum, præterea verò ea quæ sub ipso accidissent, Cres uersetur honestas: atque eos qui à vitiis lõgè produxit. Illos enim, tantisper dum Christianos quiescere passi essent, facilè imperij cursum tenuisse: eosdem autem, postquam, sicuti rebqui Imperatores Romani, persequutionẽ aduersus Christianos excitasset, ab ipsis Persis victum, in discrimen diuinæ vindictæ incidisse, & apud eos captiuum misere vitam finiisse. Sedenim sibi ipsi, propter fidem in Christum, Deum opitulatorem fuisse, omnémque inde Romani imperij ditionem ab ipso vsque occidẽtali Oceano, cũ bona Orientis pãrte, in potestatem suam peruenisse: multa à se bella confecta, & de grauibus tyrannis diuino nutu tropæa esse statuta. Ad quas res nihil sibi opus fuisse vel hostiarum mactatione, vel vatũ ariolorúmque prædictione: sed ad victoriã omnem satis fuisse, solam Crucis, quæ copias suas D præierit, armaturam, & orationem prẽterea sanguinis prorsus expertẽ. Ad finem porrò epistolæ hæc etiam verba affert. Hoc hominum genere, Christianorum dico (de his enim mihi est fermo omnis) quomodo me elatum iri lætitia putes, ñ audiam, Persarum quoque res florentissimas, pro eo atque cupio, plurimùm exornari vt res simul & tibi pulcherrimè, & illis itidẽ optimè, atque ita vtrisque ex æquo feliciter eãt. Sic namque vniuersitatis huius Deum clementem habiturus esses, & benignum. Hos igitur, quando ea amplitudine es, tibi commẽdo. Hos ipsos, quoniam pietate quoq; præclarus es, tibi trado. Hos congruenti tibi humanitate & bene-

Constantini ad Saporem Persarũ regem pro Christianis epistola.

Exempla, Christi persequutoribus principibus res esse aduersas, defensoribus autem Christianorum secundas.

Amplissimus pietatis Constantini fructus. Subditorum benevolentia. Barbarorũ nationum obseruantia. Victoriæ insignes.

De vita monastica, vnde ea initium sumpserit, quid ea profiteatur, & quos habuerit autores. Cap. 39.

ATque ipse quidem eiusmodi actionibus suis effluctim religionem nostram auctam honestatámque voluit. Sed & ipsa per se ipsam in magna fuit gloria, per eos qui tum ad virtutẽ aspirabant, homines. Multi enim adhuc ex Cõfessoribus superstites erant, in ecclesiis enitẽtes. Quinetiam celebrem eam reddidere, fidémque ampliore gloria auxere, morum splendore, qui eo tempore monasticã solitariámque consectabantur vitam. Nam veluti arcana & diuina quædã res, cœlitùs ad homines delapsa est hæc Philosophia: quippe quæ & disciplinarum artes, & disputationum nugas, vt quæ supernaucaneæ sint, ociúmque quod in studiis melioribus poni queat, sibi vendicent, impedimentóque adeò ad puritatem vitæ sint, prorsus negligat: solãque natiua vtens virtute, ea quæ ad illam perficiendam, & ad vitia tollenda faciunt, doceat & excolat: quæ verò inter hæc habentur media, eorum nullam ducat rationẽ, prorsus autem circa abfint, virtutẽ autem minus cõfectentur, prauos atque improbos censeat. Non enim ostentationem, sed actionem virtutis admittit: nihil prorsus eam, quæ ab hominibus prouenit, gloriã facies: Et quùm generosè fortitérque animę perturbationes expugnat, tum necessarias naturæ res parum admodum curat, vilipendens, etiam si quascunq; corporis imbecillitates. Viribus autem à diuina mente acceptis, ad immortalem illam mentẽ sublimis tollitur, nocte dieque illam cogitans atque inuiens: mirificis etiã modis colens, continuísque precibus concilians. Puritate verò animi, bonoq; operũ factis, ad sinceritatẽ religionis grassans: externas expiationes, & quæcunque eius generis sunt, lustrationes despuit, & vnum piaculũ esse peccatum ipsum putat. Atq; ita rebus externis superior facta, imperiúmq; (vt ita dicã) in eas obtinens neque ab inordinata vita, neq, ab vlla necessitate, ab honesto debitóque proposito suo transuersa agitur, neque cõtumeliis affecta perturbatur. Sed neq; indignũ quidquã patiens, vindictam meditatur. Tantũ etiã abest, vt vel moribus, vel rerũ necessariarũ inopia, eam adurgens, de statu suo deturbet, vt talibus quoq; erumnis magis lætetur, generositatẽ & mansuetudinẽ suam declarans. Per vitam itidẽ omnẽ illud studet, vt quàm minimo indigeat, atque quantũ humanæ naturæ caprus permittit, proximè ad Deum accedere nititur. † Transitum autem, siue diuerticulum præsentem existimans esse vitã, neque occupationibus

Religio Christiana sub Cõstantino per seipsam quoque florens.

propter Confessores adhuc superstites, & propter Monachos.

Describitur vera vita Monastica, qualis omnino etiam esse debet christiana.

Ἐγὼ δὲ πίνειν ἔφην ἐθέλειν μᾶλλον ἢ πράττειν.

Δεῖν ἐν ἀρετῆς πάροδον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

negotiorum irretitur, neque prouidentia rerum E mandauit. Videtur autem eos significare, qui ex
τὸ εὔζωνον καὶ εὐέριπτον. præsentium tenetur. Et habitum hominis succinctum expeditúmque, qui nullis sit superfluis rebus oneratus, laudãs, ad futuram respicit beatitudinem, felicémque illam quietem expectat: omni quoque erga Deum pietate, in animo suo, veluti in domicilio excepta, verborum fœditatem, vt rem ingratam, repudiat. Quas enim illa actiones à moribus suis longè proscripsit, earũ neque mentionem verbis facere sustinet. Naturæ verò necessitates paulatim constringens, & carnem moderatione domãs, lasciuiam castitate comprimit, iniusticiam æquitatis amussi propellit, mendacium exigit veritate, composito viuẽdi more omnem accidit inæqualitatem. † Familiarius etiam pro societate humana se hominum moribus accommodãdo: & proximorũ animis conformando, bene viuendi institutum confirmat: extraneorum simul & amicorũ, vt eis prouideat, curam habet: egentium res suas, & opes ducit esse communes, & quæ cuique debentor tribuit. Gaudet illa cum gaudentibus, mœrentibus nihil non adhibet consolationis. In summa, ad id † quod reuera summum bonũ est, studium omne conuertens, sermonibus castis & cogitationibus spiritualibus se ipsam erudit, cultũ formæ superfluum prorsus negligit, maledicta magnopere auersatur: colloquia cum veneratione & honoris præfatione ingreditur, auditoré prius veluti medicamento curans. Longè ab ea abest iracundia, conuicium, iurgium. Quòd enim vera ratione prædita est, irrationalem omnem declinat motum: & vt semél dicam, perturbationũ, quæ vel in anima, vel in corpore sunt, omnium G rator Constantinus, frequentibus ad eum datis literis hominem honorans, & vt † de institutis suis faceret certiorem faceret, rogans. Fuit autem is genere Ægyptius, a primas in patria sua partes ferens, in vico cui nomen erat Conia ortus, qui b finitimus est Arcadũ, quæ apud Ægyptios est Heraclea. In iuuenili autem ætate, relictus à parentibus orphanus, quidquid ei fuit agri, loci eius incolis donauit, reliquam substantiam egentibus distribuit. Ita enim decere existimauit, vt qui philosophari cõstituisset, non, solum pecunias relinqueret, sed etiam pro eo atq; deceret, inopibus eas expenderet. Sanè quidem qui tum rebus pulchris vacarent, eis se coniungens, quæ in vnoquoque eorum præstantissima essent, ea est æmulatus. Quòd nunquam sciret optimam quamque vitam consuetudine dulcem gratámque fieri, quãuis grauis primùm sit & molesta, in † compendiosis perfectísque se magis exercuit virtutibus. Et quotidie quasi principio iacto, magis ac magis in vniuersa animi moderatione proficiebat, nouã quandã & vigentem indies præ se ferens alacritatem. Et corporis quidem voluptates erumnis eius iugibus suppressit, animæ autem inordinatos impetus pertinacia propositi sui constrinxit. Semel autem interdiu post occasum solẽ cibum sumpsit. Perse pe verò biduum totum, quandoque etiam triduum, escas non attigit. Cibus ei erat panis, obsonium simplex sal, potum præterfluẽs torrens præbuit. Per totum autem semper, vt sic dicam, vigilans noctem, aliquam etiam diei partem precationibus dabat. Quod sicubi somnus ei obrepsisset, breuis is admodũ fuit: humi vero

Philo Iudæus fab. Iudæorum quorundã nomine, primoris ad Alexandriam, & in Ægypto, Christianorũ monachorum institutum describit.

Vita monastica.

Ἀσκητήν.

γνάμψι κεφαλὴν τὴν ἀγαμίαν ἀσκοῦσαν.

De vita & instituto clarissimi inter Monachos Antonij magni, & sectatoribus eius: et de Paulo Simplici. Caput 40.

SEdenim siue Ægyptij, seu priores illi, quos diximus, aut etiam alij quicunque instituti huius autores fuere, & cuismodi philosophia alijs præstare, illud quidem certè nemo non confitetur, ad summum, & moribus ipsis, & accurata vitæ ratione, institutum hoc, ita vt opinio obtinet, exercuisse celebrem illum & magnum Antonium: quem tum in Ægypti montibus viuentem, propter virtutis præstantiam, germanum sibi amicum fecit clarissimus Impe-

Antonius magnus Monachus.

† περὶ ὧν ἀκριβέστερον Νικηφ. κατ' ἐπιτομὴν ἐν τῷ δ. τῆς ιδ. βιβλ. de rebus quibus indicatur.

a τὰ πρῶτα τῆς πατρίδος φέροντα. κώμης τινὸς ἐν τῷ νόμῳ τῷ Ἡρακλείτῃ ἐπικαλουμένῳ. b ὅμορος δ' αὐτη πλησίον ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίας. hoc est.

Ægyptiorum monachi. Monastica Antonij peculia. Vestis, supellectilia. † σωματάρια. Egomenta malitiæ.

Persequutionũ tempora plurimos Monachos fecerunt.

† ἀκριβολογώτερος.

Antonius nõ magnũ esse putauit, futura præuidere & prædicere.

Vera beatitudo.

Optimũ Christianæ, atque etiã honestæ vitæ præceptum, Virgiliano viro bono consonum.

Oppressorum defensio.

πειθαρχία.

Quod piscium aredo, hoc anachoritis in oppido.

Moderatio animi.

verò in nudo solo plurimùm cubabat. Et omnino olei simul vnguini, & lauationis vsui renunciauerat: quòd illum non latéret, robustũ quoque & firmum corporis habitum humidis sensim ad mollitiem & luxũ conuerti. Haud vnquã eum à quopiam nudum esse visum tradunt. Et quum literas ipse non didicerit, tum neque earum peritos admiratus est. Mentem verò bonam, vt literis ipsis antiquiorẽ, taliúmque adeò artium inuentricẽ, valde laudauit. Quin neque iis quidquã opus esse dixit, si mens per seipsam valida sit. Mitis porrò atque inimanis, vt non magis alius quisquã, & in colloquiis gratiosus maximè atque etiam acutus † inuictúsque fuit. In disputationibus præcipuè, etiam si qui interdum contentionẽ actum eò conflicterentur, ne perturbaretur, seruabat. Præstantiori siquidem sapientia quadã & nouo more, vbi cum diuina prudentia temerè illatum contentionis studium facilè cõtrahiere, & ad moderationem conformare nouerat. Vehementiam autem colloquentium temperans, mores eorum simul reddebat meliores. Diuinam inde cognitionem atque etiam præcognitionem consequutus nihil admodum esse iudicat futura præuidere: vanúmque etiam, quod in ea re collocaretur, studium esse dicebat. Neque virtutem vllam esse docuit diuinare: quòd è diuerso, neque in vitio, cuius gratia pœnam quis metuat, sit, futurũ non nosse. Cæterum vnũ illud beatitudinis esse existimabat, rite Deũ colere, legésque eius & mandata inuiolata seruare. Si cui autem amor futura cognoscendi incessat, puram modò, inquit, habeat animam, & futuri perspectio eum consequetur, Deo veluti per speculum aliquod cognitionem futuri exhibente. Socordiam autẽ detestans, omnes qui rectè viuere vellent, admonuit, vt opus facerent: & vt seipsum quisque in iudicio & rationem diu noctúque factorũ abduceret, atque si quid contra decorum fecisset, vt id literis annotaret. Sic enim fore, vt seipsum vereatur homo, & deinceps ab absurdis animi motibus, ne multa anno tata repeiat, abhorreat: fore etiam vt metuat, ne scripturali à quopiã deprehensa, improbus ipse manifestò inueniatur. Acriter quoque, si qui iniuriam accepissent, defendebat, eáque causa frequenter vrbes adibat. Multi namque eum accedentes, calamitatésque suas deplorantes, cogebant vt vrbes ingrederetur, & pro eis precator atque intercessor apud magistratus fieret. Illi porro plurimi faciebant, seipsum viderent, & Sirenem verborum eius audirent, quũ populum principibus magistratibúsque obedire iuberet. Ipsi enim studio in primis fuit, latére, & in solis locis versari. Et quod eo esset animo, si quando in publicũ prodiret, confecto quanta potuit celeritate, cuius gratia in vrbem venerat, negocio rursum se in solitudinem recipiebat. Siquidem dicere solitus erat, lethalem esse piscibus extra vndas conuersationem: neque minus Monachum in periculum cœlestis vitæ & professionis sanctioris amittẽdæ venire, si moras in vrbibus trahat. Et quum iucundum se omnibus præbuit tum ne summissus nimiũ & adulator esse videretur: præterea ne ex eo quòd ab omnibus honore afficeretur, quòdque ei quos iussisset, morem gererent, fastu & arrogantia efferretur: Scriptum

Antonius magnus Monachus.

Mitis bonæ mentis opus est literis.

Antonij vita & instituta.

Athanasius vitam Antonij Monachi conscripsit.

† ὅρος.

** ἐν τῷ βίῳ συγκλητικοῖς. In vitis patrũ Syncletice inscribitur.*

Athanasium librum de virginitate conscripsisse testatur.

Discipuli & sectatores Antonij. Paulus simplex.

† πυθομένῳ διαλέγεσθαι φιλοσοφίαν ἔφασκε τοῖς μὲν ἐν πόλεσι διατρίβουσιν ἐμπομπεύσει τὸν ἀποφοιτῶντα μοιχεύοντι.

Amũ Ægyptius.

De sancto Amone: & Euthychiane, qui in Olympi vicinia mente versatus est, cap. 41.

EOdem tempore & Amon ille Ægyptius itidem viguit, qui à propinquis & familiaribus coactus, vxorem quidem duxit: cum ea tamen coniugij more, vti viri consueuere, congressus non est. Quum nanque nuptiarum dies aduenisset, & sponsa, sicuti fieri assolet, in thalamũ eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

deducta esset. solus cum sola colloquutus, finem E
iam suum nuptias habere dixit: & magnum quid-
dam fore, si virgines vitam exigerent, docuit:
præmiaque cœlibatus commemorans, persua-
dere ei conatus est, vt solitariam pro se vterque
sectaretur vitam. Et puella quidē verba eius lau-
dibus extulit, segregari tamen ab eo prorsus no-
luit. Itaque Amon decē & octo annos cum ea
vixit seorsum cubans, & quod secundum Deum
est vitæ institutū colens. Melierecula vero æmula-
tione illius, & ipsa spe animóque erecta, ini-
quum esse existimauit, sua causa tantum * virum
in obscuro latere: & vtrunque potius ab altero
segregatum, pietatem exercere debere censens,
separari à viro petiit. Atque ille relicta mulieri
domo, ipse meridiem versus ad lacum Maream
in solitudine, circum Scetin & Metriæ montem
duos & viginti annos Monasticam est philoso-
phatus, bis quotannis adire & visere mulierem
solitus. Multos & hic veluti dux habuit sectato-
res, & multa diuina edidit opera. Multa dicta e-
ius memorantur, quę ab Ægyptiis monachis, ac-
curatè talia & studiosè inquirere, veterúmque
monachorum facinoribus, siue in scriptum sint
relata, siue minus, delectari solitis, per temporū
successionem præcepta, hodie quoque seruntur,
auditoribus per quàm iucunda. Quorum vt gu-
stum aliquē proponamus, hęc subiungere libet.
Petebat magnus iste vir solitudinem quandam,
cum discipulo suo Theodoro: quāmque fossam
quandam vndis scilicet repletam trancare opus
haberent, ne vestes altius attollentes, alter alte-
rius nuditatem conspiceret, retroducere paulu-
lum Theodorum iubet. Quū verò seipsum quo-
que nudum videre vereretur, diuino momento
in sublime sublatus, in vlteriorem pernenit ri-
pam. Vt autem Theodorus quoque satis nadēs
transgressus, vltrà Lycū (sic enim incolæ fossam
eam nominabant) venit, vestémque & pedes G
Amon sic eos vidit, precibus senē fatigans, can-
sam eius rei vt sibi diceret petiit. Ille rectum id,
quidquid esset tacitúmq; esse voluit. Vt vero ma
gis magisq; Theodorus cōtendit, nihil se de pe-
titione ea remissurū professus: amō tandē pacto
prius interposito, se viuo nemini id prolaturū,
rē actā exponit. Quapropter is postea præstātio-
ris cuiusdam naturę virum eum esse credit. Por-
rò quòd etiam præcognitionis diuinæ plenus
fuerit, id quod nunc dicemus, satis indicabit.
Puer quidam parentum iniustorum à rabido
cane morsus, in ea expectatione, vt quamprimū
moreretur, erat. Ille: Nō ego, inquit, sed
vos, siquidem voletis, eum curabitis. si enim,
quem surripuistis bouem, dominis suis restitue-
re volueritis, statim malo omni puer liberabi-
tur. Bos redditus est, & periculum omne con- H
festim profugiens, vacuum erumnæ omnis pue-
rum reliquit. Quum autem aliquo pòst tempo-
re Amon decederet, animam eius Antonius di-
citur in cœlum deduci vidisse, diuinis virtutibus
eam comitantibus; venerationěque & stipatio-
ne multa, atque etiam ineffabili quodam hym-
norum carmine prosequentibus. Et quum, qui
tum cum Antonio erant, per consternationem
in aerem suspiciente, & rei tantæ faciem admi-
rante, causam ab eo requirerentille visū id haud
quaquam occultum habuit. Et verba eius re ip-
sa sunt confirmata. Postquā enim à Sceti mul-
tis venere, & tempus obitus Amon indicauere, il-
lud ipsum tempus esse cognitum est, quum An-
tonius stupore correptus in cœlos suspexit.
Vterque sanè meritò beatus habendus: Amon
quidem, quòd sic è vita præsenti sit subductus:
Antonius verò, quòd eum Deus visione ea sit
dignatus: quum quidem inter vtriusque habita-
tionis locum, magnum interuallum atque dierū
aliquod intercederet iter. Atque hęc quidem de
Antonio & Amon memoriæ sunt prodita. Eodē
verò tēpore, & in Olympo Bithynię Eutichia-
nus ille versatus, monasticæ Philosophiæ nauas-
set. Tantopere siquidem per virtutē diuinæ gra-
tiæ particeps est factus, vt miracula & prodigia
plurima ediderit, morbósque incurabiles sana-
uerit. Quapropter Constantinus quoque Im-
perator magno studio amicitiā consuetudinémque eius ambiuit. Accidit tum, vt ex Imperato-
ris satellitio quidam, tyrannidis affectatę suspe-
ctus, & circa Olympum occultatus, captúsque
in vincula sit coniectus. Et quū perquàm acer-
bè in carcere cruciaretur, propinqui & cognati
eius Eutychianum conuenientes, vt legationem
precationémque pro eo apud Imperatorem su-
sciperet, atque aliquo modo prouideret, vt in-
terea vinculis liberaretur, ne scilicet ante lega-
tionem obitam acerbitate tormentorum interi-
ret, rogarunt. Atque ille ad carceris custodes, vt
hominem vinculis leuarent, oratum misit. Vt
verò illi petitioni eius non acquieuere, ipsemet
ad carcerem venit. Et ecce custodię portæ sua
sponte claustris fractis, ad viri præsentiā statim
patuere, & compedes ferreæ, numellæ, vincula-
que ceruicis vinctum relinquentia, cum strepi-
tu delapsa sunt, & huc atque illuc dispersa. Dein
de ad Imperatorem, qui tum Byzantij erat, pro-
fectus, illicò reum condemnatum supplicio li-
berauit. Nihil enim Constantino difficile aut
molestum fuit, quod vir ille peteret, quem ve-
hemētèr amabat, & magno in honore hebebat.
Fama autem fert, Eutychianum postea * ad No-
nati hæresim desciuisse, & ea quæ ei inerat gra-
tia excidisse. Et hæc quidem, aliqua ex parte, no-
bis de Monachorum instituto & philosophia
sint dicta. Qui autem talia scrutari volet, multos
inueniet libros, in quibus plurimi, qui ea ætate
atque deinceps integritate vitæ enituere, cōme-
morantur. Potissimùm verò, quæ de iis Lausus
Præpositus conscripsit. Multam quoque & vti-
lem de eis historiam Sophronius Hierosolymi-
tanus nobis reliquit, Prati & noui Paradisi titu-
lo, scripto ei indito.

sponsus & sponsa 18. annos cum alter vna vixerunt.

Seiunguntur tandem ij, vt rectius monasticam philosophiam colere possint.

τηλικαῦτα ἔτη ἀσκήσαντες ἀλλήλοις συνῴκησαν.

Verecundiæ conseruatæ exemplum.

Amon diuina virtute vltra Lycum fossam trasfertur.

Aliud Amonii miraculū.

Antonius Amonis mortis longè ab eo dissitus animā in cœlum ferri vidit.

De sanctis magnorum miraculorum editoribus, Spiridone, Nicolao, & Parthenio, cap. 42.

QVandoquidem verò & Spiridonis, & Nicolai mentionē me facturū esse recepi, hoc loco fidem mihi liberandam esse duxi. De aliis nanque Confessoribus & Hierarchis, qui innumerabilia & mirifica passi sunt & fecerunt, & quorum multi, quæ in eis fuit, gratiæ robore mortuos quoque excitarunt, suprà exposuimus. Ipsi quidem diuo Spiridoni tanta diuini spiritus incesit gratia, vt quæ de eo celebratur fama hoc quoque tempore, virtutem eius astruere possit. Rusticus enim cum esset coniugémque in matrimonio

Nicephorus Callistus Xanthopulus Ecclesiast. Hist. lib. 8. cap. 41. 42.

De spiridonis filia & hominum pastore rustico vt delicet, & Trimmythuntis in Cypro episcopo, eiúsque miraculo.

trimonio, & liberos ex ea suscepros haberet, nō A
propterea in rebus diuinis deterior aliquo fuit.
Tanta nanque is sanctitate erat, vt à pastorali vi-
ta non abhorreret (Trimmythus autem, quę vna
in Cypro insula vrbiū * est sorte ei obuenerat)
à fastu tam alienus, vt eodem in loco & oues pa-
bulo, & homines doctrina atque vitæ exemplo
pascerer optimè. Quum autē multa sint, quę de
eo liber in ipsius vitam compositus recenset, ne
socordiæ sustineam crimen, neue rursus extra
propositum longius digredi videar, duorū aut
trium egregiorum eius factorū meminero. Fures
aliquando noctu irruisse dicuntur in sancti viri
omile, insidias gregi eius tēdentes, & clàm oues
aliquot rapere conantes. Et quum nemo eis cō-
pedes iniiceret, derepentè diuitùs vincti sunt.
Aurora illucescente, magnus ille vir adest, ma-
nus eorū pòst terga redactas inuenit, subridet:
vincula illa, quæ sub oculos non caderent, so-
luit: docens eos admonet, licuisse illis si quid B
perissent, accipere: neque opus fuisse, cur noctu
"se erūnose fatigarent: mores eorum ad melio-
"rem vitā, vt iusto quæstu vitā tolerarent, trans-
"format: & postremò erumnæ eorum misertus,
"Abite, inquit, & arietē hunc accipite, ne noctē
"hanc frustra peruigilasse videamini: reprehen-
"sionémque mihi, propter toleratos domi meæ
"labores, veluti qui vacui abieritis, impingatis.
"Vnum hoc est quod à Spiridone, non sine ad-
miratione facetè est factū. Nec illud quidem non
admiratione dignū. Erat beato illi filia Irene ger-
mana tanti patris puella. Apud hanc ex notis
quidā magni precij gestamen atque * ornamen-
tum depositi. Illa vt rem certam tutámque se-
queretur, domi quidquid id erat defossum, terræ
seruandū credidit: nec ita multo pòst, nullo eius
rei indicio pòst se relicto, è vita migrauit. Venit C
breui qui id depositerat & nunc incusando, nūc
orando, molestus erat Spiridoni. Vt verò gesta-
mine tali diu multumque domi quæsito, id non
inuenit, suam ipsius senex putauit esse calamita-
tem: hospitis, qui tantopere lugeret, capillū con-
scinderet, ac sese prorsus conficeret, iacturā. Ita-
"que, Agedum (inquit) ad filiæ sepulchrum ea-
"mus, eámque interrogemus. Vbi eò ventū, no-
"minatim filiā vocans Spiridon interrogat, quó-
nam loco gestamen depositum fuerit? Ibi illa subitò
apparens, beato illi rem omnē exactè exponit,
& rursum sepulchrū subit. Spiridon portò or-
namentū, quo illa loco indicauerat, inuentum,
homini reddit, eúmque dimittit. Alteri quoque
indigenti homini, & inopia magna circumuen-
to, serpentem ad sepem & maceriam se voluen-
tem, in aurum conuertit, eúmque illi dedit, vt
eo mutuā pecuniā sumens vteretur, penuriam- D
que suam solaretur. Cæterum, quum se ille ino-
pia depulsa aliquantum locupletasset, Spiridon
serpentē ita vt tum erat, ad locum suum circa se-
pem reposuit. Qui viri sancti precatione, pristi-
na recepta natura, rursum reptans, ac sese cir-

Fures diuinitus per miraculū vincti, ad meliorem frugē redacti.

*χάσμιον.

Filia Spiridonis Irene è sepulchro iam mortua patri, quę loco ornamentum apud se ab hospite depositum recondiderit, ostendit.

Miraculū huic propè simile de diuo Stanislao cracouien si apud Polonos episcopo fertur.

Serpens in aurum versus.

cumuoluens, latebras suas intrauit. Verum e-
nimuerò illud quoque factum eius vt memoré,
conuenire mihi visum est. Mos beato illi erat, se-
mentem & fructus qui ei prouenissent, vendēn-
ti, partim pauperibus largiri, partim sine fœno-
re vtendos dare. Siue igitur daret, seu acciperet
quidquam, non id per manus eius gerebatur:
sed quæ ei erat repositoria cella, ad sc venienti-
bus commonstrata, vel accipere eos, vel vsui
acceptum reponere iubebat. Quidam sanè qui
mutuum ab eo acceperat, vt debitum redderet,
ad eum venit, quum autem is more solito, cellæ
rursus inferre quod acceperat, iussus esset, re-
ponens id, sustulit potius. Non enim tantùm
debitum non reddidit, sed insuper aliquid quo-
que harpagatum secum ferens abiit: ita tamen,
quasi mutuum dissoluisset. Sedenim celare factū
non potuit. Aliquanto nanque tempore pòst
rursus illum, mutuum accipere volens, conue-
nit. Et ille ex consuetudine sua hominem ad lo-
culos granarios mittens, metiri quantum vel-
let, iussit. Vt autem is nihil ibi frumenti inuenit,
id patri significauit. Ibi ille: Mirum profectò, in-
quit, si vni tibi cella vacua videtur. Quapro-
pter considerare conuenit, an quum prius ni-
hil reposueris, recipere nunc quidquam cone-
re. Sciens enim esto, nisi fallaciæ quidquā sub-
sit, voti te compotem fore. Vade ergo denuò
cum certa, te inuenturum esse, fiducia. Atque
petiuit. Tale quiddam alij quoque, qui oues à
viro sancto mercabatur, euenit. Centum erant,
quas emerat. At ille capram vnam insuper
annumerauerat: quæ quum ab illo vi trahe-
retur, ipsa minimè sequebatur, quodammo-
do enim resistens, balatu hominis iniquitatem
traducebat. Et ille, quum nihil non ageret, in hu-
meros tandem eam sustulit. cappella autem &
calcibus & cornibus ceruicē eius acrius petens,
delapsa est, & in stabulum suum recurrit. Quod
vbi Spiridon cognouit, illi vt citè metiretur &
numeraret, suasit. Atque vbi ille factum statim
confessus est, hic noxam remisit, capramque se-
qui illum iussit: quod alacriter sanè illa faciens,
sua sponte emptorem est sequuta, interdum etiā
eundem properans præcessit. Pulchra quidem
sunt hæc. Constantiam verò eius viri, ecclesiasti-
co ritu seruando, simplicitatémque diuinis tra-
ditionibus colendis, quomodo silentio præter-
eam? Conuentus aliquando agebatur, in quo
Triphyllius ille quoque erat, † Ledrensis episco-
pus literarum artibus probè eruditus, & legibus
discendis diu Beryti versatus. Hic episcoporum
iussu populum docens, Spiridone præsente, quū
dictum quoddam referre deberet: quo Christus
ad paralyticum est vsus, illud scilicet, Tolle gra-
batum tuū & ambula: * pro grabato, lectum di-
xit: Quod molestè ferens Spiridon: Non tu qui-
dem, inquit, præstantior es eo qui grabatum di-
xit: quī igitur, malùm, pudor iste est, verbis illius
cum decoro non velle vti? Atque his dictis, in
conspectu omnium episcopali sede exurgens,
factum & supercilium eorum qui oratione affe-
ctata sese efferrent, contrahere est conatus. Re-
ctè enim id facere potuit quamuis apertus om-
nino & simplex esset. Magna quippe dignitate
gloriaque venerādus, propter mirifica quæ ede-

Insidiæ cōmendatus diligens in officio esse docetur.

Insidiæ itidem emptor.

τὸν λεδρῶν ἐπίσκοπον.

Beryti olim præclara decendarum legū schola fuit.

σκίμποδι αὐτὸν τὸν κράβατον.

† ἐχέπωλος.

Spiridonem istum, cùm episcopus esset, oues pascere non puduisse, per summam humilitatem & simplicitatem, Suid. scribit. Quod in veterum episcoporū paupertate, non adeò mirum fuit. Eidem deus ante tempus, promissam mortuorum resurrectionem, per filiam eius redhuman, exhibuit. Socrat. lib. 1. cap. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat opera, atque ætate prouectiore, sincere & E grauiter episcopali munere gerendo clarus erat. Sed & quàm fuerit in amicis accipiendis dexter & humanus, ostendam. Magnum quadragesimæ ieiunium agebatur, & ex amicis quidam ad eum ex itinere longinquo venit, & quidè eo quo ipse ieiunaret tempore. Certis enim quibusdam diebus à cibo omni abstinēs, postea vescebatur. Illū igitur sacratis eis diebus ventientem, quū de itinere fessum videret, filiæ suæ vt pedes illius lauaret, mensāmque proponeret, præcepit. Atque illa vbi neque panem neque farinā domi esse, propter præsentē abstinentiam & ieiuniū, dixit: precatione ipse facta, † succidiam ad focū pendentem recipere eam, & quamprimùm ad ignē torrere iussit. Et vt assa satis fuit, hospiti & ipse assidens, ciboque manus admouens, comedit, & amicum vt itidem faceret est hortatus. Atque ille quum detrectaret, Christianum se esse dicens, neque tali rēpore eiusce modi esca indigere confirmans: Spiridon illū, ne quidquid id esset cibi, pro ea rerū inopia aspernaretur, admonuit, diuinū enim oraculū extare, quod mūdis omnia mūda esse declaret. Multa porrò alia hisce similia ab illo acta, institutū nostrum commemorare non permittit, quæ Rufinus primū Romano exposuit sermone, aliāque præterea plurima ad rem Ecclesiasticam pertinentia. Et de Spiridone hactenus. Floruit etiam tum Nicolaus, apud Myra Lyciæ episcopus, Spiridoni, vita morum simplicitate, naturēque conuenientia par: nec non miraculis, & accurata certaque doctrinę obseruantia perquā celebris. Huic ea fuisse dicitur gratia, vt qui eum complecteretur, familiariūsq; secum ex animo colloqueretur, diuini quiddam doni hauriret, momentumque inde aliquod reciperet, vitę ad optima quæque opera conformandæ. Eius actiones veluti omnibus notas, prætermitto. Par istis etiā fuit Parthenius, vrbis vnus in Hellesponto episcopus, vitæ splendore, humanitate, & prodigiis ingentibus clarus, adeo vt accepta à Deo potestate, mortuos excitarit, dæmonibus imperarit, & variorum morborum curator gratuitus ac promptus fuerit. Ac de his hactenus. Ad hunc scilicet modū doctrina fidei in nationibus, solitudinib*, & vrbibus omnibus magno consensu frequentata est, atque in ecclesia Dei indies incrementis suis eluxit, in cœlum vsque sublata. Cæterùm hisce dimissis, orationē ad ea quæ in ecclesia gesta sunt, rursū conuertā.

Spiridon in accipiendis hospite benignus & officiosus.

Magnum quadragesimæ ieiunium. Officia hospitalia.

τῶν ἀστιφορμβίων ταείχων χρεῶν τῆ ἑστίᾳ νέοις.

Succidiam ei hospiti edendā proponit.

Nicolaus Myrorum in Lycia episcopus, alterius Nicolai Mirifici auunculus & decessor.

Parthenius Hellespontiacum episcopus.

* *Non tulit Spiridon, in conuentu publico episcopū Triphyllium verba Euangelica per affectionē mutata allegantē. Quid hic Deus bone, hodie nostris faceret Theologis?*

† *rerum, charitas, & bona conscientia, de ciborū delectu dispensat.*

Quemadmodum Eusebius & Theognis Ariani, libello pœnitentiæ exhibito, suas receperint ecclesias: eósque qui in eorum locum surrogati erant, eiecerint. Cap. 43.

LAudatissimus quidem ipse imperator, omnē mouebat funem, vt religio nostra magis ac magis augeretur, & incrementa sua caperet, quippe qui Apostolico cœlestique prorsus esset animo. Inter ecclesiarum præsides, rerūmque sacrarum magistratus tum erant, qui non solum cum illo ędificandū, verūm etiā destruendum sibi, & ecclesiæ fundamenta funditùs euertendum statuerant: sicuti stilo progressi ostendemus. Arius enim Synodi ipsius atque Imperatoris calculo condamnatus, & exilio mactatus fuerat: atque itidem Eusebius Nicomediensis, sectatorésque eius, qui professioni quidē fidei subscripserant, Arij autem exautorationē sententiis suis comprobare noluerant. Et Arius non longè post Nicænam Synodum ab exilio quidē est reuocatus, Alexandriam autem ire prohibitus. Cæterùm postea quoque ei ab Eusebio, post palinodiam & recantationem, reditus in eam vrbem impetratus est: id quod suo loco dicetur. Breui quoq; & Eusebius & Theognis ecclesias suas receperunt: eis qui in eorum locum surrogati fuerant, Amphione Nicomedia, & Chresto Nicæa eiectis. Quum nanque pœnitentiæ libellum primariis episcopis mississent, Imperatoris iussu sunt reuocati. Libellus autem is de verbo ad verbum talis fuit: Quum quidem calculis *vestris ante iudicium factum, à pietate vestra damnati sumus, silere debuissemus de pietatis vestræ decretis. Quandoquidem verò absurdum fuerit, silentio ipso sycophantiæ opinionem & indicium cōtra nos ipsos præbere: eam ipsam ob causam ad vos referimus, nos professioni fidei consensisse, sententiáque τῆ ὁμοουσίῳ & consubstantialis exploratā pacatos prorsus fuisse, neque vlla ex parte hæresi adhæsisse. Certitudinis autem ecclesiarū causa, quę nobis in mentem venerant, in mediū protulimus. Atque ipsi tandem certò * persuasi, aliisque etiā quos oportebat itidē à nobis persuasis, fidei subscripsimus. Anathemati verò subscribendum non duximus, non quidem quòd fidem ipsam carperemus: verūm quòd cum qui accusatus fuerat, talem esse non crederemus. Ex epistolis enim eius ad nos datis, sermonibúsque in faciem collatis, certiores facti sumus, talē non esse. Quod si sanctā vestra Synodus de eo sic persuasa est, nos nihil repugnamus. Cæterū suffragium nostrum ad decreta vestra accōmodantes, per hasce literas, † plēna fide consensum nostrū confirmamus: non nos quidē graviter exilium ferentes, sed suspicionē hæresis amoliētes. Quod si dignabimini nos in conspectum vestrum admittere, vnanimes in omnibus habebitis, rebúsque vestris indicatis stantes. Et quum pietati vestræ placuerit, eū qui * criminis huius nomine est delatus humiliter reuocare: absurdum esse duximus, † posteaquam reus ipse reuocatus, de intenta sibi calūniæ causam dixit vt nos prorsus taceremus, contra nós ipsos reprehensionis occasionem exhibentes. Facite igitur, sicuti pietati vestrę Christianæ conuenit: vt Dei amantissimū Imperatorem admoneatis, preces nostras eidem offeratis, & quamprimum quæ vos facere decet, de nobis statuatis. Post hanc palinodiam & recantationem, reuocati Eusebius & Theognis, ecclesias suas receperūt, eis qui illis suffecti fuerant repulsis: sicuti dictū est. Sic illi sub prætextu ouium pellibus amicti, lupos egerunt. Nam Imperatoris humanitate ad seductionis commoditatem abusi, & continuo Imperatoriæ aulæ aditu pristinam dominationem consequuti, quemadmodum deinceps dicemus, res pessimas admiserunt.

Arius ab exilio reuocatus.

Eusebius & Theognis ecclesias suas recipiunt.

Pœnitentiæ earum libellus.

**χατὰ μέρος θέσεις περὶ κρίσεως.*

Fidei formulā Nicænæ subscripserunt.

" πληροφορῆ θέλετε.

" Arij conditionē non iuit.

" πληροφορῆ μὲν τὴν συγχατάθεσιν.

** οὐ τὸν τοῦτο ἐγκαλούμενον τόνδε ἀνδρα μὴν.*

† τῆς ἐκκλησίας τὰς οἰκείας παρόντων ἀπολαβεῖν.

Athanasius episcopus αὐτοδίδακτος.

Eusebius & Theognis imperatoris conscientiam ita abusi sunt, vt quem synodus peracta, sacrales partes in Occidente præfecturam esse scribit, lib. 2. cap. 13.

Vt Constantinus christianissimum vbique terrarum propagari curauerit. cap. 44.

TVm temporis post quintum Synodi mensem, Alexander Alexandriæ antistes moritur, sedis suę successorem, diuini iudicij (sicuti coniicere licet) calculo, celebrē reliquit Athanasium. Quum nanque Athanasius refugeret atque reluctaretur, Alexandrum ferunt vim illi inferentem, vix tandem vt thronum susciperet, persuadere potuisse: sicuti id quoq; Apollinaris Syrus ad hunc modum scriptum reliquit: Non desijt verò postea quoque belligerari impietas. Sed primùm quidem aduersus beatum viri huius magistrum, cui hic perinde atque patri filius, patronus affuit, arma sumpsit. deinde verò in hunc quoque ipsum, postquam ad episcopatus peruenit successionem, multa quidem ille vsus tergiuersatione, sed tamen consilio Dei productus. Sicuti beato quoque illi viro, qui ei episcopatum quasi in manus tradidit, diuinis indiciis, non alium videlicet quàm hunc successorē fore, est significatum. Euocabatur namque è vita, iámque adeo prope obitū erat Alexander, quū nominatim Athanasium vocauit absentem: atq; ibi, quum qui tum aderat eiusdem nominis, vocationi audiens esset, ad eum, veluti quē non vocasset, conticuit, denuóque vocatione est vsus. Et quum id ab eo sæpius fieret, consuluit tandē Athanasius prælens, declaratus est autem alter absens. Et propherico demum spiritu beatus Alexander: Athanasi, inquit, effugiturum te credis, sed non effugies. Quo verbo ad certamen eum euocari ostendit. Hęc Apollinaris. † Arij autem tribules iactant, post Alexandri mortē communicasse consilia inter se, qui Melitiū, quique Alexandrum sequuti fuerant: conuenisseque in eundem locum, ab vtraque parte, ex Thebaide & reliqua Ægipto episcopos quinquaginta quatuor, & decretum ab eis esse vt cōmunibus suffragiis ab eis legeretur, qui Alexandrinæ præesset ecclesiæ antistes. Septem verò episcopos quosdam, iureiurando proculcato, præter sententiam & voluntatem omnium reliquorum, electionē Athanasij, ad id ab eo coactos, in ea quæ nominatur Dionysij ecclesia, furtim peregisse. Mihi verò magnus iste vir, non absque diuino numine ad episcopatū peruenisse videtur: qui sanè talis fuit, qualem ea flagitarunt tēpora, ad intelligendum, dicendum, atque etiam scribendum idoneus maximè: & qui quod telo peteret, tangere atque assequi posset, quique ad resistēdum insidiis structis esset firmissimus. Erat præterea vir admodum ecclesiasticus & ad sacra peragenda aprissimus, atque (vt sic dicam) in rebus eiusmodi αὐτοδίδακτος, & à seipso doctus. Ferunt nanque, * quum necdum ad ephebos accessisset, à Deo eiusmodi quiddam in eo adumbratum & simulacro quodam repræsentatū esse. Alexandrini in vrbe sua festum quendā diem insignem agunt, quo die Petrus, qui apud eos ecclesiam rexit, martyrio est defunctus. Hasce ferias, vt moris erat, Alexander quoque, præfectus tum ecclesiæ, celebrabat, & sacris mysticisque cæremoniis operatus sedebat, eos qui cū sederet sublimior, oculos ad mare coniecit, & a pueros quosdā arena ludentes vidit. Ludus erat rerū quæ in ecclesia peraguntur imitatio, & episcopi tandem electio. Atque aliquatenus quidē id nihil habebat periculi. Vt autem arcaniora mysteria, sacráque non tangenda, pueri attigere, grauiter factum id tulit: accitisque cleri primoribus, pueros ostēdit, eósque ad se adduci iussit. Illi vbi sunt adducti, de ludicro eos interrogauit: mox etiam quæ egerint, dixit. Pueri pudore simul & timore correpti, primùm quidē rem negarunt: deinde vero, vt verbera eis Alexander minatus est, actum omnem exposuerunt, vt scilicet Athanasius episcopi munus sortitus, multos baptizarit, & impositione manuum in ordinem ecclesiasticū sacerdotes & diaconos cooptauerit. Inquisiuit etiam rem quanque Episcopus, quum quid vmbratilis † episcopus per ludū ritus sacros peragens dixerit, tum quid responderint, qui sacris ab eo initiati essent. Atque vbi rem quam libet iuxta ecclesiasticā traditionem seruatam reperit, cum episcopis qui ei tum aderant, re deliberata, non denuò baptizandos esse cēsuit, qui semel per simplicitatem diuina gratia digni effecti essent. Et tantūmodo ea quæ sacerdotibus facere fas est, in mysterio adimplere iussit. Pueros autem eo quem in ludo cœperant ordine, ipsum Deum testem faciens, in ecclesiam induxit: & propinquis suis traditos, vt ab eis curā stodierentur, atque in imitatione ad progressus faciendos instruerentur, qui sic abundè institutionem puerilem assecuti essent, roganit. Maximè verò id de Athanasio egit: quo deinde notario & familiari vsus, non ita longo pòst tempore eum in diaconorum ordinē euexit. Atque hic in grāmaticis literis excitatus, & apud Rhetores versatus, prętērea verò etiam in sapientiæ studiis institutus, quum ex eis artibus tantū percepisset, quantum ad hoc satis esset, ne ab eis qui in illis eximij sunt & clari percelleretur, Niceam est perductus, vbi maximè decertauit: quippe qui propter firmitatē sermonū veritatis nō minima ibi actionum omnium pars fuerit. Specimen verò ille quoque in ætate iuuenili, sapientis spectati, & † senilis viri præbuit. Postquam autem Alexander mortuus, & ipse successor eius factus est, tum magis gloria eius enituit, virtute ipsius in rebus omnibus seipsam confirmante atque laudante. Quam ingentem quoque reddidit magnus Antonius, quum optima quæque de eo testificans, tum etiam iustis eius morem gerens. Nam & eius causa ex montibus in vrbes frequentius venit, & in ecclesia cum eo est versatus. Tum autem, sententiæ eius, quam de Deo habuit, calculum suum addidit: eis qui inimicitias contra eum susceptissent aduersus, ipsius autē Athanasij amicus intim^s & summus. Quin & Ariani Athanasium illustriorē reddidere, qui vnà cum Melitio Aegyptum motibus cōpleuerant Insidias enim sine intermissione ei molientes, capere eū legitimè non potuerunt. Et nuper admodū Eusebius ab imperatore ab exilio reductus, non mediocrem sibi vsurpabat libertatem. ab illo in magno honore habitus, perinde atque à praua opinione ad rectæ pietatis sententiam transiisset. Quocirca libertate ea abusus, maiorē etiam in ecclesia turbam excitauit, per eam quæ ei inerat falsam opinionem, eásque quas aduer-

Athanasius Alexādri episcopi Alexandrini in episcopatu successor.

Apollinaris de Athanasii in Alexandrina ecclesia successione.

Vel inuitus ab Alexandro Athanasius episcopus substituitur.

τοῦ τῆς ἀρειανῆς δαιμμερείας

Ariani illegitimè electum esse cauillati sunt.

Diuino nutu Athanasius episcopus est ab Alexandro. Sozomeni iudicio & Nicephori.

munera obiit. Sozom. lib. 2. cap. 17.

τὸ τῆς παιδιᾶς τρόπου. etiam per ludum baptisati, denuò baptizandi non sunt, sed cæremoniæ tantū solennes in eis in plenda.

Athanasius Alexādri notarius, idem diaconus ordinatus.

Magnus eius in Nicæna Synodo vsus fuit. Præclara Athanasij gloria.

† διαβεβηκότος.

Ariani Athanasium illustrarunt.

Eusebius Nicomediensis Athanasij aduersarius.

Eusebius modu omnibus apud Athanasium, vt Arius Alexandriam reducatur, agit.

sus Athana illum susceperat inimicitias, ex quo E in Synodo in sium, veluti veræ pietatis propugnaculum impegit. Et primùm quidem electionem eius Eusebiani reprehendebant, tanquam neque legitimè, neque ab idoneis, quæ fidè mererentur, personis factam. Vbi verò insimulationem eam refellit, magno animo pro fide Nicæna decertans, aliam illi texuere telam, eo consilio, vt Athanasio exilium struerent, atque Ario reditũ in vrbem Alexandrinam pararent. Ita enim facillimũ ipsis fore putabant. vt ὁμοούσιον consubstantialis fidem eiicerent, & pedetentim impietatem suam pro ea inducerent. Tentauiq; adeò, ad Athanasium scribens Ensebius, vt ab illo susciperetur Arius. Sin minus, sine scripto per inter

Sed id ei persuadere nequit.

nuncium magnum illi minatus est malum. Postquam autem omnem mouens lapidem, persuadere id illi non potuit: eos qui in doctrina res nouas induxissent, nouámque hæresim instituissent, & eam ob causam à tam frequenti Synodo proscripti essent, minimè recipiendos esse contendenti: alio modo conatus est, vt Arius reciperetur, Alexándriámque reduceretur, Imperatori persuadere. Id quod tandè sicuti suo loco dicã, ægre effecit,

† Διαβεβηκότες dicuntur, apprimè spectati, probati, perfecti, sublimes, & extra iudicij aleam constituti qualem ego. Theologus esse dixit Basilium Magnum. Homo Dei, inquit, & fidelis serue, & vir desideriorũ: sed spiritualium. Ita enim vocat scriptura τοὺς διαβεβηκότας: hoc est eos qui ad summum euasere locum, & sublimes visibiliaque hæc supergressos.

De Synodo Antiochiæ congregata, quæ episcopatum Eustachio magno abrogauit: & de episcopis, qui ei successerunt. Cap. 45.

contentio nonnulla inter episcopos emißos de consubstantialis verbo.

ἀκριβολογήσωμεν. ὡς μηδὲν τὴν νικλεμαχεῖν διαφέρειν.

Ardor altercandi facit, vt contendentes se non intelligant.

* *Nicomediensem.*

TVm verò alia etiam turba inter coniunctos episcopos exorta, ecclesiam excepit, quid de verbo ὁμοούσιος consubstantialis † nimirũ subtiliter inquirẽtes, eóque sese exercentes, intestinũ inter se ita commouere bellum, * vt concertatio eorum nihil à nocturna pugna differret. Neque enim alius alium intelligebat in eis verbis vnde sese inuicẽ blasphemiis expeti putabant. Siquidem qui consubstantiale non probabant, opinabantur eos qui id reciperent Montani & Sabellij sententiam sequi: blaphemósque vocabant, velut qui filij Dei existentiã euerterent. Qui verò consubstantiale complectebantur, illos auersabatur, ac si Græcisimum plorésque deos asserent. Potissimum verò de is Eustachius Antiochenus, & Eusebius Pamphili, congressi decertarunt: atque vterque in subsistentia filium Dei, atque vnum Deum in tribus subsistentiis profitebantur. Et Eustathius Eusebium * incusabat, quòd professionem fidei Nicænam nouaret. Atque hic rursum acquiescere se in decretis Nicænis dicebat, illi autẽ Sabellj errorem criminando obiiciebat. Enimuerò ea de re Synodo Antio-

Cogitur ea de causa Antiochiæ Synodus. Sozom. lib. 2. cap. 19.

chiæ coacta, episcopatus Eustathio abrogatur, re quidem vera, quòd Nicenã fidem propugnãs, Eusebiũ, patrophilum Scytopolitanum, & Paulinum Tyrium, quorum sententiæ Orientales episcopi astipulabãtur, vt Arianos auersaretur: Eustathius Antiochenus episcopus autem illi ipsi Ariani præ se ferebant, tanquã is qui cum Sabellio faceret, aliásque item non optimas ob causas: quemadmodum de omnib⁹ episcopis, qui exautorantur, multa dici moribus est receptum. At res tota sycophantia erat, cum calumnia coniuncta. Veluti enim Episcopalem dignitatẽ impudicæ mulierculæ concubitu, fœdæque voluptatis vsu turpiter cõtaminasset, sancto viro eam ademerunt. Nam meretriculã vultu venusto, formę ætatísque florem cuiuis mercede prostituentem, conductam, vt linguam illis daret, verbísque subseruiret, permouere. Et conuentu coacto, in quo ducenti & quinquaginta erant, alios quidem omnes exire, mulierculam autem illam rerum vsu proteruam ingredi iussere. Progreditur illa lactentem infantem in vlnis gerens, cúmque impudenter ex Eustathij cõsuetudine se concepisse & pepetisse clamat. Eustathius, si quem alium facinoris eius testẽ conscij, aut qui tale quidquã nosset, haberet rogat. Quæ quum id negaret, iusiurandũ ab ea iudices acerbi postulant, quum quidem dicertis verbis lex vociferetur, quę de quopiam finistrè vulgentur, ea duobus aut tribus testibus firmitatem obtinere: & Apostolus rursum, aduersus presbyterũ actionem recipi absque duobus aut tribus testibus, prohibeat. At illi nulla legis ratione habita & nullis testibus, aduersus tantum virum iudicium instituere. Posteaquam enim illa verba sua iuramento confirmauit, infantem videlicet Eustachij improbę libidinis opus esset, illicet illi veluti contra mœchũ calculos produxerunt: Episcopis aliis, qui insidias structas ignorabãt, frustra contrà nitentibus, & non legitimè virum damnatum esse contendẽtibus. Porro qui fabulam hanc cõcinnauerant, nulla interposita mora imperatorem adeuntes, eique legitimè per sententiam Eustathium damnatum esse persuadentes, Episcopatu hominem mouere atque exigere sunt conati: tantum nimirum veræ pietatis & castitatis defensorem, & quasi margaritum. Grauis autem propter illius abrogationem, Antiochię coórta est seditio: vt parum admodum abfuerit quin eam prorsus euerti atque aboleri cõtigerit: quippe quę in duas discesserit partes, alteríque factioni manus militaris opem ferret. quæ res plurimum Eustathio nocuit. Vbi enim imperator cognouit ecclesiæ seditionem, vehemẽter indignatus, Eustathium tanquam hominem factiosum eo nomine suspectum habuit: & quẽdam * honoratia militię illustris dignitate præditum eò misit, qui quum tumultum ibi sedaret, tum Eustathium occultè inde abduceret. Itaque ille per Thraciam in Illyricũ est deportatus, perplacidè calumniã ferens, quod hoc sic * prestare iudicaret, vir rebus omnibus honestus, bonúsque, & orationibus componendis facundia iucunda & copiosa, sicuti id opera eius testentur: eloquutionisque priscę pondere, sententiarum castitate, verborum eleganti gratia, & pronunciationis vehemẽtia præcipuè pollens. Deinceps verò infelix illa muliercula graui circumuenta morbo, sycophantię eius actum confessa, tragœdiam omnem, vt edita fuerat, expoluit. Dixit etenim sacerdotes plurimos, qui eam pecunia corrupissent, flagitium id facere ausos: seipsam autẽ non omnino mendacẽ esse, quod scilicet ex Eustachio quodam * illiberalis artis opifice, puerũ concœpisset. Quum Arianorum phalanx Antio-

pus ibi exaturatur inquisitè.

idem per calumnias stupri insimulatur, & condemnatur.

Meretricula subornatur per iurium. inquisitionis iudicij corrupti processus.

obtinet id nunc quoque in quibusdam confessionibus.

vt puellæ istius tatis iuramẽtum à iudicibus deferatur

Seditio præsentibus Eustathij Antiochia ejecti.

† τῶν ἱερῶν τραπεζῶν. *Eam ob causam Eustathius iussu imperatoris in exilium abducitur.*

* ἀμέτρου τινὸς. *Eustathij egregia laus.*

Meretricula ea tandem fraudem indicij detegit.

† ἐφόρου μετὰ χειρ.

Ex opifice quodam ea puerũ conceperat.

chiæ contra sanctum virum hæc admittere ausa fuisset, ita insuper ipsi secum rationem duxerunt, & constituerunt si imperatori notum quempiam atque eloquentia præclarum virum in Antiocheno throno collocarent, facilimè eos vniuersos in opinionem suam pertracturos Proindéque Eusebium Pamphili, aliis prælatũ traducere in eum locum studere. Quo decreto imperatori significato, aliud præterea addidere, virum eum plurimi à populo Antiocheno fieri, gratiosumque ibi esse. Hoc sic præcipue scripserunt, qui hostili erga Eustathium animo erant. Ipse verò Eusebius decreto ei reluctatus, literas ad imperatorem, quibus Antiochenam sedem deprecabatur, dedit. Imperator verò consilium eius qui sic ecclesiasticum canonem seruaret, ab ecclesiáque quæ semel ei administranda credita esset, ad episcoparum alium transferri renueret, admiratus: & populo, & ipsi Eusebio rescripsit, sententiam eius gratam habens, beatúmque eo nomine vocans: quippe qui non tantũ Antiochię, sed vniuersi etiam orbis episcopatum recipere dignus esset. Ad eundem modum Synodo quoque scripsit. Et quòd sincera fide esse opinaretur presbyterum Cappadocię Euphronio, & Arethusę Georgium, alterum istorum, aut alium certè quenquam, quem magis idoneum iudicarẽt designare, & sedi Antiochenæ præficere præcepit. Atque illi ante Eusebij electionem, Eulalium episcopum creauerant: qui quũ paulo pòst vitam finisset, tum demum Eusebium transferre properauerant. Quod quia ille refugit, imperatórque translationem eam inhibuit, vacuam sedem eam fuisse annis ordine octo ferunt: deinde Euphronium electum. Quo post annum & mẽses aliquot defuncto, Philacito eius ecclesiæ præfecturam commissam. Omnes autem Ariana cõtagione magnopere erant infecti: quanuis clandestinè eã fouere viderentur. Cuius sanè rei gratia multi ex clero & sacerdotum ordine, alij præterea qui nihilominus rectè sibi pietatem colẽdam statuissent, conuentibus in ecclesiis relictis ipsi seorsum congregabantur. Habebant ij Eustathianorum nomen, quòd ei post illius etiam dissensum maximè fauerent. Ac quæ Antiochiæ de Eustachio accidere, hæc sunt.

Arianissantes episcopi Eusebium Pamphili Cæsarea Antiochiam traductũ volunt.

Eusebius id detrectat, imperatore consilium eius approbante.

Nicænæ Synodi canon est de non transferẽdis ex una ecclesia in aliam episcopis. Socrat. lib. 1. cap. 24.

Arethusa 57. riæ oppidum.

Sedet Antiochena octo annis vacat.

Euphronius, Philacius, episcopi Antiocheni Ariani.

Eustathiani suos sibi cõuentus cogentes, Antiochia ab ecclesia secessionem faciunt.

De Romano & Hierosolymitano patriarchis. Item de Arianorum & Melitianorum coniunctione atque vnione. Cap. 46.

episcopi Romani.

SYluestri autem in ecclesia Romana, ante quẽ prius eam Marcellinus, deinde Miltiades, nõ ita diu gubernãuerant, Iulius successit. Post Marcarium verò sedẽ Hierosolymitanã obtinuit Maximus, qui antea in Diospolitana ecclesia, à Macario episcopatu accepto, tandem, à Hierosolymitanis est retentus. Quòd etenim superioribus temporibus cõfessor extitisset, alitérque vir bonus esset, populi suffragiis designatus fuerat, qui Macario vita functo, episcopatũ eius reciperet. Vbi verò Diospolitani viro eo orbari id ferre non possent, & certamen propterea moueretur, alium antistitem Diospolitanis legendum: Maximum autem apud Macarium, cum quo vna episcopalem gereret curam & functionem, retinendum: atque vbi ille decessisset, vt hic in locũ illius surrogaretur censuerunt. Illud porrò scire oportet, quod qui hæc diligentius inquisiuere de sententia Macarii multitudinẽ, quod de Maximo ingenti studio egerat, fecisse confirmant. Macarium namque post illã Maximi electionẽ, haud quaquam pœnitentia ductum esse: atque cum animo suo considerantẽ, & quòd vir is rectè de Deo sentiret, & quòd multitudini propter strenuè obitũ confessionis certamen, valde charus esset, necessariò eum qui sibi succederet, retinendum esse censuisse. Non paruus enim ille animum eius subiit metus, ne ipso morte sublato, Eusebius & Patrophilus opportunitate temporis arrepta, alicui ex Arianis episcopatum suum concederent: quãdoquidem, se adhuc superstite, nouas res moliri cœpissent: & à se * excommunicati, nugas tandem suas repudiassent. Nondũ verò, qui in Ægypto quoq; coortus fuerat motus sopitus erat. Arii nanque hæresis à Nicæna Synodo proscripta, Melitius verò eis quas suprà exposuimus conditionibus receptus erat. Et Alexandro in Ægyptum reuerso, Melitius quas extra ordinem non rectè renuerat ecclesias, restituerat. Ipse Lyci agebat. Et priusquam Melitius decessit, Ionnem quendam, † qui eadem cũ eo de Synodi Nicænæ dogmate sentiebat, in locũ suum subsitituit: qui noui rursus motus in ecclesiis autor fuit. Quod vbi Ariani videre, neque ipsi rerum suarum negligentes fuere. Et quod apud factiosos eiusmodi homines fieri assolet, bi quidem Arii opinionem laudibus ferebant: illis verò magis cõuenire videbatur, vt ecclesiis Melitiani præessent, quibus etiã plerique magis erãt addicti. Atque antea quidem vtrique ab alteris dissidebant. Vbi verò animaduertẽre, multitudinem episcopos catholicæ ecclesiæ sequi conuẽtu coacto, fœdus inter se pepigere, communéq; aduersus pium Alexandriæ vrbis clerum suscepere bellum. Et adeò criminationes simul & defensiones ex æquo cõmuniter decertantes protulere, vt tempore procedente, Ariani vocarentur Melitiani, & Melitiani Ariani. Atqui Melitiani de ecclesiarum præfecturis tantum decertabant, Ariani autem melè sentiebant de Deo. Veruntamen quòd sibi communiter inimitias contra nos sumpserant, consensũ atque cõcordiam assimulabant, vtrique arbitrati facilius sibi eo modo res ex sententia successuras. Cæterùm temporis processu propter perpetuos de rebus eiusmodi sermones & colloquia, ad eum peruenere habitum, vt idem vtrique de Deo sentirent. Sedenim deinde Melitiani, iuxta pristinam secessionem, ab Arianis sunt disiuncti. Simul nanque vtrorumque clerus & populus alij ab aliorum abhorrebant cõmunione. Multáque vrbeis id peruasit malum, maximè verò Arianissimus viguit in Bithynia & Helleponto, necnon in ipsa Constantinopoli. Inde adeò, quòd Eusebius Nicomediensis & Theognis Nicęnus, arte quadam eum cui decretum Nicænæ Synodi asseruãdum commissum fuerat, dicuntur circumuenisse, subscriptionésque suas delesse: atque liberè & propalam docuisse, non oportere filium patri consubstantialem dicere. Ii quoque primi Athanasio autores fuere, earum quas pertulit ærumnarum. Multa nanque ab imperatore consequuti potestatem & libertatem, Arium quidem qui cõsentiens & amicus illis esset, Alc-

Hierosolymitani.

Duo eodẽ tempore Hierosolymis consentientes episcopi. Sicuti apud nos quoque Cosmas adiutores assumi solent. Sozom. lib. 2. cap. 20.

via Macarij de successore et posteritate solicitudo.

Melitius nouis motus moritur in Ægypto causa.

* ἀφορισθέντες.

τῶν ὁμοίων τῷ ξένῳ περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου. *Nicephor.* τῶν αὐτῷ τῷ συνήθων δὲ τὸ δόγματος. *Soz. Sozom. lib. 2. cap. 21.*

idem rursus distinguuntur. Eusebi. Nicomediensis, & Theognis Nicæni subscriptiones suas in Nicæno decreto fraudulenter inducũt atque delent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xandrinam reducere: illum verò veluti ex diametro eis repugnantem, abigere inde contenderũt. Et sanè vix tendè consilium id ad exitum suum perduxere. Quomodo autem id cõficere potuerint, & quo pacto imperator vt Arium reciperet, adductus sit quàm potero breuissimè dicã.

Quæ fraude Ariani effecerint, vt Cõstãtinus Arĩũ Alexandriã reducendum censuerit. Presbyter Arianus Constantiæ Constantini sorori, iniuriam Ario factum esse persuadet. Idem Constãtino quoque à Constãtia moritura ei commẽdatus persuadet.

Vt Arius sit reuocatus ab exilio rectam deinde doctrinam & religionem se secturum pollicitus.
cap. 47.

PResbyter quidam ægritudine Ariana, quandiu eoccultior esset, occupatus, Constantiæ imperatoris sorori, quam Licinius in matrimonio habuerat, familiaris erat, & amicus. Is ex familiaribus colloquiis, quum multa apud eam veteretur sermonum libertate, illata aliquando Eusebij mentione, de Ario quoque verba aspersit, minus rectè de eo statutum esse dicens: per inuidiam quippe & æmulationẽ Alexandri dãnatum, simul & à patria exulem, & ab ecclesia p extorrem, in miseria viuere, séque indigna pati, neque ea esse, quaplerique credẽt opinione. Hęc vera esse Constantia arbitrata, apud seipsam celauit. Nihil enim nouare audebat, confirmatum esse sciens, stabilémque in Synodi decretis imperatorem. Et quandiu superstes fuit tectam tacitámque opinionem eam habuit. At vbi grauiest oppressa morbo, à fratre frequenter eam visente, supernã hanc petiit gratiam, vt presbyterum, de cuius eximia pietate testificabatur, familiarem haberet: rectè eum sentire, sinceramque ei beneuolentiam conseruaturum esse. Se quidẽ iam decedere. Ei verò, ne quid pateretur, admodum metuere affirmans, quòd à nonnullis persuasus, viros graues perpetuo mulctasset exilio. Atque illa his dictis, fatis concessit. Presbyter verò libertate inde sumpta, paulatim eosdẽ apud imperatorẽ mouebat de Ario sermones quos ad sororem quoque eius dudum retulerat: nihil scilicet contra Synodi decreta Arium sentire. venientem eum, si ipse iubeat, vera hæc esse; & quòd præter rationem sycophantiã circumuentus sit, in faciem ostensurum. Imperator, siue sorori gratificãs, seu presbyteri dictis credens: Si Arius, inquit,* recipit, fidémque facit, se cum Synodo sentire, accipio hominem, cum honore omni Alexandriam eum remissurus. Ad hæc verba, literas quoque eiusmodi ad illum addidit. Victor Constantinus Maximus Augustus, Ario. Iampridẽ firmitati tuę, vt in* aulam nostrã venires, & cõspectu nostro frueretere, significatũ est. Quod te illico non feciſſe, valde miratur. Itaque publico vehiculo conscenso, ad nos venire propera, vt beneuolentia curáque nostra adiutus, in patria redire queas. Deus te seruet, dilecte. Datæ ante H Quint. Cal. Decemb. Hæc imperatoris est epistola. Mihi autem admirari in mentem venit, ipsius de vera pietate ardorem & æmulationem. Apparet enim ex iis quę scribit, sępius illũ ab eo ad pœnitẽtiam excitatũ esse. Quapropter eum reprehẽdit, qui multories literis admonitus, ad veritatẽ non redierit. Ille igitur literis eis acceptis, cũ Euzoio Constãtinopolim venit. Erat autẽ Euzoius diaconus, & ipse ab Alexandro exautoratus, quum Ario presbyteri dignitas adempta est. Imperator in conspectum suum admissos, an fidei oromulearę assentirentur, rogauit atque illis id asseuerantibus, libellum eos offerre iussit, qui eorum de Deo sententiam cõplecteretur. Tum illi declinata priore via, quam sententiis quibusdam inueniendis inierant, simplicibus aliis notisque diuinitùs inspiratæ scripturæ verbis, nouam formulam & expositionem texuere: iureiurando confirmantes, ita se ex animo credere & sentire, neque aliter vnquam sensisse. Scriptum id hisce verbis conceptum fuerat. Piissimo Deique amantissimo domino nostro Imperatori Constantino, Arius & Euzoius. Sicuti Deo grata pietas tua Imperator domine præcepit, ita in scripto exponimus fidei nostræ professionem. Et coram Deo testamur, sic nos, omnésque qui nobiscum sunt, quemadmodum subiecimus, credere. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem. Et in Dominum Iesum Christum filium eius, ex eo ante omnia secula genitum, Deum verbum, per quem omnia facta sunt, quę vel in cœlo, vel in terra sunt, qui venit, & carnem assumpsit: qui passus est, & resurrexit: qui reuersus est in cœlos, & rursum veniet iudicaturus vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum, & carnis resurrectionem, & vitam venturi seculi, & regnum cœlorum: & vnam ecclesiam Catholicam Dei, quæ à finibus ad fines mundi est. Hanc verò fidei persuasionẽ ex sanctis Euangeliis accepimus, dicente Domino discipulis suis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris, & filij, & spiritus sancti. Quod si non ita credimus & verè recipimus patrem, & filium, & spiritum sanctum, sicuti cuncta Catholica ecclesia, & sanctę scripturæ docent, pro eo atque omnino persuasum habemus iudex noster erit Deus, & nunc & in venturo illo die. Itaque pietatem tuam, Deo dilectissime Imperator noster, cohortamur, vt nos, qui ecclesiastici sumus, fidémque & sententiã ecclesiæ & sacrarum scripturarum obtinemus, per pacificam & diuinam pietatem tuam, matri, videlicet Ecclesiæ, vnias atque coniungas, quæstionibus, & quæ ex quæstionibus oriuntur superfluis, & ad rem non pertinentibus verbis acciſis: vt & nos & Ecclesia per pacificationem inter nos conciliati, solitas preces pro pacifico & pio imperio, totáque familia tua communiter omnes peragamus. Hoc scriptum nonnulli infidiosè compositum dicebant. Illos nanque verbis quidem ecclesiæ conciliari, nihilominus tamen prioribus opinionibus suis inhærere, verborum ipsorum significatione id satis declarante, ambiguè in vtramque partem inclinantium, & ad ancipitem sensum vergentium. Imperator autem existimans eos Nicænis decretis assentire, supra modum lætitia efferebatur. Veruntamen ante legitimam, pro recepto more, explorationem atque inquisitionem eorum qui summã * rei ecclesiasticæ tenebant, sibi hoc non sumpsit, vt illos ad communionem admitteret: sed ipsos ad eos qui tum Hierosolymis conuenerãt, episcopos misit, quibus significauit, vt nouam illorum formulã expenderent: humaniter perspicere iubens, siue illi rectè sentientes per inuidiam circumuẽti infidias pertulerint, seu malè opinantes per pœnitentiam in rebus iudicatis tandẽ acquiescerent. Eusebiani porrò * commodũ nacti tempus, imperialium

Libellus professionis fidei. Arij & eius Constantino oblatus.

Imperator Cõstantinus per credulitatis errorem formulam hanc fidei ecclesiasticæ cõcordiæ causa laudat: eámque cunctis episcopis scribit, subiungitque pro pendendam mittit.

** τὴν κυριακὴν τῆς ἐκκλησίας. Eusebiani ibi Arĩũ & Euzoĩ recipiũt & alia recipiendos curant.*

† "ερμαιον χαιρον μὴ πωτῆσθαι ἁρπαγεντος. Neq; ite secunda crimẽ manifestis lapsi Athanasio intentans.

Arius Alexãdriam venit. Ab Athanasio nõ suscipitur.

ἀλλ' ἢ τὸ ψεῦδος ἀσκήσαντες ἀφικνοῦνται εἰς Ἀλεξάνδρειαν· ἦν δὲ τοῦτο καὶ χρεῶν καὶ ἁρπαγῶν καὶ διωγμῶν ἀλήθεια· γέγονε δὲ Socrat. lib. 1. cap. 27.

Imperator indignatur.

Exilij Athanasio minatur.

Benigna verborum Constãtini interpretatio. Arium ab Athanasio Alexãdria ex igitur ex sebta ni consilium, vt Athanasio episcopatus abrogetur, capiunt.

Calumniatores aduersus eum apud imperatorem fabricant.

Prima calumnia non prevalet.

a Al. Eusebio habent. ἐκ τῆς παρὰ τοῦτος. Nicephor. τότε τυχὸν ἐκ τοιούτου τινὸς λόγου. Socrat. vt supra.

†"Ορμον χαίρον μὴ πωτῆσθαι ἁρπαγέντος. Neq; ite secunda crimẽ manifestis lapsi Athanasio intentans.

Imperator hoc nostr cum pro lixa commendatione Athanasium à se Alexandriam remittit.

Noua aduersus Athanasium Arianorũ & Melitianorum criminationes. Sacerdum prõ phanatorum cædis & magicarũ artiũ. Ischyras sibi ipsi sacerdotiũ lem arrogans dignitate, Athanasii accusator.

† τινὰς μιγάδας Socrat. hoc est Magia gratia

† τὰ εἰρημένα εὐχερῶς ἐσκαμῶρησε. Cõstãtinus no uarũ aduersus Athanasium institutarum calumniarũ Dalmatium iudicem delegat, eúmque Eusebium & Theognidem assessores attribuit.

** Legendum puto cæsari.*

** παρεσκεύασε δὲ πρὸς τοιαύτην κατηγορίαν καὶ ἰωάννης μοναχὸς τις ὁ γραφόμενος. Sozom. lib. 2. cap. 23. hoc est, institutus verò ad eiusmodi quoque criminationem est Ioannes monachus quidem accusator.*

*** Arsenium hunc Eusebius lib. 10. dicit aliquando Athanasij lectorem fuisse, & ob nexam quandam castigationem veritum profugisse, & latuisse. cap. 17.*

perialium literarum prætextu, † Synodo nondũ A causam Nicomediæ conuenissent, Alypius, & acta, ad communionẽ eos admisere. Atque hoc quũ fecissent, imperatori rem eam insinuarunt: & ecclesiæ Alexandrinæ, Ægypto, & Libyę omni, episcopisque & clericis earũ suscripserunt, vt non grauatè eos reciperent: quorum & imperator ipse, piam fidem esse testaretur, cuius etiã fidei formulã epistolæ suæ adiunxerunt, imperiali indicio Synodi calculum addentes.

Vt Athanasius, quòd Arium non susceperit, accusationem sustinuerit ab Arianis & Melitianis & de de cantata Arsenij manu.
cap. 48.

HOc modo Arius Alexandriã venit. At *enim mendacij moliio veritati succubuit. Tantũ nanque abest vt eum sacer admiserit Athanasius B vt etiam perinde atque piaculũ aliquod sit auersatus. Arius ibi manens, hæresin rursus commonebat. Et Eusebiani Athanasio scripserũt, & imperatori quoque vt scriberet persuaserunt, vt ita ille rem, quo Arius reciperetur, moderans administraret. Id verò Athanasius facere omnino recusauit, ad ipsum imperatorem literas dedit fieri nullis modis posse, vt ij ad communionẽ admitterentur, quos tam frequens Synodus, propter veræ pietatis fidem proscriptã, anathemate notasset: præcipuè quum non legitimè pœnitentia ac couersione interueniente, resipuissent. Id imperator grauiter tulit: maximo enim studio ad farciendam ecclesiæ concordiam incumbebat. Itaque Athanasio rescripsit, ne quem ab ecclesia arceret. Ac si contẽptum iussa sua acciperet, missurum se eò, qui illũ inde exigerent, est minatus. Qua de re particulam epistolæ Constantini annectere scripturæ huic libet, quę sic habet. Quũ igitur voluntatẽ meã perspectã habeas, omnibus quicunque intrare in ecclesiam volent, liberum præbe ingressum. Si enim cognouero quenquã à te ab ecclesia repulsũ, aut ab introitu eius prohibitum esse, præsto ibi confestim erit, qui à me missus, iussione mea exautoratum te ex eis locis deportandum curet. In hanc sententiam Constantinus scripsit, vtilitatem publicam in consilio habens, & ecclesiam festinã videre nolens. Athanasius autem quum imperatori dennò scripsisset, non esse participandam cum Arianis cõmunionem: rursum Ario imminens, Alexandria eum expulit. Tũ demum Eusebiani animaduertentes, se voti sui impotes fore, nisi episcopatu Athanasius detrusus esset, exacerbarum imperatoris aduersus illum animum, in occasionẽ consilij desideriique sui perficiẽdi arripuerunt. Erat autem qui contra sanctum virũ conspirauerant: D Eusebius Nicomediæ, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Vrsicius Singidonis, & Valens Mursorũ, Pannoniæ episcopi. Quum verò non satis occasionis haberent ad tantam calumniã ex Melitianis quosdam accusatores eius pecunia clãm conductos subornarunt. Ac primam apud imperatorẽ a Eusebione, Eudæmone, & Callinico, Melitianis episcopis calumniantibus, illa accusationem sustinuit, quòd Ægypto lineam vestẽ Alexandrinæ ecclesiæ pendendam imperasset, & tributum exegisset. Quam sanè calumniam apud imperatorem, quum eum † forte fortuna alia ob*

Neq; ite secunda crimẽ manifestis lapsi Athanasio intentans.

Imperator hoc nostr cum pro lixa commendatione Athanasium à se Alexandriam remittit.

Noua aduersus Athanasium Arianorũ & Melitianorum criminationes. Sacerdum prõ phanatorum cædis & magicarũ artiũ. Ischyras sibi ipsi sacerdotiũ lem arrogans dignitate, Athanasii accusator.

† τινὰς μιγάδας Socrat. hoc est Magia gratia

† τὰ εἰρημένα εὐχερῶς ἐσκαμῶρησε. Cõstãtinus no uarũ aduersus Athanasium institutarum calumniarũ Dalmatium iudicem delegat, eúmque Eusebium & Theognidem assessores attribuit.

** Legendum puto cæsari.*

** παρεσκεύασε δὲ πρὸς τοιαύτην κατηγορίαν καὶ ἰωάννης μοναχὸς τις ὁ γραφόμενος. Sozom. lib. 2. cap. 23. hoc est, institutus verò ad eiusmodi quoque criminationem est Ioannes monachus quidem accusator.*

*** Arsenium hunc Eusebius lib. 10. dicit aliquando Athanasij lectorem fuisse, & ob nexam quandam castigationem veritum profugisse, & latuisse. cap. 17.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex Eutropio quis de Constantine scribit: Vrsecundis suis dat matium fratris sui filium Cæsarem legit.

In catalogo Consulũ Romanorũ, 25. impery Constantini consul reperitur Dalmatius Cæsar.

Athanasius aduersariorũ suorũ assessorum forum declinat: & se prudenter ad dicendũ in legitime iudicio causam parat, & probationes quærit.

Constantinus literis suis Athanasiũ absoluit.

† εὐπαξία. εὐσέβεια.

† τῆς λοιπῆς Nicep.

Sozom. vt supra hoc est, tum.

Cogitur Cæsareæ Palestinæ episcoporũ conuentus, Athanasiũ causa sed is eo nõ venit conuentus eorũ alius dedicandi tẽpli Hierosolymitani gratia

† ἐγκαινίων

is Tyrũ iussu imperatoris, vt ibi Athanasij causam discutiat, dimittit.

† ἐπιβατήρια. *ita etiam Ceteris Eleusinæ sacra mystica dicta sunt.*

tit quoque ad eum Eusebium & Theognidem, E vt eis allectoribus iudiciũ de Athanasio perageretur. Quod vbi Athanasius ex Censore, qui eum euocauerat, cognouit, secum ipse perpendes quàm arduum sit causam dicere apud minus beneuolos & æquos iudices: illorum artibus aduersus eos cõcertat, & modis omnibus veritatẽ minimè oppressũ iri sperat. Et quia difficile ei videbatur, rem omnibus probare, Arsenio non comparante: & ipse secum reputabat, non aliter se innocentiam suam declaraturum esse, nisi viuere eum ostenderet, quem ipsi mortuum esse asserebant, ex familaribus quendam diaconum in Ægyptum mittit, qui Arsenium quæreret. Ille postquam Thebaidem peruenit, vbi ageret cognouit: apud Patrinem scilicet, qui eum occultabat. Atque ipsum quidem ibi non inuenit: aduentu enim diaconi cognito, in inferiorẽ transfierat Ægyptum: Patrinem autem, & simul Eliã, qui illũ alio traduxerat, assumptum, Alexãdriam adduxit. Qui ambo apud præsidem, viuere Arsenium confessi sunt, qui ab ipsis antea occultatus, eo tempore in Ægypto esset. Hæc ad imperatorẽ quoque sunt relata. Is Athanasio scribit, suadens, vt cum cura episcopatum retineret atque administraret, Meletianorum delationes non metueret. Et præterea dignas pœnas legibus persoluturos esse recepit, qui tã graui iniuriã auderent, & quiescere quidem nollent tumultus verò in ecclesia concitarent: eos scilicet homines, qui non modò bonis atque innocentibus per inuidiam insidias struerent, verùm etiam ordini † veræque pietati detrimento essent. Hæc quum ad Athanasium scripsisset, publicè is epistolam recitari iussit. Melitiani in merũ coniecti, G deinceps † minas imperatoris verentes, conquieuerunt. Et ecclesia in Ægypto pacata est, quæ à tanto Pontifice administraretur. In dies quoque ea augebatur, frequentiórque fiebat: quod multi ex superstitione etiam Græcorũ ad fidem accederent, & populi totũ ad Christianismum aggregarentur.

De Synodo Tyri contra Athanasium coacta, & vt accusationes contra ipsum institutas falsas esse Athanasius arguerit. cap. 49.

NOn longè deinde, pòst aduersariorum technæ rursum Athanasio negotium exhibuere, odiúmque apud imperatorẽ creauere. Nam accusatorum turba coit. A quibus vix tandem imperator permotus, Synodum Cæsareæ Palæstinæ cogi iussit. Quò euocarus Athanasius, ad menses triginta aduentũ suum distulit, eius qui ibi sacris præsidebat Eusebij Pãphili, & cognominis ei Nicomediensis, factionisque eorũ dolum suspectum habens. Atque eo quidem venire supersedit: postea verò acriore ei adhibita vi, Tyrũ venit. Imperator namque ad dedicandum Hierosolymis templum, quod ipse cõstruxerat, Synodũ congregari iusserat: quò, vt† spectaculo essent, Eusebius, & qui factionis eius erant, cũ multo & regio apparatu ibant. Eam Synodum imperator ex itinere Tyrum diuertentem, prius Athanasij causam discutere iussit. vt iurgiis nusquisque omnibus è medio sublatis pacatioribus animis réplo Deo consecrando, † mystica sacra perficerent. Tũm autem trigesimus imperij Cõstantini agebatur annus. Et aderant ex episcopis Orientalibus sexaginta numero, quos Dionysius Consularis coegerat. Eò * ferreis catenis vinctus ex Alexandria Macarius presbyter, militari eum ducente manu, venit. Athanasius autẽ citatus, primùm quidem moras nectebat, non tã criminationes timens quàm ne quid de fide aliter quàm in Nicæna Synodo decretum fuerat, nouaretur cauens. Veritus tamen imperatoris literas, quæ, nisi sua sponte veniret, inuirum eum vi eò abductum iri minabantur, Tyrum venit. Dei autem prouidentia quædam, qui mortuo dicebatur, virũ Arsenium eò quoque ire impulit. Non enim rationem habuit vel acceptæ à sycophantis pecuniæ, vel eorundem de occultatione mandati, quin Tyrum ipse quoque clam veniret quémnam tandem finẽ res habituræ essent, cognituru. Porrò Archelai consularis ministri in caupona quadã vino & ebrietati vacantes, quũ ex quodam, eum qui interfectus esse dictus fuerat, Arsenium adesse, & in quadam domo latitare audisset, rem hero renunciarunt: qui eam statim inquisitam atque compertã pressit, certámque reddidit: & Athanasium secretò per internunciũ fidelem, bono animo esse iussit, quod viuens scilicet Arsenius adesset. Atque ille præsens, † quũ iam in potestate eorum esset, eum se esse pernegabat. Paulinus autem Tyri episcopus, qui hominem iandudum nouerat, ipsissimum eum esse profitebatur. Et prouidentia quidem rem eam disponens, sic est moderata. Athanasius verò postquam citatus apud Synodum constitit, crimina sibi obiecta partim diluit: partim vt de eis amplius disputaret, dilationẽ petiit, (valde nanque difficilis & impedita ei res erat, qui accusatores apud iudices gratiosos esse, testes multos ex Arianis & Melitianis, sententias illorũ comprobantes, dispositos: & delatores in eis criminibus, de quibus ipse eos conuicerat, venia dignos iudicatos esse videret:) potissimum verò in accusatione de Arsenio: & tursum de muliercula quadam, quam muneribus datis inuitam noctu vitiasse arguebatur. Quas sanè ambas deinde ridiculas esse ostendit. Siquidem deinde quum mulier in medio cõsilio assistens Athanasium incusaret, presbyter quidam Alexandrinus Timotheus. qui ibi aderat, sicuti ei cum Athanasio clàm conuenerat, causam scilicet perinde atque propriã in se recipiens. Itáne tandem, inquit, mulier à me tibi oblatũ esse virũ dicis? atque illa. An verò non à te? (ipsum digito demonstrans) dixit: tempore quoque & modo, vt vis ei illata esset, adiecto. Et hoc quidẽ crimen, vt redi culũ, sic facilè est refutatũ. Deinde manus Arsenij producta: & accusatio non iam verbis, sed factis instituebatur. Ille verò dextrè admodum & prudenter criminationi obuiã iit. Interrogauit nanque, an ex præsentibus quisquam Arseniũ nosset? Atque nonnullis, nosse se eum dicentibus: Arsenium in concilium adduxit, sub veste manum vtranque tegentem. Et tandem: En vobis, inquit, mortuus præsto adest. atq; vna illius, mox quoque altera producta manu: En, ait, Arsenium habetis, manus duas habentẽ: tertiæ autem locum vbi quis inueniat, accusatores mihi ostendant. Deus siquidem conditor in principio hominem prorsus * trimanum non creauit. Calumniis his his apertè ad eum modum cõfutatis, doli architecti

* σὺν προθέσ

Macarius Alexandrinus presbyter vinctus Tyrũ adducitur Venit eò Athanasius. Itẽ Arsenius. Athanasius Arsenium Tyri adesse, certior fit.

† ἐγχειρίζεσθαι γὰρ ὁ ξένος σὺν λήθῃ

Socrat. lib. 1. cap. 28. hæc ipse captus.

Accusationũ capita plura quæ Athanasio fuere intentata, apud Sozom. enumerantur, lib. 2. cap. 25. Suffecit omnia ex parte Athanasij iudicibus.

Calumniã fu pri pulchrè & sapienter Athanasius à se amouit. Arsenio quæ que viuũ exhibens, crimẽ refellit.

tecti rerum suarũ satagẽtes, turbæ se immiscuere, & fuga sibi consuluere. Et crimẽ quidem hoc à se Athanasius, Arsenij vita remouit. Deinde Ischyram * exceptione repulit, in primis quod presbiter non esset. Insuper etiam, non debere quenquam ab inimicis iudicari, allegans, Eusebianos submouit. Et quum alia quoque accusationis capita in mediũ proferrentur, visum concilio est, Mareoten ire: vt * in re præsenti, quæ in controuersiam erant deducta, inquirerentur. Vt verò ad rem inuestigandã electi sunt quos Athanasius per exceptionem iudices reiecerat (mittebãtur enim eò, Theognis, Maris, Theodorus, Macedonius, Valens, & Vrsicius) ipse reluctabatur, & apud vniuersum concilium, rem * eam insidiosam esse in molitionem, vociferabatur: ac si accusator vnà cum suspectis & inimicis iudicibus adesset, iniquum id * vniúsque tantum partis iudicium esse protestabatur. Hæc quũ ille diceret, neque quisquam, ac ne Dionysius quidẽ consularis rationem eius haberet, atque insuper metueret, ne manus sibi per vim & cædem afferent, ex consensu eo ad imperatorem profugit. Postquam qui Mareoten missi fuerant, rediere, atq; * ad testationes vniformes, sub vna scilicet persona. vera esse quę aduersus Athanasium accusator dixisset, confecere: Synodus primùm eũ nullo defendente † veluti contumacem condẽnauit: deinde etiam sententiam, qua ei dignitas Episcopalis abrogata est, tulit, in qua sentẽtia virum conuincis multis vt seditiosum, & Ægyptũ moribus turbulentis implentem prosciderunt: simul & de muliercula illa, & de Arsenij cęde probrum prætermittentes. Ad omnes quoque locorũ omnium episcopos literas dedere, ne vel sermone vel vsu & commercio aliquo cum eo communicarent, nève ei Alexandriæ esse permitteretur. Verum quoque esse asseruerunt, mysfici poculi comminuti crimen: & accusationum capita quęque attingentes, singulari quadã arte calumniã pertexuerunt, sycophantas conuictos silentio tegentes, & accusatores eius omnes laudantes. Ioanni quoque illi qui Melitio successerat, sectatoribúsque eius, aut quicúque ex clero eius erant, honorem dignitatémque tribuẽre. Ipsum etiam Arsenium, qui cæsus esse dictus fuerat, receperunt: qui tum quoque Melitianorum sectator, & tanquam Hypselopolitarum episcopus, iniquæ illi Athanasij abrogationi subscripsit. Qua in re illud nouũ mirúmque visum est, quod qui ab Athanasio iugulatus esse dicebatur, is viuens, quantum in eo situm erat, Athanasium exautorando iugulauit. Hoc tam iniu-

* παρεγράφετο. *Iudicũ Ischyræ & Athanasij.*

* πρὸς ἱκανὸς. *mittuntur ab episcopis Mareoten quidã, qui in re præsenti causę statũ inquirant.*

* ἀκριβέστατα ἐκ μονομερῶς δὲ δίκην. *Athanasius omnia in iudicio sinistrè agi cernens, ad imperatorem confugit.*

* ἱστορικὰ μονοπροσώπως.

† ἔρημον τὸν κατηγορούμενον. *Testificatio suspecta. Athanasius vt contumax damnatur. Dignitas eidẽ abrogatur.*

Iudicum corruptorum fraus & pernicies.

Arsenius quoque ipse Athanasium semẽtem sua iugulabat.

* *Ischyræ, seu Ischyrionis (ita enim eum Sozomenus nominat) causa in eo statu fuit. Arrogabat is sibi & vsurpabat sacerdotis dignitatem, & quæ presbyteris sunt munia obibat. Cum verò quum Athanasius in facto flagrãti mysticis sacris operantem deprehendisset, mensam sacram euertit, calicem confregit, & impiam temeritatis hominis audaciam inhibuit. Qua de re accusante Ischyra, Athanasius causam apud iniquos iudices dixit. Actas nostra multos vidit Ischyras, Athanasium nullum, porrò Athanasius ea quæ modo dicta sunt, per Macarium presbyterum Ischyra exautorando egit, qui & ipse è vinculis causam dixit.*

A stum insanúmque iudicium, multi etiam qui ibi affuere episcoporum deprehendere. Nam Paphnutium confessorem tum præsentem, dicunt, a prehẽsa Maximi Hierosolymitanæ ecclesiæ antistis manu consurrexisse, atque vtrique minus conuenire arbitratum esse, qui confessores extitissent, oculósque propter sermonem veritatis effossos & articulorum iuncturas mutilatas circumferrent, vt commune quicquam cum pranis improbísque hominibus haberent, & aduersus veræ pietatis propugnatores sententiam ferrent.

Paphnutius Thebæus & Maximus Hierosolymitanus episcopi pertæsum hoc iudicium dãnant.

De consecratione seu dedicatione templi Hierosolymitani, Epistola imperatoris ad Synodum Tyri Phœnicia congregatam: & vt Athanasius exul sit fatus. cap. 50.

B EO tempore, quo & trigesimus imperij Constantini annus complebatur, & templi Hierosolymis in Caluariæ loco magnificentissimè absolutum fuerat, quod magnum martyrũ dicitur: Marianus quidam ampla dignitate vir, ab imperatore cum literis ad Synodum venit, quibus quàm celerrimè Hierosolymã adire, propter sacri eius templi dedicationem iubebantur. Atque illi protinus vt potuere, Hierosolyma contenderunt, dissidio atque discordia omni sepositа, templúmque ipsum dedicarunt, donaria simul & ornamenta ab imperatore missa maximi prorsus precij consecrantes: quæ longo sanè pòst tempore ibi fuere. stuporem & consternationem plane spectantibus conciliantes: tanta illorum erat magnitudo, tantum precium. Erat is decimusquartus mensis Septembris dies, qui ab eo tempore in ecclesia Hierosolymitana quotannis publicè ab omnibus festus & celebris agitatus est, octo ex ordine diebus cõuentibus celebrandis. Quibus diebus ex omni terrarum orbe homines eò conueniunt, & ad festos conuentus concurrunt, arcana sacra peraturi, & loca sancta cogniturι. Deinceps verò & decantaram illam ibi egere Synodum, in qua Arium & Euzoium suscepere: Imperatoris videlicet literis adducti quibus ille rectè eos de fide sentire significabat. Scripserunt illi quoque ad ecclesiam Alexandrinam: multam esse, odiis discussis, ecclesiis pacem conciliatam: Arium resipuisse: eúmque accepto ab homine pœnitentię libello, ritè susceptum, prorsus in ecclesiæ potestate esse. Acta ea ad imperatorem etiam retulere. Atque illi quidem hæc sic * egere. Athanasius autẽ Constantinopolim contendens, de iniuriis, quas acceperat, apud imperatorem est quiritatus. Et quum ibi nonnulli qui eum sentẽtiis suis damnauerant adessent, illud ab imperatore supplex petiit, vt rerum Tyri de se actarum in eius præsentia inquisitio & iudiciũ fieret. Porrò imperator Athanasium æquum petere censens, ad episcopos qui Tyri conuenerãt, eos ad se venire iubẽs, in hæc verba scripsit. Ego quidẽ quæsint res à Synodo vestra per tumultũ, & quasi procellã quandã iudicatę ignoro videtur tamẽ quodãmodo tumultuenter per inordinatam cõsultationẽ veritas esse depraua ta, quòd scilicet vos propter nugãdi aduersus proximos studiũ, quod quidem iniustum esse vultis, ea quę Deo placita

Episcopi Tyri Hierosolyma ire iubentur, ad templum nouæ Hierusalem dedicandum.

Anniuersarius Exaltationis sanctæ Crucis dies, profectio Hierosolimitana religionis ergò.

Supra ca. 47. eodem.

* *proscriptum esse Arium obscuthanare significãtes. Socrat. lib. 1. cap. 33.*

Athanasii ad imperatorem Constantinũ preces.

Constantinus conuentũ Tyrum episcoporum Constantinopolim ad se euocat.

Mens vxandi cupida, res diuinas perspicere nequit.

« sint, peruidere non potuistis. Enimuerò diuinæ E
« prouidentiæ fuerit, vt quum contentiosi ardoris
« vitium manifestò deprehensum discutiatur: tum
« apertè nobis declaretur, num in conuentu isthic
« vestro curæ vobis veritas fuerit, & res absque
« odio & gratia sint iudicatæ. Quam ob causam vt
« properè ad pietatem nostrã veniatis volo, vt &
« rerum à vobis actarum exactam rationẽ nobis
« exhibeatis, & de vobis ipsis satisfaciatis. Quare
« autem vt hæc ad vos scriberẽ, & vos per literas
« ad me euocarẽ, adductus fuerim, ex verbis sequẽ
« tibus intelligetis. Ingredienti mihi iam cogno-
« minem nobis & modis omnibus felicem vrbem
„ Constantinopolim, (accidit autem vt equo tum
« veherer) derepentè Athanasius episcopus, cum
„ aliis quibusdam quos secum habebat, in media
« publica via, ita præter expectationem obuius est
« factus, vt consternationis etiam præberet caus-
« sam. Testem autem facio *inspectorem rerum F
*ἔφορον. « omnium Deũ, me illum primùm qui fuerit non
« nouisse, donec nostrorũ quidam quis esset, indi-
« carunt. Atque quibusdam de iniurijs quas susti-
« nuit eum percunctantibus, quæ æquum erat re-
« nunciauit. Ego quidem eo tẽpore cum eo verba non feci, neque colloquutus sum. Vbi verò
« ille id postulauit, ego autem denegaui, parũ ad-
« modum abfuit quin eum reiici iuberem: ille ta-
« men cum multa libertate nihil peteret à nobis
« aliud, quàm vt vos præstò essetis, quò necessitate
« vrgente, in præsentia vestra, quæ passus esset, sa-
« tis deplorare posset, & ego id rationi & tempo-
« ri conuenire duxi, perlibenter hæc ad vos scribi
« præcepi, vt omnes quicunque conuentui Tyrio
« interfuistis, citra procrastinationem, in *aulam
*γραφοπε-δον. « manſuetudinis nostræ venire acceleretis, & re-
« bus ipsis iudicationis vestræ sinceritatem & ve- G
« ritatem, me cognoscente, declaretis: quem sanè
« germanũ Dei famulum esse non negaueritis. Per
« meam certè quidem erga Deum religionem, pa-
« cata sunt vbique omnia. Quin ipsi etiam barba-
« ri nomini Dei ritè laudibus benedicunt, qui ha-
« ctenus veritatem ignorarũt. Manifestum autem
« est, *qui veritatem non norit, eum neque Deũ
*ὁ τὴν ἀλη-θειαν ἀγνοῶν θεὸν οὐδὲ τὸν θεὸν ἐπιγινώσκει. « nosse. Veruntamen, quemadmodum modò di-
« xi, & barbari per me germanum Dei ministrum
« Deum cognouerunt, & metuere didicerunt.
« Ipsúmque me vbique tutári, & rebus ipsis mi-
« hi prolpicere senserunt. Vnde maximè Deum
« norunt, quem illi quidem propterea quòd nos
« metuunt, colunt: vos autem, qui arcana sa-
« cra benignitatis eius *præferre (quid enim di-
*προβάλλε σθαι. « cam *seruare?) videmini, vox inquam nihil agi-
« tis aliud, quàm quod ad discordiã & odium fa-
*φιλαίτιον. « cit, & quod (vt simpliciter dicam) ad generis
« humani exitiũ refertur. Verùm properate, ſicuti
« dictum est, & ad nos quamprimùm omnes veni-
« re maturate: illud perſuasum habentes, omnibus
« neruis conaturos nos esse, vt iis quæ corrigẽda
« sunt emendatis, in lege Dei omnia ritè seruẽtur,
« vtque eis neque probrum néque praua aliqua
« opinio & suspicio inhærere possit: dissipatis nimi
« rum, prorsúmque attritis, atq; adeò sublatis om-
« nino legis inimicis, qui quidẽ sub pretextu spe-
« cioſi nominis, varias atque omnigenas prębent
« blasphemias, & obtrectandi occasiones. Talia
*ευσεβιανὸς τάχα τὸν ἐπίσκοπον κωνσταντινουπόλεως ἐλθεῖν. imperator quum suscipisset, alij quidẽ episcopi

maximo territi metu, pro se quisque domũ redibant. Eusebiani autem se in oculos imperatoris ingerentes, iustam esse Synodi sententiam asseuerarunt. Et multis in Athanasiũ conuiciis cõiectis, non iam de poculo fracto, aut mẽsa, aut viui hominis brachio, quòd vera ea essent, instabant: sed ad nouã aliam confugêre calumniã. Minatum enim esse Athanasium dixerunt, inhibituros sua suasione Ægyptios esse, ne frumentũ pro eo atque Constantinus sanxisset, quotannis Alexandria Constantinopolim subueheretur: eáque verba audiuisse Adamantium, Annubionẽ, Arbarthionem, & Petrum, episcopos. Hæc allegantes causam calumniis obtimuere. * Sepenumero nanque mandacium vincit, quum is qui calumniam struit, bonæ fidei opinionem consequitur. Confestim igitur imperator iracũdia correptus, in Galliam ad Treuiros virum proscribit. Idque ita feciſſe Constantinum opinio est, non tam quòd vera esse, quæ in eum dicta fuerant, crediderit, quàm vt ecclesiam ad vnitatem, & episcopos ad concordiã perduceret. Quod quidem aliter fieri non potuit, nisi Athanasius relegaretur. Communionẽ enim Arianorum omnino auersabatur. Atque ille ad eum quidem modum ad Treuiros in Galliam est abductus

*ἰσχυρὸν γὰρ πολλάκις τὸ ψεῦδος, ὅταν ὁ διαβαλλόμενος τὸ ἀξιόπιστον τύγχ.

Athanasius calumnijs à Eusebianorum crimina contra se Constantino missis, ad Treuiros relegatur.

Vt Arius ex Alexandria Constantinopolim aduenieus, negocium faceſſerit Alexandro Constantinopolitano episcopo: & vt Alexandri precibus Arius sit ruptus, & quomodo Athanasium obitum eius memoriæ commendarit. Cap. 51.

ARius autem Hierosolymis Alexandriam rediit. Quum verò ecclesia Ægypti nihil sibi communionis cum eo esse vellet, ille cum sectatoribus suis denuò turbas ciere, & hæresim suã fraudulenter serere cœpit. Plebs quum ipsius reditum, tum pastoris sui exilium grauiter tulit. Ac imperator vbi Arij sententiam prauam esse cognouit, Constantinopolim hominem vocauit, peruersæ opinionis cœptorúmque suorum rationem redditurum, Constantinopoli populus in duas partes discesserat. Atque ij quidem nihil prorsus de Nicænis decretis mutandum esse dicebant, alij autem Arium rectè profiteri contẽdebant. Et maximo in vrbe motu excitato, homines plerique vt conuentus cogeretur, conabantur. Alexander porrò Constantinopolitanæ ecclesiæ antistes, qui dudum Metrophani succesſerat, vir præter cæteros Dei maximè amans, vt morum eum sedaret, nihil non experiabatur. Quod vbi ei minus succeſſit, in maximum se demisit certamen. Et quum quod faceret aliud nõ haberet, pacem & communionem cum Ario tũ deprecatus est. Nefas enim esse, miniméque cõsuetudini ecclesiasticæ conuenire dixit, quæ ab ipsis, atq; eis etiã qui ex terris omnibus quę sub sole sunt, Nicæam cõcurrerant, decreta essent abrogare. Eusebius autẽ post cõuicia multa apertè minabũdus grauia ei denũciauit, nisi ad certũ diẽ Ariũ in cõmunionem admitteret. Absque eo enim si esset, ipsum quidem extorrẽ ab ecclesia futurum, succeſſorem autẽ eius cum Ario communicaturum. Hæc vbi sunt dicta, tum quidem colloquio soluto discesſere: Eusebius quidem etiam

Arius Alexandriam reuertens contemnitur.

Idem Constantinopolim ab imperatore euocatur.

Constantinopoli quoque in religione diffidetur.

Contẽtio Alexandri Constantinopolitani episcopi & Eusebij Nicomediẽsis, de Ario.

constituitur Alexandro dies quo Arium in communionẽ admittat.

etiam atque etiã, vt quæ minatus fuerat, ad exitũ A
perducerentur moliens: Alexander verò, ne ad rem conferrentur, quæ fremens ille denunciauerat, precationibus incumbens. Quem, non tãtum vt ipse exautoraretur mouebat, quantũ ne quid de doctrina mutaretur solicitabat. Pertimidũ eum maximè imperator faciebat, qui quodammodo in aduersariorum verbis acquiescere videbatur. Itaque in ea solicitudine & anxietate trepidans diuinus senex, rebus omnibus posthabitis, & arti disserendi nuncio remisso, festinabundus † ad sanctius cõfugit sacrarium, ieiunio & orationi sese dedens: neque quidquam rerum earum remittens, quæ ad placandum exorandúmque Deum facerent. Et in ea ecclesia quæ Pacis cognomen obtinet, se clausit: & ore in sacram sanctioris sacrarij mensam procumbẽs & lachrymans, continuè dies noctẽque orauit. a Cuius illa fuit oratio, vt siquidem opinio Arij vera esset, ne ipse constitutum conuentui & cõmunioni videret diem: sin quã ipse coleret, sententia maximè veritate niteretur, vt Arius dignas lueret pœnas, veluti malorum in professione fidei omnium autor. Sic episcopus Alexãder precabatur. Sed & imperator periculũ de Ario facere volens, in regiam suam eum accitũ, num & ipse Nicænis decretis assentiretur, rogauit. Arq; ille, citra moram & deliberationem omnem, in conspectu Principis *b*, decreto Synodi callida simulatione subscripsit. Factũ id admiratus Cõstantinus, iureiurando quæ scripserat cõfirmare eum iussit. Quod & ipsum cõfestim † dolosa adhibita fallacia, sicuti eos qui de hac re memorãt, dicere audiuimus, fecit. Quòd nanque suã de diuino numine opinionem Arius in charta descriptam sub axillis in sinu ferebat, ita se verè sentire, quemadmodum scripsisset, iurauit. Quare imperator persuasus, Alexandro, vt Arium reciperet, seuerius mandauit. Sabbathum erat, & postridie vt ad cõmunionem admitteretur Arius, expectabat. Verùm vindicta nequaquã morata est, quæ vestigia eius qui tam † absurdis cauillationibus vsus esset, in pedibus ipsis est insecuta. Ex imperatoris palatio à quibusdam Eusebij satellitibus Arius deductus, per forum insolenter gradiebatur, & per mediam vrbem venditãs sese inferebat. Postquam ad Constantini forũ ventũ est vbi ingẽs illa Porphyretica Constãtini ipsius columna magnificè in altum excurrit (ferũ autẽ diei erat) timor derepentè ex conscientiæ vulnere Ario incessit, eúmque alui laxitas cõsequitur. Et vrgebatur eo casu maximè: proindéq; secessum publicum, qui in propinquo erat, petit. Ibi animo ei defecto, sua sponte increméta effluunt: & † vi naturæ constringente soluta, sedes ipsa procidit, & multus sanguis effunditur, constitutio quoq; interna corporis omnis vnà cùm intestinis epate & splene diffluit. Atque ita ille perit. Quum autem inde non exiret, ingressi quidã propter diuturniorem eius morã, mortuum in fœdo subsellio reclinarum inuenere. Secessus is longo pòst tempore est ostensus retro forum & macelli porticũ: perpetuáque loci eius & mortis Arij est memoria, quippe quem prætereuntes omnes digito semper designare soliti fuerint. Diu verò postea, fama est neminem subsellio eo vsum esse. Omnes enim locũ eum fugerunt, pro

Alexander ad preces confugit.

† τῷ θυσιαστηρίῳ προσφεύγει.

Alexandri precatio contra Arium.

a precatus est Deum, vt vel animam suam susciperet, ne communione Arij contaminaretur: vel inopinatum quidquam faceret, quod & factum est. Epiph.

b Arius Nicænis decretis apud Constantinopolim subscribit.

† σοφιστικῶς *Subscriptionẽ dolo malo per iusiurandum confirmat. Socrat. lib. 1. cap. 38.*

Vindicta diuina eum consequitur.

* τῆς σοφιστικοῦς ἀποπνίγεται. *Constantini forum.*

† φύσεως ἐφεκτικὸς.

Repentina & horrenda Arij mors.

In loco ex vbi Arius interijt, ad abolẽdam mortis eius infamiã, magnifica ædes ab Arianis constructa.

detestando habentes, in quo videlicet Arius impietatis pœnas persoluisset. Postea autem Arianus quidam, vir perquàm opulentus, locũ emit: & forma eius priore abolita, domum magnificã in eo construxit, vt obliuioni res ibi acta mãdaretur, neque amplius mors Arij sempiterna memoriæ succeſſione, * veluti per Comicum ludũ posteritati exhiberetur. Obitu verò eius publicato, variæ de eo hominum fuere opiniones. Quibusdam enim videbatur repentina ægritudine correptus, & per animi liberiorem relaxationem, vt cui res ex sententia cecidisset, ex immensa, quę cor eius affatim offuderit, lætitia, subitò extinctus esse. Alij, impietatis dignum luisse supplicium putabant. Familiares eius, ab obtrectatoribus ex insidijs per incantationem & veneficiũ necatum dicebant. Non mediocris verò B animi solicitudo Nicomediẽsem cepit Eusebiũ. Factum nanque illud nõ vrbem modò, sed vniuersum propè orbem percurrit, fama de eo velociore passim increbrescẽte. Imperator sanè re ea maiorem in modũ est delectatus, & propterea professionem fidei Nicænam perinde atque à Deo ipso dictatam, magis etiam defendit, Christianæ religioni mirificum in modum addictus.

† πάμφο-βος.

Varia de morte Arij opiniones.

Locus ipse postulare videtur, vt quæ magnus Athanasius de Arij rebus scripta reliquit referamus. Quæ sic habent. Nam & ipse Arius hæresis quidem princeps & antesignanus, Eusebij verò particeps & socius, studio & opera Eusebij & amicorum eius, vocatus à beato Constantino Augusto, & ab eodẽ vt in scripto persuasionem fidei suæ exponeret flagitatus, in libellũ eam dolo malo, impudentibus de impietate sua dictis suppressis, retulit: verbáque scripturarũ simplicia, sicuti in eis expressa reperiuntur, itidẽ vt diabolus assimulauit. Deinde quum beatus Constãtinus dixisset, Siquidem nihil prærerea rectũ in mente habes, veritatem testimonio iurisiurãdi confirma. Vlciscetur enim te, si fallò iurauerís, Dominus ipse. Iurauit miser, neque habere se, neque aliud quàm tum scripserit, quãuis dictum aliquando ab eo sit, sentire. sed ilicò egressus, tanquam pœnas pendens concidit, & suspẽsus crepuit medius. Atque omnibus quidẽ hominibus cõmunis vitæ finis cõstitutus est mors ipsa: neque cuipiam, etiam si is inimicus fuerit, qui vita defunctus sit, * insultare cõuenit: quòd incertum sit, an nõ idem sibi ante vesperam accidat. Sed Arij obitus quando quidem nõ simplex fuit, dignus propterea est qui commemoretur. Quum enim Eusebius se cum in ecclesiã introducturum minaretur, episcopus quidẽ Constantinopolitanus Alexander id futurum negauit: Arius autem vi & minis Eusebij confisus est. Sabbathum quippe erat, & postridie sperabat se ecclesiæ conuentui aggregatum iri. Certamen erat acre: his quidem minitantibus, Alexandro autem orãte. Sedenim Dominus iudicio suo interposito, aduersus homines iniquos iudicauit. Nondum enim sol occiderat, & necessitate eum in locum suum pertrahente, ibi pessum iit, vtroque simul, & communione & vita cõfestim orbatus. Beatus certè quidem Constantinus re audita, admiratus eam est, periurium eius vindicatum esse perspectum habens. Omnibus autẽ tũ manifestum fuit, quum Eusebij minacẽ denun-

Athanasius de Arij periurio & obitu.

† ἀδεῖ τινος ἐπεμβαίνειν.

Nullius calamitate insultandum.

Nescis quid serus vesperet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciationem, tum Arij spem & expectationem frustra fuisse. Declaratum quoque rursum, Arianū furorem ab ipso Seruatore exclusum esse à communione, & hic, & in primogenitorum ecclesia. Quis igitur non miretur, homines istos magno contentionis studio videns iusticiæ laudem ei tribuere, quem cōdemnauit Dominus? eosdémque cernens hæresim defendere eorum, quos excommunicatos esse conuicit Dominus, ducem eius Ecclesiam ingredi non passus? Hæc de Ario Athanasius.

De ijs quæ postea Alexandriæ acciderint, & de constitutione quam imperator contra omnes tulit hæreses. Caput 52.

Non persuadetur Constantinus, vt Athanasium ab exilio reuocet.

EO tam fœda morte sublato, finem tamē nugamenta eius non habuere. Neque qui factionis eius erant, vel ad breue tempus desierūt insidias eis struere, qui in diuersa erant sententia. Populus sanè Alexandrinus frequēter ad Imperatorem, qui ei de restitutione Athanasij miserabiliter supplicarunt, misit. Et ad eundē scripsit multa virtute pollēs Antonius, ne omnino Melitianis fidem haberet, sed potius vt sycophantiā omnino esse, intentatam Athanasio accusationē, crederet, orans. Imperator autem nequaquā persuaderi potuit: sed populo Alexandrino rescribens, dementiam atque * inordinatam cōfusionem obiecit. Sacerdotibus autem, & cœlibatum colentibus Monachis scilicet, vt quieti

*ἀταξίαν.

plurimū Constantinus iudicio conuentus Ecclesiastici, qui Athanasiū damnauerat, tribuit.

essent, mandauit. Neque enim vnquam se mutaturum de Athanasio sententiam, neque eum reuocaturum esse asseruit, tanquam virū seditiosum, & malorum patratorem, præsertim quum ecclesiastico iudicio condemnatus esset. Clàm quoque Antonio significatur, se Synodi decreta nō facilè irrita facere posse. Nam etiamsi pauci, inquit, fuerint, qui hostili animo sententia sua illū jugularint, tamen reliquam cōuentus eius multitudinem bonorum & probatorum virorū, nō ita simpliciter & temerè prorsus illorum calculos fuisse sequuturam. Addidit insuper, effreni esse lingua, & contumeliosum virum Athanasium, atque ad seditiones & discordias concitandas idoneum. Ita namque qui hostili in eum erant animo, apud Imperatorem de talibus criminibus eum detulerant: quum imperatorē scirent vicia eiusmodi supra modū grauiter ferre. Porrò quum multitudinē in duas esse sciret factiones diuisam, & aliam Athanasio, aliam autē Ioanni fauere, qui Melitij successor, in Synodo Tyria communione, vti, honorémque suum in

eidem persuasum erat, Athanasium seditiosum virum esse.

Ioannem quoque Melitianū episcopū Constantinus exautorat. Seditiosorum hominum inimicus constitutus.

clero suo, sicuti & sectatores eius, habere iussus fuerat: valde ea re commotus ipsum quoque ab ecclesia proscripsit. Quod quidem præter opinionem Athanasij inimicorum accidit: accidit tamen. Neque Ioanni profuere quicquam, quæ Tyri à Synodo acta decreráque fuerant. Imperator nanque nulla supplicatione aut deprecatione flecti potuit, si quādo suspicionē in quenquam, ad seditionē eum & discessionem Christianum clerum concitare, concepisset. Scire autem oportet, Arij dogma, quamuis à multis magno studio in sermonibus & disputationibus frequentaretur, sine nomine tamen etiam tum fuisse, neque in corpus proprium coaluisse. Nam præter Nouatianos, Phryges, Valentinianos,

** ὁ γὰρ βασιλεὺς χρείττων ἐκείνας ἦν χρὴ παντοδαπῆς παραιτήσεως, ὑπονοίας ἔσχετικὰ εἰς φάσιν καὶ μερισμὸν τῶν χειφόντων κλῆρον διεσθιζόντα. *Imperator preces & deprecationes omnes eorum repudiabat, qui suspecti ei erant, quòd ad diſsidium & factiones Christi nomen vsurpantes Clerum concitarent. Eusebius de vita Constantini.*

De Marcellio, qui Ancyræ minoris Galatiæ episcopus fuit, & de Asterio sophista. cap. 53.

Marcello Ancyrano episcopo in conuentu episcoporum constantinopolitano dignitas adempta.

Asterius Cappadox ex sophista christianus factus, sed Arianus.

Is martyrio repudiato, dijs sacrificauit.

Itaque in presbyterorum ordinem non est receptus.

Librum enim Dei ex Maria initium sumpsisse, & regnum eius finem habiturū esse, dixit. Sozom. lib. 2. cap. 33.

Marcelli Ancyrani hæresis.

Libros is suos abolere ab episcopis iussus, dicto audiens non fuit. Basilius episcopus Ancyranus.

Marcellus postea episcopatum suum recuperauit.

Scripta eius nō satis à plerisque intellecta.

SVbidem tempus episcopi Constantinopoli congregati, Marcello quoque Ancyrę minotis Galliæ episcopo dignitatem, veluti qui noua inuexisset dogmata, abrogarūt. Asterius nanque quidam ex Cappadocia sophista, qui ostētationis & quæstus causa philosopharetur & doceret, eo studio posthabito, Christianam religionem se culturum professus fuerat. Et libris aliquot compositis, Arij opinionem astruere contenderat. Cum quo itidem Christum Dei virtutem esse scripserat, vti Moses erucam & locustā magnam virtutem Dei esse dixit. Aliàque hisce similia cauillās, Arianis adhærebat: atque in synodis eis assistens, plurimùm eos adiuuabat. Illud autem in consilio habebat, vt præclaræ alicuius vrbis episcopatum cōsequeretur. Verùm id quod constituerat, parum ei successit. Persequutione enim nōn tolerata, diis sacrificauerat: eámque ob rem, sacrorum administratio ei est denegata. Porrò quos composuerat libros, in Syria vulgauit. Aduersus quos Marcellus scribens, siue sciens, seu imprudens, in errorem ex diametro illi cōtrarium est delapsus, & cū Paulo Samosateno Christum merum esse hominem dixit * Quod vbi intellexerunt qui Tyri & Ælię coacti fuerant episcopi, Asterio quidem ipsi nihil obiecerunt, quòd scilicet sacris ecclesiastici ministerij initiatus non esset: Marcello autē episcopali dignitate prædito, quum plurima vitio verterunt, tum quòd perperam scripsisset, dicā impegerunt: aboleréque eum libros, qui nihil à Samosateni scriptis differrent, iusserunt. Atque ille facturum se id pollicitus, minimè tamen fecit. Cæterùm vbi Eusebius inde literis Constantini vocatus Byzantium venit, rursum Marcelli causa in disceptationem est deducta. Postquam autē minimè illi visum est, vt impietatis libros, sicuti receperat, igni consumeret: episcopatū ei Eusebiani ademere, & Basilio cuidam eloquentia & varia doctrina præclaro viro, Galatiæ ecclesiam regendam tradidere. Scripserunt ij quoque, vt Marcelli scriptum, vbicunque reperiretur, prorsus aboleretur: capitibus quibusdam ex eo scripto, vt dissonantibus, epistolæ insertis. Quod sanè scriptum libris tribus, quemadmodū audiui, pulcherrimè refutauit Eusebius Pamphili: Marcellus autem in Synodo Sardicēsi postea episcopatum suum recuperauit, quòd non ita sentire existimatus esset. Non enim satis perpēsa & intellecta à multis eius scripta: ob eámq; causam, in Pauli eum opinionem incidisse, calumniam homini obiectam esse, sicuti suo loco à me referetur, creditum est. Simúlque dictum, * pet modum quæstionum à Marcello scripta ea esse instituta. Et imperator ipse, manifestam esse Eusebianorum contra eum calumniam deprehendit. Admodum enim infesti illi erant, quòd neque in Phœnicia quæ aduersus Athanasium ipsi constituerant, neque rursus Hierosolymis quæ pro Ario decreuerant, comprobasset. Sed neque in dedicando Caluariæ tēplo, quod magnum martyrium est cognominatum, à communione eorum se subduces, eis affuisset. Quapropter ad imperatorem scribentes, præter alia viro obiecerant * in imperatorem ipsum con-

Lex confirmati, vt certus excepto hæresibus, cuiuscunque agere licere, sed in vno cōmuniter omnes loco conuenire voluit. Per quam legem, quātum ego colligo, multæ hæreses, memoria earum sublata, diffluxere. Superioribus enim tēporibus, quicunque Christi appellatione censerentur, quanuis diuersarum essent opinionum, eodem tamen loco apud eos qui Græcam susceperant superstitionem, erant: & quum ab illis affligerentur, de discrimine si quod inter eos esset, curiosè ipsi inquirere supersederunt, communibus quippe calamitatibus expositi. Quapropter facillimè per partes conuenientes conciones habebant: frequētiorique cōsuetudine, quum pauci essent, in factiones multas non discedebant. Constitutione autem ista promulgata, difficile eis fuit publicè seorsim conuenire, multo verò minus clādestinos cœtus cogere, episcopis loci cuiusq; id obseruantibus. Proinde metu eo coerciti, Catholicæ ecclesiæ sunt vniti. Quod si fortè aliqui in sua sententia perstitere, decedentes nullos reliquere successores, quum neque conuentus eis agere permitteretur, neque liberè hæresim docere possent. At hæreses aliæ vel propter autorū improbitatem, vel propter dogmatū † ineptias, non ita multis sunt frequentatæ. Nouatiani autem, vt qui eadem cum vniuersali Ecclesia de Christo sentirent, diutissimè statum suum retinuere, neque illis constitutio ea obfuit. Videtur verò & imperator ipse non libenter aliquid de rigore & seueritate remisisse, & terrere potius quàm perdere subditos maluisse. Et Accesius, qui tum Nouatianorum episcopus fuit, maximè Ecclesiæ suæ profuit, apud Imperatorē propter sanctiorem vitam gratiosus. Phryges verò, præterquàm in Phrygia & locis finitimis, eadem in aliis Imperij partibus, quæ aliæ hæreses, sunt passi. In locis autem suis, ex quo Montanus extitit, sectæ suæ exordio sumpto, longo permāserunt tempore. Eo autē anno Eusebius & Theognis, nouas res de dogmate Nicenæ synodi, scriptis moliri cœperunt: & nudo quidem capite, quòd dicitur, τὸ ὁμοούσιον consubstantiale reiicere ausi non sunt. Sciebāt enim Imperatorē ipsum ita sentire, & mirificè formulā eā complecti. Aliam autem componentes scripturā, seu formulam fidei, interpretationibus quibusdam H eōplecti eā, ea quæ Nicææ decreta essent, Orientalibus episcopis significarunt. Atq; ex eius verbis, eorúmq; sensu, in disputationem prior quæstio est deducta. Quę tametsi finē suū cōsequuta esse videbatur, tamen eo pacto in cōtrouersiam est reuocata. Et res quidē de Ario sic sunt actæ.

Phrygum ineptiæ.

Eusebius & Theognis nouā fidei formulā componūt, Nicæna decreta retexunt.

De obitu & testamento Magni Constantini. cap. 54.

IMperator imperio filiis iam diuiso, Constantino quidem & Constanti partem Occidentalem designauerat, Constantio autem Orientem dederat. Quorum primo imperij sui decennio Constantinum, secundo Constantium, tertio minimum natu Constantem Cæsarem dixit. Deinde anno vno & mēsibus aliquot peractis, † sexaginta & quinque annos natus, corpore male affecto, Helenopolim Bithyniæ transiit, vt ibi quæ in propinquo sunt, sua sponte profluentibus & naturalibus lauacris vteretur. Quum verò grauiorem sentiret imbecillitatē, lauatione posthabita Nicomediam venit atque ibi in suburbano agens, quemadmodum Hermes, Socrates, & Theodoritus ecclesiastici scriptores dicunt, diuinum percepit baptismum. Quorū verba hic apponere visum est. Hermes enim Sozomenus sic inquit. Ibi sanè quum in suburbano ageret, sacro initiatus est baptismo: qua de re vehementer lætatus, Deo egit gratias. Socrates autem: Helenopoli Micomediam est profectus, ibíque in suburbano agens, Christianum suscepit baptismum. Itidem & Theodoritus: Trigesimus imperij eius præterierat annus, atque anno insuper & mensibus paucis exactis, Nicomediæ in Bithynia agens, ægrotare cœpit. Quum verò quàm incerta sit hominis vita cognitum haberet, diuinum baptismi donum suscepit. quem ad Cid vsq; tempus ideo distulerat, quòd in flumine Iordane percipere concupiuisset. Hæc illi quidē nescio quomodo dicunt: nos verò Ecclesię vniuersali consentientes, Romæ cum sacro lauacro tinctum esse, Syluestre administrā ei imponente manum, diximus. Ac de his quidem satis. Porrò testamento cōdito, Imperium tribus filiis, sicuti antea distribuerat, reliquit. Et multis veteri Romæ, & cognomini ei vrbi honoribus & prœmiis concessis, vita est defunctus, sexagesimoquinto ætatis anno: quum quidem imperasset annis triginta duobus, mensibus aliquot decollantibus, vigesimoprimo mēsis Maij die, Feliciani & Tatiani consulatu, qui * ducentesimæ octuagesimę septimę Olympiadis secundus annus fuit. Moriturus reuocari Alexandriam Athanasium iussit, Eusebio aliisque qui ei aduersabantur, præsentibus. Nemo verò miretur, quòd tātos viros deceptus exilio mulctauerit. Nam qui id ei persuasere, Antistites sacrorum fuere, intra se quidem fraudem illi & dolum occultantes, extrà verò splendorem magnificum præ se ferentes: quādo etiam diuinum & magnum illum prophetā Dauidem nō pontifex aliquis, sed domesticus verbero seruus decipit. Sibam enim illum, satis scio quòd legeritis: qui confictis mendaciis regē cōtra Miphiboset, vt agros illi auferret, cōcinauit. Quod quidem non ideo, vt Prophetam accusem, dixi, sed vt imperatorem defendā, & naturæ humānæ imbecillitatem declarem: simúlque illud admoneā, ne statim prorsus accusatoribus, etiam si sint vel præclari, vel * exacta ætate viri, fides habeatur, sed vt auris altera semper aduersario reseruetur. Testamentum apud presbyterū

Constantinus imperij distiones inter filios diuidit.

† *sexaginta sex, Eutrop.*

Thermæ ad Helenopolim.

idem ad Nicomediam baptizatus ab Euseb. Nicomediensi episcopo.

in eadem sententia est Rufin. Oros. Cassio. & Pomp. Lætus.

Constantini mors. Et biennio antè per inusitatæ magnitudinis cometam denūciata est.

* *quidam putant Olymp. 279.*

Hæc temporis obseruatio cum aliorum Chronographorum ratione non prorsus concordat.

Constantinus moriturus, ab exilio reuocari Athanasium iussit, quem ab episcopis deceptus proscripserat. Theodor. lib. 1. cap. 33.

* *Διαβεβηκότες.*

Testamentum Constantini.

De Mar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

depositum, item Arij laudatorem Constantia sororem eius, eademque Licinij coniunx, moriens ei vt virum bonum commendauerat. Id iuramento interposito, Constantio, quum ex Oriente veniret, standum præcepit. Ex filiis enim decedenti nullus affuit.

Constantinus spadonum & aulicorum omnium vehementi dominator fuit, quos tineas & farices valatij appellare solitus erat.

De sepultura eius, item quibus moribus, qua statura & forma corporis fuerit. Cap. 55.

ET ille quidem sic ad meliorem regni felicitatem migrauit. Duces autem & præfecti, satellitiúmque eius omne, arcæ aureæ corpus eius impositum, in cognominem ei vrbẽ duxere: & in suggestu quodam ei collocato, quicunque viuo honor præstitus, idem quoque defuncto tum à comitatu aulico est exhibitus. Vniuersi etiam perinde atque patre, cuius benignitatem omnes experti fuerant, orbati, perquam amarè luxere. Sed quid dicere attinet, qua eum sint illi prosequuti honorificentia & cultu, donec aliquis liberorum eum humaturus aduenireț: Atque vbi Cõstantius certior de morte eius factus ex Oriente affuit, magnificentissimè patrem funere elatum, in ecclesia quæ Apostolorũ dicitur sepeliuit, vbi superstes adhuc ille sepulchrum sibi ipsi extruendum curauerat, quod Græcorum † ara antea sub duodecim deorum nomine fuerat, admirandum sanè spectaculum. Ibi in vrna marmorea, vnà cum matre Helena repositus est. Vnde mos postea sequutus, vt deinceps ibi quoque Christiani imperatores sepelirentur. Quin & Constantinopolitani, aliique item virtute insignes episcopi in Apostolorum delubro sunt tumulati, perinde atque imperatoriæ dignitati par honore esset sincerè obitus Episcopatus. Idque factũ, vt non longè ab Apostolorum reliquiis abesset. Magna enim gloria postea bonorum conciliator Deus virum eum, veluti fidelem ministrum accumulauit, sanationum & miraculorum gratia & vrnæ & statuæ ipsius, quæ in Porphyretici marmoris columna posita est, immissa, vt deinceps nulla ægritudo contrectatis eis non cederet, & fides verbi illius Christi adimpleretur, dicentis: Ego glorificates me, glorificabo. Maximus autem hic vir Christianæ religionis laudator fuit. Et quum primus imperatorum omnium curam ecclesiasticarum rerum susceperit, tum ita eas auxit, vt ad summam amplitudinem nihil esset reliqui. Et nescio an quisquam alius, vt ipse, quascunq; aggressus est res, perfecerit. Nã & sine Dei numine nihil prorsus egit. Foris in bello fortissimus extitit victor: domi autem tam facilè rempublicam administrauit, atque vt ei visum fuit cõposuit, vt celeriter consilium aliud & senatum & vrbem imperantem constituerit. Græcorum religionem quæ diutissimè magno studio frequentata, ad summam superstitionẽ peruenerat, plurimúmq; vigebat, facillimè, quamprimum est aggressus, sustulit. Moribus bonus, mitis, & mansuetus admodum, animi fortitudine magnificẽtiam exhibuit. Mentis acumine, bonarum artium disciplina, recto iusticiæ cultu, & munificentiæ alacritate, omnes superauit. In præliis vir, formæ decore nemini secundus: & quum gratiosus maximè fuit, tum decentiæ ipsi magnificentiam coniunxit. Statura quoque corporis spectãdus. nam neque nimium procerus esse habitus, & exiguã breuitatem longe supergressus est. Humeris latis, sensim ceruicem crassiorem præstitit. Colore corporis rubicundus, minus densum habuit capillum. cúmque flauescentem. Barba mediocriter tenuis & rara, neque admodum demissa erat, ita vt in pleraque faciei parte succrescere nõ videretur. Oculi, quales virum decent, & placidi: ex quibus mirifica quædã eminebat gratia, acutioréſque illi & grandiores. Nasus subaduncus, cui carnosum quiddam insidebat. Facies ipsa latior, & magnanima admodum. Denique supra alios Dei maximè amans fuit. Totius eius vitæ tempus sexaginta & quinque anni fuere, quorum triginta & duos in imperio egit, mensibus aliquot deficientibus sicuti suprà diximus. Imperium cum summa potestate solus viginti sex annis obtinuit. Complectitur porrò octauus iste historiarum libet, à primo Constantini impetij anno, ad obitum vsque eius, annos triginta duos. Quum conditi mundi annus fuit, *a* quinquies millesimus octingentesimus quadragesimus septimus. A natiuitate autem Domini tum agebatur annus trecentesimus *b* quadragesimus secundus.

Constantini laus.

a Secundum recentiores 4318.

b Al. 340.

corpus eius Constantinopolim perlatum.

Luctus publicus.

Sepultura Constantini.

† Ἁγίους τοὺς ἀποστόλους. *commune imperatorum sepulchrum Constantinopoli. Ibidē quoque episcopi sepeliri.*

Ingentia miracula ad monumentum Constantini edita.

ECCLE-

ECCLESIASTICÆ HISTORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS NONVS.

Præmium, totius libri argumentum expones.

CAPVT I.

QVÆ catholicæ ecclesiæ superstite adhuc Cõstãtino acciderint, abũdè à nobis dicta esse videntur. Superest, vt quæ consequuta, & à sacro episcoporũ ordine sub filiis eius acta sunt, persequamur. Atque equidẽ in hoc libro commemorabo, quemadmodum Athanasius ex Galliis reuersus, Eusebio resistiterit. Et vt imperium ad Constantem simul & Cõstantium, deinde autem ad solum Constantium peruenerit. Dicam præterea de Paulo, Eusebio, & Macedonio, Constantinopolitanis antistitibus, & quæ sub his acta. Et quas res Antiochiæ & Alexandriæ gesserint, qui ibi minus dignè sacro sunt magistratu functi. Et vt Roma cũ Constantis & Iulij literis reuertẽtes Paulus & Athanasius, sedes suas receperint, & mox ex eis rursum sint expulsi. Item de variis & in Occidente & in Oriente conciliis: in Sardica, Sirmio, Mediolano, Palæstina, & Seleucia coactis. Dicemus quoque de Gallo Cæsare, & de quibusdam hæresiarchis, Photino, Aetio, Macedonio, Eudoxio, & duobus Apollinaribus. Faciemus etiam mentionem clarorum quorundam propter virtutem virorum. Præterea Eustathij & Melitij, Antiochiæ & Sebastiæ episcoporum. In fine, quomodo minus laudabili morte vitam finierit Constantius, exponemus. Initium autem inde sumemus.

Dicendorum Propositio.

Vt Eusebius Nicomediæ episcopus, eiúsque sectatores, Arij dogma confirmare volentes, per quendam Arianum presbyterum turbas in ecclesia concitarint.

Caput 2.

Ariani Constãtino defuncto animos sumũt.

VIuenti adhuc Cõstantino, nemo apertè cõtra Nicænam fidei professionem niti audebat: quanuis nonnulli clàm eam nõ receperint. Postquam autẽ is decessit, qui in cordis recessu hæresis venenum occultum antea habuerant, & ob id tum quoque suspecti fuerant, confestim alicunde progressi, clandestinis colloquiis posthabitis, nudo (vt dicitur) capite cum omnibus congrediebantur, vt Arij maximè opinio obtineret laborantes. Quorum duces erant episcopi Bithyni, Eusebius & Theognis. Facilius autem consilium suum ad optatum exitum peruenturũ putabant, si Athanasij in vrbem Alexandrinam reditum impedirent. Et quum eis sic esset instituta ratio, tum veluti manu quadã in rebus omnibus vsi sunt administro presbytero, qui autor etiã vt Arius reuocaretur extitit, non apud Constantinum tantum, sed etiam apud Constantium maximè gratiosus, quòd per eum res plerasque ex voluntate sua peragebat. Dudum enim Oriẽs imperio potiri voluerat: quod ei tum ex testamento patris, à presbytero eo illi in manus tradito, permissum erat. Quam ob rem hominẽ in honore habuit: & libertatem ei multã, simúlque apertum ad Imperialem aulam aditũ dedit. Quæ res noticiam ei apud omnes conciliarunt, & gratum veréque charum Imperatoris cõiugi, & qui Imperatorio cubiculo prærant eunuchis effecerunt: quorum princeps tum fuit Eusebius nomine, maximam quoque in tota Imperatoris domo potestatem obtinens. Hic ex presbyteris eius de rebus sacris institutione, Arij rabie imbutus, acerrimus sectatorum eius laudator fuit, pluréſque in aula Imperiali celeriter in sententiã ipse suam adduxit. Quin ipsam quoque Imperatoris coniugem, per mulierculas quæ in Gynæceo erant, & per presbyterum ipsum in impiam opinionem pertraxit. Et malum hoc paulatim per omnem serpens aulam, ad ipsum quoque transiit Imperatorem. Et breui per aulæ interiora vagatum, extra quoque aulam apertè progressum, omnem vbique percurrit vrbem. Ibi tum † bellum quoddam dialecticum atq; disputatorium est exortum. Et in vicis, congregationibus, cauponis, conuentibúsque adeò omnibus, mulieres quoque & pueri non aliud studio habuere, quàm de dogmatibus blaterare: his videlicet Arij opinioni veluti honestę & bonę addictis, his autem decreta magis Nicena complectentibus, vnde rixæ, æmulationes, & inimicitiæ excitatæ.

presbyter Arianus effecit, vt Arius ab exilio reuocaretur.

presbyter is in aula Imperiali gratiosus.

Eusebius Archieunuchus Arianus.

Arianismi propagatio in vrbe Constantinopolitana.

† διαλεκτικός τις πόλεμος.

Disputationes de religione populares.

Vt Athanasius ex Galliis redierit cum literis Constantini Cæsaris, de obitu eiusdem Constantini. Item de Acacio, qui successor Eusebij Pamphili fuit. Cap. 3.

HIc rerum status in vrbibus Orientis erat. Occidentales enim Nicænum decretũ inuiolatum retinuere. Porrò Eusebio & Theognidi res, quæ incrementa sua in deterius capiebat, & quotidie, vt ita dicam, magis magisque excitabantur, ex sententia procedebant. Qui in primis studebant, id quod constituissent, ad exitum perducere. Id verò erat, vt vnum aliquem qui opinionis eorum esset, Alexandriæ ecclesiæ Hierarcham præficerent. Sed consilium eorum ab Occidente reuersus impediuit Athanasius, vnius Augustorum, iunioris videlicet Constantini, qui Occidentalibus Galliis imperabat, literis fretus. Is nanque vbi cognouit, patrem co-

Eusebius & Theognis Arianorum anteſignani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Athanasius ex Gallia Alexandriam reuersus. Constantini uiuentis ad Alexandrinos pro Athanasio epistola.

gnominemque suum, Athanasij exilium testamento abrogasse: reditu concesso, vt Alexandriā is reuerteretur, curauit. Literæ quas secum attulit, hisce verbis scriptæ erant. Constantinus Cæsar populo catholicæ ecclesiæ Alexandrinorum. Non puto sacris animis vestris excidisse, quā ob causam Athanasius adorandæ legis sacerdos, ad tēpus in Gallias missus fuerit. Quum enim sanguinariorum infestorūmque inimicorum feri-
« tas capiti eius ad periculum creandum immine-
« ret, ne per improborum peruersitatem extremū
« discrimē adiret, sed vt immanitas ea eluderetur,
« è faucibus ingruentium ei virorum ereptus, in
« ditione mea viuere iussus est, ita vt in ea qua ver
« satus est vrbe, reu ei necessariæ omnes abundè
« suppeditarent. Quamuis præclara eius virtus, di
« uino confisa auxilio, durioris fortunæ graues
« erumnas maximè subleuet, atque adeò contem-
« nat. Sedenim tametsi Dominus noster beatæ
« memoriæ Constantinus Augustus, pater meus,
« episcopum hunc in locum suum apud grauissi-
« mam pietatem vestram restituere cōstituerit: ta-
« men posteaquam humana sorte præuctus prius
« obdormiuit, quàm votum suum impleuerit: cō-
« uenire mihi visum est, consilium diuinæ recor-
« dationis Imperatoris, per successionem ad me
« transmissum, perficere. Qui vir vbi in conspectū
« vestrum venerit, qua apud me acceptus fuerit
« veneratione, cognoscetis. Neque adeò mirandū
« est, si quid à me pro eo est factum. Animum
« namque meum ad id, quùm desiderij vestri fa-
« cies, tum tanti viri species mouit & excitauit. Di-
« uina prouidētia vos cōseruet, fratres dilecti. Se-
« cundum hasce literas, suauiter ab Alexandrinis
susceptus Athanasius, Ægypti ecclesias administrauit. Eusebius verò tanquam telo quopiam, G sic reditu illius ictus, sycophantiis oppugnare eum rursus, & rem ad seditionem perducere est aggressus, negociúmque adeò ei nouis calumniis exhibuit. Citra moram enim omnem Imperatore adito, illum vt virum seditiosum, & qui ecclesiasticas constitutiones ordinémque turbarit, ac citra episcopum sententiam sibi ipsi ingressum in ecclesiam vsurparit, detulit. Tantopere certè Imperatorem permouit, vt illum rursus sede episcopali deturbarit, sicuti postea dicemus. Eo tempore Eusebius quoque, qui Pamphili cognomen sortitus fuerat, simul & episcopali functione Cæsareæ Palæstinæ, & vita ipsa relicta, † Acaciū habuit successorē. Qui quum magistro illo sacras leges didicisset, ardorémq; & æmulationem illius referret, facundia venusta & faceta celebris admodum fuit. Et cùm libros multos non pœnitēdos reliquit, tum præceptoris sui vitam pulchrè descripsit. Nec multo post H Constantinus Cæsar fratri Constanti aduersus (nam in ditionem illius imperium fecerat, vnde graue bellum inter eos motum) à ducibus illius non longè ab Aquileia cæsus est. Sic Romanum imperium quod in Occidentem vergit, Constanti: Orientale autem Constantio cessit.

Nouæ aduersus Athanasiū Eusebij calumniæ.

Eusebij Pamphili mors. Eius Agapius dicitur, Tripart. li. 3. ca. 5. Acacius eius successor.

Constantini iuuenis cædes. Corpus eius in flu. Alsam est proiectum.

Vt Alexandro Constantinopolitano episcopo defuncto, Paulus & Macedonius priorum & Arianorum electione locum eius obtinuerint: & vt Paulo in exilium acto, Eusebius Nicomediensis in eius locū sit suffectus. Caput 4.

COnstātinopoli verò tumultus alius ecclesiam inuasit. Alexādro enim episcopo, qui precationib. Arium expugnauerat, episcopatus quidem sui vigesimotertio, ætatis autem nonagesimooctauo anno, vita defuncto, Paulus in locum eius est surrogatus: vt quidem Ariani calumniantur, sibi ipsi dignitate ea præter Eusebij Nicomediæ & Theodori Perinthi, quæ nunc Heraclea dicitur, episcoporum sententiam (ad quos dudum, vtpote vicinos maximè, Byzantij episcopi electio pertinuerit) vendicata: vt autem veritas ipsa fert, Alexādri iudicio & designatione, episcoporūmque qui tum ibi aderant suffragio accepta. Siquidē in extrema senectute Alexāder iam morituru, familiaribus eius eum rogantibus, cuinam sedes ea committenda esset: è duobus alterum eligendum suasit. Ac siquidem episcopus creandus est rebus diuinis probatus, & ad docendum idoneus, Paulum habetis, inquit, presbyterum, qui ætate quidem iuuenis est, animum verò senilem obtinet. Sin deligendus, qui rebus agēdis aptus sit, & ad cōsuetudinem magnorum virorū, qui cum potestate rempub. gerunt, accommodatus: ea re, & præterea religionis specioso obtentu multis modis præstantior fuerit Macedonius. Et ambos, Macedonij laudatores testimonium ab Alexādro tulisse dixerunt: Paulum quidem vt doctrina & eloquētia clarum, Macedonium autem veluti vita meliorem. Iidem Paulum ob delicias & vitam libertiorem reprehendēre. Videtur sanè Paulus eruditione singulari fuisse, & ad docēdum in ecclesia valde commodus. Tractandis autem profanis negocijs, & in hominum conuictu, posteriores partes tulit. Sicuti pericula, quæ ei accidēre, ostendunt: quorum ille nullum, sicuti harū rerum periti faciunt, difflussit. Et quamuis multitudini vehementer charus esset, malè tamen ab eis est acceptus, qui Nicæna decreta oppugnarunt. Ac prima statim accusatione, quasi non secundum leges viueret, sede deiectus, & exilio damnatus est. In quo etiā, inimicis eius id procurantibus, strangulatus, mortem oppetiit. Sed hæc postea accidere. Tum verò de episcopi electione inter eos motus est exortus. Superstite namque Alexandro, non multa Ariani vsi sunt libertate, superioréque eis fuere qui ὁμοούσιον consubstātiale profiteri docuere: quòd scilicet Ariū fœdissima morte, per diuinā prorsus vindictam, absumptum vidissent. Vt verò Alexander mortuus est, plebs in duas partes scissa, ad apertas progressa est inimicitias, & cōtentio dubia multitudinem occupauit. Nicænæ enim fidei sectatores Paulum episcopum designabant: Ariani autem Macedonio sacrā administrationē committere contendebant. In ea sanè ecclesia quæ Pacis nomen obtinet, quæque Dei Sapientiæ templo vicina est, cū prærogatiua defuncti episcopi sententiæ, Paulus episcopus est renunciatus. Quam electionem Imperator grauiter tulit: peregrè enim tum aduenerat, & cōsilio veterum Pauli inimicorum coacto, illum quidē vt sacro munere indignum deiecit, throniímque Eusebio Nicomediensi concessit: quum quidem id Canon ecclesiasticus interdiceret, episcopos ex vna vrbe in aliam transire vetans. Nihil autem mirandum est, qui sic contra Vnigeniti diuinitatem rabie

Alexandri episcopi Constantinopo. mors.

Successor eius Paulus.

Paulus exilium & cades.

Dissensio Constantinopoli inter catholicos & Arianos de electione episcopali constantino Eusebium Nicomedien. episcopum Constantinopoli facit. Translationes Episcoporum ex vno episcopatu in alium.

tem rabie furentes ferantur, si absque timore omni leges quoque eius transgrediātur. Sed hoc ille non tum primùm ausus est. Antea namque quum Beryti episcopatum gereret. Nicomediā quoque inde transiluit. His actis, Constantius Antiochiam venit.

Vt Eusebius coacta Antiochia Synodo, aliam fidei promulgarit expositionem. Et vt episcopatum abrogarit magno Athanasio. Item de Eusebio Emesæno. Cap. 5.

Per causam Antiocheni templi encæniorum, Eusebius concilium episcoporum cogit.

EVsebius autem, ampliore eo modo auctus potestate, nō moderatè se gessit: sed omnē, vt in prouerbio est, mouit lunē, vt quod semel statuisset, efficeret. Et commodum ecclesia Antiochena decimo tum pòst iacta eius fundamēta anno absoluta erat: quam, Constantio filio administro vsus magnificè ex ipsis fundamētis magnitudine simul & pulchritudine nulli secundā Constantinus extruxit. Itaque prætextu & occasione encæniorum, & dedicationis templi eius, peropportunum Eusebio visum est, concilium cogere, ad professionem τῆς ὁμοουσίου consubstantialis apertè abolendam, & decreta Nicæna immutanda. Et conuenere vndequaque Antiochiam episcopi nonagintaseptem numero: vbi tum post Euphronium, ecclesiæ Phlacitus præfuit: Hierosolymis autem, post Macarium, Maximus: qui consuleò ad Synodum eam venire renuit, secum ipse † considerans, ne quid rursus præter animi sententiā faceret: sicuti antea, quū inuitus etiam Athanasij exautorationi subscripsit. Sed neque Romanus episcopus Iulius Syluestris successor, vel per seipsum, vel per quempiam qui locū eius obtineret, Synodo ei interfuit: quum quidem ecclesiastico Canone sancitum sit, † non oportere ecclesias citra Romani episcopi sententiam in Synodis quidquam statuere. Ex Italia quoque ipsa & prouinciis vlterioribus nemo eò venit. Quintus tum à Constantini obitu annus erat, & Synodus Imperatore præsente agebatur. Eusebiani Athanasium accusarunt, quòd sanctiones ecclesiasticas trāsgressus esset, prius scilicet thronum eum recepisse, quàm ei à Synodali episcoporum cōuentu id permissum esset, asseuerantes. Et quòd multis præterea mortis causa extitisset, seditione in ingressu eius coorta: in qua nonnulli cæsi, nonnulli iudicum quæstioni traditi, pecunia mulctati essent. Multis insuper aliis calumniis in Athanasium textis, primùm Eusebium, qui Emesenus cognominatus est, Alexandriæ antistitē designarunt, de quo postea dicemus. Eo verò Alexandriam adire metuente, Gregorium suffragiis Ddicandos viuos & mortuos. Et in Spiritum sanfuis delegere. Deinde quæstione de doctrina mota, nihil illi quidem, quod in Nicænis actis reprehenderent, habuere: opportunitatem tamen crebras Synodos cogendi, aliásque fidei formulas promulgandi præbuere, vt alia atque alia subinde mutatione pudetentim in gurgitem Arianorum homines delaberentur. Hæc quēadmodum processerint, apertius historia ipsa indicabit. Quæ autem ad vrbium episcopos passim scripsere, hæc fuere, Nos neque Arij sectatores fuimus: quomodo enim episcopi presbyterum consectaremur? neque aliam quampiam fidem, præterquam quæ ab initio promulgata est, recepimus. Sed excussa exploratáque eius fide, illum potius recepimus, quàm sequuti sumus. Id quod ex verbis nostris cognoscetis. Didicimus namque ab initio, credere in vnum rerum vniuersarum Deum, omnium intelligibilium simul & sensibilium conditorem &* proniſorem. Et in vnum filium Dei vnigenitum, qui antè omnia sæcula extat, & simul existit cum eo qui eum genuit patre: per quem omnia facta sunt, visibilia iuxtà & inuisibilia. Qui extremis diebꝰ, iuxta beneplacitum patris descendit, & carnē ex virgine sancta recepit, & omnem paternā eius voluntatem simul expleuit. Qui & passus est, & resuscitatus: & reuersus in cœlos, sedet in dextra patris. Qui venturus est ad iudicandum viuos & mortuos, & mansurus rex & Deus in sæcula. Credimus etiam in Spiritum sanctum. Si verò addere oportet, Credimus quoque de carnis resurrectione, & vita æterna. Hæc primùm scripta ad episcopos miserunt, silentio, vtrum coæternus sit, aut consubstantialis patri filius, an contrà, prætereuntes. Porrò Antiochiæ morati, perinde atque priorem formulam damnassent, professionem aliam fidei edidere, in omnibus Nicenæ consonam: nescio tamen an nō occulta ver- *Formula eiusdem concilia-* bis eius sententia quæpiam insit. Ea sic habet. *buli prolixior.*
Credimus, pro eo atque Euangelica & Apostolica traditio docet, in vnum Deum patrem omnipotentem, rerum vniuersarum conditorem atque factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium eius vnigenitum Deum, per quem omnia facta sunt, genitum ante omnia sęcula ex patre, Deum de Deo, totū ex toto, solum ex solo, perfectū ex perfecto, regem ex rege, Dominum à Domino, Verbum viuēs, sapientiam, vitam, lumen verum, viam veritatis, resurrectionem, pastorem, ostium, immutabilē atque inalterabilem* diuinitatis ipsius, substantiæ, & potestatis, & consilij, & gloriæ patris ipsissimā atq; per omnia similem imaginē, primogenitū omnis creaturæ, in principio existentem apud Deū, verbum Deum: pro eo atque in Euangelio est dictū, Et Deus erat verbum: per quem omnia facta sunt, & in quo omnia cōsistunt. Qui diebus extremis descendit de cœlo, & natus ex Maria virgine, secundū scripturas: & homo factus, mediator Dei & hominum, & Apostolus fidei nostræ, & dux vitæ (quemadmodum dixit, Descēdi de cœlo non vt faciam voluntatem meam, Sed voluntatem eius qui misit me.) Qui passus est pro nobis, & resurrexit pro nobis tertia die: & ascendit in cœlos, & consedit in dextra patris. Et iterum venturus est cum gloria & virtute, ad in-
fanctū, qui consolationis & sanctificationis & perfectionis gratia credentibus datus est. Sicuti & Dominus noster Iesus Christus discipulis mandauit, dicēs: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris & filij & spiritus sancti. Manifestū porrò est, Patrem verè esse patrē, & filium verè esse filium, & spiritum sanctū verè esse spiritum sanctum: nominibus hisce non simpliciter neque ociosè positis, sed cuiusq; eorum qui nominantur propriam certò significātibus subsistentiam, ordinem & claritatem. Ita vt subsistentia quidem tria sint, † consensione autem vnum. Ad finem porrò hæc adiecere. Hāc igitur obtinētes fidei persuasionem, coram Deo

Ἐπιλογισάμενος ὡς ἐν ἀφορμῇ, καὶ τὴν καθαίρεσιν ἀδικαίως ὑπομένοντας. Socrat. lib. 2. cap. 8.

Prærogatiua Rom. Ecclesiæ in Concilijs. Τὸ μὴ δεῖν ἐπιγράμματος ἄνευ τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐκκλησίας ἐπισκόπου κανονίζεσθαι.

Actiones Synodi contra Athanasium. Eusebius Emesenus. Gregorius Athanasij successor à cōciliabulo Antiocheno designatur. Crebræ Synodi Ecclesiis obsunt.

Formulæ fidei Antiochenæ.

πρωτοτόκου.

τῆς θεότητος.

συμφωνίας. Anathemata.

V

Universidad de Deusto
Biblioteca

* κανόνα ὀρθοδοξίας.

& Christo ipso, omnem hæreticam prauámque E anathemate iugulamus * opinionem. Et si quis « contra sanam rectámque scripturarum fidē do- « cet, dicens aut tempus aut sæculū esse, vel fuisse, « antequā filius Dei fuerit, anathema sit. Et si quis « dicit filium creaturam, perinde atque vnam ali- « quam creaturarum: aut genimen, perinde atque « vnum aliquod geniminum, & non sicuti diuinæ « scripturæ de prædictis omnib. prodidere sentit: « aut si quis aliud docet vel annunciat, præterquā « quod accepimus, anathema sit. Nos enim om- « nia quæ ex sacris literis à Prophetis & Apoſto- « lis tradita sunt, verè atque apertè & credimus & « sequimur. In hac formula quum immutabilem & inalterabilem filij diuinitatem, imaginémque non differentem à diuina substantia & consilio & potestate & gloria, atque primogenitum omnis creaturæ clarè dixerint: nescio quomodo F etiā consubstantialē ipsum patri dicere detrecta uerint. Vulgarunt sanè quidā, fidem talem sic se inuenisse scriptam, & à Luciano cōceptam, qui Nicomedię martyrio decertauit, viro diuino, & in sacris literis supra cæteros apprimè erudito: amplitudine, vt equidē puto, martyris, celebritatem potius scripto suo vendicantes, quàm vera dicentes. Interfuit autem concilio huic, Eusebius, qui ex Nicomedienſi ad Constantinopolitanam sedem est translatus: Acacius Eusebij Pamphili throni iuxtà & eruditionis successor: Patrophilus Scythopolitanus: Theodorus Heracleotes seu Perinthius, vir præclarus, qui Euāgeliorum expositiones edidit: Eudoxius Germanicienſis, qui post Macedonium Constantinopolitanā ecclesiam gubernauit: Gregorius, quē ecclesiæ Alexandrinæ episcopum designauerāt, qui omnes eadem sentiebāt: sed & Dianius Cæsareæ Cappadocum, & Georgius Laodiceæ Syrorum episcopi, aliique plures insignium thronorum Metropolitana dignitate prædīti Antistites: præter Iulium Romæ & Maximum Æliæ episcopos, qui ob eas quas paulo antè recensuimus causas non affuere. Ad illos etiam Eusebius Emeſenus accessit. De eo, qui fuerit, nunc dicā. Hic Edessæ Osroenorū claris parentibus genitus, sacras primùm literas, postea etiā Græcas disciplinas, ab eius loci magistris didicit. Deinde cum Eusebio Pamphili familiarius agens, atque etiam cum Patrophilo Scythopolita, accuratius in sacris est eruditus literis. Antiochiam venit, quum ibi † Eustathius propter crimen ei intentatū ex autoritate Synodi condemnatus esset; atq; cum successore eius Euphronio eisdē in ædibus H egit. Sacerdotalem autem dignitatem deprecatus, scholas Alexādrinas frequētauit. Ibiq; quātum opus erat exercitatus, Antiochiam rediit: & cū Phlacitro, qui in episcopatu Euphronio successit, fuit. Hic, Eusebius Constantinopolitanus quum Synodum celebraret, Alexandrinæ sedi hunc destinauit. Quòd enim & eloquentia polleret, & bene honestē que viueret, breui in Ægyptios ab amore & desiderio, quo in Athanasiū ferebantur, abductutus esse existimabatur. Eam sunctionē vbi repudiauit, id quod res erat secū reputans, iustam nimirū erga se odij causam facile Alexandrinos reperturos, qui alium neminē pro Athanasio cernere sustinerent episcopum, Emesam est missus: Gregorius autē Alexādriam

Consultò in hac formula nomen τῷ ὁμοουσίῳ omissum. Formula hæc Luciano martyri callide adscripta.

Primarij episcopi, qui concilio Antiochenæ interfuere.

De Eusebio Emeſeno.

† *Apud Socratem est lib. 2. cap. 9.* συνέβη δὲ τοῦτον ὑπὸ τῶν περὶ τὴν Βερόιαν χωρῶν ἐπισκόπων καθαιρεθῆναι ὡς σαβελλίζοντα. *Euphronius vt Eustathius à cyro verbum accusatus tāquam sabellizans, in ordinem dānatus redigeretur.*

deductus. Ille calumnia Emeſæ expetitus, quasi eius partis Astronomię quæ Apotelesmatica dicitur, responsis scilicet dandis occupata, studiosus esset. Laodiceam ad Georgiū episcopi isthic munere fungentem, veterem amicum profugit: & cum eodem Antiochiā ad Phlacitum & Narcissum profectus, inde apud Emeſenos in episcopatum suum restitutus est. Fuit autem & Cōstātio Imperatori pergratus, qui eum secum aduersus * Persas bellum gesturus duxit. Multa namque diuinū numen prodigia per ipsum edidisse, Laodicēsis refert Georgius, qui vitam eius conscripsit. Et quanuis tārus vir fuerit, nō tamē inuidorum, qui honestis imminere soliti sunt, laqueos effugit. Obiectū enim ei est, quòd in eadem esset cū Sabellio sententia. Tum sanè quidē, vti dixi, Antiochiæ decretis faciendis cum aliis suffragator interfuit. Hæc de Eusebio. Et Synodus Antiochena rebus ita gestis, soluta est.

Olim episcopis Mathematicā & Astronomiam Apotelesmaticā tractare religio erat.

* *Socrates habet, aduersus barbaros. Ex Eutropio videtur esse legendum Parthos.*

Vt Athanasio eiecto, Gregorius militari manu stipatus ecclesiam occuparit. De Iulio Romano episcopo, quemodo is Athanasij casum ægrè tulerit. Cap 6.

EA verò tempestate res etiam publicæ infeliciter administratæ. Franci enim, gens bellicosa, Galliam occidentalem percurrentes, maximè vastarunt. In Oriente autem loca pleráque sæuis terræmotibus sunt concussa: Antiochia verò maximè. integro namque anno id pertulit malum. Quo tempore cum magna militū manu (quinque hominum millia erant, quos Syrianus ducebat) Gregorius Antiochia Alexandriam est profectus. Milites propterea eū sequuti, vt tutò & absque seditione omni ingredi eam vrbem G posset. Incredibili enim erga Athanasium desiderio multitudo tenebatur. Nō parū tamen Ariani quoque, qui Alexādriæ erāt, quomodo Athanasius exigeretur, dispicientes, hac in parte profuerunt. Metuebāt enim illi, ne tumultu in plebe excitato, malè ab ea acciperētur. Quod & ipsum Athanasius veritus, sensim fugiebat. Serum iam diei erat, & ipse in ecclesia, quòd Synaxis & cōuentus in expectatione esset, rebus sacris intendebat. Et manus iam militaris ecclesiam per manipulos ordine suo occupauerat: quum ille precatione peracta, psalmodiam continuare iubet. Milites quieti tum erant, quòd intempestiuum, impetum in eum facere, existimarent, quum concentu vno carmina resonarent. Atque interea, quòd omnes vna porta egrederentur, Athanasius in media psalmos canentium turba tectus, incolumis euadit, atque Romam recurrit. Gregorius porrò, illo profugiente, thronum recipit. Propter quod factum multitudo malè animata, ecclesiam quæ apud ipsos sub Dionysij episcopi nomine erat, igni combussit. Eusebius cum suis ea re ad voluntatem suam peracta, magnóque studio episcopis in Oriente catholicis reiectis, & aliis qui eadem secum sentirent insignioribus sedibus, Alexandriæ, Antiochiæ ad Orontem, præfectis, & in ipsa ad Hellespontum imperante vrbe per seipsum sede occupata, admodum morigeros omnium eorum locorum habuit episcopos. Iulius autem Romanus pontifex, & totius Occidentis episcopi, cōstantes Nicænæ Synodi suffragatores & laudatores, rebus quæ in Oriente præter spem

Clades reip. Franci Galliā vastant. Terræ motus disturnus. Gregorius Alexandriæ in possessionem ecclesiæ Alexandrinæ redit.

Athanasius Romā refugit. plebs tumultuatur ecclesiam Dionysij inuadit.

Eusebius Arianos regnare occidentales episcopos dissentientes orientalibus facit. perturbatur.

spem acciderant, grauiter affligebantur. Ipsum A quoque Athanasium ad se venientem perbenignè susceperunt: & virum tantum, eadémque cum eis sentientem, honore sunt prosequuti, causámque eius ad iudicium cognitionémque suam transferendā duxerunt, & scriptis eam ob rem literis Synodum ad se euocarunt. Quibus literis Eusebius exacerbatus, missis ad Iulium legatis, iudicium ei rerum in Tyria Synodo aduersus Athanasium decretarum permisit.

Eadem Synodus Antiochenā & Tyriam incidentem euocant.

Vt post Eusebium Paulus rursum sedem receperit, Ariani autem Macedonium contra eum fouerint. & de cæde Hermogenis ducis. & vt denuò Paulus sit eiectus. Caput 7.

PRiusquam autem responsum Roma accepisset, Eusebius diem suum obiit, non diu à Synodo Antiochena superstes. Porrò belua ea sublata, Constantinopoli cœtus piorum studio B & ardore, quo erga Nicæna decreta ferebantur, Paulum in ecclesiam reduxere. Tum quoque Arianorum factio, & Theognidis atque Theodori Perinthij (Heracleotem eum nominant) sectatores, in ea quæ Pauli dicitur ecclesia, conuentu acto, Macedonium Constantinopolitanū elegerunt episcopum. In quibus quùm alij multi, tum Vrsicius & Valens, alter quidem Singidonis superioris Mysiæ, alter autem Mursorum superioris Pannoniæ episcopi fuere. qui postea resipuere, & libello pœnitentiæ Iulio Romæ episcopo oblato, ὁμοούσιῳ consubstātiali assensere, & ad communionem admissi sunt. Tum tēporis autem acres Arianæ opinionis æmulatores, non paruos ecclesiæ motus excitarūt. quorum vnus etiam Macedonius fuit. Ciuili namq; ex ea causa bello exorto, plebs quotidie ferè seditionem concitabat: & multitudine vtrinque C concurrente, plurimi atterebantur atque peribant. Qua re Imperator cognita, quum adhuc Antiochiæ moraretur, ira percitus, Hermogeni duci, qui tum in Thraciam missus fuerat, mandauit, vt ex itinere cum equestri manu in vrbem imperatricem diuerteret, & Paulum ecclesia eiiceret. Qui vbi affuit, & Imperata facturus militarem manum adhibuit, plebs ei restitit. Eā verò, ad vim vindicandam paratam videns Hermogenes, amplius etiam militari robore instituit. Ibi multitudo ad seditionem & tumultū paratum cōcitata, præter rationem ad impetū prosiluit: & deinde vna simul omnes ruentes, Hermogenis domum incēdere, ipsúmque occidēre: funē quoq; ad pedes eius alligato, per vrbis vias traxere. Hæc vbi ad Constantiū sunt relata, equo vehens Constantinopolim venit. Et quum graD iuiter in multitudinem animaduertere statuisset, noxam eis, quòd lachrymantes ei obuiam ierāt, remisit. Dimidiam tamen circiter frumenti partem ademit; quod Constantinus quotannis ex Alexandriæ & Ægypti tributis, ciuibus suis largitus fuerat. Melius fortassē Constantius esse ratus, sic seditionum, quàm aliter, accidere causas, quæ ex luxu plurimùm & secundarum rerum licentia emergere solēt. Octo enim myriades medimnorum frumenti quotannis à Constantino plebi datæ fuerant, cuius dimidiam partem tum Constantius diminuit: ira omni in Paulum conuersa, quem non solum throno, sed vrbe etiam

Nona Byzātij de electione episcopi seditio.

Paulus in Ecclesiam Constantinopolitanam reductus. Macedonius iterum eius competitor.

Constantius ad eiiciendum ecclesia Paulo, Hermogenē ducem cōstantinopolim mittit.

Hermogenes à plebe furente interficitur.

Constantius dimidiā partem annonæ publicæ plebi, multis locis adimit. Paulum proscribit.

Alexandriā Ariani Georgio repugnante, diuto Georgium ei subſtituunt.

* *Acta sunt hæc constantio III. & Constante II. Coss. quo tempore Constans Francorum gentem bella victam fœdere sibi coniunxit. Socr. lib. 2. cap. 15.*

Catholici episcopi ex Oriēte Romam profugiunt.

Episcopus Romanus profugos episcopos ad communionē admittit.

Ecclesiæ Romanæ vetus privilegium. Socr. lib. 2 ca. 15. Soz. lib. 3. cap. 8.

Profugi episcopi in integrum restituuntur.

Orientalium episcoporum ad Iulium Romanū antistitē acres literæ.

Sententia eius scripti.

cum cũ Athanasio animum induxisse: idque indignè tulere, veluti cõrumelia Synodi earũ sententiæ irrogata esset. Et factum ipsum, vt quod cõtra sanctiones Ecclesiæ processisset, iniquum esse, sunt calumniati. Atque ægrè id eis esse, rectèque se eum reprehẽdere, quum dixissent: postremò, siquidem quùm sententiam ipsorũ quasi condemnassent, tum electionem eorum, quos pro illis ecclesiis præfecissent, comprobaret, pacatos etiam se fore, & secum communicaturos. Sin aduersari eis pergeret, & ipsos cõiunctos aduersus eum ituros esse, intulere: quum neque maiores eorum cõtra Cornelium Romæ episcopum conati aliquid fuerint, quum ille Nouatum presbyterum ecclesia summouisset. De rebus verò Nicænis nihil rescripsere, superfluũ id esse arbitrati, etiamsi plurima quæ scriberent haberet: quæ tamen vt omitterent, res præsentes necessariò efflagitarent. In eam sententiã Orientales episcopi ad Iulium literas dedere.

Vt imperator Paulum per Philippum præfectum in exilium agi curauerit, Macedonius autem in Episcopatum sit restitutus: & vt Athanasius fuga sibi consuluerit. Cap. 9.

COnstantio verò Imperatori Antiochiæ agenti scribentes, illos vt seditiosos homines à se expulsos esse, sunt calumniati. Ille vbi Paulum recuperasse locum suũ audiuit, admodum ferociit: & ad Philippum vrbis * præfectũ, secundam ab imperiali potestate dignitatẽ tum obtinentem, scripsit, vt Paulo vrbe eiecto, Macedonio ecclesiam traderet. Philippus ex Hermogenis casu cautior factus, quòd multitudinis furorẽ metueret, arte quadã rem est agressus. Priusquam enim ea vulgaretur, perinde quasi de publicis quibusdam rebus cõsilium habiturus, Paulum ad se in Zeuxippum (quod publicum & celebre amplissimúmque est lauacrum, postea * Numerorum cognominatum) vocauit eiq; decenti cum honore aduenienti, Imperatoris literas exhibuit. Ac hominem per palatiũ Imperiale, lauacro quod diximus vicinum, ad mare deductum, nauigióque impõsitum, Thessalonicã misit: quam etiam patriã habere, & à maioribus suis inde oriũdus esse dicebatur. Eidémque Oriẽte toto interdicens, in Illyrico & vlterioribus terris viuendi liberam permisit potestatem. Præfectus ex eo loco, vnà cum impio Macedonio, incitato cursu in ecclesiam ire cõtendit: & multitudo ex omni hominum ordine mista, ea re audita, pro se quisque locum antecapere festinans, ad ea ecclesiam cucurrit. Innumeri prorsus, qui eò confluebant, erant. Et militaris manus armata ad terrorem plebis consequebatur. Atque ea vbi proximè ad ecclesiam venit, nec ei accessus propter vndique cõcurrentem turbam patẽret, milites vi homines reiicere per audaciam cœperunt. Quum verò illi propter multitudinem oppidò in angustum redactã, cedere & * consistere non possent, resistere eos, milites, neque sponte transitum dare velle opinati, strictis vũ gladiis, veluti reluctantes cecidere, multósque (vt fieri solet) neci dedere. Non pauci etiam inter se conculcati atque attriti interiisse dicũtur, ita vt occisorum turba trium milliũ centum & quinquaginta numerum superauit. Porro Macedonius, perinde atque noui nihil factũ esset, tanquã innocens & purus, in † Epibateriorũ introitúsq; arcanioribus sacris, quasi ex aliqua præstigiarũ scena aliquis, aut Deus (quod dicitur) ex machina, de improuiso Hierarcha apparẽs, à præfecto magis, quàm ex ecclesiæ cõsuetudine, ab episcoporum ordine in thronũ est deductus. Ad hunc modum, & per has cędes Macedonius & Ariani ecclesiam occupauere. Ita etiã Paulus solũ iniqui exilij gratia vertere est coactus. Athanasius autẽ Constantij minas veritus, fuga sibi consulens disparuit. Nam ille capite in eum se animaduersurum denunciauerat, quòd obtrectatores eius & insidiatores eum vt seditiosum detulerãt, reditu eius ex vrbe Romana in ecclesiã, multitudinem ingentem conculcatam interiisse allegãtes. Maximè verò Constãtium in eum incitauerat calumnia ab Arianis ei intẽtata, veluti annonam pauperum, quam Imperatoris pater Constantinus Alexandriæ in egenorum alimenta distribuendam sanxerat, Athanasius vendidisset, atque in pecuniã redegisset. Obseruãdum illud, eo tempore quo Macedonius episcopatum recepit, Constantium magnam ecclesiam absoluisse, quæ σοφία, Sapientia nominata est: proximè ad cognominem Paci ecclesiam, quã Constantinus Constantij pater, quum prius exigua fuisset, ad eam etiam quæ nunc cernitur amplitudinem perduxit: ita vt duorum istorum templorum oræ contiguæ, vnúsq; ambitus & muri esse videantur.

† *inuestitura nunc vocant.*

Macedonius vir sanguinarius subitò episcopus apparet.

Athanasij fuga.

Per gratiã calumniam in inuidiam Athanasius apud Constantium adducitur.

Quomodo Iulius Romanus pontifex episcopis Orientalibus pro Athanasio scripserit: item Constantis fratris occidentis imperator constans. & quomodo, qui ex Oriente in Italiam venerant, aliam fidei vulgauerint expositionem. Cap. 10.

IVlius Romanæ vrbis episcopus literis, quas Eusebius ante obitum suum contra Athanasium scripserat, aliísque quas ij, qui Antiochiæ conuenerant dedere, atque aliis rursus quorundam Ægyptiorum episcoporum, ementita esse aduersus Athanasium omnia declarãtibus, elisq; sic inter se pugnantibus, acceptis, Antiochenis illis rescribẽs, epistolæ eorum arrogantẽ & præfractam sententiam coarguit: & quòd latenter aggressi essent, cõtra decreta Nicæna, fidem nouare & adulterare. Præterea, quòd præter ecclesiasticam consuetudinem, se quoque in Synodũ vocare intermisissent. Extare enim ecclesiasticũ Canonem, authoritatem omnem eis abrogans, quæ præter Romani antistitis sententiã peracta essent. Rursum, quòd in rebus quas in Tyro vrbe & Mareote decreuissent, non legitimè processissent, inquisitione videlicet vna tantũ præsente parte facta. Arsenij autem manum liquidò apparentem, apertam sycophantiã esse, eis obiecit. Et secũdum ea omnia, æquum esse vt Athanasio & Paulo subueniretur, intulit. Breui namque post, Paulus quoque Corinthum se ire assimulãs, in Italiam venit, & casum suũ miserandũ in modũ deplorauit. Verumenimuerò vbi Iulius scripta suis apud Oriẽtales episcopos nihil esse cit, Occidentis Imperatorẽ Constantem, de rebus Athanasij & Pauli certiorẽ fecit. Qui ei etiã adito, Arianæ factionis subdolas fraudes exposuere: patris mẽtione illata: vt ille œcumenicã & vniuer-

Iulij ad Antiochenum ciuilibus rescripsum.

Athanasius & Paulus apud Constantem imperatorem quibus rationibus restituantur.

vniuersalem Synodũ coegerit, constitutionéque A decreta illius stabilierit, referẽtes, & eum ad paternam æmulationem consectandam cohortãtes. Constans rebus eis cognitis, casum eorũ virorum calamitatẽ suam prorsus esse putauit: & ad fratrẽ scribens, eum admonuit, vt paternę religionis incorruptam integrámq; seruaret normã. Ille enim, inquit, vera pietate imperio stabilito, tum tyrãnos Romanos omnino sustulit, tũ barbaros hostes circũcirca deuicit. Significauit eidem etiam, vt tres ex Oriente in Occidentem mitterentur episcopi, qui rationem de Athanasij & Pauli exautoratione exponerẽt. Ad id delecti sunt, Narcissus Irenopolis Ciliciæ, Theodorus Perinthi, & Marcus Arethusæ Syriæ episcopi. Qui in Italiam quum venissent, Imperatori Cõstanti iustam esse, quæ cõtra illos lata fuerat, sententiam persuadere voluerũt. In Athanasij verò B colloquiũ venire non sustinuerũt. Porrò vbi de fidei eorum ratione quæsitũ est, aliã eius, quàm quæ Antiochiæ cõpositæ erat, Constanti formulam obtulere, hisce verbis expressam. Credimus in vnũ Deum patrem omnipotentem, creatorẽ & factorem vniuersorum: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Et in vnigenitum eius filium Dominũ nostrũ Iesum Christum, ante omnia secula ex patre genitũ, Deum de Deo, lumen de lumine, per quem facta sunt omniã in cœlis & in terra, visibilia simul & inuisibilia: verbũ existentẽ, & sapientiã, & virtutem, & vitam, & lumen verum. Qui in extremo dierũ propter nos homo factus, & genitus est ex virgine sancta. Qui crucifixus, & mortuus, & sepultus est: & resurrexit ex mortuis tertia die, & ascẽdit in cœlos, & consedit in dextra patris, venturus in consummatione seculorum ad iudicandũ viuos & mortuos, & reddendũ vnicuiq; secundum opera sua. Cuius regnũ interminatũ in infinita permanet secula. Sedet nanque in dextra patris, nõ solũ in seculo præsenti, sed etiam in futuro. Et in spiritum sanctũ, hoc est paracletũ: quem quum Apostolis promisisset, post ascensionem suã in cœlos, misit, vt doceret & suggereret eis omnia. Per quem etiã sanctificabuntur, quę sincerè in eum credidere, animæ. Eos autem qui ex non existẽtibus dicũt esse filium, aut ex alia substantia, & non ex Deo, & fuisse quandoque tempus quum non fuerit, alienos esse nouit Ecclesia catholica. Hanc exhibuere formulam.

Constantis ad Constantium pro orthodoxia litera.

Tres Orientales episcopi in Occidentem legati.

Formula fidei, quam legati isti Imp. Constãtio obtulere.

Constans autem perspectum habens, eos inquè contra diuinos viros conspirasse, neq; criminum aliquorum gratia, neque propter vitæ prauitatem, sicuti attestationes declarabant, cõmunionẽ illorũ auersatos, sed dogmatis dissonãtiam prorsus causam dissidij esse: infecta cuius causa venerant re, eos dimisit. Et Orientalibus atque Occidentalibus veluti chasma seu hiatus fuit, quæ eis intercesserat dissensio. Qua tempestate & in Sirmio, quæ Illyrici vrbs est, Photini hæresis emersit: qui in minore Gallia ortus, & à Marcello, de quo diximus, loci eius episcopo eruditus, ecclesiis ibi præfuit, meritũ esse hominẽ Dominũ docẽs. De quo, suo tempore dicemus.

Constans Arianorum fraudẽ & calumniã cognouit.

Dissidium inter Orientales & Occidentales Photini hæresi.

Vt Occidentalibus & Orientalibus partibus de doctrina fidei triennium dissidentibus, episcopi Orientales expositionẽ fidei composuerint, quam longiorẽ nominarunt, & Occidentalibus miserunt. Cap. 11.

TRiennio deinde elapso, Oriẽtales episcopi scripto alio compositio, ad Occidentales id misere: quòd μακρόστιχον, hoc est, longiorẽ vocarunt formulam, seu expositionem, quòd scilicet verba & sententias plures complecteretur. Verùm ne in eo quidem substantiæ Dei nominatim mentionem fecere. Eos verò qui filium ex non existentibus, aut ex alia subsistentia quã ex Deo esse: & fuisse quandoque tempus aut seculum, quum ille non fuerit, dicerẽt, proscripsere. Scriptum id pertulit Eudoxius Germaniciæ antistes, qui etiam post Macedonium Constantinopolitanæ præfuit ecclesiæ: & Martyrius, & Macedonius Mopsuestiæ Cilicię episcopus. Occidentales episcopi scriptum hon receperunt: sufficere sibi Nicænam fidei professionẽ, neque se vlterius anxiè nimis & curiosè inquirere de ea velle, dicentes: atque illud etiam prætexẽtes, aliena lingua libellum scriptum esse, & se verborum sententiam non intelligere. Longiorem autem illa expositio ad verbum hæc est complexa. Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorẽ & factorem vniuersorum: ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Et in vnigenitum filium eius Iesum Christũ, Dominum nostrum ante omnia genitum ex patre, Deum de Deo, lumen de lumine, per quem facta sunt omnia in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia: Verbum existentem, & sapientiam, & virtutem, & vitam, & lumen verum. Qui extremis diebus propter nos homo factus, & ex virgine sancta natus, crucifixus & mortuus & sepultus, tertia die resurrexit: & receptus in cœlos, sedet ad dextram patris, venturus in cõsummatione seculorum ad iudicandũ viuos & mortuos, & reddendum cuique secundum opera eius. Cuius regnum interminatum, & in infinita secula permanet. Sedet enim in dextra patris non tantum in seculo isto, sed & in futuro. Credimus verò & in Spiritum sanctum, hoc est, in Paracletum, quem Apostolis promissum, post ascensionem suam in cœlos, misit, vt doceret & suggereret eis omnia: per quem etiam sanctificantur, quæ sincere in ipsum credũt animæ. Qui verò dicunt, ex non existentibus esse filium, aut ex alia subsistentia, & non ex Deo: & quòd fuerit aliquando tempus, quum non fuerit: eos alienos nouit esse sancta Catholica Ecclesia. Nõ minus & eos, qui dicunt tres esse Deos, aut Christum nõ esse Deum ante secula, neq; Christum, neque filium Dei ipsum esse: aut eundem esse & patrem & filium & spiritum sanctum, aut ingenitum filium: aut quòd non ex proposito neque voluntate pater filium genuerit: anathemate ferit sancta & catholica Ecclesia. Non enim, ex non existentibus esse filium, dicere tutum est: quandoquidem nullibi hoc in diuinitùs inspiratis scripturis de eo fertur. Neque sanè * ex alia subsistentia, præter patrem prægrediente: sed ex solo Deo germanè seu natiuè ipsum genitum esse, docemus. Vnum namque ingenitũ & principij expertem Christi patrem, diuinum docet verbum. Sed neque illud, fuit aliquando quum non fuit, quod præter autoritatem scripturæ periculosè dicunt, tãquam temporale interuallum præconsiderandum: sed solus, qui eum sine tempore genuit, Deus contemplandus

orientales per episcopos alios μακρόστιχον hoc est longiorem fidei formulam ad occidentales miserunt.

episcopi legati. Occidentales eã non recipiunt.

Μακρόστιχον, hoc est, prolixior fidei formula.

ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως παρὰ τὸν πατέρα προϋπαρχούσης.

† ἀναίτιος. ἀναγέννητος.

Nam & tempora & secula per ipsum facta sunt. Neque verò † simul principij expers, neque * simul ingenitus cum patre filius esse putandus est. Etenim simul principij expertis & simul ingeniti, nullus propriè pater aut filius dicetur. Sed patrem quidem solum principij expertem existentem & incomprehensibilem genuisse incomprehensibilem & quem omnes consequi non possint, modo scimus, filium autem genitum esse ante secula. Et neque iridem vt patrem ipsum quoq; ingenitum esse: sed principium habere, qui eum genuit, patrem ipsum. Caput namque Christi Deus. Enimuerò tres confitentes tres & tres personas patris & filij & spiritus sancti, secundum scripturas, non tres propterea facimus deos. Quandoquidem * per seipsum perfectum & ingenitum, principióque carentem, & inuisibilem Deum, vnum tantum nouimus, Deum & patrē vnigeniti, solum ex seipso essentiam habentem, solum aliis omnibus abundè † existentiam largientem. Neque sanè dum vnum Deum esse dicimus, domini Iesu Christi patrem solum ingenitum, propterea Christum Deum esse antecularem negamus: quales sunt Pauli Samosateni sectatores, post inhumanationem eum * ex profectu deificatum esse dicentes, eo quod naturā merus homo factus sit. Scimus enim ipsum etiā si subiectus est patri & Deo, tamen genitum ex Deo, Deum natura esse perfectum & verum, & non ex homine postea Deum, sed ex Deo hominem factum propter nos esse, neque vnquā desiisse esse Deū. Execramur verò insuper, & anathemati subiicimus, eos qui verbū quidē ipsum Dei, sed tantum nudum & * sine subsistentia ficticiè vocant: in alio verò essentiam habēs, aliquando sanè vt vocale seu * enunciatiuum, aliquando vèr vt * internum seu mentale à quibusdam dictum. Christum autem ipsum & Dominum & Deū, & mediatorem, & imaginē Dei esse ante secula nolunt: sed eum ex eo tempore Christum esse factū & filium Dei dicunt, ex quo nostram ex virgine carnem assumpsit, ante trecentos quinquaginta annos. Ex eo enim tempore initium regni Christū habuisse, & finem id habiturum esse post consummationem & iudiciū, volūt. Tales autem sunt Marcellus & Photinus Ancyrani in Galatia, qui anteseculare subsistentiam & diuinitatem Christi, & similiter interminatum eius regnum abolent, eo modo, vt ipsis videtur, monarchiam seu vnius imperium constituentes. Nos enim scimus, esse non simpliciter verbum enunciatiuum, aut internūsed viuēm Deum verbum, per seipsum subsistentem, & filium Dei & Christum, & ita * præsciēter simul existentem & simul agentem ante secula cū suo patre, & ad omnem eius administrantē creationem, siue inuisibilium seu visibilium, vt qui * subsistentiale verbū sit patris, & Deus ex Deo. Hic enim est ad quem pater dixit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram & similitudinem, qui & à patribus visus est quum legēret, & loquutus est per Prophetas: & qui postremò homo factus est, & patrem suum omnibus hominib. manifestauit, quique regnat in secula seculorum. Siquidem nihil nouæ dignitatis Christus assumpsit, sed eum antea perfectum, & patri per omnia similem esse credimus. Atque

αὐτοτελῆ.

τὸ εἶναι. Paulianī hæretici.

ἐκ προκοπῆς θεοποιεῖσθαι.

ἀνύπαρκτον.

προφορικὸν.

ἐνδιάθετον.

Marcellus, Photinus, hæretici.

προγνωστικῶς

ἐνυπόστατος λόγος.

itidem, eundem esse patrem & filium & spiritū sanctū, & vnius eiusdemque rei & personæ tria hæc nomina impiè accipiētes, meritò ab Ecclesia proscribimus: quoniam patrem qui comprehendi nequeat, atque perpessioni obnoxius non sit, & comprehensibilem, & perpessioni obstrictum per inhumanationē constituunt. Tales sunt, qui Patropassiani apud Romanos, Sabelliani apud nos dicuntur. Siquidē nouimus patrem quidem, qui miserit, in suo immutabilis diuinitatis statu permansisse: qui verò missus est Christum, in humanationis œconomiā & munus obiisse. Consimiliter autem eos qui impiè, non cōsultò neque voluntate genitū esse Christum dicunt, necessitatem videlicet quandā imponentes, & substantiam voluntate & delectu carentem Deo tribuentes, ita vt inuitus filiū genuerit, impiissimos & à veritate alienissimos cognoscimus. Quoniam aduersus communes de Deo * notitias, atque etiam aduersus diuinitùs inspiratæ scripturæ sententiam, talia de eo statuere audent. Nos etenim * absolutissimæ potestatis cum esse, perfectissimique * iuris sui Deum scientes, sponte & voluntate sua filium genuisse, piè existimamus. Et cum timore illud de eo dictum esse credentes, Dominus creauit me in initio viarum suarum ad opera sua: inò itidem eum vt creaturas facturásque eius genitum esse arbitramur. Impium enim est, & ab ecclesiastica fide alienum, cōditorem cum creaturis per eum conditis comparare, eundémque etiam generationis modum cum eis quæ ab eo sunt aliena habere putare. Solum namque, & solo seu vnico modo vnigenitū filium germanè seu natiuè atque verè genitum esse, nos diuinæ literæ docēt. Quin neque dum filium per seipsum esse, viuere, & existere cōsimiliter patri dicimus, propterea eum à patre segregamus, loca & interualla quædam inter eorum coniunctionem corporaliter imaginātes. Credimus enim * sine medio, & * sine spacio vllo, ipsos coniunctos esse, & inseparabiliter à seipsis existere, patre quidem complectente, & * pectori applicante filiū totum: filio verò toto prorsus * deuincto & * applicato patri, eóque solo perpetuo in sinu paterno conquiescente. Itaque in modis omnib. perfectam & sanctissimam trinitatem credētes, patrémque Deum dicētes, & filiū, non ipsos duos deos, sed vnum cōfitemur, iuxta diuinitatis amplitudinem, & vnam certam absolutámq; regni coniunctionem. * Vniuersarum quidem rerum per omnia cum summa potestate * imperiū obtinente Patre omnium, & ipsius filij: filio autem patri quidē subiecto, extra verò cū vniuersa post eum quæ per ipsum facta sunt regente, & spiritus sancti prolixè ex voluntate patris gratiā sanctis donāte. Ad hunc enim modū, ordinē & rationē monarchiæ vniúsque imperij in Christo constare, nobis sacra prodidere oracula. Hæc vt post breuiorem fidei formulam fusius exponeremus, necessitas nobis imposita est, non per superfluā ambitionē, siue venditationē: sed vt omnem alienam suspicionem contra sententiā nostram cōceptam, apud eos qui res nostras ignorant, abstergeremus: & vt Occidentales omnes quùm calumniæ aduersariorum impudentiam, tum ecclesiasticam Orientalium opinionem cognoscant, cui opinioni diuinitus inspiratę scripturæ, quæ apud eos inuiolatę conseruantur, per nullam coactam aut violentā interpretationem, perhibent testimonium. Hoc quidē modo prolixior illa expositio fuerat instituta.

Patropassiani. Sabelliani.

† ἔννοιαι.

* αὐτοκράτορος ἀνωτάτω.

Instituitur cōcilium sardicense de constantij & cōstantis voluntate.

300. episcopi Occidentales Oriētales episcopi 76.

Sabinus Heracleæ Thraciæ Macedoniorum episcopus. Ischyras ἐπιτομώτερος.

De Sardicensi Synodo. cap. 12.

VT autēm ab Occidentalibus est repudiata, Constans Cęsar vnum illud à fratre sibi dari postulauit, vt Paulus & Athanasius sedes suas reciperent. At quum literis suis nihil effecisset, propterea quòd aduersarij contra niterentur: & quum populus ea de causa seditionem moueret, Paulus & Athanasius rursum Constantem adiere, & vt vniuersalis Synodus cogeretur petiere, vt de professione fidei & de eorum causis accuratius rex explorari posset. Exautorationis enim ignominiam se propter fidei sinceritatem sustinere affirmarunt. Quapropter de duotum Imperatorum istorum sentētia statutum, vt vtriusque imperij episcopi ad diem certum Sardicam, quæ Illyrica ciuitas est, conuenirent. Id quod Constans sic petierat, Constantinus autē assensérat vt videlicet seditio solueretur. Atque ex Occidentis partibus circiter trecenti conuenere episcopi, sicuti alicubi sacer dicit Athanasius: ex Oriente verò, Sabino Macedoniano referente, sex & septuaginta. Quibus accensus est & Ischyras ille, ex sese ortus presbyter. Ob quā causam, quum negocium ei cum Athanasio esset, in aduersariorum partes cōcessit, apud quos propter mendacia conficta episcopus apud Mareoten est creatus. Reliqui autē angustias constituti tēporis prætexentes, atque alius aliā causam allegantes, nō comparuere. Potissimùm verò in Iulium culpam eius rei conferebant, quum quidē mensibus viginti ante episcoporum aduētum dies esset constituta. Decimus is erat annus, ex quo Constantinus, Imperatoris vtriúsque pater, ad meliorem migrauerat vitam. Et Orientales, qui * Philoppopolim in Thracia venerāt, Occidentalibus, qui Sardicę iam præstò erant, scripsere, vt Athanasium, eiúsque studiosos, vt quibus sacris ministeriis interdictum esset, à cōcilio remouerent: aliter enim fieri nō posse, vt in vnū conuenirent. Quod quidem postea quoque, quum Sardicæ essent, obtinere contendebant. Occidentales autem, atque in primis Hosius Cordubensis Hispanus, & Protogenes Sardiensis, respondēre, nunquam se communionem illorum deuitasse, neque porrò etiam vitaturos esse: quum Iulius episcopus Romanus causa eorum perspecta iniquè eos insidiis circumuentos esse iudicarit. Adesse ipsos quoq;, & redarguere iniquum illud iudicium velle. Plura quoque alia vltro citróque & scripsere, & per internuncios alteri alteris significauere. vnde maior etiam inter eos est excitata simultas, maius odium, dies quoque constituta præteriit. Et confestim dissessione facta seorsim que vtrisque consilia agitantibus, contrarias alteri aduersus alteros sententias tulere. Orientales namque Philoppopoli conuēctum egere, atque ibi decretis suis in Athanasium, Paulū, Asclepam, & Marcellum magis etiam confirmatis, Iulio insuper Romæ antistiti magistratum ecclesiasticum abrogauere, quod primus ipse cum illis communicasset. Confessorem etiam Hosiū ea de causa, & præterea quod amicus Eustathij & Paulini Antiochenæ ecclesiæ episcoporum fuerit exautorarunt. Deinde & Maximinum Treuirorum antistitē, qui primus ad communionem Paulum admiserat, redirúmque eius in vrbem Constantinopolitanam procurauerat: insuper quòd Orientales episcopos in Occidentem venientes proscripserat. Nec iis tantum sacram ademere dignitatem, sed & Protogeni Sardicensi: quoniam Marcellū Ancyranum, quem antea calculo suo damnauerat, ope sua sublauaret: atque item Gaudentiū, quia quos illi per abrogationem ignominia affecerant, multo prosequeretur honore: & quod aliter de rebus diuinis quā Cyriacus sentiret, cuius ipse successor erat. Porrò in causa fidei ὁμοούσιον consultantiale quidē repudiarunt, τὸ ἀνόμοιον inæqualitatis verò opinionē literis in partes omnes scriptis diuulgarunt, in quibus locorum plerorúmque episcopis quoque significarunt, ne eos quos proximè sententia sua notassent, vel in communionem reciperent, vel literis etiam dignarentur, Alij autem dicunt, eos de fide, iuxta prolixiorem quam præmisimus formulam, credere iussisse: in qua ὁμοιοῦσιον consubstantialis, verbo nullo meminere: sed eorum tantum qui tres Deos esse, aut Christum non esse Deū, aut eundē esse patrem & filium & spiritum sanctum, aut filiū ingenitum, aut fuisse aliquando tempus aut seculum quum ipse non fuerit, dicunt. Hæc quidē episcopi Oriētales Philippopoli in Thracia agebāt. Hosius autem, & qui cum eo Sardicæ erant, primùm quidem illos indicta & deserta causa, propter contumaciam damnarunt: Athanasium receperunt: & quæ adnersus eum Tyri acta fuerant, anathemare sunt persequuti. Marcello episcopatum suum reddiderunt, quòd se diceret nunquam ea sensisse, de quibus per calumniam accusatus esset. Asclepæ episcopatum Gazæorum autoritate sua confirmarunt, qui antea etiam multorum antistitum, & maximè Eusebij Pamphili suffragio Episcopalem susceperat dignitatem, cuius rei certitudinem acta iudicij declarabant. Lucium etiam Adrianopolitam, quòd accusatores eius profugerant, restituerūt. Horúmque parœciis & ecclesiis scripserunt, ne alios quàm hos ipsos haberent episcopos, eorúmque quamprimū expectarēt aduentū. Abrogarunt quoq; episcopatum * Gregorio Alexandrino, Basilio Ancyrano, & Quintiano Gazęo: & vt non modò episcoporum, sed ne Christianorum quidem appellatione honorarentur, statuēre. Idem fecerunt Theodoro Perinthio, Narcisso Itenopolitano, Acacio Cæsarienſi Eusebij Pamphili successori, Menophanto Ephesio, Vrsicio * Singidonis, & Valenti Mursię Pannoniorum episcopis, & Laodicensi Georgio, quamuis Synodo Orientaliū is non interesset. His omnibus dignitate adempta, communione interdixerunt quòd filium Dei à paterna substātia separarent: & quòd, qui dudum propter Arianā hæresim reiecti fuerant, eos recepissent, & ad ampliorem ministerij Dei euexissent dignitatē. Eis damnatis, ad omnes vbique episcopos miserūt, vt de creta ea rata haberent & confirmarent, nec non Nicænis placitis consentirent. Quibus robora-

Mutuæ inter eos exautorationes. Maximinus Treuirensis episcopus.

Oriētales Philippopolitani ἀνόμοιον, hoc est inæqualitatem in Trinitate inducūt.

Occidētalium episcoporum Sardicæ acta.

Tristidium inter Orientales & Occidentales.

Legendum forte Georgio supra cap. 7. eod.

† *Singidon hodie Segedinū dicitur.*

Occidentales τὸ ὁμοούσιον in Trinitate damnant.

Universidad de Deusto

Occidentales in Trinitate damnant.

tis, τὸ ἀνόμοιον, inæqualitatē repudiarūt, τὸ ὁμοού- E mines Christum eius: hoc verbum Creans, non
σιον consubstantiale apertè promulgarūt. Et scri- ea sententia, quod antea non fuerit, accepit, non
pto quodam compositio, quod diffusius quidē enim tum Deus creauit Spiritū, quum Christum
quàm Nicænum esset, finitionē autem eius ser- suum per eū omnibus hominibus annunciauit,
uaret, verbisque non admodum ab illo differret, neque recens sub sole fuit. Sed fuerat quidē il-
id passim ad loca omnia miserunt. Ne verò no- le, & præextiterat: missus autem tum est, quo
uare quidquam contra Nicæna decreta viderē- tempore Apostoli congregati erant, quum in-
tur, Hosius & Protegenes, qui tum Synodo præ- star tonitrus è cælo sonitus prouenit, tanquam
erant, cum certa attestatione ad Iulium literas aduenientis flatus vehemētis: hoc verbo Creās,
dederunt, autoritatem suam se Nicenæ fidei pro- pro eo quod est demittens, aut ordinans seu sta-
fessioni integram relinquere: perspicuitatis au- tuēs, posito: tonitru verò ipso, alio quodā mo-
tem gratia, quæ Nicææ constituta essent, non ita do Euangelicam prædicationē significante. Tale
multis latius extendisse, ne scilicet Ariani com- est & illud, Cor mundum crea in me Deus: vbi
pendio professionis fidei ad absurdas opiniones non ille quidem tanquam cor non habens, sed
eos abduceret, qui dialecticæ sunt imperiti. His vt tandem habenti & purificaretur & perficere-
peractis, domum reuertēre. Et vtrique in ea erāt tur, precatus est. Et illud, Vt crearet duos in vnū
opinione, rectè ab eis quę sententiis proscriptio- *εἰσαγάγη. nouum hominem: pro * cogeret seu congrega-
nis ferendis egissent, esse facta. Orientales quidē F ret. Vide porro an non tale sit & illud, Induite
quòd Occidentales, quos ipsi sacro ordine mo- nouum hominem, secundum Deum creatum.
uissent & reiecissent, eos ad communionem ad- Item illud, Si quis in Christo noua creatura: &
muissent. Occidentales autē quòd illi qui Atha- quæcunque sunt eiusmodi. Vt ne mireris, si me-
nasium & alios damnationis sententia notassent, taphoricè & per translationem in verbis istis,
ante publicam cognitionē profugissent. Et quòd Dominus creauit me in initio viarum suarum:
ij Nicæna decreta complectebantur illi verò ea Creauit, pro constituit, aut ordinauit dictum sit.
deprauare & adulterare audebant. In Sardicēsi Hæc in tertio ad Marcellum libro Eusebius. So-
concilio Marcello quoque, de quo suprà dixi- crates autem hæc quoque hisce verbis pro Eu-
mus, Ancyræ Galatiæ episcoparum, sicuti com- sebio refert: Quum itaque Eusebius Nicænæ
memorauimus, rursum mandarunt. Nam is Sy- Synodi mentionem faciens, soluta esse & con- *Socratis præ-
nodo exposuit, à multis libri sui scripta intelle- stituta, quæ tum in controuersiam deducta fue- *cipua Eusebii pam-
cta non esse. vnde illi suspicionem conceperint, rant, atque omnes consensu vno eadem sensisse *philis Apolo-
eadem se cum Samosateno, Paulo & Sabellio atque dixisse referat, quomodo quidam illum *gia, cum aria
sentire. Arianisare suspicantur: Falluntur verò Ariani e- *nis eum eun
tiam, qui illum cum eis sensisse existimant. Sed *sensisse.
dicet aliquis, in scriptis eius Arianum esse cum *Διὰ τοῦτο
videri, propterea quod frequenter dicat, * per τὸ.
Christum. Cui respondemus, hac loquutione *Offendiculo
sæpenumero ecclesiasticos viros vsos esse, aliis- olim fuit pius
que, quibus œconomia seu munus humanitatis *si Christus sim
Seruatoris nostri significatur. Et ante omnes *pliciter sine
istos Apostolus ipse verba hæc vsurpauit: & nū- *præfatione
quam tamen veluti prauæ opinionis habitus est *honoris, &
doctor. Ac rursum hæc infert: Non enim osten- *illatione diui-
dere habebunt, Eusebium principium existen- *nitatis nomi-
tię tribuere filio Dei, quanuis in libris eius œco- *naretur.
nomię siue dispensationis humanæ verbis abuti
eum inueniant. Maximè verò, quod admirator
& æmulator Origenis librorum fuit, in quibus
vbique filium ex patre genitum esse reperiūt, qui
Origenis librorum acumē assequi possunt. Hęc
& alia Socrates afferens, sinceritatem doctrinæ
Eusebio adscribere contendit. Ego quidē talem
potius virum eum fuisse velim: Ecclesia autem
Catholica non talem fortasse iudicat, quam po-
tius sequi par est. An verò ille certò in pietatis
sinceritate sit, sicuti iste qui quidem Nouatianus *Socrates Nouā-
est, dicit, id accuratè certóque occulta omnia *tianus.
perspicienti Deo reliquendum. Et de his quidē *Dissidium de-
satis. Sarcdiensi verò conuentu ita peracto, do- *pertum inter
mum se quisque recepit. Ac deinceps Occidens *Occidentales,
ab Oriente per secessionem diuisus est. Non *& Orientales.
amplius enim Occidentales cum Orientali-
bus, haud eadem secum sentientibus, negocij
sibi quidquam & coniunctionis esse voluere. Et
communionis finis Occidentalibus fuit inter Il-
lyricū & Thraciam, circa montem qui Susacis *Susacis mons.
dictus est. Vltra eum autem locū propter varian-
tem fidem minimè inter se inuicem communi
care

Marcellus in Ancyranū episcopatū ab Occidētalibus restitutus: eius scripta à multis nō satis intellecta, & proinde pro hæreticis habita. Eusebius Pamphili cōtra Marcellū scripsit. Socr. lib. 2. cap. 20.

Quæ Socrates scriptor Ecclesiasticus de opinione Eusebij Pamphili memoriæ prodiderit, & quæ Occidētis Orientisque de fide Nicæna fuerit sententia. Cap. 13. G

SCiendum sanè, Eusebium Pamphili tribus libris suspectum illum Marcelli commentariū refellisse. Scripto nanque eo in partes suas diuiso, deinde confutationem infert: idque in toto opere facit. Ex quib. libris Socrates scriptor ecclesiasticus plurima allegat, quapropter Eusebi* quasi Arianus taxatus fit. Ac deinceps refert primæ Synodo eum interfuisse, aliisque episcopis decretis faciendis consensisse: sicuti Eusebius ipse in tertio ad Constantinū libro memoret. Profert verò idē & piam eius in illud, Dominus creauit me in initio viarum suarum, interpretationē, in qua hæc sic scribit. Quòd Dominus seipsum creatum esse ait non hoc sanè ita dicit, tanquam qui antea non fuerit, ac tum primum esse cœperit: vt quemadmodū reliquæ creaturę, itidem & ipse ex non existente extiterit, quod nonnulli non rectè acceperunt: sed vt constans quidem & viuens & præexistens atque subsistēs ante totius mundi constitutionem, ad *regendum autem & administrandū vniuersa à Domino suo, ipsius patre, ordinatus: vt eo loco hoc verbum Creauit, pro verbo ordinauit seu constituit, sit dictum. Aperte certè quidem hominū principes & duces creaturā nominauit Apostolus dicens. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ, propter Dominum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Et prophe-ta ex persona Dei dicens, Ecce ego firmans tonitrum, & creās spiritum, & annuncians ad ho-

Eusebij Pamphili verborū Dominus creauit me, &c. expositio.

*ἄρχειν. *Verbum creare in scripturis quomodo accipiatur.*

Distidij eius magnitudo.

care voluerunt. Vt verò fieri solet, in ecclesiis, A Paulum omitto) eodem veróque nomine dicti
calumnię & dissensiones erant. Et ingens turba Macarij, hoc est beati: Ægyptius scilicet ille, &
& confusio Ecclesiam catholicā inuasit. Antea cui * Vrbani cognomen inditū fuit, quales etiā † πολιτικοὺς.
siquidem, etiāsi dissiderent, consuetudine tamē circa Illyricum & Thraciam Martinus Sabarię
inter se iungebantur, nec adeò grauem eam rem ortus Pannonius, & Hilarius Pictauiensis, ho-
putabant. & consuetudinem eiusmodi, eundem mines admirandi: de quibus paulo pòst suo loco
de Christo sensum esse existimabāt. Et vt paucis referemus. Multi denique alij aliter spectati vi-
dicam ecclesia Occidentalis omnis patrię insi- ri eisdem annis viguere, atque in Ecclesiis Dei
stens religioni, contentionis expers, & à studio emituere: inter quos præcipuè eruditione & elo-
de dogmatibus nugandi aliena fuit, sincerè pro- quentia floruit Eusebius Emesęnus episcopus,
fessionem fidei Nicænam sonans atque profitēs. Titus Bostrensis, Serapion Thmuęus, Basilius
Quamuis etiā tum Vrsicius Pannonius & Au- Anchiranus, Eudoxius Germaniciensis, Acacius
xentius Mediolanensis conati sunt ecclesias di- Cæsariensis Eusebij successor, Cyrillus, qui post
strahere, & ad Arianam opinionē traducere: effi- Maximum Hierosolymitanā administrabat ec-
cere tamen id nequiuere, sede Romana & aliis clesiam, & Theodorus Petinthius: qui omnes
Occidentalibus episcopis vigilantibus, & hære- doctrinę suę fructus haud pœnitēdos ecclesiis re-
sis eius surculos illico exstirpantibus. Oriens liquere. Videtur autē omnes hæc in parte gloria
autem post Antiochenum concilium seditio- B præcellere, atque ecclesiam vniuersalē exornare
nes concitauit, & propalàm aduersus Nicæ- Ephraim Syrus. Tum quoque extitere, Lucifer
nam fidem disceptans iudicio contendit: re- Didimus, & Ætius, admodum quidem illi eximij
uera tamen, sicuti colligere est, plures sententiā viri, sed aduersus veritatem plurimū etiam pu-
Nicęni dogmatis cōprobabant, filiū ex substan- gnarunt. Atque vt summatim dicam, præfecti ea
tia patris esse confitentes: contentionis verò cu- tempestate ecclesiarum exactissimis vitæ insti- *Christianis-
cupiditate deuincti aduersus verbū τὸ ὁμοούσιον tutis dediti erāt, à quibus plebes rite gubernata, *mus summè
consubstantialis, importunitatibus animis pugna- Christi religionem constanter coluit, & indies *floret.
bant. Nonnulli quidem, sicuti quidā tradidere, fides est adaucta, atque ecclesia sensim pro insita
quòd iam inde ab initio contra id verbū sterisi- ei virtute atque bonorum operum splendore, &
sent: & quemadmodū eiusmodi homines facere quòd à sacris aliisque ecclesiasticis viris prodi-
solent ne victi esse, si cederēt, viderentur, in sen- gia diuináque miracula fiebant, ad ingentē glo-
tentia propterea persistebant, & vocabulum id riam peruenit: Græcorum autem superstitio pes-
abolere studebant: probro sibi fore, si opinionē sum nit, & abimprobis nugis ad veram fidē tran- *Idolomania
mutarēt, arbitrati. Nonnulli autē quòd frequen- siit. Et quoniam sanctorū istorum virorū facta *interit.
ter de his nugati essent, ita opinari ex animi sen- est mentio, faciendum esse duxi, vt breuiter eos,
tentia malebant. Et quum semel ab eo quod de- & si qui insuper eo tempore illustres homines
cebat excidissent, opinionem suam firmiter reti- cum laude floruere, oratione persequar. Ac pri
nebant. Erant qui indecorum contendenti stu- C mo loco percelebres illi commemorentur viri, *De sanctis eius
dium secum ipsi perpendentes, ad gratiosiorem qui Scetis montiúmque eius duces fuere. Vtriq; *ætatis Mona-
declinarent sententiam, vel propter gloriam aut nomen erat Macario: quorū alter Aegypto or- *chis.
timorem, vel propter vim aut familiaritatē, ple- tus erat, alter Alexandriam patriā habuit, & co-
runque etiam propter amicitiā, & fortasse alias gnomen Vrbani: ambo certè diuini prorsus viri *Duo Macā-
ob causas, quibus homines adducti, vt se se res atque in Monastica philosophia admirandi, di- *rij: Ægyptius
tulit, etiam in his quę parum decent, gratifican- uinarum prædictionum non expertes, dæmonū *& politicus,
tes aliis obsequuntur: denique quòd nonnulli industrij expulsores, & prodigiorum sanationū- *seu ciuilis. Mor-
liberè & palàm, quæ ab aduersariis obiicerētur, que prompti & expediti autores. Horum alter, *tuus ad fidem
redarguere atque refellere non possent. Nō pau- Aegyptius, scilicet, mortuum quoque excitauit: *resurrectionis
ci verò eius temporis homines, ineptias prorsus vt quendam alieni dogmatis sectatorem, ad cre- *confirmandā
& superfluas nugas esse existimantes de rebus dendū mortuos resurgere, persuasione ea addu- *exitatus.
eiusmodi conflictari, ab illorū consuetudine se- ceret. Hic vltra nonaginta annos vixisse perhibe
iuncti, taciti secum Nicæna decreta complec- tur, quorum plus quàm dimidiam partē in vita
tebantur & colebant. solitaria trāsegit. Et adolescens admodū sapiētię
studiis excelluit: & ob id παιδαριογέρων, quasi
puerum senilē dicas, cognomen obtinuit. Pres-
byteri dignitatem quadragenarius suscepit. Vr-
banus verò breuiore tēpore ad eandem peruenit
dignitatem. Exercitia pietatis omnia ad summū
excoluit, quæ partim ipse inuenit, partim ex aliis
audita modis omnibus absoluere est conatus.
Adeò autem extenuatus & macie confectus fuit,
vt non esset vnde pili barbæ excrescerent. Et
Ægyptius, cum reuerentia quadam austerus:
Alexandrinus autem quum in aliis omnibus
par Ægyptio esset, in hoc tantum ab illo va-
riauit, quod in colloquiis hilaris & iucundus, *Euagrius Ma-
vbanis salibus vtens, iuuenes ad studiū & exer- *carium di-
citationem pietatis adduceret. Horū discipulus *scipulus.
fuit Euagrius, apud quos Philosophię factioris *Catalogus
* præcepta factis exprimere didicit, quum antea *sanctorū Mo-
nachorum.

Hominum à contentione alienorū nomen.

De Ægyptijs monachis, Scetioti scilicet & Tabennesiotis. Atque inibi de duobus sanctis Macarijs. Item de Pambo & Pachomio. Item de Apollino & de Anub. D cap. 14.

Catholici in Oriente.

SVpra omnes autem qui in Oriente magna cū libertate saniorem doctrinam defenderūt, tenacissimè Nicęna decreta retinuere, Paulus Cōstantinopolitanus, & Athanasius Alexandrinus, episcopi, atque cum iis vniuersus Ægyptiorum monachorum cœtus: quibus præsit Antonius adhuc superstes, quisque cum eo erant (plurimi autem erant) in Ægypto & aliis Romani imperij locis asceteæ: quorum multi vsque ad Constantij imperium & posteriora etiam tempora duraruere: quales fuere (Amonem enim, & Thebæū

Præclari eius temporis & ortodoxi viri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis solis sapientiæ studium professus fuisset. Eodem verò tempore, & eisdem in locis, cum illis philosophati sunt, decantatus ille * Pambo atque qui angelicam prorsus, si quis alius, & ipse exercuit vitam * Paësius: item Heraclides Cronius, Paphnutius, Putubastes, Arsesius, & magnus Serapion. Præterea Pityrion ille, qui tamen alibi, apud Athenas videlicet, asceterium, seu exercendæ pietatis domicilium habuit. Insuper ingens quoque ille Pachomius, qui dux & autor vitæ Tabennesiotarum fuisse dicitur. Nova autem quædam illis est vitæ ratio, in quibusdam rebus à reliquis Monachis euarians. Animum enim assuefacit ad virtutē aspirare, & terrena proculcare, & sursum respicere semper: vt facilè deinceps sit puluerem hunc deponentibus, in cœlestem peruenire regionem. Siquidem indumentū illis erat melota seu pellis ouilla: symbolum atque monumentum, vt opinor generosę & fortis illius Heliæ Thesbitæ, rei Venereæ & concupiscentiæ macerationis atque mortificationis, vt æmularione & ardore eiusdē cum illo spei, ad continentiam & castitatem strenuè grassarentur. Cęterùm reliquorùm quoque Aegyptiorum monachorum amictus, vt opinio fert, ad exemplum aliquod & specimen arcanioris philosophiæ spectat. Non enim illi temerè à communi habitu vestitū suum mutauere. Amiculum namque manicis carens, indicium atque institutionem esse arbitror, ne manus ad iniuriā inferendam faciles sint & propiæ. Capitis verò tegmen acuminatū, vt simplices sint, & iniurias non vindicent, puręque & innocenter viuant: lactentium puerorum instar, quorū capita eiusmodi lineis mitris operiri solent, quę partē rationis principatum imperiumque obtinentē tegunt atque louēt. Zona porrò, & quæ humeros & brachia cōprimit cinctura, promptā alacritatē in ministerio Dei subobscurè indicat: vtque ad implere iussi sunt, succincti perficiāt. Fortasse autē alij alias reddiderint rationes monasticæ philosophiæ appositas: mihi hæc dixisse sat est. De

*Hūc 50 com. nan habet lib. 3. cap. 14.

Institutū vitæ Monachorum Tabennesiorū, quorum dux Pachomius fuit.

Non temerè Monachi peculiarē sibi sumpsere habitū. Quid sibi velit mystice Monachorum habitus.

* τὴν δὲ ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μονῳ φιλοσοφῶν.

** Pambo quum illiteratus esset, doctorem psalmos exponentem adiit, & quum primum versum psal. 38. (Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea) audisset, discessit, sufficere sibi inquiens versum istum, vt illum factis exprimere addisceret. Doctor cum eo expostulauit, quòd eum ab ea tempore totis sex mensibus non vidisset. At Pambo respondens, Quòd nondum re ipsa versum primum assequutus esset, se excusauit. Multi intercessere anni & amico cuidam roganti, num versum eum addidicisset? Vix tandem, ait, decem & nouem annis, factis ipsis eum addidici. Eidem auri certum numerum quidam in pauperum alimenta dedit, & Numera quod datum est, inquit. Tum ille: Numero hac in re opus non est, sed animi affectione pia & benigna. Socrat. lib. 4. cap. 23. Idem Pambo ab Athanasio episcopo euocatus, ex tremo Alexandriam venit. Ibi scenica gesticulatrice visa, prolixè illacrymauit. & amicu fletus causam inquirentibus, duplicem esse respondit: alteram, mulierculæ ipsius exitium: alteram, quod ipse non tantum studij in hoc impenderet vt Deo placeret, quantum illa vt hominibus fœdis placeret. Idem ibid.

Pacomio verò dicitur, quum primùm in antro quodam constanter philosophiæ huic incūberet, ei angelum cœlitùs assistantem mandasse, vt nonum Monachorum cœtum cogeret. Oportere namque eum qui ritè veriorem irreprehensibili vita repræsentaret philosophiam, ducem multorum, quibus prodesse posset, fieri, eósque certis instituere legibus. His ille dictis, tabulam ei dedit, & seipsum vt stola indutus fuerat, exhibuit. Quę sanè tabula ad hodiernum vsque diem seruatur. In eo scripto, leges præscribentis more, expositum erat, permiti debere vnicuique, vt quantum posset & vellet, ederet, biberet, operaretur: atque itidem vt pro arbitrio suo ieiunaret, aut non ieiunaret. Et vt validius cibum capientibus, duriores labores: qui verò parcius alimētis vterētur, & ad pietatis exercitium incitationes essent, leues atque faciles operæ mandarentur. Domicilia autem religiosa circumcirca eis extrui iussit, in quorum vnoquoque tres manerent. Cibum porrò in vnis amplioribus ædibus vt caperent constituit, idque cum alto silentio considentes: facie ita operta, vt neque alius alium, neque præterea aliud quidquam, quàm mensam & cibum propositum cernere posset: Cum iis ne alius quisquam habitu alio in eadem mensa cibum sumeret, præterquam si hospes eò diuertens acciperetur. Signis autem quibusdam, manuum impulsione, vel nutibus rem necessariam ab eis quibus forte, vt mensę præessent, obuenisset, insinuando peterent. Quod si quis cum illis viuere vellet, vt tribus prius annis mutato paulùm habitu, duriores perferret labores: atque ita tandem arcanis eorum sacris institutus, eodem cum illis loco esset. Vestimentum autem vt esset sagum pelliceum, & capitis tegmen mitra lanea: quæ mitra quibusdam purpureis distincta filis, puncta sua haberet, crucis formam referentia. Tunicæ autem & zonæ itidem vt lineæ essent: in quibus simul & in sagis considentes, super extructis totis mediocrem caperent somnum. Domicilium porrò vt ita sepimento circumuallaretur, vt id lectum cuiusque concluderet. Primaria autem & Dominica die vt ad communionem & perceptionē diuinorum mysteriorum accedentes, solutas zonas & sagula pellicea deponerent. Atque vt duodecies interdiu semper orarent: itidem verò ad vesperam, noctu similiter, & item hora nona tertiò. Et quum cibus esset capiendus, vt orationem quámque psalmus præcederet. Præterea vt ad numerum Græcarum literarum cœtum monachorum cohabitantium in viginti quatuor ordines diuideret, & cuique ordini congruentem, sicuti animus, vita & mores cuiusque ferrent, imponeret appellationē: scilicet vt simpliciores, α & ο: qui verò praui essent, & minus recti, φ & ξ vocarentur: atque aliter alij iuxta cuiusquē institutum, & literæ ipsius habitum; aptum accommodando cognomen. Eiusmodi sanè legibus Pacomius monachos suos rexit. Quiquidē humanus maximè & Dei amans fuit, eò amplitudinis progressus, vt res quoq; futuras nō ignoraret: quippe quas præcipuè ex cōtinuo angelorū colloquio cognoscebat. In Thebaide autem philosophię suę officinam habuit, in quadam insula quæ Tabenna nominata est: à qua hucusque Tabennesiatæ dicuntur. Qui cum tempore

Monachorum Tabennesiorū leges.

Ascetæ cuiusdam scitè dictum est, Monachum, nisi opus facis, ausim hominis esse persimilem.

Anni 50 ingressa, hoc est probationis.

perceptio sacræ sanctæ Eucharistiæ.

Tabenna insula.

tempore magna cæpere incrementa, adeò vt septies mille, & quidē admodum celebres, vitam eis quas diximus legibus ad exactā prorsus rationem agentes extiterint. Intra Tabennā namque cum quibus eriā Pacomius erat circiter mille & trecenti fuisse dicuntur. alij autem per Thebaidem, & reliquam Ægyptū coluere. Eorū omnium vnum erat institutū, vnus viuendi modus communia omnia inter se habentiū. Insulam ipsam quasi metropolim quandā esse putabant: & qui ibi rebus præerant, patres. Ex quibus quoq; qui instituti eius æmulatores erant, cœtui cuique & domicilio præfectos suos accersentes accipiebant. Hæc de Pachomio. Eadē verò ætate & Appollonius ingenti erga diuinam philosophiā amore flagrans pollebat: qui quindecimo ætatis anno solitariæ philosophiæ initiatus sacris, quadragenarius diuinæ obsequēs visioni in publicū ad loca hominibus habitata rursus prodiit, atque in Thebaide tuguriolū sibi condidit. Et quum in primis Dei esset amantissimus, admiranda edidit opera: nihilque retū omisit omniū quin in eis præcipuè excelleret, quęcunque ad id genus philosophiæ pertinēt. Moribus fuit optimis & in pietate prolixè docenda magna gratia. In precationibus adeò habuit benignum & propitium Deū, vt ab eo orans nihil non exoraret. Et pro sapientia sua ea prorsus petebat, quæ facilè Deus tribuere solet. Floruit tū quoque Anub ille, quē post confessionē pro Christo in persequutione obitā, ferunt nunquā postea mendaciū dixisse: neque quidquā terrenæ rei concupiuisse: quæ verò à Deo orasset, omnia obtinuisse: angeloque adeò institutore vsum, pietatis virtute exercenda ad summum vsque peruenisse.

Septies illis eiusdem instituti monachi.

Apollonius monachus.

Anub.

De Palestinæ & Syriæ monachis. cap. 15.

ὁ ἁγιώτατος Hilarion Palæstinus monachus.

† Thabatha, ἔσχατα.

SEdenim de Ægyptiis monachis hęc satis est dixisse. Inde verò etiā Palestina * peragrata, eandem philosophandi rationē complecti cœpit. in qua primus floruit Hilariō: cui patria fuit vicus nomine † Thebasa, quæ non minus quàm quindecim stadiis à Gaza abest, austrū versus ad torrentem sita, qui mare influens vernaculum à vico ipso accepit nomen. Quū autē Alexandrinas frequētaret scholas, Antonij fama quę tū increbuerat audita, videndi eius gratia solitudinē petiit: & aliquantulū cum eo moratus, idem vitæ institutū sequi constituit. Quòd verò ad Antonium quotidie multi ventitarent, voti cōpos fieri non potuit. Itaque in patriam reuersus, quū parētes eius è vita hac migrassent, substantia sua omni fratribus & egenis distributa, nihil sibi ex ea reliquū fecit. Ex mox deinde in loco quodam maritimo, viginti stadiis à vico distante, tugurium è latere sibi extruxit, congerie fractarū testarum rectum. Cuius tanta fuit latitudo, longitudo, & altitudo, vt stantē eum caput inclinare, recūbere autem valentem pedes ad seipsum † contrahere necessariò oporteret. Hic rebus omnibus per assuetudinem, promptā sibi & facilem faciebat eerumnā. in Atque moderatione & temperantia egregiè elaborans, nullum prorsus ex factis suis concepit fastum, quum quidem ea in re superiorem haberet neminem. Corporis autem voluptates & animæ blanditias edomans, cū inedia siti, frigore, & æstu strenuè conflictabatur. Mo-

† συμπιέζειν

Miracula ingentia ad diui Hilarionis monumentū.

Memoria diui eiusdem.

De monachis Ponti, Europæ, & Italiæ. & inibi de Eustathio Sebastiæ episcopo, qui autor & antesignanus eorum fuit item de sancto Ephraim. cap. 16.

APud Armenios verò & Paphlagones, atque in Ponti montibus, Monasticam philosophiam colere primū cœpisse Eustathius fertur, qui Sebastiæ Armeniorū sacris Ecclesiæ rebus præfuit. Tanto autem studio consectatus esse dicitur institutum, vitam vestitum (quo scilicet vtendum esset, & quo non) morúmque exactum modū, vt etiam qui Basilio magno adscribitur liber, & Asceticus dicitur, opus istius esse à multis feratur. Vulgatum porrò de eo est nimis cum exacta cura & diligentia in absurdas quoque impegisse obseruationes, Ecclesiastico canoni minimè accommodatas. Sunt tamen qui eum reprehensioni eximunt, & quosdam ex lectatoribus eius eo nomine incusant. Nam illi precationibus, in domibus virorum qui in matrimonio viuerent, etiāsi presbyteri essent, operari recusarūt, eósque nec alloquio dignati sunt. Diebus quoque Dominicis ieiunia seruarunt, & conuentus ecclesiasticos plurimùm domi ege-

Item Abrilli Alexionis, Alaphij.

Iulianus monachus ad Edessam.

Daniel. Simeon.

Eustathius Sebastiensis Armeniæ episcopus, antea monachus.

Absurdæ sectatorum eius obseruationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt. Locupletes extorres prorsus regno cœlorũ esse duxerunt. Qui vel semel carnes edissent, eos repudiarunt. Vestitum monachorum aliorũ consuetum reiicientes, nouo atque insolito amictu sunt vsi. Sed & alia multa nouarunt. Ab iis multę non obscuro loco natæ fœminæ seductæ, sub continentiæ prętextu, maritos suos quibus adolescentulæ nupserant, reliquere. Postea autem quum continere se non possent, in libidinis lubricum sunt conjectæ. Fuere ex eis quæ capillo cęso, quod mulieribus fas non est, virilem habitum sumpsere. Horum gratia ab episcopis finitimis Gangrẽsis apud Paphlagones Synodus coacta est: in quâ decretum, vt ab ecclesia catolica illi excluderentur, nisi ea quæ diximus omnia anathèmate confodere animũ induxissent. Quapropter Eustathius, vt ostenderet, non importuni aut præfracti moris causa, sed pietatis erga Deum exercendæ gratia, se eiusmodi leges tulisse, vestem insolitam mutauit, & habitu eodẽ quo reliqui sacerdotes deinceps vsus, itidem vt illi in publicum est progressus. Et quum vita talis esset sermonem quoque congruentẽ ei habuit, non ille quidem eloquentia pollens, quam exactiore cura & diligentia non didicerat, moribus autem admirandis vtens, facilè multos persuasione sua, quò volebat duxit: adeò vt viros quosdam & mulieres in fornicatione degẽtes, castiorem exactiorémque viuendi rationẽ sequi persuaserit. Ferunt sanè, virum quendem & mulierẽ per prętextum Ecclesiastico more cœlibatũ colere assimulasse, eosdémque in claudestinę cõsuetudinis infamiam decidisse. Eustathium porrò magnopere persuadere eis annisum esse vt congressu eiusmodi supersederent. Quum autem nihil efficeret, altius suspirio ducto, dixisse, pleraque mulieres quæ cum viris suis secundum matrimonij leges, vt fas est vixissent, ab eorũ virorum conuictu oratione sua adductas desciuisse, castitatémque complexas esse. apud hos autem qui inter se contra leges consuessent, inefficacẽ orationis suę suadelam esse, atque hic quidem in eis orbis partibus summi instituti absolutæque philosophiæ dux & autor fuit. In Europa autem per Thraciã & Illyricum, etiamsi homines monasticam consuetudinem ad id vsque tẽpus ignorarent, non omnino tamẽ viris Christianæ philosophiæ peritis regiones istæ caruere. Floruit apud hos Martinus ille, qui Sabariã Pannoniæ patriam habens, quum generis, tũ militiæ splẽdore adeò clarus fuit vt honores etiam sit meritus & ordines duxerit. Sed ille Cęsarianam diuinæ militiæ posthabuit. In Illyrico primũ philosophatus: atque inde variis persequutionibus & insidiis expetitus, secedere est coactus. Multos nanque ex episcopis, qui Ario contagionem conceperant, manifestò deprehensos coarguit. Ac deinde Mediolani secum ipse vixit. Vnde Auxentij, eius vrbis episcopi non rectè de Nicænis decretis sentientis, insidias veritus, discessit: & se in insulam quandã, quæ vernaculo nomine * Gallinaria dicebatur, abdidit. In hac alimento radicum barbarum vixit. Insula autem ipsa exigua admodum est, & edificiis carens, Tyrrhenũ respiciẽs mare. Atque inde abductus, administratione ecclesiæ Turonensis suscepit. In tantũ verò diuinis resplendit donis, vt & mortuos in vicis restituerit, prodigiáq; & miracula plurima, quæ non multũ ab Apostolicis abessent signis, ediderit. Eodem & tempore & loco simul quoque Hilarius ille viguit, vir diuinus, qui quũ Martinus profugeret, eandẽ sustinuit fortunã: quippe qui eodem cum illo ardore in fidem ferretur. Hic † Pictauiensem gubernauit ecclesiã, atque de fide, & aduersus quosdam qui alienas à sana doctrina afferrent opiniones, libros ad persuadendũ valde appositos cõdidit. Apud Italos sanè & in locis vlterioribus enituere Eusebius & Lucifer, patriæ eloquentiæ vi alios omnes antecellentes. Eusebius etiam ecclesiæ Vercellensi præfuit: Lucifer verò, sicuti mox dicemus, nominis sui * hæresi præiit. Præterea Flauianus & Paulinus clari tũ fuere, qui postea Antiochenæ ecclesiæ res administrauere: quib. etiam Leontius, quod sententiis ab eo discordarent, episcopatũ abrogauit. Ii sunt, qui Eustathio in exilium deportato comites fuere: qui sanè nihil prorsus tẽporibus illis, de sacris Antiochenæ Ecclesiæ curis, ac potius de tota sinceriore pietate * vitiari sustinuit. Eadẽ hac ætate Ephraim Syrus pręclarus fuit, qui quidẽ longo interuallo omnes prędecessit. † Hic Nisibin patriam habuit, & in monachorum philosophia exercitatus, breui tantũ in lingua Syrorum, quum quidẽ eam prius ab aliis nõ didicisset, neque specimen aliquod aut spem, talem eum fore, præbuisset, profecit, vt quũ pietatis exercitio ad summũ contẽplationis peruenerit, tum splendore, facilitate & suauitate verborum, necnon densitate & grauitate sententiarum, etiam præclarissimos quosque Græcorũ, qui eloquentia antiquitus excelluissent, superauerit. Etenim si quis illorum Græca scripta in Syrorum fortè aut aliorum peregrinã linguam transferret, & florentem illam Græcorum ornamentorum gratia, decentémque nitorem & fucum verborum detraheret, illico quoque adscititiis coloribus deficientibus, sententiarum obscuritas sese prodebat. At Ephraim longè alia erat oratio. Nam quum eo adhuc superstite, atque etiã defuncto, postea libri eius in Græcam linguam conuerterentur, non longè admodum à propria & natiua decedebant virtute. Mirum quidem auditu est, eundem & Græcè & Syriacè legi. Quã ob causam magnus ille & oratione & virtute Basilius, qui Cappadocũ metropolim episcopatu suo exornauit, summopere virũ est admiratus, eundémq; eruditionis nomine beatum censuit. Vt tanti viri tam certò testimonio manifestũ sit cõmuniter quoque à Græcis, qui tũ clarum in eloquentia obtinuere nomen, præstantissimum omniũ Ephraim indicatũ esse. Vox sanè Basilij talis, non temerè prolata esse existimanda est. Dicitur autem diuinus Ephraim trecentas versuum myriades cõscripsisse. Multi quoque ei fuere discipuli, qui institutionẽ & Philosophiã eius sunt æmulati: in quibus celebriores sunt, Abbas, Zenobius, Abraham, Maran, & Simeon, apud Syros ingẽti gloria viri: & alij quibus cum prætetea hunc virę modũ illi cõmunicauere. In

† *Diuus Hilarius coniunx fuit. Nõ necuit tibi progenies, non obstitit Venus, Legitimo coniunctã toro, nõ horruit illa tempestate Deum thalamos, cunabula, sedas. Sola erat in precio, quæ nunc incognita viris tu Sordet, & attrito viuit cum plebe cuculla. Bapt. Mantuanus.*

locis

in Mari Tusco contra mũtes Lygusticos sita. Mortuorũ resuscitatio, et alia eius miracula.

Diuus Martinus Pannonius.

Vir fornicatorũ cœlibatum & monachatum prædicatens.

Gangrensis Synodus horũ in stitutum damnauit.

In locis verò eisdem, facundia maximè præstantes, Paulonas & Anarad extitere: qui deinde lapsi sana excidere fidei doctrina. Alij insuper apud Osroenos fuere, eodem prędari modo Bardesanes, & filius eius Harmonius. Et pater quidem nominis sui hæresim instituit: filius autem Græcis disciplinis satis eruditus patris vocibus legitimis modis musicisque numeris inclusis, * ordine circulari eas cani instituit, quos ex eo tẽpore hucusque Syri psallentes vsurpant: nõ illi quidẽ carminibus ipsis, sicuti ab illo sunt prodita, sed sonis tantum eorũ vtentes. Nam ille ad paternam delapsus hæresim, eadẽmque cum Græcis de animæ generatione & corporis interitu, necnon de futura regeneratione opinatus, lyricis modulis doctrinas eiusmodi aspersit. Quibus multi ex Syris propter verborũ venustatẽ & sonorum numeros demulsi, paulatim opinionibus talibus recipiendis sunt assuefacti. Cæterùm diuus Ephraim ea re cognita, quanuis Græcarũ artium expers, Harmonij numeros moderatus est: atque eiusdem modulis, carminibus Ecclesiasticæ sententiæ cõsonis, adiectis, Syris ad hoc vsque tempus ea canenda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat, & laudes prętereа virorũ qui instituto Deo placuere canit, ad Harmonij carminũ leges composuit: à quibus, vt equidẽ puto, per æmulationis ardorem, posteriores ecclesię cantores modulorum formulas mutuari, magis etiam atque magis augere atque propagare eas sunt aggressi. Qualis igitur is sermone fuerit, vel ex hoc ipso coniicere licet. Vita verò ei valde exacta, & bonis operibus spectata fuit. Quietam etiam multo studio est sectatus. Et propter morum castitatem tantopere calumnias deuitruit, vt ferè à conspectu mulieris prorsus abhorruerit. Fertur sanè, quum mulier quædam nulla prorsus vitæ disciplina, & pudore nullo, in angusto admodum loco ei obuia facta, siue consultò veluti virum tentatura, seu ab aliis vt hoc faceret mercede cõducta, oculos sine intermissione in eum cõiicerer, increpans in terram eam prospicere iussisse, illámque respondisse: Sed quomodo tandem terram ego intuear? quum æquius sit te eam respicere, qui ex ea conditus sis, quàm me ortum ex te habentem, proindéque rectè te respectantem. Quod mulieris verbũ ille admiratus, deinde scripto mãdauit. Atque id Syri in primis memoratu dignũ ex illius rebus esse cẽsent. Et primùm quidẽ is sæpe ira victus est: posteaquã autẽ monasticę philosophię incumbere cœpit, nunquam cõmotus esse visus est. Atque aliquando, quum dies multos pro consuetudine sua ieiunio trãsegisset, & minister tempore cibum ei afferret, accidit vt is ollam frãgeret. Ephraim verò pudore iuxtà & timore correptum illum videns: Bono, inquit, esto animo. Quandoquidem enim obsonium ad nos venire renuit, nos age ad id accedamus, & ad ollæ fragmenta consedens comedit. Enimuerò vt vana etiam gloria superior fuerit, inde liquidò patebit. Designabatur vrbi cuidam episcopus; & iam qui se ad electionẽ abducturi erant, aduenichant. Ac ipse statim eo cognito, in forum progressus, veluti mente captus indecorè gradiebatur, non satis honestè vestem post se trahens, & quæ venalia erant furripiens, propalámque comedens. Sic ille mentis impos existimatus, electionem effugit. Et tantisper dum alius episcopatum reciperet, occultans sese latuit. Plurima sanè & alia memoratu digna, & qui de eo cõscriptus est liber, & prouinciales eius Romani simul & Syri de eo referunt quę cuiuis cognoscere est procliue. Vnum illud sanè quod memorabile, historiæ huic inferere visum est, quod ab eo ante obitum est gestum. Fames ingens Edessenorum vrbem premebat: atque ipse, qui multos annos nõ fuerat domo progressus, tum philosophandi studio aliquantum intermisso, prodiit: & in homines locupleteis, qui sic tupiter rerum necessariarum inopia ciues suos pereuntes despicerent, acriter est inuectus, arguens eos, quòd animarum curam neglecta, studium omne in corpore fouendo collocarent. Illi autem integritatem & paupertatem viri obseruanter veriti, minimè id sic esse affirmarunt: facile enim & promptum eis esse, indigentibus facultates distribuere: deesse saltẽ, qui in eo ministerio, pro eo atque deceret, fidelem se præberet, omnésque lucrò inhiare, & talia fœdè in quæstũ suum vertere, dixere. Tum Epliraim: Ego verò, inquit, qualis vobis esse videor? & illi, Honestus atq; bonus, respondere: & talis prorsus, qui opinioni quæ de eo fertur, vita ipsa respondeat. Itaque, ille ait, paratus sum omnibus hac in re inseruire. Et multo ab eis sumpto argento, trecentas parauit mensas: & * in publicis porticibus eos qui fame affecti erant, acceptos, diligenter & benignè fouit: aduenas quoque, & alios qui inopia affligerẽtur, humaniter curauit. Idque tantisper fecit, dum fames ibi est grassata. Ea verò depulsa, ipse ad philosophiæ suæ officinam reuersus, ibi paucos post dies vita est defunctus. In ecclesia, clerici ministerium sumpsit. Vita autem monastica percelebris, ex æquo cum iis qui episcopati, doctrina, & vitæ sanctitate clari sunt, laudatur. Hęc pauca ex multis, quę ab Ephraim rectè piẽque facta sunt diximus. Res nãque eius omnes si pro dignitate earum exponere nos oporteret, aut etiam aliorum qui tum in eodem philosophandi genere elaborarunt, quomodo scilicet eorũ quisq; vixerit, & quali morũ instituto vsus sit, qualis ipse fuit, scripto esset opus. A nobis certè quidẽ id pręstari omnino nõ potest cùm propter orationis & styli tenuitatẽ, tùm quod res eorum rectissimè gestas ignoramus. Nam illorũ multi in solis degentes locis, vt plurimùm latuere. Quòd si nonnulli in vrbib. domicilia sua habuere, quòd viles esse apparerent, & nihil ab aliis differre viderẽtur, cõsulrò actiones suas celarũt. Nã humana laude repudiata, soloque Deo actorũ suorũ teste aduocato, minimè ab hominib° gloriã sunt aucupati. Atq; equidẽ de viris qui imperij eius tẽpore monasticã philosophiã sunt sectati, & secundũ ecclesiæ leges perfectè & exactè in plerisq; Romani imperij locis tum vitã exegere, hęc mihi cõperta sunt.

De Didymo item de Ario & Appollinari, hæreticis Cap. 17

TEmporibus autem eis clarus etiam fuit ecclesiasticus scriptor Didymus, scolæ sacrarũ disciplinarũ Alexandriæ præfectus. Neque verò laudẽ in ea eruditione tantũ meritus fuerat verũ etiã omne genus alterius sapiẽtię summo excoluerat studio. Pẽticã nanque & Oratoriã perfectis-

x

Bardesanes, Harmonius.

Syrorũ musica.

** κατὰ κύκλον ἀδεῖν χορδὴ πρὸς χορδήν.*

Bardesana hæresis.

Ephraim Syrus in pœnitentia sua habere dicitur.

Ephraimum Basilius magnum admiratus est.

Eiusdem facetè dictum & factum.

Simulatione insaniæ, quomodo episcopus cõseruatus sit Ephraim effugit.

Hilarius Pictauiensis.

Eusseb. Vercellensis episcopus

**Quę & Homonymianorum dicta. Lucifer sardense. Flauianus. Paulinus. Eustathius Antiochenus. Ephraim Syrus. *Συγγραπτὰ λεύσσων.*

Ephraim ἀπὸ λύγχρωος.

Discipuli eiusdem.

Ephraim famis tempore pauperibus eleemosyna, quam à locupletibus acceperat, distribuenda inseruit.

** ἐν τοῖς δημοσίοις ἰμβάλοις.*

Didymus Alexandrinus doctor, & ecclesiasticus scriptor cæcus, naturæ miraculum.

sancti monachi τὸ λάθε βιώσας. confectati sunt.

Acutè meretricula cuiusdam ad Ephraimũ dictum quod ipse versib. Syrus inclusit.

sime didicerat, de astronomia autē & geometria E numerorumque proportionibus & cōuenientis nihil eum latebat. In diuersas philosophorū opiniones tāta incubuerat, vt eas exactè perdisceret cura, vt præterea aliud nihil scire videretur, quæ sanè omnia acumine mentis & auditionis percepera. In puericia nanque visum prorsus amisit, quum elementa prima discenda ei essent. Ephebus verò artium liberaliū eruditionē adamauit, atque in scholis præceptores audiebat tantum. Eo verò sapientiæ breui peruenit, amplitudine & celeritate ingenij, vt mathematicarum artiū obscura, & theorematū speculationúmque arcana exactissimè addidicerit. Et quum cæcus esset, literarum noticiam manuū contrectatione assequutus esse dicitur: nam earum formas in tabula altius exsculpas, sæpius tangendo cognouit. Alia porrò, vt syllabas, literarúmque cōnexiones, & F quæ ordine consequuntur cætera, propter naturæ acumen, animo & auditu peruestigata percepit. Præcipuúmque ipse miraculum fuit, quū audiretur & conspiceretur. Multi quidem vel vt virum eum tantū viderent, vel vt suauē gratámque eius orationem audirent, Alexandriam venere. Pro Nicænis verò decretis pugnans, Arianis restitit, eósque orationis suæ suadela, quā vi nulla adhibere videbatur, pressit. Et ad eos qui secum disputabant, verba faciens, rerū controuersarum iudiciū detulit. Et quum ad morē gerendū & cedendū facilis, tum orthodoxis eo nomine charus maximè fuit. Nec ab his tantū, sed etiā à monachis Ægyptiis magno honore cultus est. Præcipuè verò eū clarissimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus est. Quem dicunt, quū Alexandriam venisset, vt Athanasio fitmæ certę G que fidei perhiberet testimonium, hæc ad Didymum proloquutum esse verba: Non est Didyme, quod teipsum mœrore conficias, propterea quod oculis careas, quos mures, lacertæ, & vilia animalcula habent. Voluptate potius & lætitia efferri te conuenit, qui itidem vt angeli internis maximè vigeas oculis: quibus clarè immortalem & diuinam cognitionem percipis, veritatémque ipsam exactè perspicis. Hic hosce reliquit libros In totum Psalmorum librum varios cōmentarios, in Oseam & Zachariam libros quinque, in Esaiam libros duodeviginti, in Euangelium secundum Mathæum & secundum Ioannem non paruos commentarios scripsit. Insuper contra Arianos, & de Spiritu sancto, aliáq; scripta plurima composuit. Floruit eadē ætate Syrus quoque Ætius, qui ab eis disputator admirandus habitus est, qui diuersa à nobis docēt. In altercationes quippe, verborúmq; contentionibus, ratiocinationibus, & fallaciis ludificantibus, valde cōmotus, vt qui ex professo in rebus eiusmodi studium omne consumpsisset. Et proinde quod talis esset, quódque facilè quidquid sors tulisset, malè feriatus de Deo theologaretur seu blateraret potius; ἄθεος & contēptor deum appellatus est. Patria ei fuit Cœlesyria. Cuius pater quū in militia aduersis rebus cōflictatus tandē interiisset, bona eius qui tum rerū potiebatur Princeps publicauit. Qua re vnà cum matre Ætius ad extremā redactus pauperiem, ad aurificū artem discendam se contulit, vt quocúque posset modo victū sibi pararet. Ea arte vbi satis est visus, propter ingenij vim ad dicendi disciplinā est cōuersus: Paulinúmque audiuit, qui ex ecclesia Tyra Antiochiā fuerat translatus. Porrò mortua matre, cuius gratia aurū conformanti arti operā nauauerat, torus statim indicendi studiū incubuit. Breuique certamen subiens, multos disputando conuicit. Postquā autem Eulalius post Paulinū in Antiochena sede est collocatus, multitudo ingens motu aduersus Aetiū concitato, vrbe eū expulit. Quo tēpore Anabarzū Ciliciæ concessit, atque ibi artem rursus suā ita parandi victus gratia exercuit, vt non prorsus dicendi certamē omitteret. Accidit rum, vt Sophista quidā Aetij ingeniū admiratus, artē suam cum eo cōmunicandam duceret. Atque ille in Sophistæ domum receptus, homini inseruiēs, omne (vt fieri solet) famuli ministerium præstitit. Sophista grammaticen & logicē ei tradidit. Ipse verò quum herū ob minus rectā de diuinis oraculis opinionē argueret, mercedē bene de se meritā domus * abdicationem tulit. Atque inde iectus, cum Athanasio Anabarzi antistite vixit, apud quē Euāgelistas exactè excutiens legit. Deinde Tarsum ad Antonium, Luciano martyri notū, venit. A quo Apostolum discens, satis diu cum eo, quum adhuc in presbyterorum ordine esset, mansit. Vbi verò Antonius episcopi functionē suscepit, neque iam doctrinę, qua Aetium erudiebat, vacare posset, ille Antiochiam est reuersus. Et ibi quum à Leoncio adhuc presbytero Luciani martyris & hic habitus sectator) prophetas, atque imprimis Ezechielem doceretur, propter linguæ intemperantiam, & sententiæ impietatem, inde rursus est expulsus. Itaque Sophisticam exercens, & certamine cum eis qui clari eo studio erant congrediens, loca multa circumiit. Postea verò & medicam artem accurarè didicit. Sopolis in tali disciplina doctor eius fuit, vir in eo studio nemini secundus. Ipse etiam Ætius optimus in eo habitus, gratuito pauperes curauit. Quod si aliquando egeret, noctu ad quempiam artis suæ peritum, ne interdiu à studiis potioribus abduceretur, adibat: & aurum, quod accuratiore arte elaborandum esset, petebat: atque opere celeriter perfecto, & à conductore operæ suæ mercede accepta, vitam tolerauit. Leonito verò ad episcopatum Anthiochenum euecto, Ætius ab eo diaconus designatus, & ad munus in ecclesia docendi delectus est. At ipse diaconum suspicere veritus, docendi functionem non reiecit. Atque ibi satis diu versatus, Alexandriam venit, Athanasium oppugnaturus. Vehementer nāque de consubstantiali propugnando Athanasius egit. Et quum à quibusdam ad episcopatum Ætius recipiendum delectus esset, dignitatem eam contempsit. Sanè antequam Ætius ad Arianos defecisset, tametsi illi ab ὁμοούσιον consubstantiale profitentibus dissidebant, nihilominus tamen preces, hymnos, consilia & res propè omnes cum eis communicabant, mystico duntaxat sacrificio excepto. Ex quo autem ille primus secessionem facere cœpit, omnibus consentientis conuentus amicitiæ, & consuetudinis vinculis ruptis, in aduersas eis qui in alia essent opinione maxime partes per factionē transiere. Tum verò & Eunomius Ætij sapientiæ fama adductus, ex Cappraclarum Antonij Abbatis ad Didymum dictum.

didymi libri.

Ætius.

τροφεύς.

ἄθεος is dictus.

Idem propter pennriam auri fcm factus

Idem in matrē pius.

Aetius antiochiæ expulsus Anabarzi sophista operam dat.

Sophista eum domo exigit.

* ἀποκηρυ-ξον.

sacras literas Tarsi discit.

Antiochia rursum exigitur.

Idem medicinæ factus.

Gratuitò ægros curauit.

Socrat. lib. 2. cap. vlt.

πλὴν τῆς μυστικῆς θυσίας.

Eunomius Aetij sectator.

Aetius Galli familiaris. Galli in eundē odium.

Gallus Iulianum fratrem ab idololatria auertere per Aetiū studuit.

Duo Apollinarei.

Epiphanius sophista Laodicensis, Apollinarij amicus

Apollinares propter consuetudinem quæ illis cum Epiphanio fuit, excōicati. Hæresis Apollinaristarum.

* πλάτα-νος.

ex Cappadocia Antiochiā profectus est, & Secundo se ibi cōiunxit: qui illum Ærio Alexandriæ adhuc degenti, cōmendauit. Atque hic alter alteri obstrictus, ille quidem docens, hic autē discens, in sacris vterque desudabat doctrinis. Ætius Gallo quoque Cęsari notus fuit: cui quū religio magnopere curæ, tū viri qui sacris literis & ecclesiis nauarent, chari fuere. Quapropter talium dissertationum causa, in hoc quoque genere disputationū vt illi gratior esset, se exercuit. Dictus enim est Aristotelica quoque opera perlegisse, & ad eos qui talia Alexandriæ docerent frequentasse. Cæterùm quod in Galli odiū, propter peruersam suam opinionem inciderat, iussu illius alterum ei crus perfractū fuisset, nisi Leontius Antiochenus idissuasione sua condamnationis calculū amouisset. Verùm enimuerò Gallus in conspectum suū eum primum admissum B charum maximé habuit: & ad Iulianum crebrò misit quum illū ad Græcismum & idolorū cultum deficere intellexisset, vt scilicet hominē ex impietatis barathro extraheret. Quin & diuinarum literarū doctorē illum Gallus instituit. Hęc de Ærio. Quomodo autem ad episcopatū euectus, non exigua pars eorum fuerit, qui τὸ ἀνόμοιον καὶ ἑτερούσιον, hoc est, inæquale & altero substantiale docuerunt atque etiam exautoratus solum exilij causa verterit: Eunomius autē multo eo deterior, factione eius sycophātia circumuental, in locum eius suffectus sit, & de ipso etiā Eunomio postea dicemus. Eodem tēpore Laodiceæ in Syria viri etiam duo floruere cognomines, pater videlicet & filius: vtrique enim Apollinaris nomen erat. Et pater presbyteri, filius lectoris ordinem obtinebat. Ambo Græcarum di- C sciplinarum, Grammaticæ pater, Rhetoricæ filius, magistri erant. Senex Alexandriæ ortus, Beryti docuit: & ducta Laodiceæ cōiuge, Apollinarim filiū progenuit. Et cum Epiphanio Sophisticam profitente, illi simul florentes, cum vt veri amici sunt cōplexi. At Theodotus Laodicensis tum episcopus, quòd metueret ne continua illius consuetudine ad Græcā impietatem declinarent, familiaritate illius eis interdixit. Sed illis Epiphanij amicitia, episcopi edictis potior fuit. Proinde & Theodoti successor Georgius, quum multa tentasset, vt illorum dirimeret coniunctionem, postquam operā suam frustra esse vidit, Ecclesiastica eos prohibuit communione. Quo facto pro insigni cōtumelia accepto, filius Sophisticis fretus * capturis & argutiis, nouam quandam hæresim instituit, nomē autoris ipsius referentem. Eā & alia opinio, non ob eam quam scilicet diximus causam, illū à Georgio desciuisse D sed quòd Georgius aliena prorsus & absurda opinione nūc Atij defendēs sententiā, nunc æqualem patri filiū profitens, cōuentui Seleuciæ acto assensisset: ea illum arrepta occasione, discessionem ab eo fecisse: & quum id nemo curaret, opinionem nouam inducere conatū fuisse. Docuere autē Apollinares, Dominū carnis œconomiā & functionem factis ipsis obeuntem, animam non recepisse. Ac rursum veluti absurdirate ea per pœnitentiam correcta, animā quidem recepisse addidere, eam autem humanam non habere mentē. Satis nanque ei pro anima diuinitatem fuisse, quę hominē assumpserit. Atque ea re vna ab Orthodoxis dissidentes, in aliis eadem quæ Nicænorū decretorum studiosi, sentiebant. Verūm de his postea quoque loco suo dicetur.

De Theophilo Indo. cap. 18. *Theophilus Indus.*

FVit tum etiam propter virtutem & doctrinā magnopere laudatus Theophilus ille, qui cognominatus est Indus: non ille quidem hæresis alicuius autor, sed Arianismo plurimū addictus. Qui sub Cōstantino ab Adiabenis admodū adhuc iuuenis, † obses, in Romanorum ditionem fuerat missus. Adiabene verò regio est Indica, ampla & celebris. Ac Theophilus consuetudine diuturna adeò mores ad Romanorum instituta conformauit, vt & monasticam delegerit vitam, & diaconi susceperit dignitatē, Eusebeo Nicomediensi manus ei imponente. Quum autem legatio à Cōstantio propagandæ veræ pietatis & confirmandæ fidei gratia, ad Oriētales nationes mittenda esset, ambitiosa munificentia eam instituit: & princeps eius quē modò dixi, Theophilus designatus est. Cōstantius sanè perquàm magnificè, vt quàm maximè posset gratiosum eū redderet, ad ducentos generosos è Cappadocia equos nauibus impositos, aliáque insuper dona ad illos perferenda Theophilo dedit, vt scilicet illi simul & liberalitatis eius amplitudinē & animi magnitudinē admirarentur. Et Theophilus legationem obiit, cámque ad finem debitū perduxit. Nā qui in regionibus eis regnum obtinebat, à Græca superstitione ad veræ pietatis religionē deflexit. Et ecclesias tres in diuersis locis erexit, non tantum quæ ab imperatore missa acceperat donis, sed maximè etiam quos ipse addiderat sumptibus, per animi alacritatem cum illo concertans. Ecclesiarum istarum vna in metropoli & principe vrbe totius gentis, Thapharum eam nominant: secunda in loco vbi Romanum emporium erat, extrorsum ad Oceanum versum regio Adane vocatur: tertia in alia terræ eius parte, vbi est quod Persicum emporium dicitur. In Persici maris ore constructa. Theophilus porrò reb* apud Homeritas ampliter dispositis, rēplissque eis cōsecratis, atq; etiā pro rerū copia exornatis, in Adiabenē quam patriā eius esse diximus traiecit: ac deinceps in reliquam quoq; indiam trasiit, multāq; quę apud eos non ritè agebātur, correxit. Etenim confidentes Euangelicū audiebant oraculum, aliáque multa faciebāt, quæ sanctiones Ecclesiasticæ non iubebant. † Ea omnia pulchrè immutans, ad Ecclesiæ placitū morem composuit. Vna saltem, & quidē maxima re incōmodans quod τὸ ἑτερούσιον altero substātiale colere docuit. Porrò ex India & Arabia magna, ad Auxumitas Æthiopes est progressus, qui in primis rubri maris littorib. habitabāt, quod Oceanus sese illi in sinuās efficit, quod sanè rubrū mare, in maximā longitudinem protensum, in duos diuiditur sinus. Horū alter quidem ad Ægyptū exundans, procedit, vbi etiā nomen sibi suū ferre desinit: quem antiquitùs filij Israēl Ægyptios fugientes, siccis pedibus trāsiere. alter ad Palestinā excurrit, prope vrbem cui vetus nomen est Aela. † *Apud Suid. est, Theophilū hunc veluti quandā Apostolicā imaginem fuisse, qui etiā mortuum reſuscitasse dictus sit. Testarúmque id de eo esse Thalassiū familiarem eius virū in quem mandacy supplicio non caderet multósque præterea alios, qui ætate ea vixere.*

Thapharum.

Adane regio Homeritæ Arabici populi fuit. Plin. lib. 6 cap. 28.

Res Ecclesiasticas in Oriēte Theophilus ordinat.

Auxumitæ populi. Rubri maris duo sinus.

Aela Vrbs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In rubri istius maris partibus exterioribus, ad si- E nistram Auxumitę sunt, quorum metropolis est Auxumis. Ante hos verò ad extimum pertingentes Oceanū, Oriętem versus, Assyrij: apud quos etiam hanc appellationem habent, quos Alexander nuper ex Syria pulsos, colonos eò deduxit. Ij ad hoc vsque tempus patria vtuntur lingua. Omnes autem nigerrimi sunt, acutis solis radiis eos adurentibus. Apud quos maxime prouenit xylocasia, & casia, & casamum, & cinamomum: necnon innumerabilis elephantorū multitudo. Et Theophilus rectè constitutus Auxumitarum rebus, in Romanorū reuersus est ditionē. Atque post reditum in magno habitus honore, suā quidem ille vrbem, aut ecclesiam, cui episcopus præesset, fortitus non est. Vbique tamen locorum propter hominis reuerentiam, in eum vt miraculum quoddam, omnium coniecti oculi erant: F donec Aetio & Eudoxio in exilium, quod consilia cum Gallo communicassent, eiúsque rebus fauissent actis, & ipse Heracleam in Pontum est deportatus, Gallo in intimis habitus.

Auxumitæ Assyrij.

Exilium Aetij Eudoxij, Theophilii.

De Philostorgio, & quæ is scripta reliquerit: de felici Arabia, de quatuor magnis fluminibus, & de paradiso. Cap. 19.

SEd enim quæ Deo inuisus Philostorgius de Ostententia Theophili, quem diximus memorię literis mandarit, ex nunc paucis perstringemus. Dicit enim in sinū Persici maris, quod ea in parte Oceanus sese effundens, vastum & circumcirca multas gentes complectēs efficit, quum alios maximos fluuios, tum Tigrim se vndis suis inferre. Qui cum Apeliotem versus sub Hyrcano mari in Cordyæis manifestò sibi ipsi redditus emersit, iuxta Syriam profluens, simulátque Su- G sidem terram pertingit, Euphrate ibi se ei commiscente, magnus iam & aquarū vi rapidus, ingenti & fragoso sonitu prouoluitur. Vnde illum Tigridis feræ cognomen accepisse ferunt. Priusquàm autem in mare delabitur, in duo ingentia flumina scissus, ostiis duobus longè inter se dissitis, in Persicum se mare conijcit, multum terræ in medio concludens: cámque fluuialem simul & maritimam insulam efficiens, quam gens Mesenorum incolit. Euphrates autem fluuius ex Armeniis manifestò apparēs exoritur, vbi mons est Ararat, ab incolis ita appellatus: ad quem aream Noæ constitisse, sacræ produnt literæ, cuius etiam nunc ibi lignorū & clauorū non paucæ seruantur reliquiæ. Inde primum exiguus profluens Euphrates, quo longius fertur, eo maior existit, plurima alia flumina in alueum simul & nomen suum excipiens. Maiore autem & minore Armenia emensa: vltrà progreditur, eam quæ peculia- H ri nomine Euphratesia dicta est, deinde etiā reliquam secans Syriā. Hac porrò & illa post se relicta, omniq; * generis qua fluxit, helice diuulsa, vbi Arabiæ propinquaturus est, refringitur: ac obliquè in circulum contra mare rubrū prolabens, & regionem non paruam inuosè claudēs, ad Cæciam ventum cursum conuertit. Inde vbi inter Boreā & Apeliotem medius constitit, & ad Tigridem flumen procurrit, non totum se ei immiscet, sed portionibus tantum quibusdā medio interuallo amissis, parte reliqua, eáque maxima & nauigabili, in Tigrim eundem apud Susas omnis incidit, ac nomine suo amisso, cum illo

Mesene regio. Mons Ararat in Armenia.

Reliquiæ arcæ Noæ.

De Euphrate. Euphratesia Syria.

Ἀπὸ τῆς Διαπορείας ἐν ᾗ εἶναι πρῶτα Νῶε κιβωτὸν.

in Persicum deuoluitur sinum. Id porrò quod intra duo ita flumina protēditur terræ, Mesopotamię nomen obtinet. Enimuerò Tygris & Euphrates, quibus in locis emergentes appareant, dictum est: sacrę autem literæ nostræ è Paradiso eos profluere, verissimè commemorant. Ex eo nanque fontes & primordia lympharum suarum recipiētes, fortasse ad certum vsque locum super terram profluunt. Deinceps verò à vasta & harenosa solitudine excepti, atque ibi in profundum per cuniculos absorpti, nó prius deorsum versum currere desinunt, quàm ad angusta & lapidosa eius terræ loca pertigerint, progressúmque eorum ad inferiora præcipitem solum durius & solidius prepedierit. Vbi vndæ eorum continuè & confertim confluentes, vi & magnitudine sua directum eos deinde cursum tenere cogunt. Qui deinde subterraneo meatu fluentes partem aquarū eorum non minimā quę in medio est terra carpente, minores & tenuiores iā ad ea loca perueniunt, vbi ex cuniculis in apertū erumpunt. Quòd illi autē occulti subterraneo cursu longissimè voluantur, id non debet videri incredibile. Sunt enim & alia passim flumina & maxima & rapidissima, quę sub terra feruntur. Apparet id ex eo sonitu, qui ad aures nostras ab eis cū strepitu & fragore ruentibus perfertur. Et nonnulli, quod quū supra eos fluuios puteos effodissent, & quod se eis infernè obtulit solū lapidosum paululū rupissent, vnda perstrepēs cursum sursum versum cum vi quadā moliretur, vix ab eis qui ad summū putei os constiterant, sunt retracti & recepti. Atque illa subsequuta in riuū euasit, quem nulla cœli siccitas propter vim & fluxum perpetuum turbarit. Ineffabilis nanque Dei sapiētia, tanquā venas quæ opus essent suppeditantes, sic aquarū procursus tum occultos tum manifestos perfecit. Vnde quoq; prophetа Dauid illud cecinit: Ipse super maria fundauit eā, & super flumina preparauit eam. Maria scilicet quàm maximis terrę sinubus thesauri instar accumulans, solo eorū robustius consolidato, ad tantā vim & molē, quę in ea inferuntur, aquarū sustinendā. Flumina autem, cōmoda & munifica constitutione transitū eis liberū præbens, regionibus semper ex alto se summittentibus atque recedentibus, & ex sublimioribus ad humiliores oras aquarū ruentium momentis locū concedentibus. Idem ipse coniectura ductus, Paradisum ad Orientē sub æquinoctiali situ esse ait circulo. Primùm ex eo, quòd ad meridiem manifestum est loca ferè omnia esse habitabilia, ad extremum vsque duntaxat mare, quod * iam sol adurit, anno toto radios suos in id emittēs. Hęc

Mesopotamia.

Tigris & Euphrates è paradiso profluunt.

Fluuius ipsi sub terra aliquandiu fluunt.

Sciunt & experiuntur hoc homines metallarij.

paradisus vbi sit.

* *hæc quidem veterum prope omnium fuit opinio. Sed parum nostrorum memoria inceptore Colūbo Ligure nouā Hispanorum nauigatio magnam Africæ partem prisci hominibus ignotam: & plurimas in Oceano meridionali, & ei insulas habitabiles muenit, vt satis iam constet Oceanū non esse inertis magnitudinis. Sed insulas atque terras immēsæ etiam magnitudinis (nouum orbem vocāt) abūdare: quas homines colant. Et vniuersum orbem qui vbique sit vitalis aura particeps, non esse inhabitabilem: id quod antiquitus etiam primū Possidonium philosophum Panætij discipulum, deinde quoque Auicennam Arabem medicā obseruasse, quorundā est opinio.*

quippe

quippe est illa quæ media zona dicitur. Deinde, A quod is qui nunc ex Hyphasis dicitur fluuius, in scripturis sacris Phison nominatus, & ipse è Paradiso ortum ducens, ex Arctoris magis Orientis partibus meridiem versus profluere videtur, & in eius ipsius ore Oceanū aquas suas conijcere ex aduerso Tabrobanę insulę. Ad cuius fluminis ripas inuenitur quod caryophyllū vocatur, siue id fructus, seu flos est. Et persuasum habent qui ibi habitant homines, arborem eius, ex eis quæ in Paradiso sunt, vnā esse. Etenim ea quę supra eos est terra, admodū deserta est tota & sterilis. Quod autē is fluuius florem eum adfert, satis constat illum super terrā totū fieri, neque vspiā sub terrā in cuniculos demitti. aliter enim, quod ibi natum esset, perferre non posset. Habet & aliam flumen hoc notā terrenę cum Paradiso cōmistionis. Fertur enim, si quis febri laboret ardēti, & in flumine eo mergatur, derepētè eū mor bo liberari. Tigris verò & Euphrates, quod terrā subeant, & rursus emergant, non aliquid inde, vt Hyphasis, efferre possunt. Sed ne Nilus quidem. nā & hunc ipsum inde profluere, inspiratæ Mosæ literæ testantur. Gæon ab ipso, à Græcis autē Ægyptius appellatus. His nanque, quantū conijcere licet, è Paradiso prorues, priusquā habitabilē orbis partem attigit, sub terrā cuniculis immissus, inde Indicum mare subit, sub quo in orbem circumuolutus (vt cōiectura est, quis enim hominum hæc certò asseueret & demonstret) & præterea sub omni ea quæ in medio protenditur terra, ad mare rubrū procurrens, ac sub eo quoque prolapsus, in alterū eius defertur littus, sub id quod dicitur Lunæ promontorium, (vbi duos fertur efficere fontes, non parum inter se distantes, & sursum versum magna vi & fragore prorumpentes) & inde per Æthiopiam prouo- C lutus, in Ægyptū procurrit, per altissimas rupes strepitu immenso precipitans. Addit insuper & illud, tractum illum orbis ad Orientem & meridiem omnem, quantumuis in immenso ardore, maxima tamen & rabustissima ferre omnia, quæ vel terra vel aqua gignūtur. In eo enim mari admirandæ magnitudinis immania cete reperiuntur, quę sæpenumero Oceanum cum nauigantibus pelago innatantia & emergentia apparuerunt, & terra ipsa elephantos habet longè maximos & vastissimos: præterea eos qui † spurij elephanti dicuntur, quorum genus cętera quidem boues sunt maximi, pelle autem & colore, ipsáq; adeò magnitudine elephanti. Sunt ibi quoq; dracones siue serpentes crassitudine trabibus non minores, longitudine ad quindecim protensi orgyas seu passus, quarum exuuiæ etiam Romā visæ sunt perferri. Et apud eas gentes Monoceros, seu vnicornis animans, caput draconis habens: & cornu non magnum quidem illud, sed tortuosum. Mentum illi omne barba obsitum, D collum longum in altum protēsum, & serpentis tractui quàm simillimum. Reliquum corpus certio similius: pedes autem sunt leonis, cuius effigiem coloribus expressam à pictoribus conspicere licet. Camelopardalis etiam regionis eius est soboles, quæ quidem aliis partibus cerui magnitudinem refert, proceritate autem camelū corpus imitatur. Collum longis-

Hyphasis, seu Phison fluuius idem è paradiso profluit.

Caryophyllum

Hyphasis vnda febribus medetur.

Gæon quoque, Nilus è Paradiso fluit.

Lunæ promontorium.

In oriente & meridie terra simul & maris magna creātur omnia.

Cete.

Elephantes.

Dracones.

Monoceros.

Camelopardalis.

Diuersum cōfusa genus pārthera, camelorat.

simum, & reliquæ corporis proportioni & conuenientiæ minimè respondens, in altum erectum gestat: ac pelle tota à summo capite ad imos pedes versicolore, quàm proximè ad pardalim accedit, pedésque priores posterioribus altiores habet. Est item apud eos qui dicitur Ægopithecus, simia quędam. Plurima enim sunt simiarum genera: arctopitheci scilicet, leōtopitheci, & cynocephali, & alię aliis multarum animantium speciebus simiarum forma permista. Quarum permultę etiam ad nos perlatæ, hoc manifestò declarant. Ex quibus etiam est is qui dicitur Pan, capite, vultu & cornibus capram referens, & ab ilibus item deorsum versum caprinis pedibus insistens, ventre autem pectore, & manibus mera simia: quem tum quoque Indorū Rex Constantio mihi. Quod sanè animal ad tēpus aliquod, quum ferretur in cauea propter B ferocitatem inclusum vixit. Vbi verò mortuum est, aromatibus condierunt exenteratum, qui ferebant, & insolitæ formę ostendēdæ gratia Constantinopolim seruatum pertulerunt. Videntur autem mihi animal hoc olim vidisse Græci, eósque insolentia aspectus exterritos, Deum sibi constituisse: quum solēne hoc illis esset, vt quę fidē excellerent, ea in deos referrent. Id quod in Satyro quoque ab eis est factū, qui & ipse simia est, facie rubra, ad motum facilis, & caudam habens. Quin & Sphinx ex genere simiarum est: cuius reliquum corpus, vt aliarum simiarum, hirsutum est, pectus autem ad collum vsque glabrum. Mammas porrò mulieris habet: totúque corpus, quà nundū est, rubrā quędam & tenuis, milij specie, eminentia in orbem circundat, & multum decoris atque gratię colori, qui in medio humanus est, conciliat: facies plusculum rotunda & acuta est, & ad muliebrem inclinans formam. Vox itidem prorsus humana, sed non articulata, celeriter cum quadam quasi indignatione & dolore obscurum quiddam vociferenti similis: grauior autem est & molestior, si ea acuetur. Ipsum porrò animal ferum admodum est, astutum & maleuolum, neque adeò facilè domatur. Hoc antiquitus mihi videtur Thebas Bœotiæ esse apportatum: & quum fortè in quosdā, qui ad spectaculū eius confluxerant, insiluisset, & vultus eorū vnguibus deformasset, nō ferentem Oepidum ciuium suorum contumeliā, ferram interemisse, & nomen inde illustre retulisse. Cæterùm fabulę Oedipo fortitudinis laudem adornantes, alas beluæ isti affingunt, quod celeriter in obuios inuolaret. Exdē illi pectus mulieris & corpus leonis accōmodant: illud propter nuditatis commoditatem & muliebris formæ similitudinem, hoc propter ferocitatem & quod plurimum quatuor insistat pedibus. Sermonem quoque ei figmentum tribuit, quòd vox eius humanę conformis esset: tribuit & ænigmata, quòd obscura & non intellecta vociferaretur. Neque hoc mirum est. nam & multa alia Græci fabulis fingendis mutare consueuerunt. Hæc eadem regio & asinos feros onagri. magnitudine ingentes fert, pelle mirificè prēter morem verticolores: albo scilicet & nigro colore admodum inter se variatis, & zonæ quædam à summa dorsi spina ad latera &

Angel. Politian. cap. 3. Miscell. Simiarum variæ species.

Quomodo Græci Panē simiā deū fecerunt.

item Satyrum

Sphinx.

Fabula de sphinge & Oedipo vnde originē ceperit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

venerem demisse atque ibi diuisæ, & conuersionibus quibusdam inter se implicatæ, mirificam & nouam efficiunt plicaturam & varietatem. Sed enim & phœnix, decantatissima illa volucris, apud eos est: & psittacum inde ad nos apportari scimus, auium loquacissimam, & ad æmulationē humanæ vocis accommodatissimā. Et item varias punctisque distinctas aues, quas quidā Garamantidas vocant: nomine à gente, vnde plurimæ afferuntur, eis impositio. Plurima porrò alia apertè eximia & præstantia ibi gignuntur, quorū multitudinem presens commemoratio reformidat. Nam & aurum hic nascitur purissimū, quasi quibusdā aureis capillamentis sponte sua è terra existentibus, quæ sibi inuicem imposita iacent, & manifestum prouentum præbent. Sunt etiam ibi fructus tū pulcherrimi, tū maximi: ex quibus nota sunt carya. Verum enimuerò, & tractus earum gentium, quę supra Homeritas sunt, vsque ad mare rubrum, bis anno fructus edit, vnde & regionem eam Arabiā felicem cognominarunt. Et omnino cuncta quæ ad Orientem solem est, ora, longè reliquam terram rebus omnibus excellit. Paradisum autem (quem extremum mare Orientale alluit, quum totius Orientis pulcherrimus & purissimus sit, cœlum lætissimū amœnissimúmque habens, & aquis pellucidissimis rigetur, satis constat incomparabili præstātia, quā terram quæ sub sole est omnem, omnia gignere & ferre meliora. Atque hæc tametsi per digressionem sunt extra institutum argumētum dicta, tamen necessaria vt puto, esse videbuntur doctrinę pię & liberalis studiosis. Præter hosce verò & alij plures extitere viri, qui sacras literas probè intellexerunt, & de eis copiosè disseruerunt. Eos autem omnes recensere, præterquàm quod præsentis operę non est, difficile fuerit. Sedenim nemo me rectè reprehēderit, quòd nō nullos hæreticarum sectarum autores aut sectatores, inter eos viros qui optimè de sacris religionis professionisque nostrę senserunt atque scripserunt: cōmemoratim. Non enim nunc de fide nobis & opinionibus eorū, iudicium sumpsimus: sed propterea tantū mentionem talium virorum, quod ab eloquentia grani & festiua multum valuerint, intulimus. Minimè nanque sicuti diximus, constitutū nobis est de dogmatibus sententiam ferre: sed simpliciter ita, vt quæque res suo tempore sese dedere, exponere, decreuimus, nihil ex arbitrio nostro temerè adiicientes. De opinionibus sanè quidē aliisque eiusmodi rebus manifesta propalām extat veritas. Atque de eis, quibus hoc per leges concessum est iudicium facere possunt. Porrò qui tempestate ex virtute insigni & eruditione præclara excelluere, ij sunt. Deinceps verò posteros quoque loco suo recensebimus.

phœnix. Psittaci. Garamantidas aues. Aurum purissimum. Bis pomis vilis arbor. Arabia felix. Paradisi felicitas. Hæretici etiā quidam inter orthodoxos viros non temerè recensiti.

De egregia in christianā religionem filiorum Constantini magni studio, & de opinionibus eorum: & vt aliquantulum Constantini transuersim actus fuerit, & de dissidio seu contentione super consubstantiali & aquisubstantiali: & de figmento Arianorum. cap. 20.

Propagatio christianismi sub Constantinis magni liberis.

NVnc autem historiam institutam prosequamur. Non solùm quos diximus Dei amantes viri, vita & sapientiæ studio pollentes, religionem nouis exercitiis adaugentes cohonestarunt: sed etiam imperatores ipsi emulatione paterna res Ecclesiasticas & diuinum cultum in deliciis habuere. Clerum enim Dei eiúsque liberos & propinquos insignibus honoribus & immunitatibus decorarunt, bonisque & honestis patriis legibus alios & ipsi pro suo in Deum amore, ad religionem adduxerūt. Qui sanè omnes idolorum cultum simulacrorúmque curam sustulerunt: & vbique locorū claustra Græcorum templis imposita sunt, quædam etiam in materiæ † rationem à nostris reuocata, & funditus statim diruta. Nec paruo illis studio fuit, sacra ecclesiarum delubra temporis diuturnitate penè collapsa, restituere, quædam etiam ex ipsis fundamentis cōstruere. Quorum vnum est & pulchritudine & magnitudine aliis multis præstantius, quod apud Emesam Constantius cōdidit. Ad hæc lege sanxerunt, ne quis Iudæus mancipium Christianum, cuiuscunque tandem sectę, ære & libra emptum haberet. Si quis aliter fecisse compertus esset, seruum eum publicum fore. Quod si eum circūcidisse deprehēsus esset, capitis supplicium eum subiturum, bonis eius publicandis. Quum enim constitutum in animis suis haberent, Christianum cultum propagare, hoc etiam maximè prouiderunt, vt ne temere à Iudæis aliqui in religionem suam pertraherentur: sed potius veræ Ecclesiæ omnes, de quibus aliqua spes esset, conseruarentur, & Christiani fierent. Christiana enim pietas ex Græcis & gentilibus magis incrementa sua capiebat. Verùm enimuerò primùm Constantini filij paternam opinionem integram certámque seruarunt: & vterque acer Nicenæ fidei laudator fuit. Constans quidem ad finem vsque in ea perstitit: Constantius verò aliquandiu eam sequutus, postea τὸ ὁμοούσιον consubstantialis verbo passim iactato, aliquantulum de sententia sua cessit: non ille quidem ita prorsus ab ea desciscens, vt non filium æqualē substantia patri apertè profiteretur. Sed Eusebius Nicomediensis, & alij eius temporis Orientales episcopi, virtute & doctrina magnam gloriam consequuti, differre loquutiones has asseuerabant, τὸ ὁμοούσιον cōsubstantiale, & † substantia æquale, id quod etiam ὁμοιούσιον æquisubstantiale dicebant. Subiiciebant nanque ὁμοούσιον cōsubstantiale propriè de corporibus dici, vt pura de hominibus & aliis animantibus, item de arboribus & plantis, quibus omnibus cōmunicatio & generatio ex æquali est, ὁμοούσιον æquisubstantiæ le autē, de rebus materia carentibus vsurpari debere dicebant, veluti de Deo & angelis: horum quodlibet, si per seipsum mente & intelligentia quis contempletur, * pro se seorsim subsistat. Quibus verbis, vt videtur, Cōstantius seductus, & aliter quàm antea persuasus, aliquantū transuersim est actus. Atque equidem, quantum coniicio, animo & sententia idem is cum patre & fratre sensit: verbo autem mutato, minimè se in pietatis cultu labi putauit, videlicet si pro ὁμοούσιος consubstantiali, ὁμοιούσιον æquisubstantiale diceret. Quod sanè eis qui id afferebant rectius certiúsque esse visum est. Affirmabant namque, nisi quis hoc sic diceret, periculum deinde

Greg. Naz. anzemus prolixè Constantium laudauit. Defenditur Constantij lapsus. Arianorum figmentū contra Nicæna decreta.

† κατὰ μετάληψιν.

† ὅλως λόγον ἰσότητος πρὸς ὑπόστασιν.

Τὸ ἔμεσα apud Emesam à Constantio cōditum. Constantini 1. vnica ofl. C. ne christian. mancip. l. 2. cōmobit Paragr. bus ita dispositis C. de epis. & cler. Constans constanter professionem fidei cū substantiali retinuit. Constantius ipse postea rundam fuisse à verba re cessit.

† κατ' οὐσίαν ὅμοιον. *Differentia inter.*

ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον. * ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν.

Apud Soz. ἐπ, καὶ ἔτι ἀβάπτιστος τοῦτο, hoc est, & nondum baptizatus esset. lib. 3. cap. 19. Arimanensis synodus.

Soz. vtque iuxta priam essentia cogitationem ipse exit.

Si quis illum cum Constante conferat. nam Constantium Constantinus ætate præcessit. commenti Arianorum refutatio.

a Soz. sm. vicesimus secundus.

inde esse, ne corpus esse quod incorporeum est & diceret & sentiret. Id sanè vt stupiditatis plenum, multis ridiculum visum est. Cæterùm illud eos scire oportebat, quòd rerum, quas mente & intelligentia cōtemplamur, nomina à rebus apparentibus † per transumptionem necessariò accipiuntur. Quod verò possit esse in nominibus periculū, quum in ipsa intelligentia & mēte nullus sit lapsus & error: Inde etiam comicere est, magnum illum in Theologia Gregorium, in suis in Iulianum inuectiuis orationibus, dum ut laudando Constantio totus est, non iniuria mirificis eum ornare præconiis, pietatémque eius ita deprædicare, vt illum, à morte scilicet, productum angelicæ etiam virtutes stipantes, nouisque & admirandis honorantes carminibus, sint prosequutę: sicuti in fine Tomi huius exponemus. Neque mirum videri debet, imperatorē rerum administratione occupatum, magnorum B hominū suasu verbum hoc approbasse: quando multi tum ex sacris viris animo & sententia Nicæno dogmati assentientes, citra contentionem omnem simpliciter id quoque recepere. Aliqui autem nihil prorsus de vtraque dictione suspicantes siniſtri, vno eodémque sensu piæ sententiæ alterutrum vsurparunt. Vnde illud satis constat, rumorē merum & fastum esse, quod Ariani suo videlicet commodo cōfinxere. Aiunt enim, post trecētorum decem & octo sanctorum patrum conuentum, episcopos multos, in quibus etiā Eusebius & Theognis Birhyni fuerint, noluisse filium ὁμοούσιον consubstantialem patri dicere, quum quidē formulæ fidei subscripsissent. Qua etiam re commotus Constantinus, exilio eos mactarit. In somnis autem imperatoris sorori diuinitùs oraculo ostēsum esse, iniquè illos in exilium actos, qui rectè de Deo opinarentur. Atque deinde reuocatos eos imperatorem interrogasse, cúrnam ita aliter quam Synodus statuisset, sentirent, qui suffragatores & participes scripturæ rerúmque aliarum in ea fuissent. Atq; illos respondisse, non ex animi sententia se decretis eis assensisse. Timorē enim eos inuasisse, ne contentione ea de re orta, imperator ipse à Christiano dogmate velut inutili & cōtrouerso deficeret, & ad pristinā relaberetur superstitionem: qui heri & nudiustertius, vt dicitur, Christianus esse cœpisset, † & non ita pridem baptismo initiatus fuisset, proindeque consilio mutato persequentor Christianorum fieret. Quibus verbis auditis, Constātinum exilium quidē illis remisisse, rationémque consilij & facti eorum comprobasse: meditatum verò esse, vt Synodū aliam cogeret. Atque id facere volentem morte C impediisse. Constantio autem, vt filiorum natu maximo, * vt consilium id exequeretur, mandasse: † quod regni administrationem sibi nihil profuturam esse, nisi omnes concordes essent, dixerit. Proinde hunc patris iussa transgredi nolentem, Ariminense indixisse concilium. Sed figmenti istius mendacium, prudenti facile est deprehendere a. Vigesimus primus imperij Constantij annus erat, quum Synodus Arimini cōacta est: multis aliis conuentibus ante id tempus celebratis, in quibus maximè quæstio τὸ ὁμοούσιος consubstantialis, & τὸ ὁμοιούσιος æquisubstantialis, est disputata. Substantia autem b æqua-

*b Videtur esse legendum inæqualem: infrà. c. 36. ed. * ὡς δὲν ὄφελος αὐτῷ βασιλέως, εἰ μὴ συμφώνου παρὸς πάντων τὸ θεῖον θρησκεύοιτο. Ariminense & seleucenū concilium.*

Vt post Sardicensem Synodum minis Constantii cæsaris adductus Constantius, ab exilio reuocauerit Paulum & Athanasium: & quæ Constantius Athanasio scripserit. Cap. 21.

Constās Athanasiū & Paulum in integrum vsit restituit.

COnstans Occidentis imperator, actis Sardicensibus cognitis, duobus Episcopis & Saliano duce quodam, pietate & iustitia claro viro, ad fratrem missis, per literas etiam quę Sardicæ gesta essent, ei declarauit. Et Paulo atque Athanasio, qui iniuria affecti fuerant, ecclesias suas reddere iussit. Quum autem Constantius frustra tempus extraheret, alia epistola ei Constans instituit, vt aut Paulum & Athanasium reciperet, eísque thronos suos reddendos curaret: aut nisi hoc faceret, ad bellum se præpararet. Atque ille re cum quibusdā episcopis deliberata, de eorum sententia, satius esse statuit, Athanasio de ecclesia decedere, quàm ciuili decertare bello. Constantis literæ Laconicè his verbis scriptę erant: Venit ad nos Athanasius, & ad se episcopatum Alexandrię pertinere probauit. Quapropter illum ope tua fac consequatur. Alioqui nāque armis eum meis recuperabit. Hisce literis adactus Cōstantius, Athanasium publica dispōsita vectura ad se vocauit. Atque illo, quod aduersariorum dolos suspectos haberet, reditum differente, iterum sæpiúsque Constantius literis eum ad se inuitauit: quas ad fidem dictis faciendam, historiæ inserere libet. Constantius victor Augustus Athanasio episcopo. Diutius tanquā sæuis pelagi fluctibus te differri & affligi nō patitur mansuetudinis nostræ humanitas: neq; patriis expulsum laribus, bonísque spoliatū, atque in inaccessis ferarum locis obercantem, despicit indefessa pietas nostra. Equidē diutius ad te animi mei sententiam perscribere distuli, sponte tua D te ad nos venturum, atque laborum remedium petiturum esse opinatus. Verùm quum fortasse cōsilium propositúmque tuum timor impedierit, literas hasce munificentiæ plenas, ad firmitatem tuam dandas existimauimus: quo citra metum omnem in conspectum nostrū quàm celerimè venire properes, vt quum integrū statum tuum recipias, tum humanitatem nostrā expertus, in ea quæ iuris tui sunt restituaris. Hac enim de causa & dominum atque fratrem meū Constantem Victorem Augustum pro te rogauimus, vt redeundi tibi facultatem permitteret, quo ad eum modum, vtrisque nobis annuentibus, in patriam reducaris, & hoc nostræ in te gratiæ pi-

Litera Constātis ea de re ad Constantium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Literæ aliæ, confessæ eiusdem sententiæ.

gnus habeas. Constantinus Victor Augustus Athanasio episcopo. Etiamsi prioribus literis nostris tibi significauimus, vt absque solicitudine omni in comitatum nostrum venires, quòd te maximè in his tuum restituere cupiamus: tamen hùc quoque hæc ad firmitatem tuam dedimus. Quapropter te hortamur, vt diffidentia metuque omni sepposito, publica cõscendas vehicula, & ad nos venire contendas, vt quartũ retum recuperandarum desiderio teneris, eisdem potiri queas. Cõstantius Victor Augustus Athanasio presbytero: Quum Edessæ ageremus, & presbyteri tui ibi præsto essent, placuit nobis, vt misso ad te presbytero, in comitatum nostrum venire properares: quo in conspectũ nostrũ admissus, confestim Alexandriam proficiscerere. Quandoquidem verò plurimum iam præteriit temporis, ex quo literis nostris acceptis non venisti: nunc quoque commonere te voluimus, vt aduentũ ad nos tuum matures, & sic patriæ tuæ restitui, & voto tuo potiri possis. Milimus autẽ ad te Achetam diaconum, vt plenius hæc ad te referret: ex quo animi nostri voluntatem, te scilicet quod optas consequuturũ esse, cognoscere poteris. Athanasius epistolis Aquileiæ (ibi enim degebat) acceptis, Romam ad Iulium, vt de rebus suis cum eo constitueret, profectus est. Cui quidem Iulio & Romanæ ecclesiæ, ille plurimũ attulit lætitiæ, quum literas eis exhibuisset. Credebant enim Orientis quoque imperatorẽ cum eis professioni fidei assentire, qui tam humaniter ad se Athanasium inuitaret. Et Iulius rebus quibus oportuit illum instruxit, viaticòque donauit: & literas insuper ei ad clerum & populum Alexandrinum dedit, quibus se lætari & gratulari eis indicat de tanti præsulis restitutione. Ad verbum epistola hoc modo scripta erat.

Iulij Romani episcopi ad Alexandrinos pro Athanasio epistola.

Epistola Iulij Romani, pro sancto Athanasio Alexandriam missa. cap. 22.

IVlius episcopis & presbyteris & diaconis & populo Alexandriam incolenti, dilectis fratribus, in Domino salutem: Congratulor & ego vobis, fratres dilecti vos fidei vestrę fructũ oculis vestris percipere. Id enim verè quispiam fieri dicat in fratre & coepiscopo nostro Athanasio: quem & propter vitę eius puritatem, & propter vestras preces, Deus vobis restituit. Ex hoc sanè perspicere est, puras vestras charitatisque plenas orationes semper ad Deum esse delatas. Cœlestium enim promissionũ charitatisque in Deũ memores, quam ex doctrina eiusdem fratris, quẽ diximus nostri addidicistis, illud certò cognouistis, & pro insita vobis recta fide percepistis, nõ ad finem vsque à vobis segregatum eum iri, quõ in pijs vestris animis veluti præsentem semper habuistis. Itaque nõ multis mihi opus est verbis, ad vos scribẽti. Quæcunque enim à me dici vobis possunt, ea fides prius vestra anticipauit. Et profectò impletę sunt per gratiam Christi communes omnium vestrũm precationes. Gratulor igitur vobis, iterum enim id dico, inuictas vos in fide animas vestras conseruasse. Nec minus fratri meo Athanasio gratulor, quòd tametsi luctuosa multa est perpessus, nulla tamẽ hora charitatis vestræ & desiderij in obliuionem venit. Quanuis nanque corpore ad tẽpus à vobis distractus esse visus est, spiritu tamen continuò veluti præsens vobiscum fuit. Atque equidem dilecti, tentationem & erumnam eius omnem, non puto gloria sua carere. Nam simul & vestra & illius fides multis est perspecta & explorata. Nisi enim hæc interessent, quis tandem crediderit, aut vos tantum iudicium, tantúmque erga talem episcopum obtinere amorem? aut illum tãtis esse accumulatum virtutibus? per quas cœlesti etiam spe non excidet. Consequutus nanq; est variis modis, & in præsentia, & in futuro gloriosum confessionis martyriũ testimoniúmque: quòd multis terra simul & mari variè procellis iactatus, insidias & fraudes Arianæ hæresis omnes conculcauit, & sæpius per inuidiam in periculum insidiosè coniectus, mortem cõtempsit: præsidio scilicet omnipotentis Dei & Domini nostri Iesu Christi tectus, ille sperauit simul & insidias aduersariorum se euasurũ, & ad vos cõsolationis vestræ gratia rediturum. Et simul vobis ex conscientia vestra, præclara tulit tropæa, per quæ ad orbis vsque terminos explorata vitę sanctitate præclarus cognitus est. multa ille quidem libertate propalàm animi instituto & cœlesti doctrina vsus, abundè autem perpetuò & constanti se à vobis iudicio esse amatum testatus. Redit igitur ad vos multo etiam splẽdidior, quàm à vobis discessit. Si etenim precios*i*orem materiam, aurum dico & argentum ad puritatẽ ignis explorat: quidnam quisquã pro rei dignitate de viro illo dixerit? qui tot & tãtis erumnarum incendijs & periculis deuictis, vobis redditur purus & insons, non à vobis tantum, sed à cuncta etiã Synodo receptus. Suscipite ergo, dilecti fratres, cũ omni quæ Deo accepta est gloria & lætitia, episcopum vestrum Athanasium, vnà cum eis qui aduersarium rerum eius particípes fuere. Et gaudete, quòd optatis vestris fruimini: & quod pastorem vestrum, vt ità dicã, desiderantem & litientem pietatem vestram, salutaribus scriptis aluistis & potastis. Siquidem ei peregrè quoque versanti, vos solatio fuistis, eúmque in mediis persequutionibus, procellis, atque inimicorum insidijs, fidelissimis animis & mẽtibus vestris fouistis. Me verò iam exhilarat, quod mecum in animo considero & præuideo vniuscuiusque vestrũm in reditu illius gaudiũ, & multitudinis sanctissimæ occursationes, nec non præclaros & festos concurrentium hominum cõuentus. Et quæ tandem & qualis ea futura est dies: quum frater quidem meus restituetur: qui verò ante eum fuere, destituẽtur, & honoratissimus optatissimúsque reditus in lætitiã gaudio plenissimam vos efferet omnes? Quod sanè gaudium maxima ex parte ad nos etiã pertingit, quibus à Deo & hoc concessum est, vt in tanti viri notitiam peruenire potuerimus. Sed enim pulchrum fuerit, epistolã precatione claudere. Omnipotens Deus, atque huius filius Dominus & Saluator noster Iesus Christus, gratiã hanc vobis perpetuam esse velit, qui præmium admirandæ fidei vestræ dedit, quam in episcopo vestro præclaro testimonio exhibuistis: & vt vobis & posteris vestris, & hic & in futuro, bona ea maneant, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis conscendere, quæ sicut præparauit Deus diligentibus se, per Dominum

Precum ecclesiæ concordis vis.

Fides in tentationibus perspicitur.

Explorant aduersa viros.

minum nostrum Iesum Christum, per quẽ omnipotenti Deo gloria sit in secula seculorum: Amen. Valere vos opto, fratres dilecti.

Episcopi Antiocheni.

De Antiochenis episcopis, & de malevolentia Stephani, cui Leontius successit. cap. 23.

HIsce instructus literis Athanasius, in Oriẽtem Antiochiam Syriæ, vbi rum Constantius agebat, profectus est. Ecclesiam autem ibi regebat eo tempore Leontius. Ex quo enim Eustathius exulare iussus fuerat, sicuti suprà diximus, primus sedem eam obtinuit Euphronius, cui successit Phlacitus: atque huic rursum Stephanus. Hic verò propter dolum & insidias, quas per propinquum quendã suum animo simul & moribus ferocissimum, Onagrum nomine, Roma veniennibus Constantis, qui eassẽ quas Constantius malorum hominum dirimebat * calũnias & cœpta sinistra legatis, Euphratæ & Vincẽtio episcopis pro Athanasio missis, terenderat: à Constantio iudice, vt ea dignitate indignus, reiectus est. Veritati enim aduersus omnis generis erumnis eos qui pro vera doctrina stabant, afflixit. Et forum perambulans, domósque ingrediens, non viros tantum, sed & mulieres pudore & sanctitate vitę spectatas pulsauit, cõuicisque proscidit. Vel ex eo solo quod in legatis admisit, qualis vir fuerit, satis cõstare licet. Metuens nanque ne Athanasius, cuius gratia maximè legatio ista missa fuerat, ecclesias recipieret, ancillam per Onagrum suum è prostibulo mercede conductam, in episcoporũ hospitio collocat: deinde non longè ab eo loco improbissimè insidias per homines seditiosos disponit, vt cum impetu in sanctorum virorum irruerent ædes. Quorum alter quum impudicæ illius aduenientis strepitum sensit, dæmonẽ esse ratus psalmum † succinuit. Huius fabulæ & sycophantiæ, vnde & quomodo instituta esset, quæsitore ipso imperatore, autor repertus Stephanus, vt nepharij sceleris artifex exautoratus est, & Leontius Antiochiæ episcopus delectus. Quem Athanasius propter dogma deprauatum demitans, cum Eustathianis, qui in priuatis ædibus ecclesias & conuentus agebant, communicauit.

Stephanus episcopus Antiochenus Legatis Romanis insidiatus, & propterea episcopatu priuatus est.

Euphrates & Vincentius episcopi.

Theod. libr. cap. 9.

Secundus Christi opem implorauit Theodorus.

Athanasius Antiochiæ cũ Eustathianis communicat.

Vt Athanasius sit receptus, vtque sectatores eius sedes suas receperint. cap. 24.

ET Constantius quidem non illibenter eum suscepit, nihilominus tamen beneuolentiã humanitatémque eius tentauit. Captioso enim sermone eum, aduersariorum suggestione, fallere volens, sic ad eum loquutus est: Ego quidem de cõmuni Synodi, fratrísque & mea, tibi quod optas perficio, & thronũ tibi tuũ trado. Æquum verò est, te quoque mihi hanc reddere gratiam, vt vnam Alexandrię ecclesiam eis permittas, qui à te dissidentes, à communione tua abhorrent. Atque Athanasius: Aequissimum sanè est, ô imperator, inquit, vt mos tibi geratur. Sed eandem rursum te gratiam peto, quandoquidem & Antiochiæ quidam sunt, qui eorum communionẽ, qui aliter quam nos sentiũt hic auersantur, iubeas quoque ecclesiam suam habere, in qua libere placitas sibi & statas peragãt cæremonias. Ad hæc quum imperator quod diceret non habe-

Constantius ecclesiam vnam Alexandriæ Arianis petit ab Athanasio.

Athanasius nidem constantem, vt Antiochiæ catholicis ecclesia vna detur, negat.

Constantius petitionem non admittit.

rer, satius esse duxit, aduersarios quietos esse, petitionéque sua vt parum cõmoda supersedere. itaq; nihil amplius mouere. Atque illi rectè profectò eam rem putarunt, nihilo scilicet minus Alexandriæ res catholicorum incrementũ suum habituras, quum Athanasius non solùm suos à periculo tueri, sed alienos etiam ad se allitere, pro industria sua posset. Si verò Antiochiæ, quod ille petebat, fieret, non exigua augmenta Eustathianis, qui non pauci essent, accessura. Et fortasse eos ad res nouas aspiraturos esse, quum sine periculo quæ consueuissent, agere possent. Ille quoque non minor metus animos eorũ subiit, quod etiamsi penes eos ecclesiarum eius loci potestas summa esset, non omnem tamen clerum & populum obedientem haberent. Sententiam enim quam quisque de Deo obtineret, in choro stantes, ad finem psalmodiæ declarabant. Quidam enim patrem & filium eodẽ honore celebrantes, nonnulli patrem in filio (præpositione interiecta obscurius secundas partes filio tribuẽtes) alij, gloria patri per filium in spiritu sancto: quidam etiam, gloria patri & filio in spiritu sancto, canebant. Primũ omnium ferunt Antiochenum Flavianum, monachorũ coacta caterua clarè accinuisse, Gloria patri & filio & spiritui sancto. Quod quidem, vt nihil habens suspitionis, in ecclesiis Dei obtinuit. Id verò Leontius vidẽs, inhibere eos, qui iuxta Nicænæ fidei traditionem Deum laudibus prosequebãtur, non audebat, seditionem timens. Atque aliquando caput canis florescens manu demulcẽs, dixisse fertur, nisem eam soluturam lurum multũ subsequuturum esse: ænigmate obscurius subindicans, dissonantium celebrãti Dei apud populum aliquando in seditionem euasuram, neque eos qui factionis suæ essent, cum reliqua multitudine consensuros. Constantius Athanasio & aliis, scripto quoque edito, ecclesias suas reddendas curauit: cum quo scripto (iubebat enim eos non gratè recipere) illi in vacuam sediũ suarum possessionem rediere. Et Asclepam Gazæi facilè admisere. Idem & Adrianopolitæ Luciũ. Ancyræ verò, Marcello reuertente, propter Basilium pulsum non paruus cõcitatus est motus: qui motus aduersariis ad conuiciandũ præbuit occasionem. Non inuitus quoque Paulo Macedonius thronum concessit, & non ita diu seorsum in delubro quodam intra vrbem Synaxim & conuentus egit. Ne ipsi quidem Athanasio difficilis in Ægyptum reditus fuit. Constantius enim per epistolam Georgium acciuerat: qui in patriam indignabundus profectus, ibi vitã egit, suas sibi res gerens. Athanasio verò aliàs etiam literas Constantius dedit, quibus ei reditũ permisit; & ea quæ variis modis in iudiciis contra eum gesta fuerant, aboleri atque obliuioni tradi iussit. Literas eas, atque itidem alteras, hic subiiciendas esse duxi, quæ sic habent.

Quur hæc sic ab eo Arianis suadentibus fallum.

Antiochiæ varientes de fide, opiniones suas in hymnodiis exhibuere.

Hymnus, Gloria patri &c.

Leontij episcopi Antiocheni diuinitatis pulchrè dictũ.

Athanasius & alij catholici episcopi in integrum restituuntur.

Epistola Constantij ad Alexandrinos, pro Athanasio.

Caput 25.

VIctor Constantinus Maximus Augustus, Episcopis & presbyteris catholicæ ecclesiæ Alexandrinæ. Nõ destitutus est diuina benignitate reuerendissimus episcopus vester Athanasius. Sed quanuis ad breue tempus humanę ob-

Constantij ad ecclesiam Alexandrinam, pro Athanasio literæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† τῶν χρεῖττο-νος.

Christi gratia sors.

ἀμνηστία iniuriarum.

Immunitas ecclesiastica.

Imitari rectè sentientes ad Athanasij cõmunionem.

Constãtius ad populum Alexandrinum.

† ἱερᾶς θυσίας. Niceph. ἱερᾶς θρησκείας. Socrat. lib 2. cap. 23. Sacræ religionis.

† τῶν ἐθνικῶν κακίαν χωμένων.

iectus est explorationi, tamen debitum ab ea quæ omnia respicit Prouidentia tulit calculum, voluntate Dei & iudicio nostro patria simul & ecclesia, cuius præfectura diuino ei nutu contigit recepta. Quem æquum fuit, vt sententia consentanea nostra quoque imitaretur mãsuetudo: videlicet vt omnia quæ antehac contra eos qui cum ipso communione vsi essent, decreta sunt, nunc obliuione obliterentur, susqicióq; aduersus eum omnis deinceps intercidat: & immunitas, quam dudũ qui cum eo fuere clerici habuere, pro eo atque decet, literis hisce confirmetur. Quin & illud nostræ erga eum benignitati meritò adiiciendum esse iudicauimus, vt vniuersi, qui in sacri ordinis albo sunt, cognoscant securitatem adauctam esse omnibus, qui ei fuere cõiuncti, episcopis simul & clericis. Certum verò vniuscuiusque rectæ sententiæ indicium erit, si cũ hoc vnitus coniunctúsque fuerit. Quicunq; enim præstantiore sorte & iudicio communionem ipsius sequendam sibi delegerint, eos omnes ad similitudinem, quæ nos præuenit, prouidentię, hac nostra, Dei voluntate exhibita gratia & benignitate perfrui iussimus. Victor Cõstantius Maximus, populo catholicæ ecclesię Alexãdrinæ. Quum in rebus omnibus proposita nobis sit vestra, quæ ex recta iuris legúmque constitutione prouenit, felicitas: & non ignoremus, satis diu episcopi vos caruisse prouidétia: Athanasium antistitem, virum propter insitam sibi fidei sinceritatem morúmque natiuam probitatem hominibus omnibus spectatũ, æquum esse duximus, vt ad vos remitteremus. Eũ ita vt consuetudo fert & decet, suscipientes, precúmq; ad Deum vestrarum adiutorem constituentes, quæ & vobis congruit, & nobis accepta est, concordiam & pacem, iuxta ecclesiæ sanctionem, prolixè seruare studete. Minimè enim omnium conuenit, discordiam aliquam aut seditionem inter vos concitari in ista temporum nostrorum trãquillitate. Atque eam quidem incommoditatẽ abesse à vobis omnino volumus. In precationibus verò, vt eo quem diximus autore & adiutore sedulò vtentes, diuinis rebus more recepto insistatis, vos admonemus: vt tali animorũ vestrorum proposito ad vniuersorum vota transeunte, ex gentibus etiam qui adhuc idolorũ errori sunt implicati, ad † sacrosancti sacrificij cognitionẽ peruenire, Alexandrini charissimi, maturent. Quare vos iterum admonemus, vt in iis quæ diximus persistatis. Episcopum verò Dei ipsius nutu & sententia nostra ad vos missum, libẽter recipiatis, atque eum ex animo complectendũ vobis esse existimetis. Id quod & vos decet, & mansuetudini nostræ conuenit. Vt enim tumultus & seditionis occasionem omnẽ eorũ † qui consultò deteriora cœpta consectantur, præcideremus, iudicibus qui apud vos sunt, literis nostris mandauimus, vt omnes quos seditiosos esse cognoscerent, legum subiiciãt vindictæ. Itaque quum vtrunque perspiciatis, simul scilicet & diuinam nostrámque sententiam, curã etiã quam de vobis atque cõcordia vestra gerimus, & legitimam aduersus improbos pœnã, ea quæ sacræ religionis sanctionibus conueniunt, ritè seruantes, & quem diximus episcopũ omni honore & reuerentia prosequentes, preces quum pro vobis ipsis, tum pro vitæ totius & reipublicæ prosperitate, ad rerum vniuersarum Deũ patrem fundere sedulò studete. Eodem exẽplo præfectis Augustonicę, Thebaidis, & Libyę scripsit, in quibus & illa fuere. Quod si quando antehac cum ignominia & detrimento eorum qui cum Athanasio episcopo communicarunt, quidquã actum reperitur, abolitum id nũc volumus. Immunitatem nanque quam clerici prius habuerunt, eandem eos recipere statuimus, & constitutionem hanc nostram seruari præcipimus vt reddito ecclesiæ Athanasio episcopo, participes quoque eius quam antea habuere, immunitatẽ retineant: eam scilicet, quam reliqui habent clerici, vt & ipsi ea vtentes gaudeant.

constantius ad Augustonicæ, Thebaidis, & Libyæ præfectos.

immunitas ecclesiastica.

Vt ciuitates Athanasium exceperint, & de Synodo Hierosolymis propter eum coacta, et quæ ea Synodus Alexandrinis pro Athanasio scripserit. Cap. 26.

F Eiusmodi literis munitus Athanasius, per Syriam in Ægyptum contendit, & inde per Pelusium Alexandriam profectus est. Peragrans autẽ vrbes in Ægypto, quos ibi Ariano dogmati addictos reperit, illis exautoratis, quorũ doctrinam exploratam probasset, ecclesiarum eis administrationem committebat. Idque itidem, quum per nationes alias iret, fecisse dicitur: siquidem ibi quoque ecclesię Arianus gubernãdę mandatæ fuissent. Quæ res postea ei aliarum criminationum initium & causa fuit, quòd nimirũ in parœciis, quæ ad iurisdictionem eius nõ pertinerẽt, electionem Ecclesiasticã vsurpare ausus esset. Et quum reditu suo non ex aduersariorum sententia instituto, propter Constãtis amicitiã, maiore esset animo: eo minus contemnẽdus visus est, quo in maiorem illustriorémque honorẽ & gloriam ita euectus fuerat, vt ex aduersariis multi animos desponderint: & quod in eũ gerebant odio deposito, cõmunioni eius se aggregarint. Quemadmodum quidam Palestini fecere, & Maximus Hierosolymorũ episcopus, qui in Licinij persequutione egregium se ostendit martyrem, quum ei ex oculis alter propter verã pietatem effossus est. Expositis nanq; apud hos Sardicensibus actis, & literis imperatoris quæ idem decernebant exhibitis, in sententiã eos suã Athanasius pertraxit. Atque illi, Synodo ex Syria, Palæstina & regione finitima coacta, ad cõmunionem eum receperunt, debitúmque dignitati eius honorem exhibuerunt. Vnde non mimima ab eis qui Athanasio malè volebant, Maximo prouenit inuidia & reprehensio, quod qui antea Tyri suffragator Athanasium condemnãtium fuisset, nunc seorsim sententiam pro eo talem tulisset, autoritate sua dignitatem illius cõfirmasset, & alacritate summa cum eo communicasset. Quæ verò pro eo Synodus Hierosolymitana in Aegyptum, Libyam, & ipsam Alexandriam ad presbyteros & diaconos & plebem reliquam scripsit, talia fuere. Sancta Synodus Hierosolymis congregata, eis qui in Ægypto, & Libya, & in ipsa Alexandria sunt, presbyteris, diaconis, & populo, dilectis desideratissq; fratribus in Christo salutẽ. Vniuersarum rerum Deo, dilecti, pro rei dignitate debitas agere gratias, propterea quæ semper fecit admiranda, non possumus. Fecit autem nunc quoque cum ecclesia vestra

Pelusium vnum ex ostiis Nili & ciuitas in Augustonica Ægypti parte.

Athanasius Alexandriam reuertens, Arianos ecclesijs exigit, illique ortodoxos substituit.

Vnde nunc aduersus eũ criminationes sunt exortæ. Maximus cõfessor.

Athanasius Maximum Hierosolymitanum & alios episcopos in sententiã suã adiecit.

Synodus præuenit inuidiã Hierosolymitanos ad communẽ Athanasium recipit.

synodi eius ad Alexandrinos pro Athanasio scriptum.

† συλλειτουργῶ.

communes ecclesiæ preces efficacissimæ.

pro principibus orandum.

Vrsicij & Valentis pœnitentia libellus ad Athanasium scriptus.

Pro Athanasij innocentia testimonium.

vestra, pastore vestro & domino † collegáque nostro Athanasio, vobis reddito. Quis etenim se oculis suis visurum sperauit, que nunc vos rebus ipsis percipitis? Sedenim verè profectò orationes vestræ exauditæ sunt ab vniuersitatis huius Deo, qui ecclesię suæ curam gerit: quique lacrymas vestras & luctum respexit, & propterea preces vestras exaudiuit. Eratis namque sicuti oues iactatæ & dispersæ, nõ habentes pastorem. Et verus in cœlo pastor, oues suas curans, reddidit vobis quem desideraſtis. Ecce enim & nos, qui nihil pro Ecclesiastica pace non agimus, & cum vestra conspiramus charitate, illũ prius receptum complexi sumus. Et per eum in communionem vos recipiẽtes, hoc scriptum & gratiarum actionem nostram ad vos dedimus, vt dilectionis vinculo nos & illi & vobis vnitos atque coniunctos esse intelligatis. Debetis verò etiam pro pietate Dei amantissimorum imperatorum orare. Qui sanè & ipsi, tum desiderio in illum vestro, tum sinceritate eius cognita, restituere eum vobis cum omni honore sunt digniti. Itaque obuiis eũ excipite vlnis, & debitas pro eo gratiarum actiones, à quo hanc tantam recepistis gratiam Deo reddere studete, vt perpetuò cum Deo lætari, & Dominum celebrare valeatis, in Christo Iesu Domino nostro: per quẽ patri sit gloria, in secula seculorum. Hęc Maximus & Palæstinæ Synodus pro Athanasio scripsit.

Vt Vrsicius & Valens Ariani, libellum resipiscentiæ Iulio Romano pontifici obtulerint: & vt Nicænam fidem amplexi, cum Athanasio in gratiam redierint. Caput 27.

Vrsicius & Valens Ariani Athanasio se commungunt.

Vrsicium alij Vrsacium vocant, conuenêts Hungarorum linguæ nomine, quasi Cursacium dicerent: Ursacei autem apud eos nobiles & generosus dicitur, siue nobilitas ipsa.

C Oeterũm alij quoque, tametsi ingenti erga Arianam religionem ardore essent, in illius tamen concessere sententiam. id quod & Vrsicius & Valens fecere, qui cũ Theognide & aliis apud Mareoten fuere, ea quæ Ischyras diserat, de confracto mystico poculo, & aliis rebus inquirentes. Ij priore opinione mutata, Romam profecti sunt: atque ibi Iulio episcopo libello pœnitentiæ oblato, victos se ab Athanasio esse sunt cõfessi, simúlque in posterũ se τῷ ὁμοουσίῳ consubstantiali assensuros esse receperunt. Ad ipsum etiam Athanasium scribentes, benignè se cum eo communicaturos esse significarũt. Quæ sanè res publicitùs in maximũ euasit veluti triũphum & documẽtum certum, iniquas esse Tyri dictas latásque in Athanasium sententias. Ad Iulium episcopum Romanum quæ scripserãt, hæc fuere: Beatissimo domino Papæ Iulio, Vrsicius & Valens. Quandoquidẽ antehac multa & grauia de Athanasio episcopo scriptis nostris suggessimus, bonitatis tuæ literis in sententiam aliã traducti, negotio eo de quo ad te scripsimus impediti, rationem eorum reddere non potuimus. Sedenim presentibus nũc fratribus nostris presbyteris omnibus apud humanitatem tuã profitemur, omnia quæcunque antea de nomine, quẽ diximus, Athanasij ad aures nostras peruenere, falsa & conficta, modisque omnibus aliena ab eo esse. Quapropter communionẽ eius cupidè affectamus præcipuè quum pietas tua, pro insita sibi integritate, gratiam nobis erroris facere est dignata. Profitemur & illud, si quãdo Orientales malignè, aut ipse etiam Athanasius, nos de rebus his in ius vocare voluerint, nos præter animi tui sentẽtiam eò non ituros. Arium autem hæreticum, eiúsque defensores, qui dicunt, fuit aliquando quum non fuit filius: &, Christum ex non existẽte esse: &, qui Christum Deum esse & filium Dei ante secula negãt, sicuti & in priore libello nostro Mediolani oblato, ita nunc quoque anathemate mactamus. Hęc autem manuum nostrarum subscriptione annotantes, iterum iterúmque profitemur, nos, quemadmodũ modo diximus, Arianã hæresim & autores eius damnare in seculum. Ego Vrsicius professioni huic meæ præsens subscripsi. itidem verò & Valens: Hæ quidem ad Iulium. Quæ verò ad Athanasium scripsere, sic habebant. Domino fratri Athanasio episcopo, Vrsicius & Valès episcopi. Occasionem per fratrem & compresbyterũ nostrum Musæum, qui ad dilectionem tuam proficiscitur, frater dilecte, nacti, compellandum te ex ipsa Aquileia duximus: optantes, vt saluus literas nostras legas. Addes autem nobis fiduciã, si tu quoque scribendo nobis respõderis. Scito nanque pacatos nos esse, & ecclesiasticam tecũ communicare coniunctionem. Indicium earum rerum est, literarum nostrarum isthæc compellatio. Res Athanasij ita se habuere. Et sic ille ex Occidente in Orientales partes reuersus, ecclesias in Ægypto rursus gubernauit. Itidem verò & Paulus, & Marcellus, & Asclepas, & Lucius, sedes suas recepere.

Vt eo tempore res quoque publica malè habuerit. & de Saporis Persarum regis cõtra Nisibim expeditione, & de Occidentalibus tyrannis Magnetio, Britanione, aliisque qui post mortem Constantis Cæsaris extitere. Caput 28.

De Constãtini tribus filiis, ita scribit. Eutrop. lib. 21.

Constãtini iunioris cædes.

* Ad Aquileiam.

Valentij iunioris cædes.

constantinum primum filiũ decennali suo transalpinis gentibus præfecit.

constantiũ secundum, vicennali in orientalẽ misit. Cõstãti natu minimo tricennalibus Illyricũ Italia et Africam prouincias dedit.

a Sapores Persarũ rex Nisibim eppugnat.

* Nocturna siquidẽ pugna inter Roma-

E A tempestate & respub. laborarunt. Ex trib. enim Constantini filiis, qui natu maximus, patri cognominis erat, à ducib. Constantis fratris * trucidatus fuerat, non iubẽte illo quidem, sed nec prohibente etiam: sicuti à nobis suprà est dictum. Illud quoque non omittẽdum videtur, vnà cum Constantini, post mortem eius, filiis, imperasse patri suo cognominem Dalmatiũ Cæsarem, prospertima indole patris persimilem iuuenem, sed eum breui iugulatum esse à militibus; Constantio finente potius quàm iubente. Deinde minus quoque feliciter Constantio res in Oriẽte succesſere. * maxima nanque à Persis expeditione suscepta, perinde atque nox quædã cõfertim Romanis offusa esset, victoria verè ad Persas inclinauit, quum Athanasius etiam variis casibus iactatus, & de consubstantiali aduersus eum bellum est excitatum. Nisibim, quæ etiam Antiochia Mygdoniæ à quibusdã dicitur, a Sapores ad dies septuaginta oppugnauit, tormẽtis per circuitum dispositis, vallo in magnam altitudinem excitato, omni genere armorum bellicarúmque ad expugnandas vrbes comparatarũ machinarum emisso, fossisque & aggeribus ductis. Vt autem res omnes expertus nihil egit, fluuium Mygdonium (ita enim dicitur, qui mediã secat vrbem) longius à muro aggeribus ex vtraque parte præaltis, qui vndas cohiberent, constructis inhibuit, & derepente quasi tormẽtum quoddã mœnibus immisit. Atque illa quod vim & impetum vndarum non sustinerent, in parte

Persas in collimitio commissa, frumentos ad breue tempus res versarum sunt vsa. Socra. lib. 2. cap. 25.

Naamia Nisibis fluminis inhibiti subito impetu sternuntur.

Iacobi episcopi eius vrbis precibus ea reficiuntur.

Deus Nisibim defendit.

Ephraim.

Culices & muliones diuinitus Persis immissi, victoriā ab eis reportāt.

vtraque meatum illi prębentia, cessere atque cō-
cidere. Persa autem in spem vrbis potiundæ erectus, postridie lutosis aquosisque locis exiccatis ad muri qui conciderat, partes cum copiis omnibus accedens, mœnia ipsa, ita vt antea fuerant, restaurata vidit. Vrbis nanque episcopus Iacobus diuinæ sortis minimè expers, oratione celeriter ea restituit. Et accedentes præterea ad ea Persas, quæ in conspectum non caderent, depulit telis. Quod Sapores cernens, consternatus obstupuit: Et quod circa murum virum splēdido regióque cultu ornatum vidisset; Constantiū eum esse arbitratus, cædem eis minatus est, qui eum non adesse renunciauerāt. Vbi verò illi vera esse quæ dixissent, Constantium scilicet Antiochiæ esse, confirmarunt, agnouit visionis eius prodigium, Deúmque res Romanas propugnare dixit. Eáque de re ad iram prolapsus, in aērem tela, vulneraturū se esse eum qui corpore caret, ratus, miser coniecit. Ephraim autem, qui apud Syros optimus fuit scriptor, muro conscenso, vbi innumerabilem illam hostium multitudinē vidit, Iacobum qui tum ibi, vt dictū est, episcopum agebat, rogauit vt muliones & culices Persis immitteret: quibus illi, etiā per minima animalia Deum eis abundè auxilium ferre, cognoscerent. Et ecce, simul cum ipsa precatione, animalculorum aēreus exercitus nubis instar confertim in illos inuolat, & in elephantorum proboscides, quæ veluti tibiæ directæ eminebant, equorúmque & aliorum iumentorum aures & nares irruit. Illi verò animalculorum eorum nō ferentes congressum, nullo seruato ordine, cum impetu discurrentes miscentur, fugiēréque turpiter concidunt. At Sapores ex rebus minimis maximo Dei subsidio cognito, quum multa per eam expeditionem tentasset, cum probro tamen & ignominia inde discessit, clade sibi ipsi potius quām victoria parta. Constantio autem bello Persico in Oriente occupato, Magnentius in Occidente tyrannidem arripuit, qui imperatorē Constantē apud Gallias per insidias interemit, imperiúmque illius sibi subdidit. Vnde ciuilis belli causa extitit. Huius * nanque impotentem animum vertit Imperatoris soror Constantia, Britanioni Imperiale imposuit diadema, cúmq; aduersus tyrannum ducere iussit. Quod vbi Cōstantius cognouit, & ipse Imperatoris † insignia eidem misit. Sed & hic imperādi *d* libidinē corruptus, in tyrannidē apud Sirmiū erupit. Romæ quoque nō mediocris tumultus fuit, quòd Nepotianus Constantij ex sorore Eutropia nepos, imperium sibi in vrbe vendicans, fortem ex gladiatoribus satellitibus exercitum contraxerat. Eum tamen non diu rerum potitum, Magnētius necauit: qui loca omnia in ipso Occidente vastare non intermisit. Tantum breui tempore malorum est accumulatum. Erat is quartus à Sardicensi Synodo annus. Constantius porrò, qui Orientis Imperator declaratus fuerat, Occiden-

c Constantis cædes. Magnentij in Occidente tyrannis. Item Britannionis. Et Nepotiani.

** Ad illyricis autem Sirmij à militib. aliud tyrānus lectus, nomen illi erat Britannionis. Socr. vbi suprà.*

† Veniam petenti facilè dedit. Signa. Cædes eiusdē. Alexandrina pro Athanasio coacta Synodus.

d Constans ad delicias delapsus, Magnentij, qui comes ordinum Augustæ, Germanæ vrbis, erat, insidiis, haud longè ab Hispanis, in oppido Helene, occisus est. Eutrop. qui Augustam, Augustodunum nominat. Nepotianum die vigesimo altano Magnentius oppressit: & caput eius hastæ infixum, in vrbe circumlatum est. Idem.

tem quoque potestati suæ subiicere contendit, bellúmq; aduersus tyrannū, qui ibi grassābatur, adornauit. Eo tępore Athanasius episcoporum Ægyptiorum Synodū Alexandriæ coegit: in qua quæ de eo vel Sardicæ vel in Palæstina decreta essent, comprobarentur atque confirmarentur.

Vt rursum Arianorum opera Athanasius sit expulsus, ipsēque se fugæ commiserit: & vt denuò Georgius Alexandriam sit perductus, Alexandrinisque infinita mala concinarit: quemadmodum ea de re in oratione de fuga sua Athanasius scriptum reliquit.

Caput 29.

IMperator autem aduersantis sectæ importuna solicitatione trāsuersum actus, prioré mutauit sententiam. Suggesserant enim ei, *a* Athanasium rursum Ægyptum & Libyam turbare. Addiderant etiam, in parœciis quæ iurisdictionis eius nō essent, episcopos & presbyteros designasse. Et quod omnium maximū foret, ipsum quoque fratrem Constantem ad inimicitias aduersus eū concitasse. *b* Quibus criminibus apud Constantium, vt qui Euripus esset, effecere, vt quæ Sardicæ constituta fuerant prorsus aboleret, & eos qui per eam Synodum restituti fuerāt episcopi, exigi iuberet. Ita factum, vt Marcello deiecto, Basilius Ancyram Galatię sit reductus, & Orestiadis episcopus † Lucius vinctus in carcere interierit: Paulus verò Constantinopolitanus perpetuo exilio mulctatus, in oppidū quoddam Armeniæ in solitudine situm, *d* Cucusum nomine, deportatus sit: vbi laqueo strāgulatus, Macedonianorum opera periit. Tantum autem calumnia Athanasio apud Imperatorem intentata valuit, vt is quendam summiserit, qui caput illi vbicunque reperto amputaret: & cum eo Theodulo itidem, & Olympio, ecclesiarū quarundam in Thracia episcopis. Quam rem vbi Athanasius præsensit, minis illius cedens, *e* fuga vitæ suæ consuluit. Quam deinde fugam Ariani sunt calumniati, & Maximè Narcissus Neroniadis Ciliciæ episcopus, & *f* Leontius Laodicēsis, tum autē Antiochenus episcopus. De quo Athanasius dicit, presbyterum eum ministerio, quòd seipsum castrarit, motū esse. Nam is ancillæ cuidam Eustoliæ venustæ mulierculæ cohabitans, quum inualescētem eam ob causam fœdā suspicionem abolere studeret, seipsum castrauit, vt liberè deinde cum ea esse posset. Cæterùm ne eo quidem facinore suspicionem sustulit. Nam eam ob rem tum illi dignitas adempta: postea autem Constantij opera, Laodicensi primùm, deinde etiam post Deo inuisum Stephanum, qui Philadelphiæ post Euphronium successerat, Antiochenæ præfectus est ecclesiæ. Verùm enimuerò post Athanasij quæ dicta est fugam. Georgius in locum eius surrogatus, ecclesias Aegyptias malè tractauit. *g* Quæ autem is cōmiserit, ea ex Atha-

a Criminātur aduersarij, Athanasium apud Constantium.

b Constantius mutata sententia restituere paulo antè catholicos episcopos denuo extrudit.

d Cucusum Cappadocię sect. Athanasio & aliis quibusdam epistis perquam fauorabilis.

e Athanasij fuga.

f Leontius Antiochenus episcopus, adhuc presbyter, ipsum castrauit.

g Georgius Athanasij successor, ecclesiam Alexandrinam regit.

† Hic suprà cap. 8. Eod. Adrianopolis episcopus fuisse dictus est. Sicuti & apud socr. lib. 2. c. 26. Orestia autem siue Orestiadem vrbem esse dicunt supra Macedoniam in eminenti monte sitam in Orestis. Orestas enim populos nominat vlin. lib. 4. cap. 10. patria hæc fuit Ptolemæi Lagi. Eadem videtur dicta esse Adria colonia Romana, Adriani patria, quā is postea amplificauit, & Adrianopolim vocauit.

nasij verbis, qui eis rebus interfuit, eáque pertulit, rectius intelligentur. Nam in Apostolico libro, quem de Fuga inscripsit, defensionem aduersus eos qui eum carpserant instituens, mentionem quoque eorum quæ tum ibi acta essent facit, & hisce vtitur verbis: *h* In Alexandriā rursus irruerunt, qui nos vt occiderent inquirebāt. Et facta sunt posteriora, deteriora prioribus. Subitò enim milites ecclesiam circumuallārūt, & pro precatione bellum instituerunt. Deinde quadragesima ipsa, qui ab eis è Cappadocia missus fuerat Georgius ingressus, clades quas ab illis cognouerat, adauxit etiam. Post Pascha hebdomadam virgines in vincula coniiciebantur, episcopi à militibus vincti ducebantur: pupillorum & viduarum domus & panes diripiebātur, impetus fiebant. Noctu Christiani submergebantur, domus resignabantur: clericorum fratres pro fratribus periclitabantur. Et dura quidem ista: quæ verò subsequuta sunt, duriora. Hebdomada enim post sanctam Pentecosten, ieiunio absoluto, populus ad cœmiterium oratum, propterea quod cūmunionem cum Georgio omnes auersarentur, egressus erat. Atque eo cognito, improbissimus ille ducem Sebastianū Manichæum excirauit. Et ipse adeò cum ingenti militum arma, strictos enses, arcus & sagittas ferentium manu, ipso die Dominico contra populum processit & paucis qui precabantur (plurimi nanque iam propter diei horam domum se receperant) repertis, talia ibi fecere, qualia ab eis fieri decebat. Rogo enim accenso, & virginibus ad ignem admotis, vt se Arianæ fidei esse dicerent, cogebat. Atque vbi eas superiores esse, ignemque nihil curare vidit, denudatis eis ita faciem verberibus cōtudit, vt ad tempus aliquod vix cognoscerentur. Et viris quadraginta comprehensis, nouo eos diuerberauit modo. Virgis nanque è palmarum arboribus repētè defectis, quibus adhuc acumina sua inessent, terga eorum tam crudeliter confecit, vt quidam ex eis sępius à chirurgis propter acumina infixa curati: quidam verò quòd curam eam ferre nequirēt, mortui sint. Reliquos verò simul omnes, atque vnà virgines in magnā Oasim in exilium egit. Mortuorum porrò corpora primùm reddi suis non permiserunt, sed ea insepulta vt voluere celarūt: quòd existimarent crudelitatem tantam se occultaturos esse. Et fecerunt illi hoc, opinione sua seducti, homines dementes. Dum enim defunctorum familiares lærarentur quidem propter confessionem obitam, lugerent autem propter corpora denegata, magis ac magis impietatis simul & crudelitatis contra eos increbuit crimen. Confestim etiam ex Ægypto & Lybia exilio mulctarunt episcopos, Ammonium, Thmuim, Caium, Philonem, Hermem, Plinium, Pfenosirim, Nilammonem, Agathonem, Anagamphū, Ammonium alterum, Marcum, Dracontium Adelphium, Athenodorum: & presbyteros, Hieracem & Dioscorum. Eósque tam acerbè exegere, vt nonnulli quidem in itinere ipso, quidam autē in exilio decesserint. * Expulere verò episcopos plures quām triginta. Studio enim eis erat, iuxta Achab, si fieri posset, tollere veritatem. Et quæ Alexandriæ à Georgio sint acta, talia fuere.

h Athanasius de calamitatibus ecclesiæ Alexandrinæ, quas illa in fuga eius pertulit.

Ieiunium post Pentecosten.

Horrenda Ariani in catholicos admittunt.

Episcopi Catholici ab Arianis in exilium acti.

** Ἐξώρισαν. Vide Theodor. ἐξόριστον. Angularunt.*

Vt cadē & Macedonius Constantinopoli, circūsona ea loca fecerit: et vt martyria perfuncti sint Marcianus martyrius, et paulus Cōstantinopolitanus episcopus. Cap. 30.

Macedonij Constantinopolitani sæuitia tyrannica in Orthodoxos.

NOn secius verò & Macedonius Constantinopoli post Paulū ecclesia ibi occupata sęuiebat. Accepta enim plurima ab Imperatore potestate bellū cōtra ecclesiam suscepit, nihilq; ad tyrannicā crudelitatē reliqui fecit. Et Imperatore arte circumuēto, cōstitutione eius, rapinas & direptiones suas, quas in ecclesiis peragere decreuerat, cōfirmauit. Circūferebantur per vrbes Imperatoris literæ. Militaris man° sanctionibus subsermiebat: & nō solum ecclesiis, verumetiam vrbibus ipsis pellebantur, qui Paulo fauebāt, & τὸ ὁμοούσιον cōsubstantiale profitebātur. Ac primùm quidem persequutionem tantum vrgebāt: deinde verò necessitatē quoque eiusce modi, vt cum illis communicarēt, eis imponebant, cui ad sæuitiā eā nihil deesset, quæ olim eis qui ad idolorū sacrificia adacti sunt, illata fuerāt. Nō enim proscriptione tātum res agebatur, sed & publicatione atque direptione bonorū, præterea flagris, verberibus, variiq; generis cruciatibus, & exiliis. Multi plagis cōfecti interiere. Aliis ius ciuitatis ademptum. Quidam in fróte notis compuncti, vt dignosci tanquam stigmatici possent. Clades ea ad cædes etiā processit. Nanque cum multis aliis, & Marcianus & Martyrius, cū magna fortitudinis laude sunt mortui, qui familiares & scribæ Pauli fuerāt. Eos Macedonius præfecto tradidit, crimen illud obiectans, quòd seditiosi essent, & plurimum opis ad Hermogenis cædē cōtulissent. Horū Marcianus subdiaconus fuit: Martyrius autem psaltes seu cantor, diuinarúmque scripturarū lector. Sepulchrū eorū extra vrbis murum est celebri fano clausum, quod Canum martyrū monumentum esset. Id Ioannes Chrysostomus primus construere cœpit, Sisinius deinde absoluit: qui postea ambo ecclesiæ Constantinopolitanæ prefuere. Rectè enim putarunt, dignos esse honore martyrū, qui gloriā à Deo consequuti essent, quum dæmonū eiiciendorum, tum variorū aliorū morborum cōtactu monumenti sanandorū. Itaque locus is damnatus antea, apparitionibúsque simulacrorū horrendus, expiatus ab eis est, & purgatus. Et Macedonius quidē hæc sic in Orientis vrbibus gerebat. Vrbes verò Occidātis & Græcię ad Illyricum vsq;, nihil eiusmodi pertulere: quòd cōcordes essent, & iam inde ab initio Nicænæ Synodi decreta cōstanter retinerent. Cæterùm Paulus, sicuti antea quoque dictum est, Cucusi exulans, impiorū hominū crudelitate * per strangulationem vitā finiit. Obitus eius Athanasius quoque in defensione fugæ suæ meminit, hisce verbis: Cōstantinopolis enim episcopum Paulū, quum prosequuti essent & inuenissent, propalàm suffocādum curarunt in oppido Cucuso, carnifice ad cædem eam vsi Philippo præfecto: erat nanq; hæresis eorum antesignanus, & prauorum consiliorum administer. Hæc sic ferebantur.

Marciani & Martyrij martyrium.

Miracula ad monumētum eorum edita.

Sozom. addit, capite dānatos ibi morte multari sōliti.

Occidentales in orthodoxia colenda constantes.

Paulus constantinopolitanus episcopus Cucusi strangulatus.

** De cæde Pauli lib. 4. cap. 2. Sozom. Paulus ad exilium perpetuum cōdemnatus, & Cucusum Armeniæ deportatus est. vbi etiam vitam finiit, morbone dicam, an vi et adhibita, non satis scio. Fama certè hodie quoque obtinet, à Macedonianis laqueo strangulatum esse.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De hæresiarcha Photino, & de tribus fidei formulis in Sirmio editis, & maximè de Marci Arethusij episcopi fidei expositione. cap. 31.

CONstantius autem ex Oriente in Illyricem aduersus tyrannos exercitum ducebat. Et quæ cõtra eos gesserit, paulo pòst referam. Quũ autem Sirmij esset, Photini dogma in disquisitionem adduxit. Qui eloquens quidem, & ad persuadendum idoneus, ecclesiæque Sirmiensis Antistes fuit: noua autem hæresi instituta, multos in sententiam suam pertraxerat. quam etiam in Imperatoris præsentia propalàm & liberè promulgabat. Dogma eius erat, vnum esse Deũ omnipotentem, qui verbo suo vniuersitatẽ hãc constituerit. Anteseculare verò verbi generationem & existentiam prorsus negabat. Ex Maria autem Christum initium sumpsisse docebat. Eo dogmate vbique locorum diuulgato, vniuersi tam in Oriente quàm in Occidente episcopi, siue Nicænam sequerẽtur fidem, seu Arianam complecterẽtur sententiam, grauiter id tulere: quòd ex æquo contra omnes, nouas res inducere existimaretur. Ne ipse quidem Imperator mediocriter dissidio eo est commotus. Quapropter etiam concilium ibi coegit. Conuenere eò ex Oriente episcopi, Marcus Arethusius, Georgius Alexandrinus, quem Ariani miserant: Basilius Ancyranus, Pãcratius Peluſius, & Hypatianus Heracleotes. Ex Occidente, Valens Mursorum, & propter virtutẽ magnus Hosius Cordubæ Hispaniæ vrbis episcopus, confessor & Nicænæ Synodi particeps, qui quidem perinuitus tum Sirmij affuit. Arianorum enim dolo non dudum antea in exilium pulsus, annitentibus eis qui Sirmium conuenerãt, Imperiali edicto reductus fuerat. Sperauerant enim illi, si is suffragator eorum siue persuasione seu vi fieret, multum eum ad constituendum stabiliendúmque dogma eorum momenti allaturum esse: vt qui spectata fide testis, & veluti miraculum quoddam eius ætatis hominibus haberetur. Verùm vbi assentiti eis renuit, varios rursum contracto iam extenuatóque graniore ætate corpore sustinuit cruciatus, adeò vt ad fidiculas & verbera peruenerit. Quibus ille coactus, tribus eorum formulis assensit & subscripsit. Sedenim Synodus, quum Photinum cum Sabellio Libyco & Paulo Samosateno facere, eadémque docere manifestò deprehendisset, statim ei episcopalem abrogauit dignitatem. Quod sanè vt ritè atque ordine factum, & tum & postea omnes complexi sunt, & comprobatione debita dignũ iudicarunt. Cæterùm illi diutius ibi manentes, perinde atque priores fidei formulas damnarẽt, tres alias promulgarunt. Atque vnam quidem Græca lingua Marcus Arethusius composuit, reliquæ Latino sermone fuerant cõscriptæ: quæ simul & verbis & eorum structura atque compositione ab Arethusij expositione prorsus dissidebant. Quin neque eadem quæ priores formulæ, complectebantur. Græca namque neque ὁμοούσιον consubstantialẽ neque ὁμοιούσιον equisubstantialem patri filium dicebat. Et eos qui docerent filium principij expertem esse, aut qui filium † dilatatam Dei substantiam facerent, aut qui etiam coniunctum, non autem subiectum patri dicerent, excommunicabat. Itidem verò & altera Latina de substantia agens, ὁμοούσιον cõ substantialem iuxta & ὁμοιούσιον æquisubstantialem omnino dicendum esse inhibebat: vt quę verba neque in scripturis sacris vspiam inuenirentur, neque † notitiis primis aut cognitione hominum perciperentur. Constimit sanè, patrem maiorem dicendum esse quum honore & dignitate & diuinitate, tum ipso paternitatis nomine. Decernit etiam cum omnibus filium subiectum esse patri. Et principij quidem expertem esse patrem, omnibus verò (patre excepto) filij generationem esse incognitam. Quam formulam vt minus rectè compositam, posteaquã multis promulgata traditáque fuerat, episcopi retractare contenderunt. Et imperator ipse id seriò, coërcionem eis & pœnam qui eam in lucẽ prolatam non reddidissent minatus, mandauit. Verùm ea quòd in multorum manus peruenerat, non prorsus est abolita. Alteram quidem ex Latinis, ei quæ ab Arethusio Marco edita est † connexam, in præsentia referam. Alteram autem quæ postea lecta est, loco suo reponam, quum res Arimini actas commemorabo. Quam Marcus dictauit, sic se habet: Credimus in vnũ Deum patrem omnipotentem, creatorem & factorem vniuersorum: ex quo omnis paternitas & in cœlo & in terra nominatur. Et in vnigenitum eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, ante omnia secula ex patre genitum, Deum de Deo, lumen de lumine: per quem facta sunt omnia, in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. Qui est verbum, & lumen verum, & vita. Qui extremis diebus, propter nos homo factus, & natus è virgine sancta, & crucifixus & mortuus & sepultus est. Et resurrexit à mortuis tertia die, & receptus est in cœlum, & consedit ad dexteram patris: venturus in cõsummatione seculi, iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera sua. Cuius regnum interminatum in infinita secula permanet. Sedet namque in dextra patris non solum in seculo isto, sed & in futuro. Et in spiritum sanctum, hoc est, paracletum, quem quum se Apostolis post ascensionem in cœlos missurum promisisset, vt eos doceret & admoneret omnia, misit: per quem etiam sanctificantur, quæ in eum sincerè credunt, animæ omnium. Eos verò qui dicunt, ex non existentibus esse filium, aut ex alia subsistentia quàm ex Deo: & quòd fuerit tempus aut seculum, quum non fuerit, alienos esse scit sancta Catholica Ecclesia. Ac rursum dicimus, si quis patrẽ & filiũ duos profiteatur deos, anathema sit. Et si quis Deum dicens Christũ antesecularem filium Dei administrasse patri in rerum vniuersarũ creatione nõ profiteatur, anathema sit. Si quis * ingenitum, aut partem eius ex Maria progenitam esse dicere audeat, anathema sit. Si quis iuxta præscientiã, eum qui ex Maria genitus est, filiũ esse dicat, & non

Photini Sirmiensis episcopi hæresis.

Cœlium Sirmiense propter Photini hæresim coactum.

Hosius confessor.

Hosius tormẽtis coactus, tribus Arianorum fidei formulis subscripsit.

Photinus, Sabellius, Samosatenus, Sirmij damnati. Zozom. lib. 4. cap. 6. Socr. lib 2. cap. 30.

Triplex fidei formula Sirmiũ ab Arianis tribus cõposita.

primæ formulæ summa.

† πλατυνομένην. *secundæ.*

† ἐννοίαις.

† σωτῆρα *formula fidei Sirmij à Marco Arethusio compositæ.*

* τὸν ἀγέννητον *patrem scilicet.*

†† *Sirmiensem conuentum coactum tradunt post Sergij & Nigriani consulatum: quo anno, neque ex Oriẽte, neque ex Occidente quispiam consul creatus fuerit, propter tyrannorum metus, & reipub. perturbationem. Socr. lib. 2. cap. 29. Soz. lib. 4. cap. 6. Chronici tamen obseruatores, coss. annotant, Constantium Aug. V. Constantium Gallum Cæsarem.*

& non ante secula ex patre natum apud Deum esse, & per eum facta esse omnia, anathema sit. Si quis dilatatam substantiam Dei filium facere dicat, aut dilatationem substantiæ eius filiũ nominet, anathemata sit. Si quis substantiã Dei vel dilatari vel contrahi dicat, anathema sit. Si quis vel † mente cõceptum, vel ore * prolatum verbum dicat filium Dei, anathema sit. Si quis hominem solum dicat, filium ex Maria prognatũ, anathema sit. Si quis Deum & hominẽ ex Maria genitum profitens, Deum ingenitum ipsum intelligat, anathema sit. Si quis illud, Ego Deus primùm. & ego * postea, & præter me nõ est Deus: quod de abolitione idolorum, & eorum qui dij non sunt, dictum est: ad abrogationem vnigeniti antesecularis filij Dei Iudaicè accipiat, anathema sit. Si quis illud, Verbum caro factũ est, audiens, Verbum in carnem mutatum, aut conuersionem subisse, & sic carnẽ assumpsisse existimet, anathema sit. Si quis vnigenitum filium Dei crucifixum audiens, corruptionem, vel perpessionem, vel mutationem, vel diminutionem, vel * abolitionem secundum diuinitatem sustinuisse dicat, anathema sit. Si quis illud, Faciamus hominem, non patrem ad filium, sed ipsum ad se ipsum Deum dixisse profiteatur, anathema sit. Si quis cum Iacob, non filium vt hominem, sed ingenitum Deum aut partem eius colluctatum esse dicat anathema sit. Si quis illud, † Pluit Dominus à Domino, non de patre & filio accipiat, sed * seipsum à seipso pluisse dicat, anathema sit. pluit enim Dominus filius à Domino patre. Si quis audiẽs Dominum patrem, Dominũ filium, Dominum & Dominum patrem & filium dicat, & Dominus ex Domino dicẽs duos statuat Deos anathema sit. non enim componimus filium patri, sed patri subiectum esse dicimus. neque descendit in corpus absque consilio patris: neque pluit à seipso, sed à Domino, autore patre. neque sedet à dextris à seipso: sed audit patrem, Sede à dextris meis. Si quis patrem & filiũ & spiritum sanctum vnam personam dicat, anathema sit. Si quis spiritum sanctum paracletum profitẽs, ingenitum Deum intelligat, anathema sit. Si quis, sicuti Scriptura nos docuit, nõ alium à filio dicat paracletum: dixit enim, Et alium paracletum mittet vobis pater, quem ego rogabo, anathema sit. Si quis spiritum patrem dicat patris, † aut filij, anathema sit. Si quis patrem & filium & spiritum sanctum tres dicat deos, anathema sit. Si quis * proposito Dei filium Dei vt vnam creaturarum factum esse dicat, anathema sit. Si quis non volente patre genitum filium dicat, anathema sit. non etenim inuito patre, naturali necessitate coactus ille, nolẽs genuit filium: verùm vnà cum ipsa voluntate, & absque tempore, & absque perpessione, ex se gemitũ ipsum exhibuit. Si quis ingenitum & principij expertẽ dicat filium, tanquam duo ingenita & duo principio carentia dicens, & duos deos statuẽs anathema sit. caput namque est & principium omnium filius, caput autem Christi Deus. Ita enim ad vnum initio carens rerũ omnium principiũ, per filium piè omnia referimus. Ac denuò Christianismi certius accuratiúsque sententiã inquirentes, dicimus: Si quis Christum Iesum filium Dei antesecularem administrasse patri in rerum vniuersarũ creatione non dicat, sed ex quo Maria genitus est, tum filium & Christum vocatum esse, & principiũ * vt Deus esset cœpisse asserat, eum anathema esse: sicuti Samosatenum Paulũ Fidei formula aliter apud Sirmium Latinè edita, & Græcè versa. Quandoquidem placitum est, vt de fide considerarentur, omnia certò exquisita & exposita sunt Sirmij in præsentia Valentis, Vrsicij, Germinij, & reliquorum: constitit itaque vnum esse Deum patrem omnipotentem, quẽadmodum & in vniuerso orbe annunciatur. Et vnum vnigenitum eius filium Iesum Christum, Dominum & Deum & Seruatorem nostrum, ex eo ante secula genitum. Non autem duos oportere dicere deos: siquidem & ipse Seruator dixit, Vado ad patrem meum & patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum. Propter quod & omnium Deus est, sicuti Apostolus quoque docuit: An Iudæorum Deus tantùm? non autem & gentium: profectò gentium quoque. Siquidẽ vnus Deus, qui iustificabit circumcisionem ex fide. Et reliqua quidem omnia consona sunt. & nihil habent dubij. Quoniam verò permultos mouet substantiæ verbum, hoc est (vt certius intelligatur τὸ ὁμοιούσιον æquisubstantiale, siue τὸ ὁμοούσιον, consubstantiale, neminem prorsus mentionem dictionum earum facere, neque eas in Ecclesia docere oportet, propter hãc causam & rationem, quod ille in diuinis scripturis non reperiantur, & captum humanæ mẽtis & cognitionis excedãt: quódque nemo generationẽ filij explicare possit, quemadmodum scriptum est, Generationem eius quis enarrabit? Soli auté patri manifestum est, quomodo filium genuit: & item filio, quomodo ipse genitus sit à patre. Nemini etiam dubium est, maiorem esse patrẽ honore, dignitate & diuinitate, & ipso adeò nomine paterno maiorem esse: ipso etiam testificãte filio, Qui me misit pater * maior me est. Illud quoq; catholicum esse nemo ignorat, duas esse personas patris & filij: & patrem quidem maiorem, filium autem subiectum cum omnibus quę ei pater subiecit. Et patrem principium non habere, & esse inuisibilem & immortalẽ, & passionis expertem: filium verò genitum ex patre, Deũ de Deo, lumẽ de lumine: eiúsque generationem neminem nosse, sicuti dictum est, nisi solum patrẽ. Ipsum porrò filiũ Dominum & Deũ nostrũ, carnem siue corpus, hoc est hominem assumpsisse, quemadmodum & Angelus renũciauerat, & scripturæ omnes docẽt: atque in primis Apostolus ipse gentium doctor, Hominem Christus ex Maria virgine assumpsit, per quem & passus est. Caput autem fidei totius & firmamentũ est, vt Trinitas semper seruetur, ita vt in Euãgelio legimus, Eũntes docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomen patris & filij & spiritus sancti. Integer autem & perfectus est trinitatis numerus. Paracletus autẽ spiritus sanctus per filiũ missus, iuxta promissionem venit, vt Apostolos & credentes omnes sanctificet & * designet. Hæc ea formula est, cui vt Photinus etiã post episcopatus abrogationem assentiretur, & subscriberet, hominẽ sunt hortati: dignitatẽ se ei episcopalẽ vnà cum throno redditurus polliciti, si quidẽ per pœnitẽtiam quęcũque perperam docuisset, anathemate iugularet. Ille ne audire quidẽ hoc sustinuit, sed

† θεὸν ἐκπλατυνόμενον.

* προφορικὸν.

* μετὰ ταῦτα.

* ἀναίρεσιν.

Hæc paulo aliter referuntur apud Socratem lib. 2. cap. 30.

† ἔβρεξε.

* *Hebdomadarius quisque Rabbini Iudæorũ, quibus cum mihi hæc de re res fuit, & Iudæi antes Christiani, hæc dictũ ita accipiunt & exponunt.*

† al. & * βουλήσει, *voluntate.*

* τὸ θεῖον εἶναι, *vt Dei esset. Socrat. secunda fidei formula Sirmij scripta, quam autores eius magnopere, suppressam voluere.*

Repudiantur omnino verba hæc: ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον.

* *Verbum hoc est temperamenti submissionis & examinationis, iuxta illud minuisti eum, & inferiorem fecisti paulisper angelis. Psalm. 8. Hebr. 2.*

* ἀγίου Πνεύματος. *Nã qui spiritũ Christi nõ habet, nõ est eius. Rom. 8. Hæretica pertinacia in Photino.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Disputatio Photini cum Basilio Ancyrano. Finit disputationi multos adhibuisse cõstantium Senatores viros, dicit Socrates lib.2.cap.30. Photinus exulat.

eos ad disputationẽ prouocauit. Et iussu Imperatoris die dicta in locum vnum quicunque doctrina, eloquentia & honore antecellere alios videbatur, conuenientibus, conditionem disputandi accepit Basilius, qui tum Ancyranam curabat ecclesiam. Concertatio ea longius producta, & notarij celeres vtriusque dictata excepetunt: quibus longè superior fuisse existimatus est Basilius. Porrò Photinus ad exilium est damnatus. In quo ille degens, opinionem suã Græcè & Latinè (multa enim ei in vtroque sermone erat gratia) scriptis mandauit. Quod verò in eis maximè elaborabat, illud erat, quòd præter opinionem suam, alias aliorum omnes nihil esse, parum decorè probare est conatus. Photini quidem, eiúsque sententiæ res, ad hunc se habuere modum.

Vt tyranni Occidentales sint deuicti, Britania scilicet & Magnentius. De Iudæis Diocæsarienſibus, & vt Gallus sit interfectus. Cap.32.

IMperator autem aduersus tyrannos exercitũ duxit, & conditionibus pactisque certis bellum cum Britanione decidit, militibus illius vt animos mutarent, & se vnum Imperatorem acclamationibus renunciarẽt, persuasis. Nam insidiis eis cognitis, Britanio ad pedes Imperatoris supplicis habitu miserabiliter est prouolutus. Et Constãtius ei Imperij insignia purpuram & coronam detraxit, quietúmque & priuatum esse iussit: Seni magis conuenire dicens, vt in ocio viueret, quàm nomen tumultuum plenum obtineret. Sumptus autem ex publicis vectigalibus ei, vt seni, ad Prusam circa Olympum amplos attribuit: vbi ille degens, postea ad Imperatorem scripsit, gratiásque ei egit, qui se tantis & tam multis curis & erumnis, quæ in Imperio essent, liberasset. Rebus de Britanione prosperè confectis, maximam copiarum suarum, quas secũ habebat, partem, in Italiam aduersus Magnentium misit. Patruelem autem fratrem suum Gallum, Constantij (frater autem hic Constantini magni patris fuerat) filium, in Orientem & Syriam ire iussit, vt prouinciis isthic aduersus Persarũ excursiones præsidio esset: eundémque cum nominis sui adiectione Cæsarem fecit, Cæsarem Cõstantium renuncians. Quo sanè rẽpore, illo Antiochiam proficiscente, rursum crucis signum in cœlo ad Hierosolyma apparuit, solem radiis suis præcellens, arcu quem irim vocant ingenti ad instar coronæ circumfusum, hora diei tertia, Pentecostes feriis ineuntibus: Cyrillo tum Hierosolymis post Maximum res ecclesiasticas gubernante. Cæterùm crucis illa lux sparsim non diffluebat, quod in cometa fieri solet: sed multo magnóque fulgore densa & perspicua consistebat. Occupauerat autem cœlo incumbens circitet quindecim stadia. Longitudo eius, quantum colligere licuit, à Caluariæ monte ad eum qui dicitur Olineti pertingebat: latitudo autem, quę longitudine ei proportione conueniret. Ad miraculum timor etiam, in re tam insolita & inexpectata, omnibus incessit. Itaque omnes cum coniugibus & liberis ad templum maius Deum laudibus ferentes, relicto à quoque quod tum fortè faceret, opere cõfugerunt. Et ea res in terras omnes promulgata, homines consternauit,

Britanio à Cõstantio in gratiam receptus.

imperiũ curarum et erumnarum nemen est.

Constantius Gallus Cæsar in Oriente.

Gallus crucem velucẽtem ferè medio die in cœlo Hierosolymis cernit.

Hierosolymitana precatiõnis ergo profectio.

E quòd eam ex prouinciis cunctis, qui peregrè precationis ergò Hierosolyma venerãt, vbique vulgarent. Multos sanè & ex Iudæis, & ex Græcis, ad Christianismum perduxit. Factus etiam de ea certior est Imperator, familiarium suorũ & ipsius Cyrilli literis. Et diuinitùs ea quasi prodigiũ exhibita esse dicebatur à peritis, vt quæ antiquitùs in sacris expressa esset literis. Splendidũ hoc & venerandum spectaculum, ipsi quoque exercitui non fuit inuisum. Apparuit namque a signum id, quum Imperator ad Occidentẽ Britanionem & Magnentium tyrannos deuinceret: vbi exercitus vario labore fatigatus, miraculo tanto viso, immensa eius luce afflatus & lustratus est. Nam Magnẽtius veteri Roma capta, grauiter ibi sæuiebat, & multos ex Senatu atque ipsa etiam plebe crudeliter necabat. Vbi autem Constantij exercitum adesse cognouit, cedens istinc, Galliam per Alpes Iulias petiit. Ita enim F perangustus trãsitus dicitur, altissimis ex vtraq; parte montibus in locum vnum, vt propè complicentur, coeuntibus. b angustiis quæ in Thermophylis sunt perquàm similes. Et Alpes quidem Iuliæ Gallias ab Italia diuidunt. Quæ verò vocantur c Susacenses Alpes, inter Daciam & Thraciam sunt. Porrò vbi aliquoties acies inter se concurrêre, & nunc hi nunc illi prælio superiores fuere: postremò victus Magnentius ad † Mursam Galliæ castellum profugit. Quo loco copias suas casu eo perculsas animare, & ad fortitudinem atque fiduciam excitare conatus est. d Quum autem & ipsæ militari more acclamatione sua illi vt Imperatori fausta ominari deberent, vel inuitæ pro e Magnentio Constantium Augustum promulgarunt. Vnde ille imperium sibi non esse à Deo delatum iutellexit: & castel- G lo eo derelicto, vlterius est profectus. Verùm quum eum Constantij exercitus magna celeritate persequeretur, solus profugiẽs in vrbẽ Lugdunẽsem peruenit. Atque ibi fratrem Desiderũ, per beneuolentiæ causam scilicet, vt eum hostiũ manibus & iniurijs eriperet, deinde matrẽ, postea etiã si quis ex propinquis suis alius adesset, iugulauit. Et tandem in gladium sibi ipsi intẽtatum incumbens, dorso etiam ipso perfosso, vitã finiit, quum non totos quatuor annos tyrãnide potitus esset. Paulo deinde pòst, qui ei alter erat frater, f Decẽnius Cæsar ab ipso dictus, laqueo etiam seipsum interemit. Sedenim ne sic quidem respub. pacatæ fuere. Statim tyrãnus enim alius, nomine Syluanus, apud Occidẽtales Gallos extitit: quem non ita diu res turbantẽ Constantij duces interemere. Enimuerò Iudæi quoq; Dio- H cæsareæ Romanis rebellantes, & seruitutis iugũ excutiẽtes arma sumpsere, & Palestinã vicinásq; in circuitu regiones percurrentes vastarũt. Cõtra quos ex Antiochia, vbi agebat, profectus est Constantius Gallus, eísque superatis tropæũ ingens statuit, & vrbẽ eorum ex ipsis fundamentis

a *Signum hoc crucis eisdem Constantij exercitui in Oriente apparuit.*
Magnentij tyrãni ex exitus.
b *Alpes Iuliæ.*
c *Angustiæ Thermopylarum.*
supra cap.33.
d *Quum autem & ipsæ militari more acclamatione sua illi vt Imperatori fausta ominari deberent, vel inuitæ pro Magnentio Constantium Augustum promulgarunt.*
e *Magnentius charissimos sibi quosque primum, deinde etiam se ipsum necat.*
Sylvani tyranni interitus.
f *Decennius frater Magnentij occiditur.*
Alij Decennium vocant.
Iudæi Diocæsarea rebellantes à Gallo coercẽtur.

Britannionem magistrum militum in Pannonia ad Mursam milites imperatorem renunciauerant, grandæuum iam, & omnibus charum virum: quippe probum, & priscorum morum, incundæque cuilitatis: sed omnium liberalium artium expertem, adeò vt ne primarum quidem literarũ elementa, nisi in extrema ætate, addidicerit. eutrop.

diruit.

Gallus res nouas molitur.

diruit. Sedenim rebus feliciter gestis fortunam A blandientem prosperitatémque eã non bene tulit: nam & ipse ad res nouas aspirare, & tyrannidem meditari cœpit. Sed breui conatus eius manifestò comperit Constantius. Siquidem ille per effrenem audaciam Orientis præfectum Domitianum, & quæstorem † Montium suapte potestate necauit, cædis eius causa Imperatori non significata. Quæ res aliæque insuper ad eam accedentes effecere, vt Imperator eum, vt sibi iniurium, sublatum vellet. Et ira incitatus, ad se eũ euocauit. Atque ille in deteriorem partem eã vocationẽ fieri suspicatus, sibique propterea metuens, etiam inuitus profectus est, vxore sua Cõstantia, quæ pro eo precaretur, præmissa. Ea in itinere mortua est. In comitatu Galli Theophilus etiam Indus fuit, de quo suprà diximus. Nã is medium se inter Gallum & Constantium gerebat, coniunctionem eorum & concordiã cõfirmãs, quum Cæsar Gallus designaretur, & pacta fierent. At Gallus, adempta ei primùm purpura, circa * Phlanonem insulam in Occidentalibus partibus, ex insidiis Eusebij eunuchi † trucidatus est. Quod quidem ita tum fieri iussit Constantius: postea autem eum facti pœnituit. Breui pòst fratrem eius Iulianum ex Ionia accitum, quòd Imperij grauitatem secum perpenderet, Cæsarem creauit: & aduersus barbaros in Galliam misit, qui res ibi turbulentas pacaret & constitueret. Sed de Iuliani rebus in historia sequentia accuratius omnia exponemus.

† *Magnum Socrat. & Sozom. Et hoc crimen læsæ Maiestatis.*

* *περὶ Φλανονατῶν νησων. Socra. lib. 2. cap. 34. Plin. in Illyrici scriptione minuit vrbis Flanonæ, & absytes in insulę libro 3. cap 21.*

† *Galli cædes.*

Iulianus Cæsar dicitur.

Iulianus in Galliã missus.

Constantius Romæ triumphat.

Vt denuò Ariani Synodos Antiochiæ & Mediolani celebrantes, Athanasium oppugnarint: & quæ consilia de peruersione fidei Constantius ceperit. Cap.33.

CConstantius cura & periculo tyrannorum liberatus, venit Romã: vbi de tyrãnis triũphum sibi agendum esse duxit. Eodem tempore ad concordiam dogmatis Orientales simul & Occidentales episcopos, sicuti putabat, adducturus, Synodum cogi in Italia præcepit. Iulius, tum viginti quinque annis Romana ecclesia administrata, decessit, prouinciámque eius Liberius sortitus est. Tũ verò opportunitatẽ sibi oblatam esse existimantes, qui professionem fidei Nicænam abrogauerant, calumnias rursum cõtexuerunt, vt τὸ ὁμοούσιον consubstantialie professores, quos antea vt sententiæ alterius sectatores exautorauerant, ecclesiis prorsus exigerẽt. Constante namque adhuc superstite, non ausi fuerant fraudulenta temeritate imperia inter se committere. Quippe bellum fratri Constãs denunciauerat, nisi Athanasium, sicuti dictum est, reciperet. Potissimùm verò Athanasium illi expellere studio omni contendebant: qui sanè etiã Constante nondum cæso, Constantio autem propter illum, Athanasium se complecti assimulante, (tantum illorum erat odium) conquiescere non potuerunt. Sedenim triginta ex maligna eorum multitudine Antiochiæ cõgregatis. Narcisso videlicet Cilice, Theodoro Thrace, Eugenio Nicæno, Patrophilo Scythopolitano, Menophanto Ephesio, atque aliis, reditum Athanasij illi tanquam illegitimum culpabant: & omnibus vbique episcopis scribebãt, ne cum illo cõmunicarent, néve ad illum scriberent: sed Georgium honore prosequerentur, quem ipsi epis-

Liberius Iulij Romæ successor.

Ineũt rursum Ariani fraudulenta aduersus Athanasium & orthodoxos consilia.

Concilibulũ 30. Arianorũ episcoporũ Antiochiæ aduersus Athanasiũ congregatum.

Constantius ecclesiasticæ concordiæ gratia Occidentales Arimini, Orientales Seleuciæ in Isauria tenuẽtem eodem tẽpore agere iussit. Sed consilium eius frustrà fuit.

copum constituerant. Athanasius autem nihil prorsus hæc curabat. Id ita factum, donec Constantius tyrannis sublatis, vnus ipse Orientis simul & Occidentis imperio est potitus. Et Constantius quum in Occidente esset, cum episcopis τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis fidei assentientibus se coniunctum esse, & cum eis sibi conuenire simulauit: & fortasse in partibus eorum esse omnino cõstituit. Arte certè vsus est, quum vim nullam eis primùm adhiberet, sed tantum persuaderet, vt eandem contra Athanasium, quam Orientales episcopi tulissent, ipsi etiam sententiam ferrent. Sic etenim quodammodo putauit, si omnium Orientalium iuxtà & Occidẽtalium calculis Athanasius damnaretur, facillimum sibi fore, vt religionem pro arbitrio suo cõstitueret atque ordinaret. Itaque in Italia Mediolani conuentus coactus est. Et ex Oriente quidem pauci admodum ibi prę stò fuere. Itineris enim magnitudo, & morbus, & ætas grandior, multorum impediit aduentum. Occidentales autem plures quàm trecenti conuenêre. Enimuerò Orientalium consilium fuit, vt Athanasius damnaretur, eique Alexandrina vrbe interdiceretur. Et reliqua Synodus siue errore aut metu, seu etiam ignorãtia pedibus in eam ibat. Soli verò ex omnibus Dionysius Albæ, quæ vna ex metropolitanis in Italia vrbs est, & Eusebius Vercellarum Ligurię, & Paulinus Treuirorum in Gallia, episcopi, & præterea Rhodanus & Lucifer, dolo deprehenso, Orientales euertendi Nicæni dogmatis gratia condemnationem Athanasij vrgere, assurgentes, vociferati sunt: Fraude Christianismũ circumueniri, neque verbis eiusmodi de Athanasio agi: sed insidias decretis ritè atque ordine de Deo olim factis, Imperatorem & Arianos tendere. Hæc vbi dicta, conuentus rebus infectis solutus est. Qui autem liberius sententiam dixerant, condemnati, solum exilij causa verterunt. Inter quos Hilarius etiam Pictauiensium episcopus fuit. Porrò verum fuisse, quòd sub obtentu nominis Athanasij aduersum fidem Nicęnam Mediolanensis Synodus sit cõgregata, ea quæ sequuntur confirmabunt. Nam quæ paulo pòst eodem tempore & Arimini in Italia, & Seleuciæ in Isauria, acta sunt concilia, tes nouas contra Nicænas constitutiones molita sunt: quemadmodum mox declarabimus. Imperator stomachabundus vniuersale concilium cogere, & episcopos Orientales omnes in Occidentem pertrahere volebat, omnem mo- D uens funẽ, si quo modo facere posset, vt ad concordiam omnes adduceret. At vbi re deliberata, difficile id visum est, quod ei itineris longinquitas obstaret, vnam quidem, sed duobus in locis congregandam esse Synodum statuit. Et Occidentales Arimini, Orientales verò Nicomediæ conuenire, literis suis iussit. Imperator sanè quidem hoc sic concordiam omnium spectans instituit: sed consilium eius aliter cessit. vtrinque enim dissensio inter eos intercessit. Neque enim Arimini qui conuenerant, concordes erãt: maius autem inter eos qui Nicomediæ quidem per tertæ motum coire impediti, Seleuciæ verò deinde congregati fuerant, dissidium est ortum. Cæterùm quæ vtrobique sint acta, historia ipsa deinceps ostendet. In præsentia autem, quæ

Constantius Ecclesiasticæ concordiæ gratia Occidentales Arimini, Orientales Seleuciæ in Isauria tenuẽtem eodem tẽpore agere iussit. Sed consilium eius frustrà fuit.

Dolum orthodoxi pauci sentiunt.

Mediolani nihil agitur.

Hilarius victa nicęi. & quidam alij catholici in exilium aguntur.

Constantius Ecclesiasticæ concordiæ gratia Occidentales Arimini, Orientales Seleuciæ in Isauria tenuẽtem eodem tẽpore agere iussit. Sed consilium eius frustrà fuit.

Synodus Mediolanensis.

Orientales per damnationem Athanasij callidè Nicæna decreta suppressa vertunt.

Lucifer Sardiniæ insulæ metropolitanus dicitur apud Theod. lib. 2. cap. 15. vbi ista fusius referuntur.

Constantius per vnanimem Athanasij cõdemnationem inter Orientales & Occidentales vniuersum fidei concilium contendit.

y iij

Athanasio per omne Constãtij Imperium acciderint, breuiter referemus, vt ordine suo nobis procedat oratio.

Quas calamitates sub imperio Constantij magnus pertulerit Athanasius, & vt Deus sæpe eum ex maximis liberarit periculis, & vt is multa diuinitus præuiderit. cap. 34.

ILle siquidem auditis quæ aduersus eũ in Imperatoria aula factæ fuerant comminationibus, ad tempus profugit. Deinde quinque qui sub eo erant episcopis delectis, in quibus Serapion etiam † Thmuęus, vir Dei in primis amãs, atque in dicendo & scribẽdo grauis, fuit, ad Imperatorem in Occidente degentem eos misit, tribus ex ecclesia sua presbyteris additis: qui, si id Imperator iussisset, aduersariorum calumnias confutarent. Dum illi proficiscuntur, Imperatoris interea literæ, quibus ad eum euocabatur, asseruntur. Itaque ipse cum suis in graui erat cura & solicitudine. Neque enim tutum satis esse putabat, dicto Imperatoris audientem esse, qui in professione fidei hallucinaretur. Neque verò illi morẽ non gerere, periculo carebat. Manfit sanè. Et qui literas attulerat, vacuus ad Imperatorem rediit. Porrò æstate iacunte, alter venit, cũ quodam Alexãdrinæ vrbis illustri ciue: atq; is Athanasium vrbe expellere, & clerum malè accipere incœpit. Sedenim quum plebs rebellãs vim pararet, & ipse nihil efficeret, retrocessit. Postea intempesta nocte ordinum ibi militarium dux, & qui ab Imperatore missus fuerat, atq; hæc curabat, Hilarius, vbi Athanasium in ecclesia occultari intellexit, quæ Theonæ dicitur, cum delecta Aegyptiorum fortúque manu ei institit: & postibus effractis in templum quidẽ irruit, sed Athanasium quęsitum non comprehendit. Diuinitùs enim ei irruptionis huiusmodi consilio manifestato, paulo antè inde exiuerat. Milites autem tardius ad cõprehendendum eum venerant. Dicitur sanè hic vir multa & diuersa diuino iudicio euasisse pericula. Quod namque Deo esset perquàm charus, quæ futura erant, itidẽ vt præsentia, per gratiam Dei prouidebat. Multa certè admiranda futurorum cognitionem viro ei cõtestantur. Primũ namque Constante adhuc viuente, & Constantio insidias ei struente, quum fuga sibi consuluisset, apud notũ quendã hominem in subterraneo & caliginoso specu, atque olim cisterna, latuit, nemine præter ancillã conscio: quæ quòd fidelis esse videretur, ad vsus necessarios ei inseruiebat. Postquam autem in hoc magno studio aduersarij incubuêre, vt virũ viuũ caperent: & ancilla ea, pecunia ab illis corrupta, mercede eum proditura erat: præueniens Deus, insidias ei indicauit. Ita ipse aliò concessit. at illa, vt quæ cõtra heros suos falsa dixisset, plagas reportauit, Grauis siquidem eis constituta fuerat pœna, qui Athanasium celare cõperti fuissent, vt qui contra Imperatoria iussa niterẽtur, & rectã reipub. administrationem tollerẽt. Multi sanè eo nomine res duras sunt experti. Persimile quiddã alio quoque ei tẽpore euenit. Eandem namque ob causam in Aegyptum profugiẽs, aduerso nauigabat Nilo. Quum autem fuga eius indicata, quidam eum persequerentur, cœlitùs id cognouit, & nautas atque vectores Alexãdriam redire secundo flumine iussit: & in descensu persequutoribus suis præteritis, populi deinde turbæ in vrbe frequẽtissima mixtus, latuit, incolumisque permansit. Quapropter non solùm Ariani, sed & Græci atque Gentiles eum vt magum & præstigiatorem, tales ob res criminati sunt. Aliquãdo namque vrbem eo ingrediẽte, cornix in aere volans crocitabat: & Græcorum quę illic stabat turba, scommate cum veluti impostorem persequens, quid nam cornix diceret, interrogauit. Et ille perquàm vrbanè & suauiter ridẽs: Cras, inquit. Portẽdit namque, crastinum diem vobis non benè cessurum. Mandatum enim ab Imperatore veniens, festum diem vestrum inhibebit, & magnificentia vestra iniucunda vobis erit. Porrò id Athanasij dictum exitum suũ habuit. Ab imperatore enim literæ venere, quibus magistratus iubebantur, de cætero Græcos prohibere, ne ad templa accederent, & more superstitionis suæ dies festos peragerẽt. Et celebritas ea quæ iam aderat, & ab illis plurimi fiebat, veneratiõnéque maxima colebatur, tum soluta est, neq; postea peracta. Declarare hęc satis possunt, diuinum eum virum, & prophetici doni nõ expertem fuisse. Ipso autẽ, vt dictum est, profugo, clerus eius ecclesias tenuit: donec aduenięs dux cum armatis, Georgium expectantibus eas tradidit, & ipse postea Georgius aduenięns occupauit. Is quòd non apparatu aut more episcopi administrationem suam instituęret, terribilẽ se exhibuit. In Athanasij autem laudatores ferus admodum fuit: ac viros simul & mulieres arripiens, tanquam sæuus tyrannus, in vincula coniecit. Quamobrem publicum populi odium in se concitauit. Periisset certè quidem, nisi periculo vitato ad Imperatorem procurrisset. Ibi tum sectatores Athanasij ecclesiis præfuêre, quamuis ad breue tempus. Præfectus namque Ægypti illis eiectis, eas factioni Georgij restituit. Nec longè pòst & ipse rediit, terribilior quidẽ quàm antea. non minus autẽ omnibus inuisus: quippe qui Imperatorem ad iram contra eos commouisset. Infidelis verò, & fastu plenus à plerisque increpitus est: & ab Aegyptiis monachis maximè, quos hominum multitudo in primis, quùm quòd vera dicere existimati sunt, tum quòd philosophicè planè virtutem & pietatem exercere perseuerarunt, sequebatur. Res Athanasij, sicuti sub Constantio vario euentu fuere, breuiter & ordine expositæ, sic se habuere.

Athanasius è manibus militum euadit.

Sæpenumero Athanasius diuinitus pericula præsentia effugit.

Idem in specu latitauit sex, vt quidã scribunt, annis.

Ancilla insida perfidiæ mercedem recipit.

In Nilo nauigãs, persequutionem inimicorum cludit.

Athanasius ab Arianis & Græcis Magia insimulatus.

Abolitionem idolomaniæ Alexandrini Græcis prædixit.

eiusdem fuisse dictum.

Georgij Ariani episcopi Alexandri in Catholicos crudelitas.

Plebs fidem monachorum orthodoxorũ est æmulata.

Liberius exulare iubetur.

causa exilij eius.

Vt Liberius Iulij Romæ successor, quòd se Constantino opposuerit, in exilium sit actus, & Felix locum eius occupauerit. Cap. 35.

IMperator verò priusquam Romam iret, & solitum ob victoriã triumphum ageret, accito Liberio Romanorum episcopo, Iulij successore, persuadere ei conatus est, vt in sententiã quos secum habebat episcoporum iret: quorũ vnus Eudoxius erat. Quod vbi ille ei resistens se facturum negauit, ad exilium est damnatus. Berœa autem Thraciæ, quò deportaretur, designata fuerat. Sed & alia condemnationis eius causa fuisse dicta est: videlicet quòd renunciare Athanasij communioni noluerit, eundémque apud Imperatorem defenderit, qui Athanasium accusabat, quòd & ecclesias iniuria affecisset & causa

colloquium constantij & Liberij.

Ne per episcoporum manus inimicitias exercueris aut vindicaris imperator. Ecclesiasticorũ namque hominum manus sanctificatione operari debent. Theodor. lib. 2. cap. 16. Liberius exulaturus donum quingentorũ aureorum à constantio sibi missũ reiicit.

Felix Romæ Liberio substituitur.

Romani restituunt sibi Liberiũ à Constantio petunt.

& causa necis duobus fratribus suis fuisset. Idem A comprobanda esse quæ Tyri aduersus Athanasium, per inuidiam alienæ sententiæ sectatorum acta constituta quę fuerant, dicebat. At Liberius pœnitentiæ libellũ Vrsicij & Valentis Iulio decessori suo oblatũ, Imperatori exhibuit: in quo falsa esse & ementita, quæ apud Mareoten acta erant, significantes, noxę gratiam petierunt. Rogauit insuper, ne ita indicta causa Athanasium damnaret, neve quæ perperam decreta & manifestæ calumniæ essent, comprobaret. De fratribus autem ne prorsus episcopali manu vindicatam iniuriam vellet, dixit: quam manũ Deus non ad eiusmodi facta sed ad sanctificationẽ & omne aliud bonũ opus constituerit. Sedenim Constantius nihil omnino illum de sententia sua decedentem videns, biduò ad deliberandũ ei permisso, nisi animum mutaret, in Traciam deportari iussit. Atque ibi Liberius: Mihi verò, inquit, dudum hæc deliberata atque constituta sunt, & paratus adeò sum in exilium ire. Porrò quum iã abduceretur, Constantius ei quingentos aureos misit. quos ille reiecit, & ei qui illos attulerat, Imperatori renũciare iussit: Non indigere se eis: daret eos quos secum in aula haberet adulatoribus, & ad simulandum dissimulandúmque cõpositis hominibus, quorum insatiabilis cupiditatis inopia animis eorum semper insidens, cõsque excrucians, nunquam expleri posset. Mihi namque Christus, inquit, patri æqualis, largitor semper alimentorum atque conciliator, & promus condus bonorum omniũ erit. Hæ Liberio causæ, vt in Thracia exularet, extitere. Felix autem ecclesiæ diaconus, administrationem Romanæ ius sortitus est. Qui Nicænam quidem fidei pro sessionẽ retinebat, & in religione reprehensione carebat: vnum tamen illud vicio ei vertebatur, quòd priusquã episcopus creatus esset, cum diuersæ opinionis studiosis communicare sustinuerit. Vbi verò Constantius Romã venit, populi & nobiliratis illustriores fœminæ, pro Liberio deprecantes, vt illum restitueret, ei institere. Et Imperator cum episcopis suisire cõmunicata redditurũ se eis hominem pollicitus est, si in eandem cum episcopis suis concederet sententiam.

De blasphemia Aetij Syri, & item Eudoxij Antiocheni. Item de Synodo Antyrę cęcta. Vt quæ Georgius Laodicensis episcopus & constantius Imperator contrà Ætium & Eudoxium ad eam Synodum scripserit. Cap. 36.

*Exdoxius Germaniciensis aulicæ episcopatum Antiochenũ inuadit * αἱτάμα-τος.*

† Eunuchorũ præcipuè.

Eudoxius Aetianus.

Eudoxius populariũ sectæ suæ cõciliabulum Anthiochiæ cogit. vranius Tyrius ὁμοιούσιον simul & ὁμοούσιον reiecit, Sirmiensis. Synodi prætexta.

Ariani Hosij & aliorum catholicorũ nomine mentitas literas Sirmio ad Orientales dederũt, orthodoxi episcopi Antiochia ab Eudoxio pulsi.

Pro his Georgius Laodicęsis ad conuentum episcoporũ Ancyram scribit.

PEr idem tempus, quem suprà diximus, Ætius Syrus manifestò & liberè suam de Deo opinionem diuulgabat. Diaconus tum adhuc erat, sicuti à Leontio Antiochiæ episcopo castrato illo creatus fuerat. Opinabatur autem itidem vt Arius, conditum, & ex non existentibus, atque inæqualem patri filium esse. At quod ingenti contentione acriúsque de Deo differere auderet variíque vteretur ratiocinationibus, factionis suæ popularibus diuersus esse, atque ab eis dissidere visus est. Quam ob causam ecclesia eorum pulsus, arte quadam per dissimulationem eos virabat, cõmunionémque eorum detestabatur, veluti qui se Ario post periurium coniunxissent quum ille pœnitentia ductus, Constantino Imperatori consentanea se cum Nicęna fide sentire adiurauit. Sed de his satis. Quũ Imperator adhuc in Occidente esset, nuncij venêre, Leontiũ Antiochenum episcopum diem suum obiisse. Et Eudoxius Germaniciæ antistes, qui in Imperatoris comitatu erat, per cubicularios eunuchos vacantem eam sedẽ ambit & vendicat. Assimulans enim locum eum consolatione & custodia indigere, vt sibi in Syriam ire liceret, ab Imperatore petit. Quod vbi ei est permissum, ingenti celeritate eò venit: ac throno recepto, repentè perinde atque * ex se ipso ortus episcopus Antiochiæ exitit, re cum celebrioribus Syriæ episcopis, vt pote cum Marco Arethusio, Georgio Laodicensi, qui eandem sententiam sequebantur, atque aliis ad quos more quodã patrio electio pertinebat, non cõmunicata. Dictũ etiam B est, de voluntate Imperatoris, & eorum qui in aula † rerum potiebantur, id factum esse: qui vnà cum Eudoxio Aetij sententiam sequebantur, inæqualem patri filium esse docentis. Postquã verò Antiochiã ita obtinuit, ampliorémq; adeptus est potestatẽ, propalàm iam Aetij opinionem propugnabat, & adiuuare illum maximè conabatur. Et contendebat ille quidem episcoporum cogere concilium, atque illi diaconatus honorem restituere: sed id efficere minimè potuit, quòd apud omnes Eudoxij dignitas & studium post Aetij odium esset. Congregauit tamen tum consentientium ei episcoporum conuentum Antiochiæ: in quibus erant, Acacius Cæsareæ Palæstinæ Eusebij successor, & Vranius Tyri episcopus: qui vnà cum æquisubstantiali & consubstantiale reiiciebat, sub obtentu C Occidentalium episcoporũ auctoritatis, qui hoc sic Sirmij statuerint. Admirandus namq; ille Hosius, atq; vnà cum eo qui ibi conuenerant, quũ propter contentionem qua aduersus Vrsicium Valentem & Germinium vsi fuerant, vim multam, vt diximus, passi fuissent, vt neque consubstantialis neque æquisubstãtialis filius diceretur, concesserant, tanquam ea verba tam expressè in diuinis scriptis non apparerent: prætereáque supra humanę mẽtis captum esset, de essentia Dei subtiliter nimiũ & anxiè inquirere. Et quòd eis tũ visum esset, cœptis suis Hosij literas multum allaturas esse momenti, epistolã tum Hosij alicrúmque Occidentaliũ nomine, Sirmio ad Orientales dederant, ingentes Vrsicio, Valenti & Germinio agentes gratias: & quod Occidentales recte randem sentirent, eius beneficij causam illis D asscribentes. Sedenim Eudoxio ita res nouante, multi Antiochia qui rectum dogma defendebãt, & ei aduersabãtur, ab illo pulsi, Georgium Laodicensem adiere. eíque quę Antiochię agerentur exposuêre. Atque ab eo literis acceptis, Ancyrã Galatiæ sunt profecti. Basilius enim, qui ibi post Marcellum episcopatum gerebat: plures ex vicinis episcopis ad se dedicandæ quam recẽs construxerat ecclesiæ gratia conuocauerat. Ibi illi per querelam re omni exposita, literas reddidere huisce verbis conscriptas. Reuerendissimis dominis, Macedonio, Basilio, Cecropio, Eugenio Georgius in Domino salutem. Aetij naufragium penè omnem occupauit Antiochiã. Quos enim vos ignominia notastis, execrandi Arij discipulos, eos omnes Eudoxius receptos in clericorũ „

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinem cooptat,& Aetium hæreticum maximo E honore prosequitur. Subuenire igitur tantę vrbi, ne in illius naufragium orbis totus pertrahatur. Et consilio eorum coacto, quicunque adesse possunt, ab reliquis episcopis subscriptione decretorum vestrorum accepta, postulate: vt quū Aetium Eudoxius ex Antiochia eiiciat, tum sectatores eius ex sacro clericorū albo tollat. Aut certè si perrexerit cum Aetio inæqualem dicere, atque eos qui hoc dicere audent, illis qui id non faciunt, honore præferre sicuti modò dixi, Antiochia vobis perierit. Hæc Georgius At qui Ancyræ congregati erant, quum compertum haberent, eo quòd sibi ipsi Antiochenę sedis dignitatem arrogasset, Eudoxium res nouas inceptare, Imperatori statim rem eam significarunt eundēque obsecrarunt, vt ope sua interposita videret, ne ea quæ Sardicæ, Sirmij, & in aliis conuenti- F bus constituta essent, conuellerentur: in quibus omnibus filiū patri substantia æqualem esse decrerum sit. Legationem etiam ad Imperatorem misere, ipsum Basilium Ancyranum, Eustachiū Sebastiensem, Eleusium Cyzicænum, & 1 contium ex Imperialibus cubicularijs presbyterum. Hi vbi ad Constantinum venere, presbyterum quendam Antiochenū Asphalium, qui Aetij studiosus maximè quascunque voluisset res ex sentētia confecerat, compererunt iamiam cum litetcris Imperatoriis abiturum esse. Imperator autē Ancyranorum oratorū postulatis cognitis, epistolam quam Asphalius profecturus secum laturus fuerat, retractauit, alióque scripto Eudoxium condānauit. Cuius scripti hæc fuere verba. Victor Constantinus Maximus Augustus, sanctæ ecclesiæ Antiochenæ. Eudoxius non à G nobis ad vos missus venit: ne quis hoc putet. Lōgè alia nobis mens est quàm vt eiusmodi hominibus faueamus. Quod quùm alia, tum hoc sic astutè mētiuntur, satis manifesti sunt, erga * Deū eos errogantes & versutos esse. A quibus enim rebus illi se libenter abstineant? qui potentiam aucupantes, vrbes ingressi, ex vna in aliam transiliunt: & perinde atque coloni quidam solum subinde mutantes, angulos omnes rerum ampliorū cupiditate curiosè perscrutantur, circulatores meri & fraudatores. quos ne nominare quidem fas sit. Officinę prauæ & impiæ prorsus factionē eos esse, vos quoque intelligitis. Et satis ex verbis suis autorem ipsum, sectatorésque hæresis huius cognoscitis. Quorum hoc vnū est studium, vt populum deprauent. At versuti isti, & ad omnem audaciam prōpti, temerè iam apud quosdam vulgare non dubitarunt, nos electione quam sibi ipsis subornarunt, lætari. Quæ quidē H ita ab eis dicuntur, qui talia in vulgus efferre cōsueuerunt, prorsus verò facta nō sunt. Atque ipsi mihi in animum reuocate doctrinam illam primam quū de fidei sententia deliberantes inquisiuimus, in qua Saluator noster & filius Dei substantia patri æqualis declaratus est. Verùm boni istiviri, qui facile quæcunque eis in mentē venere, de Deo dicunt, cò processere impietatis, vt etiam alia quædam quàm res ferat arbitrentur: aliósque ea docere cōtendant. Atque ea in capita ipsorū redundatura esse valde persuasum habemus. Sed nunc satis erit, à Synodis eos & cōuentibus arcere. Nam fere eò productus scribēdo fueram, vt in præsentia dicerem, quæ illi breui passuri sunt, nisi à rabie ista discesserint. Illi verò (quid enim non inferant mali?) improbissimos quosque perinde atque mandatum habe- » rent, aggregantes: hos inquam hæresiū antesignanos in cleri album referunt, ordinem venerandum tam turpiter dehonestantes, non aliter » atque eis concessum sit *agere & ferre omnia. » Enimuerò quis † moralium omnium istos perferat? qui vrbes quidem impietate implent, exilium autem piaculis obtegunt? Vnum illud studio habentes, vt omnibus bonis perpetuò sint » infesti. Facessat importuna factio & sanctis insidere thronis desinat. Nunc tempus est, vt veritatis alumni in lucem prodeant, quíque * medij » tales hominum mores fugientes dudū metu sese » continuere. Istorum namque sapienter instituta » consilia in medium producta iam apparent. Sed » nihil nō quod aggressus fuerit perficiet, qui hosce ab impietate eximet. * Bonorum virorū fuerit maiorum fide viuere, eámque vnam, vt dictū est, asserere, neque vlterius quidquam anxiè nimis & curiosè inuestigare. Quin & illos admonuerim, vt aliquando tādem ex barathro prorūpentes, animis mutatis, ad sententiam istam accedant, quam diuina prędicti sapientia de Deo ritè atque ordine episcopi tulere. Tantum scilicet paruo momento periculum fuit, vt inęqualitatē asserentiū opinio obtineret, nisi Imperator ipse episcoporum opera & diligentia interceßisset.

De rebus in Sirmio actis: & vt Liberius Romam reuersus, cum Felice successore suo episcopatum administraret, donec paulo poste vitus Felix excesßit. Cap. 37.

BReui deinde quum Roma in Sirmium Constantinus rediisset, Occidentalibus episcopis precantibus, Liberius ex Berrœa reductus est. Atque ibi in presentia eorum quos diximus, aliorúmque plurimorū Orientalium episcoporum, Imperator suadere Liberio vt filiū non esse patri consubstantialem opinaretur, tentauit. Egit id quoque Basilius, & qui cum eo erant: eámque rē illi Imperatori, apud quē in magno erant precio, suggessere. Et asserētes, quę vel de Paulo Samosateno, vel de Photino apud Sirmiū constituta fuerant omnia: & præterea formulam fidei Antiochiæ Encæniis in ecclesiæ consecratione, ob ὁμούσιον cōsubstantialis causam editam allegantes, veluti contenderent quidam hæresim propriam per prætextum & occasionem consubstātialis instituere, in sententiā suam adducere studuēre Liberium, & Athanasiū, & Alexandrum, & Seuerianum, & Crescētem, Africanos episcopos. Non minus id quoque conabātur Vrsicius & Valens, & Germinius Sirmensis episcopus, & qui præterea ex Oriente ibi aderāt. Liberius autem aliam quoque seorsim fidei conscripsit professionem, quæ omnes ab ecclesiæ communione arcebat, qui filium patri non secundum substantiam & per omnia æqualem dicerent. Id propterea fecit, quòd Eudoxius, & qui factionis eius fuere non ita pridem Antiochiæ propter Aetij hæresiū congregati, quum Hosij epistolā in manibus haberent, plurimùm verborum fecerant, quibus Liberium per calumniā traduxerant: perinde atque τὸ ὁμοούσιον consubstantiale repudiasset, & patri filium omnino inæqualem dixisset. Oc-

Sacrum clericorum album.

Legatio ab eo conuentu ad Imperatorem ea de re mittitur.

Ariani iam res suas in aula confecerunt. Sed hæc à constantio retractantur.

Constantij ad Antiochenos literæ contra Eudoxium.

** εἰς τὸ κρεῖττον κομιζόμενοι μόνοι. describuntur ambitiosi & rerum nouarū studiosi episcopi.*

constantius & Arianisantes episcopi Liberiū à pręsidio abducere conantur.

formula professionis fidei Liberij.

sect. Occidentales legati rebus ita bene gestis assumpto secū Liberio Romam reuerterūt, literas ab episcopis Sirmij congregatis ad Felicem Romanę tum ecclesiæ præfectum, & ad clerum populúmque ecclesię eiusdem afferentes: quibus, vt pastorem suum libēter susciperent, admonebātur. Ambobus porrò & Felici & Liberio permissum est communiter sacra curare, & munus Apostolicum administrare. Qui quidem cōcordes fuere, & quidquid medio tempore acciderat rerum aduersarum & tristium, per amnestiā & obliuionē aboleuere. Quòd namque admodum bonus vir esset Liberius, quódque pro recta ecclesiæ doctrina Imperatori constanter restitisset multa pietate & benignitate populus Romanus in eum fuit: vsque adeò certè vt in eius eiectione per seditionem eius causa motam res ad cædem processerit. Sed paulo pòst Felix mortuus est, & solus Liberius episcopatū administrauit. B Quod, sic Deus rectè prouidit, ecclesiæ, ita vt, decebat, rebus consulens: ne primaria Apostolorum sedes fœdam illam & incommodam à duobus gubernata ducibus contraheret notam: quæ res ab ecclesiæ constitutionibus perquàm est aliena, discordiámque vt plurimum conciliare solet. Hæc in Sirmio acta.

Liberius Romā redit.

Duo eodem tēpore Romæ episcopi concordes.

Felix moritur. Liberius solus ecclesiā regit.

Vt institutam Nicomediæ propter Eudoxiū & Aetium Synodum, metus terræ contus soluerit: & vt tum Synodum in oriente & occidente scindi atqui diuidi placuerit. Cap. 38.

ET pulcrè conuenire tum Orientalibus cum Occidentalibus est visum. Res verò aliter se habebat. Imperatoris enim metus id faciebat: cui propter Aetij & Eudoxij in vrbe Antiochena excitatas res nouas, rursum Niceę Synodum cogere placuit. Quum autem Basilius Ancyranus C contrà niteretur, quòd primùm ibi de fide disquisitum esset, magis conuenire, vt id Nicomediæ fieret, est visum. Et ex nationib. iam omnibus, qui vel à prudentia, vel ab eloquentia aliud valerent, episcopi eò contendebant. Quum terræ motus ingens exortus vrbē & simul templū nuper admodū constructū, ex fundamentis ipsis cōcussit atq; deiecit, multósque pro eo atq; hoc vel illo quéque loco deprehendit, vel seruauit, vel interemit: Cecrops quidē Nicomediēsis, & † alius quidam episcopus, paruo memento periculū euasere. Quę res fama vbique vulgata, episcoporum aduentum prohibuit. Atque illa Nicæam quoque, & Constantinopolim, & Perinthum, aliáſque Thracię ciuitates tali casu euersas esse promulgauerat. Dictū tum est. Arsatio cuidam, qui sub Licinio confessionem fidei obierat, miléſque antea & leonum ferarúmque aliarum domitor & custos in Imperiali comitatu fuerat, tum autem Nicomedię in turri prędlta pietati studens philosophabatur, cladem eam diuina visione reuelatam: eāque ab eo, ex turri digresso, clero populóque prędictam esse. Sed tantum abest vt fides ei habita sit, vt derisus etiam fuerit, qui casum tam inexpectatum promulgaret. Illum autem rursum in locum suum conscēdisse, supinúmque in solo iacentem, Deum deprecatum fuisse. Vbi etiā in ipso cladis eius impetu, turri ipsa immota & stabili permanente, orantis habitu martyr mortuus est repertus à multis, qui D eò concurrerant, vt terræmotum ex loco superiore spectarent. a Orasse autem eum precatúmque Deo esse ferunt, vt vitam prius finiret, quā eam vrbis calamitatem videret, in qua Christū cognouisset, & ecclesiastica philosophia initiatus esset. b Multa is etiam supra vim & captum hominum fecit. dæmones namque eiecit, aliis quoque casibus afflictos homines restituit, & ad saniorem mentem multos reduxit. Et draconem siue alterius reptilium generis venenosam feram vitæ publicæ incubantem, & afflatu solo viatores necantem oratiōne, ex latibulo vt spōte sua prodiret, & per seipsam caput semel atq; iterum terræ illideret, & sic tandem rumperetur protraxit. Multi sanè mortales Nicomediæ ruinis ædificiorū interierunt, multi sibi fuga in solitudinē & agros consuluerūt. c Etenim incendij flamma è furnis & balneis ossi cinisque artificū qui ad ignem opus faciunt coorta, & ruderibus decidentium culminum circumcluſa, materiáq; proxima & sarmentis, vt fieri solet, ei admistis, tabulatiſque resinam exsudantibus, & ad concipiendum propagandúmque ignem commodis aucta, tanta alimenti copia in partes omnes proserpens, & ad seipsam reuertens, veluti vnum (vt ita dicam) ardentem rogum vrbem ipsam effecerat. Quo incendio, quòd ex ædibus transitus non pateret, multi sunt consumpti. Et quoniam Nicomediensis casus episcoporum conuentum interturbauit, primùm quidē Imperatori, vt Nicææ rursum congregaretur, placuit. Basilius autē de eo loco diu multúmque deliberauit. e Et sic in vrbe Nicæna, populo ibi omni terræmotu conturbato, deliberatio hærebat. Porrò Marco Arethusio, Georgio Alexādrino, & Basilio Ancyrano q tū Sirmij cū Imperatore in negotio quisq; suo agebāt, Tarsus Ciliciæ cōmoda vita. Vt verò & hæc aliis minus conuenire existimata est, tandem vt Seleuciæ in Isauria Synodus ageretur cōstitutum. Atque hoc sic decreto, quia ibi aderāt Valens Vrsicius, & Eudoxius, qui potissimū inę qualitatis opinioni præibant, effecerunt illi, vt episcopi eo loco congregati, formulæ fidei ex tempore compositę subscriberent. In qua formula substantiæ nomen incertum non erat. Ad hæc in animis ipsi secum perpendēre, episcopos Seleuciæ coactos partim Nicænam fidē, partim Antiochiæ in tēpli dedicatione professionem editam complexuros, & per æmulationem ardentius defensuros. Vtraque verò formulam substātiæ nomen habere, & filium patri per omnia similem diserte promulgare. Ac si in locum vnum episcopi conuenirent omnino eos Aetij opinionem, quam ipsi laudantes studio omni stabilire conabantur, repudiaturos esse, illis minimè dubium fuit. Quid ergo faciunt? Dolum instituūt. vt Occidentales quidē Arimini, Orientales verò Seleucię congregarentur, vt eo facilius quod agebant perficeretur. Procliuius namque putabant paucis quā multis, quod vellent, persuadere & patribus ita segregatis, siquidem possent, vtráque etiam Synodum, diffidio in vtraque instituto: sin minus alterā saltem in sententiā suam se pertracturos esse confidebant, illo prouiso, vt ne calculis omnium hæresis eorum damnaretur. Hęc agebant per eunuchum Eusebium, Imperatorię tum aulę præfectum, Eudoxio quàm ma-

Constantius Synodū aliam indixit.

Terræmotus Nicomediæ.

† Basilium hunc Ancyritem fuisse, Socrates ait.

Arsacius cladē hanc Nicomediensem prædixit.

Mors Arsacij istius.

precatio eiusdem ante mortem.

a Ad hunc ité modum ante excidiū Hipponis orasse diuus Augustinus fertur

b Miracula eiusdem.

c Dæmoniacus quidam ense stricto Nicomediæ per forum currebat, & homines ad conspectum eius diffugiebant.

Ibi et Arsacius ecturrit, & Iesum Christū nominauit.

Ira confestim dæmonij pulsum est atque miser ille purgatus, & ad frugem bonā reductus. Sozo. lib. 4. cap. 16.

d Terræmotū incendium fœdum Nicomediæ consequutum.

e Deliberatio de loco Synodi celebrandæ. Consiliū Seleucia Isaurorum coactum.

Formula fidei composita.

Dolosum Arianisantium cōsilium, vt Orientales episcopi Seleuciæ, occidentales Arimini congregentur.

Eius doli causa.

Eusebium eunuchus aulæ imperatoriæ præfectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ximè assentientem: & alios quosdam, qui magistratus & honores gerentes, & gratia pollentes, ex sententia omnia perficiebant. A quibus persuasus Constantinus, perinde atque in commodum simul & reipu. propter graues impensas, & ipsis episcopis propter itineris magnitudinem esset, si in eodem loco conuenirent, Synodū diuisit, camque Arimini & Seleuciæ celebrare iussit. Atque in literis suis constituit, vt primū controuersia de fide professione decideretur, deinde de aliis ecclesiasticis sanctionibus deliberatio fieret. Tum autem de eis qui per iniuriam exautorati, & in exiliū acti visi essent, in quibus etiā Cyrillus Hierosolymorum episcopus fuit consulatretur: postea de eis quoq; episcopis, qui rei agerentur, inquireretur. Permulti enim accusabantur, & ab Ægyptiis maximè Georgius: quòd scilicet alienorū bonorum rapinis ganderet, & contumeliosis quibusdam hominibus delectaretur. Postremò, vt per decem delectos legatos se de actis suis certiorem facerent.

Constantius processum Synodi præscribit.

Crimina Georgij Alexandrini episcopi.

De Ariminensi Synodo, in qua occidentales ab orientalibus dissenserunt. Cap. 39.

EPiscopi, sicuti Imperator iusserat, conuenêre: & primùm quidē Arimini Occidentales quadringenti, & aliquot præterea numero. Et qui grauiter in Athanasiū animati erant, minimè omnium de eo quidquam mouendū esse duxere, quòd hoc sic cōmodius esse putarent. Cæterùm postquam de fide quomodo eam profiteri conuenirent, quęstio proposita est ibi Valens & Vrsicius, qui primùm Arij opinionem defenderant, medio autem tēpore libello supplici Iulio Romano antistiti dato, τῶν ὁμοίων consubstantiali assenserant, quemadmodū diximus temporib' sese & rebus obtinentibus semper accōmodantes. alius alia sicuti fieri solet censentibus, dixere, priores fidei formulas abolendas esse, vnámque eam obtinere oportere, quę non ita pridē Sirmij lingua Romana composita, ab ipso etiam Imperatore plurimi fieret. Debere quippe Synodum quoque de sententia illius professionem eam approbare, neque vlterius quidquam curiosius indagare: vt eo modo omnis discordię occasio, verbis nihil ambigui habentibus, quæ subtili & accurata exploratione perpensa essent, in formula insertis, præcideretur. * Longè præstantius esse asserentes, cum rusticitate quadam rectam de Deo tenere opinionē, quàm ex Græcorū nugamentis nouis petitis verbis, quæ non intelligerentur inducere vocabula. Quibus illi dictis obscurè innuebant, seu potius propalam τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis verbū per calumniam reprehenderunt, veluti in sacris literis non expressum. Sub hæc verba charta prolata, legi eam postulārunt, in qua æqualem patri filiū secundum scripturas dicebant: mentionem verò substantiæ in Deo omnino fieri interdicebāt, & pro eo æqualem per omnia filium patri reponi volebāt. Hæc porrò formula illa erat, quàm antea quidē præsſam seruauerant, tum verò in lucē profitebant. Eam maximè probabant Geminius & Auxentius & Caius, & Demophilus. Ea lecta, plurimi nihil opus esse noua fidei formula eo tempore affirmabant, contentos se esse profes-

Ariminensis Synodus.

Vrsicius & Valens veri proteg.

Latinam ij fidei formulam Sirmy compositam defendūt.

* χρεῖττον εἶναι ἐτίθεντο μετὰ τῆς ἀγροικίας ὀρθὴν ἔχειν δόξαν περὶ θεοῦ, ἢ ξενιζούσι λόγοις ἑλληνικῆς περιφρείας ἀνεπιστήτως ἐπαιδάγειν λεζεις.

Sanior & maior pars episcoporum in Niceno sybolo acquiescit.

sione Nicæna. In præsentia proprerea in locum vnum conuenisse, si quid nouatum esset, vt id inhiberetur. Et vtcunque ea quę tum lecta essent, nihil haberent nouarum rerum: vt dicerent tamen eos qui scriptum id composuissent, atq; vt illi ipsi Arij dogma, quippe quod turbas vbique in ecclesiis concitarit anathemati primū subiicerent, petebant. Vbi Valens & Germinius petitionem eam repudiarunt, illi formulas hereticorū, & itē Nicænā in mediū proferre iussere vt illę quidē dānatæ reuocarētur, hæc verò autoritate denuò & suffragiis Synodi cōfirmaretur. Et vt de cætero neq; disputario de fide moueretur, neq; Synodus peteretur sanxerūt. Sufficere enim quę à maioribus dudū cōstituta essent: ea cōplecti posteros debere: & perquàm absurdum esse nūc demū fidē conscribere eos qui nuper admodum credere cœpissent: & veterum traditionem abolere, per quam & ipsi & patres eorū ecclesias gubernassent, ex quibus plures martyriis & obitæ confessionis coronis cōdecorati fuissent. Et ij quidē sic dicta sentēcia, antiquitùs decretis stare, nihilque nouum inducere constituerunt: illi autem, Valens scilicet, & reliqui, quos paulo antè nominauimus, contrà nisi sunt. Sūmoperè namque contenderunt, vt Synodus recēs compositam Syrmij fidei formulam comprobaret. Tantum autem abest, vt patres id facerent, vt etiam Vrsicium, Valentem, eorúmque complices damnationis sententia exautorarint. Et Synodus professionem Nicænam amplius etiam confirmauit. Illi autem damnationem ægrèferentes, ad Imperatorē confugêre. Porrò Synodus ea non solum formulæ illorū præfationem, sed ipsam quoque formulam reprehendit, cuius verba erant. Composita est fides catholica in presentia Domini nostri Cōstantij perpetui Augusti, consulatu clarissimorum virorum, Flauij Eusebij & Hypatij, Syrmij, ante xi. calen. Iun. Ac deinde. Credimus in vnum solum & verum Deum, patrem omnipotentem, creatorē & conditorem omnium, & in vnum vnigenitum filiū Dei ante omnia secula, & ante principium omne & ante omne quod mente concipi intelligíque potest tempus, & ante cosiderationē & cogitationem omnē, † sine perpessione siue affectione genitum ex Deo: per quē secula condita & omnia facta sunt. Genitum verò vnigenitum, solum ex solo patre, Deum ex Deo, æqualem qui ipsum genuit patri, secundum scripturas: cuius generationem nemo nouit, prēterquam solus qui eum genuit pater. Hunc ipsum vnigenitum filium eius, scimus nutu paterno aduenisse cœlitùs, ad abolitionem peccati. Et natum ex Maria virgine & conuersatum cum discipulis, & omnē œconomiam siue admini strationem exequutum, secundum paternam voluntatem: crucifixum, & passum, & mortuum. Qui descendit ad inferos, atque res ibi cōstituit: ad cuius conspectum infernalium portarum ianitores exhorruerunt. Qui etiam resurrexit tertia die, & cum discipulis conuersatus est. Et diebus quadraginta expletis, receptus est in cœlū, & consedit ad dextram patris: venturus extrema die cum paterna gloria, & redditurus vnicuique secundum opera sua. Et in spiritum sanctum, quem ipse vnigenitus filius Dei Iesus Christus se missurum pollicitus

Patrum decretorū defensio.

Nicęnam formulam propugnantes, Arianizantes exautorant.

Condamnationis eius causam præcipuā fuisse scribit, quod Ariani dogma Arianizantes dānare noluerint. lib. 2. cap. 37.

† ἄτρεπτος.

Latina firmitatis conuertit fidei formulam.

τὰ ἐκ συγχωρουμένα.

« citus est generi hominū, paracletū siue consola- A acta, presbyteris quoque Romanæ ecclesię præ- »
« torem pro eo atque scriptum est: Vado ad patrē sentibus. Norunt illi, cum qui etiam post obitū »
« meum, & Rogabo patrē meum, & alium para- memoria dignus est Constantinum, omni adhi- »
« cletum mittet vobis spiritū veritatis: ille de meo bita exquisitiore cura & diligentiore inuestiga-
« accipiet, & docebit stq; admonebit vos omnia. tione, fidei professionē, quæ edita est, publicas-
Ἐκ τῆς ἐπὶ τέλει τοῦτο καὶ προσθήκης. Et cirrā finē hoc etiam addidēre. Nomen assen- se. Postquā autē baptizatus ille, inter homines
Οὐσία. Substantia & essentia dicitur. tiæ per simpliciratem à patribus positū, non in- esse desiit, & ad debitam sibi quietem translatus
tellectū verò à populis, scandalo & offendiculo est, ineptum esse sciunt, nouæ quidquam rei in-
Arianizantes verbum substantiæ ex Symbolo tollunt. Quomodo formulam istam Sirmiensem patres catholici acceperint. est. Et quōnia scripturę id quoque non habent, uehere, & tot sanctos patres cōfessores & mar-
placitum est id tollere, & deinceps nullā omnino essentiæ in Deo facere mentionē, propterea tyres dogmatis ipsius autores atque inuentores
quod diuinæ scripturę patris & filij substantiæ despicere: qui quidem patres, iuxta veterem ec-
prorsus non meminere. Aequalem autem filium clesiæ catholicæ sanctionem, omnes in eadem
patri per omnia dicimus, sicuti sacræ scripturę & sententia perseuerarunt: eorúmque etiam fidem
dicunt & docent. Ridiculum porrò episcopis vi- Deus ad imperij tui tempora transmisit, per Do-
sum est, Imperatorē quidem perpetuū seu æternum nominare, filium autē Dei sempiternū vo- minum nostrum Iesum Christum: cuius benefi-
care nolle: certúmque tēpus editæ fidei formulę B cio imperium obtines, rerúmque in orbe etiam
præfigere, manifesta quoque calūnia ea iudicata nostro potiris. At rutius miserandi & erumnosi *Vrsicius & Valens post pœnitentiam ab Orthodoxia ad Arianismum relapsi.*
† *epistolæ istius pars ad fidē Nomi huius est adiecta.* est aduersus maiorū fidē. Maximè verò eā Atha- illi impia mente nefarióque ausu, præcones se-
nasius criminatus est vt alicubi ad suos scribens ipsos impiæ opinionis renūciarunt, & veritatis
ostendit. Et interfuisse hic consultatorią † eius constitutionem euertere conati sunt. Postquam
epistolam, nisi orationis prolixitatem fugiēs, stu- enim iuxta mādatum tuum Synodi conciliū co-
diosis eam inquirendam, atque ex ea rem omnē actum est, seductionis fraudisque suæ illi consi-
cognoscendā, relinquerem. Damnati illi, sicuti lium detexerunt. Contenderunt nanque versu-
dixi, formulam secum ferentes, ad Imperatorem tia quadam tumultuosē sese ingerentes, nouare
confugêre: Concilium verò, decem ad eū legatis quiddam, vbi sodalitatis impietatisque eiusdem
episcopis, literis quoque rem actam declarauit, suæ compertos homines inuenissent, Germinū,
quæ in hanc formam scriptæ fuerant. Auxentium, & Caium, dissidij & seditionis au-
tores: quorum incōstans doctrina blasphemia-
Epistola Ariminensis concilij, Constantio imperatori missa. Cap. 40. rum omnium acerui impietate sua longè exce-
dit. Vbi verò animaduertere nos non eiusdem
ET Dei iussu, & pietatis tuæ mandato, quæ hæresis esse, neque prauis opinionibus eorū as-
Literę synodi Ariminensis catholicæ ad imperatorem Constantium. antiquitùs constituta sunt, credimus. Arimi- sentiri, in consilium se nostrorū insinuarunt per-
num namque ex omnibus Occidentis vrbibus inde atque aliud quidquam decreturi. Perbreue
episcopi omnes in locum eundē conuenimus, C autem intercessit tempus, quod eorū sententias
vt simul & fides Ecclesiæ catholicę cognosceretur, & qui aliter sentiunt manifesti fierēt. Atque in lucem coarguens protulit. Verūm enimuerò
« vbi rem omnē diu multúmque consideauimus, ne res ecclesię semper eodem affligeretur casu,
« faciendū esse comperimus, vt quę fides antiqui- turbáque & tumultus prouolutus omnes com-
« tùs obtinet, & quam Prophetę & Euangelia & prehenderet, tutissimū visum est, vt quæ antiqui-
« Apostoli per Dominum nostrum Iesum Chri- tus decreta sunt, integra atque inuiolata serua-
« stum imperij tui custodē, valetudinisque etiam rentur: atque illi quos diximus, à cōmercio com- *commendatio legatorum Synodi, vt eis fides habeatur.*
« tutorē, promulgarunt, eam à maioribus acceptā munionēque nostra segregarētur. Quā ob causā
« seruemus, & seruatā ad finē vsque custodiamus. Oratores nostros ad humaniratem tuam mis-
« Et absurdum nefariúmque esse putauimus, quæ simus, qui eidem consilij nostri sententiā per scri-
Fidei Nicæna Prophetica, euangelica, & apostolica est. « rectè & legitimè à patribus constituta, & Nicęę ptum quoque indicent atque declarent: Quibus
« cōmuniter vnà cum gloriosissimo parente tuo illud quoque præcipuè mādauimus, vt ex anti-
« imperatore Constantino deliberata sunt, ex eis quis legitimisque decretis, veritatis fidē faciant,
« mutare quidquā: quorum doctrina & sententia camque confirment. Declarabunt illi etiā sanctitati tuæ, minimè futuram, sicuti Vrsicius &
« ad omnes omniū hominū aures & animos vul- Valens dixere, pacem, si quid in legitimis con-
« gata peruenit, quæ vnà Arij hæresim expugna- D stitutionibus immutatū fuerit. Quomodo nan-
« uit atque extinxit: per quam non solùm ea ipsa, que pacē secuent, qui pacē ipsam tollunt? Quin
« sed & reliquæ hæreses sunt euersæ: cui omnino contento potius & turba per cœpta eiusmodi
« vel addere quidquam non tutū, vel admittere e- quū alibi, tū in Romana ecclesia exorietur. Ita-
« tiam periculosum est. Atque si alterutrum in ea que humanitati tuæ supplicamus, vt sereno vul-
« fiat, licentia aduersariis detur, vt quod libeat, tu respicias, benigníque auribus oratores nos-
« facere eis liceat. Proinde Vrsicius atque Valens, tros audias, neque cum defunctorū iniuria no-
Excōmunicatio Vrsicij & Valentis. « quōd iamdudū suffragatores & participes Aria- uare quidquā & mutare permittas: sed nos in iis
« ni dogmatis fuerint, à cōmunione nostra exclusi quæ à maioribus nostris definita legitimèque
« sunt. Ad quam tamen admissi sunt, posteaquā constituta sunt conquiescere sinas: quos pro-
« se errasse cognouerunt: atque vt ad pœnitentiā fectò solerter & prudenter omnia spiritus sancti
« admiterentur, & noxę gratiam consequerentur, afflatu egisse dixerimus. Quæ verò nunc ab istis *supplicatio Præpiscopis exulibus restituendis.*
« orauerunt: id quod scriptum eorum attestatur. nouantur, fidelibus quidem incredulitatem, in-
« Qua propter vt in gratia reciperentur, & venia fidelibus autem ferocitatem afferunt. Supplica-
« eis delictorum daretur, obtinuerunt. Factum id mus præterea, vt episcopos qui in longinquis
« eo tempore, quum Mediolani Synodus est coa- alienísque regionibus degūt, & vel ætatis gran-
dioris imbecillitate, vel paupertatis grauioris
difficultate premuntur, cum bona venia redire

Universidad de Deusto
Biblioteca

« ad suos iubeas, ne ecclesiæ, episcopis eorum ab E
« eis disiunctis, diutius in tali solitudine perma-
« neant. Ad hęc insuper omnia, illud quoque te
« oramus, vt ne quid adimatur, nęue addatur ad ea
« quæ prius extant, quidquam: sed vt omnia in-
« tacta integráque permaneant, sicuti à patris tui
« pietate ad hoc vsque tępus sunt conseruata. Ac
« ne deinceps nos itineris labore affligi, atque alie
« nos longęque dissitos à parœciis nostris esse per
« mittas: sed vt episcopi potius cum populo suo
« in pace sacris epulis & rebus diuinis vacare pos-
« sint, pro tua salute, imperio, & pace orantes,
« quam tibi diuinũ numen largiri dignetur proli-
« xam. Legati verò nostri, & subscriptiones &
« nomina episcoporum secũ ferunt: qui quidem
« etiam ex ipsis sacris literis, de sententia nostra
« certiorem facient tuã pietatẽ. Hęc episcopi Ari-
« mini congregati, ad imperatorem scripsere.

De episcoporum Arimini congregatorũ cum imperatore dissentione: & de synodo dala malo Nicæa quæ Thraciæ ciuitas est exacta. cap. 41.

SEd valens & Vrsicius legatos præuenerunt, & imperatori rem omnẽ arbitraru suo exposuerunt: scriptóque quod legerant ostenso, Synodum apud eum calúniose prosciderunt, vt quæ formulã non receperit, cui conscribendæ ipse affuisset. Atque ille Synodo succensus, oratores, quibus diuturna mora in aula molesta erat, diem de die diffundans, differebat: contrà autẽ, quos illi damnauerant, in precio habebat. Et vix tandẽ excusans se, scripsit, quòd necessitate vrgente, vt contra hostes iret, per expeditionẽ eam legatos facile videre non potuerit: Adrianopoli autẽ redeuntem se expectare illos iusserit, vt ibi ab extremis tumultibus liber per ocium & legationẽ G audiret, & quę opus essent constitueret. Addidit & illud, de rebus diuinis deliberare volentem, negotiis aliis vacuum, animúmque sincerũ atque quietum obtinere debere. Ad quę Synodus rescripsit, nihil se aliud omnino quàm decretũ esse, etiamsi quidquã præterea statueretur, facturã. Et non modo scripsit, sed id quoque dicere legatos iussit. Insuper eidem supplicauit, vt placidè oratoribus receptis, & quę dicturi essent benignè acciperet, & quę ipsi scripsissent diligenter cognosceret. Durum etiã quodãmodo esse significarunt, ipso imperãte tot ecclesias tanto tẽpore viuis adhuc episcopis orbari. Opúsque esse, si ipsi quoque videretur, prius eos ad ecclesiam quẽmque suam redire, quàm hyems eos opprimeret. Hæc atque alia hisce similia, ita vt supplices episcopos decebat quum oratione ad persuadendũ apposita per epistolã grauẽ & tersam ad eum scripsissent, atque ipse celeriter eis nihil respondisset, satis diu adhuc ibi morati, deinde ad sedes suas sunt reuersi. Atque quod episcopi quidem Arimini congregati, Nicænam confirmauerint fidem, satis iam constat. Quòd verò postea multi formulæ ab Vrsicio & Valente ex Sirmio allatæ subscripserint, id quoque declarabimus. Qua de re duplex fertur opinio. Harum altera est imperatorem occasione arrepta à Synodo, quasi non sua voluntate soluta Valéti eiúsq; sectatoribus facultatẽ permisisse, vt quas vellent in Occidente ecclesias administrarent, omnibúsque lectam ab eis fidẽ traderent: & quicunque subscribere illi nolent, sedibus suis deiicerent, atque alios factionis suæ illis surrogarẽt. Qua potestate accepta, illos vi omnes, vt quã diximus formulam comprobarent, adortos esse: & qui id facere noluissent, quamprimum ecclesiis expulisse. Primúmque Liberium, quòd dicto audiens non fuisset, vi exactum esse. Quidãsane secundam hanc proscriptionem eius fuisse dicunt alij autem primã, quum ea etiã quę suprà de Felice diximus, acta sunt. Atque illos rebus ita per Italiam gestis, eadem per Orientem quoque facere constituisse. Et per Thraciã euntes, vbi in oppidum quoddam regionis eius nomine Nica peruenissent, conuentũ coegisse: fidémque Arimini à se lectam, ex Latina in Græcam linguam conuersam stabilire conatos esse: atque publicè sermonibus sparsisse, formulã eam Niczà à Synodo vniuersali ritè atque ordine æditam confirmatámque esse: vt videlicet nominum vicinitate per fraudem simpliciores scriptum, id perinde atque Nicææ in Bithynia compositũ esset, accipientes, decipere possent. Verùm calliditatem * cauillationémque eam deprehensam, in risum atque ludibrium abiisse. Atque hoc si nonnulli tradidere. Altera autem opinio fuit. Quum episcopi Arimini congregati, quòd imperator responsum differre, quodque illis redire ad sua non liceret, macerarentur: qui alteri sententiæ addicti erant, subornarunt quosdam qui dicerẽt, non conuenire, quod quidã vnum substantię verbum tantopere propugnarent, vt propterea omnes vbique episcopi per seditionẽ dissiderent. Licere æqualem patri filium dicere, & vniuersalẽ orbis contentionẽ sopire. Episcopos Orientales, nisi substantię nomen tolleretur, conquieturos non esse. Hæc quum ab eius sententię studiosis cum versuta quadam grauitate & vi dicta essent, ægrè tandem Synodum adductam esse, vt Vrsicij & Valentis formulę subscribendũ putaret. Veritos quippe artifices doli istius esse, ne legati apud imperatorem Occidentrjũ episcoporum constantem quam inde ab initio præstitissent alacritatẽ, & τὸ ὁμοούσιὸ consubstantialis tollendi causam exponerent. Quare illud eos inuenisse consilió, vt Oratores in Oppido Thracię quod dictũ est Nica distinerentur: per causæ eiusmodi obtentum, propter hyemis asperitatẽ & itinerum difficultatẽ, iumenta progredi & viæ laborẽ ferre nó posse. Atque in ea interim mora constituisse, fidem ab ipsis compositam ex Latino in Græcum sermonem translatam ad Orientales mittere episcopos. Sic nanque fore quũ illi ad sententiam eorũ inclinati essent, vt quod ageretur perficerent. Fallaciam verò talẽ non deprehensum iri ab eis, qui rem hanc cõsideraturi essent, conuentum videlicet Arimínensem inuitũ ab ὁμοούσιὸ consubstantialis verbo recessisse: vt pote ab Orientalibus episcopis, qui dictionem eam prorsus reiecissent, coactum. Quod quidẽ reipsa falsum erat. Ferè enim omnes in Oriente, paucis exceptis, substantia patri æqualem filium sunt opinati. Et controuersia in eo tantum erat, quòd partim quidem ὁμοούσιον consubstantialem, partim autẽ ὁμοιούσιον æquisubstantialem filium dicerent. Et hæc quidem in Occidentis partibus acta.

Oratores Synodi Vrsicini & Vales præuenerunt. constantinus erga oratores eos parum benignus.

Summa responsi cõstantij ad Synodũ scripti.

Aliarum literarum synodi ad Constantinum sententia

Arimínensis synodus solutur.

Quæ mala Ariani intulerint consubstantiale colentibus: de Macedonij crudelitate. Quæ etiã mala Nouatianus propter consubstantiale acciderint. Vt Macedonius translatis in alium locum constantini reliquiis, tumultum populi concitarit quam ob causam Constãtius est indignatus. Cap. 42.

IN Oriente verò priusquã Synodus Seleuciæ coiret, nõ minores erant turbę. Arianę enim hæresis propugnatores ingenti confidentia ex imperiali inclinatione concepta, effrenato atque impotenti erant animo, sempérque nouis studebant rebus. Proinde Acacius Cęsarienfis, & Patrophilus Scitopolitanus, Maximo exautorato Cyrillo Hierosolymitanæ ecclesiæ curam commisere. Et Macedonius Constantinopolim, vicinásque ei prefecturas & vrbes miscens turbabat episcopos eis quos rebus suis idoneos esse sciebat, designans. nam Eleusio Cyzicenã attribuit ecclesiam, qui antehac loco splendido in imperiali aula stipendia fecerat. Marathonium autem B Nicomediæ sacrorum antistitem creauit, qui ecclesię ipsius diaconus quum fuisset, egregium se præstitisse virum dicitur, indigentium hominũ domiciliis virorúmque & mulierum scholis extruendis atque curandis. Et quum amborũ istorum vita probaretur, affligendis tamen eis qui ὁμοούσιον consubstantialem patri filium profiterentur, nimium erant industrij: veruntamen ea in re Macedonio dissimiles. Is etenim non modò crudeliter eos persequebatur, qui communionẽ eius vitarent, sed in vincula quoque coniiciebat inuitos, & iudicibus tradebat. A cõmunione eius abhorrẽtes, ad eã vi intentata cogebat, multósque religione præclaros pulsabat, & fuste ora eorum diducens, vel inuitis sacra mysteria ingerebat. Qui quidem ingens visus est esse cruciatus tormenta alia longè superans. Ad eundem modũ & mulieres atque pueros, qui de rebus sacris C nondum instituti essent aut baptisati, arripiens, ad percipiẽdas sanctiones epulas adigebat. Quod si quis renueret, aut responsaret, eum plagæ, ilagra, vincula, carcer, & quæ iis conuenientia sunt, consequebantur. Cæterùm vnius atque alterius exempli eius mentione facta, satis omnino erit, quanta Macedonij feritas, eorúmque qui cum eo viguere crudelitas fuerit & inhumanitas, ostendere. Quarundam enim fœminarum quæ eis auersabantur communionem, mammas arcis & cistis compressas aufulit. Erant quibus easdem corporis partes nunc ouis ad summum igne tostis, nunc fero candenti adureret. Insolitum sanè id, exoticúmque supplicium, ab eis qui Christum professi sunt inuentum, quod ea quæ olim Græcorum tyranni magno studio & ambitione excogitarunt longè post se relinquit. Quin D multas quoque ecclesias solo æquauit, Imperatoris literas præferens, quæ domos precatorias τὸ ὁμοούσιον consubstantiale profitentium statim euertere iubebant. Ex qua causa etiam Nouatianorum ecclesiam, quę in vico τῦ πελαργῦ, hoc est ciconię erat, est demolitus, quòd eos quoque τῶν ὁμοούσιὸ cõsubstantiali assentiri sciret. Quo tempore illi egregiũ strenuæ manus opus ediderẽ, forsitan eos vt eiusdem sententiæ assertores adiuuantibus τῦ ὁμοούσιὸ consubstantialis professoribus. Ecclesia enim illa ab eis quibus hoc commissum fuerat, euersatilli coacta manu vni-

Turbæ ecclesiarum Orientalium.

Cyrillus episcopus Hierosolymitanus.

Eleusius Cyzicenus. Marathonius Nicomediensis.

Macedonius constantinopolitanus orthodoxorum acer persequutor.

Horrenda sanctitatis eius exempla in orthodoxos edita.

Nouatiani cũ orthodoxis. τὸ ὁμοούσιον parùm præsentiunt.

Horum etiam templa sicuti & catholicorum

uersi cum coniugibus & liberis, quod opus erat & conueniebat, pro se quisque afferentes, supra modum laborarunt: & breui temporis momento, in loco cui nomen est ανχι, hoc est † fici, eregione vrbi euestigiò aliam condidere ecclesiã, eámque ἀναστασίαν, id est vastitiem siue resurrectionem vocauere, ex euentu ipso nomen id ei imponentes. Quam deinceps rursum Iuliano imperante atque permittente, in priorem locum materia ex heis deportata transtulerunt, opere vtroque incredibili celeritate perfecto. Hęc quũ à Macedonio ita gererentur. Nouatiani ferè & catholicæ Ecclesiæ τὸ ὁμοούσιον consubstantiale profitentes, coniuncti atque vniti sunt, eandem obtinẽtes sententiã, atq; eisdẽ exagitati malis. Pacem nanq; inter se agebant, cõueniebant, oratio nésque & alia communicabant, nullo ab Arianis qui ecclesias omnes occupauerant, catholicis relicto templo. Ita consuetudinis assiduitate. & rerum aduersarum æquabilitate, frustra illi esse. si inter se dissiderent existimantes, ad mutuam cõmunionem erant propẽsi. Et perfecta res fuisset, nisi multitudinis alacritatẽ parua quædã inuidia intercedens impediuisset; multis morem rursum vetustũ retinendum, atque communionem imperfectam auersandam esse dicentibus. Eisdem porrò modis Cyzici Eleusius Nouatianos affligebat: templum enim eorum ibi prorsus sustulit. Idem qui Mantinij habitabant, & alij quoque in Paphlagonia Nouatiani patiebantur. Quos eiicere Macedoniani quum non possent, Imperatoris opem implorarunt, qui eis † quatuor millia armatorum attribui iussit: fore ratus, vt illi insolito armorum metu cederẽt atque vincerentur. Verùm res aliter cecidit. Populus enim falcibus & clauis & securibus, aliísque armis vt fors ferebat correptis, cum militari manu pro se quisque congressi sunt. Et prælio vtrinque cõmisso multi quidem etiam ex Paphlagonibus, milites autẽ ferè omnes conciderunt. Quamobrem à multis, populatibus etiam suis, Macedonius est reprehensus. Alienuit quoque ab eo beneuolentię ardorem imperator, neque adeo bene posthac erga eum animatus fuit vt pote qui tot fuisset cędium autor. Et quum aliud etiam quiddam accidisset, Imperatoris erga eum odiũ magis est auctum. Templum in quo vrna & corpus Constãtini situm erat, ruinã minabatur. Atque vbi custodibus eius & sacerdotibus ea de causa nõ minimus incessisset metus, * Macedonius imperatoris ossa in alium transferre locum volebat. Ea re cognita, multitudo tumultuari cœpit, nefas esse vociferans, * magnum imperatorẽ ita transferre: quòd ea res nihil à sepulchri violatione differret. Cum quibus verbis etiam concordabant dogmatis Niceni professores, contumeliã imperatoris translationem eam esse putantes. Ad id accessit quòd de industria Macedonio aduersarentur. Ille autem verbis eiusmodi contemptis, corpus in templum transfert, vbi etiam cadauer *b* Acacij martyris est sepultum. Quod quum fieret, ingens est populi inter se dissidentis facta concursatio. Atque his factum laudantibus, illis autem reprehendentibus, primùm quidem iniuriam arcentes se tuebantur: deinde verò alteri in alteros conuersi, eò vsque cordiæ processerũt, vt & eam ipsam ędem sacrã,

rum, Macedonius est demolitus. ἀνάστασις, & ἀναστασία, vastitatem, & per contrariã significationẽ resitutionẽ atque resurrectionẽ designat in vtraque sanctę partẽ templo ei appellatio ista conuenit.

† Sacrat. Fieri tredecimã vrbis Constantinopolitanæ regionem esse scribit.

Catholicorum & Nouatianorum temperanea coniunctio.

Nouatianorũ persequutio.

† Τρισχιλίους ξιφηφόρους, Niceph. Τέσσαρας ἀριθμὸς, scr. at. τέταρτα τάγματα. Sozo. τεσσαρακοντόπυρτες, Suidas.

in ea persequutione Nouatiani Paphlagones vim vi repellentes Macedonianã manum male accipiunt.

** Macedonius multorum bonorum virorũ atque etiã imperatorũ Constantij odium erga se concitauit.*

a idem è loco sue dini constantini ossa in templum aliud transfert,

b Acacius martyr.

Populi tumultus intrãslatione ea exortus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& proximum in circuitu locum sanguine & cædibus compleuerint. Imperator autē in Occidēte adhuc degens, vbi quid de paterno sepulchro actū esset intellexit, graui id tulit animo. & Macedonio, iniuria ab eo affectū esse patrem, qui illum præter voluntatē suam transferre ausus fuerit: ipsum quoque cędis tantæ multitudinis causam esse, denunciauit. Et postea ex Occidente ad partes Orientales transiit. Et Iulianum patruelē fratrem tum Cæsarem factū, vt prouincus Occidentalibus præsidio esset, in Galliam misit.

Iulianus Cæsar in Gallia mittitur.

De synodo Seleuciæ congregata, & alia fidei formula quam Acacius promulgauit. cap. 43.

Acta Synodi Seleuciæ celebratæ.

CÆterūm vt Macedonius throno suo sit deturbatus, multorúmque malorum exiguam eam luerit pœnā paulo pōst dicam. Nunc ad Synodum Seleuciæ celebrandam transeo, quā Cōstantinus propter viæ difficultatem Ariminensis æmulā in Oriente agi præcepit. Seleuciæ apud Isauros centū & sexaginta episcopi conuenere. Cum quibus Leonas fuit qui dudū apud imperatorem præclarum in aula obtinebat locū. Sub eo fidei disquisitionem literis Constantius fieri iusserat. Affuit ibi quoq; Lauricius: generis eius dux mādato ab imperatore accepto, vt si qua in re opus esset, & illi & episcopis adesset. Vbi in vnum locū conuenere, celerēque notarij affuere, quæcunque ibi dicerentur scripturi: in primo consessu multi abesse comperti sunt, in primis Constantinopolitanus Macedonius, Basilius Ancyranus, & Scythopolitanus Patrophilus. Hic quidem ęgrū se esse, ille autem ex oculis laborare, atque alius aliud quidquā prætexens: re ipsa verò quòd accusatorum meruerent ora cōuentum vitantes. Postquam autem propter istorum absentiam, Synodus rerum controuersarū dispositionem instituere detrectauit: Leonas sic quoque vnumquemque, quod sibi visum esset, in quæstionem producere iussit. Ita alij primùm doctrinam constituendam, alij in eorum vitam qui inter ipsos rei agebantur inquirendum esse censuerunt: atque id propter Cyrillū Hierosolymitanum, & Eustarhium Sebastienſem, atque alios protulerunt. Cui rei causam etiam imperatoris literæ, nunc de fide primùm, nunc de moribus inquirere iubētes, præbuere. Proinde in verborum contentionē delapsi, alteri alteros malè accepere: & rixandi studio in duas discessere partes. quarum alteri Acacius Cęsariensis præsit, & Georgius Alexādrinus, & Vranius Tyrius, & Eudoxius Antiochenus, habentes secū alios triginta & duos: alteri autem Georgius Laodiceæ in Syria, Sophronius Pompeiopolis in Paphlagonia, & Eleusius Cyzici episcopus, quos reliquus Synodi cœtus sequutus est. Vicit tamē eorum sententia, qui primùm de fide disputandum censuerunt. Huc vbi vēnum, Acacius formulam fidei Niceę editam abrogandam, aliámque nouā promulgandā esse censuit. Altera autem factio, quæ etiam numero superior erat Nicænam formulam complectendam comprobandāque esse dixit, vt modo vnum τὸ ὁμοούσιον cōsubstantialis verbum inducerētur. Contentio hęc ad vesperā vsque extracta est, donec Syluanus Tarsensis ecclesię antistes, voce magna, non opus esse exclamauit, aliam fidei scripturam componere: sufficere enim quę Antiochiæ prius accuratè & subtiliter dictata esset, eam ipsam retinendā esse. Quibus verbis commotus Acacius, cum factionis suæ popularibus ex conuentu abiit. Qui verò ibi remansere, Antiochenam fidei professionem tum in consilio recitari iusserunt. Et sic consessus solutus est. Postridie autem templum diuæ Theclæ ingressi, foribus claesis, sententiis suis quæ lecta fuerant comprobarunt, seorsimque subscriptionibus confirmarunt. Quidam etiam mandatum ab aliis absentibus habentes, lectores & diaconi, autorum suorum nomine eis subscripserunt. Quod factum Acacius reprehendit: quæ* occultò gererentur, minus laudanda esse, atque à semistra suspicione non abesse, dicens. Conabatur autem nouam inferre fidem: quam etiam, sicuti ipsi visum fuerat, à se compositam, priuatim principibus viris Leonę & Lauricio legit, & obtinere maximè contendit. Hæc in secūdo congressu acta. Tertio porrò die, iam etiam qui abfuerant præstò erant, Macedonius Constantinopolitanus, & Basilius Ancyranus. Cæterūm Acacius cum factione sua in conuentum se venturū negauit, misi qui ab ipsis & antea exautorati, & tum accusati essent, confessū exigerentur. Et multa inde coorta rixa, placitum est tandem, vt illi secederent, quod etiam est factum. Illi enim cessere. Statuerunt hoc sic patres, Acacium causam Synodi soluendæ fingere rati, vt simul & Ætij hęresis præsenti disquisitioni eximeretur, & qui rei agebantur iudicium effugerent: ipsíque adeò Acaciani, de quibus arguebantur criminibus, causam non dicerent. Atque vbi illis digressis, Acacius cum suis introiit, Leonas libellum, quem sibi ab Acacio & popularibus eius datum, non fidei † formulam continere dicebat, exhibuit. Simul enim is & clàm & palam eos qui in Synodo aderāt oppugnabat, nec minus libellus apertè & clandestinè lectores inſeRabat. Illis igitur tacentibus, & considentibus quòd minimè fidei formulam esse in scripto putarent: Acacij tum fidei professio est publicata, cum præfatione ad hunc concepta modum. Nos qui Seleucię Isaurorum imperatoris iussu hesterno die (qui dies erat ante V. Cal. Octob.) conuenimus, omni studio, in hoc incubuimus, debitam moderationē omnē adhibentes, vt pacem Ecclesiæ conseruaremus, & de fide grauiter & constanter, sicuti Dei amantissimus imperator noster Constantius præcepit, iuxta prophēticas & Euangelicas voces tractaremus, & nihil prætei scripturam in Ecclesiasticam fidei professionem insereremus. Quoniam verò in Synodo nonnulli quosdam ex nostris iniuria afficere, quibusdam ora, non permittentes eos sententiam dicere, obstruxere, alios excluſere inuitos: atque eos, quibus dignitas adempta est ex variis prouinciis, vel qui contra canones in ordinem ecclesiasticum cooptati sunt, secum adduxere, ita vt ex omni parte conuentus turpis repletus sit: quemadmodum id clarissimi viri, Leonas Comes, & Lauricius prouinciæ huius præfectus, oculis ipsi suis conspexere, propterea profitemur, nos non defugere autoritatem fidei, quæ Antiochiæ encænijs ipsis publicata est, quam etiam proferimus. Et quanuis patres nostri tum quæstionis in præsentia propositæ gratia

Leonæ synodi præsident.

Lauricius Isauriæ dux

primus confessus.

Disceptatio de processu Synodi.

Duæ Synodi factiones.

Contentio de fidei formula.

Antiochenum fidei Symbolū secundo consessu.

† τοῦτο γὰρ ἐνίοις ἐκέκρυπτο ἐν τοῖς ἀπορρήτοις ἔτι ἐκείνοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ἀλεξανδρέων ἀκριβείᾳ.

Quarta sessio.

Refutatio eorū acta, qui eorum oculos confixerunt, & patrum decreta abolere.

τὸ ὁμοούσιον & τὸ ὁμοιούσιον. *reprobantur.* ἀνόμοιον *condemnatur.*

gratia conuenerint, quando quidem multos τὸ ὁμοούσιος consubstantiale, & τὸ ὁμοιούσιον equi substantiale præteritis temporibus atque adeò nunc quoque perturbauit, & nuper admodum quidam per res nouas inæqualem esse patri filiū promulgarunt: ea ipsa de causa & τὸ ὁμοούσιον consubstantiale, & τὸ ὁμοιούσιον æquisubstantiale, vt, voces à scripturis alienas, reiicimus. ἀνόμοιον, hoc est inæquale autem anathemati subiicimus, & omnes qui hoc opinantur alienos ab ecclesia esse censemus. Æqualitatem verò filij ad patrem diserte profitemur, de Apostoli sententia, qui de filio dicit: Qui est imago Dei inuisibilis. Profitemur porrò & credimus in vnum Deū patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium & inuisibilium. Credimus verò etiam in Dominum nostrum Iesum Christum filium eius, ex eo genitum citra perpessionem omnem ante omnia secula, Deum verbū ex Deo, vnigenitum, lumen, vitam, veritatem, sapientiam: per quem omnia facta sunt, quæque in cœlis, quæq; in terra, siue visibilia siue inuisibilia. Hunc credimus in cōsummatione seculorū, ad abolitionem peccati carnē sumpsisse ex sancta virgine Maria, & hominem factū passum pro peccatis nostris. Qui & resurrexit, & receptus est in cœlos, vt sedeat in dextra patris vēturus rursum in gloria ad iudicandū viuos & mortuos. Credimus ante & in spiritum sanctum quem Paraclerum nominauit, & missurum se post abitionē suam Apostolis promisit, sicuti & misit Saluator & Dominus noster: per quem & sanctificat in Ecclesia credēntes, & baptisatos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Qui verò præter hanc fidē aliud quidquam prædicant, eos ab Ecclesia catholica esse alienos. Hæc est Acacij formula. Cui etiam populares eius triginta duo illi subscripsere. Ad quā Sophronius Paphlago Pōpeiopolitanus episcopus apertè hæc verba dixisse fertur. † Si quotidie voluntatē suam exponere, fidei formulam edere est, destituet nos veritatis ipsius certitudo. Sophronius quidē hoc cum sic voce magna dixit. Ego vero censuerim, si & qui ante eos fuere, & qui eos sunt sequuti, itidem de Nicena fidei professione cogitassent atque egissent, sincerum Ecclesię dogma conseruaturos, & deliramēta omnia longè à sacris mœnibus abfutura fuisse. Actum quidē quum alteri alteros accusantes, plurima & dixissent & audissent, consessus est solutus. Quarto cōgressu multa futiliter nugati sunt. Et Acacius nihil obstare, quin alia fides ederetur, contendedat, quandoquidem semel Nicæna formula mutata esset. Semel autem? imò sæpius etiam. Ad quę Eleusius Cyzicenus: Hæc Synodus, dixit, coacta est, non vt addiscat quæ prius nouit, neque vt probationē inueniat fidē, quàm ea est quę à patribus Antiochiæ est promulgata. Nam in eius finibus assensu cōquiescens, quàmuis aliud quidquā ab ea edatur, non tamen vnquam illā relinquet. Cui ego obuians dixerim: Quomodo randē, Eleusi pessime, qui Antiochiæ congregati fuere, patres vocas? Multo enim magis patres te nominare eos cōueniebat, qui Nicææ cōuenientes, vna voce τὸ ὁμοούσιον consubstantiale promulgarunt: quum quod tēpore sunt vetustiores, tū quòd qui Antiochiæ coacti sunt, ab illis sacrorum munerum functionem accepe-

Sophronij Pompeiopolitani pulchrè dictū.

socrat. lib. 2. cap. 40.

runt. Quod si isti patres suos reprobarunt, parricidas potius quàm patres eos dicas. Quis itaq; tales viros sequatur? Et illorum fides si reproba est, nec electio siue ordinatio eorum prorsus nō potest in dubium vocari. Nanque si ante istos illi spiritum sanctum non habuere, qui per impositionem manuum maximè venit, neque isti omnino inter episcopos & sacerdotes censendi. † Quomodo enim dignitatē talem ab eis accipere potuerunt, qui illam nunquā habuerint? Hisce verbis quisquā contra Eleusium venire potuisset. Porrò disputatione progrediēte, ad quęstionem aliam peruenere. Et quoniā in formula æqualem dixerant, patri filium, Acacij factio interrogata est, quānam re æqualē patri filiū profiterentur? Atque illa, voluntate sola, non autem substantia æqualem dicente: alij omnes, etiam substantia æqualem dicendū esse confirmabant. Quā de re toto eo die maxima fuit contentio. Conuicerunt quoque ipsum Acaciū, quòd sibi ipsi propter variā scriptionē in libris suis quos ediderat, non constaret, in quibus prius æqualem per omnia patri filiū dixerit, idémque cum ipsis senserit: nunc verò tandē substantia, æqualem esse negaret. Ad quæ ille, neque ex recentioribus, neque ex antiquis quenquam ad scriptorum suorum rationem reddendā obstrictum esse, respondit. Contentione inde maximè glisceute, postremò Eleusius Cyzicenus: Siquidē Basilius, inquit, aut Marcus, per se aliquid agant, vel ipsi mutò sese de quopiam criminentur, nihil id ad Synodū pertineat. Sed neque quæ ipsi de fide siue rectè seu perperàm perscripsere necesse habemus curiosius de eis inquirere. Peropus autem esse iudico, in professione Anthiochena à nonaginta & septem patribus prodita acquiescere. Si quis autē aliā subiicere velit fidei formulā, eum æquū esse vt omnes à vera pietate & ecclesia alienū esse censeant. Hisce verbis conuentus rursum solutus. Postero autem die Acacius & Georgius cū sectatoribus suis in cōuentū venire noluerunt. Atque ipse Leonas, vocatus quoq; non venit. Aperte nanque cū illis sentiebat, illā præ se ferens causam, ab imperatore se ad Synodi concordiā conciliandā missum esse. Quandoquidē verò ita nullo seruato ordine inter se dissiderēt, non facile ei esse ad eos accedere. Si verò ipsi vellēt, abirēt, atque in ecclesia sedentes nugas agerent. Ita tēpus extrahebatur. Et vocabatur quidem cum suis in conuentū Acacius. Illi autē certos episcopos in Leonæ domū, vbi frequentes ipsi esse solebant, venire voluerūt atque insuper asseuerarunt, mandatū se ab imperatore habere, vt alios iudicarēt. Sed neque eandem cum aliis fidem profiteri, neque ad obiecta crimina respondere sustinuere. Quin etiā ad Cyrilli Hierosolymitani causam audiendā inuitati, quem ipsi episcopatu abiere iusserant, nō affuere. Neq; enim qui eos cogeret, aderat quisquam. At alteri illi non modò liberè hæc egerunt, sed Acacium etiā, & quicunque ad eum confugissent, quippe qui intēgrata eis crimina diluere timuisset dignitate priuarunt: Georgiū scilicet Alexandrinum, Vranium Tyrium, Patrophilū Scythopolitanum, & Eudoxium Antiochenū: alios autem excommunicationis canoni subiecere, donec de criminibus eis obiectis per causæ dictionē satis-

impositio manuum.

† πῶς γὰρ ἂν καὶ λαβεῖν εἶχον παρὰ τῶν καθαιρεθέντων;

Quinta sessio.

Acaciani in consessum venire nolunt.

Leonas itidem.

Cyrillus à synodo ad imperatorem prouocauit, & imperator prouocatione approbauit, factum hoc contra Ecclesiasticī canonis constitutionem. socrat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hadrianus designatus episcopus Antiochenus. idem in exilium pulsus. Acaciani partim exauctorantur, partim excommunicantur † Socrat. habet Anianum.

facerẽt. Atque id quod de eis actum esset, parœciæ cuilibet perscripsere. Et in Eudoxij locum Antiochię † Hadrianũ surrogauere, ecclesiæ Antiochenæ presbyterum: quẽ confestim Acacius comprehensum, Leonæ & Lauricio tradidit, qui sub militari custodia eum tenuere, & postea exilio condãnauere. Et res quidem Seleuciæ in Synodo actæ, sicuti eas compendiosè exponere potui, hunc habuere finẽ. Qui verò accuratè omnia cognoscere velint, ex monumentis ea perãt, quæ dispositi notarij diligentia summa confecere. Rebus ita gestis, Acacius celeriter ad imperatorem est profectus. Alij verò domum quisque suam se receperunt.

De rebus constantinopoli post Seleuciæ synodum actis. Vt Aetio episcopatus abrogatus sit: & vt qui Seleuciæ congregati fuerant, & simul Occidẽtales Ariminensi subscripserint fidei: ac deinceps constantinopoli quinquaginta in Synodo congregati episcopi, Ariminensem fidẽ comprobarint, quibusdam illis verbis ab Acacio additis. Catalogus variarum fidei expositionum. Cap. 44.

Decẽ legati Synodi Seleuceng ad imperatorem missi Acacius hos præuenit.

IMperator tum ex Occidentis partibus Constantinopolim venit, quũ proconsulari abolita dignitate, Honoratum primum vrbi prefectum constituit. Synodus de communi sentẽtia, decem ad imperatorem miserat episcopos. qui Constantinopolim venientes, decem quoque alios ex Arimino legatos ibi receperunt, atque etiam Acacium cum suis quæ vellet conficientẽ benevolentia principis sibi per aulæ purpuratos conciliata. erant enim nonnulli eiusdem cum eo sententię: quidam sacris ecclesiæ * donis corrupti, alij illecebris Acacij blanditiarum deliniti, Non enim vel in consultando, vel in dicendo, contemnendus vir fuit Acacius, & ad res quas instituisset conficiendas non incommodus Ecclesiam quoque celebrem administrabat, &. Eusebium Pamphili præceptorem habuerat, cuius etiam episcopatum sortitus fuerat: & quum plurima addiscere contendisset, existimatione simul & librorũ, copia quos à Pamphilo relictos habebat, alios antecellere iudicatus est. Et quòd talis erat non difficile ei fuit, ex sentẽtia res pleraſque conficere. Sedenim quũ ab vtraque Synodo isthic adessent viginti episcopi legati, & alij item qui eò ob negocium fortè venerent, de Aetio ij primùm concilium habere atque iudicare sunt iussi, multis etiam maiorum gentium sectatoribus presentibus, quibus Honoratus quem dixi præsit. Postea verò in præsentia quoque imperatoris, quum disquisitio denuò fieret, deprehensus est Aetius admodũ in fide haullucinari. Proinde & imperator, & honores apud eum gerentes. malè in eum fuere animati, propter manifestam blaphemiam. Acacius autem cum popularibus suis per pœnitentiam resipuit, simulans se hæresim eã primùm ignorasse. Ac ille in primis contendens operam dederat, vt princeps obiter & extra ordinem, causam eius iudicandam præciperet, inexpugnabilem esse argumentis Aetiũ putans, satisque ideneum ad eos qui secum disputando congrederentur, vel verborum persuasione, vel rationum vi conuincendos, atque ad opinionem suam inutis omnibus confirmandã.

** δῶρα.*

Cõstantinopoli de Aetij hæresi agitur.

Error eius deprehenditur.

Acacius resipiscit, & Aetij opinionẽ reiicit

Effecit idẽ. vt Orientales & Ariminenses legati formulę fidei sirmiensi Arimini lectæ subscribant.

EVbi verò cœptum ei non succesſit, scriptũ Ariminio allatum in medium produxit, atque id decem illos qui Seleucia venerant episcopos recipere iussit. Essque, quod vehementer resisterent, fierique; omnino nõ posse dicerẽt, vt substãtiæ nomen prętermitterent, iuramẽti per Dei nomẽ sacramento interposito, se filium substantia inæqualem non profiteri, paratũque esse, qui aliter sentirent, eos ab Ecclesia proscribere, vt Ariminẽsi formulę subscriberent, suasit. Quũ verò præter omnem opinionem Occidentales ex Arimino præstò essent episcopi, & substantiæ verbum omitterent, quàm plurimi apud eos esse eiusmodi fidei professionem Acaciani dixere. Existimabant nanq;, si ea formula reciperetur, substãtiæ nomine prorsus tacito, τὸ ὁμοούσιον consubstantiale quoq; in alto futurũ silẽtio: quod sanè episcopi Occidentales ob Nicęnæ Synodi reuerẽtiam magnifaciebant. Sedenim ipse etiam imperator eam formulam apprimè laudauit, Reputabat nanque secum, quum tot Antistites viri Arimini fuerint, non tantopere lapsuros eos fuisse, vt remerè ὅμοιον, hoc est æqualem profiterẽtur, antea ὁμοούσιον consubstantialem professi. Nihil quidẽ apud se, quo ad sensum, referre, si verbis quę sacræ scripture ignota essent, nõ vsus, nomine eiusdẽ efficaciæ, & quod nihil haberet controuersiæ τῶν ὁμοίῳ æquali scilicet, sententiã suã profiteretur. Hæc quũ eius esset ratio, suadere episcopis Seleucia missis nõ desiit, donec & ipsi Ariminensem formulã cõprobarent. Acacius verò, atque eius studiosi, Constantinopoli diutius morantes, Bithynos etiam acciuere episcopos in quibus erãt, Maris Chalcedonis, atque Vlphilas Gotthorũ episcopus qui prius Nicænam cõprobauerat fidem, decessorem suum sequutus Theophilum, qui Synodo Nicænæ interfuerat, & calculo suo sententiam confirmauerat. Et quũ quinquaginta Antistites conuenissent, Arimini lectam fidei pro sessionẽ autoritate sua stabilierunt illo insuper addito, se deinceps in Deo nequaquam substantiam aut subsistantiam nominaturos: & præter eam ipsam, aliam fidei formulam vel antea editam, vel postea edendam, non recepturos. Et quamuis hanc prius retulimus, faciendum tamen esse duxi, quum id locus poscere videatur, vt hic quoque quantũ fieri posset inferertẽ. Ea cum appendice sua de verbo ad verbum sic se habet. Credimus in vnũ solum Deũ, patrem omnipotentem. Et in vnigenitũ filium Dei, ante omnia secula, & ante principiũ omne genitum ex Deo, per quem omnia facta sunt, visibilia & inuisibilia: genitum autem vnigenitum solum ex solo patre, Deum ex Deo, æqualem qui eum genuit patri, secundum scripturas: cuius generationem nemo nouit, nisi solus qui eum genuit pater. Hunc scimus vnigenitum Dei filium, mittente patre, è cœlis aduenisse, sicut scriptum est, ad abolendum peccatum & mortem: & natum esse de spiritu sancto, ex Maria virgine, secundum carnem, sicut scriptum est. Et versatum cum discipulis: & œconomia seu functione omni secundum paternã voluntatem completa, crucifixum esse, & mortuum, & sepultum. Et descendisse ad inferos, ipsúmque Orcum eũ exhorruisse. Qui & resurrexit à mortuis tertia die, & versatus est cum discipulis. Et die-

Eandẽ formulam laudat imperator.

Theophilus Gotthorum episcopus, qui Nicænæ Synodo interfuit.

Formula fidei sirmiensis Arimini lecta. supr. eod. cap. 39.

bus

bus quadraginta expletis, receptus est in cœlos, & sedet in dextra patris, venturus die extremo resurrectionis in gloria paterna, vt reddat vnicuique secundũ opera sua. Et in spiritũ sanctum, quẽ ipse vnigenitus Dei filius Dominus & Deus noster se missurum promisit generi hominũ paraclerum seu consolatorem, quemadmodu scriptum est, Spiritum veritatis, quẽ eis misit quum receptus est in cœlos. Substantiæ autem nomen quod simplicius à patribus positũ est, & populis non intellectum, scandalũ seu offendiculum attulit: propterea quòd & scripturæ id non habent, placitum est tollere, & eius decæretò nullam omnino fieri mentionem: quandoquidẽ diuinæ quoque scripturæ, neutiquam substantiæ parris & filij meminere. Neque enim subsistentia de parre & filio & spiritu sancto nominari debet. Æqualem autem profitemur filium patri, sicuti diuinæ scripturæ dicunt & docent. Omnes autem hæreſes, & quę iam antea sunt damnatę, & si quæ nouæ sunt ortę, scripto huic promulgato aduersæ, anáthema sint. Hæc est fidei formula primùm quidem Arimini, tum verò enam Constantinopoli lecta. quandoquidẽ verò nos vix tandem ex formularum fidei labyrintho expediuimus, breuiter iam numerum etiã earum inire visum est. Ac primùm quidem professio fidei Niceę rectè est dictata. Secunda formula Antiochiæ in dedicatione tẽpli dupliciter est prolata. Tertia à Narcisso sectatoribúsq; eius imperatori Constantino iuniori in Galliis est exhibita. Ad has quarta Eudoxij accessit, quæ in Italiam est missa. Sirmij tres aliæ editæ, quarum vna Arimini quoque est recitata. Octauam Seleucię Acacius composuit. Noua & vltima Cõstantinopolitana est, cui etiam Ariminensis appendix addita, ne in Deo vel substantia nominarerur. De his satis.

Socrat. lib. 2. cap. 41.

Numerus formularum, seu formularum fidei Christianæ.

Vt Acacius & Eudoxius episcopatibus priuarint Macedonium, Eleusium, Basilium, & Sophronium, non doctrinæ causa, sed propter priuata quædam crimina. cap. 45.

VErũm enimuero Acacius & Eudoxius cum factionis suæ popularibus studio quoque habuere, quum Byzantij essent aduersæ partis episcopis dignitatem adimere: non religionis quidem, sed aliarum rerum causa. Communiter quidem, quod ecclesias perturbassent, & sanctiones earum commisissent: seorsim autem, vnicuique alij alia crimina intendebãr. At que illi de fidei professione inter se dissentientes in sententiis exautorationis fidei crimen non inferebant. Et primùm Ætium diaconatu priuant, vt qui turbæ & seditionis in ecclesia auctor extiterit, disputationibúsque contentiosè Sophistarum more ad ostentationẽ cum mala fama, contra Ecclesię consuetudinem & institutum, abusus fuerit, & eundem in scribendo modum seruauerit. Hunc quidem ita, non ex animi sententia, sed vt opinionem multorũ abolerent, quod serè omnibus eadem quæ ille sentire viderentur exautorarunt. Imperatoris autem ira quasi quodam subsidio vsi, qua ille quum aduersus alios plerosque, tum maximè in Macedonium commotus fuerat, propter eas quas diximus seditio-

Acacius & Eudoxius constantinopoli aduersarios episcopos non propter fidem sed alias varias ab causas exauctorant.

Aetio diaconatus adimitur.

Exautoratis Macedonij.

des & cædes nec non ob vrnæ cinerum Cõstantini patris translationem: & quòd insuper diaconum in fornicatione deprehensum ad communionem admisisset, ei quoque dignitatem abrogant. Eleusio pręterea Cyziceno, criminis illo abiecto, quod Herachum quendam Tyrum, sacerdotem Herculis Græci dei in vrbe Tyro, manifestum impostorem, inconsideratè ad baptismum admissum, in diaconorum quoque ordinem legisset, quum quidem is Christianismum tantum simularet, & propter imposturas Tyro: tum autem, quòd quum postea talem eum esse cognouisset, nihilo tamẽ magis sacro ordine motus esset. Prætera quod viros quosdam à Mari, qui tum Constantinopoli conuenturi isti affuit, Chalcedone damnatos atque proscriptos, contra canones sacerdotali dignitate ornasset. Basilium quoque, qui & Basilas, vt binominis, dictus est. & pro Marcello Ancyranam ecclesiam obtinuit, exautorant, quòd hominem quendam prẽter rationem omnem ad tormenta tradidisset, & carenis vinctos longo tempore in custodia habuisset. Et quòd graues calumnias clericis quibusdam Antiochenis, Cilicibus, Galatis & Asianis texuisset, quibus indicta causa prouincia rum rectoribus traditis mulctæ exiliique causa extitit. Idem quòd Diogeni presbytero Alexandria Ancyram eunti, chartas quas secum ferebat abstulisset, eundémque verberibus affecisset. Aliam quoque ei impegere dicam, quod imperialibus scilicet mandatis resistere ausus fuisset, quibus præcipiebatur, vt Ætius & alij quidam, ad Cecropium, causam de criminibus quę eis obiiciebantur apud eum dicturi, ducerentur. Et quod Hermogeni duci atque etiam Syriæ rectori scripsisset, quos & quònam loco rum deportandos curaret: pro quibus quũ imperator, in patriam eos reducere iubens, scripsisset, ipse tamen arte quadam vt aliud fieret effecisset, magistratibus simul & episcopis aduersus. Insuper quòd Sirmij, Germinij clerum, ne cum eo cõmunicaret ad rebellionẽ concitasset: quódque in periurio deprehensus fuisset: quod Illyricis, Romanis & Aphris per literas discordiæ & seditionis causã prębuisset: quòd ad Africanos scribens episcopos, Vrsicium & Valentem calumniosè criminatus esset: quòd ancillam vinctam falsum contra herã suam testimonium dicere cõpulisset: quòd virum cum muliere fœda consuetudine viuentẽ baptisasset, eidémque diaconi dignitatẽ contulisset: quòd explorato-

Eleusii Cyziceni.

rem quendã itinerum, qui multis necis causam attulerat, ecclesia non exclusisset: quòd ad mysticã mensam cõiurationes fecisset, clerúmque ibi iurisiurandi sacramento, ne alius aliũ accusarer, obstrinxisset id quod dolo ab eo factũ, vt scilicet ipse primam in clero dignitatẽ obtinens, iudicia eo modo effugeret, atq; vt Basilio Ancyrano episcopatus adimeretur, causę hæ fuere. Eustathio autem Sebastię Armeniorum antistiti, primùm quidem quũ presbyter crearetur, quòd eum pater eius * Eulalius prætudicio suo damnauerit, & ecclesia ciecerit, propterea quòd habitu qui sacerdotẽ non deceret, vteretur. Fuit autẽ Eulalius Cæsareę Cappadocum episcopus. Deinde quòd Neocæsareę in Põto à Synodo isthic coacta excõmunicatus fuerit, propterea q; minus fideli-

Basilij Ancyrani.

*Eustathij Sebastiensis. Socrat. habet * Eulalium lib. 2. cap. 43.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes res quasdã sibi commissas gessisset: quã notã ei intulit Eusebius primùm Beryri, deinde Nicomediæ, postea verò etiã Cõstantinopolis, post Paulũ, episcopus. Adhęc, quòd ei in Synodo Gãgrensi, propterea quòd aliter quàm conuenit, & sensisset, & in ecclesia docuisset, episcopali dignitas sit abrogata. Et quòd in Antiochena Synodo periurij fuerit cõuictus: quòdque conatus sit ea quæ rectè in Melitinensi cõuentu cõstituta fuerant abolere. Et quum tot criminibus reus ageretur, iudicis sibi tamẽ partes sumpserit, alienos à fide alios vocans. Eortasiũ verò Sardis episcopatum gerentẽ damnarunt, quod episcopi Lydij electionẽ eius non approbassent. Dracontium autem Pergamenũ, quòd in Galatia prius ecclesiæ episcopus præfuisset: & adempto illi episcopatu posteriore, ad priorem quoque eum redire non permisere. Sophroniũ porrò Paphlagonem quòd auariciæ studio in ecclesiæ pecunia quæstum fecerit: & quod semel atque iterum citatus, vix tandem venerit: & quòd responso Synodum dignatus non sit, profanum iudicem per prouocationẽ appellans. Præter hos Satalenorum episcopum Elpidium, vt Basilij sociũ, & ordine sublato confusionis & turbæ autorem, qui etiam Eusebium quendã, cui Melitinensis Synodus sacerdotalem ademerat dignitatẽ, temerè citra in quisitionem in presbyterorũ ordinem restituerit: & Nectariæ cuidam, cui propter iusiurandũ violatum, communione interdictum fuerat diaconatum contulerit: & ad honorem ecclesiasticum eam, cùm nõdum iuxta Ecclesiasticæ disciplinę morẽ pœnitentiã egisset, admiserit. Neon autem Seleuciæ pontifex propterea ad episcopatum deponendum est damnatus, quòd ex cõposito in Ecclesia sua Hadrianum Antiochiæ episcopum creari permiserit: præterea quòd nonnullos sacrarum literarũ imperitos, & ecclesiasticarum constitutionum ignaros, maléque insuper viuentes, re non deliberata, episcopos fecerit: qui deinde pecunias Episcopali dignitati præferentes, literis suis attestati sunt, † malle se opes habentes res sacras curare, quàm sine illis episcoparum gerere. Syluanus autem, quòd aliis & Seleuciæ & Constantinopoli vecordię causã fuerit. Porrò Theophilus Castabalenorum ecclesiæ antistes, quòd antea ab episcopus Palęstinę Eleutheropolis episcopis lectus, non ex animi sententia iurauerit, se aliam ecclesiam nõ esse suscepturum. Obseruandum autem illud, quòd Gangrensis Synodus Eustachio Sebastiẽsi, antea quoque in Cæsariensi conuentu exauctorato, propterea episcopatum ademerit, quòd multa præter ecclesiæ consuetudinem fecerit atque statuerit. Coniugium enim prohibuit, & à carnium cibo abstinendum esse docuit. vnde factum, vt multi coniugalem coniunctionẽ dissoluere it. Et qui communionem in ecclesia vitarent eis in priuatis ædibus vt communicarent suasit. Seruos, qui Deum colere cum prætextu pietatis constituissent, etiã præter dominorum voluntatem libertate donauit. Et quum ipse singularem sibi & insolitum philosophorum more habitum sumpsit, tum nouas quoque sectatoribus suis vestes dedit. Mulieres ne comam haberent, constituit. Stata ieiunia aduersatus, Dominicis diebus potius ieiunandum esse docuit. In coniugum domibus præcationes fieri prohibuit. Ac si laicus quispiam coniugem in matrimonio legitimo habẽs, presbyter lectus esset, eius benedictionem & communionem perinde atque piaculum abominandũ, deuitare iussit. Hęc ille, atque alia hisce similia & docuit & egit quapropter Gangrẽsis in Paphalagonia Synodus eum exautoratum, cũ instituis suis, anathemate quoque inguluit.

Et etiam Cyrillus hierosolymitanus episcopus episcopatu deiectus sit, & qui in locum abrogatorum suffecti. De improbo & importuno sophismate eudoxij Constantinopolitani, & de persequutione tum ab Acacio profecta. Cap. 46.

POst hos tredecimũ damnarunt Cyrillũ Hierosolymitanum, ingenti virtute, & ad populum docendum egregium virum: cuius scripta sunt, quæ ecclesia Cyrillia nominat. Vt autẽ dãnaretur, causæ illæ fuere: primùm quòd cum Eustachio & Elpidio cõmunicauerit, qui Melitinẽsi Synodo, cuius & ipse potissima pars fuerat, aduersati sunt. Et quòd itidem Basilium & Georgium Laodicensem, posteaquã in Palæstina episcoporum ordine mori fuerant, in communionẽ receperit. Insuper quũ Hierosolymorum episcopus creatus Apostolicum thronũ conscendisset, quòd de iurisdictionis ecclesiasticæ finib⁹ & iuro Metropolitano cum Acacio Palæstino disceptarit. Qua ex causa in mutuũ adducti odium, alter alterum quod non rectè de Deo sentiret, est criminatus. Acacius enim Arianæ erat sentẽtiæ, Cyrillus autem τὸ ὁμοιούσιον consubstantiale laudantes probabat. Eam ob rem malè in eum animatus Acacius, episcopis Palæstinis qui secum faciebant congregatis, administratione sacrorũ ei interdixit talẽ: insuper maximè præferens causam. Fames Palæstinam affligebat, & plebs in rerum necessariarum inopia ad episcopum respectabat. Et quum ille neque pecunias neque frumentum haberet, donaria templi & sacra aulæa vendidit, & quoad potuit penuriam populi est solatus. Et quidam vir honestus donarium suum agnouisse dicitur, † * vestẽ videlicet, qua fœmina ex scenicis atque thymelicis quędam amicta erat. Vbi res inquisita est, à mercatore quodam comparatam esse, qui ab episcopo eam prius emerit compertũ est. Huius prætextu rei Acaius Cyrillum episcoparu abire coegit. Talem quidẽ condemnationis eius causam fuisse audiui, sed non satis certè tum, vt mihi videretur, conuenientem: quoniam fames & penuria venditionis causa fuere. Quibuscunque autẽ Acacius factionisque eius populares dignitatẽ abrogauerant, eos etiam omnes Constantinopoli expulerunt. Erant autem in ea factione decẽ, qui sententias talium abrogationum calculis suis comprobare noluerunt. Eos in loco certo asseruari iussere, vt ibi priuati agerent, neque rem diuinam attingẽtes neque eorum quidquam quæ episcopalis

† * *Apud Teoderitum lib. 2. cap. 27. scriptum est: Vestẽ istam auro contextam, à laudatissimo imperatore constantino magno sacrario, episcopo Hierosolymitano, vt ea indutus episcopus sacrosancti baptismi perageret cæremonias, donatam esse. Eam quum Cyrillus vendidisset, & deinceps à mercatore Thymelicus saltator emisset atque induisset, in ipsa saltatione eũ examinatũ cõcidisse.*

Eortasij Sardiani.
Dracontij Pergameni. Sophronij Pamphlagonis.
Elpidij Satalensis.
Satala vrbs Armeniæ.
Neonis Seleuceni.
Syluani Tarsensis.
Theophili Castabalensis.
Causæ quæ Eustathium Sebastiensem in Synodo Gangrensi damnarunt.
Condemnatio Cyrilli Hierosolymitani.
Cyrillus in summa plebis propter famẽ penuria ecclesia aulæa vtensilia & donaria vendidit, egenis subuenit.
Acaciani pellunt episcopos, qui Constantinopoli fuere, sententiæ suæ assentiri coegerunt.
† ἐγγράφως εἴλοντο τὰς ἁγίας ἐκκλησίας λειτουργεῖν ἢ δίχα τούτου ἀποστοματεῖν. *Castabala Ciliciæ oppidũ.*

muneris sunt, agẽtes, donec condemnationũ sententiis subscriberent. Et nisi intra menses sex per pœnitentiã resipiscerent, & rebus omnibus quę Synodus constituerat assentirentur, ipsis quoq; ademptum ecclesias, aliisque cõmissum iri, qui cum eis cõsentirent, sicut fieri solet, minabatur. Hoc vbi constituerunt, consiliúmque suum ad exitum perduxerunt, ad episcopos vbique omnes literas dederunt, vt Ariminensem fidei professionem vnà cum adiectione sua seruarent, eámque subscriptionibus suis confirmarẽt. Aliter si facerent, solum exilij causa verterent. Ad quæ imperatoris quoque, cœpta eorum cõprobãs, accessit sanctio. Certiorem quoque de his Patrophilum Scythopolitã fecere, qui se statim Seleucia ad suam contulerat ecclesiam. Et paulo pòst, Eudoxius cum sectatoribus suis, alios aliis in sedibus episcopalibus substituit. Ipse quidem Eudoxius primus Macedonio surrogatus est: Basilio autẽ Ancyrano Athanasius. Porrò Eleusio successit Eunomius, qui etiam hęresis nomini sui princeps extitit. Et pro Eustathio Sebastiæ, diuus Meletius ecclesiæ præfectus. Macedonius Constantinopolitano episcopatu priuatus, eregionẽ vrbi Orientem versus in loco cui nomen † Claustra, diutius degens, ibi aduersus Spiritum sanctũ blasphemiã ore minimè clauso euomuit, & malè vitã transegit. Porrò Acacius, & sectatores eius, Eudoxium in possessionẽ vacuam ecclesiæ Constantinopolitanę deduxerũt, lõgè ab eis quæ paulò antè iudicauerant diuersa statuentes. Qui enim non ita pridem Dracontio episcopatum, quod ex Galatia Pergamum transisset, ademerant, non animaduerterunt, se dum Eudoxium non in vnam, sed iam in alteram ecclesiam transferrent, contraria sibi ipsis decernere & facere. Porrò quum is ecclesiam recepit, tum & magna ecclesia quæ σοφία, hoc est, Sapientia dicitur, Encęnia celebrauit, quindecimo Februarij mensis die. Hic ille in throno suo cõsidens, primùm diuulgatam illam in ecclesia edidit vocem: Pater, inquiens, ἀσεβής, hoc est, simpliciter accipiatur, impius: aliter, non colens. Filius autem εὐσεβής, hoc est, verè pius, & rectè colens. Et tumultu ad talia verba, ilenti par erat, à populo & seditione mota, ne turbam cierent, horrarus est. Pater enim, inquit, neminẽ colit, & sic ἀσεβής est: Filius verò εὐσεβής meritò enim & rectè patrem colit. His dictis tumultus sopitus est, & magnus subsequutus risus. Atque hodie quoque dictum id ridiculum habetur. Talibus impij illi rebus occupati, & cauillationibus eiuscemodi vsi, ecclesiam ad absurdas opiniones distraxerunt. Omnique prorsus cura & studio & ipse Eudoxius & Acacius summopere in hoc incubuere, vt in obliuionẽ Nicęna decreta adducerent. Proinde Ariminensem formulam cum appendice sua ad loca omnia miserunt: & qui eam non reciperent, sicut dictum est, exilio eos perpetuo mulctarunt. Quod † sanè quum facile rem præter rationem susceptam persecturum esse videretur, aliarum calamitatũ initium præbuit: & non modò ecclesiis, sed & vrbibus omnibus magnum conciuit morum. Persequutio namque, quæ nulla in re Græcorum tyrãnidi & crudelitati cæderet, Romanum peruasit imperium. Quamuis enim, quantum ad corporum supplicia pertinet, minor fuerit: probrum tamen ipsum, maiorem gratiorémque eam apud eos qui rem rectè putarunt, fecit. Nam & qui persequerentur, & qui persequutionem exciperent, eiusdem erant ecclesiæ & religionis. Tanto verò id malum propter fœditatem maius fuit, quanto turpius ciuibus quàm aliis infertur bellũ: quum quidem id etiam erga exteros facere, episcopalis functionis prohiberent sanctiones. Et res nouæ tum landabantur, paulatimque incrementa sua capiebant, atque ad mutationem insolitã spectabant: eóque demum præfractæ temeritatis peruenerunt, vt homines veteres & patrias leges contemnerẽt, & nouas sibi pro se quisque conderet. Atque equidem eadem de Deo pleriq; cũ turbulentis illis sentire nolebant, sed noua idenridem quædam dogmata comminiscebãtur, neque se ab aliis super alias nouis rebus inueniẽdis continere poterant. Talis tum fuit rerum status.

De hæresi Macedonij, & Marathonij Nicomediæ, & Eustathij sebastiæ episcoporum, qui primi contra Spiritum sanctũ blasphema proferre verba cœperũt, & propterea Pneumatomachi appellati sunt. Cap. 47.

MAcedonius nanque, etiamsi antè idẽ cum Eudoxio & Acacio sensisset, nihilominus tamẽ ex ecclesia sua deturbatus nõ eandẽ porrò quam illi sequebatur opinionem, sed fidei professionẽ Antiochiæ primùm, postea etiã Seleuciæ confirmatã, quam ipse seu potius Marathonius, quem Nicomediæ episcopum fecerat, vt quidam putãt, ὁμοιούσιον, hoc est, æquisubstantialem appellabat, obtinere debere censuit. Verùm non id modò egit, sed etiam in Theologia seu diuinitatis ratione exponẽda, Spiritum sanctum personam vnam Trinitatis dicendam esse negauit. Ac filium quidem Deum perfectum, & substantia patri æqualem esse dixit: Spiritum sanctum autem expertẽ honoris & dignitatis eiusmodi statuebat, famulum eum & administrum, Angelicisque ordinibus paulo præstantiorẽ esse docens. Et in eadem cum eo sententia erãt Eleusius Cizicenus, & Sophronius Paphlago & Eustathius Sebastiensis. qui tamen aliis æquior, neque Deum neque creaturam Spiritum sanctũ dicere maluit. Suffragantur eis & alij multi, & ferè omnes quibus à parte aduersa dignitas abrogata fuerat. Nec minimam secum partem populi in vrbe Constantinopolitana, atque in Bithynia, Thracia, Hellespontо, & aliis vicinis in circuitu populis trahebant. Vita nanque & moribus (quos potissimum multitudo spectare soler) probatis erant. In publicum cum grauitate quadam veneranda prodibant. Instituta eorum non multum à monasticis aberant. Et sermo affectata quadam sanctimonia mistus, vim ad persuadẽdum satis accommodatã præferebat. Qualis sanè & Marathonius fuit. qui publicorũ vectigalium inter milites sub ducibus stipendia facientes † rationalis, loculis probè refertis, postquam eum quæstum posthabuit, egenorum publicis domibus curator præfuit, & ægrotis inseruiit. Deinde asceticam siue monasticã quoq; vitam, Eustathio Sebastiẽsi autore, sequutus est. Insigne is etiam monasterium Constantinopoli construxit, quod ad longum durauit tẽpus. Tam studiosis verò Macedonij hæresis fuit, vt pecu-

Sententiã suã episcopis absentibus insinuant.
Eam Constantius confirmat.
Successores damnatorum episcoporum.
Macedonius in claustris priuatus habitans.
πύλαι.
Iniquum iudicium.
Inepta & impia Eudoxii Constantinopolitani vox, in ingressu ecclesiæ primo, omnem ex se admirationem excitans.
Eudoxius & Acacius Nicenum symbolum aliosque contendunt.
τὸ δόξαν τοῖς παρόλοις ὁμοούσιος διάνοια. ἀποδώσω. *Eam rem persequutione grauis catholicorum ista subsequuta.*
Hominũ rebus in ecclesia nouis per licentiam stupentium.
Eiusdem adstipulatores.
a Eustathij sebastiensis de spiritu sancto opinio.
Hæreticorum vitæ sanctitas.
b Eustathij sebastiensis verbum: Ego, inquit, neque Deum spiritũ sanctũ nominare consueui, neque creaturam vocare ausus fuerim.
Sacrat. lib. 2. cap. 45.
† Μαραθώνιος. *Marathonius Nicomediensis.*
Macedonij hæresis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Macedoniani quoque Macedonij dicti.

nia sua expensi, propagandæ eam curauerint: Marathonia nósq; populares eius appellados esse, illis persuaserit. Et vnus ipse ne prorsus secta ea Cõstantinopoli interiret, obstitisse visus est. Macedonium nanque, ex quo tempore episcopatu Macedonius est deiectus, neq; ecclesiam neque episcopum postea, eis quos exautoratos paulo antè nominauimus exceptis, donec Arcadius ad imperiũ peruenit, habuere. Siquidẽ Ariani, omnes qui alterius essent quàm suæ sectæ, ecclesiis exactos, plurimis etiam aliis malis afflixere. Cæterùm isti non tãtum Macedoniani & Marathoniani, verumetiam πνευματομάχοι, hoc est, oppugnatores spiritus, sunt nominati. Ac qui eo tẽpore episcopi sedibus suis sint eiecti, operosum esset omnes recensere: vt autem breuiter dicam, nulla ferè fuit in Romano imperio gens, quæ calamitatem eam experta non sit.

πνεῦμα τομάχοι.

Vt Eudoxio constantinopolim traducto, Meletius ex Sebastia Antiochiam sit translatus: & vt ex eiecto, Euzoius locum ibi obtinuerit. Cap. 48.

QVum Eudoxius ad Constantinopolitani episcopatus opes respiceret, & iam possessionem eius obtineret, nó parua per ambitionẽ de Antiochena sede orta est contẽtio. Quod nanque, vt ita dicam, vnusquisque episcopatum eum ad se pertinere putaret, seditiones in clero simul & populo, vt fieri solet, sunt motæ. Et cuiusque opinionis sectatores, in ea episcopatus consequendi expectatione, ex popularibus suis quenquam deligi studuerunt. Ingens namque adhuc in multitudine de dogmate erat dissidiũ. Vnde in psalmodijs quoque non concordabãt: sed vnusquisque pro ea quã obtinebat opinione, carmina conformabat. Et quum talis esset Antiochiæ status, Eudoxio sectatoribúsque eius placitum est, in eam vrbem transferre, qui dicẽdo atque persuadendo egregius, simúlque vitæ cõsuetudine laudatus maximè, eiusdémque antea cum eis sententiæ suffragator fuisset, Meletium. Magnam enim conceperant spem, fore vt multis eius viri primariis dotibus nõ solùm Antiochenos in sententiam suam pertraherent, sed etiam vicinas circumcirca vrbes, & eos maximè qui à diuo Eustathio Eustathiani vocabãtur, & fidem Nicænam integram seruabãt, suas ipsi sibi synaxes & conuentus seorsim agentes. At enim magnopere opinione sua sunt falsi. Et ad Melitium, vbi Antiochiã peruenit, permulti Ariani, permulti etiam alterius partis, quæ Paulinũ sequuta fuerat, accessere. Et alij quidem propter tanti viri gloriam (celebris enim aduentum eius præcesserat fama) alij autem videndi eius gratia. Quibus quoque studio fuit, ad quam partẽ inclinaturus esset, resciscere. Vulgatum quippe rumoribus erat, plurimi eum Nicæna decreta facere: sicuti etiam exitus comprobauit. Ac primùm ille quidem vt de dogmate verba faceret, secundo loco habuit, † doctrinam autem morũ publicè coluit. Deinde verò progressus, Nicænã etiam fidem intulit, & τὸ ὁμοούσιον consubstantiale prædicauit. Fertur sanè quidem, clericum Archidiaconum ad illum quum doceret accessisse, camámque ei manum iniecisse, atque os obstruxisse. Illum autem manu magis quàm voce fidei sententiam indicasse, tres apertè digitos extendẽtem, eósque rursum leniter contractis, vnũ tantum directè erigentem. Qua ille re omnibus per imaginem quandam exhibuit, quæ sentiens dicere non potuit. Vbi verò diaconus ore relicto, manum eius compressit: tum illũ ore libero & voce graui disertè sententiam de Deo suam promulgasse, & omnibus Nicænam fidẽ commendasse: apertè, qui alter sentirent, eos à recta opinione aberrare testatum. Quum autem non cessaret vel verba faciens, vel manu gesticulans, animi sui sententiam vicissim, vt se res dabat, aduersus Archidiaconi inhibitionẽ atque contentionem astruere, & concertatio ea inter episcopos, perinde atque pancratio, hoc est, omni certaminum genere & viribus opibúsque omnibus decertantes, diutius duraret, Eustathianos lætitia plenos exultasse & vociferatos esse, Arianos verò pudore atque ignominia affectos cessisse. Et eam ob causam Eudoxium cum suis indignabundum, ab ecclesia Meletiũ proscripsisse: eundémque deinde vt sententiæ suæ suffragaturum, (ita enim existimabat) & priora dicta correcturum, restituisse. Nam Melerius Arianorũ suffragiis Sebastiæ episcopus creatus, atque inde rursum per eosdem Berrhœam Syriæ trãslatus fuerat, & Seleuciæ in concilio Acacij fidei formulæ subscripserat. In Constantinopolitana præterea Synodo affuerat: & cũ illis quę eis placita erant, egerat & sanxerat, atque ab eisdẽ ad Antiochenam sedem euectus fuerat. Sed illi, vt diximus, eum restituẽre. Vt autem à recta sententia deduci minimè potuit, Imperator ea re intellecta, exilio eum mulctauit: & Euzoio Arij familiari, cum quo etiam antea damnatus fuerat, ecclesiam Antiochenam commisit. Porrò qui Melitium consectati, doctrinam eius laudabant, ab Arianis seiuncti, suas ipsi sibi ecclesias & conuentus agebant. Paulini siquidem sectatores, & τὸ ὁμοούσιον consubstantialis assertores, qui Eustathiani vocabantur, Meletium eiúsque studiosos auersati sunt, neque cõmunionem sibi cũ eis esse voluerunt: propterea quod Meletius Arianorum electione episcopus factus, sectatorésq; eius eorundem baptismo initiati essent. Atque ij sanè quamuis sententijs essent coniuncti, tamen propter solam electionis causam à seipsis sunt disiuncti. Ita factum, vt in ecclesia Antiochena dissidium, duabus quæ idem sentirent partibus intercederet. Eodem tempore Constantius Persas res nouas moliri cognouit, & se Antiochiã contulit.

παρεμφάσεως τὸν ἀγαπητὸν Εὐδόξιον.

Meletius episcopus Antiochenus designatur, antea quidem Arianus, exinde autem orthodoxus.

† ἐπὶ πλεῖον δὲ ψαλμῳδίαις Meletius simul & manu indicio et voce libera trinitatẽ ὁμοούσιον publicè prædicat.

Idem à constantio in exilium actus.

Euzoius Antiochenus episcopus.

Paulinianis orthodoxicum Melitianis catholicis Antiochiæ propter Arianam Meletij electionẽ, non communicarunt.

Vt Acacius Antiochenus etiam verbum æquale ex Ariminensium fide eximere contenderit: & vt idẽ, quum præstare id non posset, conquieuerit. & de Alexandrino Georgio, vt is Alexandrinis grauis molestúsque fuerit. cap. 49.

ACacius, & populares sui quiescere, rursum nõ potuerunt: & quum eos rerum suarum pœniteret, priora decreta sua mutare sunt aggressi. Quam ob rem cum paucis Antiochiã venere, atque ibi Euzoio ecclesia gubernante, & imperatore præsente, in fidei formula primùm Arimini, deinde Constãtinopoli edita τὸ ὁμοιόν, hoc est, æqualitatis nomen inducere atque obolere constituerunt. Iam enim non occultè, sed propalàm, citra pudorem, per omnia substantia simul

Acacius Antiochenus.

Aperte τὸ ὅμοιον, hoc est æquale, in formulã fidei inferre conãtur, in concilabulo Antiochen.

Aetij sententia & Arij eadem.

simul & voluntate inæqualem patri filium, & ex non existentibus genitum esse docebant & prædicabant: sicuti & Arius à principio opinatus est. His autẽ maximè suffragabantur, quicunque Aetij sententiam comprobarũt: qui primus post Arium eiusce modi nomina in publicum produxit, & liberè cum magna confidentia promulgauit. Vnde ipse quidem ἄθεος, hoc est, eõtemptor Deũm: sectatores autem eius ἀνόμοιοι, hoc est, inæquales & non existentiales, Antiochiæ ab Homousianis seu cõsubstantialis professoribus cognominati sunt. Qui quidẽ tum propter Melerium segregati erant, vt à me paulo antè dictũ est. Sedenim Ariani à nostris interrogati, cúrnã, quum antea in professione fidei suæ, filiũ Deum ex Deo dixerint, inæqualem nunc, atque ex non existentibus, profiteri auderent? Propterea, respondẽrunt, quòd & Apostolus Paulus: omnia autem ex Deo, inquit. Proindéque vnum etiam esse rerum omnium filium: & ob eam causam in fidei formulis addi illud Secũdum scripturas. Huiusmodi illi cauillationibus responsiones & refutationes suas instituẽre. Quarũ autor Georgius Laodicẽsis fuit, qui non bene loquutiones eiusce modi assequutus, superioribus tẽporibus hæc Origenem inuestigasse, & Apostolicas verborum proprietas fusius interpretatũ esse ignorauit. Cæterùm tametsi arroganter ista in respõsionibus suis iactarent, conuicia tamen multorũ tum perferre, & per interrogationes eos vrgentibus satisfacere non potuerunt. Et quum quod in aduersarios crimen regererent, non haberẽt, confirmata denuò quam Constantinopoli ediderant formula, cóciliabulum suum soluerunt, & se domum receperũt. Eadem hac tempestate Athanasio adhuc latente, Georgius Alexandriæ non eos modò qui diuersum ab opinione sua sentirent, malè accipiebat, sed Græcis quoque ipsis grauis erat. Nam eos etiã, sicuti ipsi visum esset, opinari atque sentire volebat, & facere id nolentes persequebatur: quin vniuersæ quoque vrbis eius plebi molestum se exhibebat: principum maximè virorũ obiurgator, & doctis atq; claris, quòd eos contemnebat, nec non multitudini ipsi inuisus, veluti tyrannicus, & qui dominationẽ sibi quasi iure suo vendicaret. In primis verò Græcæ superstitionis cultores exacerbauit, quod eos patriis suis sacris operari, diésque festos peragere prohibuit. Et militari ex Ægypto adducta manu, deorum imagines atque alia donaria, & quicquid præterea in templis eorum esset ornamenti, diripiẽs abstulit. Quæ sanè omnia, vt necaretur, causam præbuere: sicuti libro proximo ostendemus. Cyrillo ecclesiæ Hierosolymitanæ, eo quo suprà dictũ est modo, adépta est, & Herennio mandata. Cui Heraclius, atque huic rursum successit Hilarius. isti nanque vsque ad Theodosij imperium ecclesiam eam administrasse traditi sunt, post quos Cyrillus ipse sedẽ suam recuperauit.

τὸ ἀνόμοιον autore Georgio Laodicensi defenderint.

Ariani hac in parte ab Origene refutati.

Georgius Alexandriæ hominibus omnibus, præter quam Arianis suis, grauis et molestus.

Hierosolymitani episcopi.

De Imperatoris Constantij obitu, & quæ Gregorius Theologus de ea scripta reliquerit. Cap. 50.

IVlianus sanè Cæsar bello barbaros † ad Rhenum vicit, plerisque cæsis, quibusdam etiam captis. Et quòd militibus tum propter moderationis animi & æquitatis obtentum præclarus esse videretur, Imperator Romanorũ ab eis est declaratus. Quæ res vbi Constantio est renunciata, anxia eum cæpit solicitudo. Et Antiochiæ ab Euzoio sacro tinctus lauacro, exercitũ inde aduersus Iulianum duxit. Atque vbi ad Mopsocrenas, hoc est, Mopsi fontes, qui inter Cappadociam & Ciliciam sunt, venit, curis confectus, per apoplexiam vitam finiit. Qualis autẽ & moribus & religione Constantius fuerit in præsentia commemorarem, nisi vehementissimus orator Gregorius Theologus virtutes eius pulcherrimè ostendisset. Et quum verbis illius qualis is fuerit declarare liceat, superuacaneum esse duxi, aliter res eius referre velle. In prima igitur in Iulianum Inuectiua, veluti reprehendens Cęsarem eum creatum esse, hęc ad verbũ pro Constantio refert. Quid hoc fuit imperatorum sanctissime, & Christi amantissime (prouehor enim oratione, vt te veluti præsentem & hæc audientem incusem: quamuis te longè superiorem reprehensione nostra esse sciam, qui ad Deum trãslatus sis glorię cœlestis hæres: & tantò longius à nobis secesseris, quanto imperium illud quod cum hoc commutasti, est augustius (quódnam hoc cepisti consilium? qui prudentia & animi fortia omnes, non modò qui ætate tua, sed antea quoque fuere principes, longè superasti: qui finitimas circumcirca regiones à barbaris repurgasti, & domi tyrannos compescuisti: atque alios quidem verbis flexisti, alios autem armis vicisti: & eo sanè vtrunque modo peregisti, vt alterum in altero nihil tibi afferret difficultatis. Et quum multa sint bello & armis parta, maiora tamen & illustriora, quæ nullo effuso sanguine constituisti tropæa. Ad quem vndequaque legati & supplices ex gentibus variis veniebãt, quarum nonnullæ iam imperata faciebant, nõnullæ autem facturæ erant. Qui quicquid sperasses, cõfectum tibi iam propè fuit. Adeò manu Dei ad consilia & actiones omnes es productus. Cuius prudentia quidem magis quàm fortitudo, magis verò etiam fortitudo quàm prudentia admirationi fuit: amplius autem, quàm vtræque istæ, laudata pietas.

Apud varios, Ammian.

consãtij mors.

De constantio imperatore ex Greg. Nazanzeno.

Non satis prudenter cõstantius Iulianum Cæsarem creauit.

Et paulò pòst: Quis enim eorum etiam qui aliquo saltem ex parte eum nouere, nescit, illum propter veram pietatem, summúmque in nos amorem, & quòd nobis omnia voluerit cõciliare bona, non tantum contempturum vel omnem generis sui honorem, vel imperij partẽ veruntamen incolumitatem salutémque nostram imperio ipso rebúsque suis omnibus, atque adeò anima ipsa, qua nihil est omnibus hominibus charius & præstabilius, commutaturum fuisse? Nemini siquidem vnquam tantus rei alicuius, quantus illi, ardor & amor incessit, vt Christiani aucti honestíque essent, & ad summam gloriam & potentiam peruenirent. Non enim tot gentes imperio eius subactæ, non respublica ab eo ritè gubernata, non ingens pecuniæ vis, non gloriæ amplitudo, non quòd regum princeps atque imperator & esset & nominaretur: non aliæ denique res, quęcunque ad hominum felicitatem facere videntur, tantùm eum exhilararunt, quantùm vt nos quidẽ per ipsum, per nos autẽ ipse, & apud Deum, & apud homines laudem consequeretur, & constans nobis perpetuáque per-

Constantius princeps christianissimus.

Iuliani præclarè victoriæ.

† prope aggeratum, Eutrop.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Christi seruatoris aduentu Romanum imperium.

manerent potestas. Etenim quum alia multa, tum illud præcipuè sublimius, Imperatoréque magis quàm alij multi considerans, optimè nouerat, cum Christianorum rebus vnà Romanum auctum esse imperium: atque adueniente Christo, rerum administrationem ad vnius principis, quod antea ex omni parte factum nunquã fuerat, summam potestatem peruenisse. Quam ob causam merito ille mihi visus est res Christianorum tãtopere ornare, & fouere. Qui etiamsi dolorem aliquem nobis attulit, non id tamen vel per contemptum, vel cum cõtumelia, vel vt aliis præ nobis gratificaretur: sed vt omnes vnum essemus, & idem sentiremus, nec ita sectis atque dissidiis dissecti atque disiuncti essemus, fecit.

Erecta Romana Monarchia.

Excusatur Constantius, quòd Arianiz se fit visus.

Deinde eum aduersus obtrectatores, qui illi † ignauiam rerúmq; imperitiam defuncto crimnando obiiciebant, defendens, hæc addit: Pudẽdum profectò esset, si tanto ab eo honore aucti, & tantum vera pietate excelluisse eũ certò persuasi, merito suo eum non defenderemus: quod præstare etiam de nobis nihil meritis debemus, qui verbi & veritatis ministri sumus: post obitũ precipuè eius, quum iam assentationis probrum effugimus, & oratio omni suspicione superior est. Quis enim nõ speraurit, Iulianum, si aliud nihil, honore saltem accepto, mãsuetiorem? Quis verò non ex fide earum rerum quæ ei creditæ sunt, etiam, præterquam quòd consentaneum esset, æquiorem fore? Et simul maiorem Constantius Iuliani arrogatione obtinuit animum, non tam quòd fidem illius magni fecerit, quàm quòd potentiæ suæ confisus sit. Sed cur hoc sic vrgeo? quum cedens atque victus vincere, & argumentis superior esse possim? Si nanque qui alij credidit malus est, quis tandem is fuerit cui creditum est? Et si mores prauos nõ præuidisse, culpa non vacat, quo loco prauitatem ipsam ponemus? Verùm enimuerò ea res est malicia, vt ratione nulla regi & flecti queat: neque heri potest, vt homines improbos meliores quispiam efficiat. Quando & ille, ex quibus rebus meritò beneuolentior esse, & si quam malignitatis habuisset scintillam, eam extinguere debuisset, ex eis rebus ad maius excitatus est odium: & quo pacto egregia merita atque beneficia, per malã gratiam, in autore suo vlciscerentur, circũspexit.

De eo quòd Constantius Iulianum Cæsarem fecerit.

Hæc quidem in priore Inuectiua illa refert. In posteriore autem hæc scribit: Quandoquidem verò etiam nobis funus eius est, qui ante Iulianum è vita excessit, inspiciamus hic quantũ duo isti imperatores inter se differant. Siquidem hoc quoque aliquid in defunctis vel ad felicitatem, vel ad infelicitatem confert. Ac nostri quidem funus producitur publico apparatu, auspicatisq; ominibus & acclamationibus: nostris dico, & sanctioribus istis carminibus, item nocturnis hymnis & lucernarum ignibus, quibus Christiani obitum pium cohonestandum censemus.

Confertur funus Constantij cum funere Iuliani.

Lucernæ & carmina funeralia.

Et corpus ipsum celebri lugentium cõuentu effertur. Quod si verba ista fidem merentur, ad multorum certè hoc quibusdam referentibus peruenit aures: quum defuncti cadauer Tarsum mõtem superaret, vt ad patriam vrbem, cognominem eis istam & præclaram dico, duceretur, auditam esse à quibusdam ex superioribus locis vocem veluti psallentium ac producentiũ, Angelicarum opinor potestatũ, vt honor iste pietati illius & quasi funebre munus datũ sit. Si etenim rectam fidei opinionem loco suo mouere visus est, importunitatis errorisque purpuratorum eius id fuerit crimen, qui acceptum in potestatem suam, simplicem eius, facilem & procliuem ad pietatem, & minus barathrum & perniciem prouidentem animum, quò vellent, duxere: & certioris inquisitionis prætextu, zelum & ardorem in prauitatem conuertere: Sedemin nos communem magis, pietatis scilicet & fidei opinionem, & patrem ob oculos & animũ, qui fundamenta Christianitati imperialis potestatis & fidei iecit, fortémque quæ in illum dogmatis nostri constituendi incidit, ponentes, ita vt decuit, tabernaculum corpúsque eius, qui iustè imperasset, & vitam sancta morte finisset, nobisq; summam potestatem reliquisset, honore iusto prosequuti sumus. Vbi autem ad magnam & imperatricem vrbem appropinquauit, quid dicere attinet, vniuersi exercitus satellitiũ, & armatorũ ordines, qui tanquam viuo adhuc imperatore assuere: aut splendidæ vrbis effusionem, & omnium qui vel fuere vel futuri sunt, celebertimũ occursum? At strenuus ille & generosus noua purpura sese venditans, atque eo nomine, vt cõsentaneum est superbiẽs, fuit & ipse pars aliqua honorificæ istius pompæ, eandem & dans & recipiens gratiam: & illam quidem inuitus, hanc autem libens, sicuti dicunt. Copiæ nanque militares omnes, tametsi præsentis eius potẽtia vincerentur, plus tamen honoris defuncto habentes, (quandoquidẽ natura beneuolentiæ affectu recentes erumnas prosequimur) & amoris misericordiæque inclinatione mortuo condolentes, eámque ob causam minimè se continentes, quin illum velut imperatorem honorificè excipererent, apostatæ & desertori persuadent, atque eum simul ferè cogunt, vt defuncto habitu conuenienti obuiam procederet. Erat autem habitus is, vt diadema de capite deponeret, & demisso vultu imperatori extremum præstaret officium, eúmque ad sepulchrũ, cum reliquo comitatu in præclarum diuorum apostolorũ templum, qui sacrum hoc genus & susceperé, & cõseruant, eosdem propè cum illis honores percipiens, deduceret. Theologus quidem hęc, & alia plura, in Inuectiuis pro Constantio dicit: ne in aliis quidem orationibus suis prauitatem illi, sed simplicitatem potius quàm leuitatem tribuens. Alij verò historici eũ non recta in religione sententia fuisse produnt: in quibus est & Theodoritus Cyri episcopus. Ego verò potius propugnatoris veræ pietatis Gregorij magni autoritatem sequor. Nam quidam tradunt, minimè mirandum esse, si in reliquis orationibus illum leuiter perstringẽs, in Inuectiuis magnificis prorsus exornet laudibus. Ardorem enim, quo aduersus religionis desertorem incitatus fuit, ita immutasse virum magnum dicunt, vt amicus illi beneuolúsque prorsus factus sit, qui non malicia, sed simplicitate res nostras aliquantum perturbarit. Qui & illum sancti eius patris morem fuisse volunt, vt grauissimas etiam eis noxas cõdonaret, qui eas ignorantia & lapsu aliquo admisissent. Quod ego quidem rationi consonum esse dixerim: in rebus autem pietatis nostræ gratificari

Quòd in professione, fides hallucinatus sit Constãtius, consiliariorũ eius culpa id factum.

Iulianus quoque Constantij ad Constantinopolim exequiis interfuit sed cogentibus militibus inuitus.

Sepultura Constantij.

Cur tantopere Gregorius in Inuectiuis aduersus Iulianũ orationibus Constantium laudarit, quæ in scriptis aliis aliquantum perstrinxit.

Christiani animi in condonandis nocentibus pietas.

Liber huius anni.

tificari cuiquam voluisse tantum ecclesiæ doctorem, negauerim. Res Constantij sic se habuere. Mortuus enim est, sicut diximus, ad Mopsi fontes, tertio Nouembris mensis die, vixit annos quadraginta quinque: imperauit autem triginta & octo, cum patre quidem tredecim, reliquos viginti quinque solus. Quos quidẽ annos nonus ille historiarum complectitur liber: quum à mundo condito *a* quinquies millesimus octingentesimus septuagesimus secundus, nesentesimus à Christo autem nato trecentesimus sexagesimusseptimus ageretur annus.

a Secundum nostrates 4342.

EPISTOLÆ ATHANASII AD AMICOS, DE formula fidei in Sirmio composita datæ, pars: sicuti apud Socratem Ecclesiasticæ historiæ lib. 2. cap. 27. reperitur.

QVid enim in doctrina veræ pietatis Ecclesiæ Catholicæ desuit, vt isti nunc de fide disquirant, & Consulatum præsentium temporum verbis suis, quæ de fide promulgarunt scilicet, adiiciant? Fecerunt sanè Vrsicius, Valens & Germinius, quod neque factũ, neque auditum vnquam est apud Christianos. Quum namque scripsissent, quemadmodũ ipsi voluerunt, credendum esse: Consulatum & mẽsem & diem adiecerunt, vt declararent cordatis omnibus, non antea extitisse, sed nunc primùm sub Constantio initiũ cepisse eorum fidẽ. Omnes etenim illi hæresim suam spectantes, scripserunt. Adhæc, de Domino sese scripturos assimulantes, alium sibi nominatim designant dominum, Constantium. Is enim fuit, qui potestatem illis impietatis præstitit. Et dixerunt illi imperatorem suum perpetuum, quum filium Dei æternum negent. Adeò per impietatem Christũ oppugnant. Fortasse autem annotandi Consulatus causam & occasionem à sanctorum prophetarũ temporis adscriptione acceperunt. At si hoc ipsum dicere ausi fuerint, inscitiam suam admodum prodent. Sanctorum nanque hominũ prophetiæ temporũ continent memoriã. Sic Esaias quidem, & Oseas, in diebus Oziæ & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ: Hieremias autem temporibus Iosiæ, Ezechiel porrò & Daniel sub Cyro & Dario fuere. Atque item alij aliis annis sunt prophetari, non facientes veræ pietatis initium. Ante illorum enim tempora, & perpetua ea fuit: quippe quam ante mundi constitutionem Deus in Christo nobis præparauit. Neque fidei sue illi tempora indicarunt: nam & antea ea ipsa tempora fideles ipsi fuerãt. Sed tempora promissionum per eos factarum ostenderunt. Promissiones verò de aduentu Saluatoris nostri præcipuè factæ: quibus tanquam accessio quædam & sequela, res in Israël & apud gẽtes futuræ sunt annexæ. Et tempora annotata non sunt, sicuti dixi, quod tum cepisset initium fides: sed vt ipsorum prophetarum ætas, qua illi qui talia vaticinati essent, vixere, ostenderetur. At nostri isti sapientes non historiam commemorantes, neque futura prædicentes, sed scribentes, Promulgata est fides Catholica, statim Consulatum adiecerunt, & mensem & diem. Et sicuti sancti viri historiarum & ministerij sui tempora declararũt: ita isti fidei suæ rempus annotarunt. Atque vtinam de sua ipsorum fide expresè scripsissent. Illi verò in initio fidem allegant, quam confectati non sunt. Non enim scripserunt, Ita credimus: sed Promulgata est fides catholica. Itaque quùm consilij eorum temeritas summam declarat impietatẽ, rum nouum insolẽsque scripturæ inuentum Arianum æquat institutum. Atque hoc ita scribentes, satis docuerunt, tum eos primùm credere cœpisse, atque ab eo tempore fidem eorũ in medium annunciari voluisse. Et quemadmodum secundum Euangelistam Lucam, propositum publicè est decretũ descriptionis siue census agendi, atque idipsum decretum prius quidẽ non extitit, verùm ab eis ipsis diebus esse cœpit à promulgante vulgatum: item & isti scribentes, Promulgata nunc est fides, ostenderunt recentem esse hæresis suæ sententiam, nec antehac eam extitisse. Quod si addunt, Catholica: nõ animaduerterunt, se in Phrygum incidere præuaricationem. Ita vt & ipsi perinde atque illi dicant, Nobis primùm reuelata est, & à nobis initium cepit Christianorum fides. Et sicut illi Maximillam & Montanum, sic isti pro Christo Dominũ Constantium professioni suæ inscribunt. Quod si iuxta eorum verba, ab annotato Consulatu fides initiũ habet: quid patres facient? quid beati martyres? quid ipsi quoque de eis facient, qui ab ipsis de fide sunt instituti, & ante consulatum eũ obdormierunt? quomodo eos resuscitabunt, vt quæ prius docuerunt, in illis abstergant: & quæ nunc inuẽta scripserunt, eis inferant? Adeò sunt imperiti, nihil aliud quàm prætextus confingere scientes, eósque absurdos & incredibiles, vt qui secum ipsi statim suam afferant redargutionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVS.

De vita & institutione prævaricatoris Iuliani: & vt permissione Dei Romanorum imperator sit renunciatus.

CAPVT I.

HVNC finem Constantinæ virtutis habuit: quæ quidē non parum, quòd aliquid de paterna fidei professione mutauerit, pœnituit. Sedenim quamuis facilitate ingenij & * illecebris religionis ab episcopis, in quorū potestate fuit, seductus sit, & τῷ ὁμοουσίῳ consubstātialis verbum ex fidei symbolo, sub vnionis coniunctionisque omnium prætextu sustulerit, finceram tamen dictionis eius sententiam est professus. Quùm etenim Deum verbum germanum filium & ante secula ex patre genitū dixit, tum certus manifestúsque eorum qui creaturam illum vocare ausi fuissent, hostis extitit. Et absque eo quod diximus, verum is fuit patris sui exemplar in rebus omnibus, maximè verò in pietate & Dei cultu, atque in simulacrorum erroris & superstitionis abolitione. Iulianus autē, renuente nemine, imperium accepit. Postquā verò nos in hunc locum historia ipsa deduxit, paucis de eo, qui fuerit, vnde ortus, & quibus studiis atque institutis ad Imperium peruenerit, est exponendum. Sed paulo altius res repetēda, non vt verborum atque orationis venustate & elegantiam ostentemus, sed tenui simplicique stylo, quem etiam sacra historia flagitat, sicuti ab initio propositum nobis est, res gestas persequamur. Constantinus magnus duos habuit fratres, ex vno quidem secum patre Constante, alia autem matre genitos: Dalmatium, qui alterius Dalmatij pater fuit: & Constantium, cuius filij fuere Gallus & Iulianus. Vbi Constantinus decessit, atque imperiū ad filium Cōstantium peruenit, tyrannidem metuens, & genere sibi propinquos suspectos habens, nō bene eos tractauit. Proinde iunior Dalmatius, quum iam Cæsar esset, à militibus cæsus est. Et parum abfuit quin & duo isti perierint. Sed Gallum consilio cædis morbus eximit, ex quo propediem moriturus esse existimatus est. Iuliano autem ætas teneriori profuit, quòd vix dum octauum attigisset annū. Vbi verò ira Imperatoris aduersus eos deferbuit, primùm eis vt in Cappadocia agerent, permissum est, in loco quodam qui Macellū dictus est, non longè à Cæsarea ad Argæum montem sito, regiam domum, lauacra, hortos & fontes perennes habente. Ibi pro eo atque decebat, cuerati sunt, disciplinisque & exercitiis ætati ei conuenientibus exculti, sacris quoque literis à magistris & præceptoribus eò vsque docti, vt in album postea cleri relati sint, & sacros libros populo legerint. Atque illi non verbis modò, sed & factis studium ardorémque in religione suum ostenderunt. Nam qui sacris dignitatibus exornati, atque aliter etiam boni viri, & propter pietatem virtutémque clari erant, eos ampliter honorarunt: in sacris illi etiam ædibus frequentes fuerunt, & martyrum vrnas honoribus & donariis ornarunt & consecrarunt. Atque vt alacritatem suam martyribus colēdis veluti spectaculo aliquo exhiberēt, honorem sepulti Mamæ martyris inter se, vt id magnifico circundarent templo, diuiserunt. Et quum inter se, vt par erat, decertarent, & ambitiosè splendore & magnificentia structuræ alter alterum superare niteretur, res præter opinionē admiranda accidit. Quę profectò incredibilis propè esset, nisi qui ibi præsentes eam viderunt, per traditionis successionem eam vsque ad hęc tēpora conseruassent. a Ædificium nanq; Galli pulchrè & ex arbitrio eius processit, & quotidie sua incremēta habuit. In ea verò parte quam Iulianus cōstruebat, partim parietes ipsi iam excitati cōciderunt, partim ex ipsis fundamentis sursum versum, veluti vis quæpiam aduersa contrà niteretur, cementa & materia alia eiecta, atq; in terram tanquā vento valido prostrata sunt. Quidam etiam lapides cōiungi glutina: isque non potuerunt. Admiranda sanè spectantibus res visa, quæ posterius certius est cognita. b Fuere tamen, qui tum quoque intellexere, nō ex animo illum religionem colere, sed metu Imperatoris Christianismū simulare: & proinde minus gratum acceptúmque martyribus cultum accessúmque ad se eius esse. Pietatem Christianam Iulianus primùm ariolorum consuetudine adductus abiecit. Remissa autem amplius etiam ab Imperatore ira, Gallus deinde Epheli degebat, in scholis studiis operā nauans: vbi etiam paternæ erant possessiones. Iulianus verò Constantinopoli in basilica docentes præceptores audiuit: tenuíq; in publico vsus est vestitu, Mardonij eunuchi ductu. Grammaticè eū docuit Nicocles Lacon: Rhetoricen autem Hecebolius, qui tum Christianam complexus fuerat religionem. Prouiderat hoc sic Cōstantius, veritus ne ad superstitionem, si Græco vteretur magistro, declinaret. Et quum disciplinis discendis præclaro esset ingenio, & cū multis familiarius viueret, celebrem est famam, ad res quoque administrandas idoneum eum esse, cōsequutus. Quin & ad imperium ipsum gerēdum optimus est iu-

ἐυλαβείας δολίας. Constantius ab episcopis seductus.

Idem patris sui imitator egregius.

Res Iuliani Imperatoris.

Dalmatij iuniores cædes.

Galli & Iuliani educatio & institutio.

Idem sanctæ Mamæ martyri templum construunt. Socrat. lib. 3. cap. 1. & sic Eutrop. Gallū in urbe Ephesi, vbi possessiones paternas habuit, Iulianū autem Constantinopoli, sub magistris & præceptoribus vtrumque doctum atque educatum esse scribunt.

Iulianum in literarum studium cœptum esse & in publicis ecclesiæ conuentibus sacros libros populo legisse, Theodoretus dicit lib. 3. cap. 2.

a Galli structura rectè procedit: sed Iuliani minantis. b. et. cl. Iulianus Christianismum simulauit.

Præceptores eius.

ἐκ τῆς μεγίστης τῶν ὅλων. Nicoph. ἐκ τῆς μεγαλοπόλ. Χωρ. Socr. lib. 3. cap. 1.

est iudicatus. Qua de re quum sermones inualescerent, Constantius est perturbatus. Itaque ex vrbe maxima Nicomediam translatus est: vbi ne ad Libanium Syrum Sophistam iret, ei est interdictum. Eo enim tēpore à pedagogis vrbe Constantinopolitana expulsus ille, Nicomediæ ludū aperuerat, vbi aduersus pædagogos stomachum ostendens, orationem contra eos præclarā conscripsit. Iulianus quum propter religionem Libanij consuetudinem fugere iussus fuisset, quòd tamen summè ei animi benevolētia coniunctus esset, clàm libros eius comparauit, eósque diligenter imitari studuit. Interea Maximus philosophus, nō Byzantius ille, sed qui Ephesum patriam habuit, & postea à Valentiniano magicarū impostrarum conuictus, exsul est, Iuliani fama permotus Nicomediā venit: cuius quum in Philosophia auditor, tum etiā in superstitione imitator atque amator acerrimus fuit. Hic illū dicitur non mediocriter ad imperandi libidinē excitasse: quum, sicuti fama vulgatum est, ariolorum sacris initiatum instituisset, & ad Christianismi odiū produxisset. Quod quia Constantiū latere non potuit, in gratium rerū suspicionē incidit. Et spe simul ea, in quam sanctis auguriis erectus erat, abductus, capite tōso monachus factus est. Ita ille, quem antea reuera receperat, eum tum falso præ se tulit Christianismū. Et occultè philosophiæ operam dedit: apertè autem in lectorū Nicomediæ ordinem lectus, sacras legit literas. Qua re, eam quum de illo Imperator cōceperat, suspicionem aboleuit. Deinde verò eò est prouectus, vt si quæ ars esset rerum futurarum diuinatrix, scrutaretur, necessariòque eam sibi discēdam esse putaret. Propterea si quem eius rei studiosum cognouit, statim eum sibi amicum fecit. Et paulatim cum plerisque suorum sodalium consilium suum communicauit. Et tum demum vrbes gloria florentes fore, quasi diuinans prædixit, quum ipse ad rerum summam peruenisset. Ob quam causam etiam Nicomedia relicta, Asiam petiit: & cum eiusmodi hominum genere quum ibi familiarius viueret, magis atque magis rerum talium studium in eo est confirmatum. Porrò vbi frater eius Gallus Cæsar factus, & res eum nouas moliri nunciatum est, & hic affectati imperij suspectus fuit, & propterea sub custodia habitus est. Cæterùm quum pro eo Eusebia Constantij vxor precata esset, Athenas ad philosophos est missus. Et hunc quidem profectionis eius obtendit prætextum, velut Græcis ibi disciplinis operam nauaturus esset. Reraté ipsa erat, vt de rebus, quas sibi persequendas statuerat, cum imperatoribus ageret magis. Atque Athenis agēs, vnà cum Basilio & Gregorio schola frequēratit, qui ex indiciis quibusdam abditam hominis improbitatem mentis oculis deprehenderunt. Et Constantius, vt paucis rem explicem, illum inde accitum Cæsarem creauit: & in matrimonium ei a sorore Constantia tradita, in Occidentalem Galliam misit. Stipēdiarij enim milites, quos aduersus tyrannos Magnentium & Britannionem in Occidēte Constantius ductos alebat, nulli ei erant vsui. Quin potius barbaro corrupti instituto, Gallias vastabant: & cum detrimento ipsius, imperio Romano subditas vrbes diripiebant. At quòd inuenis adhuc esset, nihil ei, quod sine ducum qui in eius comitatu erant, consilio ageret, permisit. Vbi verò illi non rectè rem militarem administrarent, ipse vt potuit per se bellum gessit, militibus ardorem quendam indidit, animosioréque ad prælia cōmittenda & pericula adeunda cohortationibus præmisitque ob barbaros cæsos propositis reddidit. Quæ sanè res initium præbuit, vt barbari subinde victori inferiores essent, ipse autem & gratia & egregia fama polleret. Atque vbi Constantio ducum languorem & ignauiam indicauit, alios ab eo pro illis accepit: quorum consilio & opera, cum hostibus prælio sæpe commisso, victoriam fortiter reportauit, eósque ad legationem mittendam coegit. Cæterùm illis Constantij prætendentibus literas, quibus eos rursum ad fœdus & societatē belli cum Romanis ineunda inuitabat, ipse tempus ex industria extraxit, & oratorem eorum vbi aliquandiu distulit, & spem eidem fecit, fœdus acceptū à Constatio iri, præter expectationem omnium copiis suis barbaros adortus, maxima victos clade affixit, † regémque eorum vinctum ad Constantium misit. Ex victoria ex sententia potitus, à militibus Romanorum Imperator est renunciatus. Atque vbi tum Imperatoriæ coronæ copia non fuit, ex satellitibus quidam, torquem quam in collo gestabat, capiti illius imposuit. Obtinet fama, antea quoque, quum oppidum quoddam ingrederetur, coronam inter duas eo lumnas suspensam, sicuti mos est vrbes exornare, quàm aptissimè in caput prætereunris decidisse. Quæ res permultis pro omine & indicio accepta est, Imperij quoque summam ad eū perenturam esse. Illud quoque sermonibus vulgatum fuit, ab insidiante vitæ eius Constantio bellum id aduersus barbaros ei mandatum esse, vt cum illis manu conserta interiret. Sed fama ea apud me parum admodū habet fidei. Cur enim Cæsaris illi primùm dignitatem tribuisset, sororémque ei nuptui dedisset? Cur optatis eius, vt socordibus alij surrogarentur duces, morē gessisset: & qui ad prælia cōmittenda strenui essent, bellúmque rectè gererent, misisset, nisi amico & benevolo in eum fuisset animo? Itaque colligere fatis licet, bene ei ab initio Imperatoré voluisse, & ob id Cæsarem eum declarasse. At vbi ille se non permittente, Augustus est renunciatus, vel metuentem cum sibi, propter iniurias, quas illi tenero adhuc fratrique eius intulerat, vel patrem illius cum suo honorem molestè ferentem, per eos qui dicti sunt barbaros, postea fortè insidias ei struxisse. Sed hoc, iudicio cuiusque relinquimus.

† *Iulianus hostes ex Gallia vltra Rhenum fugauit. Ad vndecim millia nam. qui iure belli capti seruiebant, ab Almanis recepit. Agrippina occupata. idem cum Almanis eisdem bellum gessit, & pernarabaudem tribunum cattos nerculi, Quadriburgium, Struenses, Nouesium, nouam, Antenacum, & vingium, ciuitates cepit. sarmatas item & Quados vicit. oros. Ammian.*

Iulianus im Gallia recte rem gerit.

Socrat. & Eutrop. legatos in vincula coniectos esse addunt.

a Apud Argentoratū in gentes hostium copias deleuit. Stabant acerui cadaverū mōtium instar, fluebat cruor fluminū modo, captus ex nobilis ebonobo marus, &c. Eutropius.

Imperium eius prodigio designatum.

An constantius Iuliani, quod perditū cum vellet, cōtra barbaros miserit.

Et prævaricator & apostata per Thraciam proficiscens, Constantio defuncto, Constantinopolim peruenerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Minimè philosophica Iuliani instituta.

AD hunc certè quidem modum Iulianus imperium arripuit. An verò philosophici instituti sint, quæ mox deinde gessit, & idipsum in medio cuique dispiciẽdum relinquo. Nã quod alioqui fieri solet) nulla ad Constantium adhuc superstitem, à quo beneficia multa se accepisse, seruatúmque adeò esse sciebat, legatione, quæ illum excusaret & defenderet, missa, statim eos magistratu abire exautoratos, quos ille euexerat, coegit, & alios in eorum locum suffecit, omniáque ad voluntatẽ tantum suam egit. Et Constantium ridens, plerisque in locis epistolas eius recitauit, quibus ille barbaros contra Magnentium euocans, in Romanorũ ditionem adduxit. Multitudinem quoque arte circumuẽtam, & ab illo alienatam, in partes suas pertraxit. Ac deinde simulationi quoque illi, qua Christianum se esse finxit, nuncio remisso, dæmonum templa frequentauit: & sacrificans, simulacrísque sese dedens, Pontificem seipsum vocauit, festos Græcorũ dies peragere permisit, & qui sub potestate eius erant ciues ad eundem cultum suasionibus perducere intendit. Et profectò ciuile ille cõcitasset bellum, & quãtum in ipso situm erat, sanguine fuso de exuberãti philosophia eius iudiciũ factum fuisset, nisi Deus, qui omnia, ignota & occulta ratione in melius dirigit, alterum ad se cum nullo aduersarij ipsius detrimento transtulisset. Quum enim Constantius in Syria excursiones atque expeditiones Persicas cõpesceret, illi interea visum est, Illyricum sine prælio imperio suo subiicere. Atque assimulans se ad Constantium tendere, veluti culpam, perinde atque inuitus imperij insignia recepisset, deprecaturus, vlterius inde Thraciam versus processit: & vbi in eius regionis mõtes peruenit, quùm post vindemiam † Virgiliæ occiderẽt, vites gemmis & vuis recentibus germinarũt, & ros exaere in ipsum comitésque eius ita diffusus est, vt gutta quælibet in sagis illorum crucis formam repræsentaret. Et alij quidem aliter prodigia atque indicia hæc acceperunt. Verùm per vuas immaturas, intempestiuum eius minimèque diuturnum imperium est designatum. Crux autem Christianorum doctrinam cœlestem esse, omnésque ea consignari oportere portendit. Vtrunque sanè posterioribus temporibus verum esse cõfirmarum est. Iulianus vbi in Thraciæ montanis fuit, Constantius extinctus esse ad Mopsi fontes dictus est. Et ipse Cõstantinopolim ingressus, Imperator est salutatus. Ibi Constãtij funus magnificè curauit, atque id dempto è capite suo diademate producens sequutus est, mortuum eũ honore afficiẽs, cuius vitam infestis signis perierat. Græci sanè sermonibus tum iactarunt, Iulianum vaticinandi quadam arte eam rerum mutationẽ præuidisse, & ob id in Thraciã properasse. Quod hercle certum haben posset, si suum ipse quoq; obitum iamiam ei imminentẽ, qui quasi in somnis imperium tantum degustauit, vidisset. Esset nanque à stultitia non alienum, si ipse & Constantij mortem, & suam in Persarum finibus eẽdem prospectam habens, sua sponte ad interitũ prosiluisset. Hoc quidem non aliud est, quàm ipsi inconsultam temeritatem & Imperatoriæ artis imperitiam accommodare: Imperium autem Romanorum in tantum conijcere periculum, vt id ferè totum, aut maxima certè ex parte Persis sit subditum. Hæc quidem hactenus.

Constantij viuentis suggillatio.

Prodigiosè vites post vindemiam germinant.

Pleiades. Soz. om. lib. 5. cap. 1.

Rei crucis forma in Iuliani scuto.

Quid prodigia ea portenderint.

Iulianus Constantinopoli funus Constantij curat.

Vt christianismo abiurato, Iulianus idola coluerit: & vt inter sacrificandum in horrenda spectra inciderit. caput 3.

IVlianus porrò imperio potitus, tam impudẽter & apertè dicitur religionem abiurasse, vt ipsum etiam pernegauerit Christum, & sacrificiis quibusdam dæmonúmque detestandis inuocationibus & victimarum sanguine sacrum abluerit lauacrum, atque seipsum à mysteriis ecclesiæ exautoratum excluserit: & deinceps non modo priuatim, sed publicè etiam, quæcunque Græcis permittuntur sacra & sacrificia, eis vteretur. Enimuerò solennem ei hostiam mactãti, in extis eius crucis signum corona circumdatũ apparuisse dicitur. Quod eis qui illi operam dabant, non paruum incussit timorem, Christi potentiam doctrinámque nostram perpetuò duraturam, suspectam habentibus: quòd corona victoriæ signum esset, & circularis forma omni ex parte initium capiens, atque seipsam desinẽs, finem nullum portenderet. At sacerdos qui sacro præfuit, ne ea re perturbaretur, illum admonuit: victimam enim nouum quiddam ostendere, Christianum scilicet dogma iam comprimi, & ad seipsum reuerti, circulotne sicuti prius, finibus nullis constitutis, quocunque vellet loco longè latéque propagaretur, in angustum redactum. Alio item tempore, quum celebre quoddam adytum diuinationis gratia subiret, & subitò sese horrenda quædam spectra ingereret, (ætate enim prouectiore ad idolorum sacra se contulerat) quòd in reb. dubiis & periculosis eius rei propter quam ingressus fuerat oblitus (vt fortè euenire solet) ad crucis signaculo tanquam præsenti auxilio vti consueuisset, veluti discrimine circumuentus, ad consuetum præsidium confugit. Per timorem enim se Christi signo consignauit, & confestim omnia euanuere. Ita res quæ tentata fuerat, infecta tum permãsit. Sacri verò eius antistes, quòd quid ageret, nesciret: causam autem cur dæmones disparuissent, non ignoraret: Aufugerũt illi, inquit, quod signum hoc perinde atque execrãdum piaculum odere. Et admonitum illum, vt forti esset animo, neque quispiam Christianę rei exhiberet aut cogitaret, rursum ad sacrũ id duxit. Christiani vbi hæc audiere, non mediocriter perculsi, metuerunt enim sibi: & Imperatorem sacris eiuscemodi addictum vidẽtes, in persequutionis timorem inciderunt. Et expectatio periculorum periculis ipsis maior fuit. Quum enim aliquãdiu iam erumnas & calamitates dedidicissent, vel sola veterum malorum recordatio eos terrens, metu contrahebat. Omnes certè animis consternati erant, quòd tantum Imperatoris eius in religionem odium cernerent, qui antea Christianus fuisset, parentibus piis & dogmatis ipsius studiosis progenitus, iuxta ecclesię mores & constitutiones productus, sacris literis edoctus, & à sacerdotibus & episcopis educatus. Quapropter tantam illius immutationem insustentabilem fore putabant.

Iuliani apostasia.

Crux coronata se in extis victimæ sacrificanti apostatæ exhibet.

sinistra eius portenti expositio.

In ipsa idololatria quoddam adytum diuinationis gratia subiret, & mania Iuliano subitò sese horrenda quædam spectra ingererẽt, quæ spectris diabolicis contra territus signaculo crucis se fugat.

propter Iuliani defectionem Christiani maximopere sibi metuunt.

Vt idolorum templis apertis, vetusta priuilegia & prouentus Christianis adempti illis dicarit: & quæ Gazæ & Cæsareæ propter idolorum templa fecerit. cap. 4.

Porrò

Idolorum templa diuersis locis regnante, Athenis primum constitutum esse, vt virgines dignitate præstãtes canistra tuleri deæ ferrent.

In quibus ea erant, quæ ad sacrificia Panathenaica, aliísque conuentibus peragenda, pertinebant.

Suid. Dicuntur hæ κανηφόροι, hoc est Canistriferæ. Cicer. Habe Canephoras, Deorũ simulacra refitue.

† χαθαρσίοις. b Iulianus idolatriæ benignissimus, Christiani autem infensissimus.

Constantiam Palæstinæ Gazæis subiicit.

POrrò quum solus rerum potiretur, statim quæcunque in Oriẽte idolorum templa reliqua fuere, aperuit: & quæ negligentius curata fuissent, instaurari iussit. Si quæ autem prorsus diruta essent, denuò ea extrui præcepit, aras repurgauit: & veteres reditus nobis auferens, illis rursum sacrauit. Antiquos vrbium ritus, prisca sacrificia, & vanas ineptias renouauit. Neque eum puduit publicè diis sacrificare. Et identidẽ libans, qui cum eo eiusmodi sacris vacabãt, eos maximis est prosequutus honoribus. Rerum sacrarum præfectis, sacerdotibus, & canephoris, quæ consuetudo prisca tulerat, dedit. Et autoritate sua eos confirmauit: id quod ante Constantinum Imperatores quoque alij fecerant. Rebus eiusmodi vacãtibus, immunitatem triburorum sanctione dedit, annonã templorũ sacrorúmque ministris donauit: & vt † cathari, hoc est, puri sine sacrosancti essent, lege lata cauit, & ab aliis hominibus eos secreuit. Nili cubitum Serapidi deo restituit: & vetusta præterea patriáque iura, quæ Constantinus cines suos ad veram pietatẽ cohortas, ecclesię Christi tribuerat. b Vrbibus, quas sacra Græcorum sequi cognouisset, quas voluere donationes affatim dedit: quas autem in Christi religione ardentiores esse sciret, infestus eis fuit, neque ad eas diuertere voluit. Et persæpe quum legationes ad eum propter casum aliquẽ qui incidisset prouinciales mitterẽt, preces eorũ reiecit. Quod sanè ciuitati Nisibenę accidit. Quum enim expeditionem aduersus eos Persæ suscepissent, & ipsi ea de causa Oratores suos ad eum miserunt, non modò auxilium eis ferre noluit, sed etiam minatus est, se vrbem eam oculis suis non visurum: neque eò venturum, vt quæ sacra & detestãda essent, neque templa deorum aperire, aut Græcorum religionẽ suscipere vellet. Et Constantienses in Palæstina eodẽ nomine arguens, ciuitatem eorum Gazæis subiecit. Constantiam nanque, sicuti suprà diximus, quum Gazæorum nauale esset, & Maiuma vocaretur, Constantinus propter egregium eius in fide Christiana ardorem, iure ciuitatis exornauerat, & filio Constantio dicatam, legibus suis vti per constitutionem iusserat: minus cõuenire arbitratus, vt ea Gazæ ciuitati Græcis ritibus admodum addictæ, subiecta esset. At vbi Iulianus imperium est consequutus, Gazæi aduersus Cõstantienses iure egerunt. Quorũ ipse iudex, sicuti antea fuerat, ita Constantiam iuri Gazæorum ad viginti stadia ab ipsis distantẽ, adiudicauit. Cõstantij quoque appellationem ei ademit, & portum Gazæ vocauit. Et vnum vtraque loca præfecerunt, eosdémque magistratus habuere: ecclesiæ solæ duas esse ciuitates ostendẽre. vtraque enim sub suo vixit Episcopo & clero, & fines ambarũ templa cuiusq; designarunt. Cæterum Gazæorum quidam episcopus postea, quũ suus apud Maiumitas antistes decessisset, hoc egit, vt vtraque in vnam ecclesiam redigerentur: non æquum esse dicens, vt duo essent in vna ciuitate episcopi. Cui quum Maiumitæ resisterẽt, Synodus prouincialis rectè rem decidit, & suum Maiumæ episcopum legit: conuenire arbitrata, vt qui semel à pio Imperatore, propter veram religionem primario ciuitatis iure honorati essent, non aliud per impij principis iudiciũ sequeretur

Gazæ portus.

Cæsareã Cappadocum in ordinẽ Iulianus redigit. Tyrannicè eam urbẽ tractat. sub mõte Argeo Μαζακά, quæ nunc Cæsarea nominatur. vbi. lib. 6. cap 3.

Gallilæi à Iuliano Christiani nominati.

Quo consilio idem humaniorem se primũ erga christianos esse assimularit.

& facerent. Proinde ille meritò honore, qui semel eis datus esset, ecclesiæ fruerentur, & res ea loco suo immota maneret. Atque hoc quidẽ sic non longe pòst est actum. Eodem anno Cappadocum quoque Cæsaream vrbem magnam & locupletem, Iulianus è ciuitatum albo expunxit, & Cæsaris ei cognomen abstulit. Primùm enim Mazacam eam vocatam, Claudius Cæsar appellatione murata, nomine suo cohonestauit. Summo autem ciuitatẽ eam odio persequebatur tyrannus, quòd propter eximium in Christũ amorem & desiderium maximè celebris esset, & vetusta simulacrorum delubra euertisset: Iouis scilicet πολιέως, hoc est tutelaris, & Apollinis πατρῴου id est patrij. Vbi verò postea Fortunæ templum sunt demoliti, plurimum toti vrbi fuccensuit, & Græcos non adeò multos eam incolentes incusauit: ac si quid durius perferendũ sit, tum ferendũ pro fortuna fuisse, eis obiecit. Trecentas sanè auri libras ab eis qui fines vrbis eius coluere, vi exegit. Clerum autẽ omnem muneribus & ministeriis militaribus in ea regione attributis: quod quum sumptibus onerosum, tũ ignominia contumelioſum existimatum est. Et Christianis omnibus tributo impositio, vrbe ea perinde atque vico aliquo est visus. Iure quoque iurando interposito, minatus eis est, nisi quãprimùm tẽpla deorum restituerẽt, quicquid posset calamitatis ciuitati se illaturum. & postremò capita etiam ablaturum esse Gallilæis: sic enim per contumeliã Christianos nominauit. Atque ille minas eiusmodi ad rem cõtulisset, nisi fatalis necessitas morte eum præuenisset. Neque ab initio per misericordiam humaniorẽ se erga Christianos exhibuit, minúsq; grauiorem veteribus persecutoribus: sed quòd nihil momẽti Græcorum superstitioni constituendæ, Christianorũ intolerabilia etiã supplicia afferre, quinetiam dogma nostrum maiora per ea capere incremẽta sciret. Ingens enim ex eo Christianis accessit gloria, quòd ex eis multi fortiter mortem sibi obeundã duxerint. Præterea verò laudem eam nobis inuidit. Et à tormentis quidem & igne, & ferro, & pelagi vndis abstinuit, neque vinos vel in barathrum coniecit, vel in terra defodit, quæ alij ante eum persecutores fecerant, quòd hæc necessario animi sententiam non mutarẽt: cohortationibus verò & persuasionibus multitudinẽ ad impietatem pertrahendam esse censuit. Eo modo facilè se superiorem fore, & quod vellet effecturum esse, ratus est: aut fortasse, vt admirandus esse, & præter expectationem perhumanus in eis videretur, non statim vim eis adhibẽdam esse putauit.

Quomodo, vt fauorem plebis aucuparetur, omnes passim episcopos à Constatio in exilium pulsos reuocarit, cum propter Constantij odium, tum quòd ecclesiam turbari vellet. cap. 5.

EIusmodi agitans consilia, qui à Constantio in exilium pulsi propter religionem fuerant, omnibus potestatem redeundi fecit: & quorum bona publicata fuerant, ea illis restituit. Edicta publicata, ne Christiani iniuriis afficerentur, néue per vim aut contumeliam ad sacrificia adigerentur. Si qui verò sua sponte ad aras accedere vellent, eos prius deorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clero Iulianus annonam suã adimit.

Viduis & virginibus sacris ægrè eam iuncti Constantini.

Placandorum gratia lustrari purgarique debere. Annonam & immunitatem, quam Constãtinus pro sua erga Deum obseruantia clericis concesserat, ipse abrogauit, & in publicos prouentus retulit. Quæ verò viduis & virginib. propter inopiam cleri, alimenta è publico largienda destinata erat, ægrè & difficulter exigebantur. Cõstantinus namque, quum ecclesias constitueret atque ordinaret, ex cuiusque vrbis prouentibus tori clero, quantum ad vitam tolerandam satis esset, rerum necessariarum tribuit, eámque rem sanctione legis confirmauit, quæ hucusque cõseruatur. Sub Iuliano exactio eorũ prouentuum dura admodum & grauis fuit, sicuti id exactorũ ipsorum testantur monumẽta. Cæterùm parum fuit tyrãno, ram hostili esse erga nos animo, nisi suum aduersus ecclesiam odium ad excidiũ eius prorsus conuerteret. Quæcunque enim ei suppeditabant sacra vasa & donaria, ea abstulit, & in idolorum delubris reposuit. Vim etiam illam eis adhibuit, qui sub Constantino & Constãtio templa deorum euertissent, vt vel ea celeriter restaurarent, vel æstimationem structuræ eorum persoluerent. Sin hoc minus facerent, vt durius acciperentur, & in vincula coniicerentur, mandauit. Vnde illud satis coniicere licet, in eo quidem illum veterib. persequutoribus, quòd corpora cum contumelia non excruciauerit, moderatioremque fuisse: rebus autem aliis modis omnibus illos exuperasse. Omni namque ex parte ecclesiam affligere, manifestè est visus: & vno tantum modo humanior iudicatus, quòd episcopos sub Constãtio exilio mulctatos reuocauit, & in vrbes suas redire permisit. Atque id ille nõ misericordia fecit, sicut colligere est: sed vt episcopos inter se committens, ad intestinum armaret bellum, & suis ipsa dissidiis ecclesia labefactaretur. Fortasse etiam, vt Constantium apud Romani imperij subditos, in odium & inuidiã adduceret: tum Græcos, qui eisdem secum operarẽtur sacris, fauore prosequẽs: tum episcopos, qui propter Christum afflicti essent, ab iniuria vindicans. Itaque eunuchos quoque imperiali aula exegit. Eusebium autem, qui primum in ea locum tenuerat, morte etiam mulctauit. cui aliã quoque ob causam infensus fuit: suspectũ enim veluti fraternæ necis suasorem habuit. Syrũ autẽ Aerium, autorem & ducem hæresis Eunomij, & Constantij sententia, qui eum propter familiaritatẽ Galli suspectum quoque habuerat, damnatum, & in exiliũ actum, perquã benignis literis reuocauit, & publica vectura reduxit. Propter Constantium quidem, Eleusium etiã Cyzicenũ impensis propriis, quã solo æquauerat sub Cõstãtio Nouatianorũ ecclesiam, vno atque altero mẽse restituere iussit. Sed & ex aliis plurimis rebus æstimare est, propter Constantij odiũ, quũ multa in nos ipsum duriter fecisse: tum quæ ab aliis quoque fiebant, eis delectatum esse.

Sacras Christianorũ ædes Iulianus diripit.

Quæ remittuntur, quæ item seruntur priuilegia ecclesia persequutoribus ei fuerit.

Quare episcopos idem ab exilio reuocauerit.

Eusebij eunuchi cædes.

Aetius ab exilio reductus.

Eleusius Cyzicenus Nouatianorum ecclesiam diruta restituere iussus.

Vt etiam magnus Athanasius tum apud virginẽ pudicam occultatus, publicæ se committerit, & ecclesiã receperit, Georgio Ariano à populo interempto. Cap. 6.

Athanasius cũ annis aliquot latuisset, subitò Alexãdriæ apparet.

TVm Athanasius etiam, qui multis annis latuerat, Constantij morte cognita, noctu Alexandriæ in ecclesia apparuit, & miraculo deinferis reuersus fuit. Ex quo enim Georgij insidiis, & Constantij iussu Ægypti præfectus eum non cepit, atque ipse fuga sibi consuluit, ad Iuliani vsque imperium, apud mulierem quandam virginem Alexandriæ occultatus latuit: quæ tãtum forma excelluisse traditur, vt stupore prorsus ea spectantibus incuteret, & nemo eorũ qui castiorem vitam sectari constituissent, in colloquium eius veniret, ne scilicet eo nomine reprehensione non careret. Atque illa tametsi ita florens & viuida esset, pudicitia tamen & sanctitate vitæ nõ excidit. Quæ res solæ, quanuis nihil adiumenti à natura ad decorem accedat, ornamento esse solent. Vt propè verum esse nõ videatur, quod à maioribus dictum est: Qualia sint corpora, tales etiã esse animos. Quin è diuerso potius, ad animorum instituta, corporum quoque mores conformantur: & quale quisque exercet studium, talis etiam esse apparet, quocunque id accidat tempore. Atque ad hanc rationẽ si quis rem certò exigat, rectè id sic eum dicturũ, neque quempiam qui reluctetur habiturum esse, existimarim. Athanasius quidem diuina prouidentia ad virginem hanc deductus, atque apud eã seruatus est. Et si quis euentum rei considerare velit, diuinam prorsus dispositionem esse reperiet. Vt enim nihil molestiæ & negocij Athanasio & familiaribus eius exhiberetur, si quis tentare aut iuramento cogere quenquam ex illis, ad eũ scilicet prodendũ, voluisset: rectè hoc sic institutũ, vt latẽs apud mulierem occultaretur, quã nemo id perlaturam esse putauit. Propter formæ verò venustatem neque in suspicionem cuiquam incidit, apud eam episcopum occultari. At illa vtrili planè animo virũ eum ad se recepit, & prudentia mira ad finem vsque thesaurum tantum seruauit. Tanta autem in eum honestis præstãdis ministeriis fuit fide, vt & pedib. lauandis, & cibo aliisque naturæ nostræ necessariis vtilibusq; rebus exhibendis vna ipsa ritè ei inseruierit, & de libris quib. opus habuit, commodauerit. Atque id quum longo tempore fecisset, nemo tamẽ qui Alexandrinam incoluit vrbẽ, cognouit. Athanasius qui ita subitò apparuit, ab vniuersa multitudine receptus in ecclesias est deductus. Ariani autem electi, seorsim euentus egere, Lucio quodam, qui eis episcopus præesset, lecto. Georgius enim à plebe interfectus fuerat. Postquàm enim Constantium decessisse, & Iulianum ad imperij summam peruenisse cognitum est, statim impetu omni quicquid erat Alexandriæ Græcæ superstitionis sectatorum, ad seditionẽ prorupere: & clamore vno incursionem in Georgium, tanquam eũ interempturi, fecere. Et tum quidem à cæde abstinuerũt, atque carceri eum incluserũt: verùm nũ multo post inde extractũ, ferro necarunt. Deinde camelo quasi nouum quoddã clitellarum genus impositum, per medium forum, cadaueri per furorem & contumeliam impudẽter insultantes, duxerunt: circa crepusculum autẽ veluti ea iniuria satiati, quicquid à raptatione ea superfuit corporis, igni combusserunt. Arianis quidẽ hoc sic Georgio ab Athanasij studiosis accidisse videtur: sed res aliter habet. Nam ille odio suo Græcos in se cõcitauerat, eo quòd patria eorum sacra inhibuisset, templa deorum destruvirgo formosissima, eademque castissima Athanasium latentẽ fouit.

Diuina prouidẽtia in Athanasio conseruando.

Lucius Arianorum Alexandriæ episcopus.

Cædes Georgij Ariani Alexandrini episcopi.

Abolenda idololatria. Georgius Alexandrinus edicto Ethnicorũ in se ad cædem vsque concitauit.

** in quo olim Græci nuptæ sacrificantes homines macta bant. Socr. lib. 3. cap. 2.*

Idolomaniæ fœditas in publicum prodita.

† Idololatræ sacra sua acerrimè propugnarunt. Nõ orthodoxi Christiani, sed gentiles Græci Georgium necarunt.

Iulianus Iuliani imper. auunculus, Ægypti præfectus.

destruxisset, simulacris conniciendo illusisset, & bona eorum publicasset. Adhęc inuidiã quoque eius auxit, quod multum apud Imperatorẽ auctoritate valuisset. Solent enim multitudini, qui aliquam obtinent potestatem, esse exosi. Insuper tũ quoque quod de † Mithrio * actũ fuerat, tumultum contra eum motum admodum auxit. Nam locum eum diu neglectũ, Constantius ecclesiæ Alexandrinæ donauerat. Georgius autem eum repurgans, vt ædem sacram Deo excitaret, superterraneum antrum reperit: in quo simulacra, & alia quædam symbola, & signa Græcarũ nugarum & prestigiarum, vt ita dicam, eorúmq; qui sacris ab ipsis instituti atque initiati fuissent, erant. Quæ sanè ridicula, & noua cernẽtib. sunt visa, proindéque meritò per ludibrium irrisa. † Græci autem pudore propter mysteria & arcana sua reuelata affecti, confertim manu coacta, gladiis, lapidibus & clauis impetum in Christianos fecerunt, & multos occiderunt, quosdam vulnerarũt, & nonnullos etiam ex eis ad dogmatis contumeliam in crucem egerunt, atque abierũt. Georgius cœptum opus imperfectum reliquit. Græci porrò Iuliani imperio tanquam opportunitate quadam oblata, pro eo atque voluere vsi, ipsum etiam Georgium interemere. Hoc ipsum Imperator quoque literis suis, magis scilicet populum Alexandrinum, quam Christianos incusans, testatur: quod ille profectò non fecisset, nisi eũ veritatis vis coegisset: Christianos certè, qualescunque illos tãdem, Georgianæ cædis, quàm Græcos, autores fuisse maluisset. Sed ille minimè rem celauit, quãuis grauius etiã nos perstringẽs. In epistola enim ad Alexandrinos, stomachari se simulans, verbis eos perstringit, coercionem remittens. Id quod se facere dicit, ob reuerentiam tutelaris dei Serapidis, & conditoris eius vrbis Alexandri, atque item auunculi Iuliani, qui Alexandriæ & Ægypti præfectus fuit: vir superstitioni Græcarum nugarũ deditissimus, & Christianorum hostis vehementissimus. Tanto enim is erga nos odio flagrauit, vt citra Imperatoris sententiam, multis autor fuerit, vt ad sanguinem vsque martyrij certamen peragerẽt. Mihi etiam molestum non erit, epistolam eam Iuliani, operi huic nostro annectere, atque etiam quæ auunculus eius Iulianus aduersus fidei nostræ professionẽ egerit. Epistola hisce verbis cõscripta fuit.

† Mithram versa fere solem esse putant, cui hostias multas sacrificant. Huius sacris non initiabatur, nisi per gradus quosdam tormẽtorum ad ea peruenisset, ex sanctum se, pernegionisque expertem esse declarasset. Suid. Mithrion, Solis templum: Mithriaca, Solis sacra. Lamprid. de cõmodo: Sacra Mithriaca homicidio vere polluit.

Iuliani epistola ad populum Alexandrinum missa, de Georgij cæde. Cap. 7.

Iuliani epistola ad Alexandrinos, de Georgij cæde.

IMperator Cæsar Iulianus Maximus Augustus, populo Alexandrino. Siquidem Alexãdrum, qui vrbem vestram condidit, & præ eo magnum atque sanctiss. deum Serapidem non veremini, quomodo publici commodi, humanitatis & decori nullam prorsus rationem habuistis? addo etiam nostri? quos dij omnes, in primis verò magnus Serapis imperare toti

de iis qui iniuriam vobis intulere, nobis reseruaretur. Sed ita fortasse & furor vos decepit: qui sanè mentem hominibus auferens, grauia solet admittere flagitia. Deinde autem imperu sedato, consilio, quod subitò rectè à vobis captũ erat, mox per contemptum legum, vim publicã adiecistis: neque vos, * qui populi nomine cẽsemini, ea tentare & facere puduit, quæ in illis retẽtè reprehendistis atque odistis. Dicite namque mihi, per Serapidem, quę nam ob delicta Georgio succensuistis? Beatissimum, videlicet dicetis, Constantium in nos commouit, deinde in vrbẽ sacram exercitum induxit: Et Ægypti præfectus, vbi sanctissimum Dei tẽplum inuasit, imagines, donaria, & sacrum ornatum diripuit, nobis meritò indignantib. & Deum seu potius bona Dei defendere volẽtibus. Atque ille armatos in nos iniquè, illegitimè & impiè immittere est ausus, & fortasse Georgium magis quàm Constãtium metuens, qui melius sibi ipsi consuluisset, si moderatè nobiscum & ciuiliter, nec tam tyrannicè egisset. Sedenim eas ob iniurias deorum hosti Georgio infensi, sacram piaculo contaminastis vrbem, cùm illum iudicum calculis subiicere poteratis. Sic enim res ea non cædes, neque legum violatio, sed legitimum fuisset iudiciũ: quod vos quidem innocuos conseruasset, illum autem qui maxima cõmisit facinora coercuisset, atque omnes præterea ad meliorem frugem reduxisset, qui deos contemnunt, & tantas vrbes populósque florentes nihili faciunt, potestatique suæ, aduersus illos seueritatem, perinde atque * accessionẽ quandam adiiciunt. Conferte hanc cum ea quã paulo antè ad vos dedi epistola, & quantũ inter se differant cognoscite. Quas enim rum ad vos laudes scripsi? Nũc verò per deos ipsos iuro, laudarẽ quidẽ vos libẽter, facere id autem propter leges violatas nequeo. Audẽtne populus, vt canes solẽt, hominem discerpere? Deinde illũ eius rei nihil pudet, neque puras manus conseruare curat, vt eas absque sanguinis contaminatione innocuas ad deos tendat? Verùm Georgius, qui talia pateretur, dignus erat: Imò fortasse, ego dixerim, hisce grauiora & acerbiora. Et vestra causa dicetis. Idem ego quoque dico: Sin vt à vobis hæc pateretur, dicatis, id iam non concesserim. Leges enim sunt, quæ delicta coercent. Et maximè quidem pro se quisque vniuersi eas seruare debent. Et quãuis accidat, vt ex ciuibus nõnulli contra leges agant, respub. tamen & populus ipse legib. regi, & constitutionibus parẽre, neq; quæ ab initio rectè statuta sunt, violare debet. Fœlicitatis loco, viri Alexãdrini, ducere potestis, quod delictũ hoc vestrum in Imperij mei tẽpora incidit: qui propter reuerentiã erga Deũ, & propter cognominem mihi auunculum, qui Ægypto & vrbi vestræ cũ imperio præfuit, fraternam erga vos beneuolẽtiam conseruo. Non enim populum aliquem audere conuenit, poteſtatẽ summã, quæ cõtemni non debet, & seueritatẽ sinceritatẽmque imperij obtinet, despicere: ne temeritatem tantã, sicuti grauem aliquẽ morbũ, acerbiore repurgare opus sit remedio. Exhibeo autẽ & propono vobis, ob eas quas modò dixi causas, perquàm placidè cohortationem & verba, quib. vos (sat scio) persuadebimini: si

Dupas ortes.

** rapiçyn.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem, vt audio, ab origine Græci estis, atque nunc etiã ex veteri illa nobilitate in animis studiisque vestris impressa est in singulis aliqua & generosa indoles. Præponatur: Ciuibus meis Alexandrinis. Sic Imperator scripto isto non Christianis magis, quàm Alexandrino populo, causam eius cædis absc ribere videtur. De Iuliani autem, cuius modò meminimus, fœuitia, hæc ferũtur. Quum is ecclesiæ Antiochenæ mũdum atque ornatum permagni precij auferre, & impetialib. thesauris inferre, ac templa orationũque domos fidelibus claudere constituisset: clerus quidem reliquus profugit, solus autẽ Theodoritus presbyter ibi permansit. Hunc quòd sacrorum donariorum custos esset, & indicare ea, si vellet, posset: quòdque vi admota id facere nollet, arreptum crudeliter excruciauit, & postremò gladio interemit: quum quidem ad quæliber intentata sibi tormenta generosæ mentis responsum dedisset, & ita vt virum decet, pro dogmate decertasse. Iulianus sacra vasa direpta, & solo illisa, per ludibrium risit: atque vbi quæ voluit blasphemans in Christum dixit, tandem contumeliam aucturus, super eis confedit. Vindicta autem statim est subsequuta.

Iulianus Iuliani auunculus, templa Christianorũ compilauit.

Theodoritus ecclesiæ vasorum custos martyr. Apud Sozom. Theodorus nominatur.

Blasphemiæ et cõtumeliæ Iuliani præfecti in christum & templi sacra vasa.

De Eusebio, Nestabi & Zenone fratribus, qui Gazæ martyrium sustinuerunt: & de s. Hilarione, miraculorum edigore. Cap. 8.

QVandoquidẽ eò sum oratione prouectus, vt Georgij & Theoditi cædem commemorarim, aliarum quoque mẽtionem facere visum est, & in primis Eusebij, *Nestabi, & Zenonis fratrum: quos Gazæorum populus de templorum euersione & Græcæ superstitionis abolitione accusatos, primum in domo quadã sub custodia habuere, deinde flagris cæsos carceri inclusere. Postmodũ quũ diu multúmq; in theatro discurrissent, & quòd vulgus facere cõsueuit, alius aliũ conciasset, furibundi in carcerẽ irruerũt, & viros inde productos crudelissimè necarunt, præcipites atq; supinos trahentes, atque ad saxa illidentes: & alij fustibus, alij lapidibus, alij quæ fors obtulit telis aliis diuerberãtes. Dicuntur mulieres quoque à lanificio excurrẽtes, radiis, & fusis punctim eos cõtulneraſſe: & coci in foro publici, lebetes & ollas aqua bullienti feruẽtes à chytropodibus raptas, corporibus eorum nudis diffudisse. Quidam verubus & subulis illos perfodisse. Atque vbi satis eos concidissent, capitáque & ossa eorum adeò comminuissent, vt cerebrum ad instar aquæ difflueret, extra vrbem eos, in locum vbi morticina animantia congerere solũ erant, duxerunt, atque ibi igni accensa corpora eorum combusserunt. Et quæcunque ossa propter soliditatem flamma non consumpserat, camelorũ & asinorum quæ disiecta ibi erant, ossibus miscuerunt, vt ne facilè à quærentibus inueniri possent. Sed frustra id fuit. Noctu enim Deus mulier culæ cuidam, oppidi eius inquilinæ postea, vt reliquias eas rolleret, insinuauit. Quæ eas dispositione diuina collectas, & vrceo inclusas, apud martyrum eorum nepotem Zenonem ipsi ignotũ deposuit, numinis indicio ad domicilium eius deducta. Latebat nimirum & ipse, propter persecutionẽ excitatam. Quum enim vulgus † patruorum*

Ossa eorum diuina prouidentia sacrificè cõseruata. Zeno eorum nepos, qui ea in monumento reposuit.

† ἀνεψιῶν, consobrinorum. Sozom.

† ὑῶν Nicephori.

eius cædib. occupatum esset, ipse tum Anthedonem in maritimam vrbem profugit, stadiis ferè viginti Gaza distantem, Græcáque superstitione maximè gaudentem, & ad simulacrorum cultum plurimùm animorum consternatione stupentem. Atque ibi multa à ciuib.* perpessus, in Gazæorum nauale inde se contulit, & in eo loco occultè latuit. Vbi etiam mulierc la ei reperto ossa sacra dedit, quę aliquandiu domi suæ habuit. Postea verò quam Theodosio imperante, Gazæorum episcopatum est sortitus, extra oppidum sacrum delubrum condidit, atque in eo martyrum reliquias reposuit, prope confessorem Nestorem: qui vnà cum cõsobrinis suis cõprehẽsus, vincula & flagra permulta communiter cum eis sustinuit. Tortore autem eius, quòd forma esset præstanti, & corpore vigenti, miserti (& iam in expectatione mortis erat, & parũ admodum cum difficultate spirabat) ante portam eum abiecerunt. Quem sublatum, nonnulli ad Zenonem, quem diximus, detulerunt: apud quẽ plagas & hulcera curãs est mortuus. Gazæi tam audaci facinore peracto, in magno fuere timore: & fama vulgauerat, iratum eis Imperatorẽ esse, populúmque eum decimare velle. Sed falsum id fuit, plebísque rumor vanus ex conscientia patrati facinoris à plerisque sparsus: ad quem præter rationem & causam omnem homines sunt tumultuati. Nam ne verbis quidẽ fortasse, quod Alexãdrinis fecerat, Gazæos ille incusauit. Quin tãtum abest vt per literas eos obiurgarit, vt duci etiam qui tum ei genti præfuit, dignitatem ademerit, maléque suspectum habuerit. Et quum eum legibus obnoxium fecisset, quòd sententia non damnarit atque necarit, id humanitati suæ accepto latum voluit. Obiecit autem criminis loco viro ei, quòd ex Gazæis quosdam seditionis & cædis eius autores comprehensos carceri inclusisset, pœnas ab eo legibus poscens. Quid enim criminis, inquit, admiserunt, si paucos Galileos ob plurimas grauissimásq; ab eis acceptas iniurias, ob violatos deos, & vetusta eorũ templa euersa, legitima vindicta sunt vlti? Atque hęc quidem ita sunt iactata. Eo verò tempore & Hilarion ille inter monachos præclarus, à Gazæis ad cædem quęsitus, in Siciliam abiit: & ligna humeris suis ex montibus in vrbem vicinam ferés, ea vendidit, & inde vitam tolerauit. Cæterùm à viro quodam, qui admodum demoniis exagitatus, ea plaga per ipsum liberatus fuerat, indicatus, in Dalmatiam profectus est: vbi quum multa etiam edidisset miracula, & mare ęstus magno impetu terram inundare solitum oratione vinxisset, inde rursus abiit: neque enim libenter apud eos qui se laudarent degebat. In primísque studio habebat, vt migratione crebra obscurior esset, & quamprimùm opinio & gloria de eo excitata dilaberetur. Postremò autem permultis ob eã quæ dicta est causam peragratis locis, Cyprum præternauigans, Paphum peruenit, & à Cyprio eius temporis episcopo inuitatus, circa Charybrim (ita enim locus nominabatur) quòd eo delectaretur, perlibenter ibi versatus est monasticæ philosophiæ ita vt par erat, vacans. Quominus autem martyrio sit functus, fuga in causa fuit. Fuga verò vsus est, quatenus diuinum oraculum persecutores fugiendos esse permittit: at si quis

** Sozomenus gratis casum et urbe ejectum scribit. lib. 5. cap. 9.*

Nestor eorundem martyrũ consobrinus et ipse martyr.

Impunè apud Iulianum imperatorem Gazæi idololatriæ martyrum istorum cædes fuit.

Iulianus præfectum vrbis eius reũ egit, quòd legibus in cædis eius autores animadvertere voluerit.

Sozom. habet Charbyrum.

Quatenus in persecutionibus fuga vitari liceat.

si quis comprehendatur, vt fortiter consistat, & acrè persequentium tormenta & supplicia generosè perferat, opus est.

De calamitatibus in Phœnice & Heliopoli & emissa toleratis: & de Acmyliano, & Dorotheo, & Domitiano, & Marco Arethusiorum episcopis. Cap. 9.

SEd enim non apud solos Alexãdrinos & Gazæos ita in nos sęuitum, verumetiam Heliopoli ad Libanum in Phœnice sita, & Arethusæ apud Syros, hisce deteriora atq; crudeliora sunt facta. Quæ vrbes per crudelitatis summę cõtentionem id egere, vt secundas partes, quæ alibi de signata essent, habere arguerentur. Heliopolitæ enim (quod quidem incredibile dictu esset, nisi ab eis qui tũ rei gestæ affuere, ad nos relata fuisset) sacras quasdam virgines, quæ etiam viros aspicere non sustinuerint, vestibus spoliatas & nudas in medio populo ad spectaculum & cuiusque qui illudere eis vellet iniuriam, consistere coegerunt. Vbi autẽm & conspectu tali & rebus aliis pro cuiusque libidine, & sancta illarũ corpora abundè contumelia affecerunt, postremò ab inferioribus eas partibus † totunderunt atq; discinderũt: & superficie vulneris eius atque scissuræ porcorũ alimento, cui illi assueuerant (hordeum autem fuisse aut simile quiddam, verisimile est) consperſa, eos ad consuetas escas prouocarunt. Itaque impetu agresti irruentes porci, cùm secernere alimentũ facilè non possent, simul viscera sunt aggressi: & soliti cibi cupiditate, famisque necessitate adurgente, vna cum hordeo interna etiam membra, quum illæ adhuc viuerent, & cruciatum eum sentirent, depasti. Existimo autem Heliopolitanos inde eò furoris, vt sic contra sanctas virgines sæuirent, euasisse, quòd patrium eis fuerit, vt virgines prius prostituerẽt, & à quocunque viciari curarent, quàm ad coniugij communionem cum sponsis suis venirent. Quod Constantinus magnus lege lata primus, ne amplius fieret, prohibuit: & Veneris templo ibi diruto, ecclesiam Deo extruxit, quemadmodum sup. à loco suo à me est dictum. Quod autem ibidem insuper auss sunt quomodo silentio præterriti potest? Cyrillo nanque Heliopolitano diacono crudeliter occiso, ventrẽ quoque eius inciderunt, & iecur degustarunt. Verùm talia audiuerunt, & iecur degustarunt. Verùm talia audiuerunt, & iecur degustarunt. Verùm talia audiuer

Universidad de Deusto
Biblioteca

Socrat. lib. 3. cap. 15. Sozom. Theodo. Ant. & prop. lib. 5. cap. 21.

repercussit. At illi quos dixi, doctu in fanum Eius est. Et tandem comprehensus iudicibus traditus est: & cruciatibus omnib* in eo certamine virili animo perlatis, martyrij cursum absoluit. Hæc quamuis præter sententiam Imperatoris, nihilominus tamen facta: & quidem contra expectationem, & amici eius voluntatem. Verùm alios quoque sortes martyres Imperij eius tempore rectè se gessisse scimus: quorum constantiã & certamina omnia singillatim commemorare, ingentis & grauis esset operæ. Hosce autem, vt dilucidiorem ecclesiasticę rei statum facerẽ, collectos recensui, quamuis diuersa aliquantum eorum tempora martyrij fuerint.

præter voluntatem Iuliani tam præclara martyria peracta.

De sancto Artemio: item de sanctis Manuel, Sabel, & Ismael: & de beata publia virgine. cap. 11.

INnumeros namque alios etiam per Græcos simul* & barbaros excruciauit. Nam & his propter religionis nostræ odium, quidquid vellent, vt contra nos agerent, permisit: & fecerunt illi in nos longè peiora atq; atrociora, quã Græci ipsi. Artemium autem generosum fidei propugnatorem, ducem &† Augustalem Antiochiæ, qui etiam copiarum militarium ductor in Ægypto Constantino imperante fuit, per seipsum torsit: re quidem ipsa quòd Constantio subseruiens, ardoréque diuino flagrans, delubra multa deorum deiecit atque euertit: & quòd diuorum Apostolorum, Andreæ, Lucæ, & Timothæi ossa Patris, & ex Achaia & Epheso Constantinopolim pertulit: obtentu verò & prætextu, quòd fratri Gallo ipse necem struxerit. Bonis enim omnibus martyri spoliato, dignitaté, que orbato, post plurimas alias intolerabiléq; Gpœnas, tandem & caput resecuit. Afflixit quoque oratores Persas, qui ad eum Chalcedone venerant, Manuel, Sabel, & Ismael, propterea quòd Christianam colerent religionem: neque in eis legatorum ius contra receptum gentium omnium morẽ, violare est veritus. Sedenim Publia quoque fœmina præcipuum præclarúmque ex virtute nomen est consequuta quæ quum nõ ita diu in matrimonio vixisset, admiratione dignum edidit fructum. Nam Ioannes ille, qui longo tempore presbyter Antiochiæ fuit & quum aliquoties legitimis suffragiis ad sedem Apostolicam recipiendam lectus esset, sempérque dignitaté eam repudiauit, fundi istius germen extitit. Hęc igitur virginum quæ castè vitam sibi degendam constituerant, cœtui præfuit, Deóque continuè seruiit, hymnis & laudibus continuis illum celebrans. Porrò quum aliquando pestis ista harum ædem prætergrederetur, risu eum & conuicio dignum existimantes, illa Dauidicorũ carminum verba voce altiore concinuerũt, quæ simulacrorum imbellitatem traducunt: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuũ hominũ: Similes illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt in eis. Quod vbi pręuaricator audiuit, silentium eis imperauit. At illæ magis etiam psalmis incumbentes, illud quoque acci-

** pro barbaris ege iudæi reposuerim.*

Martyrium Artemij Augustalis Antiochia.

ossa diuorum Apostolorũ Andreæ, Lucæ, & Timothei, Constantinopolim delata. Iulianus propter odiũ christianissimi legatorũ violauit.

Ioannes presbyter Antiochenus publicæ filius episcopatum Antiochenum reiecit. sedes Apostolica Antiochiæ.

pulcherima Christianissimi confessio publicę Abbatissę sanctissimanium.

† *Augustales nuncupabãtur, qui primus ordines in bello ducebãt, quòd ab Augusto ad id munus deputati essent: Vegetius. Augustalem autem præfectũ in Ægypto Augustus constituit, cuius in ff. mentio fit. Et Augustonica, pars prouincię Ægypti est: Amminus Marcellinus.*

nuere:

nuece: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Eam ob rem indignatus tyrannus, è psallentium choro principem adduci iussit: & neque venerandam illius senectutem, neque è virtute efflorescentem in ea obseruantiã veritus, tam acerbè maxillam eius vtramque diuerberari præcepit, vt admodum sanguine suffunderẽtur. Atque illa honorem potius quàm ignominiã esse rata, quã pro Christo pertulerat iniuriam, in domunculam suam est reuersa, atque ibi rursum spiritualibus eum cantilenis est persequuta. Et alio quodãmodo debacchantes in eo dęmones, quos ad se ille sponte sua introduxerat, cõpescuit: quem admodum psalmorum ille magister lyra sua sæuientem in Saulo spiritum demulsit.

Tyrum nomen & honorẽ ea inuident. Theod.

Vt Apostata res venales in foro polluendas contaminandasque mandarit. De sancto Theodoro tirone: & de sanctis martyribus iuuentino & Maximino. cap. 12.

PAulùm verò progressus desertor, liberius ac potius impudentius impietate vsus, arma sua contra pietatem expediuit. Et quum quod faceret non haberet, res in foro venales inquinatione imbuit. Infecta namque sunt sacrificiorũ sanguine & contaminatione esculenta: panes videlicet, caro, poma, & placentæ. Quæ quum primùm non animaduerterent, qui Seruatoris nomine censentur, cœlitus eius rei prouidentia diuina sunt admoniti. Nã Deus Theodoro martyre arcano modo misso vrbis eius episcopo (Euzoius is fuit) mãdauit, vt qui piè viuere statuissent, eos abstinere à rebus iuberet, quæ in foro venum propositæ essent: triticum autem in ollis coquerent (χόλυβα, hoc est, frumentum coctũ apud Euchaitas nominare solent) eóque inopiam solarentur. *a* Id verò magno ieiunij die præceptum: ex eo tempore facti memoriam recolunt ecclesia, & celebrem agens conuentum, ad hunc vsque diem obseruat. Theodorus autẽ iste est, qui ex Tinonum ordine, Tironis nomen accepit: & sub Maximino ad ignẽ dãnatus, cursum suũ in martyrij stadio pulchrè peregit. Cęterùm permulti gemitu & lamentis factum hoc Imperatoris sunt execrati: nihilominus tamen Apostolicis sanctionibus innixi, quæ proponebantur sumpsere. Omne enim inquit, quod in macello venditur, edite, nihil interrogantes, propter conscientiam. Abominationẽ hanc desertoris duo quidam† scutigeruli qui ampla stipendia in militia faciebant, in quodam cõuiuio perquàm scitè quasi in triumphum deduxere. Verba enim illa præstantium in Babylone puerorum concinuerũt. Tradidisti nos regi iniquo & transgressori, desertori & pessimo supra omnes gentes terrę. Porrò ex conuiuis quidam rem eam ad Imperatorem detulit. Et ille optimos eos viros ad se accitos, quidnam id esset quod in cœna de se dixissent, interrogauit. Ibi illi qui in vera pietate educati essent, magna vsi libertate, dixere: Optimis ô Imperator legibus respublica est administrata, quas laudatissimus princeps Constantinus & filij eius tulerunt. Nunc autem piaculum tantum in cibis atque poculis cernentes, meritò factum id deploramus. Et quũ domi vicem nostram lugemus, tum in tua præsentia, vt vides, mœrentes tristamur. His auditis, tyrannus diuerberari eos acriter iussit, & post cruciatus multos capite etiam plecti præcepit. Atque illi ita abducti sunt: Deus autem victoribus eis martyrij coronas donauit. Alter horum Iuuentinus, alter Maximinus vocatus est. Hos Antiochena ciuitas, vt egregios pietatis propugnatores, meritò non solum vrna sacra honorauit, verùm etiam magnificè anniuersariæ memoriæ consecrauit.

Rei esculentæ venales Antiochiæ sacrificiorum sanguine Iulianus pollunt. Theodorus Tiro martyr.

Euchaitæ, populi Scythici sunt. Plin. lib. 6. cap. 17. de ciborum delectu.

a Magnus ieiunij dies.

De reliquiis sanctorum prophetarum, Eliśi, & Ioannis præcursoris & baptistæ. Cap. 13.

QVũm à Græcæ superstitionis professoribus vbique talia aduersus Christianos patrarẽtur, tum illud quoque omnium maximè indignum atque horrendum Sebastiæ in Palęstina admissum. Ossa namque Elisei propheræ, & Ioannis Baptistæ (vterque enim sepulcrũ ibi suum habuit) loculis suis extracta, & irrationaliũ animantium ossibus (ô immanem audaciam) mista atque igni tradita in cineres redacta, atq; in acrẽ dissecta sunt. Ad hæc Christiani comprehensi alicubi tanquã victimę super aras accensas præcipitati: & homines ad alia nefanda flagitia cõtra nos furiis sunt concitati. Nã Patrophili apud Scythopolim reliquias effoderunt, & earũ partem reliquam dissiparunt. Caluariam autẽ eius altius sublatã contumelia, nihil ad execrandã in iuriam reliqui facientes, sunt prosequuti. Plurima verò & alia, & ipse Iudęi & Græci cõtra nos indigna egere. Quæ quum ille audiret, certóque sciret, non modo eis non offensus, sed etiã maximopere grauisus est: quum quidem talium facinorum infamia in alios redundaret, animi autem eius sententia illorum factis perficeretur. Verũ enimuerò vbi per furorem talem, consiliũ suum minus succedere, & Christianorum animos inde augeri magis atque confirmari vidit, fraude alia episcopos eos, qui propter causam aliquam sedibus suis ciecti fuerant, cum successoribus eorum ad certamen, sicuti antea diximus, impulsos commisit: & parti vtrique facultatem omnẽ dedit, vt quæcunque possent ad res suas defendendas atque stabiliendas liberè facerent. Ita illi inter se congressi, multum ignominiæ & reprehẽsionis, quod deterrori studio fuerat veræ pietati attulere. Alia insuper dolo malo induxit. Nam & in cleri ordinem cooptatos, senatorum munere & ministerio peruerse fungi iussit, & ecclesiarũ annonam dęmonum ministris adscripsit, eámq; illos exigere permisit. Quibus rebus fore credidit, vt dæmonũ cultus augeretur, religio autẽ veræ pietatis aboleretur. Atque hęc quidẽ sic acta.

Cineres Elisei propheræ & Ioannis Baptistæ prophanati

In viua semul & mortua sanctorum corpora sæuit. Eutrophius Scythopolitanus.

Iulianus episcopos inter se commisit.

De Lucifero & Eusebio: vt Antiochiæ in locum Meletij vacuum sit surrogatus. Item de Alexandrina synodo, quæ consubstantialem patri & filio sanctum spiritum diuinitus asseruit, Athanasio præsidente. Cap. 14.

POst Athanasij autem reditum, etiam Lucifer† Calaritanus in Sardina, & Eusebius Vercellensis Libyum* qui in Italia sunt, episcopi, Imperatoris literis reditu eorum probato, Thebis superioribus in Orientem peruenere. Nam à Constantio perpetuo mulctati fuerãt exilio. His porrò quum inter se conuenissent, res ecclesię constituere, Eusebius Alexandriam concessit, vt cum Athanasio conuentum cogeret, & Synodi

clericos in senatum legit. Lucifer Calaritanus.

† *Alij legunt Caralitanus. Vrbs Lybiæ contra, Tyria fuit data potenti, tenetur in longum caralie. claudianus.*

** τῶν ἐν τῇ λιβύῃ. Eusebius Vercellensis episcopus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicæne decreta stabiliret: Lucifer autem Eusebio (ita enim vtique placuit) diaconum, qui vicem suam Synodo adesset, attribuit: per quem recipiebat, se rata habiturũ quæ ibi constituerentur. Ipse verò Antiochiam profectus est, vbi ecclesiam non parum perturbatam inuenit. Erant enim in populo dissidia: quòd non solum ab Arianis, quibus Euzoius præsuit, dissentirẽt, verumetiã eos qui Melitij partes sequebãtur, eandémque quam ipsi obtinerent sententiam nõ reciperent. Quum is autem nondum ab exilio reuersus esset, Lucifer Paulino in locum eius substituto, inde discessit. Eusebius Alexandriæ, vnà cum Athanasio, animo magno concilium coegit. Et conuenere eò episcopi multi quibus, quũ magnus Athanasius præiret, non solum Nicenã fidei professionem roborarunt, sed etiam sermonib. quæstionibúsque de rebus necessariis pluribus habitis, eas deciderunt. Quo tempore diuinitate etiam Spiritus sancti perpensa ὁμοούσιον consubstantialem cum, & ὁμότιμον, hoc est eiusdem honoris cum patre & filio, sunt professi: & trinam vnius deitatem essentiæ τριάδα, hoc est trinitatem nominarunt. Perfectum quoque hominem quem Deus suscepit Verbum, & animo & ore vno deprædicarunt: & quidem non incarnatum solum, verumetiam anima intellectuali animatum quemadmodum & veteribus, qui de diuino nomine philosophati sunt viris placitũ est. Non enim illi fidem aliquam recens excogitatam ecclesiæ tradiderunt, sed quã ecclesia antiquitùs à maioribus accepit: & quæ olim sancti viri, qui prudenter & piè res Christianorum sacras tractãtes prodidere, Irenæus videlicet Lugdunẽsis episcopus, Clemẽs στρωματεὺς contextor, Apollinaris Hierapolitanus, & qui antiquitùs ecclesiæ Antiochenę præsuit Serapion, ea illi explicata confirmarunt. Illi siquidẽ omnes quos modò recensuimus, atque itidẽ alij, in lucubrationibus suis Verbum quod hominẽ assumpsit animatũ, quippe ipsis ἐμψύχιον consubstantialem tradiderunt. Synodus præterea propter Cyrillum Philadelphiæ, quæ Arabiæ vrbs est, episcopum congregata eadem in literis ad ipsum Cyrillum suis promulgauit. Ipse quoque sapientia clarus Origenes, in omnibus suis scriptis, animatum quod humanitatem assumpsit Verbum prædicat: & potissimum id apertè astruit nono in Genesim tomo, vbi quidem Christum Adam, ecclesiam verò Euam facit. Locupletes & idonei rei istius testes sunt, Pamphilus scriptor ecclesiasticus, & qui nomen eius est consequutus Eusebius, qui vitam eius viri cõscripsere, aduersariisque eius defensionibus pro eo compositis respondere. Hi non primum Origenem sententiæ eius autorem esse, sed illum arcana ecclesiæ dogmata à maioribus per traditionem accepta explicantem, eam exposuisse dicunt.

Lucifer Antiochiæ Paulinum Meletio substituit.

Synodus Alexãdrina Athanasio præsidet. Trinitas. ἐμψύχιος & ὁμότιμος.

Deus verbum hominem animatum assumpsit.

synodus Philadelphiensis. Philadelphia vrbs in Asia Lydiæ. Alia Ægypti, alia Syriæ est.

Quæ eadem Synodus Alexandriæ de istis verbis, substantia & subsistentia, euidenter & clarè decreuerit. Cap. 15.

QVandoquidem verò quæstio de substantia & subsistentia nõ mediocriter ecclesias turbauit, & crebræ cõtentiones atque disputationes superioribus temporibus de verbis eis habitæ sunt, significatione & proprietate eorum Alexandrina quoque Synodus excussa, constituit: Non opus esse in Deo talibus dictionibus. In sacris enim literis nullibi substantię verbum extare: dogmatis verò exponendi necessitate, diuum apostolum Paulum subsistẽtiæ nomine abusum esse. Alio autem modo verba hęc vsurpanda esse sanxerunt, quùm quis Sabellij scilicet opinionem refellere contendat: ne nominum inopia veluti vnam rem trinominem in diuinitatis contẽplatione esse putemus: sed tribus vsurpatis nominibus, res quæque in trinitate tripliciter distincta, peculiari subsistentia sua intelligatur. Primus quidem videtur de substantia & subsistentia mentionem intulisse Hosius ille Cordubensis episcopus, cuius suprà aliquoties meminimus. Ab Imperatore enim Cõstantino Alexandriam missus, vt excitatam ab Ario turbam sedaret, quòd etiam Sabellij Libyci dogma radicitùs euellere conaretur, quæstionẽ de substantia & subsistentia mouit: vnde nugamenta multa exorta. Et quæstionẽ eam Nicena, quæ postea celebrata est, Synodus indignam esse vt ibi tractaretur iudicauit. Postea autem quum quidam nugari rursum de ea cœpere, concilium Alexandrinum ea quę diximus sapienter mihi de ea constituisse videtur. Hæc sanè Alexandriæ decreta sunt. Quę verò nobis de substantia & subsistentia cognita sunt, ea paucis citra inuidiã exponere hic liceat. Qui à primis imitiis philosophiam apud Græcos gentiles docuerunt, ne mẽtionem quidem vllam prorsus subsistentię fecerunt. ὑπόστασιν, hoc est Substantiam autem siue essentiam variè definierunt. Irenæus grammaticus apud eos in libro quem Atticistam inscripsit, vbi literarũ ordine verba colligit & explanat, dictionem subsistentiæ barbaram vocat, neque eam apud veteres reperiri dicit: sin autem reperiatur, diuersam ab vsurpata ista eam obtinere significationem ostendit. Sophocles nãque in Phœnice, ὑπόστασιν subsistentiam pro insidiis collocatis posuit. Menander autem idem verbum pro iuris condimento, alius rursum pro vini fece in fundo cadi subsistente vsurpauit. Cæterùm illud obseruandum, quamuis veteres Philosophi dictione ea vsi non sint, recentiores tamẽ frequenter subsistentiam pro substantia accepisse. Substantiæ autẽ diuersas definitiones tradiderunt. At si substantia definitione comprehenditur, quãnam ratione proprie & rectè ea vox de Deo dicatur? quem sine vllo concludere non est. Euagrius sanè Ascetes in libro suo monastico, de diuinitate disserere temerè cũ impudenti confidentia dissuadet: & Deum ipsum vt simplicẽ definire vel-le prorsus dehortatur. Definitiones enim non simplicium, sed compositorum esse dicit. Idem & illud adiicit: Propositio seu enũciatio omnis, aut genus quod indicetur continet, aut speciem, aux differentiam, au proprium, aut accidens, aut ex iis compositum. Quod si mihil harum rerum in sancta trinitate deprehendere est: cum silentio id adoretur, quod dici atque proferri non potest. Sed de Euagrio postea memorabimus. Hæc autem quamuis extra institutum nostrum esse videantur, vtilia tamen historiæque conuenientia, neque admodum aliena esse arbitror.

Quid Alexandrinas synodus de verbo substantia & subsistentia. Οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, decreuerit.

Sabellij hæresis Hosius Cordubẽsis episcopus.

Euagrius monachus.

Quarum rerũ sit definitio.

Quæ Athanasius in oratione quam de fuga inscripsit, commemorat. cap. 16.

perpenduntur verba ista substantia & subsistentia, eorumque significatio.

In Synodo

Loca carta ex libro Athanasij de fuga.

IN Synodo ista Athanasius librum etiam dudum à se de fuga compositũ recitauit, ex quo loca quędam argumento ei maximè apposita, operi huic inseram. Orationem autem integram, quæ prolixior est, studiosi ipsi inquirent. Ita autem scribit. Ecce hæc est impiorum audacia. Hęc quũ fecerint, neque pudore in eis quas antea contra nos moliti sunt, insidiis affecti sint: & nunc nos, quod sanguinarias eorum manus effugere potuerimus, criminantur: ac potius amarulenter, quod nos è medio prorsus non sustulerint lamentantur. Et tandem causa quęsita, timiditatem nobis exprobrant: neque intelligũt, dum hoc ganniunt, in seipsos se omnen pertrahere reprehensionem. si enim fugere malum est, multo deterius persequi. Qui enim fuga sibi cõsulit, ne intereat, occultando later. At qui alium persequitur, occidere contendit. Et de fugiendo quidem scriptura extat. Qui autem necare alium conatur legem transgreditur: & ipse magis occasionem sui ipsius vituperandi præbet. Si igitur fugam nobis ignominiosè obiiciunt seipsos potius arguant, qui nos sunt persequuti. Faciẽtes illi cum insidiis suis: & fugere statim, quibus illi malũ struunt, desinent. Sed improbitatẽ suã non relinquunt, & vt nos comprehẽdant, nihil non tẽtant: quùm quidem sciant eorũ qui persequutionem ferunt fugam, magnum esse persequutorum ipsorum crimen. Mitem nanque & humanũ nemo fugit, sed potius ferum & improbis moribus hominem. Siquidẽ quicunque erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, Saulum fugiebant, & ad Dauidẽ profugiebant. Propterea & isti eos qui fugiẽtes occultant, magno studio occidere conantur, vt ne habere videantur improbitatis suæ exprobratores. Verũ & in hoc excæcati prorsus errant. Quanto nanq; fuga est manifestior, tanto quæ ex eorum insidiis prouenit vel cædes, vel expulsio, fit apertior. Siue enim occidant, cædes eo magis aduersus ipsos vociferatur: seu in exilium agant, aduersus seipsos vbique locorũ ipsũ monumenta iniquitatis suę constituunt. Itaque si sanam obtinerent mentem viderent profectò seipsos rebus hisce comprehẽsos teneri, & ad sua ipsorum consilia impingere. Quandoquidẽ verò mentem meliorem amisere, nihil mirũ, si ad eiusmodi persequutiones procũtur. Et occidere alios quęrentes, suam ipsorũ non cernunt impietatẽ. Etenim si conuiciis eos proscindunt, qui propter percussores immissos latitant, atq; si calũniosè accusant eos qui percussores fugiunt, quid rogo facient Iacobo fugienti fratrem suum Esau? & Mosæ in Madian se recipienti, propter Pharaonis metum? Quomodo verò, qui talia garriunt, Dauidi patrocinabuntur, Saulum fugienti? (qui percussores in Domum eius ad illum interficiendum miserat) & in spelunca latenti, faciémque suam mutanti, donec abiret ab † Abimelech, & insidias sibi structas deuitaret? Quid præterea illi qui temerè omnia effutiunt, de magno Helia dicent? quum eum videant & Deum inuocantem, mortuúmque excitantẽ, & propter Achab atq; Iezebalis minas latitantẽ? Tunc etenim qui ad cædem inquirebantur filij prophetarum, occultabãtur in speluncis latitantes apud Abdiam. An hos quidem vt vetustiores norunt, eorũ au-

Contra persequutores pro fugientibus defensio.

Beni viri malunt commemorare, se quũ perdere possent præterisse quã cum parcere possent, perdidisse. Cicero.

† Abimelech, generale & commune nomen regis Palæstinorum, si cuti Cæsar Romanorum imperatorum.

Atem qui in Euangelio sunt non meminerunt? Nam & discipuli propter metum Iudæorum cessêrunt, sese occultantes: & Paulus Damasci ab gentis ibi principe quęsitus, de muro in sporta demissus, percussoris effugit manus. Et quum scriptura de sanctis talia prodat, quem prætextum aut excusationem præcipitis audaciæ suæ inuenire poterunt? Nam si timiditatem probrosè obiiciant, aduersus ipsos velut furentes audacia ipsa facit. Sin quasi præter voluntatẽ Dei hęc fecerimus dicant, seipsos criminentur, scripturas planè ignorantes. In lege enim præceptũ quoque fuit, vt ciuitates refugij propterea conderentur, vt qui ad mortem inquirerentur, quocunque possent modo seruarentur. In consummatione autem seculorum, quum ad nos venisset ipsum idem quod cum Mose loquutum est Verbum patris, rursum mandatum hoc nobis dedit, dicens: Quando persequuti vos fuerint ex ciuitate vnà, fugite in aliam. Et paulo pòst inquit: Quum igitur videritis abominationẽ desolationis quę dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montana: & qui in tecto est, non descendat, vt è domo sua quidquã tollat. Qui in agro, non reuertatur, vt ferat vestimenta sua. Atque hæc perspecta habentes sancti homines, id ipsum sequuti sunt vitæ institutum. Nam quę nunc præcepit Dominus, eadem etiam ante aduentum suum in carne, cum sanctis est loquutus. Atqui hic propositus est hominibus finis ad perfectionem ducens, quod Deus imperarit, id vt exequantur. Proinde & ipsum Verbum nostra causa homo factum, non dedignatum est, quum ad cædem quęreretur, sicuti nos, sese occultare: atque etiam quum essent qui id persequerentur, fugere, & insidias deuitare. Ita enim conueniebat hoc Christum experiri, vt quemadmodum ex fame & siti, ita ex fuga etiam hominẽ se assumpsisse indicaret. Statim enim ab initio, quum homo factus infans etiamnum esset ipse, per Angelum mandauit Iosepho, Exurgens accipe puerum & matrẽ eius, & fuge in Ægyptum. Herodes enim quæsturus est animam pueri. Porrò Herode mortuo, eundem apparet propter Archelaum Herodis filium sescessisse in Nazareth. At quum tandem Deum se esse ostendisset, & manum aridam restituens sanasset, Pharisæi quidem egressi consilium cõtra eum cæperũt, vt ipsum interimerent: Iesus verò eo cognito, inde secessit. Rursum quum Lazarũ è mortuis resuscitasset: ex ea ipsa, inquit, die cõsilium iniere, vt eum occiderent. Itaque Iesus nõ amplius propalàm inter Iudæos est versatus, sed inde diuertit in regionem solitudini propinquã. Præterea, Seruatore dicente, Priusquam Abrahã fuit ego sum: Iudæi quidem lapides corripuerũt, vt illum peterent. Iesus autem abscondit se, & exiuit ex templo, & per medios eos transiens abiit atque discessit. Sed enim quũ hæc videntes, pro eo atque scriptum est non videant, * igni comburi volunt, dum scilicet contra quàm & facit & docet Dominus, ipsi & cogitãt & loquuntur. Postquam nanque Ioannes martyrio est defunctus & discipuli corpus eius sepelierunt, audito eo Iesus secessit inde in nauicula in desertum locum solus. Atque Dominus quidẽ ad hunc mo-

ciuitates refugij.

ἐβάλετο εἰς πυρίκαυστον, in igne scilicet æterno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum & fecit & docuit. Vtinam verò boni illi viri ita verecundia afficerentur, vt talibus adiectis hominibus præfracta sua vterentur audacia: & non eo furoris abriperentur, vt Seruatori quoque ipsi timiditatis crimen impingerent, qui semel blasphemare & maledictis eum incessere consulto instituerunt. Sed furorem eorum nemo sustinebit. Quin Euangelia quoque eos ignorare conuincemus. Nam huiusmodi fugæ & secessus rationi consentanea atque vera est, quam Euangelistæ de Seruatore etiã memoriæ mandarunt.

† *Dissidium, προφασις.*

† Proinde eandem de sanctis omnibus opinionem habere debemus. Et quæ de Seruatore humano more scripta sunt, eadem communiter ad genus humanũ referre conuenit. Quæ enim nostra sunt, ille suscepit, imbecillitatisque nostræ affectiones in seipso exhibuit. Quod Ioannes sic scripsit: Quærebant igitur eum comprehendere, & nemo ei iniecit manus, quod nondum venerat hora eius. Atque etiam priusquã ea venisset, ipsemet matri dixit: Nondum venit hora mea. Fratribus autem, qui dicti sunt, suis: Tempus meum nondum adest. At vbi tempus id venerat, ad discipulos: Dormite iam, inquit, & requiescite. Ecce enim appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus, peccatorũ. Itaque neque ante tempus comprehendi se permisit, neque tempore iam præsente se occultauit. Quin seipsum potius insidias et struentibus tradidit. Hoc ipsum & beati martyres in persequutionibus, quæ tempore quoque suo acciderunt, obseruarunt. Qui quum persequutione exciti fugerunt, & se occultare perrexerunt, tum inuenti & deprehensi martyrium strenuè obierunt. Hæc sacer Athanasius in fugæ suæ defensione scripsit. Et talem Alexandrina Synodus habuit finem.

Quatenus in persequutione fugere liceat.

Vt eo tempore Antiochiæ tres episcopi fuerint, Meletius, Paulinus, & Euzoius: & vt Lucifer Eusebij reprehensionem aggressus, hæresim sua inter extulerit: & vt Eusebius Vercellensis & Hilarius Pictauiensis episcopi in Occidente, Illyrico, Gallia & Italia Romana simul & Græca lingua sanam Nicænæ fidei doctrinam annunciarint. Cap. 17.

POrrò Eusebius, quem Vercellarum episcopum esse diximus, Alexandriæ Synodo peracta, Antiochiam profectus, plebem ibi inter se dissidere inuenit. Nam qui Meletij partes sequuti fuerant Paulinum à Lucifero lectum prorsus auersabantur, & suas sibi ecclesias atque cõuentus cogebant. Quapropter Paulini electionem moleste tereus, quòd vniuersis placita non esset, & cum neutra parte communicans, factum id quidẽ non probauit: Luciferi tamen quæ eum prosequebatur obseruãtiã, publicitus nihil proloquutus, inde discessit: & illud modò dixit, Episcoporum conuentu eam quoque rem constitutum iri oportere. Et quum non minimum studij in eo posuisset, vt quod per dissidium scissam erat, vnione cõiungeret, sibi ipsi tamen non fatisfecit. Inter ea enim Meletius quoque ab exilio reuersus est. Qui quum sectatores suos, qui illo reuersus est. Qui quum sectatores suos, qui illo reuertus est. Qui quum sectatores suos, qui illo reuertus est. Qui quum sectatores suos, qui illo reuert

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sycophantice prorsus Iulianus Tyrie Bostrensem vrbe sua exigit.

natus. Titus ea de causa libellum supplicem ad A imperatorem misit, in quo non minorem esse Christianorum, quàm Græcorũ, in ea vrbe numerum: séque multitudinem suam cohortationibus, ne ad tumultum spectet, deterrere significauit. Imperator vt populum reliquum aduersus Titum concitaret, ad Bostrenses calumniã viro intentans literas dedit: scripsisse illum ad se non ipsius cohortationibus, sed populum suo ipsius consilio, ad seditionem prorumpere. Atque ille eiàm plebem eo pacto, vt virũ eum perinde atque insidiatorem & hostem suum ciuitate eiicere, permouit. Plurima verò alia ad eundem modum, quà ipsius iussu, quà vulgi spontanea temeritate & insultu, accidisse consentaneum est.

Grauem sub Iuliano christiani ab idolomanitis pertulere persequutionem.

Quorum ille malorum maximè autor fuit, qui in eos qui talia patrare auderent, legibus animaduerteret, & verbis saltem delicta eiusmodi carperet, rebus autem ipsis ad ea peragenda cohortaretur: quippe in quo altissimè odium religionis nostræ radices egerit, idque ipse sic præ se tulit. Proinde etiam si palàm ipse persequutionẽ non exerceret nihilominus tamẽ Christiani passim à vulgo graues acceperũt clades. Fana enim Græcorum aperiebantur, & simulacrorum superstitio applausu maximo approbabatur. Ipse autem publicitùs sacra sua peregit. Et Constãtinopoli Fortunæ in basilica, vbi eius deæ statua collocata fuerat, sacrificauit. Vbi etiam Maris Chalcedonis in Bithynia episcopus, manu à puero eò ductus, quod in ætate decrepita suffusio oculorum videndi vim ei ademisset, imperatorẽ plurimùm taxauit: impium eum contemptorem Dei & desertorem, ignominiosè appellans. Ad quæ non aliud per iram respondit, quàm quod cæcitatem seni exprobrans, verbis tantum illum est vltus. Et quod Christum blasphemia & maledicto perstringens, non tantum eum posse dixit, quem ille coleret, Gallilæum Deum, vt cæcitati eius mederetur. Sic enim hoc ei solenne erat, vt Christum Gallilæum, Christianos autẽ Gallilæos vocaret. Cui episcopus, magna vsus dicendi libertate, occurrés: Gratias inquit, ago Seruatori meo Deo, qui vt visum amitterem, pro eo atque nunc res habent curarit, ne impurissimum vultum tuum ad impietatem declinantem conspicerem. Et ille placabilitatem quidem assimulans, nihil respondit, sed rem eam tamen grauiter admodum accepit. Nam quum sciret in quo honore apud Christianos essent, qui sub Diocletiano martyrium obierunt, & insuper alacritatem eorum qui ad idem martyrium alpirarent cerneret, gloriam eis talem inuidens, aliam instituit viam. Quod enim summę esset sæuitiæ, vt per sepsum Christianos excruciandos cutaret, id repudiauit: vt eos autem occultè persequeretur, non posthabuit. Quapropter vulgò populis & aliis quicunque tandem vellent in Christianos quidquã committere, id permisit: ita demum superstitionem Græcorum inualiturã arbitratus, si † malorum tolerantiam veluti inescationẽ prætendens, placiditatem atque humanitatem etiam erga Christianos simularet.

Iulianus Fortunæ publicè Constãtinopoli sacrificauit. Maris chalcedonensis episcopus cæcutiens in taxãda Iuliani impietate vsus est libertate.

Seuè eius viri dictum.

Iulianus christianis martyrij gloriam inuidit.

† ἀναξίκακον δ' ἴλεαρ προβαλλόμενος.

Quemodo Iulianus arte & dolo idololatriã confirmaturus religionis nostræ proprias ritus idolorũ cultus accõmodare instituit. Cap. 21.

ET primùm quidem facilem & gratũ se omnibus callidè præbuit: progressus deinde, non eundem, aut sui se similem exhibuit. Vbi nanque calumnia aut criminatio aliqua Constantij esset, alacriter Christianis omnia tribuit. At si ea causa non extaret: odiũ quod in nos cõmuniter in pectore reconditum habebat, in apertum protulit. Et quum hoc vnũ maximè ageret, vt omnes imperio Romano subditi, Græcam complecterentur superstitionem, permolestũ ei fuit, quòd religionem suam à Christianismo gloria longè superari videret. Templa quidẽ, sacrificia, & patrię Græcorum solennitates, festíque dies per vrbes ex sententia ei ferè proceder̃t. Illa verò maximè solicitudine angebatur, quomodo in posterum quoque cultum talem stabiliret: quod metueret, si is præsidio suo destitueretur, ne breui rerum mutatione collaberetur. In primis sanè quasi lethale vulnus ei hoc inflixit, quòd multorũ sacrificulorũ coniuges & liberos & ministros Christianos esse videret: & quod secum ipse cõsideraret, religionem nostram in sanctitate vitæ morúmque integritate eorum, qui eam complectuntur, cõsistere: omnem mouit lapidem, vt Græcorum mores ad instituta nostra accommodaret. Itaque in idolorũ templis fieri curauit subsellia & primarios suggestus: instituit lectiones & doctrinas, quæ tamẽ Græcis dogmatibus inniterentur: præterea sacerdotes & lectores more nostro, item certas certarum horarum & dierũ preces. Scholas etiam & phrontisteria virorum & mulierum philosophię ethnicæ addictarum, peregrinorúmque & egenorum construxit domicilia, atque aliam insuper ostendit humanitatem, vt Græcorũ sacra talibus rebus admirationẽ consequerentur maiorem. Delictorum quoque quæ vel à prudentibus vel ab imprudentibus fiunt, ex consuetudine nostra pœnitentia interueniente, cõgruentes cõstituit coercliones. Eodẽ etiam studio æmulari conatus est cõmendaticiarum literarum tesseras, quas episcopi dare solẽt, vt vndecunque & ad quoscunque huic & inde hospites aduenient, moribus nostris excepti benignè curentur, perinde atque noti & amici per tesserę & signi eius testimonium. Et vt simpliciter dicam, eiusmodi in animo versans consilia, Græcos eodem quo Christianos modo viuere instituit: eósque studiis atque institutis aliis nostris propalam assuescere, extra dogmata tamen & æquari nobis voluit. Porrò id ita se habere, ex ipsius imperatoris epistola, quam ad Arsacium, sacrorum suorum in Galatia pontificem, dedit, quantum licet ostendam. Scribit autem ad hunc modum.

Iulianus Græcissmum etiam ad posteros cõfirmatũ transmittere studuit.

idem cæremonias, ritus & instituta christiana in cultũ idolorum inuexit.

cõmendaticiæ episcoporũ literæ, de quibus nicæna concilij extat Canon. formatæ vulgò vocant.

Epistola Iuliani ad pontificẽ Galatiæ Arsacium, vt Christianorum mores imitando confellatur. Cap. 22.

GRæca religio nondum ex sententia nostra procedit, idque eorũ qui eã complectũtur culpa. Amplitudo enim & magnificẽtia deorum, optata etiã omnia & spem omnẽ excedit. † Sed absit inuidia dicto. Tantã nanq; tã breui mutationem, ne votis quidem paulo antè experere quisquã ausus fuisset. Quid igitur? an sufficere ista putamus: nec ad ea respicimus, quæ maximè impietatẽ deorũque contẽptum auxerunt? ad eã scilicet

Epistola Iuliani ad Arsacium idololatrã pontificẽ.

† ἱλάσθη γὰρ ἐμοὶ λόγοις ἡ μεγαλοπρέπεια τῶν θεῶν· ἀθρόα δὲ εὐτυχοῦς μεταβολῆς τοσαύτης οὐδὲ ἐν εὐχαῖς τις ἂν ἐπιτρέψειεν. ἀλλ' ἆρα ταῦτα μόνα νομίζομεν; οὐδὲ πρὸς ἃ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν τῶν θεῶν ὕβριν ηὐξήκαμεν ἀποβλέπομεν;

Prescribit Iuliani ecclesiastis, vt impios idolorum sacerdotes.

Iuxta Adrianæ ecclesiæ linguarum inuidiam, cũ inuidia verba facient.

scilicet, qua aduenas excipimus hospitalitatem, A rohit, verum etiam (quod dictu acerbũ est) ne ad curam mortuorum sepeliendorum, atque ad fictam vitæ sanctimoniam: quorum vnumquod que apud nos singulari studio verè fieri oportere arbitror. Nec satis est re vnum talem esse, verũ etiam omnes omnino qui in Gallatia sunt sacerdotes, tui similes esse cõuenit: quos vel terrore, vel persuasione, vt probi sint, adducito: tant sacri ministerij functionem eos deponere cogito: siquidem vnà cum coniugibus, liberis & seruis ad deorũ cultum non receſſerint, sed seruos aut liberos aut vxores Gallilæas retinuerint: quippe erga deos ipsos impie se gerentes, contemptúmque deorũ cultum eorundem præ se ferentes. Deinde sacerdotem quẽque cohortare, ne in theatro conspiciatur, ne apud caupones potet, néve arti cuiquam aut operæ pudendæ & ignominiosæ præsit. Et morem quidem gerentes honore prosequere, rebelles verò à te repelle. in vrbe quaque frequentia ad excipiẽdos benignè hospites xenodochia extrue, vt aduenæ non nostrę tantum religionis, sed alieni etiam quicunque perierint, aut indiguerint, humanitate nostra perfruantur. Vnde autem ad eam rem pecunia suppeditet, prouisum mihi est. Triginta enim millia modiorũ frumenti, & sexaginta millia sextariorum vini, quotannis in eum vsum per Galatiam conferri iussi. Et quintam huius tributi partem eis qui sacerdotibus inseruiunt dari: reliquum autẽ omne aduenis & hospitibus, aliisque petentibus diuidi debere censeo. Turpe siquidem esset, quum inter Iudæos mendicus non sit, & impij Gallilæi non suos tantũ, sed nostros etiam homines alant, si opem & auxilium nostrum requirere nostri viderentur. Porrò Græcæ religionis obseruatores, vt ad ministeriũ huiusmodi aliquid etiam conferant: & vicos eorũ, vt primitias frugum dijs ipsis persoluant, doceo: hominésque Græcos officiis & benefactis talibus assuefac, antiquitùs nostris moris operisque id fuisse eos admonens. Homerus enim Eumæũ hæc ita dicentem inducit:

Hospes, vel si te nostras pertingeret ædes
Aduena deterior, iustos auferret honores.
Ab Ioue nanque venit mendicus et hospes eodem:
Et tibi sunt parua quidem, sed munera grata.

Non committendum igitur vt alijs bona nostra æmulari permittamus, ipsi autem per socordiam nos pudore afficiamus, seu potius deorũ obseruantiam & religionem prodamus. Atque si hæc te ita exequi audiero, hilarem & lætũ me reddes. Prouinciæ rectores perrarò domi suæ visefrequenter autem epistolas ad eos mitte. Eisdem in vrbem aduenientibus, nullus sacerdotum obuiã eat: sed quum in deorum templa ingrediuntur, intra vestibulum saltem occurrat. Ne quis autẽ miles eos ædemi sacram ingredientes præcedat, sequatur tamen qui volet. Quam primùm enim magistratus solũ delubri attigerit, priuatus redditur. Tu siquidem, quod nosti, intra templum imperium obtines. Atque id diuinæ etiam flagitant sanctiones: quibus qui parent, veri deorum sunt cultores. Qui verò fastu efferuntur, insolentia sunt tactantiæ & venæ gloriæ aucupatores. Pessimũ subuenire paratus sum, si ipsi sibi Deũ matrem propiciam reddiderint. Eam verò si neglexerint, non modò id reprehensione non ca-

Apud Iul. lib. 6. ep. 52. inter Galatæ epistolas numeratur Galilæis Tabbi magnis nostris.

Titus in hoc Iuliano incubuit, vt Græcissmum, Christianismo abrogare præpararet.

Labarum ad priorem formã reduxit.

in tabulis publicis se depingi & deas suas addi curauit, vt homines idola colerent.

crimen læsæ Maiestatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasionem multis, qui in aula imperatoria stipendia faciebant, præbuit, vt animos viriles exhiberent. Veluti enim in conflaturæ fornacibus explorati, vt qui habiti sunt, & qui reipsa fuerūt, Christiani palam appatuere. Postquam enim tēpus aduenit, vt imperator ciuibus corigiarū daret (id quod antiquitùs apud Romanos Calēdis Ianuariis præcipuè, imperatorisque & imperialiū verbiū natali die facere receptum fuit) secū ipse considerans, milites nostros aperti candoris & magnæ simplicitatis esse, pecuniæque cupiditate teneri, & consueto donatiuo facilè capi posse: arte quadam, vt vel inuiti dæmonibus sacrificarent, consilium inuenit. Lege nanque olim cautū erat, vt ad munus capiendum accedentes sacrificarent. Atque idipsum illi facere iubebātur. Propositumque simul ad ignem erat & thus & aurū. Ibi fortem animum quidam declararunt, quod adolere thura nollent, donum contemnentes. Nonnulli naturæ improbitatē veteris legis obtentu contegentes, ne intelligere quidē ad quod malum delapsi essent, potuerunt a. Alij lucrosa iactura, & fortasse formidine multorum tumultuum inescati, quanuis errare se intellegerent, tamen quo minus animis excruciarentu, effugere non potuerunt. Atque ex eis qui in tantā calamitatē ignorantia sunt prolapsi, illud fecisse traditu sunt. Quum post sacrificium id, consuetudine fortasse fiē obtinente, communiter in conuiuio milites hilares epularentur, quod in compotationibus fieri consueuit propinantes inter se b, Christum in poculis nominatim aduocabāt. Ibi ex conuiuis quendam verba ea excipientem dixisse ferūt c: Perfacetè hercle facitis, qui Christum nunc inuocatis, quem paulo antè quū vos imperator muneraretur, & thura in aram imponeretis, abnegastis. Cum hoc dicto errorē eum nāmque suam illi agnouerunt: confestim è conuiuio prosilientes, lactymabundi publicè circūcursitarunt, Deum & saniores contestantes homines se Christianos esse, atque in ea sententia perseueraturos, ignorantiáque peccasse: atque si hoc dicendum sit, manus solas Græcorum sacris operatas, mentem verò immotā permansisse asseuerarunt. Mox etiam libertatis dicendi ardore adducti d, Imperatorem adiere, ad pedes eius quod acceperent aurum abiecere, & generoso prorsus animo ab eo petiere, vt suo sibi munere accepto, eos iugularet: nunquam enim se pœnitentia ductum iri, si propter Christum totum corpus pro eo pœnas luat, quòd dextra inconsideratè peccauerit quę & munus accepe-rit, & dius sacrificarit. Incidi quoque pedes sibi postulauere, qui tam importunè ad donum capiendum accelerarint. Hæc imperator audiens, ira quidem commotus est: tā cæde tamen eorum abstinuit, ne eos martyrij honore dignaretur, qui sic contumelioſi in eū fuissent. Exutoratos verò ex aula imperiali exegit. In his fuere, Iouinianus ille, Valentinianus, & Valens, qui post eum imperauere. Atque isti quidem sic se gessere. Quicunque verò nō animo recto sacra Christianorum colebant, & veram beatitudinem honoribus caducis & pecuniæ posthabebant, absque timore ad sacrificandum & imperatori gratificādum procurrēre: qualis etiam fuit sophista Constantinopolitanus Hecebolius, qui veluti quidā Euripus imperatorum moribus sese accommodauit. Sub Constantio enim ardore ingenti Christianam religionem colunt: vbi autem Iulianus animum ad Græcam superstitionē appulit, hortendo prorsus modo animum mutauit, Græcasque ineptias & superstitionē, siquis alius & ipse quam maximè est complexus. Post hunc porrò rursum Christianum se esse professus est. In faciem enim supinus pro ecclesię foribus prouolutus, mixtus cum clamore lachrymis, miserabiliter est vociferatus: Proculcate me salē fatuum. Tales illi fuere: talis & Hecebolius & antehac & postea fuit.

Tentatus dando Iulianus ad idololatriam milites, cheragantes vltiere vult. Christianorum militum cādor & simplicitas.

Multi principiū donum, quod diis sacrificare nollēt, abnuere.

a Vterque id accepere, & sacrificauere.

Ex eis flatim pœnitentia est consequuta nonnulli.

b Inuocatio nominis Christi in propinationibus idolatriæ huic.

c Pulchre piéque dictum.

d Pœnitētes militares, diuutinū imperatoris sui reflectunt, & christianismū libertimè eum martyrij affectatione profitentur.

Imperator eis cingulum adimit.

Iouinianus.

Valentinianus Valens.

Hecebolius sophista in religione colenda versatus. Pœnitētia eiusdem.

De conflictationibus eius contra nos publicatis, & vt pecunias colligere cœperit. cap. 24.

F IMperator tam infesto quum esset in Christianos omnes animo, opportunitate ea arrepta quamuis quod eis criminis loco obiiceret, non habebat: tamē quòd sacrificare noluissent, constitutione sanxit, ne illi cum aliis rempublicam administrarent, nēve honores caperent, aut in aula imperatoria merērent. Conuentibus solennibus & foro eos exegit. A iudicandi quoque munere, & magistratibus dignitatibúsque gerēdis remouit. Et legē talem ferens, illud addidit: Christianos sanctiones statuere, gladio aduersus eos vtendum non esse, qui capitalia crimina cōmitterent. Occasionem quoque suam esse ratus, bellum quod contra Persas, qui Orientem percurrebant gerendū erat, quòd sine pecunia nihil se rectè gestutum existimaret, dolum, vt eam à Christianis exigeret, est commentus. Et quicunque diis sacrificare nollent, eis pecunię mulctā grandē dixit. Itaque cernere tum erat perquàm acerbam Christianorum condemnationem, à quibus ea etiam quæ minimè habebant, exigebantur, quū quidem alij omnes pro bonorum suorum facultatibus tributū penderent. Ita Imperator subitò per iniquā pecuniæ exactionem copiosus est factus. Quo tempore etiam Græci liberè quodcunque illis visum esset faciētes, nobis insultarunt. Et vndiquaque philosophorum collumies conflabat, qui vetera gentilium sacra renouarunt, extisque inspiciendi hatuspicinæ vacarunt: adeò vt pueros masculos & fœmellas impuberes atque incorruptos, ad aras deorum mactarint, & carnes eorum degustarint. Atque hęc quum aliis in vrbibus, tū maximè Athenis & Alexandriæ fecerunt. Vbi quod Athanasius episcopus flagitiis tantis obstitisset, studio & opera eorum exilio mulctatus Hest. Qui naui per Nilum in Ægyptum tendens, cursū deinde conuerso in eandem vrbem rediit, sicuti paulo antè retulimus. Porrò prouinciarum rectores talem Imperatoris religionē, opportunitatem suam esse censentes, grauius etiā quàm imperator iubebat, Christianos affligebant, ampliorem pecuniā extorquentes, & plagas etiā eam ob causam corporibus ingerentes. Quod Imperator cognitum parui fecit, & Christianis eum accedentibus, molestiāque propterea ei facessentib⁹ respōdit: Lex vobis à Christo tradita est, vt malè tractati fortiter erūnas feratis & iniuria affecti ne respondetis. Et id ex eo satis liquet quod Amachus fecit, vt suprà memorauimus

Iulian. Christianos ab aulę dignitatibus, & reip. administratione remouet.

Idem à christianis sub prætextu versiti belli ingentem extorquet pecuniam.

philosophi & idololatra hoc tē in christianos illudunt. Humana eorundem vltima.

præfecti prouinciarū Christianos maximè affligunt. Iulianus christianos de iniuriis per supplicationes quæ vētæ, irridet.

uimus. Verùm non absurdum fuerit, rem eam, A ta illorum ordinem & numerum, ad Homericæ quòd in primis memoria digna sit, paucis repetere. In parua prouinciæ Phrygiæ vrbe, delubrū quoddam Deorum à diuturno situ & squalore repurgare, & simulacra diligenti cura restituere is iussit. Idque, vt mandatū fuerat factum. Ea res dolorem maximum Christianis attulit. Nōnulli igitur Macedonius videlicet, & Theodulus, & Tacianus, quòd indigniratem eam ferre nō possent, flagranti æmulatione incensi, noctúque fanum ingressi statuas confregere. Præfectus eo facto ad irā concitatus, multos qui eius rei culpa vacarent, neci dédere instituit. Et ecce facinoris egregij parratores seipsos deferentes adiunt, pulchrius esse ducentes, vt ipsi morerentur, quā alios sua causa nullo illorum commerito periclitari cernerent. Præfectus noxam illis, si sacrificent, remitti iubet. Atque id illis abnuentibus, B nis formam & stylum referēs, ita expoluit, vt nisi minas intentat. At præclari illi adamantinis animis viri omnia potius perpeti, quā vt sacrificiis se contaminent, sunt parati. Ilicet ille viros sanctos multis primùm excruciatos tormentis, vbi quod volebat, eis non persuasit, postremò craticulis imponit, ignem plurimum subiicit, atque ita interimit. Porrò illi crudelitatem Præfecti tātam fortitudinis tum suę coronidem esse ostendunt præclara illa edita voce: si assas carnes degustare cupis Amachi, in alterū latus nos verte, ne semicrudi & ad edendum parum tibi suaues reddamur. Ad eum modum generosi isti viri in martyrij stadio decurrerunt.

Reperitur illustre & Laurētiano simile Macedonij Theoduli & Tatiani martyrium.

Vt insuper Apostata lege lata, Christianis Græcarum artium & institutionum literis interdixerit: & vt Gregorius magnus, & duo Apollinares Syri, sacras scripturas omni genere carminum expolientes, consilio & instituto eius obstiterint. Cap. 25.

Iulianus inuētuti Christiana liberalibus Græcorū studijs interdicit. In hoc verbis illius vsus est: Proprijs, quod in proverbio est, pennis siue sagittis alij est petimur.

Armis enim ex libris nostris sumptis instructi, bellum contra nos mouent.

a Basilius magnus.

b Ἐπεὶ, Γίνεται. Ναζιανζηνὸς, Apollinares duo.

AD hæc, ne Christianorum pueri Græcis disciplinis erudirentur, aut poëtas scriptoréque eorum legerēt, scholásve publicas frequentarent, lege cauit: Ne linguis eorum, inquit, acumine perpolitis, facilè disputatoribus nostris resistere, & sacra quidem sua amplificare, religionem autem nostram refellere facilè queant. Non parum enim ei dolorem mouēre Gregorius a & Basilius Cappadoces, qui omnigenam artem suam rebus multis declarauerant, eius temporis oratores longè superantes: præcipuè Gregorius, qui verba etiam variis poēmatum generibus inclusit, eáque* versus nominauit: & alij quamplurimi spectati viri, quorum nōnulli Nicęnam sequebantur fidem, quidam Arij opinionē comprobabant. Syri etiam Apollinares, omni dicendi genere probè instructi, præclari maximè eo studio enasere, pater & filius sibi cognomines, & disciplinarum omnium periti. Et pater quidem grammaticus insignis, filius autem inter Sophistas & Rhetores celebris fuit. Vterq; sanè eo tempore vtilem Christianis se præbuit, opportunè & commodè ingenius suis & mulctiuga doctrina vsi. Grāmaticus enim artis suæ peritissimus, pro Homeri poēmate, heroicis versibus Mosæ libros & veteres Hebræorum res vsque ad Sauli regnum cōposuit: atque id opus in viginti & quatuor libros diuisit, libro quolibet Græcorum elementorum appellatione, iux-

Lucullentissima diuersū ipsorum Apollinariū scripta.

Ὕμνοι, Φάσεις εἰσαγωγικὰ.

Iulianus libros Christianorum risit & damnauit.

C Græcos, quem de Veritate inscripsit: in quo etiā absque sacrarum literarū testimoniis clarè ostendit, longè eos à recta de Deo opinione abesse. Imperator nanque eas ipsas literas irridens, & religionem nostrā ludibrio habēs, ad primarios eius temporis Antistites hæc verba de libris nostris scripserat: * Legi, Cognoui, Damnaui. Ad quem nomine omniū quendam ita rescripsisse ferunt: * Legisti, Sed Non Cognouisti: Si enim Cognouisses, Non Damnasses. Basilij verò responsum id esse dicunt, qui eo tēpore Cappadociæ ecclesiis episcopus curauit. Neque adeò dissentaneū est, id scriptū eius esse. Sed sive illius seu alterius sit, admiratione dignus vir talis esse videtur, & dicēdi libertatis & eruditionis causa. Atque hæc quidem Imperator egit, & hæc Apollinares etiā resistentes ei elaborarunt.

* ἀν ἐγνόει. ἔγνων. κατέγνων. ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως γὰρ ἂν ἦσθα. ἔγνως οὐκ ἂν κατέγνως.

De Græcis & Ethnicis artibus & literis, etiam Christianis pietatem conficientibus eas vtiles esse, eáque Christianos addiscere oportere. cap. 26.

D VEtùm enimuerò Prouidentia diuina, simul & imperatoris consilio atque impetu & nō minus Apollinariū studio & opera, longè fuit potentior. Imperatoris enim cōstitutiones, ipso sublato, sicuti mox oratione progressi dicemus, breui euanuerūt. Et illorū lucubrationes postea nō in magno fuere pręcio, perinde atq; editę nō fuissēt. Sed occurrit mihi fortè quispiā: Quid hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcorum artium studis Christianis vtilissima.

est quod dicis? inquiens. Vtilè certè Christianæ reipublicæ minimè diuturnam imperatoris aduersus nos contentionem fuisse, atque id diuinæ Prouidentiæ accepto ferendum esse, quilibet sanè dicat. Verùm Apollinarium studium, quod Christianismo impenderunt, reuocare, & Christianos rursum Græcas disciplinarum institutiones in manibus versare, vix quispiam religioni nostræ cõmodum esse exitum iuerit: quod Græci libri detrimentum nobis afferant, † Deorum multitudinẽ, fabulas & mendacia docentes. Aduersus obiectionem istã statim responsum nostrum afferemus. Doctrinam Græcorum neque Christus ipse, neque eius discipuli videntur, vel recipiendam esse vt bonam & diuinitùs inspiratam, vel reiciendam vt noxiam & incommodã, censuisse. Atque id non sine prouidentia Dei factũ esse opinor. Non pauci enim apud Græcos philosophi, nõ longè à cognitione Dei abfuere. Declarat id quòd nonnulli præstantibus libris aduersus Epicuri sectatores pugnarunt, qui nullos deos esse asserunt, omniaque fortuito & sua sponte existere sensit, & mundũ prouidentia regi apertè docuit. Eos illi redarguendo, & inscitiã eorum euertendò, confutarunt. Proindeque nõ exiguam vtilitatem nobis, qui veritatem rectæ pietatis sequimur, attulerunt. Sedenim quamuis eò sint progressi, non tamẽ caput ipsum, seu potius doctrinę totius summum verticẽ attigêre, vt videlicet quod in profundo occultarum à sęculis fuit, diuinum inquam Christi mysterium, cognoscerent. Quod ianẽ sic se habere, Paulus etiã in epistola ad Romanos hisce verbis astruit. Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorũ qui veritatẽ in iniustitia detinent. Quia quod de Deo cognosci potest, manifestũ est in eis: Deus enim eis manifestauit. Nam inuisibilia ipsius ex creatione mũdi, per ea quę facta sunt, intellecta perspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas ita vt sint inexcusabiles. Quia quũ Deum cognouerint, non sicuti Deum glorificarunt. Ex quibus verbis illud satis liquet, veritatis illos quidem habere cognitionem, quam illis Deus apertam exhibuit. reprehenduntur autem quod Deo cognito, non vt Deum, pro eo atque oportuit coluerunt. Proinde illa verborum istorũ videtur esse nobis relicta sententia, consectandas esse quibus visum fuerit, Græcorum disciplinas neque per ea reiectam liberaliorem doctrinam. Et vna quidem ratio nostra sic habet. Altera verò illa est: Sematoris dicta & diuinitùs inspiratæ scripturæ, admirandę quidem prorsus doctrinæ sunt & institutiones, rectam vitam & religionẽ veram nobis tradentes. Fidem insuper Deo gratam studiosis exhibent. Minimè verò nos differendi docent artem: vt satis idonei simus, quum velimus, tẽpore flagitante, pro eis fortiter aduersariis resistere, eâsque colluctando defendere. Porrò suis ipsius armis hostẽ ferire, strenuf admodũ & fortis viri est. Id verò ipsum Christianis ex lucubrationibus, quas Appolinares reliquerunt, satis addiscere minimè licuisset. Quod quũ certò Iulianus sciret, ne Christiani Græcorum doctrina imbuerentur, lege sanxit. Nõ etiã ignorabat, fabulas erhnicas famam & gloriam ipsius obscuraturas, & criminationis causam aduersus eum allaturas: quas etiam Socrates inter Græcos philosophos præcipuam laudem consequutus, quum nihil faceret, veluti adulterare sacra Græcorum, & nouos Deos inferre inciperet, condemnatus est. Tertia ratio nostra hæc est * Spectatores numularios nos esse diuinus oraculum iubet, & vt pulcherrimũ quodque ex rebus omnibus deligentes, quod malum est abijciamus, quod bonum autẽ disquiramus, atque inuentũ retineamus. Attenti quoque præcipuè vt simus, ne quis prędam è nobis agat per inanẽ & vanam philosophicorum dogmatũ seductionem. Id autem quomodo perspicere possimus, nisi in illorum subeamus arma? Non equidem, vt eis vsurpandis eadem quæ illi sentiamus: sed ex abundanti, suis contra eos potius vtamur telis. Et malum quidem auersemur, quod verum autem & opportunum est legẽtes cautè recipiamus. Vbicunque enim aliquid boni est, ipsius veritatis id est. Quod si quis accuratiore persuasione nos hęc contorquere atque affectatè dicere arbitretur, illud mihi consideret velim: ipsum diuinissimum Paulum non solùm Græcis doctrinis nobis non interdixisse, sed etiam alicubi in epistolis suis, verbis earum vsum esse, vt qui eas quoq; attigerit. Videtur sanè multa quæ à Græcis sunt dicta, didicisse. Nisi enim Epimenidis Cretensis oracula legisset, viri * sacra & cæremonias instituentis, quomodo versum illũ protulisset,

Cres semper mendax, mala bellua, venter obesus?

Vnde etiam hemystichium illud sumpsisset,

huius nanque sumus genus:

si Arati Astronomi φαινόμενα, hoc est de stellis apparentibus librũ non attigisset? Sed & illud,

studiis obesse consuetus improbe bonis:

satis indicat, eum in Euripidis fabulis libenter versatum fuisse. Id quod itidem ante illum Solomon in eandem sententiam dixit. Verùm quid opus est pluribus hanc rem persequi? iam inde enim ab initio, veluti consuetudine & studio eo non interdicto, viri sancti fauore & gratia spiritus locupletes, & ecclesiæ nostræ doctores insignes, à tenera ipsa ætate ad senectutem vsque sedulò Græcorum libros legerunt: partim ad linguam sermonẽmque expoliendum, & mentem exercendam: partim vt ex rebus deterioribus id quod inest boni colligerent. Qua re illud etiam sunt assequuti, vt rectè Græcos in eo quòd à decoro exciderunt, & per errorem lapsi sunt, dãnarè possent. Indicat hoc Basilius magnus, & Ioannes qui propter eloquentiæ suauitatem Chrysostomi nomẽ accepit: & magnus itidem in Theologia Gregorius, qui hunc etiam locum de Græcis disciplinis in oratione funebri de magno Basilio tractat. Æquum sanè est visum, eum locum tempestiuè huic operi, ad ea quæ agimus comprobanda inserere. Satis namque apparet, non ipsum solum optimè in eis disciplinis eruditum esse: sed alios quoque illum ad eas discendas exhortari: simũlque in iniuriarum eos accusare, qui eruditionem Græcam affectantibus obstant. Sic enim scribit. Omnes, opinor, qui saniore mente sunt, hoc confiteri, doctrinam inter ea quæ nobis sunt bona, præcipuam esse: non istam solum præstantiorem

Ex libris scripta optima quæque à pij ad christianissimum transferenda esse, docet Augustinus de doctr. Christ. lib. 2. cap. 40. illud tradens Hebræos ausos ab Ægyptijs vasa argentea & aurea, id sedulo in libris contextorum fecisse clemens Alexandrinus.

Socratis philosophi condemnatio quòd deos Græcos contempserit.

* λογισταὶ τραπεζῖται. *omnia probanda, quæ bona sunt tenenda.*

Basilius Magnus hac de re libellũ composuit.

Eloquentissimi Theologi, Basilius, Chrysostomus Græcus.

Gregorij Nazianzeni sententia de vitandis & vitandis profanarum literarum.

* ὀργιάζοντος ἀνθρώπου τελέτας.

tiorẽ nostram, quæ elegantiã ostentationémque A verò (proclives enim sunt ad contumelias homines) impudenter & liberè imperatorem riserunt, & scommatibus in barbam eius inserunt, quòd prolixior ea esset, tondi eam ad funiculos plectendos oportere dicentes: atque item in numis eius qui effigiem tauri habebant, cauillati sunt, perinde atque à præcipiti tauro mundum ab ipso imperante euerti iactantes. Quum enim supra alios omnes admodum superstitione teneretur, & quotidie tauros ad simulacrorũ aras mactaret, & aram & taurum numo suo imprimi curauerat. Proinde ira ex scommatibus eiusmodi percitus, malè se accepturum Antiochenos minatus est, & Tarsum Ciliciæ concessit, atque inde res ad bellum necessarias exercitui suppeditare instituit. Cæterùm minas factis executus non est: sed verbis tantum in Antiochenos conuicia retorsit, orationémque præclaram & facetam ira remissa in eos conscripsit, quam Antiochenam & μισοπώγωνα, hoc est, barbæ inimicã inscripsit. Atque eo pactò se iniuriam vindicasse existimans, Persicam expeditionem, perpetua nota vrbi Antiochenæ inusta, est profectus. Antiochiæ porrò erga Christianos eadem est importunitate vsus, omnibus modis id agens, vt Græcorum superstitio inualesceret. Verum quid circa Babylæ martyris sepulcrum, & in tẽplo Apollinis Daphnæi acciderit, perinquam esset, si silentio præteriremus. Id verò inde ordior.

Scõmata Antiochenorum in barbam iuliani, & numos eius.

Taurus in numis Iuliani.

Oratio Iuliani contra Antiochenos. μισοπώγων.

Quæ prauaricatori huic in Antiochenorum luco Daphne acciderint: & de tumulo sancti Babylæ martyris, & de sancto Theodoro confessore. cap. 28.

Lucus Daphnensis ad vrbẽ Antiochenam.

INter Antiochiæ suburbia præcipuũ quoddã est, in quo frequentes florent cupressi, locus valde nemorosus, & variis aliis inter cupressos arboribus cõspicuus: & quæ inter arbores ipsas sunt loca pro vt anni tempus fert, omnis generis beneuolentes producunt flores. Instar tecti autem habet eo loco, quæ ex ramorum & foliorum densitate vbique prouenit vmbra, & solis radios non facilè solum ipsum pertingere sinit, neque quidquam amœnitatis regioni ei deest. Non ibi aquarum copia irriguarũ desideratur, & gratum temporis temperamentum, Zephyrique & alij venti leniter ramis flatu suo incidẽtes, suauemque susurrum edentes, amœniratem multam afferunt. Eo loco Græci fabula cõficta, Daphnem Ladonis fluuij filiã ex Arcadia, Apollinem amatorem fugiẽtem, in nominis sui arborem esse conuersam, ipsum autem Deum ne sic quidem puellæ desiderium abiecisse, amorémq; suum veluti solantem, amatę virginis frondibus caput cinxisse, eámque etiam arborem factam complexum esse: neque ab ea discedere volentẽ, illi cum festiuitate quadam assedisse, proindeq; honore diuturnioris moræ eum locum prosequutum, atque aliis locis illustriorem, sibiq; etiã gratiorem effecisse ferunt. Hic homines casti & moderati minimè versari sustinuerunt, quòd regio ea ad desidiam & libidinẽ admodũ esset procliuis. Iuuenibus autem corruptis iucunda plurimùm & grata visa est, & prorsus amatoria: quos etiam eam in rem fabula ipsa inuitarit. Et duplex eis ad culpæ deprecationem fabulam nõ illepidam prætendentibus incensa est libido, vt

Basilius Magnus hac de re libellũ composuit.

Iulianus Antiochiæ parum prudenter certum rerũ venalium instituit pretium.

Vt Iulianus expeditione in Persas suscepta, Antiochiam venerit: atque ibi propter barbam prolixam ludibrio habitus, contra Antiochenos librum Misopogona, hoc est, barbæ osorem composuerit. cap. 27.

IMperator autem ingenti à Christianis pecunia extorta, expeditionẽ aduersus Persas molitus est, & Antiochiã Syriæ se cõtulit. Atque ibi liberalitatis suæ studium Antiochenis probare volens, res in foro venales & necessarias ad certum constitutũmque precium reduxit: non considerans secum ipse, vbi militum sit frequẽtia, ibi accidi in vrbibus rerum omnium copiã, vicinósque etiam ea de causa annonæ detrimẽto affici. Itaque caupones emere, & rursum vẽdere res ad victum necessarias quæstus gratia soliti, quòd iacturam eam non ferrent, multa contra imperatorẽ vociferati, negociatione sua superfederunt: eóque modo vt rerum necessariarum penuria vrbem inuaderet, effecerũt. Antiocheni

*Ecclesiæ Dei Antiochenæ Meletius, Flauianus, Diodorus, Ioannes Chrysostomus, Theodorus, Nestorius, Proclus, Maximianus, Alexander, Ioannes, Domnus, Theodosius, Maximus, Porphyrius, Ioannes, Stephanus, Calliopius, Ioannes, Gregorius, Ioannes, Ioannes, Ioannes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vrbem eam cauſam fecit cum Auryga eponymum Auguſtum nominauit. Suid. Caſtalia fons vrbi vicinus a Apollo Daphnæus.

Hadriano Cæſari reſponſum ibi datum.

ſine pudore neque ipſi pudici eſſent, neque pudicos in eo loco eſſe paterentur. Qui enim ibi ſine amicta verſaretur, illiberalis planè, parúmq; gratus vſus, perinde atque praculũ aliquod deteſtãdum inde abigebatur. Græcæ autem ſuperſtitionis obſeruatoribus præcipuè in maximo locos habitus eſt honore. Nã ſtatua ibi Apollinis Daphnæi magna vetuſtate exſculpta, & tẽplum pulcherrimum altitudine & amplitudine mirifica, artificioſa manu cõſtructum fuit: quod Seleucum Antiochi, qui vrbem eam ſub ſuo nomine magnificè primùm condidit, patrem conſtruxiſſe ferunt. Creditum etiam longo tempore eſt, aquam ibi è fonte Caſtalio diuinatricem, nihil prorſus ab alia illa apud Delphos, vt nomine, ſic etiam efficacia differentem, profluxiſſe. Fama item fert, Adriano Imperatori, quum priuatus adhuc eſſet, reſponſum ibi de rebus futuris editum eſſe, eúmq; lauri folio in fonte tincto futuri cognitionem literis deſignatam hauſiſſe. & quum reſpõſum id ad exitũ ſuum peruenĩſſet, ne aliis quoque ad eundem modum res futuras cognoſcere liceret, aggere multo fontẽ obſtruxiſſe. Hæc quidem ſic Græci tradunt. Gallus autem, vbi Cæſar eſt à Conſtantio creatus, Antiochiæ vixit, barbarorum ibi impetũ & incurſionẽ compeſcens. Hic vt Chriſtianus, quum maximè eos qui pro Chriſto & dogmate noſtro fortiter decertarunt, veneraretur, locũ talem à diuturna ſuperſtitione & improbo illo more liberandum atque repurgandum duxit. Poſtquam autem nõ aliter ſe malum tantum exitũ paturum eſſe putauit, niſi contra templum id, orationis domũ cõſtrueret: opere eo pulchrè perfecto, vrnam etiã Babylæ martyris in Daphnen tranſtulit: qui ante annos plures Antiochenæ eccleſiæ ſplẽdidè antiſtes præfuerat, & ſub Numeriano fortiter certamen pro Chriſto pertulerat. Martyrij eius hęc cauſa fuit. Epiſcopatũ Babylas gerebat. Numetianum autem de dæmonij cuiuſdam ſententia cupido inuaſit, eccleſiam Chriſtianorum, quum frequentiſſima eſſet, ingredi. Et aduenienti ei, hierarcha ad templi veſtibulum aſtãs, ingreſſum præcluſit: ſe pro virili ſua affirmans, non commiſſurum, vt ad gregem lupum ingredientem intueatur. Atque ille ſtatim quidem cœpto deſiſtit. Epiſcopum autem primùm de tanta audacia criminatus eſt: deinde ſacrificare etiam dæmonibus iuſſit, eam vnam expiationem criminiſque abolitionem, & ſubſecuturi honoris & gloriæ conciliationis fore denuncians. Cui Babylas ingenti animo reſiſtẽs, martyrij coronam recepit. Eius tum oſſa Gallus tranſtulit. Quod vbi eſt factum, dæmonium deinde oracula non edidit. Et multi quidem propterea id conſuliſſe exiſtimarunt, quòd ſacrificiis & cultu eo, quem antea illi exhibuerant, ſpoliatum eſſet. Verũm rem aliter ſe habere, compertũ eſt. In cauſa enim verè erat, in vicinia quieſcens martyr, qui eam rem non permiſit, cœptum illius vi maiore prohibens. Sub Iuliano enim, quum ad ſatietatẽ vſque ſanguine & victimis expleretur, nõ minus mutum fuit. Et poſtremò ipſi illi imperatori de euentu Perſicæ expeditionis dæmonẽ cõſulenti (quum frequenter eò veniſſet, quòd cædẽdis hoſtiis delectaretur, & multo ſanguine Pythium veneraretur) cauſam eius ſilentij indicauit. Vbi nanque templi ingreſſus, oraculo, quæ viſa eſſent, fidem eius perichtans, magnificis mactatis victimis Iulianus prepoſuit: inſuper quoque petiit, ne Deus, de quibus rebus inquireret, reſpõdere grauaretur. Tum ille apertè quidem non ſignificauit, ſe more ſuo propter Babylam martyrem non reſpõdere: ſed alio id modo inſinuauit. Locum enim eum plenum eſſe cadaueribus dixit, & propterea ſe oracula edere minimè poſſe. Et erãt ibi multi alij ſepulti. Verũm Iulianus Babylam martyrem ſolum reſponſis obſtare iudicãs, confeſtim vrnam eius tranſferri iuſſit. Quapropter Chriſtiani aduenięntes, martyrem in vrbem ad quadraginta ſtadia intulerunt, vbi etiamnum ſitus eſt: nomine ſuo loco ipſi indito. Qui verò vrnam ferebant ſenes & iuuenes, aliíque chorũ grauem & venerandum efficientes, alius aliũ in via ad pſalmos canẽdos inuitarunt, ſub illo quidem prætextu, quaſi ſudorem laborémque viæ leuarentur: re autem ipſa, quòd æmulationis ardore fertentur, vt imperatoris ineptam monſtroſámque religionem reprehenderent. Et canendo præibant, qui artem eam accuratius addidicerãt. Inter alia autem multitudo illis ſuccinens, & illã carminibus addidit partem: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, gloriantes in ſimulacris ſuis. Tum ſanè, qui antea philoſophũ ſe eſſe profeſſus fuerat Imperator, longè alius deprehẽſus. Ira namque commotus, perinde atque iniuria affectus eſſet, affligere Chriſtianos cõſtituit: & eadẽ aduerſus illos facere, quæ Diocletianus feciſſet. Quòd verò imperũ eiuſmodi expeditio Perſica, quam vrgebat, moraretur: Saluſtio, qui tum præfecti magiſtratum gerebat, mandauit, vt eos qui præcipui in ea quam diximus pſalmodia fuiſſent, comprehenſos coẽ̃ceret. Ille quamuis vanæ Græcorum religioni eſſet addictiſſimus, conſilium id tamen non laudauit. Quòd autem mandato Imperatoris reluctari nequiret, poſtridie multos Chriſtianos comprehẽdit, & carceri incluſit. Et deinde ex eis vnum Theodorum nomine, adoleſcẽtem adhuc, produxit. Eum quum tormentis ingentibus ſubdidiſſet, & ad ſtipitem tortorium ſuſpẽdi, corpúſque eius ſatis diuerberari & concidi curaſſet, quòd martyrem inuictũ eſſe videret, non deprecantem, neque doloris alicuius indicium præbentem, (perinde enim atque non certator ipſe, ſed ſpectator earũ rerum quæ in eo fiebant eſſet, cõſtanter cruciatus perferebat: & heſternum illum concinebat Pſalmũ, Re ipſa nihil ad ſe pertinere quæ ab eo per quæſtionem requirebantur, oſtendens) vix tandem tãtis pœnis liberauit. Id quod tum demum fecit, quum iam tortoribus vita deſtitutus eſſe videretur. Atque illius tantam fortitudinẽ & cõſtantiam cum ſtupore admiratus Saluſtius, vbi ad Imperatorem venit: Niſi, inquit, Chriſtianos affligere deſtiterimus, ipſis quidem laudẽ & gloriã breui parabimus, nos autem ridendos omnibus proponemus. Porrò Saluſtij ſententia laudata, & captiui illi dimiſſi ſunt, & Theodorus poſt confeſſionem eam longo vixit tempore. Dicitur autem poſtea Rufinus, qui hiſtoriam eccleſiaſticam latinè vertit, virum eum aliquando conuẽtum rogaſſe, ſenſiſſẽtne pœnarum tormenta, an plagas citra doloré omnem pertuliſſet? Cui ille reſpõdit: Non ſe quidem ſine ſenſu cruciatum fuiſſe:

Oſſa Babylæ martyris in eã ædem illata. Sancti Babylæ ſub Numeriano martyrium.

propter Babylæ cineres oraculum Daphnæum obmutuit.

Gallus Cæſar ſacram ædem in Daphne cõſtruxit.

fuiſſe: adoleſcentẽ autem quendã ſibi aſſiſtentẽ, faſcia tenuiſſima ſudorem abſterſiſſe, & aquam frigidam infudiſſe, qua dolorum ardorem tepefacillarit, tormẽtorúmque vim ſuſtulerit. Spiritui præterea ſuo robur indidiſſe, & incredibilem in tãtis laboribus iucunditatem ſuppediraſſe. Mihi certè hominis eſſe nõ videtur, corpus ipſum ita deſpicere, niſi diuinum præſtò ſit auxilium. Hæc de admirando iſto Theodoro. Atque ob eã quæ dicta eſt cauſam, Babylas martyr in Daphnem tranſlatus, atque inde rurſus deportatus. Breui verò poſt repentinũ incendiũ in Daphnæi Apollinis tempum incidit, quo id cum recto omni & ipſo Dei ſimulacro conflagrauit. Et quaſi tẽporis momento protinus nuda omnia apparuere, muri ſcilicet ipſi cum lorica ſua, & columnę quę propyleum & * poſticũ templi ſacrariũ ſuſtinuerant. Chriſtiani incendium id dæmoni, martyre petente, accidiſſe putarũt. Græci ad Chriſtianos autores tetulere. Ea certè quidem de cauſa templi ſacerdos tormentis ſubditus eſt, vt incendiarium indicaret: ſed cruciatibus multis toleratis in vinculis, indicare neminem potuit. Quæ res Chriſtianis magnę laudi fuit. Et homines pleriq; non mortalis cuiuſquã inſidiis, ſed diuina vindicta templũ id cõflagraſſe, igne cœlitùs demiſſo, exiſtimarunt. Hæc ſic ſe habuere. Cæterùm quũ ſatis colligere ex eo quod factũ erat liceret, eadem eam templo in Daphne propter martyrem Babylam accidiſſe, vbi Iulianus, quem id non latebat, alias etiã diuis martyribus ſacras ædes cõſtructas eſſe, prope Apollinem Didymæum ſiue gemellũ, qui ante Milerum eſt, cognouit: Præfectis prouinciæ Carię ſcripſit, vt quę tẽpla ędificium altius, & tectũ, atque etiã ſacram menſam haberent, in ea ignem iniicerẽt: quæ verò dimidia ex parte abſoluta eſſent, funditùs euerterent.

Conflagratio templi Apollinis Daphnæi.

** ὀπισθόδομον.*

Incendium id diuinitus excitatum.

Iulianus apud Antiochiã iuxta Apollinis Didymæi templũ ſacras martyrum ædes excindere iubet.

De fraude Græcorum oraculorum. Commemoratio eorũ quæ per vindictam diuinam paſſi ſunt, qui ſacra Chriſtianorum & res diuinas contumelia afficerẽt.

Caput 29.

Oracula idolorum falſa in Iuliano de euentu Perſici belli reſponderunt.

SEdenim quibus rebus Iulian⁹ & Græci deorum poteſtatem adaugere atque oſtẽtare ſtuduerunt, ex eis illorum imbecillitas atque ſeductio, diuina adiuuante Prouidentia, deprehenſa ſeſe exhibuit. Nam quęcunque ab oraculis edita ſunt reſpõſa, penè omnia apertè falſa eſſe, & euentui minus reſpondentia, cognita ſunt. Exercitũ quippe aduerſus Perſas ducturus, Delphos, & Dodonen, qui vates ibi conſulerent, miſit. Et illi non ſolùm bellum, verum etiam victoriã denũciauerunt. Tantum verò à veritate ipſa aberrarunt, quantum poſtea rerũ exitus oſtẽdit. Porrò ex reſponſis eis vnum ad mendacium redaguendum hoc loco apponere libuit:

Theodoris addit bellum, lib. 3. cap. 21.

« *Nunc ſi prędque omnes conſurgite: ſumite bellum*
« *Atque fero certum de flumine ferte tropæum,*
« *Dux ego veſter ero Mars ſæuus belligerator.*

Tigris amnis.

Feram Iliuium Tigrim nominauit, qui cognominem ſibi animam habet. Eiuſcemodi oraculis deceptus miſer, victoriam ſomniauit: & tãdem conſumatus, ſe ad Perſicum bellũ armauit. Ahãum quoque, quum oracula ſimul & ſeorſim omnia reſpondiſſent, Imperatoris auunculũ Iulianum ægrum moriturum non eſſe: reſponſis ipſis legendis, erumnoſe & miſerabiliter is vi-

Iulianus auunculum quoque oracula ſefellerunt.

Vindicta diuina Chriſtianorum perſequutori perſequuta.

A tam finiit. Multi enim qui in Chriſtianos & veram pietatem furore ſuo debacchati fuerant, iuſtas dedere pœnas: manifeſtiſſimè autem omniũ cum eis etiam Iulianus, illuſtri dignitate prædituſ, qui tum vniuerſo Orĩẽti cum imperio præfuit, deſertoris ipſius (ſicuti diximus) auunculus. Præterea Felix imperialium theſaurorum curator, & Elpidius imperatoriæ domus præfectus: Comitem rerum priuatarum Latina lingua vocant. Tres hi gratioſi maximè apud imperatorem erant: cui vt gratificarentur, poſteriores duo veram pietatem abiurauerant. Iulianus incendij Daphnæi templi & ſimulacri cauſam inquirẽs, Chriſtianos id Deorum odio excitaſſe ſuſpicatus, tametſi à vicinis agricolis de cœlo fulmine eam ædem tactam eſſe cognouit, nõ temperauit ſibi tamen, quin aduerſus vniuerſarũ rerũ Deum arma ſumeret. Itaque ſacra vaſa longè preciofiſſima eccleſiæ magnæ, quam Conſtantinus magnus conſtruxerat, in fiſcum imperatoris inferri mandauit: & foribus templi, quod tum Ariani habebant, clauſis, ne quis eo ingrederetur curauit. Cum Iuliano, Felix & Elpidius, imperialium pecuniarum quæſtores, publicarum alter, alter priuatarum, in templum id direpturi venerant. Horum Iulianus difficili & incognito morbo correptus, ad dies quadraginta ita diſtentus iacuit, vt neque loqueretur, neque ſentiret quidquam. Cauſa morbi erat quod ſacris vaſis, quæ terræ illiſerat, pro ſedili vſus fuerat: & epiſcopũ Euzoium, qui piaculum tantum inhibere conatus fuerat, in caput veheméter verberauerat, dicto illo inſuper ingeſto, Chriſtianorum res à diuina prouidentia non curari. Et valetudine pauB Iulium recuperata, quum ſeipſum ob nefandam ſententiam ſuam condemnauit, tum vindictã diuinã qua affligebatur ſenſit. Et quum ita aduerſus ſeipſum impiorum facinorum ſuorum teſtis ipſe eſſet, a vẽtrem deinde eius putredo & omnis generis vlcera conuulſerunt, quæ ei mortem etiam attulere. Viſceribus enim atque extis putredine ea corroſis, excrementa non iam per naturalia vim expellẽdi obtinentia membra egerebat, verũm os ſceleſtum, quod blaſphemiæ & maledictorum effecerat inſtrumẽtum, pars corporis obſcœna per quam excerneret, eſt factum. Pudenda ipſa, & qui circa ea ſunt meatus, corrupti itidem ſunt: caróque eis in partibus putrefacta in vermes abiit, & morbus ipſe medicorũ arte longè fuit potentior. Illi enim reuerentia & metu Imperatoris omnia experti ſunt, & omni remediorum ſpecie adhibita, pinguedinéq; preCiofarum auium, quas diis ſacrificabant, mẽbris corruptis applicata, vermes profiſſius latitantes, in apertum quaſi quibuſdam illecebris euocare contenderunt. At illi in membris occultioribus ad carnẽ viuã magis magiſque prorepſere, neque corrodere hominem deſitere, donec violenta morte miſerum enecarunt. Porrò tãta calamitate propterea mactatum eſſe ferunt, ex ira diuina, quòd ſic eccleſiæ & ſacris eius vaſis inſultauerit. *b* Felix autem vaſis tanti precij cõſpectis (Conſtantinus namque & Conſtantius liberaliſſimè ea comparauerant) arridens, & vrbanè iocans: Ecce, inquit, qualibus vaſis Mariæ filius diuina re peragenda colitur: eámque, nec ob aliam quampiã cauſam, ex interiõribus eius

Iulianus auunculum cum pelice & Elpidio Quæſtoribus imperialibus templum magnũ Antiochia diripuit.

Theodoritus addit, Iulianũ ipſum in ſacrã quæque manũ miniſſe.

Verba cõiungit ad Iulianum apud Theodoritum.

Vt laudib. ô vir, Chriſtum ſeruatore vehat, conuenit, quòd per caſtigationẽ potentiam tibi ſuã exhibuit.

Non enim eum cognouiſſes, quę perſequeris, niſi pro lõganimitate ſua, diutiùs haſce tibi intuliſſet plagas.

Agnouit ille morbi cauſam, et imperatorẽ, vt eis eccleſiæ quibus adepta fuerat, reſtitueretur, regauit. Sed frãſtra lib. 3. c. 23. Iuliani auũculi ægritudo & mors horrenda.

b Felicis in Chriſtum blaſphemia. Eiuſdẽ miſerandus obitus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veniss vna quæ maxima esset, rupta tanquam per A fistulam sanguinem per os eius emisit. Sic & ipse horrendum cernentibus omnibus spectaculum factus non totum perdurauit diem, sed circa crepusculum, vnà cum sanguine iam deficiente, simul etiam animam euomuit. At tertius Elpidius, qui blasphemus quoque in Christum fuerat, tardius ille quidem quàm alij pœnas luit, sed primùm inter eos qui tyrannidem affectarunt deprehensus, bonis omnibus exutus, grauesque etiam pœnas alias in carcere perpessus, turpiter vitâ finiit, facer & detestabilis ab omnibus iudicatus. Præter hos alius quidam cum reliquis in ecclesiam, quam donaria & res alias pretiosas prædonum more auferentes, eúmque qui sacra vasa curabat contumeliis afficientes, vastarunt atque diripuerunt, ingressus: super reliquas indignitates, veste subducta sacrificij aram petulantissimè B coniinxit. Verùm illico pergraues & acres tanti flagrij tulit pœnas. Per quæ enim peccauerat, ad interiora vsque viscera putredine consumptis membris, incredibilis inde vermiũ vis prognata, miserabilem in modũ, vt dicere calamitatem eam pudeat, miserum extinxit. Sed & Heronem illũ Thebis Ægyptijs ortum, qui episcopus creatus, * casu quodam ad Græcam superstitionẽ defecerat, subitò putrida inualit ægritudo, quæ totum illius corpus depasta, abominationẽ eum omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in viam est proiectus, nullam prorsus à quopiam miserationem cõsequutus. Christiani nanque perinde atque piaculum, omnibus modis eum sunt auersati: Græci autem hactenus tãtum eum, quòd se errori & fraudi eorum subiecisset, agnouerunt. Et Heron quidẽ acerbissimè & miserrimè ita vita excessit. Alius autẽ, Theotecnus scilicet quidam, & ipse à nostra ad Græcam religionem prolapsus, carne eius omni putrida carie consumpta, vermium materia factus est: & oculis illorum morsibus amissis, moriens per insaniam quæ eum corripuit, sua sibi dentibus conscissa atque deuorata lingua, è grauibus tormentis ad longè deteriores maiorésque cruciatus migrauit. Sed & alij insuper talia quoque ausi, condigna sceleribus suis tulere supplicia. Eiusmodi multa eo tempore diuinum numen exhibuit miracula, commeritas insũlásque ab eis qui impudenter & apertè veram pietatẽ oppugnarunt, pœnas exigens. De quibus hactenus.

Diuina in Elpidiũ vltio.

Pœdissimæ eius mortis qui sanctũ altare perminxit.

Mors miseranda Heronis, ex episcopo apostatæ.

Morbus Gallicus.

* ἐκ τινὸς συμβάματος.

Item Theotecni, apostatæ quoque.

De statua Christi, quam in Phœnice Paneade mulier illa quæ fluxu sanguinis laborarat, erexit. cap. 30.

EGo porrò aliud quoque insigne miraculũ, potentiam Christi exhibens, & vindictæ diuinæ aduersus impios indicium non minimum ostendens, vt temporum obruti nõ pariar. Phœniciæ vrbs est, quæ antiquissimum nomẽ habuit Dan, appellatione ea ab ipso Dan, ex patriarchæ Iacobi filiis vno, accepta, qui tribus & gẽtis eius locũ eum tum incolentis princeps & auctor fuit. Lõgo deinde tempore pòst, Herodis filius Philippus Cæsari gratificatus, de suo arq; illius nomine vrbem magnificè ornatam ædificans, Philippi Cæsaream cognominauit. Græci autẽ propterea quòd in ea Dei Panis statuam collocauerint, Paneadem vocarunt. In hac ipsa vrbe fons quidam est. Ad hunc mulier illa quæ sanguinis fluxu laborauerat, præclarã ex ære Christo eiusdem statuam, aliquam saltem beneficentiæ suæ ob depulsum sibi grauem morbum, officio eo gratiam rependens. Statua ipsa spectantibus plurimum præbuit gratiæ & amœnitatis. Ad huius pedes * herba enata est, præsentissimum ægritudinum omniũ, potissimum verò † tabidi morbi remedium. Et quum qui ea curabantur, summa diligentia causam tantæ efficaciæ inquirerẽt, inuenire tamen eam omnino non potuere. Temporis enim diuturnitate & oblitione intercederat, cuiúsnam ea statua formam referret, & cuius rei gratia ibi esset collocata. Quòd nanque diuinum simulacrũ sub dio astaret, non parũ corpus eius etiam est inmutatum, & imbres ex locis superioribus limum secum trahentes, statuæ ipsi aggesserãt, quam ob causam cognitio ea, quæ ex literis omnia indicãtibus prouenit, incerta reddita. Cæterùm quum cura & diligentia maiore promanans inde gratia inuestigaretur, terra illa essossa, literæ rũ demùm apparẽtes, rẽ ipsam certò indicarũt. Et deinceps herba ea, ab eo tẽpore, neque eo ipso neque alio loco est cõspecta. Sed enim Christi statua Iulianus deiecta, statuam ipse in locum eius constituit. Et ecce derepente ignis è cælo vehemẽs deiectus, simulacrũ illius circa pectus discidit: capũtq; vnà cum collo deiectũ, & à pectore abruptũ in faciẽ prostrauit. Atque id longo postea tempore sic duranit, suliginem eam fulminis aperte, veluti per inscripuonẽ columnæ incisam, testificãs. Staruam autẽ Christi, Christiani tum in Diaconicum ecclesiæ transtulerunt: & honoratiore loco positam, cultu conC uenienti prosecuti sunt. Locum nanque eum libenter frequentantes, & imaginem ipsam inspectãtes, desiderium suum & amorem erga statuæ ipsius archetypum, primariúmque exẽplar declararunt. Impij porrò imperatoris illius rẽperibus, qui Paneade fuere Græcæ superstitionis sectatores, concitati, statuam eam, sicuti dixi, loco suo motam, funibus ad pedes vinctis, per mediã traxere viam, omnísque impietatis genere cõtumeliosissimè affecere. Ita illi reliquum imaginis corpus comminuerunt, & caput à membris suis diuulsum distraxerunt. Quòd sanè nonnulli, qui Hagitio tãto, ità vt par erat, indoluere, clãm sublatum, sicuti potuerunt, cõseruarunt: itidémque & alias corporis partes collectas in ecclesia reposuerunt. Herbæ, quam ibi enatam diximus, D species nulli vel medicorum, vel aliorum peritiã talium rerum consectantium, cognita fuit. Mihi verò nunimè mirandũ videtur, noua hominibus exhiberi beneficia, nouo subinde modo Deo ipso eos inuisente. Nam alia quoq; plurima miracula, quę in certis vicis ac regionibus sunt, solis incolis, sicuti cõsentaneum est, ex vetusta maiorum traditione nota esse, quæ sequitur narratio verissimè declarat.

Fluxus laborauerat. exp. lib. 6. cap. 15.

* *herba ibi ἀλεξίφαρμακος ad pedes statuæ Christi enata.*

† *φθινάδος vocãt.*

De fonte qui Nicopoli, siue in Emaus est: & de Persea arbore Hermopoli, morbos incurabiles incolatu Christi sanante. cap 31.

IN Palæstina ciuitas est Nicopolis nomine, quæ vicus antiquitùs fuit, sacrò Euangeliorũ libro cognitus, in quo Emaus nuncupatur. Eam quippe Romani postea, Iudæis fortissimè deuictis, metropolisque eorum Hierusalẽ capta atque

Nicopolis Palæstinæ, quæ olim Emaus dicta.

arque euersa, ex euentu nomine imposito, Nico- E polim vocarunt. Ante ciuitatem istam in triuio, vbi videlicet Christus post resurrectionem à mortuis cũ Cleopa comitéque eius iter faciens, in vicum alium se properare finxit: fons quidam est, morborum hominibus omnium, atque etiã variorum animantibus ipsis laborum auxilium. Hic Christum dicunt cum discipulis suis, vbi de itinere longiore fessus esset, quum nobiscum in terris versaretur, pedes lauisse: atque ex eo tempore salubrem ad ægritudines dispellendas eam vndam esse factam. Hermopoli quoque Thebaidis arbor esse, quam Persæam vocant, dicitur, multis morbis medicinam afferẽs, si vel festuca vel folium ex ea ægris applicetur. De qua illa adhuc fama apud Ægyptios obtinet, Dei genitricẽ vna cum Iosepho Herodem fugientẽ, ductu Iosephi Hermopolim venisse. & quamprimùm vrbis portam attigisset, arborem eam aduentum Christi ferre non potuisse: & quamuis procera admodum esset, ad solum ipsum tamen se demisisse. & paradisi olim satorem adorauisse. De arbore ea, hæc quæ legi, scribenda esse duxi. Ego verò eam quasi quoddam symbolum seu signũ fuisse puto Christi ipsius in vrbem eam aduentus: aut certè, sicuti coniicere licet, eam propter proceritatem & pulchritudinem Græcorũ inoribus ab vrbis incolis diuino honore cultã, tum commotam esse, dæmone qui per eam est cultus exhorrescente ad præsentiam eius, qui abolitur us & oppressurus eos omnino fuerat. Sed tum quoque cuncta Ægyptiorũ simulacra diffluxere, Christi non ferẽtia aduentum: iuxta id quod de eis ab Esaia est dictum. Porrò dæmone ex arbore ea pulso, ad certum rei gestæ indiciũ, prona & inclinata permansit, fide accedentes sanãs. Harum rerum Palæstini & Ægyptij idonei fidéque digni sunt testes.

Fons ibi salutaris.

Sex. Om. persæ dem nominat. lib. 5. cap. 21. Persæa Hermopoli ἀλεξίφαρμακος arbor. Si quis Daphnensis lucis in Syria, vel persæa in Ægypto arborem comparauerit, quinque libri anni nouerit se esse mulctandum. lib. 1. De cupress ex luc. Daphnens. e. lib. 11.

Ægyptiorum simulacra diffluentia.

Vt impius religionem nostram extinguere conatus, etiam Iudæis permiserit Hierosolymis templum reſtaurare: & quæ tum ibi fidem prope omnem excellentia euenerint. Cap. 32.

IMperator autẽ, quum Christianis infensus, eos semper odio persequeretur, erga Iudæos tamen, eorundémque maiores & duces, nõ paruam exhibuit manſuetudinem & beneuolentiã: & ad eorum populum, vt pro se & imperio suo precarentur, scripsit. Atque id eum fecisse coniectura est, non quòd religionem eorum colẽdam duceret: (non enim ignorabat, veluti parentem H eam esse Christiani dogmatis: & quos illa tactat Patriarchas & Prophetas, de eisdem nos quoq; gloriari) sed probè ei implacabile Iudæorũ erga nos odium perspectum fuit. Itaque nobis iratus, per suum in illos studium & curam ægrè nobis facere est conatus. Præterea verò promptos paratósque eos esse arbitratus est, vt primo quoq; tempore ad Græca sacrificia adducerentur, qui verba tantum & literam sacrorum librorum reciperent, neque per contemplationem ad occultiorem eorum sensum respicerent: sicuti Christiani, atque etiam inter Hebræos sapientiores & * præstantiores faciunt. Et sanguine vanáque superstitione ipse gaudens, nisi alios quoque in idem pertraheret malum, pro detrimento ingẽti habuit. Insuper & alia quadam de causa, Seruatoris oracula, quæ Hierosolymis talem denunciant euersionem, vt ne lapis quidẽ super lapide mansurus esset, vanissimus ille mendacij arguere volens, id fecit. Tãtùm verò abest vt aliquid studio suo effecerit, vt inuitus etiam certitudinem & immutabilitatem eorum magis confirmarit. Atque audacia eius, quæ sibi probro affectura videbatur Dominica responsa, eáque prorsus abolitura, non sensit ipsa se, reuerẽtiam illorum in quæ opprobriũ aliquod cadere nequeat, deprædicare. Romanorum enim Imperator ille *Sicuti Hadria-* Hadrianus, qui & Ælius est dictus, & Hieroso- *nus imperalyma euertit, vt Iudæorum gẽtem prorsus ab ea tor, ita iulia-* vrbe dimoueret atque dispelleret, & ne memo- *nus quoque* ria quidem eis veteris nominis relinqueretur, *ingratis veri-* neque ipsi ex appellatione causam aut occasio- *tatem oraculi* nem recuperandæ patriæ haberẽt, nomine (sicut *Iesu christi* potuit) mutato, Ælium à seipso vocauit: ea ipsa *de euersione* re, quamuis inuitus & imprudens, veritatẽ Do- *templi Hiero-* mini nostri oraculis attestatus. Veritus namque *solymitani cõ-* fuerat calida præcipitiáque & periculum temerè *firmauit.* aggredientia Iudæorum ingenia, ne per prætextũ diuini cultus, qui lege lata in vrbe ea peragi deberet, exercitu coacto negocium Romanis exhiberent. Iulianus porrò cõtumelias in nos suas adaugens, gentis eius primatios viros patriorũ morum admouit, & quámnam ob causam non iuxta Mosæ leges viuerent, interrogauit. Atque *Iulianus su-* illi vbi dixerunt, omnibus modis cauendum sibi *adsit ad tem-* esse seu † rem abiuratam, ne alibi quàm Hiero- *plum Hieroso-* solymis, qua vrbe prorsus excidissent, sacra pa- *lymitanum* tria peragerent: data illis pecunia, vt quàm pos- *restituendum* sent celerrimè Solomonis restaurarent templũ, *eximulat.* eos est cohortatus, vt ad exẽplum maiorũ suorũ † ἀκόμητον G veteri more sacrificarent, & rem diuinã facerẽt. Sic quidem ille. Iudæi verò oportunum tandem tempus eius rei, quam dudum desiderauerãt, cõficiendæ nacti, studio omni in id opus incubuere. Et iam aspectu Christianos territantes, séque supra illos extollentes, clades omnes, & quascunque ipsi à Romanis olim perpessi fuerant erumnas, se nobis illaturos esse sunt minati. Sed miseris illis in mentem non venit, perfici eã rem minimè posse, quam verbis disertis veterũ prophetarum oracula denegent & abnuant. Cæte- *Iudæi studio* rùm quum tanto studio ad id opus ferrẽtur, qui- *summo in* cunque in arte ædificiorum celebres essent con- *structuram tẽ-* gregatis, materiã ad structuram omnem cõpa- *pli Hierosoly-* rarunt, locúmque ipsum splendidè repurgarunt: *mitani incum-* & sumptus ex publico impensis, argẽteos etiam *bunt.* fieri curarunt ligones. Tanto verò in opere tali ardore fuere, & alacritate tanta elaborarunt, vt ipsæ mulieres in sinu vestibúsque suis purgamenta exportarint: & quęcunque eis essent monilia, & mundum muliebrem omnem non grauatè in structuram eam impenderint. Et quam- *Ædificantur* uis Græci aliena ab illis essent voluntate, tamen *ea in re à Gre-* & ipsi eos in studio & labore eo adiuuerũt, co- *cis.* natum talem ad exitum suum perductum iri arbitrati: quo ipsi quoque falsas esse Christi prædictiones, oraculáque eius intercidisse iactarent. Atque vbi iã reliquias structuræ veteris eximis fundamẽtis effoderunt, & solũ ita repurgarunt, vt ne lapis quidem super lapidem, iuxta respon- *Terræ motus* sum illud, permaneret: & postridie vt primum *ad ficationem* iacerent fundamentum, ad locum eum venerũt, *difficit atque* terræmotũ ingẽtem ortum esse dicunt: & quòd *impedit.*

Ciuitas Phœniciæ Dan, quæ eadem Paneas & Cæsarea dicitur.

Hebræi quomodo sacra accipiant velint.

* διαξιφνίτας.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Denuò Iudæi opus aggredi vetantur.

vehementi eius concussione ex ipsis fundamentis lapides euicerétur, non paucos ex Iudæis electos esse, qui vel ad operis spectaculũ venerant, vel structurã ipsam curabant. Publica enim ædificia ipsi templo vicina soluta, atque cum impetu collapsa, eis quos intus oppressere, sepulchrorũ loco fuere. Qui autem effugere voluerunt, semineces iacuere. Fuere qui crura & manũ & mẽbra alia, pro eo atque clades fortè quemque cõprehendit, repentino casus impetu mutilata retulerunt. Terræmotus vix conquieuerat, & qui reliqui erant, opus rursum aggrediuntur: vt simul & quod magnopere cupiebant perficerent, & ineuitabilem indignationem, quæ ex necessitate Imperialis constitutionis eis imminebat, effugerẽt. Facile namque natura homines, quibus delectãtur studiis & laboribus, tendere semper ad † detrimentum solent. Qui id vnum profuturũ existimant, quod sibi efficiendum proposuere, suo ipsorum ad id protracti errore: neque illi vtilitatem consilio ante cœptũ opus capiendo deprehendere possunt: neque periculis inuoluti, & experientia ipsa de eis admoniti, prudenter se, pro eo atque deberent explicant, sicuti & Iudæis tũ accidit.

† πρὸς τὸ ἀσύμφορον. Niceph. πρὸς τὸ συμφέρον. soz. hoc est, Ad molumẽtum. Sed vtrũque verbum quamuis diuersum recta interpretatione ad eãdem referri potest sententiam.

De igne, qui tum ibidem repentè est exortus: & quæ vestimentis hominũ figura crucis adhæserunt, signis: & de diuino Euangelio in fundamentis inuento. Cap. 33.

IMpedimento nãque tanto obiecto, satis euidenter considerare erat, indignari instituto operi Deum. At illi denuò admota manu, quæ perficere nequirent, sunt aggressi. Sedenim quam iterum structurã experirentur, ignis ex ipsis fundamẽtis exiliens, & alius itẽ de cœlo imminens, plures etiã quàm antea cõsumpsisse fertur. Atq; id ita dicitur, & creditur neque quicquam ambiguitatis habet. Illo tantum variatur. Quidã enim aiunt, quum sacrum locum adire contenderent, flammam eis obuiam, id quod dictum est, peregisse. Alij autẽ, simul atque agger efferri cœptus esset, id accidisse affirmant. Siue autem hoc, siue illud verum est, nihil certè tanto miraculo derogatur. Igne porrò sicuti dictũ est, cœlitus demisso, malleis, scalptra, serre, secures, ascie, & quęcũque ad ædificationem commoda operarij comportauerant, celeriter in cinerem sunt redacta: quòd incendium tale die toto grassatum sit. Et Iudæi maximo correpti pauore, etiã inuiti Christum verum Deum esse sunt professi: sequi tamẽ eum nolentes, in errore adhuc Iudaico conquieuerũt. Sed & aliud quod ad hęc accessit miraculum, eos ad fidẽ non perduxit, quod prioribus & manifestius fuit. & admirandum magis. Nam proxima nocte, sua sponte vestes eorum crucis signis radiorum instar conformatis, sunt consignatæ. Ita omnes vestitum tanquam stellis variegatum, & lanifica arte atque solertia distinctũ habuere. Quo illucescente die viso, eluere & detergere crucis notas conati, nihil egere. Hæc, qui tum Hierosolymitanus episcopus fuit Cyrillus, cernens, Danielis prophetæ verbum secum ipse in animo perpendit (quod & Christus postea in sacris Euangeliis authoritate sua cõprobauit) & omnibus prædixit, aduenisse tempus, cum Seruatoris oracului, Non mansurum scilicet esse lapidem super lapide in templo, exitum

Instrumentũ fabrile omne consumptum.

Iudæorum cęcitas.

Crucis signa in vestes eorũ inciderunt.

Cyrillus episcopus Hierosolymitanus veritatem & cer titudinem prædictionis Danielis et Christi.

suum habeat. Atque hoc quum ille diceret, terræmotus grauis ingruens, lapides reliquos ex fundamentis eiecit atque dissipauit, atque insuper sæua quædam obortа procella, calcẽ & gypsum innumerabilium medimnorum in aerem ventilando dispulit. Et item qui subitò ex partibus inferioribus proserpsit ignis, innumeros quoque qui vel in opere ipso denuò pertinaciter instituto distinebantur, vel spectatum eò aduenerant, temporis momento consumpsit. Tantum Iulianus effecit, quum Christi prædictiones de Hierosolymis nulla veritatis autoritate niti, ostendere veller. Neque id modò ille non egit: sed etiam contrarium exhibendo magis etiã certitudinem eam comprobauit. Atque hęc quidem prodigia ad veritatem oraculi comprobandam sufficiunt. Sanè quod modò dicetur, quum mirificum sit, magis rem ipsam confirmabit. Id ego in arcanis prorsus scriptis inuentum, referã. Sic enim habet. Quum fundamenta structurę iacerentur, sicuti dictum est, & inter lapides vnus, cui extrema basis coaptata fuerat, loco moueretur, spelunca cuiusdam os petræ incisum sese exhibuit. atque vbi propter profunditatem, antrum id perspici prorsus non posset, qui opus id curabant, rem certã explorare volentes, ex operariis quendam ad funem longiorem vinctũ demisere. Et ille in antrũ quum peruenisset, aquam ad mediam vsque suram in eo reperit: & spelunca omni ex parte explorata, quadrangulam eam esse quantum manuum contrectatione colligere potuit, deprehendit. Deinde ad os eius reuertens, in columnam quandam in media spelunca non admodum supra aquam extantem incidit. Quam manu tentãs, libellum in ea positum, qui tenuissimo purissimóq; linteolo inuolutus esset, reperit. Quo accepto, funeipso signũ, vt ab eis qui illum demiserant, retraheretur, dedit. Receptus igitur, quamprimùm libello ostenso, stuporem omnibus incussit: & maximè quòd recens admodũ & intactus is esse videretur, atque quòd tam abstruso & caliginoso loco repertus esset. Porrò libellus explicatus, non solum Iudęos verumetiam Græcos consternauit. Statim enim ab initio literis grandioribus promulgauit. In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deũ, & Deus erat Verbũ. Et vt simpliciter dicã, scriptura ea integrum Euangelium complectebant, quod Theologica planè virginis discipuli lingua auspicatò annunciauit. Portendit autem id vnà cũ reliquis miraculis, quæ cœlitus eo tempore exhibita sunt, haud vnquam Domini nostri Verbũ intercisurum, quod extremam templi & vrbis desolationem prædixit. Etenim liber, Deum esse & conditorem rerum omnium eum docuit, qui talia dudũ fanxisset. Declarauit præterea frustra esse eorum laborem, qui ædificationem eam tantopere vrgerent: eo quòd diuina & immutabilis sententia extremam templo abolitionem decreto suo constituisset. Atque ex iis & hisce similibus rebus plerique omnes statim censuerunt, vt Christum Deum esse profiterentur, cui templi restauratio placita non esset. Multi sanè ex ipsis breui ad ecclesiam se contulere, & sacris nostris sacratioribus & perfectioribus instituti atque initiati, hymnis atque supplicationibus propter facinora patrata, Christum placarunt. Hæc si cui minus

Ignis ieiunio deprærãmotus grauis ingruens dicat. Tertiò quoque opus structurę euertitur.

In specu quãdam sub templi Hierosolymitani fundamentis liber Euangelij secũdum Iohannem inuentus.

Quid miracula tanta perfecerint.

Multi prodigijs istis ad pietatem & Christianismum adducti.

† soz. scribit, etate sua plures adhuc ipsius euersionis superstites fuisse lib. 5. cap. vlt. Quæ aly Iudæorum imitata tradit Solymos carminibus Homeri celebratã, & tempus, quando vbs Hierosolyma nomẽ suum sortita sit, Tacit. a De Hierosolymorum nomine.

b Hierosolyma longè clarissima vrbium Orientis. Plin. lib. 5. cap. 14.

Iulianus legatione perfarũ superbe recusat.

Eiusdem in Persas expeditio.

Carras clade Crassi nobilis. Plin. li. 5. cap. 24.

Assyrias lacrymas maculauit sanguine Carræ facta. Iulianus in literis suis cõstantium profidit.

Blasphemia eius in Christum, & contumelia in Arsacium Armeniorũ ducem Christianum.

Inconsiderata Iuliani temeritas.

Iulianus ad Ctesiphontem vrbem venit.

minus vera esse videntur, ei fidẽ faciant, qui ista † viderunt & audierunt, & scriptis mandarunt: sin minus, Iudæi saltem & Græci persuadeant, qui opus id semiperfectum reliquerunt, seu potius inchoare neutiquam potuerũt. Præter alia, illud quoque obseruare conuenit, a Hierosolyma antea Iebus vocata fuisse, eáq; Beniamini tribules habuisse, priusquam Dauid, exercitus ductãdi honoris promissione, per ducẽ suum Ioabum, capta, ductiq; et quod receperat præstito, in maximam vrbẽ redacta, metropolim & principem Iudæorum gentis ciuitatem constituit. & Solymorũ nomẽ loco indidit, qui deinde propter sacrum templũ Hierosolyma cognominatus est. b Verùm de Hierosolymorum quæ existimata est restitutione, hæc dicta sufficiant.

Vt Iulianum impetu in perfidiam facto, per errorem naues ad Euphraten exussera: & prælio commisso, occulta plaga ei uis interierit. Cap. 34.

TVm verò legati Persarum apud Imperatorem ortis conditionibus de bello transacturi aderant, quos ad regem suum remisit, illo responso dato: quòd breui eum visuri essent, & quòd legationes nihil moraretur. Proinde oraculorum omnium responsis præuaricator persuasus, inuictũ sibi esse aduersus Persas robur, magnificè exercitũ armauit, post Persas, Gallæos, & potissimùm Cæsarienses, propter magnũ Basilium & diuinũ Gregorij, se ita vt deberet, accepturũ esse minitatus. Porrò vere primo expeditionẽ maturauit. & Euphrate fluuio trãsmisso, Edessam præterit, propter Christianorũ odiũ, quòd vniuersa ea vrbs Christum summoperè coleret. Carras autẽ venit, atque ibi in Iouis tẽplo sacrificiis precationibúsque peractis, circiter viginti millia armatorum ad flumen Tigrim, præsidij causa, vt loca ea tuerentur, & vt illorum sicubi opus esset auxilio vteretur, præmisit: & Arsacio Armeniorum duci, socio populi Romani, vt hostes aggrederetur, scripsit. Atque in eis literis plurimũ præcipiti temeritate vsus, Constantiũ quidem, cui successerat, vt imbellem & impium conuiciis afficiebat: scripsum autem veluti maximè imperio idoneũ & commodũ. Dissque amicũ, laudibus ferebat. Et quũ Arsacium Christianum esse audiuisset, cõtumeliã adaugens, aut certè blasphemia & impie dicto Christum proscindere, qui ei in rebus plerisque omnibus perpetuus mos erat, studẽs, insolenter & gloriosè apud eum iactauit, si negligentius res sibi mãdatas gesturus esset, nõ illum ab eo adiutũ iti, quem ipse Deũ esse crederet. atque vbi se probè res constituisse putauit, per Assyriam Romanas duxit copias, & multa castella, vrbésque plures, vel armis subactas, vel proditione deditas recepit: & temerè, vt fors tulit, progrediens, locorũ quæ post se reliquit, & ad quæ cũ reuerti oportuit, nullam curã aut rationẽ habuit. Quęcunque autem cœpit oppida, prorsus vastauit: annonæ & commeatus horrea quoque partim ex ipsis fundamentis euerit, partim incendio cõsumpsit. Et iter secundũ Euphratis flumen faciens, prope ad Ctesiphontẽ peruenit, vrbem præclaram, atq; a Babylone in eis regionibus secundãquæ præter cæteras cõmoditates, Regis quoque aulam & comitatum

Ἱπποδρομίαν.

Frumentum & impedimenta Iulianus in flumen coniicit.

Fortiter Romani aduersus Persas rem gerunt.

Naues incenduntur. Iulianus in Romanũ ditionem regredi parat.

In proditorem Sinonem vitæ ducẽ incidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proditor proditionem indicat.

esse, professus est. In discrimine summo exercitus versabatur, difficultate itineris & alimentorum penuria confectus: quum splendida Persarum acies derepente adest, & prælio ingenti cõmisso, turbidus ventus vehemẽter flare incipiẽs densa nube cœlũ atque solem obscurat, puluerẽ, in aerem sublatum ventilat, caliginẽmq; & tenebras ingentes excitat. Et Persicus exercitus in nostros irruens, socios atque auxiliares secũ Saracenos † hastatos adduxerat. Horum aliquis hasta protensa, Imperatorem grauiter vulnerat: membrana ea quæ peritoneum dicitur, & exta omnia intrinsecus tegit rata disrupta, vt cuspide extracta excrementa sanguine mixta eã sint cõsecuta. * Percussori ex Imperatoris satellitibus quidam caput amputauit. Imperatorẽ autem ita lethaliter vulneratum, scuto impositũ, satellites eius in tabernaculum imperatorium detulerũt. Porrò nonnulli qui vulnus vnde peruenerit, prorsus nõ viderunt, à quopiã familiarũ suorũ inflictũ esse existimarunt. Atque alij quidẽ Persam, alij Saracenũ: sunt qui Romanũ militẽ eum occidisse affirmant, indignatum videlicet, sicuti verisimile erat, quòd imprudenti temeritate & gloriosa audacia tantum perdidisset exercitum. Libanius sanè Syrus Sophista, amicus eus intimus & præceptor, de percussore eius in funebri oratione, quã de eo cõposuit, talia scribit. Quis igitur eum interemerit, audire quispiã cupit? Nomen eius nescio. Non hostẽ autem percussorem eum fuisse, apertũ indiciũ est, quòd ex hostibus nemo vulneris eius nomine honorẽ & præmiũ acceperit, quum quidem Persarum rex per prẽcones percussorem eius euocauerit: & ingentia, qui sese indicasset, præmia perceptrus fuerit. Sed ne eorũ quidẽ cupiditate quispiã est adductus, vt facinus sibi tantũ per iactantiã arrogaret. Et multa profectò hostibus debetur gratia, quòd cuius facti autores nõ fuerunt, eiusdẽ sibi gloriam nõ vendicarunt. Sed nobis, vt intersectorem inquireremus, permiserunt, quibus illũ diutius viuere bono non fuit. Sunt autẽ isti, qui nullis viuunt legibus. Qui quidem quod dudũ sunt conati, tum demum quum possent, peregerunt: iniquitate reliqua eos cogente, cui sub illius imperio locus non fuit: & maximè deorum cultui, cui ipsi maximè sunt aduersati. Libanius quidem Christianum fuisse transgressoris percussorẽ, dicere videtur. Neque dissentaneũ est, aliquem ex militibus, qui sub signis eius erant, hæc sic secum cõsideransse: Quòd si qui olim tyrannum sustulisset, is ab omnibus propter cõmunem libertatem asserendam, aut aliquem ex necessariis & propinquis vindicandũ, vel cum vitæ periculo facinus tantum ausus, laudẽ retulit: neque se quenquam reprehensurũ esse, si Dei & religionis causa, se in certum periculũ coniiceret. Mihi verò de his quæ dicta variè sunt, accuratius inquirere minimè necessariũ videtur. Nam & Callistus, qui res eius heroico versu cõplexus est, rebus bellicis expositis, à dæmone eũ vulneratum occubuisse dicit. Atque is tametsi

Saraceni persarum auxiliares. *κοντοφόροις.*

Iulianus lethaliter vulneratur. Varia opinio de Iuliani cæde.

Libanius de cæde & percussore Iuliani.

Perstringuntur acerbè Christiani.

percussoris Iuliani tanquam tyrannicidæ deliberantis cogitatio.

Callistus à dæmone Iuliani cæsum esse scripsit.

* *Sozomenus, percussorem Iuliani post vulnus illi infictũ latuisse, & equo admisso fugã sibi cõsuluisse dicit.* καὶ τὸ ἵππου καταλαβὼν, ὅτις ἦν, ἀπῆλθε λαθών.

Mercurius Iuliani persecutor.

Quòd visiones diuinis quibusdam apparentes, Iuliani apud Persas necemportenderint. cap. 35.

HVius rei argumentum est, diuina quædam visio, quæ Iuliano cognomento Sabę monacho, virtute præclaro viro, est oblata. Qui auditis impij illius minis, sedulò Deum, vt quãprimùm nos ab illius tyrãnide liberaret, orauit. Et cædes ei quo in Perside peracta est die, reuelata est. Discipulis namque suis, causam ecstasis atque cõsternationis inquirẽtibus, rẽ ipsam reuelauit, atque illi porrò aliis viri eius dicta indicarunt. Sedenim de visione ea quũ exactior inuestigatio fieret, cõpertum est, qua hora res gesta fuerat, eadẽ illũ eam vidisse. Sed & Didymus philosophus ecclesiasticus domiciliũ Alexãdrię habens, in mœrore maximo fuit, quùm propter Imperatorẽ qui tam impiã sequeretur religionẽ, tum quòd ecclesias tãtopere cõtemni videret. Quapropter ieiunijs sese macerauit, & Deũ precibus inuocauit: ac ne noctu quidẽ alimenti quidquã sumpsit. Propter ingentẽ sanè dolorẽ in sella cõsidens, somno obrutus est: deinde cõsternatione correptus, equos candidos per aerẽ discurrẽtes sibi videre est visus: & qui eis insidebant equites, voce clara promulgantes: Renunciate Didymo, hac ipsa hora Iulianum esse cæsum: idipsum Athanasio quoque magno significetur: & Didymus exurgẽs cibũ capiat. Quidã etiã ex necessariis & amicis Iuliani, ad ipsum cõtra Persas bellũ gerentẽ via publica profectus, quum ex itinere profectionẽ accelerãs, in locũ quendã diuerteret, eo quòd domicilij alterius ibi copia non esset, in ecclesia quadam dormire est coactus. Atque ibi vigilans magis quàm somnians, sicuti asseruit, vidit, vt circa se multi conuenientes (erat autem Apostolorum, Prophetarum & Martyrum chorus) Imperatoris aduersus ecclesias contumeliam deplorarint: & quid facto opus esset, alius ab alio requisierit. Et quum diu multũmque ad eum modum deliberassent, & veluti addubitassent, duos ex illorum cœtu consurrexisse dixit, Artemium & Mercurium, qui alios bono animo esse iusserint, & alacritate singulari diuinum illũ cõuentum reliquerint, quasi ad Iuliani Imperij euersionem ire properãtes. Porrò qui visionẽ hanc vidit, euentum & finem eius metuens professionem profequi neglexit. Ac rursum ibi somno oppressus, eundem illum cœtum denuò vidit: cõsque qui prius magno studio properantes abierant, & proxima nocte bellum Iuliano inferre crediti fuerant, reuersos, aliis celerrimè renunciare, desertorem necatũ esse, nec de cæterò causam esse cur ita sint sollicit. Quę Iulian* monachus, & ecclesiasticus philosophus Didymus Alexãdrinus, & præterea desertoris ipsius familiaris & propinquus viderint, talia sunt.

Familiaris quoque & propinqui ipsius Iuliani apostata. ὑπαφ.

Iuliani sabas Monachus in visione Iuliani eadem vidit.

Didymus Alexandrinus isidem.

Neque

Neque illorum quisquam à veritate aberrauit, quã cedes postea renunciata cõfirmauit. Quod si quispiam adhuc illum qui sic ecclesias vastauerit, non diuina vindicta interemptum esse cõtendat: ei id varicinium persuadeat, quod diuinus quidam vir, Libanij quidem familiaris, institutis autẽ ecclesiasticis probè eruditus prędixit. Quum namque Iulianus exercitũ in Persas duceret, & Libanius illudens ad sanctum illum virum diceret, † Quidnam fabri faceret filius? respondẽs ille: Ligneam, inquit, arcam ad mortem Imperatoris tui elaborat. Et parua intercessit mora, quum mortuus ille adductus est, qui superbus & inflatus gloriam Alexandri somniauerat, ac potius longè illum superasse sibi visus fuerat: & iuxta Pythagoræ sententiam animarũ transmigrationes magnificiens, ex corporum transmutatione Alexandri animam se habere, atque adeò Alexandrũ in corpore alio se esse, dixerat. Neque satis intellexit, a vincere quidem pulchrũ esse victoria autẽ per insolentiã abuti, inuidiosum. Seduxit autẽ eum Maximus etiam philosophus, qui ei adfuit, & diuinationibus quibusdam transuersum egit. Sedenim vnde ei clades ea euenerit, quodammodo ipsemet intellexit, neque prorsus calamitatis autorem ignorauit. Dicitur enim, quum è vulnere caua manu sanguinẽ hausisset, atque eum in cœlum veluti Christũ conspiciens coniecisset, perinde atque causam cædis suę in eũ referret, vociferatus esse: Vicisti Galilæe, Vicisti. Alij verò tradunt eũ Solẽ natalis horæ suæ * inspectorẽ, propter astronomicum quendã ambitũ accusasse, quòd Persis auxilium tulerit, se autẽ nũ seruauerit. Et, siquidẽ verum est, iam moriturus, anima secedẽte à corpore, diuinius quodãmodo quàm pro hominũ captu potuit, oculos intendisse ita fertur, vt etiã Christũ viderit: quod sanè affirmare non possum, non multi enim hoc dixerunt. Verũ tamen id etiam veluti mẽdacium nõ refello. Verisimile enim est, & hoc, & eo adhuc multo admiranda magis accidisse, ne humano cõsilio quæ à Christo nomen habet religionẽ constitisse, dicere quispiam possit. Atque ille sic se habens, & sanguine diffluẽs, disertè, * Saturare Nazarene, exclamauit. Alios quoque deos cõrumelia affecit, malos eos & pernicioſos appellãs. Præstò ei affuit Sardis ortus medicus præstantissimus, Oribasius Lydius. Sed curam eius omnẽ vulnus illius rifit atque cõtempsit. Ita qui se multis seculis victurum credidit, intra triduũ est extinctus qui in Cæsaris dignitate quinquennũ, in imperio autem à Cõstantij morte annos duos cũ dimidio exegit. Mortuus est ætatis anno trigesimo primo. Toto sanè imperij eius tempore iratus Deus, varias calamitates & innumera mala Romanorum immisit ditioni. Siquidem terra ingenti motu cõcussa effecit, vt neque in domibus tutò homines manerent, neque sub dio etiã rectè versarentur. Sub ipsius quoque imperio decantatissima illa vrbi Alexandrinæ calamitas accidit, quum mare vehementi æstu concitũ, & vltra fines suos progressum, ita vt diluuiũ aridã & continentem terram inundauit, vt eo in locũ suum regresso, in sectorũ regulis scaphæ marinę sint repertæ. Vnde Alexandrini, ab eo tempore quo talis inundatio coorta est, diem festũ eum peragentes, faces mulras in vrbe accendunt, carminibúsque & gratiarum actionibus iram Dei supplices placãt, solennitatémque anniuersariã cum insigni pietate & religione obseruant. Siccitates etiam intensę eo imperante quum fruges extinxerũt, tum aerem quoque pestiferum reddiderę. Qua propter hominibus rerum penuria pressis, fames admodũ excreuit: adeò vt homines ad insolitas prorsus vitæ agẽdæ rationes, & ad irrationalium animantium alimenta sint cõuersi. Famem pestilentia est cõsequuta, quæ corpora infestauit, & varios progenuit morbos, vnde plurimi mortales interiere. Iuliani res hũc habuere finem, omnibus quidem Christianis, præcipuè tamen Antiochenis grarũ & iucundũ: qui propter cædẽ eius publico instituto tripudio, Maximum etiam philosophum conuicijs prosciderunt, illud accinentes, Vbi sunt diuinationes tuæ stultæ Maxime? Vicit Deus, & Christus eius. Multa autem capita & corpora hominũ iugulatorum in cistis, in puteis, & in locis secretioribus Imperatoriæ aulæ Antiochiæ sunt reperta, quos ille, res futuras inquirens, clãm mactauit. Sicuti & in oppido Carris. Nam ibi templum ingressus est, foribúsque probè clausis munitis, execranda peregit per incantationes & impostũras magica sacra. Mulier quoque post eius mortem ibi, ita vt in sublime sublata & ex capillis suspensa fuerat, reperta est, quam futurum inuestigans resecuit.

* ἔθορεν.

Siccitas ingens.

Fames. Pestilentia.

Antiochenorum in Maximum philosophum scomma.

Iuliani mors. Calamitates orbis Romani sub Iuliano.

Terræ motus. Diluuium Alexandrinum.

post mortem Iuliani magica eius & necromantia in publicum producta.

Quæ Libanius in funebri oratione Iuliani contra nos scripserit. Est responsum, dicta eius refellens. cap. 36.

DE impij Principis huius morte lugubrem composuit orationem Sophista Libanius, quam Iulianum siue funebrẽ querelã inscripsit, in qua mulras eius laudes recenset: & res quoq; gestas, prout visum est ei, cõmemorat, mentionem quoque librorũ eius faciẽs, quos aduersus Christianos composuit, sacra Euangelia oppugnans, & veluti falsa ea esse refellere tentãs. Vbi etiã, quòd ea ludibriũ nugásque esse ille demõstrauerit, tradit. Quòd si alias illius res Libanius laudare constituisset, silentio ea præteriissem, & ad historiam nostrã continuandã processissem. Quandoquidem autẽ dicendi vi & arte fretus, illum & libros illius laudibus efferens, religionem nostrã acerbè perstringit: iniuriã veritati facerem, nisi ipsum nugatorẽ esse ostẽderem, & ea qua nos attigit parte reprehenderem atque redarguerem. Sed prius pauca quædam quæ in illius oratione sunt exponam, & deinde sententiã meam adiiciam. Quum hyberne, inquit, noctes longiores essent, incumbens eis libris Imperator, qui hominem Palæstinum Deũ & Dei filiũ faciunt, ingenti contentione & vi eos refutauit, religionémque eam risum prorsus & nugas esse declarauit. Qua in re sapiẽtiorem se Tyrio sene præstitit. Sed hoc mihi ignoscat Tyrius iste, & placidè hoc dictum ferat, quòd à filio sit victus. Hæc Sophista ille. Atque ego quidẽ eum virum optimum fuisse sophistam, & ab eloquẽtia plurimùm potuisse, vt oratorem egregium, scio. Quapropter apud omnes etiam cõtestor, illum, nisi in eadẽ cum Iuliano in religione fuisset opinione, plura etiã in illum quàm Christiani dixerint, & quidẽ vt hominem Sophistam, splendi-

Libanij oratio de funere Iuliani.

Falsa in scripsit, refutata esse à Iuliano sacras literas nostras.

Libanij verba.

Iudicium autoris de leuitate & vanitate Libanij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porphyrius & Hecebolius sophistæ.

dus dicturum fuisse: quoniam & in Constantiū E
vivente tum quidem orationes laudatorias com-
posuit, in defuncti autem inuectiuas conscri-
psit. Ac si Porphyrius imperiale sumpsisset dia-
dema, scripta illius longè Iuliani libris, stylo ea
celebrans, vt equidem puto, prætulisset. Si verò
Iulianus artē sophisticam exercuisset, eū ipsum
quoque sophistam non bonum fuisse dixisset:
sicuti de Hecebolio fecit, in eadem de Iuliano
oratione funebri sua. Cæterùm quum ille eiusdē
sententiæ cum Iuliano particeps, amicúsq; eius,
& si addere liber, sophista, quæcunque ei vita
fuit, Iuliano tribuerit: age nos quoque quoad
possumus, cum consutemus. * Incubuisse enim
illum, inquit, libris, longioribus hyemis noctī-
bus. Videtur autem per verbum Incumbēdi, si-
gnificare, studio illi fuisse. Inuectiuas scribere,
sicuti Sophistæ studium collocant in adolescē-
tibus exercendis. Cōsentaneum verò est, libros
istos eum antea nouisse, quibus videlicet in sa-
cro aliquando ministerio vsus fuerit. Et incu-
buit illis studio & contentione diuturniore, sed
eos vi dicendi non redarguit & refellit, vt tu di-
cis: verùm imbecillitate potius ingenij, & defe-
ctu veritatis, vt homo facetus, & * scommatī-
bus libenter ludens, quæ probè fundata sunt,
conuellere & traducere est conatus. Nam qui
cum alio hoc pugnæ genere congreditur, quæ-
dam adulterans atque deprauans, quædā de suo
adiciens, modisque omnibus in re & sententia
quaque veritatem supprimens mentitur & fal-
lit: atque odio & inimicitiis infestus, non facere
solum, sed etiam dicere hostiliter studet: ac quę-
cunque sibi insunt mala, inimico ea suo impo-
nere contendit. Sed enim quòd ambo, Iulianus
inquam, & Porphyrius, quem Tyrium senē vo-
cat, scommatum consectatores fuerint, id ex li-
bris eorum apertè ostendemus. In philosophica
enim, quam ita Porphyrius inscripsit, historia,
mirum est quantopere vitam Philosophorum
coryphæi Socratis cauillando taxet, tot in eum
conflictis sycophantiis, quot neque Anytus, ne-
que Melitus, qui illum, quòd res nouas contra
leges veteres induceret, accusarunt, vnquā ex-
cogitarunt. Atque id quidem in Socratem, quē
propter temperātiam, iusticiam, & reliquas vir-
tutes, nō solum Plato & Xenophon, verumetiā
reliquus philosophorum cœtus præcipuè mira-
tus, vt dius † charum, & supra hominis captum
sapientem, commendarunt, ille fecit. Transgres-
sor verò parrem æmulatus, idē eis fecit, quibus
successit, imperatoribus. a Omnes namque re-
prehēdit, & ne Marco quidem philosopho pe-
percit. Adeò sanè in Constantinum magnum &
Constantium filium eius est inuectus, vt facile
existimare liceat, non aliam ob causam illā scri-
bendi laborē suscepisse, quàm vt istos proscin-
deret: vtpote viros Dei amantes, & qui fortitu-
dine, virtutibus aliis, & vera philosophia laudē
magnam consequuti essent. Verùm ambos hos
conuiciatores fuisse, ampliore probatione mihi
opus nō est. Sufficiunt enim ista, ad certā male-
uolentis illius animi declarationē: & paulo pōst
verbis suis mihi admirandus ille Gregorius suf-
fragabitur, qui naturā & mores Apostatæ opti-
mè depinxit. Porrò quòd etiam ante istos per-
multi doctrinæ nostræ veritatem vi oppugnare

Refutatio verborum Libanij.

** ἐπιβεβυκ.*

φιλοσκώμμων. refutatorum hostilium. πάθος.

Iulianus & Porphyrius. φιλοσκώπτω.

Socratis philosophi accusatores Anytus & Melitus.

Hunc Porphyrius scommatibus prosecutus est.

Iustinus philosophus & martyr christi. socratē & Heraclitū in eodem catalogo sanctorū cum Abraā & alia recēset, tanquam verbi Dei cultores.

a Iulianus in decessores imperatores inuectus.

Etiam ante Porphyrium

aggressi sunt, è diuinis oraculis quedam peruer-
tentes, quædā autem ad sensum suum detorquē
tes, non pauci ostenderunt, qui cū illis cōgressi,
cauillationes eorū cōsutas in publica monu-
menta retulerunt. In primis verò doctissimus
Origenes, qui longo ante Iulianum tēpore fuit,
quæcunque in sacris literis turbas ciere, aut le-
ctores earū perturbare visa sunt, propè distin-
xit: subiectisque contrariis argumentis, & locis
quibusque, ita vt debuit, declaratis, eorum qui
eos malè & imperitè acciperent, nugas lōgas &
sophisticas aggressiones refellit. Indicant hoc,
quæ is ad Galatā Marcellū cōposuit, & quæ ad
* Porphyrium quē diximus luculēter rescripsit,
libellis de rebus eiusmodi editis, quibus pro-
pter copiā verborū veritatis effecit, vt illi quod
contra dicerent, non haberent. Quos libros si
non † ita cursim Iulianus legisset, nunquam ad
cauillationes & blasphemias scribēdas delapsus
esset. Sedenim Iuliano studio fuisse, vt scomma-
tibus & dicacitate vteretur, nō apud eos qui so-
lidā pietatis veritatē & formam tenent, sed sim-
plices & imperitos homines, ex eo satis cōstat.
Vbi enim è scripturis * quæcunque hominum
more prout res ferunt ad captū nostrū, de Deo,
& præcipuè de Christi œconomia, salutisque
nostræ administratione dicta sunt, decerpsit, &
eius generis dicta quædā collegit, deinde hisce
verbis infert: Horū igitur omniū, nisi ratio quę-
piam est, arcanā aliquam, vt ego puto contēpla-
tionē habens, multas libri isti de Deo continent
blasphemias. Hæc quidem in tertio suo contra
Christianos libro refert. In eo autē libro quem
de * Cynicismo inscripsit, quomodo conueniat
sacras fingere fabulas differens, hæc scribit. De
rebus eiusmodi veritatem occultari oportet.
vult enim natura occultari: & quod de Deorū
essentia occultum est, nudis verbis in aures im-
puras coniici non sustinet. Ex quibus verbis sa-
tis apparet, suspicionem eum obtinere, mysticū
quiddam & arcanum sacram tegere scripturam.
Videtur quoque indignari, non eandem secum
omnes opinionē de hac habere. Et in Christia-
nos inuehitur, quod simplicius verba oraculo-
rum accipiant. Minimè verò propter multorū
simplicitatem, illum tanto fastu aduersus sacras
scripturas effecri oportuit: neque odisse eas aut
auersari propterea debuit, quod quas ipse †
perperam intellexerit, nō omnes, sicuti ei visum
esset, accepissent. Verùm idē ei accidisse videtur,
quod patri & magistro eius Porphyrio euenit.
A quibusdā nāque Christianis Cæsareæ verbe-
ratus ille, quòd iniuriā cā non benè ferret, veluti
atra bile percitus, Christianismū quidē abiura-
uit: eorū autem qui plagis illum affecerāt odio,
ad Christū & Christianorū scripturas impiè cō-
uiciis proscindēdas est progressus: quemadmo-
dū Eusebius Pamphili inquit, qui eius aduersus
nos cōpositos libros optimè refutauit. Iulianus
autem per arrogātiam ingērem, propter simpli-
ciores, impetu furioso cōtra Christianos cōcē-
pto, eodē modo ad Porphyrij rabiem declina-
uit. Itaque ambo detestādi: quippe qui prudēres
atque sciētes impietatē complexi sint, & volun-
tarij propterea cōsultóque admissi peccati sup-
pliciū pendant. Enimuerò Libanius, dum, veluti
nos irridens, Palæstinum hominē, inquit, Deum

& Apostatā multi Christiana doctrinam & religionem taxarunt.

Origenes aduersus Marcellum Galatā & Porphyrium Tyrium literas christianas defendit.

** fuit porphyrius condiscipulus Origenis apud Plotinum magistrum, & vsque ad tēpora Probi imperat. vixit.*

† μὴ παρέργως.

** ὅσα τῆς γραφῆς οἷα κωμικὰς ἀνθρωπικῶς ἀλλεπορεῖ τὰ τοιαῦτα.*

† παλαιᾶ enim iterum legendum etiā apud Socrat. lib. 3. cap. 23.

Causa quam porphyrius christum abiurarit, & in christianismum sit ruens.

Contra porphyrium Eusebius Pamphili scripsit.

cur iulianus quoq; à Christo defecerit.

peccatum ad mortem.

Libanius Iulianum deum facit, dæmonē appellans.

Deique

Deique filium faciunt: oblitus esse videtur, quo A
modo in fine eius quæ dicta est orationis, Iulia-
num in numerum Deorū referat: primū Iuliani
obitus nuncium penè lapidibus obruum esse,
veluti is aduersus Deum mentiretur, dicens. Et
paucis interpositis verbis, rursum exclamās: O
dæmonum alumne, dæmonum sectator, dæmo-
num assessor. Et quamuis ille hisce verbis aliud
sentiret, tamen nō vitato cognomine seu æqui-
uoco verbo, idem dicere videtur, quæ & Chri-
stiani ipsi per conuiciū de Iuliano dicūt. Quòd
si Sophista vnum hoc, vt apostatam laudaret,
egit, dictionē certè ambiguā reiicere debuisset.
Quod quidem alibi eum fecisse apparet. Nā de
verbo quodam probrosè reprehēsus, in ratio-
nibus suis id induxit. Verùm enimuerò quomo-
do Christus homo Deus quoque sit: & quod in
eo apparet, homo: quòd autem intelligētia per-B
cipitur, Deus sit: & rursum quomodo idem
homo Deus existat, vtrunque satis clarè diuinæ
ostendunt literæ. atque id Christiani norunt.
Græcæ autem superstitionis cultores priusquā
credāt, quomodo id scire queant? Obstat namq;
illud, quod diuini spiritus oracuio dictum est:
Si non credideritis, non intelligetis. Quin illos
obducta veste, pudore potius affici conuenie-
bat, qui homines multos in deorum numerum
retulerint, atque eos quōsnam quæso? Optandū
sanè esset, iustos eos & temperantes, aut aliter
morum integritate probatos fuisse. Verùm cō-
traria omnia in eis reperiuntur: quippe qui iniu-
stieia, ebrietate, & stupris probrosis vitam tran-
segerint. Declarat hoc Hercules, Dionysius, &
Æsculapius: per quorum numina dum Liba-C
nius continuè in libris suis iurat, non erubescit
tamen. Atqui illorum amores insanos & nuga-
menta alia, si per tempus referre liceret, prolixū
profectò perpetuúmque sanis & prudentibus
viris moueret risum. Sed ad eam rem cuius
quamprimum cognoscēdam sufficerit, Aristo-
telis peplum, Dionysij corona, πολυμύθιον hoc
est multa memorans Regini liber, & poetarum
turba: qui rebus illorum expositis, deliramenta
potius & nugas quàm Theologiam posteris re-
liquérunt. Cæterùm Græcos proclines magis &
promptos esse ad homines Deorum honoribus
cohonestandos, & quidem præter decorum &
rationem omnem, ex iis quę paucis commemo-
rabimus, satis liquebit. Etenim Rhodis, quum
aliquando calamitate graui premerentur, ora-
culum promulgauit, si Atym insanorum sacro-D
rem in Phrygia sacerdotem colerent, fore vt
eruinna sua liberentur. Responsum id tale fuit.

" *Ne in implorate deum. namque alter Adonis,*
" *Alter & est donator opum crinitus Iacchus.*

Oraculum sic habuit, quod Atym Phrigiū,
qui se ipsum præamoris insania euirauit, eisdē
cum Adonide & Baccho honoribus colere iu-
bet. Alexandro autē Macedoni, quum in Asiam
transiret, Pythius dæmon, Amphictyonibus ei
fauentibus, tale edidit oracuium.

" *Supremum celebrate iuuem, celebrate Mineruam,*
" *Et diuum humano latrantem in corpore regem,*
" *Stirpis Alexandrum vt æquum, vt ordine tertium,*
" *Et mores hominum componat legibus æquis.*

Et oracuium quidem istud potentiæ Alexandri

Libri Græcorū nimiam eorum pertinaciam euincentes.

Atys deus.

Euitauit omnes Veneris vagas pueros. Vatt.

Alexander Macedo deus.

Idem non vitauit verbum æquiuocum.

Idololatræ sæpissime etiā homines in deorum numerum retulerunt.

Cleomedes pugil deus.

assentans, Deum illum fecit. Cleomedem verò
pugilem præterire nefas esset, quem diuinis au-
ctum honoribus, tali etiam ornarunt oraculo.

Vltimus heroum Cleomedes Astipaleus.
Iam Deus est sacris illum venerantur, & aris.

Hadrianus deus Antinous deus.

Quod propter respōsum, Diogenes Cynicus
& Oenomaus philosophus oraculum Pythij
Apollinis spreuere. Cyziceni Hadrianum Im-
peratorem tredecimum esse Deum promulga-
runt. Sed & ipse * Hadrianus, amasium suū An-
tinoum in numerum deorum retulit. Hæc sanè
sophistarum præstantissimus Libanius meritò
traducat, ludibriúmque & gerras esse rectè di-
cat: qui quidem, si quisquam alius, & ipse ora-
cula deorum & μονόβιβλον hoc est vnicum illū
librum † quem Alexandrini de Alexandri vita
cōscripserunt, maximè nouit. Atque illum etiā,
supra eos quos diximus, b Porphyrium Deum
facere non pudet. Propitius enim, inquit, sit se-
nex Tyrius: quòd videlicet Imperatoris scripta
illius libris præferat. Hæc sic per digressionem
retuli, propter Libanij Sophistæ contumelias,
quas in nostram euomuit religionem. Qui &
ipse postea dicitur diuini Basilij consuetudine
adductus, superstitioni suæ nuncium remisisse,
& Christianus factus esse.

* *Quid loquor Antinoum, cœlesti sede locatum?*
Illum delicias nunc dini principis, illum
purpureo in gremio Spoliatum forte virili,
Adrianique dei Ganymedem, non cyathos piis
Porgere, sed medio recubantem cum ioue fulcro,
Nectaris Ambrosij sacrum potare lyæum,
cùmque suis templis vota exaudire marito?
Prudent. lib. 1. contra Symmachum.

Hadrianus Antinoi deum condiscipuli sui vecordia.

Gregorius Nazianzenus de Iuliani ex secunda Gregorij Theologi in Iulianum inuectiua, de ingenio, moribus, gestu corporis, morte & sepultura Iuliani. Cap. 37.

VTrum quali morum consuetudine & cor-
poris statu Iulianus fuerit, quomodo vitā
finierit, & seipsum Deū facere voluerit, non lo-
cupletiorem adducere testem possum, quam
magnum illum in Theologia Gregorium, qui
cum illo vixit, easdémque scholas frequentauit,
& res eius melius quàm alius quispiam per-
spectas habuit, easdémque pro eo atque par
fuit, risit, atque in Inuectiuis suis traduxit:
Igitur in Inuectiua secunda contra Iulianum. &
Græcæ religionis sectatores, de eo hæc refert.
Atque hæc quidem aliis experientia & potētia
potestatem adepta exhibuit: mihi verò quodā-
modo longius antea sunt cognita, ex quo tēpo-
re Athenis cū homine fui. Venit namq; eò quo-
que non ita multo pōst, quam frater eius nouas
fuerat cōtra Imperatorē res molitus, culpā eam
à se amoliens. Et duplicem præ se profectionis
Atticæ tulit causam: alteram quidem honestio-
rem, vt Græciæ res cognosceret & scholas Ar-
ticas videret: alteram autem occultiorē, & pau-
cis notam, vt sacrificulis ibi & seductoribus
de rebus eis quibus maximè studebat, daret
operam, impietate tanta nondum apertam ob-
tinente libertatem. Tum igitur non malum
me, viro eo cognoscendo, coniectorem esse
memini. Et quamuis non vnus ex eis essem, qui
in tali arte sunt egregij, tamen me vatem effecit

morum eius inæquabilitas, & stupor maximus: E viscerum suorum non perspexerit. Cæterùm illud quoque hominis sæcum minimè prætereũdum videtur, quòd inter alia multa maximum daemoniacæ ipsius mentis est indicium. Iacebat in fluminis littore, grauiter ex vulnere laborãs, & quod multos antè se gloriam esse consecutos sciret, ita vt plus quàm homines atque adeò Dij esse crediti sint, propterea quòd arte quapiam ex hominum numero sublati fuerint: eiusce modi & ipse laudis atque opinionis amore captus, simul qi ŏd eum huiuscemodi mortis genetis & turpitudinis, in quam per inconsultam temeritatem inciderat, puderet: quid rogo molitur, & quid agit? † neque enim cum vita etiam improbitas extinguitur. Coniicere se in amnem conatur: in cœpto tam arcano fidis quibusdam adiutoribus, & perinde atque in re quapiam diuina, sacerdotibus vsus. Et nisi ex Imperialibus eunuchis quidã consilio eo deprehẽso, aliisque propter flagitij odium communicato, impetum talẽ prohibuisset, extitisset ex ea clade apud Imperitos homines nouus Deus. Et quæ deinde sequuntur. Mortuum cum a mimi & homines ridiculi, cum omni scenica fœditate duxerunt, funúsque eius prosequuti sunt, tibiis canẽtes, & saltãtes, religionisque abiurationem, belli cladem, & mortem ipsam, probrosè ei obiicientes. Quid enim mali passus non est? quid verò non audiuit earum rerum, quas genus id hominum iuueniliter audet? quod iniuriã pro arte habet: donec eum Tarsensis vrbs excepit, nescio quomodo, aut quam ob causam ad contumeliã talem condemnata. b Ibi ille tumulum habet inhonoratum, & sepulchrum execrãdum maximè & despuendum, neque pij alicuius oculis conspiciendum. Et sicuti ego quidem de quopiam audiui, ne sepulchrum quidem eum recepit: verũm quę eius causa commota est terra, cadauer eius excussit atque eiecit, vt hoc sit futurorum suppliciorum quasi quoddam præludium. Et quidem sic qui imperauerit, sic bellum gesserit, hic quoque turpiter vitam finiuit.

Θεσμὸς ἐστὶ μὰν τᾶς ἀρίστος ἔπης εἰκαδεῖν καλῶς.

εἰρωσύνᾳ σχήματι μοι κατὰ χλαῖναν τὸ αὐτὸ φορεῖν τὸν λεγόμενον.

Iuliani nihil in terris prodigiosius, aut monstrosius.

Opiniones variæ de Iuliani cæde.

Ridetur Iuliani haruspicina.

De imperio Iouiniani imperatoris Iouiniani in Persida. cap. 38.

POstridie autẽ & milites & exercitus duces Iouinianum imperatorem renunciant, virũ quùm rebus aliis, tũ vera pietate illustrẽ, prorsúsq; forma & statura corporis imperio dignũ. Qui tribunus antea fuerat, quũ Iulianus optionem militibus offerret, vt vel Diis sacrificarent, vel cingulum militiæ & dignitatis deponerent. Atque ille alterum hoc facere maluit, quàm impiæ iussioni parêre. Iulianus porrò necessitate † quod tantopere vrgebat belli adductus, secũ hunc, vt ducem optimum, cum aliis in Persidẽ duxit. Tum autẽ in hostili regione, vt aliis præstãtior, Imperator lectus, dignitatẽ eam reiecit, & insignia Imperatoria nõ recepit: a non posse se dicens, qui Christianus sit, imperare viris, qui Græcissare, superstitionésque sectari didicissent, donec vna omnes voce Christianos se esse sunt professi. Cæterùm in errore medio & rerũ omnium turba à Iuliano relictus, quòd exercitus priore Imperio consternatus esset, rerúmq; necessariarum inopia premeretur, necessitatẽ sibi impositam esse cognouit, vt bellũ pacificatione transige-

Οὐδ' ἐγέρασε τὸ βίω συμμαχίσχεται πομπία.

Iuliani culpa, non Iouiniani, pernicies ob Persis de bello est transfactum.

Iouinianus Christianos in integrum restituit.

Constitutio Iouiniani, qua matrimonia sacratissimarum virginũ prohibentur. l. si quis. C. de epis. et cler.

Christianismus restauratur.

Idolomaniæ fumus.

Episcopi exules reuocãtur.

Iouinianus Christianis restituit.

† *constitutione publicè proposita, Iouinianus restituit ecclesiis annonam iussit Verum quòd fames grauior propter Iuliani impietatem tum grassaretur, & frumentũ ægrè penderetur, τριτημόριον, hoc est tertiã eius partẽ clero exhiberi curauit. Quamprimum autem fames sæuire desisset, integrum se frumenti numerum eis præbiturum est pollicitus. Theodoritus lib. 4. cap. 4.*

Vt Iouiniano etiam Macedoniani Antiochiæ libellum supplicem obtulerint, & vt synodus ibidem Nicenã fidem approbarit, confessionémque suam scriptam ad imperatorem miserit. cap. 40.

PAulo deinde post ecclesiarum præsides quæstiones de dogmatibus rursus mouerunt. Nam sub Iuliani Imperio, quòd fides omnino periclitata esset quieti omnes esse perseuerauerant: communiter precibus Deum, vt religionem à tanta liberaret tyrannide, implorãtes. Ita enim quodammodo natura hominum fert, vt inter se quierem, aliunde eis discrimine imminente, ciues agitent: at si pacem cum exteris habeant, seditiones domi concitent. Sedenim ecclesiarum antistites, quòd Principis pietatem nossent, præoccupandum sibi eum esse studio magno putabant. Et pro se quisque omnes, Imperatorem ad factionis suæ fidem accessurum, proindéque se illius autoritate maiorem libertatem contra eos qui sibi aduersari viderentur habituros esse credebant. At ille iam inde ab initio τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis professioni addictus fuerat, & id tum manifestè præ se tulit. Primi omnium affuere Macedoniani, qui quidem hæresim eorum qui ἀνόμοιοι, hoc est inæquales dicebantur, reiiciebant, & τὸ ὁμοιούσιον æqui substãtiale pro τῷ ὁμοουσίῳ cõsubstantiali recipiebant. Et libellum ij Imperatori obtulerunt, in quo Deo gratias de Imperio eius agebant: ac deinceps perebãt, vt eis qui inequalitatem asserebant ex ecclesiis expulsis, ipsis illæ gubernandæ cõmitterentur. Præterea vt vel ea quæ Arimini & Seleuciæ statura fuerant, firma manerent: & quę à nonnullis per vim contra ea acta erant, irrita essent: vel priore schismate atq; dissidio durante, episcopis omnibus quocunq; vellẽt loco cõuenire licerent. In quo * cõuentu ne quis profanus adesset: neue finẽ suũ cõsequerentur, si quis seorsim quidquã egisset, aut fallere instituisset, sicuti sub Cõstantio factũ esse, rogarunt. Illud quoque significarunt se citra Principis voluntatem, in aulam & comitatum Imperialem, ne molesti esse viderentur, non venturos. Sin id eis permitteretur, perlibenter id facturos esse sumptibus & iumentis propriis ostenderunt. Qui verò Principi ita supplicarunt, fuere, Basilius Ancyranus, Syluanus Tarsensis, Sophronius Pompeiopolitanus, † Paucinicus Zelenus, Leontius Comanenus Callicrates Claudiopolitanus, Theophilus Castabalenus, & alij. Imperator libello supplici acceepto, responsum eis non dedit, sed illud tantum dixit † Ego contentionis studium odi concordiæ autẽ affectatores vnicè amplector & amo. Quod dictum vbi ad aliorum quoque aures peruenit, intentionem contentionis laxauit, & vt Imperatoris consilium succederet, effecit. Altercationis namque studium, eorum qui Acacij autoritatẽ sequebantur, & semper opiniones suas

Quæstiones de fide iterãtur.

Factiones Christianorũ imperatorem ad partes quæque suas pertrahere nititur.

Macedoniani Iouiniano supplicant.

* μηδενὸς ἀλλοτρίου παρόντος. *Supplicantiũ nomina.*

zela & comana oppida cappadociæ plin. præclarissimum Iouinianæ verbum. socrates habet Paßinicum.

† ἐγὼ ἔφη, φιλονεικίαν μισῶ, τοὺς δὲ τῆς ὁμονοίας προθύμους ἀγαπῶ καὶ τιμῶ.

** Apud Socrat. est, Iulianum equo insidentẽ, & quidem propter rerum secundarum spem & fiduciam inermem quum circumi militares copias obequitaret, eas ad fortitudinẽ cohortando, ex improuiso hasta percussum esse, qua brachium & latus eius perfoderit.*

Gregorij Nazianzeni hæc verba sunt. Theodoritus Triennales inducias pactas esse scribit.

† μηδ' ἐτῶν φόρους, τὸ τῆς λεγομένης ὑπαλείφεσθαι.

transigeret. † Quapropter loca quędam imperij Romani, Syriam scilicet, & quæ in Mesopotamia est Nisibim, ex pactis conuentis, Persis concessit, & bellum id soluit. Quod quidem è dignitate Imperij ille, necessariò tamen fecit, vt qui nõ Imperij, sed cladis successor esset. Ac nisi hoc fecisset, & nisi Persæ moderatè se gerentes & prosperũ rerum successum certo fine claudẽtes, aut aliud quippiam metuentes, conditiones pacis tã humanas & inopinatas proposuissent, nihil profectò obstitisset, quin ex eo bello † ne nuncius quidẽ, quod dicitur, cladis incolumis euasisset. Quare necessitate adactus vt neruos suos Romano Imperio conseruaret, conditionibus turpibus atque indignis cũ hostibus decidit: temeritate magis proximi Imperatoris, quàm sua aut militum suorum timiditate. Me quidẽ iudice perimiquus fuerit, qui illo relicto, culpã eius pacificationis in hunc conferat. Seges enim fatoris potius quã messoris est & incendium non eius qui id extinguere possit, sed qui id semel excitarit, esse creditur: quódque apud Herodotum est, Calceum quidem istum consuit Histiæus, induit autem Aristagoras.

Vt Iouinianus episcopis exultantibus exilium remiserit, & vt statæ Christianorum sacra in ecclesiis honorificè restituerit, & idolorum cultum abolenerit. Cap. 39.

IMperator Iouinianus experientia edoctus, diuina vindicta Iulianũ grauibus malis afflictum esse, ad omnes vbique præfectos scripsit, vt cunctos liberè rem diuinam facere conuent* cogere. & Deum ex animo colere paterentur: & vt vna in imperio Romano obseruaretur fides & religio Christianorũ videlicet. Iuráque pristina ecclesiis reddidit. Et quæcunque clero, viduis & virginibus dudum à Constantino & filiis eius, diuini † cultus augendi gratia concessa, legibúsque firmata, à Iuliano autem propter summum eius in fidem nostram odiũ, pessimo consilio adempta & accisa fuerant, priuilegia & beneficia restituit. Ad præfectũ prætorio quoque generalem dedit constitutionem, vt deinceps capitaliter in eum animaduerteretur, qui sacram virginem non dicam rapere, sed attentare tantummodo, iungendi matrimonij causa aut oculos impudicos ei adiicere auderet. Eámque legem vt promulgaret, adductus est, quòd homines quidam improbi atque impudici, scelestas atque incestas huiusmodi nuptias, vel vi allata, vel persuasione adhibita, virginibus corruptis, contraxerant: sub Iuliani imperio impotenti consuetudine & fœda libidine flagitia talia audere permittente, & religione tum nostra periclitante. Itaque ecclesiæ Dei rursum sunt apertæ Græcorum autem templa clausa, & ipsi dij terræ cauernas & recessus subiere. Et qui ad id vsque tempus vilibus lacernis vsi fuerant, ad communẽ rediere vestitum. Quæ publicè fieri consueuerant libationes & sanguinarię contaminationes, quibus sub Iuliano ad satietatẽ abusi erant, finem suum habuere. Quicumque autem episcopi ab Iuliano reuocati ab exilio non erant, tum reducti, domum quisque suam rediit.

Constitutio Iouiniani, qua matrimonia sacratissimarum virginũ prohibentur. l. si quis. C. de epis. et cler.

Christianismus restauratur.

Idolomaniæ fumus.

Episcopi exules reuocãtur.

ad principum arbitriũ apertè accõmodabant, deprehensum est. Nã quum Meletiũ Antiochiæ episcopũ apud Imperatorẽ, qui tum ibi erat, in magno precio esse viderent, cũ eo collocuti, vt rursum Antiochiæ Synodus celebraretur effecere. Meletius autem is fuit, qui paulo antè ab eis seiũctus, ad τὸ ὁμοούσιον cõsubstantialis professionem accesserat. Itaque cõcilio Antiochiæ Syrorum coacta, Nicænam fidem, vt scilicet citra controuersiam ὁμοούσιος, Consubstantialis patri filius diceretur, stabiliunt atque confirmant. In ea Synodo fuere diuus, quem diximus, Meletius Antiochenus antistes: Eusebius Samosatenus, Pelagius Laodiceæ Syrorum: Acacius Cæsareę Palestinæ, Irenion, Gazæ Athanasius Ancyræ, per Orphitum & Aetium presbyteros, Titus Bostrensis, atque alij plures * episcopi, viri insignes. Ea reacta, ad Imperatorẽ quoque quæ decreuerant ad hunc modum scripsere. Piissimo, Deique amantissimo Domino nostro Iouiniano, Victori, Augusto, quæ Antiochiæ episcoporũ ex diuersis prouinciis conuenit Synodus. Quòd pietas tua, Princeps, Ecclesiasticam pacem & concordiam conciliare studuerit, & ipsi probè nouimus, Dei amantissime Imperator. Quòd verò & caput eiuscemodi vnionis & signum veræ & rectæ fidei eadem bene perceperit, & id quoque, non ignoramus. Quapropter, ne & nos inter eos recenseamur, qui dogmata veritatis adulterando deprauant, ad pietatem tuam referimus, nos dudum celebratæ sanctæ Nicenæ Synodi fidei professionem recipere atque tenere. Et quod in ea quibusdam peregrinũ & insolens videtur esse verbum ὁμοούσιον consubstantiale, id nos, certam à patribus accepisse dicimus interpretationẽ. Significat id enim ex substantia patris filiũ esse genitũ, & æqualem esse substantia filium patri. Neque enim quasi perpessio quæpiã, ineffabili generatione intelligitur: neque iuxta vsum aut cõsuetudinem aliquem Græcorũ, substantiæ verbum accipitur. Sed ad Arium, qui non existentibus nobis filium impiè producere ausus est, euertendum, id vsurpatur. Quemadmodum & nunc qui exorti sunt ἀνόμοιοι, hoc est inæquales, grauiore adhuc audacia & temeritate ad ecclesiasticam concordiam pessundandam, impudenter feruntur. Relationi autem huic nostræ etiam subiunximus exemplum ipsius Nicænæ fidei, ab ipsis qui eam promulgarunt episcopis editę: quam sanè & complectimur. Est autem talis. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem: & reliqua ipsius formulæ, sine mutatione omni, ita vt conuenit allegat. Atque episcopi quidẽ qui Antiochię conuenerant, hæc decreuerunt, difertis verbis Nicęnam fidem cõfirmantes.

Synodus Antiochena, in qua Nicænum symbolũ stabilitur.

** xxvm nomina apud Socrat. lib. 3. cap. 25.*

Synodi eius ad Imperatorem scriptiõ.

Significatio verbi cõsubstantialis.

De sancto Athanasio, vt ab exilio reuocatus in magno honore apud Iouinianum fuerit, & res ecclesiarũ Ægyptiarum denuò cum potestate administrarit. Cap. 41.

Athanasius cum Iouiniano Antiochiæ fuit.

TVm verò & Athanasius cleri Alexandrini Episcopus, de amicorum concilio Antiochiam profectus cum imperatore fuit: atque ibi rebus quas oportuit ei suggestis, Alexandriam rediit. Sunt autẽ qui dicunt, ab Imperatore potius eum euocatum esse, vt illi quæ de religione agenda essent, exponeret. Et quum ibi res ecclesiæ constituisset, & certa apud Imperatorem fidei fundamenta iecisset, domum reuertisse. Qui autem Antiochię Arianorum hęresi præfuit Euzoius, vt opinionis suę ex Eunuchis quidam nomine Probatius ecclesiæ Alexandrinæ præficeretur, maximo studio contendit. Atque eam ob causam Euzoij suasu Alexandrinus quidam Lucius presbyter à Georgio creatus, apud Imperatorem Athanasium vehementer criminando detulit, quòd temporibus superioribus in episcopatu suo semper reus actus, & à prioribus Imperatoribus exilio vt seditionis & discordiæ autor mulctatus fuerit, & proinde alium Alexandrinis episcopum dari periit. Iouinianus autem, quem non latebat Arianos hostili planè in illum esse animo, criminibus eis minimè motus, Luciũ quietum esse, Probatium autem & reliquos eius Eunuchos, veluti turbæ talis autores, modestius gerere iussit. Athanasium porrò quum sibi temporis eius consuetudine amicissimũ fecisset, in Aegyptum remisit, ecclesiásque ei & populũ ibi arbitrio suo instituendum commisit. Porrò plurimum is virũ eum laudasse dicitur, propter virtutem, & vitę innocentiam, orationis etiam festiuę venustatem, prudentia quadam admiranda temperatam: & propter ea quæ is de religione nostra ritè decreta, inscripta retulit.

Euzoius laborat, vt Probatius Eunuchus Alexandrinus erectur episcopus.

Athanasius apud Imperatorem accusatur.

Accusatores nihil agunt.

De Synodo Alexandrina, cuius decretum magnus Athanasius ad imperatorem misit: & vt professa fides Nicæna multo iam tempore exagitata, in pristinum statum sit restituta. cap. 42.

SEdenim Athanasius Alexandriam eũ eo, quo par erat, honore reuersus, quod ei Imperator significauerat, vt ad se certâ irreprehẽsibilis fidei formulâ mitteret, Synodo prouinciali coacta, & spectatissimis quibusq; episcopis ad se euocatis, Principi, vt Nicænâ fidẽ inuiolatâ atq; integrâ, quæ scilicet Euangelicis dogmatibus conueniat seruaret, rescripsit. Verùm nihil obstat, quin vtilitatis eorũ gratia qui ista legent, epistolam eius de verbo ad verbum hic apponam. Ea sic habet. Piissimo & humanissimo Victori Augusto Iouiniano, Athanasius & reliqui episcopi, qui nomine omnium Ægypti & Thebaidis & Lybię conuenerunt episcoporum. Admodum, Dei amantem Imperatorem, dicendi studium, cæleſtiúmq; rerum desiderium decet. Sic nanque cùm cor in manu Dei habebis, tum imperium in pace multorum curriculis annorũ administrabis. Quum igitur cognoscere à nobis pietas tua catholicæ ecclesiæ fidem velit, gratiis Deo de tali animo tuo actis, visum nobis est præ omnibus aliis, pietati tuæ à patribus Nicææ promulgatam fidem in memoriã redigere. Quanonnulli proculcata, nobis quidẽ illi varias moliti sunt insidias, quod hæresim Arianam sequi noluerimus: authores autem sectarum & dissidiorũ ecclesiæ vniuersali extitere. Ipsa sanè vera & pia in Dominum nostrum Iesum Christum fides, aperta est & manifesta omnibus, ex diuinis scripturis cognita atq; collecta. In qua sancti homines perfectionem consecuti atque consummati, egregiè martyrio sunt defuncti: & nunc corporum vinculis soluti, in Domino conquiescunt. Et permãsisset illa incorrupta

Athanasij de coepiscoporũ fuorum sententia ad eandem fidem, de sinceriore fidei professione, scriptum.

incorrupta, nisi quorundã hæreticorum improbitas immutare ea atque deprauare fuisset ausa. Arius siquidem, & populares eius, corrumpere illam, & impietatem aduersus eam *subintroducere conati sunt: filium Dei ex non existentibus, & creaturam facturámque, & mutationi obnoxium esse dicentes. Ac multos profectò per hæc seduxerunt, adeò vt etiam qui viderentur esse aliquid, in illorũ abrepti sint blasphemiam. Sed enim sancti patres maturè illis obuiam euntes, sicuti diximus, concilio Niceæ coacto, Arianam quidem hæresim anathemate confoderunt, catholicæ autem & vniuersalis ecclesiæ fidei professionem in scriptum retulerunt: vt ea ipsa vbique deprędicata, subortæ extingueretur hæresis. Et lecta illa est atque celebrata in ecclesia omni. Cæterùm quũ renouare Arianam hęresim nunc quoque volentes, nonnulli quidem à patribus Niceæ promulgatam fidem abrogare audeant, quidam autem præ se quidem obtentu quodam ferant professionẽ eius, re ipsa verò eam negent, perperam τὸ ὁμοούσιον consubstantiale interpretantes, qui blasphemia etiam Spiritum sanctum expetunt, eo quòd creaturam eum per filium factam & conditam esse dicunt: necessariò ad pietatem tuã, eam ipsam Nicenã fidei professionem detrimento eo quod ex huiusmodi blasphemia multi populi capiunt, perpenso, mittẽdã esse duximus, vt pietas tua quàm accuratè ea scripta sit, cognoscat, & quantum à veritate aberrent, qui præter hanc aliud docẽt, videat. Illud sciro Christianissime Auguste, à seculo hanc esse prædicatam fidem. Et hanc ipsam professos esse, qui Niceæ conuenere patres. Atque etiamnũ suffragiis suis eam comprobare omnes quæ passim sunt ecclesias, in Hispania, & Britania, & Gallia, & *Germania, & Italia omni & Campania, & Dalmatia, Mysia, Macedonia, & cuncta Græcia, in Aphrica tota, in Sardinia, Cypro, Creta, Păphylia, Lycia, Isauria, in Ægypto omni, Libya, Pŏto, & Cappadocia, atque hisce vicinis terris. Ipsas quoque Orientis ecclesias, paucis exceptis quæ cum Arianis sentiunt. Omnium enim earũ quas recensuimus comperta nobis est sententia, quòd ab eis epistolas habeamus. Et scimus, Dei amantissimè Auguste, quamuis pauci quidam fidei isti aduersentur, nihil tamen eos præiudicij afferre posse orbi vniuerso. Atque illi longo iam tempore ab Ariana infecti lue, contentione etiã maiore nunc veræ resistunt pietati. Et vt pietas tua

Arij hæresis.

Macedonianorum hæresis.

* *Germaniam nostram inter alias Europæ regiones Catholicam orthodoxámque in christum Iesum, non ita lõgo post assentionem eius tempore, integrè coluisse fidem, illustre est apud Irenæum lib. 2. contra hæreses testimonium, sta scribentem: Nam etsi in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis vna & eadem est, & neque hæ quæ in Germania fundatæ sunt ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ quæ in Hiberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in mediis mundi sunt constitutæ. Sed sicut sol creatura Dei in vniuerso mundo vnus & idem est, sic lumen, & prædicatio veritatis, vbique lucet & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire.*

Symbolum Nicænum

Anathema in Arianos.

Christianæ iuuiani Imperatoris virtutes.

Themistius Iouiniani laudator. consularis eius orator.

præclarè adulatorum naturam notauit Themistius.

cognitam, attamẽ sicuti ea à trecentis decẽ & octo episcopis est promulgata, subiũgere literis hisce voluimus. Est autem talis. Credimus in vnũ Deũ patrem omnipotentem, omnium visibilium, & inuisibiliũ factorem. Et in vnum Dominũ Iesum Christum filium Dei, genitum ex patre, vnigenitum, hoc est ex substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quæq; in cœlis sunt, quæque in terris. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit: & incarnatus homo factus, & passus est: & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, vẽturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, fuisse aliquando quum non fuerit, & quòd ex non existentibus factus sit, aut ex alia substistentia vel substantia, aut quòd creatus vel mutabilis vel alterabilis sit, anathemate ferit sancta catholica & Apostolica ecclesia. In hac fide, Dei amantissime Auguste, vt diuina & Apostolica, necessariò, acquiescendũ. Neque ea à quopiã mouenda, aut mutanda venit, persuasionis aut contentionis verbis vllis. Id quod Ariomanitæ primùm fecerunt, ex nõ existentibus filium Dei esse, & fuisse aliquando quum non fuit, & cõditum creatúmque atque adeò mutationi obnoxium esse dicentes. Quam ob causam etiã, sicuti Cantea dixim*, Synodus Nicæna anathemati subiecit hęresim eam, verámq; fidem promulgauit. Non enim simpliciter patres illi æqualem patri filium dixerunt, ne simpliciter Deo æqualis, sed ex Deo Deus verus esse crederetur. Sed & ὁμοούσιος consubstantialem adiecerunt, quòd id proprium sit germani, verique ex vero & natiuo patre filij. Non etiam illi Spiritum sanctum alienarunt à patre & filio: sed potius eum cum patre & filio conglorificarunt, in vna sanctæ Trinitatis fide, propterea quòd vna etiam sit in ea ipsa sancta Trinitate diuinitas. Hisce literis Imperator lectis, solidè est confirmatus: & quam de rebus diuinis obtinuit affectionem & sententiã, apertè statim declarauit. Qui enim Consubstantiale professi sunt, eos obseruauit, & liberaliter munerarus est. Illud quoque is propositũ habuit consilium, vt persuasione potius quàm vi, inter dissidentes contentionis dirimeret studiũ: nec cuipiam, qualemcunq; tandem consectaretur fidẽ, molestiam tacesseret, neque quicquam ad charitatem summam faceret reliqui. Eis verò qui ad concordiam & vnanimitatem ecclesiã reducere studerent, maximum exhiberet honorem. Id illũ fecisse, de eo non solum Christiani, verumetiam qui apud Græcos celebris habetur, Themistius philosophus testatur, in oratione ad eũ scripta, quam Consularem nominauit. Virtutibus enim eius commemoratis, diuinisq; additis laudibus, eo illum nomine potissimũ effert, quòd vnicuique quam vellet, religionẽ sequi permisit. Qua re illum impotentem adulatorũ assentationem fregisse dicit: quos perquàm facerè & luculenter irridens, ex moribus eorum deprehendi ait, purpuram ipsos magis quàm Deum colere: neque aliqua re ab Euripo differre, nunc huc nunc illuc, atque in contrarium adeò momentum refluente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt imperator Iouinianus in Dadastanis cũ magna plerum omnium tactura, vitam finierit. cap. 45.

AD hunc modum Iouinianus audaciam eorũ qui tum nugamentis suis turbare ecclesiam constituerant, compescuit. Et Nicæna fides longo, quod interuenit, tempore oppugnata, sub imperio eius ad pristinam rediit gloriam & professionem. Verum successus is, ne ea ad similem rursus recideret turbam & cõfusionem, minimè futurus erat diuturnus. Non enim eis rebus, quę ecclesiæ sub Constantio accidêre solis, magni illi* patris Antonij diuinatio ad exitum suũ peruenit: sed reliquum adhuc ad improbitatem explendam aliquid fuit, quemadmodum id postea erumnæ sub Valentis Imperio toleratæ ostenderunt. Priusquam enim sub Constantio Ariani ecclesias regendis primas obtinerent, in somnis videre sibi visus est admirandus ille & magnus Antonius, mulos cũ impetu in sanctius sacrariũ inferri, atque ibi salientes calcibúsque se petentes, sacram euertere mensam. Quum autem euigilasset, somnium id retulit & expossuit: futurum scilicet, vt adulterinorum monstrosorúmque dogmatum confusio Ecclesiam Dei occuparet, & alienæ doctrinæ assertorum insultus sacram pessundaret mensam. Porrò non vanam fuisse, aut mendacem visionem, simul & interpretationis eius prędictionem, quæ deinde subsecuta, & postea etiam imperante Valente acta sunt, satis declararunt. De his satis. Imperator autem Iouinianus celeritate magna Antiochia discedens, Constãtinopolim contendebat, & Tarsum quum venisset, Iuliani ibi corpus, iussus funeralibus peractis, sepeliit: non consultò, sed casu potius quodam & errore, cadauere eius ex aduerso tumulo ei qui Maximini continebat ossa, ita condito, vt via publica vtrunque sepulchrũ dirimeret. Ibi verò Consul quoque renunciatus, Constantinopolim proficiscens, ad Bosporum venit, in locum cui Dadastana nomen est, Galatiæ & Bithyniæ limitem. Vbi Senatus ei occurrit, & quem diximus, Themistius consularem de eo editam orationem recitauit: quam postea in vrbe Constantinopolitana etiam magna cum libertate publicauit. Frigus autem ingẽs mualuit: & Imperator in diuersorio quodam auidius copiosiore sumpto cibo, in cubiculo, quod nuper admodum calce erat incrustatum, se confestim ad somnum capiendum composuit. Et quòd ex igne largius accenso tepor humorem ex parietibus recens dealbatis eliceret, atque is sensim se per nares insinuans, meatus per quos accipitur & redditur spiritus, obturaret, strangulationem Imperatori attulit: vnde mors est cõsecuta. Circiter octo menses in Imperio trãsegit vir bonus & honestus: sub quo & ecclesiasticæ & publicę res prosperos habituræ fuerãt successus, nisi per aduersam prorsus fortunã, repentina mors, quæ illum oppressit tantum bonum Romanorum Imperio inuidisset. Obiit autem suo & Varroniani filij, quem Illustrissimum Ancyræ in Galatia renunciauerat, consulatu decimo septimo mensis Februarij die, ætatis anno trigesimo tertio. Porrò decimus iste historiarum liber triennij tempus complectitur: quum quidem à Mundo condito † quinquies millesimus octingentesimus septuagesimus quintus, à Domini autem natiuitate trecentesimus & septuagesimus agetur annus.

Magnus Antonius monachus in somnis per visionẽ ecclesiasticos tumultus, tũ sub Constantio & Valente accidentes, præuidit.

Iulianus Tarsi sepelitur.

Iouiniani mors.

Huius libri anni.

† secundum recentiores, 4345.

DE IVLIANI MORTE oraculum.

Atque vbi Romanis versas deuteceris armis,
Vsque Seleuceam bello progressus ad vrbem
Cæleste tum te sublatum turbine currus
Excher ignituemus, magnóque reponet Olympo,
Defunctum curis hominum, duróque labore:
Et patriam ætheriæ lucis remeabis ad aulam,
Vnde caduca hominis progressus membra petisti.

Quum idem Iulianus ad Ctesiphontem esset, responsum tale à diis suis recepit.

Iupiter inuisam diuis cælestibus omnem
Olim terrigenũm concidit fulmine stirpem,
Ore deum referens Romanorum inuperator
Iulianus, versis pugnacibus intulit arma:
Et nunc illorum terras & mœnia longa,
Atque alios ferro populos deuastat, & igne.
Ille etiam vestrum, per Martia prælia gentem
Sæpius Almanam victor vestrauit in aris.

DE IOVINIANO.

Varroniano hic patre, in agro Singidonensi Pannoniæ genitus est. Imperator renunciatus, Græcæ superstitionis cultoribus parum gratus fuit: à quibus Antiochię scommatibus multis & conuiciis est affectus. Inuidiã ei Persica pax conciliauit: quæ mox ea re quoq; est adaucta, quòd à coniuge instigatus, templum ibi quod Hadrianus in honorem Patris Traiani tanquã Dei magnificentissimè extruxit, & Iulianus postea in Bibliothecã redegit, vnà cum libris omnibus cremari iusserit. Itaque in eum passim famosi libelli vel ad parietes affixi, vel in via sparsi sunt: versibus Homericis, quibus Paridis ignauia & Thersitæ turpitudo traducitur, per parodiam in illum detortis. Quales fuere:

Venisti ex bello, quo te periisse decebat. Item: Degener, exultor formæ, sectator amorum. &c. Item: Quod nisi detracta tunicáque, togáque, pudendas insuper & partes quæ cingit veste, prehensum, ei casum plagis ad sæuas misere perfer, &c.

Anus etiam quædam proceritate eum & forma conspicuum esse cernens, quum dementem esse audiuisset, Quàm corpulẽta (inquit) est stultitia. Ex plebe præterea quidam in Hippodromo dicacitate eum perstrinxit, & risum ingentẽ omnibus mouit. Inanem enim & frigidã proceritatem eius esse dixit.

ECCLESIASTICÆ HISTORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS VNDECIMVS.

De vita & moribus imperatoris Valentiniani, & de fratre eius Valente.

CAPVT I.

Fl. Valer. Valentinianus Pannonius imperator Rom. fecit.

ITA quidem A martyrij honorem, quod pro religione Valentinianus subiturus fuerat, inuidit. Nam eam ob causam aliis quoque Christianis pepercit, quod eos ex periculis huiusmodi laudem & gloriam consequi animaduerteret. Vbi autẽ Iouinianus ad imperium peruenit, ab exilio est reuocatus. Porrò Iouiniano defuncto, Nicæ totius exercitus, & eorũ maximè qui primarias gerebãt dignitates, in primis autẽ Datij Patricij, qui ex Galatia ad eum literas dederat, secundi præfecti, Arinthei ducis, & Glaiphi, qui domesticis præfuit, concilio & voluntate imperator est electus. *d* Et quũ imperatoris sumptis insignibus, in clypeo, militari more, circumferretur, exercitus eũ, *e* vt Pannonij hunc sibi imperij socium asciscerent, rogauit. Atq; ille manu eis, vt silerent, innuens, graui & imperiali sententia, Vestrũ quidem, inquit, fuit, vt priuatũ me ad imperialem extolleretis dignitatẽ: res autem administrare, non iam vestri, sed Principis ipsius arbitrij esse, vos ipsi quoq; dixeritis. Itaque vos deinceps imperata facere, & quietos esse: me autem, quid facto opus sit curare decet. Actum quidem militibus non cessit: postquam verò Constãtinopolim venit, trigesimo à suscepto imperio die, sociã sibi imperij fratrem Valentem adiunxit. Et prouincias Orientales, & quasdã etiam Occidẽtales ad Illyricũ vsque fratri concessit: reliquas ad Occidentalem Oceanũ pertinentes, & continentem ex aduerso omnẽ, vsque ad extremos Libyes, sibi attribuit, *f* vt toti imperaret Occidenti. Breui etiã deinde *g* Gratianum filium adhuc adolescentulum, ad imperium euectum, moribus institutísque suis assuefecit. Sedenim fratres ambo, Christiani quidem iam inde ab initio fuere, cultu verò & opinione variarunt. Nam Valens ab Eudoxio Ariano baptizatus, acer fuit dogmatis Ariani æmulator: molestúmque ei fuit, quòd non omnes eandem sequi sententiam cogeret. Valentinianus autem Nicænæ professionis propugnator, ornandos quidem religionis suę populares duxit: nihil autem eis molestiæ, qui ab eo dissentirent, intulit. Cæterum in rebus administrandis pares fuere.

d Ad hunc vsque diem honorem inuidit.

e Milites à Valentiniano vt sibi imperij sociũ deligat, petunt.

Memorabilis Valentiniani vox.

f Valentinianus Occidẽti præfectus.

g Gratianus Valentiniani filius Augustus creatus.

Valens Arianus.

Valẽtinianus Catholicus.

Prodigiũ, quo imperium eius designatũ est.

** Februarij 25. dies Sacer. Prodigiũ, quo imperiũ eius designatũ est.*

Ὠόλεως καὶ βάλεως.

Iouinianus Maximianum imperator vocauit milites eos, qui fortiter in Illyrico rẽ gesserant à Dioclesiano Iouio: sicuti alios à seipso, Herculianos. & Valentinianus ab Iuliano in exilium est actus.

† Templum Fortunæ.

Iuliani exilij eius causa.

Iulianus Valentinianũ & alios christianos martyrij

Qui eo tempore in magnis vrbibus ecclesiarum curam per successionem sortiti sint. Cap. 2.

Episcopi Romani. Alexãdrini. Alexandriæ tum Arianis præsit Lucius Socrat. Antiochenses.

EA tempestate ecclesiæ Romanæ gubernacula tenuit Liberius, Iulij successor. Ante eum autem Syluester, sub Constantino Ecclesiam eã rexerat. Alexandrię autem, Consubstãtialis professioni magnus præfuit Athanasius, Georgio & Gregorio hæreticis surrogatus: qui tamẽ & ipsi ei successerunt. Ante Athanasium Alexãder, ante Alexandrũ Achillas, ante hunc Petrus, qui sub Maximiano martyrio est defunct*, episcopus ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit. Porrò Antiochiæ Arianis præiit Euzoius. Consubstantialis autem professionis duo erant antistites: alteri nanque parti Paulinus, alteri diuus præfuit Meletius. Isti autem Ariani successere. Et huius quidem decessor proximus Eudoxius, illius autem Leontius fuerat. Ante hunc, episcoparum ibi gesserat Stephanus, cui præcessit Phlacitus, Phlacito Euphronius, Euphronio Eulalius, qui omnes Ariana rabie repleti fuerãt. Ante Eulalium magnus Eustathius piè ecclesiã Antiochenam gubernauit, Philogonij martyris successor: Philogonium verò Vitalis præcessit.

Hierosolymitani.

Hierosolymis autem Cyrillus denuò episcopalẽ obtinuit dignitatẽ, qui primũ quidem Maximo successit. Maximũ autẽ magnus Macarius præcessit, Hermonis successor. Cyrillo Etẽnius substituitur, atque huic rursum Heraclius, Heraclio Hilarius, cui tum rursus diuus successit Cyrillus.

Constantinopolitani.

F At Constantinopoli ecclesiã eo tempore tenuit Eudoxius, magnus Arianę opinionis propugnator. Consubstantialis autẽ professores intra vrbem in parua domo conuentus agebant. Tẽplis Macedonianæ religionis in vrbibus plerisque adhuc tum præfuerunt, qui in Seleucia fidei formulã promulgauerant, eadem quæ Acacius sentientes. Eudoxius Macedonio successerat, Macedonius Paulo confessori, Paulus Nicomediẽsi Eusebio Ariano. Eusebius Alexandro, quẽ præcessit Metrophanes. Hic quidem tum ecclesiarũ fuit status.

De concilio Lampsaceno, & vt in exilium pulsi sint consubstantialis cultores. Cap. 3.

a Homœusiani a Valentiniano synodi celebrandæ facultatem petunt.

POstquam verò rerum Occidentalium curã Valentinianũ Romam vocauit, atque is per Thraciã iter fecit, qui in Bithynia & Hellesponto fuere, aliique item episcopi ἀτὲ ὁμοιούσιε cõsubstantialis fidei addicti, Hypatianũ Heracleæ siue Perinthi episcopum, legatum ad eum miserẽ, *b* vt episcopos omnes constituendi dogmatis gratia, in vnum locum conuenire iuberet. Qui vbi ad imperatorem legationẽ eam pertulit, Imperator: † Mihi, inquit, negotiis occupato, & reipublicæ curis distento, res eiusmodi inquirere non facile est. Vos autem, quibus hæc procuratio mandata est, quocunque vultis loco conuentum agite, & de rebus omnibus piè deliberate. *c* Hoc accepto responso, Lampsaci conuenere: & duobus mensibus post, de rebus plerisque statuẽre: erat autem is annus à Synodo Seleucena septimus, in primis, vt irrita essent, quæ H Constantinopoli, Eudoxij & Acacij suggestione sancita erant: atque vt etiam aboleretur ea fidei formula, quæ ibi producta fuerat, perinde atque ab episcopis occidentalibus dictata: cui etiam nonnulli subscripserant, promissione ea adducti, quę ipsis de abolenda inęqualitate substantiæ facta fuerat, qua tamen in re promissorũ

† *verba hæc apud Sozom. lib. 6. cap. 7. sic habent:* ἐμοὶ μετὰ λαῶν πεπραγμένα ἐ θέμιστα ἀλλὰ πολυπραγμονεῖν, οἱ δὲ ἱερεῖς οἷς περὶ τούτου μέλῃ, καθ' ἑαυτὺς ὅπῃ βούλοιτ' ἂν συνίτωσαν. *hoc est: Mihi, qui latum sum, talia curiose inquirere fas non est: Episcopi verò, quibus hoc est cura, quo velint loco conuentum agant.*

De Tyrannide Procopij. Et de muro Chalcedonis, ibique inuento oraculo: & aqua ductu constantinopolitano. Cap. 4.

ET profectò ad grauiorem ille feritatem processisset, nisi imperum eius Procopius ad tyrannidem aspirans, ad breue tempus inhibuisset. Is nanque genus suum ad Iulianum referens, & sub Iouiniano tyrannidem affectans, Chalcedonem occupauerat: & clàm Constantinopolim ingressus, imperium arripuerat. Tum verò non contemnendo coacto exercitu, aduersus imperatorem infestis signis est profectus. Cui Valens ex Syria obuiam progressus, circa Natoliam certamine cum eo est congressus: & victus, inde Nicæam

Fuerunt ij duces Procopij.

Supplicium proditorum.

Proditores Procopij. Ipsius etiã propinqui, Metili, Tuffetij supplicio nõ absimile Chalcedonis muri, quòd ea vrbs Procopij tyrãni partes secuta, Valentem portis exclusérat, & contumelijs affecerat, diruuntur.

Κουστωτιανοῦ. Oraculum in ruinis muri Chalcedoniẽsis repertum.

Nicæam peruenit. Sed mox Procopius à proditoribus Comario & Agelone, quos fidos sibi esse putauerat, captus, & vinctus Valenti est traditus. In vtrũque porrò proditorẽ nouo supplicij genere, iureiurando quo se illis beneuolũ semper fore receperat spreto, animaduertit. Crudelem enim in modũ serris dissectos interemit. Procopius autẽ ad arborũ duarum non longè inter se distantiũ vertices adductos pedibus alligatus, eisdem mox ad naturalẽ statũ suũ redire permissis, discerptus est. Sic scilicet tyrãnus in duas distractus partes, interijt.

Imperator autẽ Chalcedonis, quæ è regione Byzãtio sita est, muros diruì iussit, nã id se, sibi ipsi quoque dira precatus, facturũ esse tyranno deuicto iurauerat, propterea quòd Chalcedonij tyrãnni partes sequuti, pietatẽ & fidẽ imperatori debitã abiecerãt. Nam eũ, quũ ad vrbẽ eã accessisset, cõtumelioſè conuiciis prosciſſum, portis clausis excluſere. Mœnia igitur principis iussu diruebãtur, & saxa statim Cõstãtinopolim B ad publicũ lauacrũ, quod Constantianũ vocatum est, extruendũ transferebantur. Enimuerò quũ sic murus diruęretur, in sublimi quodã saxo, literis altius incisis oraculũ cõscriptum repertũ est, illud denunciãs. Vbi copiosiore aqua vrbs abundatura esset, tũ fore vt murus lauacro inseruiat: gentes autem innumeræ, Romanorum vastantes imperium, multũ afferant detrimenti, tandem verò & ipsæ ecłæ intereant. Sed nihil obstat, quo minus, studiosorũ causa oraculum ipsum hic apponatur.

« *In media liquidas quum ducent vrbe choreas,*
« *Vitrea voluentes lætæ vestigia nymphæ,*
« *Mœniáque excipient trepidanti lauacra susurro:*
« *Tum varia numerum superantia millia gentis*
« *Effera Mauortis sæui spirantia vires,*
« *Vndis transmissis flaui resonantibus ĩstri,*
« *Mysos excindent armis, Scythicósque colonos.*
« *Atque vbi Troiani fera gens inuaserit agros,*
« *Hic illos fatum bellantes opprimet atrox.*

Accidit porrò postea, vt aquæductus quẽ Valens extruxit, plurimũ aquæ vbi suppeditaret, & barbaræ nationes maximè aduersus Romanos mouerẽtur, sicuti paulò post à me dicetur. Alij oraculũ hoc alio accepere modo. Eo enim aquæductu perfecto, Clearchus præfectus vrbi in Theodosij foro Nymphæa maxima fieri iussit. Id opus, † copiosa aqua dictum, cuius gratia vrbs anniuersarium conuentum celebrare est solita, atque id ipsum obscurius per oraculum verbis hisce significatum esse existimarunt:

in media liquidas quum ducent vrbe choreas,
vitrea voluentes lætæ vestigia Nymphæ.

Hæc de oraculo. Cæterum cum Calcedonesiũ muri, sicuti diximus, frangerẽtur, ciues Cõstãtinopolitani & Bithyni, Nicomediẽses & Nicæni, Imperatori supplicarunt, ne mœnia tã firma & ampla frustra dirui pateretur. Et ille quãuis ira plenus, ægrè quidẽ attamẽ precibus eorum acquieuit. & interimẽto quod debebat tribuẽs, diruendo simul & restaurãdo minoribus aliis saxis structurã eã restituit: quod opus ad finẽ quoq; suũ est perductũ. Hæc mœnibus Chalcedoniorũ accidêre. Post bellum aduersus Procopium gestũ, grando maxima lapidibus ingentib⁹ persimilis decidit, & motus terræ graues va-

A riis in locis exitere. qui præ aliis locis maximũ Nicææ Bithynorũ vrbe, ea vniuersã prostrata, damnum dedere. Duodecimus is erat à Nicomediensis subuersione. Nec multum intercessit temporis, quum alius terræ motus obortus, idem Germæ Hellesponti ciuitati fecit. Hæc porrò omnia turbarum ecclesiasticarũ fuerunt indicia. Grandinem nanq; & terræ motus, multi mortales Dei aduersus imperatorem ita accidisse dixerũt, propterea quod multos ad episcopalem dignitatem enectos in exilium egerat: alios autem mox acturus fuerat, qui Eudoxio in fidei sententia non suffragarentur. Atque in eiusce modi calamitatibus nihil prorsus vel Eudoxius, vel imperator de studio suo remittebat quod vterque à se dissentientes crudeliter abigere conaretur. Multiq. adeò sacri viri ad exilium cõdemnabantur. Soli autem, diuina prouidentia, propter excellentẽ virtutẽ, exulare iussi nõ sunt, Basilius magnus Cappadocum ecclesiæ antistes, & Gregorius, qui tũ Nazãzi (quod tenue oppidum prope Cæsareã situm est) ecclesiæ præfuit. De quib⁹ viris paulo pòst dicemus.

2. vulg., Iouiano & Lucino Coss.

Socrat. lib. 4. cap. 10.

Germæ.

Aduersi hunc casus illi iræ Dei aduersus imp. Valentẽ.

Exilium catholicorum episcoporum.

Basilius magnus.

Gregor. Nazãzenus.

De Eleusio Cyzico, de Eunomio, item de Agelio Nouatiano episcopo. Cap. 5.

IMperator Valens bello contra Procopium prosperè gesto elatus, aduersus ecclesiã rursus arma parauit, vim religionibus omnibus, vt se Arij dogmati accõmodarent, inferens. Maximè verò contra eos qui Lãpsaci conuentum egerant, frendebat, quod non modò Arianis episcopis dignitatem abrogassent, sed etiam fidei formulam Arimini promulgatam damnassent. Et Nicæa profectus, Nicomediam venit, atque eò Eleusium Cyzici episcopum ad se acciuit, qui Macedonij sententiæ magis addictus erat. Congregatóque Arianorum episcoporum cœtu, vt cum illis eandẽ cõmunémque fidem cõplecteretur, imperauit. Porrò Eleusius primùm C generosè & fortiter illorum cõmunionẽ aspernatus restitit. vbi autem imperator exilium ei, bonorúmq; publicationem minatus est, metu perculsus, † libens quidẽ, sed nõ libenti animo quod imperator iussit, fecit. Verùm confestim pœnitẽtia ductus, quũ Cyzicum veniſſet, apud multitudinem in conuentu publico peccatum suum propalãm est cõfessus: † illud insuper addens, vt alium sibi sacrorum deligerent antistitẽ: sibi enim deinceps episcopatũ gerere quod fidem suam prodiderit, minus cõuenire. Cyziceni autem, quod summa eum complecterẽtur beneuolentia, & administratione eius maximopere delectarentur, episcopũ alium non receperunt, neque alij ecclesiam regendam permiserũt. Sed ipsũ Eleusio subditi, tententiã suam minimè mutauerũt. Quod vbi Eudoxius Ariana secłæ Constãtinopoli præfectus cognouit, episcopum illis designauit Eunomium. Putauit nãque fore, vt is eloquẽtia sua breui per felicẽ quandã persuadẽdi vim Cyzice nos demulsos, ad opinionem suam pertraheret. Et postquam Eunomius Cyzicũ venit, ecclesias quidẽ, Eleusio imperatoris iussu expulso vacuas recepit: plebs autẽ Eleusio obsequens, extra vrbem cõuentus agebat. Sed de Eunomio, & eius hęresi, suo loco paulo post dicam. Verumenimuero

Eleusius Cyzici episcopũ Arianam complecti fidem cogit.

† *ἐκὼν ἄκων τί γὰρ βίᾳ.*

pœnitentia Eleusij.

Eleusius episcopatum deponit.

† *Et simul de vi sibi illata cõqueritur.*

Socr. lib. 4. cap. 6.

Valens muros Chalcedonis reficit.

Fatales sub Valente in Oriẽte cæsus. Nicææ per terræmotum euersio.

Eũ retinere Cyziceni cõnantur.

Eunomius ab Eudoxio Cyzici episcopus designatus.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catholici, Macedoniani, & Nouatiani, cõstantinopoli affligũtur.

non modo Macedoniani, sed etiam Nicænum dogma comprobantes, Constantinopoli eisdẽ afficiebantur malis: neque eo minus etiam Nouatiani, & qui ipsi Consubstantialis professionẽ complectebãtur: quapropter eis quoque ecclesias adimi imperator præceperat. Alios præterea, quos excluderet, non habebat: antea enim dudum Cõstantius hæreticis reliquis ecclesias eripuerat. Agelium quoque episcopum, qui à Cõstantini temporibus, ad eum vsque diem, Nouatianorũ ecclesiis præerat, in exiliũ Valens egit.

Agelius episcopus Nouatianus proscriptus.

Qui sanè quemadmodum Socrati videtur, admirandam erit vitam. Nam in eo, quod in philosophia maximũ est, fuit: possessiones enim nullas, neque quicquã pecuniæ habuit. Et vitæ eius institutũ id maximè declarauit. Vnica enim veste contentus fuit: & Euangelicis decretis insistens, calciamentis vsus non est. Cæterùm non multo pòst, ab exilio reuocatus, ecclesias suas recepit, & liberè in eis cõuentus egit. Quod vt fieret, Marcianus quidam effecit, vir vita simul & doctrina admodũ spectatus: qui dudũ quidem suum in imperatoria aula obtinuerat locũ: tum autem apud Nouarianos in presbyterorũ ordinem cooptatus, Imperatoris filias Anastasiã & Carosam Grammaticæ præcepta docebat, sub quarum nomine publica lauacra Constantinopoli Valens cõstruxit. Eius viri gratia, Nouatianorum ecclesiæ ad breue tempus clausæ rursum sunt apertæ. Sed ne eo quidem pacto prorsus ab Arianorũ turbis fuere immunes: qui eis infensi propterea erant, quòd Nicænæ fidei dogmatis defensores valdè amarẽt & cõplecterentur, aliis opinionibus plurimùm ab illis dissidentes.

Agelij vita sanctitas.

Idem ab exilio reuocatus.

Marcianꝰ Nouatianus presbyter, filiarũ Valentis præceptor, vt Agelius restitueretur effecit.

Ariani Nouatianum infensi.

De Macedonianis, & τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis cultoribus, & de legatione piorum Romã missa. cap. 6.

EVdoxio & popularibus eius, aduersus eos qui sincerè Nicænam colebant fidẽ, conatos probè succedere visi sunt. Nam in maxima ditionis Valentis parte, & potissimùm in Hellesponto, Thracia, Bithynia, atq; aliis in circuitu vicinis & vlterioribus etiam terris, neque ecclesiis iam illi præfuere, neque episcopos suos habuere, Macedonianis autẽ, qui permulti in regione ea rectã iam consectantes sententiã erant, nõ minus infesti, inhumaniter & ipsos sunt persequuti. Atque isti propter imminentia mala oppidò in angustum redacti, alij ad alios per vrbes legatos misere: & tandem ad fratrẽ Valẽtis Romã sibi confugiendum, & cum Liberio potius, cuius fidei professionẽ amplectebantur, quàm cum Eudoxio communicandum esse statuere. Itaque Eustathiũ Sebastiæ, cui aliquoties adempta fuerat dignitas & Syluanum Tarsi Ciliciæ, atque Theophilum Castabalorũ episcopos Romam legarunt, eisque mandarunt, vt ne cum Liberio de fide contenderent, sed potius cum Romana cõmunicarent ecclesia, ac consubstantialis professionem comprobarent. Illi cum literis eorũ qui ab aliis Seleuciæ segregati fuerant, in Italiam peruenere, atque ibi imperatorem Valentinianum, propterea quod in * Gallia contra Sauromatas bellum gereret, non viderunt. Quũ autem Liberio epistolas quas secum attulerant, offerrẽt, recipere is eas renuit: Arianos eos esse, nec ab ecclesia sua agnoscì posse, qui Nicenam aboleuissent fidẽ, dicens. Cui illi respõderunt, se per legitimã pœnitentiam ad veritatis cognitionẽ rediisse, sententiam τῷ ἀνομοίῳ inæqualitatis abiecisse, & filium per omnia patri similẽ profitẽri. Quibꝰ verbis auditis, Liberius professionem eorũ in scriptum relatam, ab eis exegit. Atq; illi libellum ei, in quo etiã Nicænã fidẽ inseruerunt, obtulerũt. Epistolas quidẽ, quas secũ Smyrna ex Asia, & ex Pisidia, Isauria, Pãphylia, & Lycia, vbi cõuentus egerant, attulere, propter prolixitatẽ hic nõ apposui. Libellꝰ autẽ quẽ Eustathius cũ collegis suis Liberio dedit, sic habet.

Ariani Macedonianos iam resipiscentes persequuntur.

Episcopi eorũ tres Romã ad Liberiũ legantur.

Cilicię hæc eiusmodi est Socr.

** Ecclesiastica histo. scriptores videntur Gallos & Ger*

Macedonianorũ libellus de professione fidei Liberio oblatus.

confessio legatorum Liberio episcopo Romano exhibita. Cap. 7.

DOmino fratri & collegæ Liberio, Eustathius, Syluanus, & Theophilus salutem in domino. Ad euitandas infanas hęreticorũ, qui non desinunt ecclesiæ, catholicæ offendicula creare, suspiciones, & ad earum causam & occasionem omnem præcidendã synodi Lampsaci & Smyrnæ, & aliis variis in locis ab orthodoxis & rectè sentientibus episcopis celebratæ decreta profitentes, apud bonitatẽ tuam, & vniuersos Italiæ, totiusque Occidentis episcopos legatione fungimur, & literas afferimus, catholicam nos fidẽ seruare, quæ in sancta Nicæna synodo, sub beato Constantino imperatore, à trecentis decem & octo patribus promulgata atque cõfirmata, hactenus in statu suo inuiolata atq; immota duravit, atque in perpetuũ duratura est: in qua τὸ ὁμοούσιον cõsubstantiale ritè pieque contra Arij improbitatem est cõstitutum. Fidemque eã nos vnà cum eis quos diximus episcopis & seruasse, & vsque ad finẽ seruaturos esse, manibus ipsi nostris profitemur: condẽnates Arium, impiãq; doctrinam, sectatoresque eiusdem, necnõ omnem Sabellij, Patripassianorũ, Marcionis, Photini, Marcelli ipsiusque Pauli Samosateni hæresim, doctrinamque eorum, necnon omnes eis assentiẽtes: & si quæ præterea sunt aliæ sectæ, factæ fidei, quæ pie atque catholicè Nicææ à sanctis patribus cõposita atque promulgata est, aduersę & cõtrariæ. Anathemate quoque in primis feriẽtes formulam Arimini lectam, Nicænæ scilicet fidei prorsus repugnãtem. Cui quidem formulæ Nica thraciæ allatæ, nõnulli dolo malo & periurio circumuẽti, Constantinopoli per errorem subscripserũt. Est autem fides nostra, atque eorũ quorum nomine legatione fungimur, ista. Credimus in vnum Deum patrẽ omnipotentẽ, visibilium omnium & inuisibilium factorẽ. Et in vnum vnigenitum Deum Dominũ nostrum Iesum Christum, filium Dei, ex patre, hoc est, ex substantia patris genitum, Deum de Deo, lumẽ de lumine, Deũ verum de Deo vero, genitũ non factum, cõsubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quęque in cælo sunt, quęque in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descendit, & incarnatus, & homo factus, & passus est. Et resurrexit tertia die, & ascẽdit in cœlos, vẽturus inde ad iudicandũ viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Qui autem dicunt, fuisse

Ariani & alij hæretici cum dogmatibus suis damnantur.

τὸ ὁμοούσιον laudatur.

" fuisse aliquãdo quum nõ fuerit, quodque priusquam genitus sit, non fuerit, & quòd ex nõ existẽtibus factus sit, aut ex alia subsistãtia vel substantia, vel mutationi & alterationi obnoxium filium Dei esse, anathemate iugulat catholica & Apostolica ecclesia. Ego verò Eustathius episcopus Sebastię vrbis, & Syluanus, & Theophilus, Lampsacenę Smyrnensis, aliarumque synodorũ legati hanc fidei professionẽ manibus nostris, voluntateque nostra scripsimus. Quod si quis præter hanc fidem, contra nos, aut eos à quibus missi fumus, aliquid criminis intẽdere voluerit, ad quoscunque sanctitati tuæ visum fuerit episcopos, nos atque illos cum sanctitatis tuæ literis remitte: vt quum apud eos ipsos iudices causa dicatur, tum in eum qui criminis conuictus fuerit legitimè animaduertatur.

cautio, iudicio sisti.

Epistola Liberii, episcopi Orientalibus missa. cap. 8.

Admittit tandem legates ad cõmunionẽ Liberius. Liberii & Occidentalium episcoporum literæ ad catholicos episcopos Orientales.

HOc libello veluti quodam pignore sibi obligatos, Liberius ad communionem admisit, ac deinceps cum huiusmodi literis eos dimisit. Dilectis fratribus & collegis, Hythio, Cyrillo, Hyperechio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Fortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Procto, Passinico, Arsenico, Seuero, Didymioni, Britanio, Callicrati, Damabio, Ædesio, Eustochio, Ambrosio, Gelomo, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexãdro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Ioanni, Macari, Charisio, Syluano, Photino, Autho, Antonio, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Seueriano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophãcto, Minodoro, Diocli, Chrisampelo, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieratio, Leontio, Philagrio, Lucio, & vniuersis episcopis Orientalibus orthodoxis, & rectam fidem sectantibus. Liberius episcopus Italiæ, & reliqui Occidentis episcopi salutem perpetuam in Domino. Optatissimũ nobis pacis & concordiæ gaudium literæ vestræ, fidei lumine resulgentes, fratres dilecti, attulerunt, quas nobis reuerẽdissimi fratres & episcopi Eustathius, Syluanus, atque Theophilus reddiderũt. Atque eo maximè nomine, quòd sensum & persuasionem fidei vestræ, cum tenuitatis meæ atque Italicorum Occidentaliumque episcoporum omnium sententia, concordare confirmarunt & asseuerarunt. Atque eam ipsam nouimus catholicam & Apostolicam esse fidem, quæ ad Nicænam vsque synodum integra atque immota seruata est: quam etiam patres Nicææ cum ingenti lætitia, non solùm sermone, verùm etiam scriptura intercedente, vt vestigium & scintillam omnẽ absurdæ opinionis extinguerẽt, sunt professi. Eius exemplar necessariò hisce literis subiiciendum esse duximus, ne postea locus & opportunitas hæreticis ad struendas fidei insidias relinquatur: quibus illi improbitatis suæ igniculos excitantes, discordiæ incẽdia more suo dilatare solẽt. Eustathius sanè, Syluanus, atq; Theophilus, fratres nostri reuerẽdissimi, nobis vestro nomine receperunt, dilectionẽ vestrã nõ minus atque ipsos fidem eiusmodi semper & antea seruasse, & ad finem vsque seruaturã esse, in Nicęna videlicet vrbe à trecẽtis decẽ & octo episcopis ortodoxis & rectè sentientibus comprobatã. Quæ quòd certam perfectámque cõplectitur veritatem ora hæreticorum omniũ omnia obstruit atq; euertit. Non casu eiũ fortuito, sed diuino prorsus nutu, cõtra Arij insaniã, tãtus episcoporũ numerꝰ est coactus, quanto scilicet numero beatus ille Abrahãtor hostium millia fide debellauit. Et fides quum in subsistẽtia & nomine τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis consistat, perinde atque munitissima quædã & inexpugnabilis arx, impressiones & machinas malignas Arianæ perfidiæ omnes, ita vti decet, cõremit. Et quãuis episcopi Occidentales propè omnes Arimini conuenerint, quum ibi concilium Arianorũ coegisset vecordia, vt insidiosa quadã suasione, seu quod verius est, profana auctoritate & potẽtia, id quod in fidei formula tutissimum certissimumque positum fuerat, aboleret, aut obliquè negarent, nihil tamen ea profuit † calliditas. Nã omnes ferè qui tum Arimini inescati atq; fraude decepti fuerant, nunc resipiscentes, quum anathemati eorum qui ibi conuentũ egere, fidei formulã subiecerunt: tum vniuersali & apostolicæ fidei, quæ Nicææ decreta est, subscripserunt. Et nobiscũ cõmunicantes, ardentioribus etiam animis contra Arij doctrinam & discipulos eius feruntur. Quã rem ita deprehẽsam esse, vbi oratores etiam vestri cognouerunt, in subscriptione sua vos quoque addiderunt: & Ariũ, & quæ à sectatoribus eius Arimini contra Nicænã hdẽ acta sunt, anathemate iugulantes. Quibus sanè actis, vos etiam iurisiurandi sacramẽto fraudulento circumuenti, subscripsistis. Quapropter conuenire nobis visum est, vt ad dilectionẽ vestrã scriberemus, & iusta petentes adiuuaremus, præsertim quum ex legatorum vestrorũ asseueratione, Orientales vos resipuisse, & cum Occidentalibus rectè sentientibus cõsentire intellexerimus. Scribimus ergo vobis, vt noritis quum Ariminenses blasphemias, quæ tum per surreptionem sunt ab autoribus earum magno ecclesiæ detrimẽto subintroductę, anathemati subiectas, tum Occidentales vniuersos in Nicænã fidei professionẽ conspirasse. Quamobrẽ per vos id omnibus indicari oportet, vt qui vi quadã seducti atq; læsi sunt, tandẽ à tenebris hęrencis ad diuinũ catholicæ libertatis lumẽ reuerti possint. Si qui verò deinceps venenum perfidiæ respuere, & Arij blasphemias omnes abolere, anathematiq; subiicere noluerint, Arij, eiusq; sectatorum, & cæterorũ serpentiũ Sabellianorũ, Patripassianorum, atque aliarum hæresiũ se complices, ab ecclesiastica cõmunione & coniunctione exclusos & alienos esse, quæ adulterii filios non admittit, sciant. Deus vos incolumes seruet, fratres dilecti. Hisce literis Eustathius & collegæ eius acceptis, in Siciliam traiecerunt. Et postquã ibi Siculorum episcoporũ synodus, eorũ instinctu celebrata, atq; ipsi τῷ ὁμοουσίῳ consubstantialis fidẽ professi sunt, Nicænamq; formulã autoritate sua cõfirmarunt, acceptis ibi quoq; eiusdẽ sententiæ literis, ad eos qui se legauerãt, sunt reuersi. Atque illi redditas sibi literas Liberii, ad vrbes quasque, per oratores, ad cõsubstantialis fidei propugnatores misere, cohortantes eos, vt cõsentientibus animis Tarsi Cilicię cõuenirẽt, ad fidẽ Nicænam cõprobandam, & quæ post-

Nicena fides catholica est, & apostolica.

Numerus 318 patrum Nicænorum cum numero vernaculorum Abrahãcognit.

episcopi Occidentales, qui Arianorum fraude Arimenſi fidei subscripserãt, per legitimã pœnitentiam resipuerunt.

† παλαγγλα.

Arianorum & reliquorũ hæreticorũ excommunicatio.

Eidem legatæ Siciliæ quoque Nicenã fidem profitentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuę ortæ sunt, nugas abolendas. Er factũ id for-
tè esset, nisi qui plurimũ apud imperatorem va-
lebat, obstitisset: Eudoxius videlicet, Arianæ re-
ligionis præfectus, qui synodo ea indicta magis
etiam commotus, maiora illis intulit detrimen-
ta. Quod verò Macedoniani per oratores suos
cum Liberio communicarint, & fidem Nicænã
approbarint, Sabinus ipse in synodalium acto-
rum collectaneis est confessus.

Ne Orientales ecclesiæ Tarsi conueniant, Eudoxius obsistit.

Sabinus ritè Macedonius fuit.

De synodo Tyanæ & in Caria coacta. Cap. 9.

EOdem tempore concilium Tyanæ ab Euse-
bio Cæsareę Cappadociæ, Athanasio Ancy-
ræ, Pelagio Laodiceæ, Zenone Tarsi, Paulo E-
mesæ, † Otreio Melitinæ, Gregorio Nazanzi,
aliisque multis episcopis, qui τὸ ὁμοούσιον con-
substantialis verbũ seruandum esse Antiochiæ,
Ioviniano imperãte, decreuerant, celebratũ. Le-
ctæ ibi Liberij & Occidentalium episcoporum
literæ, quas secum legati Lampsaco Romã mis-
si attulerant. Quamobrem gaudio exilientes, ad
vniuersas scripserunt ecclesias, vt decreta Asia-
ticorum episcoporum & Liberij, Italorum, A-
phrorum, Gallorum Occidentalium legerent e
pistolas: & tantum ipsis consentientiũ numerũ,
qui longè Ariminense concilium superabat, cõ-
siderarent, & ad sententiam communionémque
eorum accederẽt: neenon vt eis eiusdem se esse
sententiæ literis ipsi suis rescriberent. Scripserũt
præterea, vt ad diem constitutum verno adhuc
tempore Tarsum Cilicię conuenirent. Sed enim
dum sic de Tarsensi synodo cogenda agitur: tri-
ginta & quatuor ferè Asiani episcopi Antiochię
in Caria conuenientes, studium quidem eccle-
siasticæ cõcordiæ fauciendæ laudarunt: ὁμοούσιον
consubstantialis verò nomen repudiantes for-
mulam fidei Antiochiæ & Seleuciæ compositã
veluti quæ Luciani martyris esse crederetur, &
à maioribus eorum periculo & fudore multo
comprobata esset, confirmarunt. Imperator au-
tem, Eudoxio annitente, synodum in Cilicia ce-
lebrari institutam prohibuit, edictis ea de causa
& comminationibus publicè propositis.

**Tyanæum ecthesin episcoporum concilium.*

† Mentio huius etiã fit in quadam Theodosij constitutione, in C. Theodosiano lib. xvi. t. Epi-scopis. de fide cathol.

Ætia eusdẽ.

Indicitur cõuentus Tarsẽsis.

Antiochię in Caria formula fidei Antiochenæ à quibusdã episcopis confirmatur.

Valens conuẽtum Tarsensem celebrari non permittit.

De ea quæ tum grassata est persequutione: & de sancto Athanasio, vt is solus sede sua non sit eiectus. Cap. 10.

PRouinciarũ quoque præsidibus singillatim
mandauit, vt ex ecclesiis eos deturbarent epi-
scopos, qui sub Constantio exaurorati, dignita-
tem pristinam sub Iuliano recepissent. Per eius-
modi iussionem, Aegyptii etiam magistratus A-
thanasium ecclesiis timui & vrbe Alexandrina
eiicere contenderunt. Non leuis enim pœna im-
periali inserta erat edicto, quod præfectis om-
nibus, & qui sub eorum signis & potestate es-
sent militibus & senatoribus, cum ingentis pe-
cuniæ mulcta, corporis quoque coercionẽ de-
nunciabat. At Christianus populus cõueniens,
Præfectum rogauit, vt episcopum causa non sa-
tis deliberata non exigeret, sed accuratius lite-
rarum imperialium sententiam perpẽderet, quæ
eos tantum proscriberet, qui sub Constantio
exulare iussi, sub Iuliano ab exilio reuersi essent.
Athanasium porrò sub Cõstantio quidem exilij
causa solum vertisse dicebant, atque ab eodem

Valẽtis iussio vt episcopi à Constantio relegati, & à Iuliano restituti, denuò exilii exturdantur.

præfectus Alexandriæ Athanasium vrbe expellere conatur.

Obstat ei populi studium.

Vt Ariani & Eunomiani per distidium sint seiuncti & de Eunomio & Ætio, & quæ ij contra orthodoxam fidem nouarum rerum studio sint conati. cap. 11.

SVb idem tempus Eunomius ab Eudoxio se-
cessit, & seorsim suos sibi conuentus egit,
propterea quod quũ sæpius vt præceptor ipsius
Ætius in gratiam & communionem reciperetur, Eudoxium rogasset, id impetrare non potuerit. Non ideo autem Ætium auersatus est Eudoxius, quòd hæresim eius exosam haberet, quam scilicet maximè deprædicabat: sed vt populares eius, alterius illum sectæ, existimarent. Atque hæc ipsa causa fuit, cur inter Eudoxium & Eunomium dissesio fieret. Porrò Ætius vehemens & acer Arianæ hæresis assertor & propugnator fuit, arte sophistica bene instructus. Eandem autem hæresim magis etiam discipulus eius Eunomius defendit, vir, quod Ruffinus ait, & corpore & anima leprosus, atque intrà & extra morbo regio infectus, ipse quoque arte Dialectica prepotens. Hæresim eius quidam ab eius nomine appellant, Alij κατ' ἀνομοιον, hoc est, Inæqualium vocant. Sunt autores quidam, qui Eunomium istum primùm ausum fuisse dicunt instituere, vt diuinus baptismus merbone vna perageretur: & eam quæ ab Apostolis per manus accepta hodie quoque vbique seruatur, traditionem adulterare, & ritum alium in ecclesia Cyzicena, accuratiore sanctio: eque grauitate nouitarem suam obtegentem, inuenisse. Fuit autem, sicuti dictum est, & Sozomenus testatur, cuius verba adscribere libet, ad orationes scribendas non ineptus, contentioso disputandi genere & syllogismis gaudens: quales sectatores eius adhuc multos videre est. Non tam enim illi vitam honestam, mores sanctos, & benignã erga egenos misericordiam, si eadem cum ipsis sentiant, quàm si quis contentiosè disserere, & syllogismis atque ratiocinationibus vincere videatur, laudant. Tales nanque e pietate maiore supra omnes esse existimantur *a*: sicuti Theophronius Cappadox & Eutychius, sectæ huius studiosi, qui obtinẽtis huius † Imperij tempore, seipsos ab ecclesia rescindentes, quum in alijs rebus ex Eunomij opinionibus *b*, tum in sacro baptismo res nouas induxerunt, non in trinitatem, sed in Christi mortem baptisandum esse docentes. Eunomium sanè aliqui dicunt nihil hac in re nouasse, sed quemadmodum ab initio cœperat, in Arij sententia permansisse. Postquam verò Cyzici episcopus factus esset, à clero eum suo, quod noua instituret dogmata, accusatum esse. Eudoxium porrò, qui tum Constantinopoli Arianæ hæresi præiit, illum accersuisse, atque vt verba ad populum de doctrina sua faceret, ei permansisse. Et quum nihil in eo damnasset, eum vt Cyzicum rediret cohortatum esse. illum verò dixisse, se decætero cum eis qui se suspectum haberent, futurum non esse, prætextúmque eum discessionis suæ obtendisse: quum reuera causa illa esset, quòd præceptorem suum Ætium receptum nõ esse ægrè ferret: hominémque in cœpto suo perseueraſſe, & nihil de priore opinione sua* mutantem priuatum vixisse. † Et hæc quidem alij

Eunomius ab Eudoxio secedit.

secessionis eius causa.

Ætius.

Eunomius discipulus eius. Soz. lib. 6. cap. 26. Eunomium, qui etiã ἀνομοιους hoc est, Inæquales sunt dicti.

Vna Eunomij mersio in baptismo perageda.

Eunomiani contentiosi disputarent.

a Theophronius & Eutychius Eunomiani.

b Eunomianorũ baptismus.

*** ἐφ' ἑνὶ τῷ βαπτίσματι. Cur Eunomius Cyzico discesserit.*

ad hunc modũ alij verò aliter tradunt. Sedenim
siue Eunomius seu alij quidam traditionem bap-
tismi innouarunt, soli illi periculosa ista ratio-
ne diuini baptismi expertes mihi è vita excessisse
videntur. Si enim ipsi ab initio recepta consue-
tudine baptizati e, primùm se ipsos rebaptizare
non potuerunt, aut quod in ipsis non accidit,
primi introduxerunt: quódque neque ipsi per se
habuere, neque per alios accepere, id in alios cõ
tulerunt: *quũ super initio & fundamento quod
subsistere nequeat, suáque ipsorum arrogantia,
dogma hoc instituerunt: tum quæ ipsi non acce-
perunt, aliis tradiderunt: quod sanè stultum ac
stolidum est. ** Illud enim sua etiam ipsorũ con-
fessione cõstat, qui ipse baptismi sacris initiatus
non sit, eum alios baptizare non posse: qui verò
traditionis eorum more baptizatus non sit, cum
pro non baptizato ab eis haberi, vt qui non le-
gitimè sacramento eo initiatus sit. Testatur hoc
ipsimet dum quoscunque in sententiã suam per-
traxere, etiamsi antea statis catholicæ ecclesiæ
cæremonijs tincti sint, rebaptizãt. Quæ nouitas
non parum religionem turbauit, & Christianis-
mum suscipere volentibus propter dogmatum
dissensionem valde obstitit. De Eunomio porrò,
& Ætio, illud addere libet, Eunomianæ hæ-
resis autorem primũ Ætium Syrum fuisse *d*: qui
iuxta Arij sententiam, filium patri inæqualem,
creatúmque esse, & ex non existentibus extitisse
decreuit. Et qui opinionem eam approbarunt,
Ætiani prius sunt dicti. Quum autem, quemad-
modum antea diximus, quidã filium patri ὁμοού-
σιον consubstantialem quidã ὁμοιούσιον æquisub-
stantialem dicendum esse assererent: & Impe-
ratori tum placitum esset, vt de Ariminensi con
filij sententia filius patri ὅμοιος æqualis crede-
retur: Ætius quidem, vt qui blasphemus in
Deum esset, exilio est mactatus: hæresis autem
eius quodãmodo ad tempus soluta facuit, quòd

*** Imo etiam ἐφ' ἑνὶ τῷ βαπτίσματι Eunomianorũ Anabaptismus.*

Ætius autor Eunomianæ hæresis.

† *Theodosij iunioris imperium intelligendũ, ad quem historiam suam ecclesiasticam scripsit Sozomenus, cuius ea sunt verba lib. 6. cap. 26. Socrates propterea Eunomium Cyzico Constantinopolim ad Eudoxium reuersum esse, & cum eo mansisse dicit, quòd Cyzicseni non ferentes ampullosam eius loquentiam, hominem vrbe exegerint. In prolixitate enim orationis eius & multiloquio, ingens fuit sententiarum penuria. Et quum longos conscripsisset in epistolam Pauli ad Rom. Commentarios, tamẽ is scopum Pauli pertingere & assequi non potuisse dicitur lib. 4. cap. 9.*

* *Eodem argumento vti temporibus nostris possemus, in refutandis eis qui manus alijs imponere audent, quibus eã potestatẽ non habent, & consecrati prorsus nõ sint.*

c Eunomiano baptismo baptizati, siue baptismi legitimo obierunt, Anabaptismus in ecclesia prorsus non subsistit.

d Ad declarandã ineptã & improbã Eunomij impietatẽ & vaniloquentiã, socrates verba eius ista profert: Deum de sua ipsa substantia nihil amplius, quam nos, nouit: neque ea magis illi, quã nobis est perspecta. Sed quod de ea nos scimus, id & ipse prorsus scit: & rursus quod ille nouit, id in nobis quoque similiter omnino reperias, vt supra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque alius quispiã, qui alicuius esset nominis, E masus, & Petrus Alexãdrinus cognouissent, conacto Romę concilio, alienã esse ab Ecclesia vniuersali statuerunt, *a* Apollinaris etiam ipse itidẽ propter animi imbecillitatem dogmate suo instituendo, res nouas molitus esse dicitur, *b* huiusmodi de causa Athanasius Alexãdrinæ ecclesiæ episcopus, sub Constãtio *c* in exilium actus, quum in Ægyptũ redire iussus esset, & per Laodiceam iter faceret cum Apollinari, *d* quòd amicissimus ei esset, familiariter versatus est. Quòd autem, qui diuersæ erant sectæ, commercium & communionem eius veluti iurisiurandi sacramento abnegaram auersarentur, inter quos & Georgius Laodicensis episcopus fuit: Apollinarim is eo nomine ab ecclesia exclusit, tanquã contra canones & sacras constitutiones cum Athanasio fuisset. Et quum criminis loco id ei obiecit, tum rationem etiam & pœnam veterum atque pœnitentiã obliteratorum erratorum cũ conuicio ab eo exegit. Quum nanque Theodotus ante eum adhuc Laodicensem ecclesiam regeret, maximè tum pollẽs e Epiphanius sophista, hymnum in Bacchum recitauerat, quo præceptore iuuenis etiamnũ Apollinaris vtebatur. Recitationi ei is cum patre sibi cognomine Grãmatico insigni affuit. Atque vbi Epiphanius orationem eam exorsurus, sicuti eis qui specimen aliquod talium studiorũ exhibent, mos est, * nõ iniriatos & prophanos exire & procul esse iussisset, neque Apollinaris, neque eius pater, neq; etiam alius quispiam qui ibi aderant Christianorum, ex auditorio secessit. Id postquam resciuit Theodotus episcop°, molestè tulit. Et aliis quidem ex populo aliquatenus obiurgaris, gratiam delicti fecit: Apollinarim verò vtrunque quum eis propalãm peccatũ obiecisset ab ecclesia segregauit. Erant enim clerici, pater quidẽ presbyter, filius verò sacrarũ scripturarũ adhuc lector. Interceserat aliquid temporis, & eos, postquam lachrymis & ieiuniis crimen admissum pœnitẽtes aboleuissent, Theodotus rursum in gratiam recepit. Vbi autem Georgius episcopatum est adeptus, & Apollinaris cũ Athanasio familiariter fuit, quemadmodum diximus, excommunicatũ cum ecclesia exegit. Atque ille sæpe Georgium dicitur, vt in communionem reciperetur, deprecando obsecrasse. Verùm vbi id illi non persuasit, mœrore correptus ecclesiã turbauit, & dogmate nouo hęresim suam introduxit, quoad potuit, compositis arte orationibus, inimicum vlciscens, & quod se in sacrarum literarũ doctrina illo præstantiorem exautorasset arguens. Ad hunc modum scilicet priuatæ clericorum, tẽpore quolibet, inimicitię, maximo ecclesiam detrimẽto affecere, & religionẽ in sectas multas dissecuere. Id inde satis liquet. Si enim itidẽ vt Theodotus, Georgius quoq; pœnitentẽ Apollinarim susc episset, hæresis quæ ab eo nomen habet, vt ego quidẽ puto, non extaret. Ingenia nanq; hominum si despici se videant, arrogantem audaciam concipiunt, & contendendi studio res nouas moliuntur. At si id quod æquum est consequuntur, ad moderationem se dant, & sorte sua contenti sunt.

a Apollinaris hæresis damnata.

b Causa cur Apollinaris quoque ab Ecclesia defecerit, & hæresim suam instituerit.

c Apollinaris propterea quod cũ Athanasio fuerit, à Georgio Laodicensi excommunicatur.

d Apollinaris Athanasio amicissimus.

e Epiphanius sophista Laodicea publicis hymnis in Bacchum recitauit.

Bi recitationi Apollinares affuere.

Apollinares eo nomine excõmunicantur.

Recipiuntur illi post pœnitentiam in ecclesiam.

Georgius Laodicensis deprecante Apollinario in gratiam non recepit.

priuatæ clericorum odia reipub. ecclesiarum pluri mùm obsunt.

In Græco Nicephori exemplari integer hic sexternio deest Defectum eum iuxta capitum annotationem ex aliis ecclesiasticis scriptoribus expleui.

Eunomium

Vt Basilius & Gregorius, vterque libros refutatorios cõtra Eunomium & Apollinarium scripserint: & quę ipsorum hæreticorum fuerint opiniones. cap. 13.

Soz. lib. 6. cap. 27.

EVnomium, quod diximus, eadem cũ Aetio sentire, negari nõ potest. Nam & ipse Aetiũ præceptorẽ iactat, & id in scriptis ipse suis aperrè testatur. Apollinarim verò etiã accusans Gregorius Nazanzi episcopus, in epistola quadam ad Nectarium Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsidem hæc scribit. Et detrimentum quidem nostrum, quod in † sinu nostro fouemus, Eunomius minimè eo quòd alicuius nominis sit, cõtentus est: verùm nisi omnes vnà secum in perniciem pertrahat, iacturum id esse iudicat. Sed enim toleranda hæc quidem sunt. Quod autẽ in Ecclesiæ calamitatibus censeo longè grauissimùm Apollinaristarum est † impunitas. Quos F nescio quomodo sanctitas tua negligit, concionandi conuentúsque cogendi licentiã æqua nobiscũ potestate & dignitate sibi ipsi vsurpantes.

Greg. Nazianz. epist. ad Nectarium episcopum Constantinopolitanum tam, quã Apollinaris hæresim refutant.

Τεχνολογικὸν παράφρονα.

« Tu quidem, qui per omnia prorsus iuxta Dei « gratiam, in diuinis eruditus es mysteriis, nõ tan« tum quæ ad patrocinium & defensionem Dei « verbi spectãt, sed ea etiam quæ ab hæreticis ad« uersus saniorem fidẽ excogitata sunt, tenes. At« tamen non importunum fuerit, à tenuitate mea « magnificentiam tuam audire aliquid. Incidi in Apollinaris libellum, qui omnem hæreticã improbitatem longè superat. Asseuerat enim, carnẽ † iuxta salutis nostræ administrationem, ab vnigenito filio * naturæ nostræ transmutandæ gratiæ, † non aduenticiam susceptam esse, sed à principio carnalem illam naturam in filio fuisse. Atque perperam acceptum dictum quoddam G Euangelicum, tanquam testimonium tantæ absurditati prætendit, dicens: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui è cœlo descẽdit filius hominis.

Apollinaris hæresis.

† κατ' οἰκονομίαν.

** ἐπὶ μεταποιήσει τῆς φύσεως ἡμῶν.*

** μὴ ἐπιζήτητον.*

« Ita vt priusquam descenderit, ipse filius homi« nis fuerit, & descenderit suam illam deferens carnem, quam in cœlo habuerit ante seculã« rem & † consubstantiatam. Et rursus Apostolicam aliam profert vocem: Secundum hominẽ è cœlo esse. Deinde instituit hominem illũ qui è cœlo venerit, mentem non habere, sed diuinitatem vnigeniti naturã mentis adimplere, vt quæ † pars tertia humanę coagmentationis sit facta, anima & corpore humanitùs circa eam existentibus, mente illis decollante, & verbo Dei locũ eius obtinente. Atque equidem nondum hoc graue est spectaculum. verùm illud omniũ lõgè H grauissimum quod ipsum vnigenitum Deum, iudicem omnium, autorem & ducem vitæ, & vastorem mortis, mortalẽ instituit: ita vt passionem ille in diuinitate sua susceperit, & in triduana illa mortificatione corporis, simul etiam ea cũ corpore commortua, & sic à patre rursum à morte resuscitata sit. Reliqua quæ importunitati tantę ille adiicit, longũ esset recensere. Opiniones sanè Apollinaris & Eunomij quales fuerint, ex iis quæ dicta sunt, quilibet cognoscet. Et vt facilis coniectura est, permultos illi ab ecclesia vniuersali in eorum sentẽtiam pertraxissent, nisi Basilium & Gregoriũ Cappadoces aduersarios inuenissent, qui ex professo multa aduersus eos scripsere. Theodosij præterea, quod paulo pòst sequutũ est, imperium, conatus eorũ E repressit. nam duces ipsos hæresium, ex frequẽtibus & populosis orbis partibus in solos locos relegauit. Obstitere etiam insuper illis eius ætatis monachi. Mordicus nanque Nicæna retinuere decreta, qui in Syria & Cappadocia, finitimisque locis monasticã sunt philosophati. Et regio ea quæ à Cilicia ad Phœniciam vsque tendit, ne in hæresim Apollinaris transiret, periclitabatur. Ab Eunomio autem ne inficerẽtur populi à Cilicia & monte Tauro, ad Hellespõtum & Constantinopolim vsque, metus erat. Non difficile enim vtrique erat, finitimis quoque eorum, apud quos versabãtur, vt sentẽtiam suam sequerẽtur, persuadere. Idem sanè & Arianis contigit. Vulgus enim monachorũ, quos recẽsuimus, virtutem & opera admiratum, quum ipsos rectè sentire credidit, tum aliter opinãtes propter suspicionem impuræ & adulterinæ doctrinæ auersatum est: sicuti Ægypti) monachos suos sequentes, Arianos pro hostibus habuere.

Vulgus imperitum sanctiorũ monachorũ fidem est sequutum.

Theodoret. lib. 4 cap. 10.

De hæresi Anthropomorphitarum & Massalianorum: præterea de Nouatianis, quòd & ij in multas sectas sint diuisi, propter feriarum Paschæ mutationem. caput 14.

EA ætate Audęus quoque quidam, & genere & lingua Syrus, fuit nouorum dogmatum inuentor. Quæ enim mala dudum parturierat aliquando tandem peperit. Primùm nanque quum perperam illud intellexisset, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Deum humana esse forma opinatus est, eundémque corporalia membra habere existimauit: sacræ scripturæ sententiam nõ satis assequutus, quæ diuini numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit. quandoquidem eo modo, qui res subtiliores percipere & audire nequeunt, facilius consiliũ Dei intelligunt. Addidit deinde ad impietatem eam consimilia alia. A Manẽte enim id mutuatus, conditorem vniuersitatis huius Deum neque ignem neque tenebras creasse docuit. Verùm hæc quidem, & quæcunque sunt eiusmodi, qui factionis eius sunt, celant. Dicuntur autem à publicis ecclesiæ conuentibus segregari, propterea quòd nõnulli pecuniam apud nos execrando fœnore locent, nonnulli cum mulieribus extra coniugiũ consuetudinem habentes impiè viuant. Qui verò à talibus rebus sint alieni, liberè cum eis cõmunicare. Atideo illos suo quodam more ab aliis H separatos viuere constat, quòd dogmatũ suorũ occultent blasphemiam & impietatem. Porrò ficta hæc & assimulata sanctitas arrogantiæ est plena. quę scilicet à doctrina Pharisęorum prouenerit. Nam & illi animarum simul & corporum medicum accusarũt, ad sanctos Apostolos dicentes: Cur cum publicanis & peccatoribus cibum sumit magister vester? Et per prophetam de talibus hominibus dicit Deus: Qui dicunt, Purus sum, ne me attigeris, iste fumus furoris mei est. Sedenim amẽtia istorum refellere, temporis istius nõ est. Proinde ad reliqua commemoranda progrediamur. Eodem tempore etiã *a* Massalianorum pullulauit hæresis *b* εὐχίτας, hoc est, precatores, hos cognominant, qui eam vocem in Græcum transtulere sermonem. Habent autem aliud quoque cognomen, ex re ipsa

Anthropomorphitarum hæresis.

Scitatores eius Audiani dicti. l. Ariani. c. de hæret. & Manich.

Hæretici isti sub prætextu seuerioris sanctiorisque vitæ discessionẽ ab ecclesia fecere. pharisaica hæreticorum sanctimonia.

a Massalianorum istorum qui & euchitæ siue euchitęsiæ dicũtur, mens fit, b Ariani. vt sup.

b Hæresis Massalianorum, qui εὐχῖται dicti sunt, & ἐν

De hæresi Apollinaris.

Vitalis sectus Apollinaris.

Sozom. lib. 6. cap. 25.

causa quur Vitalius à fide catholica discesserit.

carmina ecclesiastica Apollinaris.

** πρῶτος δὲ μασὸς ὁ ῥωμαίων ἐπίσκοπος*

Universidad de Deusto
Biblioteca

natum ἐνθουσιᾶσαι enim, hoc est numine afflari E nominantur, dæmone quopiam vim in eis suã exercente: quam rem Spiritus sancti præsentiam esse opinantur. Qui verò in hoc vitio perfecti sunt, manuum opus omne & laborem perinde atque improbitatem auersantur. Itaque somno dediti, somniorum visiones & phantasias, prophetiam vocant. Istius hæresis duces fuere Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas, & Simeones, atque præterea alij. Qui quidem se ab ecclesiastica communione non abstinuerunt, nihil prorsus vel prodesse vel obesse diuinam escam dicêtes De qua Dominus Christus inquit: Qui mãducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, viuet in æternum. Morbum autem eum supprimere sedulò conantur, & eundem etiam conuicti impudenter pernegant: popularésque suos ea quæ ipsi in animis suis circumferunt celant. Latoius sanè Melitinensem gubernans ecclesiã, vir diuino ardore spectatus, quum multa monasteria, seu potius prædonũ speluncas contagione morbi eius corripi videret, eas incêdit, & lupos ab ouium grege depulit. Itidẽ & præclarissimus ille Amphilochius, qui metropolim Lycaoniæ fidei suę creditam rexit, & gentẽ vniuersam gubernauit, vbi pestem talem eò peruenisse cognouit, eam eiecit: & greges qui ab eo pascebãtur, clade ea liberauit. Porrò & Flauianus, celebri fama vir, postquã Antiochiæ episcopus est factus, & id genus homines Edessé versari cognouit, veneno suo finitimos inficiẽtes, monachorũ sodalitate quadã ad eos missa, Antiochiam eos pertraxit, & ægritudinẽ suam pernegantes ad hunc modum in crimine ipso deprehendit. † Accusatores enim eorum falsa G per calumniam deferre, & testes mendacia proferre dixit. Adelphium autẽ admodum iam senem † blandè compellans, assidere sibi iussit: Et nos, inquit, ô senex, qui iam vitam propè exegimus, certius humanam naturam perspeximus, tum aduersariorum dæmonũ cognouimus motiones, reipsa quoque gratiæ subministrationẽ perdidicimus. Iuuenes autem isti, qui harũ rerũ accuratius nihil intelligũt, sermones spirituales audire non sustinent. Quapropter mihi dicito, quomodo vos perhibetis quum spiritũ aduersarium cedere, tum Spiritus sancti gratiã aduenire? Verbis hisce senex demulsus venenũ omne suppressum euomuit: & nullam vtilitatẽ ex diuino baptismo ad eos qui eo vterentur, perue- H nire dixit. Solam autem orationẽ sedulam * dæmonum vernaculum eiicere. Vnumquenque enim qui nascatur hominem à primo parente, sicuti naturam, ita dæmonum quoque seruitutẽ trahere. Quibus precatione sedula exactis, deinceps Spiritum sanctum aduenire, præsentiam suam, ita vt sentiatur & conspiciatur, indicantẽ: corpúsque ab affectionũ seu perpessionũ metu liberantem, & animam ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ita vindicantem, vt postea neq; abstinentia, & ieiunio corpus castigante, neque doctrina quæ frenos nobis iniiciat, & cẽpositè ambulare doceat, sit opus. Et cui ita Spiritus sanctus obueniret, eum nõ solùm à corporis titillationibus liberari, verumetiam clarè futura prouidere, & trinitatem diuinam oculis suis cernere. Hoc pacto diuus Flauianus purido effosso fonte, & impio nudato latice, ad infelicem illũ senem inquit: † Inueterate dierum malorum, redarguit te os tuum, nõ ego: & labia tua testimoniũ perhibuerunt contra te. Et pestis ea in apertum prolata, Syria excessit: & in Pamphiliã cõmigrans, eam quoque clade impleuit. Atq; hæc quidẽ de absurdis istis & ineptis hæresibus sint dicta. Eodem tẽpore Nouariani quoque Phrygiam incolẽtes, Paschæ diem festum mutauere. Id porrò exponam, vbi primùm dixero quamobrem Phryges & Paphlagones, ecclesiæ eorũ tam firmiter retineant sanctiones. Nouatus presbyter propterea ab ecclesia Romana discessit, quòd Cornelius episcopus eos ad communionem admiserat, qui in persequutione ab impe ratore Decio excitata, Diis sacrificauerant. Hãc ipsam ob causam segregatus, & à consentientibus sibi episcopis ad episcopatum euectus, omnibus vbique ecclesiis scripsit, ne ad mysteria percipienda eos qui sacrificassent, admitterent: sed ipsos quidem ad pœnitentiam cohortarentur, Deo autem veniæ concessionem permitterent, qui solus facultatem haberet & posset noxas remittere. Eiusmodi literas in prouinciis degentes homines quum accepissent, sententiam earum & iudicium ad mores suos accommodabant. Vt enim ille significauit, non amittendos esse ad mysteria, † qui post baptismum peccatũ in mortem admisissent: aliis quidem acerba & immanis canonis huiusmodi visa est esse sententia: alij autẽ, quòd iustũ & ad vitam morésque corrigendos accommodatum esse cẽserent decretum, susceperе. De quo quum per quæstionẽ ambigeretur, aliæ Cornelij episcopi superuenere literæ, gratiam delicti etiam illis annunciãtes, qui post baptismũ peccassent. Ad hunc modum quum vtrique contraria inter se per epistolas scriberent, & quæ dicebant diuinarum literarum oraculis obfirmarent, pro moribus quisque suis eam comprobabat sententiam, ad quam antea etiam inclinatus magis fuerat. Qui enim delinquere & peccare libenter soliti erant, eiusmodi veniæ concessione tum accepta, per reliquum deinde vitæ tempus ea in delictis omnibus vtebantur. Gens porrò Phrygum populis aliis temperantior, moderatiórque esse videtur. Perrarò enim Phryges iurant. Et * animositas quidem apud Scythas & Thraces dominatur: hibidini & † concupiscẽtię Orientales populi magis inseruiunt: Paphlagonum autem & Phrygum gens ad neutrum rerũ istarum propensa est. Neque enim ludi * Circẽses, neque spectacula nunc apud eos exhibẽtur. Quapropter illi, atque item alij eiusdem sententiæ mihi tum assensisse Nouati scriptis videtur. Præcipuum namque apud illos tãquam piaculũ & abominatio est fornicatio. Et sanè Phryges & Paphlagones moderatè magis, quàm alias quascunque hæreles, viuere videmus. Eandem causam esse opinor, eis etiam qui in Occidentalibus partibus habitant, & Nouati decreto parẽt. Porrò Nouatus etiamsi propter exactiorem vitæ genus suam sibi sectam instituit, nõ ille tamen quicquam de Paschæ festo die mutauit. Sẽper nanque, sicuti Occidẽtales partes facere solitæ erant, & ipse pascha celebrauit. Pascha autẽ illę semper agunt iã inde ab initio, ex quo Christiani

Hæresis eius autores.

Communionẽ eucharistiæ hæreses illi in adiaphoris posuerunt.

Latoius Melitinensis episcopus domicilia eorũ exussit.

Amphilochius Metropolitanus Lycaoniæ tosdẽ prouincia sua expulit.

Flauianus Antiochenus arte quadam sectã ipsius arcana in lucem produxit, & damnauit.

† τὸν ἀπὸ γῆς συκοφαντῆσαι καὶ τῶν μαρτύρων ψεύδεσθαι. *Adelphius enthusiasta.*

† Quis illis præibat. *Improba baptismi sacri reiectio.*

Adelphius impietatem sectæ suæ apud Flauian indicat.

* τὸν δαίμονα τὸν ἐπιχώριον.

† μετ' ἰσημερίαν. *Nouatus martyrium obiit.*

† πεπαλαίωμένων κακῶν.

a Nouatiani phryges in cõciliabulo pascha cum iudais celebrandum statuunt.

b Apud Eusebium iste Sagarus dicitur, de bello Macedon. lib. 7. Sozom. lib. 6. cap. 24. Socrat. habet Cotyaum. Ie genium ex Suida, Cotyæi.

Socra. lib. 4. cap. 24. & 25.

Sozo. lib. 6. cap. 23.

Eudoxius Cõstantinopolitanus episcopus moritur.

Sufficitur ei ab Arianis Demophilus.

A Catholicis Euagrius.

Iussu Valentis & ipse Euagrius, & eius ordinator Eustathius Antiochenus in exilium pellitur.

a Bizia arx regnum Thraciæ, à Terei nefasto crimine inusta hirundinibus. Plin. lib. 4. cap. 11.

b Ariani Cõstantinopoli Catholicos persequuntur.

Socra. lib. 4. cap. 24. & 25. Sozo. lib. 6. cap. 23. Eudoxius Cõstantinopolitanus episcopus moritur. Sufficitur ei ab Arianis Demophilus. A Catholicis Euagrius. Iussu Valentis & ipse Euagrius, & eius ordinator Eustathius Antiochenus in exilium pellitur. a Bizia arx regnum Thraciæ, à Terei nefasto crimine inusta hirundinibus. Plin. lib. 4. cap. 11. b Ariani Cõstantinopoli Catholicos persequuntur.

De crudelitate Arianorũ, & vt Valens circa Astacenũ Nicomediæ portũ octoginta ecclesiasticos viros vnà cum nauigio in medio mari igni cõbusserit. Cap. 16.

stiani sunt facti, † post æquinoxium. Hic post- A modũ sub Valeriano principe, qui persecutionem aduersus Christianos concitauerat, martyrio vitã finiit. Qui verò eius nomine in Phrygia censentur, ab institutis & communione eius quum sibi ipsis indulgentes degenerassent, hoc tẽpore paschale quoque festum mutarũt a. Cõcilio enim in Pazo vico, vbi b Sangaris amnis fontes sunt, coacto, pauci quidã & obscuri per Phrygiam Nouatianorum episcopi statuerunt, Iudæorum azyma obseruanda, & cũ eis pascha celebrandum esse. Hæc sibi renunciata esse Socrates (qui hoc loco non abhorrere se à Nouatianorũ institutis, palàm præ se fert) à sene quodam scribit, qui se presbyteri filium fuisse dixit, quo cum Synodo ei interfuerit. Quum quidem eò non conuenerint vel Agelius Constantinopoli Nouatianorum episcopus, vel Maximus B Nicææ, vel etiam Nicomediæ aut Cotylij (vrbs ea Phrygiæ est nõ incelebris) episcopi, à quibus tum maximè Nouatianorum religio est administrata. Hæc sic tum acta. Postea verò Nouatianorum ecclesia propter eam Synodum in partes discessit: sicuti suo loco dicemus.

Vt Eudoxio Constantinopolitano episcopo mortuo, Ariani Demophilum, Catholici autem Euagrium, Eustathio Antiocheno episcopo suffragante elegerint, & quæ his acciderint. Cap. 15.

SEd vt historiam persequamur, eò vnde digressi sumus, reuertendum nobis est. Imperator Valens Constantinopoli soluens. Antiochiã ad Orontem adire properauit. Et quum Nicomediã peruenisset, ibi hac de causa restitit. Eudoxius Arianæ sectæ episcopus statim post discessum imperatoris Constãtinopoli vita defunctus fuerat, consulatu Valentiniani & Valentis tertio, quum quidem clauum ecclesiæ Constãtinopolitanæ annis vndecim rexisset. Eius in locum Ariani surrogarunt Demophilum quendã. Professores autem ὁμοουσίου consubstantialis, cõmodum se tempus, vt sedem episcopalem recuperarent, nactos esse rati, Euagrium suæ factionis presbyterum episcopum designarunt. Cui manus imposuit Eustathius, episcopus aliquãdo Antiochenus, qui à Iouiniano quidem ab exilio non ita pridem fuerat reuocatus: tum autẽ Constantinopoli priuatus latebat, vt sua saltem præsentia ὁμοουσίου consubstantialis professores cõfirmaret. Ita factum, vt Ariani persecutionẽ aduersus nostros renouarent. Ea res postquam est D ad principem delata, veritus ille ne seditione & tumultu ciuitas turbaretur, militarem manum Nicomedia mittendum misit, cum mandato eiusmodi vt simul & ordinator & ordinatus comprehenderetur, atque alius aliò exulatũ mitteretur. Eustathius igitur a Biziã, quod Thraciæ oppidum est, Euagrius in locum alium deportatus est. Proinde b Ariani, quod plerique omnes in rebus secundis faciunt, magis magisq; efferari, orthodoxos & rectè sentientes admodum vexare, cædere, contumelijs afficere, in vincula conijcere, pecuniis etiam spoliare, intoleranda omnia aduersus eos facere.

Nouatianæ hæresi sectatorem Nectarium esse constitit.

Phryges moderati.

* θυμικὸν.

† ἐπιθυμητικὸν.

* ἐπιπόδων μισῶν. *Phryges & Paphlagones Nouati decretum moribus suis conuenire receperunt.*

Pascha quibus temporibus celebrandi in Occidente.

POrrò quũ nostris dura hæc & grauia essent, ad principẽ precatores misere, si quo modo finem erumnæ eius obtinere possent. Cæterùm illi opinione sua plurimum sunt falsi, vt qui iustitiã se ab iniusto imperaturos esse sperauerint. Quum nanque delecti ex ecclesiastico ordine octoginta viri, quibus præfuit Vrbasius, Theodorus, & Menedemus, Nicomediam venissent, preces imperatori obtulissent, & de vi tãta quiritati essent, indignatus ille, in præsentia quidem iram pressit: deinde autem clãm Modesto præfecto præcepit, vt comprehensos eos necaret. Supplicij eius modus, quia nouus & insolens prorsus fuit, posteritatis memoriæ est mãdatus. Præfectus, si viros religiosos, qui nihil commisissent, propalàm perimeret, ne seditio in vulgo oriretur, veritus est: quapropter eos se in exiliũ missurum esse assimulauit. In qua illi sententia magnis animis acquieuere. Illæ nauim eos, veluti solum exilij causa versuros, conscendere iussit: & nautis præcepit, vt in medio mari nauẽ incenderent, vt quum eo modo illi interissent, sepulchri cura carerent. Ventum est in sinũ medium, † qui Astacenus vocatur ubi nautæ imperata fecerunt. Nam ipsi scapha, quæ nauem sequebatur, conscensa, nauigium in quo viri illi vehebantur, incenderunt. Vehementius tũ subsolanus ventus flabat, & proinde nauis eo citius flammam concepit. Durauit ea vsque ad locum Bithyniæ, qui Dacides nuncupatur, ibique vnà cũ pijs illis hominibus in littore est absumpta. Sedenim factum tam truculentum vindicta est prosequuta. Fames liquidem repentè tanta est C in Phrygia orta, vt necessariò incolæ patriam * relinquerent, & Constantinopolim se arque ad alias diuersas prouincias conferrent.

Catholici &c. ecclesiasticos viros precatores ad Valẽtem mittunt.

Modestus præfectus.

Legati isti, valete iubẽte, & Modesto curãte, in nauim impositi sunt, eumque ea in medio mari nauis per incensa perierunt.

Socrates nauale esse dicit.

Fames maxima in Phrygia.

† *Constantinopoli autem Ariani pluret pios catholicosque presbyteros naui, in qua nullum erat instrumentum nauticum, imposuerunt: eámque pelago ventis vndique temerè ferendam commiserunt. Deinde populares quosdam suos in nauigio alio summisere, qui ignem illis iniicerent. Sic sanctis illi viri ẽi igne & aqua conflictantes, postremò in mari submersi, martyrij coronam receperunt. Theod. lib. 4. cap. 24.*

* *Constantinopolim Socrates scribit frequentissimum multitudinem adire, propterea quod mare ei omne genus commeatus suppeditet: & præterea quum opus sit, eximo vento ingens frumenti copia eò subuehatur. lib. 4. cap. 26.*

De vita, institutione, studijs, & intima amicitia magni Basilij & Gregorij Theologi: & vt ad sacerdotalem dignitatem sint promoti. cap. 17.

QVum verò multa nobis de Basilio magno & Gregorio theologo dicẽda sint, operæprecium facturum me esse putaui, si pauca quędam de arctissima, quæ tantis viris inter se fuit amicitia & coniunctione, præmitterem. Quod sanè nõ rectius certiúsque fecero, quàm si Gregorij ipsius ea de re verba protulero, quæ in ea oratione sunt, quam is de Basilio funebrem cõscripsit. Tempore, inquit, procedente, vbi alter alteri mutuum amorem (factum id Athenis vbi simul vterque literis operam nauauit) indicauit, affectionémque eã philosophię gratia conceptã

De arctissima Basilij Magni & Gregorij Nazanzeni coniunctione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Egregium par amicorum.

esse constitit, tū alter alteri factus est omnia. Sub vno viximus tecto contubernales, & arcta inter nos deuincti coniunctione idem spectauimus: & alter alteri animum flagrantem & constātem præstitit. Corporum namque necessitudo, quoniam rerum fluxarū est, haud aliter quàm verni flores, interit. Neque enim materia igne consumpta, flamma durat, sed vnà cum re cremata euanescit: neq; charitas vbi fomitis ardor emarcuit, consistit. Diuinus autem & pudicus amor, quandoquidem rei firmæ & stabilis est, propterea solet esse constantior. Et quanto magis amāres rei desideratæ pulchritudinem considerant, tanto inter se coniunguntur magis. Hæc amicitiæ nostræ lex erat. Atque quum ad hunc modū inter nos animati essemus, & tales firmo thalamo, vt Pindarus inquit, aureas columnas substruxissemus, ita deinceps processimus. Deo simul & desiderio mutuo opitulatoribus vsi. Sed quomodo sine lachrymis necessitudinis tantæ recorder? Eadem erat nobis rei inuidiosissimæ, doctrinæ scilicet, spes proposita. Sed inuidia abfuit, æmulatio autem vtrunque exercuit: & certamen nobis erat non vter nostrūm primas ferret, verūm vter alteri eas concederet. Alter enim alterius laudem & gloriam pro sua habebat. Et in vtroque visa est anima vna duo circumferre corpora. Quod si credendū non est dicentibus, † omnia in omnibus esse sita: ar nobis id saltem credatur, alterum in altero situm fuisse, & alterū ab altero pependisse. Vtrique opus vnum propositum fuit, virtus ipsa, & vt vitam omnem ad spem futuram dirigeremus, & prius inde animo transferremur quàm corpore excederemus: ad quod spectantes, vitam & actionem omnē nostram ita instituimus, vt nos mādatum diuinum duceret, & alter alterū ad virtutē acueret atque excitaret. Et si non insolés hoc verbum esset, regulam & amussim, quibus quę recta sunt, quæque minus, explorātur, alterum alteri fuisse dicerem. Sodalibus nos cōiunximus nō impudicissimis, sed modestissimis: non contentiosissimis, sed pacificis maximè, & quibuscum esse vtilissimum est. quòd sciremus, facilius vitia contagione cōtrahi, quàm virtutem cum aliis communicari. Quādoquidem & morbus in alios citius, quàm valetudo transfertur. Disciplinas non iucundissimas magis quàm honestissimas consectati sumus. Nam per eas vel ad virtutem, vel ad vitia effinguntur adolescentes. Duæ autem nobis erāt notæ viæ: altera prior & honestior, altera posterior, & non eiusdem momenti: illa ad sacra templa, & qui in eis sunt doctores, hæc ad profanos magistros ducens. Reliquas, insistere eis volentibus reliquimus. videlicet dies festos, theatra, spectacula, conuentus publicos, conuiuia. Nihil enim admirādum & præclarum esse duco. quod ad virtutem nō conducat: neque eos qui studio eius tenentur, meliores reddat. Atque aliis quidem alia sunt, vel à patre accepta, vel domo ex quotidianis studiis & actionibus reportata cognomina: nobis verò ingens momentum fuit & nomen, vt Christiani & essemus, & nominaremur. Athenæ equidem aliis non parum, quantū ad animos pertinet, nocent. Nam id non frustra pij opinantur, quòd plus illæ quàm reliquæ Græcia idolis abundant. Et profectò difficile est, non

Optimum viuendi institutum.

Sodales Basilij & Gregorij.

Athenæ contagione idolatriæ eis nihil nocuere.

Fulchrū exēplum inuenā virtutis & pietatis studiū imitandi.

πάντα ἐν πᾶσι κεῖσθαι.

κακίας μᾶλλον μεταλαμβάνει ἡ ἀρετῆς μετὰ δίκης.

studia eorundem.

simul aliquem transuersum rapi ab illorum laudatoribus & patronis. Nobis verò qui animis probè munitis atque instructi essemus, nullum ab illis obuenit detrimentum. Quin è diuerso potius, quod quidem dictu mirabile est, ea ex re magis etiam in fide sumus confirmati, propterea quòd errorem & impuritatem eorum cognouerimus: ibi dæmones despicientes, vbi dæmones sunt in admiratione. Et si quis est aut creditur esse fluuius, qui per salsuginem amaram maris dulcedinem suam retinens fluit: aut animans aliqua, quæ in igne, à quo omnia consumuntur, subsilit: id nos inter æquales omnes profectò fuimus. Et quod pulcherrimum est, sodalitas quædam nobiscum nō ignobilis fuit, quæ ab illo tanquam duce instituebatur atque regebatur, eisdem nobiscū studiis gaudens. Quamuis pedites, iuxta Lydium curtum, illius scilicet curtum & morem curreremus. Vnde celebritas quædam nobis contigit apud magistros & commilitones nostros, præterea verò in Græcia omni, apud eos maximè qui in ea præcipuè clari sunt. Quin iam fama quoq; nominis nostri vltra Græciæ fines, sicuti hoc multorū sermone ferebatur, processit. Tāta nanque præceptorum nostrorum, quanta Athenarum: & tanta nostra, quanta præceptorū laus fuit. Atque adeò par amicorum insigne, sicuti fuimus, ita & habiti sumus: vt nihil simile apud Græcos haberēt vel Orestes & Pylades, vel Mo lionidæ, Homerici carminis miraculum. Hæc Gregorius de sua & Basilij disciplina & amicitia, quam etiam quum scripta pleraque, tum epistolæ eorum magis declarant. Hos sanè viros si quis inter se conferre, vitámque, mores & virtutem exponere velit, alterū alteri præferre addubitabit. Fuit enim inter eos, & vitę sanctioris, & prophanæ simul sacræque doctrinæ concertatio. Nam adolescentes adhuc, Athenis Himerij & Prohæresij, qui tum inter sophistas præcipui erant, deinde etiam Antiochiæ in Syria Libanij audirores & discipuli artem rethoricam summè perdidicerunt. Et quum, quod ad philosophiæ studia valde appositi essent, quidam eos ad ludos aperiēdos, & sophisticam vitam complectendam, alij autem ad causas in foro agēdas cohortarentur, studio vtroque contempto, solitariam sunt vitā secuti. Itaque postquā in philosophicis literis satis versati erāt, ex Origenis, & aliorum qui illum vel præcesserant, vel consequuti fuerant, libris, sacrarum literarum sententiam addidicerunt. Magna enim rum orbe toto Origenis gloria fuit. In eius libris quum se exercuissent, Arianis strenuè restiterunt. Et quia illi autoritates & testimonia ex Origenis scriptis ad dogma suum cōprobandum afferebant, ipsi eos refellerunt, non latis Origenis sententiam assequutos esse ostendentes. Apud multos quidem tum Ariani, atque Eunomius & ipse Arianisans, in magno fuere precio. At illi postquam cū Gregorio & Basilio vel scriptis vel disputationibus sunt congressi, indocti prorsus esse cōperti sunt. Basilius à Meletio Antiochiæ episcopo diaconus creatus, postea patriæ suæ Cæsareæ Cappadocum antistes factus, cum cura & fide ecclesiis præfuit. Veritus enim ne res Arianorum nouæ Ponti etiam ditiones occuparēt, celeriter ad eas

Sodalitas literaria.

Per medestiā Gregorius se Basilium in virtutis & pietatis studio cursu consequ non potuisse fatetur.

Soz. eo. eodem cap. 14.

Præceptores Basilij & Gregorij in artib. dicendi.

Eidem vitam monasticam sunt sequuti.

origenem legerunt.

Ariani refutarunt. socrates eod. cap. 26.

Basilius presbyter, & postea episcopus.

partes

ἀσκητήρια.

partes percurrit, atque monachorum ibi † exercitia instituens, & plerosque sacra doctrina eruditens, in fide etiam fluctuantes cōfirmauit. Gregorio autem, qui Nazanzi mediocri Cappadociæ oppido, patri suo in episcopatu successit, idē studium fuit. Circumiens enim & ipse oppida pleraque, eos qui in religione imbecilli erant, confortauit. Potissimùm verò Constantinopolim frequentius visens, sententiæ suæ suffragatores in doctrina confirmauit: & postea in eā vrbē legitimè euocatus, administrationem ecclesiæ ibi multorum episcoporum concursu & suffragio suscepit. Quod nisi diuina gratia, vt is eò veniret, procurasset, quod expulsis omnibus, neq; episcopus neque ecclesia ibi esset, periculū cerē & metus ferè fuisset, ne deinde Nicænæ fidei doctrinæ Constantinopoli locus deesset. Sed hac de re postea suo loco dicam. In præsentiā historiam de Basilio persequar.

Gregorius Nazanzi patrissus in episcopatu successor.

Gregorius episcopus constātinopolitanus electus.

Vt post Eusebium Basilio ecclesia Cappadocum sit commissa: & de insigni eius aduersus Valentem dicendi libertate. Cap. 18.

Inter Eusebiū episcopum Cæsariensem, & Basilium diaconum, dissidii intercessit. Basilius episcopo cedens, in Ponti secessit.

EVsebio, qui ante Basilium ecclesiæ Cæsariēsis gubernator fuit, dissidium quoddam cū Basilio etiamnum diacono intercessit. Fuit autem Eusebius quum aliis in rebus vir magnus, tum certaminibus & periculis pro pietate subeundis maximè spectatus. Id quod eius temporis persecutio declarauit. Dissidium autē quum eis intercessisset, Basilius in pontum secessit, atq; ibi cum monachis philosophicè vitæ ritibus fuit. Plebs autem Cæsariensis, atque in primis qui in ea erāt cordatiores, quòd Eusebium suspectum habebant, quasi fugæ causa esset viri tanti, qui virtute & eloquentia aliis clarior esset, eo præcipuè tempore quo hæreticorum ingens multitudo circumcursaret, consilium eius relinquēdi & seorsim conuentus sibi suos agendi, cœpere. Atque ita quidem Basilius, ne, quantum in eo situm erat, Ecclesiam plurimis tumultibus ab eis qui aliena sentiebant, conturbatam amplius affligeret, quietam in Ponticis monasteriis agebat vitam. Valens autem, & quæ cum eo erat sacra cohors (semper enim illum incitantes episcopi Ariani sequebantur) opportunum se rempus nactos esse dicentes, vt in Cappadocū Cæsarea quod vellent perficerent: propterea quòd Basilius secessisset, & populus Eusebij odio ad discessionem spectaret, Nicomedia profecti Cæsaream, tanquam & hanc euersuri, venerunt: atque ibi quæ soliti fuerant, peragere sunt conati, videlicet vt recta sentientes ecclesiis exigerent, eásque Arianis traderent. Cæterùm consilium id frustra fuit. Quàm primum enim hos Cæsareā peruenisse nunciatum est, Basilius monasticis in Ponto scholis vale dicto, Cæsaream & ipse redit, & Eusebio rebus omnibus aliis posthabitis conciliatur. Quo quidem facto animi sui benuolentiam maximè ostendit. Et quòd in tempore magno iudicio omnia cū ratione egit, disputationibusque opportunè est vsus, examen hæreticorum ingens repulit, & ecclesiæ temporibus duriſſimis profuit. Valens, postquàm ei conatus non successit, vnà cum episcopis suis Antiochiam concessit: atque inde aliquanto pōst in Cappadociam reuersus, Basilium, post Eusebij

Ariani in absentia Basilij ecclesias Cappadociæ occupare conantur.

Tempore Cæsarea adest Basilius.

Eusebium sibi conciliat.

Arianos repellit. Eusebio succedit.

mortem ecclesias administrātem inuenit: quem cum exigere veller, cœlitùs ex in re est impeditus. Alterum nihilominus † Leonem statim se larua & terriculamento exterriturum esse credens, * ad Præfecti tribunal cum misit. Ibi Præfectus assistēs, eum interrogat, quánam de causa religionem Imperatoris non complecteretur. Atque ille, Quod hoc sic Deus non præcepit, inquit. Et insuper Imperatoris errorem reprehendit, atque ὁμοούσιον cōsubstantiale defendit. Vbi verò ille mortem ei minatus est, Basilius gratiam se illi eo nomine habere dixit, quippe qui discedere ex tali rerum statu non grauatè cuperet. † Et quum Præfectus amplius eam rem deliberare inberet: Basilius, Ego quidem, inquit, & hodie & cras idem futurus sum. Vtinā verò tu teipsum non mutasses. Creatura enim quum sim, creaturam adorare, Deúmque esse profiteri, in animū non inducam meum. Sed neque religioni vestræ me aggregari sustinebo. Tametsi enim vos clarissimi & non minima orbis pars esse existimamini, me tamen minimè decet hominibus gratificari, & propterea fidem in Deum parupendere: quam ego medius fidius proditurus nō sum, etiamsi mihi bonorum publicationem, & exilium, & aliud quidquam grauium erumnarum, mortémque adeò ipsam mineris. Nihil enim rerum talium mœrorē mihi afferre potest. Quod si facultates meas expetis, pannos hosce & cilicia, atque liberos paucos qui in mūdo meo sunt si hos inquam adamasti, recipe. Sin vt exilij causa solum vertā mauis, paratus ad id sum. Exul verò quomodo ero, qui semper terram quasi peregrinus pererro, & ad regionem aliam vehementer aspiro? Corpus porrò hoc, vel post primam plagam, sensus omnino expers, & crutiatibus superius prorsus futurum est. Hæc atque his similia alia quum liberrimè † Basilius dixisset, cōfternatus ad viri prudētiam Præfectus, celeriter ad Imperatorem percurrit: eidémque, Basilium constantiorem esse, quàm vt à sententia sua suasione deducatur, renūciat. quapropter aut propalàm in eum animaduerteret, aut persuaderi minus illum posse, existimare desineret. Imperator tum quidem quieuit. Quum autē † Epiphaniorum festus dies adesset, cùm vniuersa † quā secum habebat * phantasia, inanique & splēdida pompa in ecclesiam venit, & a munus suum ad sacram mensam attulit: atque ibi quòd omnia miro ordine gererentur, ad stupore delapsus, & totus mutatus, in solum concidisset, nisi quidā ex primoribus tunica correpta Imperatorē iam ruentem retinuisset. Vbi verò sermonē quoque

† μορμολυκείοις τὸν λέοντα ἐκφοβεῖν οἰόμενος.

Ad episcopatum eū, multorum episcoporum suffragiis est electus. Socr. Colloquium Præfecti prætorio & Basilij.

Ad præfecti tribunal Valentis iussu sistitur.

Christiana in fide defendenda constantia.

† θεοφανείων.

* Act. 25.

† σὺν τῇ περὶ αὐτὸν φαντασίᾳ.

Valens ipsis epiphaniis ecclesiam Basilij ingreditur, atque in ea ordinem rectū miratur.

a munus offertorium, quod αὐτόφορος *hoc est, sua ipse manu obtulit.*

Greg. Naz.

* *Basilius à valēte ad exilium damnatur.*

* *Socrates, Basilium ab imperatore cæsarea Antiochiā euocatum, ibi comparuisse, & causam dixisse scribit. lib. 4. cap. 26.*

† *Affuit ipsi colloquio Demosthenes quidam, Imperatoris obsonator, qui orbis vniuersi doctorem carpens, barbarè loquebatur. At Basilius subridens, ἐθεασάμεθα, inquit, καὶ δημοσθένη ἀγράμματον hoc est, in Demosthenem quoque illiteratum vidimus. Et quum ille magis etiam exandescent, minas profunderet: tum est, Basilius ait, de delicatioribus tuis culeorum cendimētis curam gerere. Diuina enim dogmata, qui antea obturatas habeas, exaudire non potes, Theodor. lib. 4. cap. 19.*

Universidad de Deusto

cum vitæ contulit, magis etiam sapientiam, sa- E crisque obrundis & concionibus atque conuē-tibus peragendis dexteritatem, nec non rerum omnium ordinem pulcherrimum admiratus est. Sed enim postea breui aduersariorum calumniis permotus, * in exilium eum mittere constituit. Etiam nox aderat, & currus præparabatur, quū derepentè morb. Imperatoris filium, cui * Gallo nomen erat, inuadit. Tam vehemens autem & periculosus is erat, vt qui puerum curabant medici insignes, de vita eius desperarent. Valens causam eam impatientissimè ferens, in solo volutur, pro filij salute mortem sibipsi optat, & insolabiliter luget. Dominica quoque Imperatoria coniux grauiter affligitur, & horrēdis noctu pauoribus territam, atque id propter eam quæ episcopo illata esset iniuriam, passam se esse confirmat. Proinde Basilium statim accersit: eúmque, vt iacentem puerum quod posset adiuuaret, rogat. Ipse namque Imperator, propter recentem etiamnum ei factā iniuriam, quidquā ab eo petere verebatur. Basilius adest, & puer F meliusculè habet. Imperator nihilominus periculum facturus, ad illum: Si vera inquit, sunt quę de Deo doces, precare, & deum exora, ne mihi filius intereat. At ille: si idem quod ego credis, morbúmque grassantem ab ecclesiis dispellere constituis, omnino puer conualescet. Cæterùm quum Valens id se facturū reciperet, & aliter tamen faceret, *b* puer è vita excessit. Omnes autē asseuerarunt, non perituru fuisse puerū. *c* nisi Imperator eis qui aliena sentiebant, euocatis, precari cos vnà cum Basilio pro pueri salute iussisset: quos etiam vt puerum baptizarent, est exhortatus. *d* Imperator porrò virum veneratione prosequēs, prędia quę ibi habuit pulcherrima, xenonibus seu hospitalibus eius domibus donauit. *e* Sed rursum à familiaribus expugnatus, virum sanctum ad se accuit, & vt se aduersariorū factioni adiungeret, hortatus est. Postquam autem adamantem permouere suasione non potuit, exulare eum iussit. *f* Et iam exilij libellus scriptus erat: quem vbi manu sua Valens G roborare est conatus, literam nullam exarare potuit, calamus nanque statim est contractus. Quod vbi in altero, & etiam tertio, ad scribendum, sicuti conuenit, adaptato, itidem vt primo accidit, & ipse adhuc in scripto impio cōfirmando perstitit, manus ei supra quā credi possit cōcussa, tremore incolerabili est occupata. Proinde animo perculsus, atq; pauore plenus, charta correpta, ambab. eā dilacerauit manibus. *g* Paulò verò pòst Prefecto quoq; accidisse dicūt, vt morbo circunuentus graui, vbi vindictā supplex est deprecatus, totus conualesceret. Verum quid hæc sunt ad alias viri huius primarias virtutes? qui & factis & doctrina mirificā est consecutus gloriam *h*: Multa autē pulcherrima scripta vir iste & Gregorius ecclesiæ Christi reli- H querunt. Quæ nisi omnibus fere nota esse sciré aliquid etiam de eis singillatim dixissem. Horū plurima Rufinus dicitur in latinam linguā transtulisse. Atque hæc de Basilio & Gregorio breuiter sint dicta.

* γυμνάτης. *Filius Valentis in morbū lethalem incidit.*

Dominica Augusta ope nasity filio seruadomi gratiam.

Elius aduentu puer meliusculè habet.

Basilius pueri moriturum in vita mansurū esse pollicitus est, si baptismū sacrum à Catholicis suscepisset. Theod. 3. Quum autē id non annueret Imperator: Basilius, De puero, inquit, voluntas Domini fiet. Socr.

b Imperatoris filius moritur.

c Mortis eius causa.

d Valens prædia quædam xenonibus Basilij donat.

e Denuò is Basilium proscribit.

f Sed exilij libello subscribere nō potest, quem etiā statim discerpit.

g Modestus præfectus quoque morbo oppressus, pœnitentia & deprecatione culpæ interueniente, conualescit.

h Ve scriptis Basilij & Gregorij.

De fraterna coniunctione & amicitia Basilij & Gregorij, & de sancto Gregorio Nysseno: & quòd tres in ecclesia fuerint Gregorij, sanctitatis omnes participe & præterea quartus quidam hæreticus. Cap. 19.

HAbuit autem Basilius fratres quorum vnus Gregorius fuit ecclesiæ Nyssenæ lux & ornamentum: vir secundum fratrē doctrina, moribus & vitæ sanctitate spectatus. Et quanuis is cō iugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minimè cessit. Qui Basilio mortuo, Hexaemeron siue sex dierū opus illius adimpleuit: & aduersus Eunomiū & Apollinarim cōfutationes scripsit. Constātinopoli quoq; in diuū Meletiū oratione funebrē cōposuit, aliásq; insuper plurima opuscula doctrinis & institutionibus plena ecclesiæ Dei reliquit. Ostēdunt autem virum talem cùm alia tum præcipuè in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita. Secundus Basilij frater Petrus fuit, qui vnà cum illo vitam monasticam primùm cōsectatus, deinde vrbē Sebastiam sacrorum antistes gubernauit. Tertius Naucratius, qui iuuenis in ascetico instituto defunctus est. Accessit ad hos celebris illa Macrina soror, cui Gregorius libellum de Anima dicauit. Ei, sicuti accepi, hæretici quidā Origenica dogmata intecerūt. Omnes autem isti propter vitæ integritatem, in numerū sanctorū sunt relati: quemadmodū sanè & Gregorij Cæsarius frater, & Gorgonia soror. Quoniā autem Gregoriorū nominis similitudine in librorū inscriptionibus discernēdis nōnulli errant, scire peropus est, tres fuisse Gregorios in ecclesia Dei præclaros. Pōticum illū, quē diximus Neocæsarea ortū, & reliquis antiquiorē, Origenis discipulū: de quo celebris fama est Athenis, & Berythi, & in prouincia Pōtica, toróq; adeò orbe, quem miraculis & doctrina percurrit. Hic Cæsareæ cū Origene fuit, ac deinde ab eo nō discedens, veteriorem philosophiā perdidicit. Postea in patriā reuersus, primū vt laicus & profanus multa præclarè egit, dæmones expulit, morbos sanauit, græcę superstitionis sectatores eloquētia, seu potius prodigiis ad fidei nostræ professionem adduxit. Meminit etiam huius Pamphylus martyr in suis, quos in Originem elaborauit, commentariis: in quibus oratio laudatoria Gregorij ad Origenem inserta inuenitur. Tres isti Gregorij, vt breuiter dicam, fuere: is de quo modò memorauimus: & qui à veteribus Nazanzenus, à nobis autē quòd tali cognomine dignus sit, Theologus est vocatus: & frater Basilij. Fuit præterea alius Arianus, Athanasij successor, qui † à plebe est reiectus. De his satis.

Gregorius Nyssenus episcopus Basilij frater. *scripta eius. episcopus cōiunx.*

Petrus Sebastienses episcopus Basilij frater. *Tertius eiusdē frater Naucratius Ascetes.*

Macrina soror.

Gorgonia soror.

Gregorii Nazanzeni Cæsarius frater. Tres præclari Gregorii.

Gregorius θαυματουργός, hoc est, mirificus. Socrat. eccl. cap. 27.

† *A plebe Ariana. suprà lib. 9. cap. 7.*

De sancto Amphilochio episcopo Iconij, vt is per Angelum sit consecratus: & vt tum diuinus Chrysostomus etiamnum adolescens, gratiæ eius quæ ei inerat, egregium de se præbuerit specimen. Cap. 20.

TEmporibus eisdem etiā, qui Iconij ecclesiæ præfuit, enituit Amphilochius: quem amicum egregiè charum habuere *b* Gregorius & Basilius. Indicant hoc eorum ad illum datæ literæ, maximè verò Basilij scriptum de spiritu sancto in triginta capita relatum, & constitutiones: quæ à multis etiam Amphilochia vocantur. *c* De Amphilochio isto permulta tradita sunt consideratione & memoria digna. Fuit enim senex simplex, in quo doctrina & vita ex æquo

a Iconium Lycaoniæ metropolis.

b Gregorius theologus. Gregorius Arianz. c Amphilochius Basilii.

æquo inter se ita certarent, vt aliquot etiam ediderit libros. Sed enim diuina gratia aliàs aliter res nostras dispensans & ordinans, incredibili quodam modo mirificum naturæque captum excedens, atque nouum in hoc viro exhibuit prodigium. Siquidem ad eum in solis locis phi losophantem, propter excellentem & vitam & doctrinam eius angelos Deus misit, qui mystica & arcana benedictione & * episcopali arrogatione eum dignari * intellectuali modo consecrarunt, & hierarcham ciuitatis Iconij renūciarunt. Ad hunc quoque non longo pòst tempore eligendum atque ordinandum in eum locum episcopi conuenere. At vbi ex eo cognouerunt ab angelis Dei consecrationem eū suscepisse, data, de tam sacra & diuina gratia. Deo gloria, vt pontificem Dei, & Euangelij præconem, fideique defensorem, cum timore reuerēter hominem admitere: & solita salutatione atque osculo ei impertito, ea quæ episcopalis functionis sunt, administrare & exequi permisere. Ea ætate Optimus quoque, & Latoius, episcopi extitere, viri qui & vita & doctrina acceptā à maioribus diuinam fidē propugnarent. Quorū hic Melitinensi, ille Pisidæ præfuit ecclesiæ. Diuus etiam Chrysostomus iuuenis etiamnū, præstantem ingenij animique vim & specimen Antiochiæ viuens ostendit. Et * disciplinā morum admodum consectans, magis magisque in ea proficiebat: nondum ille quidem in episcoporum coopratus ordinē, sed inter sacras functiones diaconi ministerium adimplens. Cuius C quum epistolas Basilius & Gregorius viderēt, admirati eas sunt, & egregium quiddam in eo iuuene extare pethibuerunt. Sed de Amphilochio & Ioanne, suo loco plura dicemus. Nunc ad impium Valentem progrediamur.

si in solis locis ab angelis Dei sacris initiatus & episcopus ordinatus est.

* ἀρχιερατικὸς ὑφ' ὑποστάσεως.

† κατηχούμενος.

Optimus & Latoius episcopi.

Ioannes Chrysostomus diaconus Antiochiæ.

* πῆξιν διδασκαλίας.

Basilius & Gregorius eius epistolas sunt admirati.

Vt Valens Antiochiæ maximam persequutionem contra pios mouerit, in fluuio eos submergens: & diuinum Meletium & Pelagium & Samosatenum Eusebium, de cuius rebus gestis breuis inserta est narratio, in exilium egerit. Cap. 21.

QVum is Antiochię, sicuti diximus, diutius moraretur, & ab externis bellis quietus esset, aduersus eos qui ὁμοουσίῳ cōsubstantialis fidem sectātur, se armauit: & non modo ex Antiochena, verumetiam ex finitimis quæ circūcirca sunt ecclesiis, rectæ sententiæ propugnatores eiecit. Aliis quoq; eos cladibus affligens, cùm varij generis suppliciis sustulit, tum maximè in præterfluentem amnem Orontem conicit & suffocauit. Et Meletium quidem, egregium de vera pietate certatorē, ex ecclesia deturbatum in exilium misit. Samosatis autem diuinum eiecit Eusebium. Præterea vero vt Laodicea egregio pastore Pelagio orbaretur, & ad viduitatem redigeretur, effecit. Qui adhuc iuuenis, inuitus etiā iugū matrimonij subiit. In ipso vero nuptiali cubiculo, ad † primam cohabitationem sponsæ suæ persuasit, vt castitatē conse ctans, sororis sibi potius pietatem, quàm coniugalem consuetudinem præstaret. Ac tali quidem pudicitia Pelagius fuit: quàm etiam in eo, reliquæ eius coniunctæ & veluti sorores virtutes, tāquā in chorea aliqua sunt consecutę. Quā ob causā omniū calculis & suffragiis episcopali

Valens orthodoxos persequitur. Sozo. eccl. c. 18.

Proscribuntur Meletius Antiochenus, Eusebius Samosatenus, Pelagius Laodicensis.

† ἐκ' αὐτῆς τῆς παστάδος.

Pelagius episcopus in coniugio celebi, sponsam pro sorore habuit.

A honore dignus iudicatus est. Verùm tam splendida episcopalis muneris administratio eius, flectere impium Principem non potuit. Illicet hunc ille in Arabiam, Meletiū autē in Armeniā, & Eusebiū in Thraciam deportari iussit viros Apostolicis donis relucentes. Eusebius iste antehac quum ecclesias multas vacuas esse pastoribus cognouisset, militis habitu sumpto, & capite episcopali tiara, quam ex pileo confecerat, tecto, Syriam, Phœniciam, & Palestinā peragrauerat: ordines vacuos in ecclesiis presbyteris, diaconis, aliis sacris ministris supplē. Alicubi etiā episcopos ecclesiis præfecerat, si quos esset nactus, qui cum eo sententiæ eiusdē essent. B Quàm præclarum autem fortis & generosi animi ediderit specimē in Thraciā exulatū ire iussus, nefas esset, si silentio præteriremus. Quum is qui exilij bellū ab Imperatore afferebat, circa crepusculū aduenisset, vt tacitus esset, causamq; aduentus sui premeret, eum admonuit. Si enim inquit, hoc multitudo resciuerit, ardore æmulationis excitata, te quidē illa statim necabit, me autē cædis eius causam dicere oportebit. Hæc vbi dixisset, ad primā facem vnico seruulo, qui cerucal tantū & libellū secū ferebat comitatus, solus se in viam dedit: atq; vbi ad Euphratis ripam venit, qui vrbis eius mœnia præterlabitur, a vbi etiā * transitum habere dicitur, piscatoriā conscendit nauim, & remiges in ripam alteram eum locum versus qui Zeugma nominatur, appellere iussit. Atque ille quidē sic est profectus, C At Samosateni re cognita, in lachrymis & luctu esse, & confestim traiectus nauigātibus repleri. Vbi verò eum multa parte fluuij emensa sunt consequuti, plorātes omnes suādere ei cōtenderunt, ne lupis oues proderet. Sed postquā multa dicentes, eū in sententiā suam abducere nō potuerunt, (nam Apostolicū illud dictū eis obiecit, Magistratibus & potestatibus subiecti estote) alius quidem aliud, aurum scilicet & vestem & famulos ei in terram alienam & lōginquā proficiscenti obtulit: ipse verò necessariis tantum à familiarissimis quibusque acceptis rebus, precatione eos ita vt conuenit muniuit, & vt doctrinam traditam diligenter & accuratè retinerent, hortatus est, & sic ad Istrū vsque contendit. Illi factum id ægrè ferētes, vbi in vrbem sunt reuersi, parati erant cum lupis manus D conserere. Æquum enim est, vt ardoré & æmulationem quoque eorum, propter rem honestā & pulchram, exponā. Et profectò iniuriam eis me facere existimaré, si non flagrantem illorum in fide sinceritatem memoriæ posteritatis mandaré. Nam vbi, qui Arij factionis erant, pastoribus ex ecclesiis omnibus expulsis, Samosata quoque pro Eusebio Eunomium quēdam adduxerunt, nemo hominū omnium vel pauper, vel locuples, vel iuuenis, vel senex, atque vt simpliciter dicam, nemo prorsus, ita vt in moribus est, ecclesiam est ingressus. Ipse verò solus in episcopalibus ædibus versatus est, nemine eū respiciente, aut conueniente: quū quidem vir humanus & modestus fuisse dictus sit. Quod inde satis patet, quum enim in publicum venisset balneum, & famuli fores lauacri claussissent, vbi pro foribus stare plurimos cognouit, ministris, vt eas recluderēt, præcepit: atq; vt

E

Eusebius Samosatenus ecclesias passim clero carentes visitauit.

Idem in exilium noctu clàm vadens, populum fallit, sententiæ vitādæ gratia. Theodo. eccl. cap. 24.

*a Oppida alluuntur Euphratæ & Antiochiæ, quæ ad Euphratem vocantur. Item Zeugma 27. m. passuum à Samosatis trāsitu Euphratis nobile. Plin. li. 5. c. 24. pulchrum exemplū τῆς νεωγραφίας. Viatici eum prosequuntur. * πορον.*

b Consequuntur Samosateni Eusebiū sed eum non reducunt.

Samosateni gens mitis episcopum Arianum sibi obtrusum nō respiciunt, propter catholicæ fidei zelum.

Eunomius vir perhumanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cũ eo in thermis Samosatenis lauare nolunt.

Eunomius Samosatis discedit.

Lucius ibidẽ.

Arianus Eunomio Samosatis succedit.

commune eiusdem omnium in hunc quoque odium, pueri pila ludentes ostendunt. Theod. eod. ca. 15.

Lusus pilæ piacularis cõtaminatæ.

Lucio procurante a magistratu eleuntur multi urbe pelluntur.

ἀδελφὸς ὢν Εὐσεβίου τοῦ μαρτυρήσαντος.

Eusebius martyrio defunctus.

Eusebius in episcopatu Samosatenos suffectus Antiochus, ex sorore eius nepos.

Verga Paphlagoniæ oppidum. Mela.

d Eusebius diaconus, & Antiochus presbyter proscribũtur.

* τὸ Ἰούδ.

e Antiochus Iouiniani episcopi, quòd aliquandiu Arianus fuerit, ordinationem recusat.

communiter & liberè qui vellent, lauatione vtE rentur, illos admonuit. quod itidem in interiori conclam fecit. Atque vbi nonnulli ingressi eũ circumsteterunt, vt vnà cum eo in calidis aquis lauarent, eos est cohortatus. Cæterùm quum illi sic stantes tacerent, honorem statione eiusmodi haberi sibi ratus, celeriter aquas calidas reliquit, & abiit. At illi aquas eius piaculũ hæreos contraxisse existimãtes, per cuniculos eas emiserunt, atque aliis immissis lauarunt. Id verò postquam Eunomius cognouit, statim vrbe relicta domum est reuersus: stultum esse ratus, in ea manere vrbe, quæ publico & communi in eum flagraret odio. Atque it ille quidem sua sponte Samosatis discessit. Ariani autem alium eò misere, Lucium nomine, lupum reuera, non pastorem. At oues tametsi pastorem non haberent, quæ tamen pastorum sunt, fidei dogma sartum tectum conseruantes, fecere. Porrò quãtum Samosatenorum & in hunc odium fuerit, inde liquebit. Pueri quidã pilam interse impellentes in foro ludebant, & Lucius præteribat. Accidit autem, vt pila ex cuiusdam pueri manibus exiliens, per mulæ eius qua Lucius vehebat pedes voluceretur. Atque illi vlulatũ ingentem edidere piaculo pilã repletam esse opinati. Lucius clamorem eum nõ intelligens, ex aculeus seu comitibus quendam paulisper ibi manere, & rem ipsam perspicere iussit. Et eccè pueri per accensum ignem, lustrare ita piaculũ volentes, pilam iecerũt. Puerile hoc quidem fortasse, sanis tamen idoneum, quod demonstret, quàm constans ciuitas ea odium erga eos habuerit, qui fidei doctrinam deprauare ausi fuissent. Sed enim Lucius non eo quo Eunomius fuit animo. Verùm suasionibus suis apud magistratus tantum effecit, vt è sacro ordine multos quidẽ vrbe exigerent: qui verò ei vehemẽtius resisterent, longius etiam abigerent. d Sic Euolcius ille diaconus Oasim deportatos: Antiochus autẽ presbyter, & magni Eusebij cognatione clarus († sororis enim eius filius fuit) permultis primariis virtutibus pollẽs, ad quasdam vltimas Armeniæ oras in exilium missus est. Vbi verò diuinus Eusebius, post multa pro vera pietate obita certamina, postremò etiam martyrij recepit coronã: prouinciales cõuentu coacto, cui etiam Iouianus, qui Pergensis episcopus, breui tempore Arianã sequutus fuerat religionem, interfuit, Antiochum in locum * auunculi communibus suffragiis surrogarunt. Atque is vbi ad sacram mensam accessit, & vt mos est, inclinatus in genua magna vi procidit, cõuersus, quoniã Iouianum dextrã capiti suo imponentẽ H conspexit, suffragium illius reiecit, & reliquis quoque electoribus suis restitit, dicens. e Nequaquã se eius dextræ consecrationem seu ordinationem suscepturum, quæ per blasphemias diuina susceperit mysteria. Sed hæc longè post sunt facta. Eo verò tempore in interiorẽ Armeniam concessit. Diuus autem Eusebius ad Istrũ vitam egit, Gothis tum Thraciam percurrentibus, & vrbes eius vastantibus: quemadmodum ipse scripto quodam suo testatus est.

De Barse, & tyrannide ea quam in ciuitate Edessa Valens in martyrio seu templo sancti Thomæ perpetrauit. Caput 22.

Barsæ Edessenorum episcopi exilium, quo ter solum vertere est coactus. Theod. eo. c. 16.

Aradus Phœnicia insula. stephanus.

Ad lectulum huius in Arado miracula edita.

Barsæ successor Lycus.

Lyci odio Edessens extra mœnia cõuentus ecclesiasticos agunt.

Templũ diui Thomæ apud eãdem. τὸν ὑγρὸν διὰ τῆς πύλης ἔξω τῆς πόλεως ἐρέουσα.

a Λύκος, Lycus, propterea esse hoc loco nomen positum aliquot Λύκος in pus Græcis dicitur, & sic appellationum nomen fuerit.

b Edessæni à Modesto prætoriani, ne extra vrbẽ cõuentus agendi gratia progrederẽtur, nihilominus * impressis suis perseuerant.

c Ad conuentũ eum mulierculã cũ puero, Modesto vidẽte, properat.

d Animus eius nimia diuina æmulatione successus humanum nõ capit modũ sed temeritatem & ridiculam iactantiam pro risu habet, & ludibrio. Theod. lib. 4. cap. 26.

e Admirandus ex fœmina ad martyrij abeundũ ardorem

P Orrò Barsen Edessenorum episcopũ, cuius ingens est gloria in Phœnicia, Ægypto & Thebaide, siquidem has peregrans virtutis suæ splendore illustrauit, vt insulã Aradũ incoleret, Valens condemnauit. Quoniã verò Apostolicis donis clarus, doctrinæ suæ luce multitudinem ad se pertrahebat, & morbos quos medici curari posse desperauerant, sanabat, in Ægyptiã inde vrbem quandã Oxyrynchon nomine est deportatus. Vbi verò & ibi virtutis gloria animos omnium in se cõuertit, in extremos quosdam fines à quibus non longè barbari aberant (Philo locus is nominatur) trãslatus est, quum quidẽ cœlesti domicilio esset dignus. Etiã nunc in Arado lectulũ esse dicunt, quem plurimo honore Deus sit dignatus, quod ægroti multi in eũ repositi * valetudinem per fidẽ recuperẽt. Verum enimuerò quę Edessę etiã crudeliter Valẽs egerit, silentio ea mandare nõ licet. Quũ nanq. Barsen, quem diximus, à grege suo exclusisset, Lycum pro eo substituit. quã rem quia multitudo ægrè tulit, & communionẽ eius respuit, relicta vrbe omnes extra eius mœnia cõuentus egere. Erat autem ibi Thomæ apostoli insigne precatoriũ, quod videre volens Valens, vnà cũ præfecto Modesto, quosdã prius cum mandato eò misit, vt multitudinẽ ibi congregatã, armatorũ quos secum ducebat opera dissiparent, baculis & clauis eam pulsantes: si verò opus esset gladios quoque adhibentes. Præfectus imperata facere, & clàm Edessenis denunciare, ne postridie more suo in loco eo cõ ienirent. Mãdatũ enim ab Imperatore esse, vt in eos qui ibi deprehensi essent, grauiter animaduerteretur. Præfectus sanè, quãuis diuersæ sentẽtiæ & religionis, ad eũ modum illis est minatus: vel quòd neminẽ aut paucos certè periclitari vellet, vel quòd fortasse Imperatorẽ grauiter indignãtem opera sua vti nollet. b Edesseni verò minatũ denunciationem paruipendẽtes, vnà cũ diluculo alacrioribus etiam quam antea animis in locum designatum conuenere, & solita sacra sua peregere. Quod vbi Modesto est indicatum, quum quod facerent non haberet, consilij inops, quàm celerimè militari manu contracta, per forum ad campum eum contendit. c & in mulierculam incidit. manu puellum raptantem, palliúmque sic temerè & incompositè, contrà quam fœminam decer, trahentem, atque adeò militarem ductorum phalangem, perinde atque ad rem magni momenti properaret, † rumpentem. Eam iussu suo comprehensam, cuiúsnam rei gratia tantopere festinaret interrogat. Tum illa: in campum eum, inquit, in quo veræ pietatis cultores sunt congregati. Noui enim, & certo noui vestrum quod struitis consilium: & propterea eò venire propero, d vt æqualia cum illis consequar præmia, ne scilicet cursu intermisso tardius vadens, gloria quæ à Deo est, excidam. Puerum autem (præfectus subinfert) quid ita tecum ducis? Et rursum illa: Vt & ipse, ait, post afflictionem & eruminam tolerata, honoris eius particeps fiat. e Ille animo ad tam generosam fortitudinem mulieris consternatus, vbi ex eius vnius aliorum omnium conicciisset alacritatem, ad Imperialem domum reuersus,

Magnanimitatem Modesti adductus, Imperator, vt multitudini ingenti parcat, vix persuadet.

† Valens multitudinis eius duces proscribendos censet.

reuersus, Imperatori rem omnem indicauit, & A vt à consilio cœpto, quo desisteret suasit: turpem & aduersam dicens ex tali facto consecuturam famam, atque Edessenorũ nihilo magis alacritatem extinctũ iri. Verbis hisce innumeris multitudinem præfectus conseruauit. At imperator vbi illum contumeliosis vocibus proscidit, pugno etiam cecidit: † multitudinis nihilominus duces cõprehensos cogi præcepit, vt per optionem vel cum Lyco seu lupo, & non pasto re, communicarent: vel citra moram vrbe excederent, atque ad vltimas oras exularum irent.

De Eulogio & Protogene, vt magnificè pro fide decertauerint: & vt post reditum ab exilio alter Edessæ, alter autem carris ecclesiæ episcopi præfuerint.

Caput 23.

Modestus Imperatoris mãdatum plebi exponit.

plebs tacet, vt præpositis ei respondeant, expectans. Colloquium Modesti & Eulogij.

P Orrò vbi præfectus illos omnes cõgregasset, Imperatoris mandata in medium protulit, lenibus vtens verbis, stolidumque esse dicens, eos tam paucos & imbecilles homines contra Imperatorem tantũ, & tot populis imperantem niti. Illi autem taciti omnes cõstitere, in ducem suum (Eulogius is erat, vir vita simul & doctrina condignam laudẽ consecutus) respectantes. Ad hunc igitur Modestus cõuersus: Quid ita tandem, inquit, ô senex non respõdes? Atqui respondit ille, responso nihil opus esse, qui interrogatus nõ essem, putaui. Rursum præfectus: Multa certè ad vos, quæ vtilia vobis essent, exponẽs, verba feci. Tũ Eulogius: Illa quidem ad vniuersos sunt dicta. Ego autem ineptũ esse existimaui, si mulris reiectis, ipse responderem. Quòd si me solum percũctatus fueris, iliçò tibi sententiam meã exponã. Ibi præfectus: Ergo vt cum Imperatore tibi communio sit, facito. a Eulogius verò magna cum gratia facetè admodũ arridens: Proficit enim, inquit, & vnà cum imperio episcopatum quoq; fortitus est. Verùm ille ironicum & amarulentum dictum sentiens, grauiter id tulit. & iactis in senem conuicijs, ad alia hæc insuper addidit: Non hoc dixi, attonite & stulte: sed communicare te debere, cũ quibus ille præcipit, episcopis. At ego, inquit, & senex sum, & pastoris non expers: cuius vocẽ vt germanã intelligo, & doctrinã sequor, neque mihi tam perniciosa & pestifera herba opus est. Hisce verbis furore incensus, celeriter b octoginta ex eis qui multitudinis essent velut colũnæ, cõprehensos in Thraciã relegauit. Atque illi vincti circũeuntes, c benignè à multis sunt curati. Vici enim & ciuitates eis obuiã progredientes, tanquam veræ pietatis defensoribus debitum præstiterunt honorem. Porrò inuidia nunquam non in * aulis Principum stipendia faciẽs, ad imperatorem mox procurrit, & multorum honorum causam esse dixit, quòd condemnatis imperaretur exilium. d Imperator re cognita, disgregari eos, & binos partim in Thraciam, partim in Arabiam, quosdã in Thebaiden, atque alios aliò in oppida dispergi iussit. Si qui etiam inter eos fratres essent, disiungi curauit. e Eulogius sanè, & Protogenes, † qui secundas ab illo ferebat, * Antinonẽ Thebæorũ oppidũ deportati sunt. Quanta autẽ illorum virtus fuerit, illud indicabit. Quũ nanque sententiæ suæ episcopũ ibi reperissent, communicare cœpũt, & ecclesiasticos cõuẽtus egerũt.

a Scitè dictũ προσφερῆ γὰρ ἐφη καὶ μέτρα τῆς βασιλείας καὶ τὴν ἱερατείαν προσκεκλῆσθαι.

Apud Theodor. 5. dictum hoc per interrogationẽ effertur: An cũ imperio episcopatum etiã emisti? lib. 4. cap. 18.

b Ex Catholicorum multitudine octoginta primores in Thraciã deportantur.

c Magnus honor eis in via exhibetur.

ὁ ὀφθεὶς ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ ἅρματος.

d Atque iussu Valentis seiunctim diuersas orbis partes proscribuntur. Tripart. lib. 7. cap. 33.

Infrà lib. 12. cap. 5.

e Eulogius & Protogenes Antinoenem delati.

* Al. Antinoum.

f Sibi Christianismum inter paganos propagarunt, Eulogius monasticam vitam colit.

g Protogenes iudimagistrũ agit.

h Protogenes puerum mortuum resuscitat. Alios quoque ægros sanat & baptizat. Valentes autẽ ad Eulogium baptizandos adducit. prælarum Protogenis verbum, præstat peccatores ad christum per doctrinam & sacramẽtorum administrationem conuertere, quàm cõtinuæ cõtemplationi & orationi incumbere.

a Protogenes primas Eulogio tribuit.

b Reuersi ab exilio.

c Eulogius Barsæ successit.

d Protogenes carris episcopatum gessit.

Porrò cum pauci valde ad eos conuenirent, & causam eius rei esse comperirent, quòd Græcæ superstitionis studiosi oppidani essent: vbi pro eo atque decet errorem cum eluxissent, non cessandum sibi esse, vsque dum ipsi pectora sua plãgerent, duxerunt: sed ita vt par erat, illorũ quoque medicinæ & saluris curam gesserunt. f Et Eulogius quidem in domunculam quandam se ipsum abdidit, ibique tacitus vixit, rerũ vniuersarum deum precibus exorans. Protogenes autẽ sacras literas edoctus, & in scribendi arte valde exercitatus, g ludum literarium aperuit, commodo scholæ puerilis loco inuẽto. In ea & pulchrè & celeriter adolescentulos scribere, & sacra docuit oracula, ita vt illi Dauidica carmina, & alia Apostolicæ doctrinæ cõsona addiscerẽt. Quum autem ex pueris vnus morbo confectus, in expectatione mortis esset, h Protogenes in domum vbi is iacebat, venit, & manus contrectatione ægritudinẽ fugauit. Quod vbi aliorum parentes cognouerunt, in suas quisq; ædes senẽ adduxerunt! & vt inualidis eorum liberis opem ferret, rogarunt. Tum ille se auxilio eis nõ prius esse posse dixit, quàm ægri diuinum subirent lauacrum. Et illi, quòd eos desiderium recuperandæ suæ valetudinis adurgeret, statim dicto audiẽtes fuere: atque ita per corporis morbum, animæ quoque salutem sunt consecuti. Si quis autem valentium quoque ab eo persuasus diuinam gratiam ambiret, ad Eulogium vadens, & fores pulsans, vt ille eas aperiret, & ei quem venatus esset, sigillum in Christo imponeret, rogabat. Atque vbi Eulogius eam rem, quòd in precatione identidem interpellaretur, grauius tulit: Protogenes, Atqui (inquit) longè necessaria magis est errantium ad Christum cõuersio. Id verò factum admirationi erat omnibus, Protogenem videlicet, qui tanta ederet miracula, & tantam multitudinem ad veritatis lucem produceret, a partes primas Eulogio concedere. Et omnes longè præstantiorem superiorémque Protogenis virtutem, ipsius Eulogij vita, esse existimabant. Cæterùm postquam persequutionis procella sæuire desiit, atque vnà cum aliis & isti b ab exilio reducti sunt, incolæ eius regionis lachrymantes eos produxerunt: potissimùm verò episcopus ipse, qui auxilio tanto orbabatur. Et Eulogius quidem diuo c Barsæ vita defuncto, ecclesiæ ipsius gubernacula suscepit. d Admirando autem Protogeni, Carræ ciuitas Græcarum præstigiarum spinis obsita, ex colẽda credita est, qua labore multo repurgata, cœlestem veræ pietatis fructum perfecit. Sed de his postea.

De sancta Flaviana & Diodoro, vt ipsi gregem Meletij rexerint, cum nondum episcopalem dignitatem suscepissent. cap. 24.

Valens religiones alias omnes tolerat, catholica tantũ fidei infensus.

Theod. eadem cap. 24. 25.

VAlens diutius Antiochiæ commoratus, Euzoio ibi ecclesias regẽte, Iudæis, & ethnicis Græcis, atque etiam qui Christianorũ nomine censentur, & diuersa ab Euangelica doctrina dogmata complecterentur, omnibus quę animis eorum placita essent, vt liberè peragerent, permisit. Nam impius error sub Iouiniano quidem extinctus, à Iuliano autem excitatus, paulatim reflorescebat, & Dialia, Dionysia, & Cereris sacra, non in angulis, Imperatore veluti

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sancto Aphraate, & Iuliano: vt monasticam in solitudine vitam relinquentes gregem Christi sint tutati. Cap. 25.

præcunte, peragebantur: & homines in medio E foro, nemine obsistente, bacchantium qui numine afflantur more, discurrebant. Eorum verò tantum, qui Catholicæ ecclesiæ doctrinam sequebantur, implacabilis hostis erat. Et primum quidem recens constructam ecclesiam, quam illis Iouinianus dederat, ademit: deinde verò ex aliis quoque eos sacris ædibus exegit. Atque vbi illi sub dio agentes, ad montis radices Deũ consuetudine sua hymnis & laudibus celebrarent, & varias eaſdémque aduersas aeris mutationes, aliquando quidem cum pluuiis & niue & immenso frigore conflictati, aliquando autem æstu solis admodum adusti perterrent, ne eo quidem loco vt permanerent voluit: & immissis in eos militibus, erumnosum hoc vitæ agendæ institutum dissipauit. Flauianus autem & Diodorus generosi veritatis athletę tum florebant: qui imminentes gregi Christi fluctus, veluti scopuli quidam, quamprimùm in spumam redegerunt. Illi enim post Melerium in exilium electum, pro grege Christi decertabant, quum lupis ipsis fortiter obuiam eundo, tum Christi ouibus conuenientem doctrinam proponendo. Atque vbi ex locis suburbanis deturbati sunt, ad proximi fluminis ripas oues pauerunt: non frustra, perinde atque illi in Babylone captiui, ad salices carminum organa suspẽdentes: sed liberè Deum, iuxta diuinum Dauidem, in omni loco dominationis eius laudantes. Verùm ne hoc quidem in loco diu eos durare, orthodoxorum & rectè sentientium hostis passus est: sed primo quoque tempore inde etiã secedere coegit, conuentúmque eum soluere atque dissipare est conatus. Sed enim diuinum duorum istorum virorum, quisnam pastoribus rem gerebant, par spiritualem gregem, ad id quod in Christo est bellum exercuit, atque vbi pabulandum esset, monstrauit. Et generosus quidem Diodorum, perinde atque præaltus & pellucidus amnis, diuino flumine suos potauit. Aduersus alienos autem vehementius cum impetu ruens, illegitima dogmata diluit & aboleuit: non magni ille generis sui præclari splendorem faciens, afflictiones autem & erumnas pro fide non grauatè ferens. Flauianus verò, qui & ipse ex nobilitate erat, veram pietatem generis claritati longè quoque proposuit. Is veluti quidam ludimagister, Diodoro ad sacrum pietatis * quinquertium instructo assuit. atque in ecclesiis quidem ille concionari non potuit, quòd iunior adhuc ad sacerdotij gradum non conscendisset: sed non pœnitendum enthymematum seu argumentorum, atque ex scripturis depromptarum sententiarum momentum eis, qui id legitima cohortatione exciri faciebant, suppeditauit. Et illi quidem aduersus Arianos blasphema verba iactantes, continuè arcum intendebant: hic autem veluti ex pharetra quapiam, sic ex sapienti mente sua, frequentia sententiarum tela subministrabat. Et in ecclesia, quemadmodum diximus, non docuit: doc i verò & in publicis disputationibus impiorum retia disrũpit, & nihil ab aranearum telis differre ostendit, quas ipsi irrefragabiles esse putabant, quæstiones atque propositiones.

Orthodoxos omnibus templis exclusit.

Ne sub dio quidem eos conuentus agere est passus.

Flauianus & Diodorus pro Melerio exule gregem Christi Antiochiæ curarunt.

In fluminis ripa orthodoxos ecclesiam cogunt.

Sed inde quoque sunt depulsi.

πεπαῤῥησ ἀθλητὴς.

Flauianus quòd nondum per ætatem presbyter esset, & in ecclesia non doceret, Diodoro & aliis doctoribus argumenta contra Arianos suppeditauit.

Aphrates monachus vitam theoricã utilitati christi ouiũ, necessitate stagnãte, posthabuit. Theod. eod. cap. 26.

ἐν τῇ φιλοθέῳ ἱστορίᾳ.

H

In nullo non conuentu olim Christiani pro principibus suis orarunt.

Mira modestia simul & grauitate valenti Aphraate, necessitate se coactum, monastica vita relicta, orthodoxos docere & cõfirmare, ostendit: & eiusdem impiã tyrannidem perfringit.

fatagentes. Hæc quidè ille dixit. Imperator autem ad minas vsq; progressus, silere eum coegit. Ex cubicularijs autẽ imperatoris quidã, qui sanctũ virum propter animi temeritatẽ grauius tractauerat, in balneum confestim ingressus, vt Principi lauationẽ præpararet, mitè captus, & in calidas aquas delapsus, ibi vitam finiuit. Imperator aliquandiu expectans, & extrahi ea mora tempus quærens, aliis causam eius rei inquisitam sibi renunciare præcepit. Qui quum eò venissent, & omnia circumspexissent, illũ in calidis vndis morte frigida peremptũ repererunt. Quod vbi Imperator cognouit, opus id quidẽ petulantis Aphraatæ sancto illatæ iniuriæ & eõ tumeliæ esse, rectè arbitratus est. De impio autẽ dogmatæ eundem, iuxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum. Et perinde atq; fulmine afflatus & attonitus, miraculo eo magis B etiam est contra verã pietatem concitatus. Eadẽ tempestate idem quod Aphraates, plurimũ laudantis ille Iulianus fecit. Nam huc quoque solitudine relicta, Antiochiam venit. Quum enim mendacij artifices, Ariani inquam, per sycophantiam virum sanctum traducere conarẽtur, veluti factionis eorũ esset, & dogmati Ariano cõsentiret: Flauianus, Diodorus, & Aphraates, veritatis lumina, *d* Acacium illũ qui postea Berœensem ciuitatem sacrorum antistes optimè administrauit, ad celebrem illum virum cũ huiusmodi optatis misere, vt multorum millium hominum miserrus veniret, & quum aduersariorum redargueret mendacium, tum veritatẽ libere confirmans, fidei doctrinam deprædicaret. Et quæ vir iste semel atque iterum Antio- C chiam adueniens mirificè peregerit, Dei amantium historia quemuis edocebit. Quod verò vrbs tota opera ipsius ad conuentum se & cœtum veritatis contulerit: neminẽ non certò nosse puto, qui rectè res humanas diiudicare consueuerit. Opera nanque præter opinionem hominum edita, omnes omnino ad se pertrahere, eandemque cum eorum autore sententiã complecti, persuadere solent. Iulianũ porrò præcipua quædam & rationẽ superãtia miracula perfecisse, nõ nos solum, sed etiam veritatis accusatores testantur. Idẽ verò Antonius ille monasticæ autor vitæ Constantij temporibus fecit. Posthabita enim quandoq; solitudine, Alexandriam vrbẽ vbiq; perambulans, verbis clarioribus omnibus est attestatus, Athanasium quidem veritatis esse propugnatorem, & Apostolicorum dogmatum defensorem: qui verò Arij rabie affecti essent, à veritate ipsa longè aberrare. Adeo rem ipsam rectè putantes diuini illi viri, tẽpori cuique munia sua tribuerunt, quando vel quietiorem vitam complecti, vel solis relictis locis degere in vrbibus deberent, minimè ignorantes. D

Sublata morte cubicularius imperialis, ob malè tractatũ Aphraatem, mulctatur.

Valens indurato Pharaonis cordis more Iulianus eremita quoque Antiochiam venit, ab ecclesiæ præpositis accum. Theodor. eod. cap. 27.

Acacius Berœensis episcopus.

Iuliani miracula Antiochena ciuitas ad orthodoxam fidem reducta.

Antonius itidem sub Constantio Alexandriam visere, & catholicos confirmare solitus.

De obitu Athanasij, cuius successor fuit Petrus. Præterea de crudelitate Lucij Ariani: quem Ariani Alexandrinæ ecclesiæ, Petro pulso, præfecerunt. Caput 26.

TAlia impius Valens Antiochiæ quoque egit. Transeundum autem hinc ad ea quæ Alexandriæ sunt gesta. Quieta siquidem in Aegypto ecclesia fuit, Athanasio superstite, ob

Alexandria sub Athanasio

eas quas suprà narrauimus causas. Multitudo nanq; ea, quæ veram pietatem sibi sequendam statuerat, Arianã phalangẽ superabat: idq; propter suum erga Athanasium amorem. Et quum ea esset ardentior, & ad seditionem mouendam propensior, metum de se præbuit, ne tumultu cõcitato, respublica detrimẽto mactaretur. Proinde diuina quadã prouidentia immunis à grauibus malis Alexandria permansit, tantisper dũ veritatis propugnator superfuit Athanasius. Vbi autem ille post pericula plura, nec coronas pauciores, ad quietem laboris omnis expertẽ, ad quadraginta & sex annos episcopatu cũ gloria magna functus discessit: Petrus, vir optimus & clarissimus, in functionem eius succesſit suffragio quidẽ primùm beati illius capitis, deinde etiam episcoporum prouinciæ eius vniuersorum, totiusque cleri & eorum qui Alexãdriæ primos honores & magistratus gerebant, votis & calculis, plebe etiam cuncta faustis acclamationibus concilium id perquàm libenter confirmante. Particeps enim diuturnorum sudorũ Athanasij fuerat, nunquam à magno illo viro vel domi vel peregrè discedens, variisque cum illo periculis colluctãs. Quapropter quicũque erant finitimi episcopi, & qui tranquillã vitã sectabãtur, monasticas relinquẽtes palæstras, maximè hoc egerũt, vt Petrus in illius locũ substitueretur. Postquã autem is sacrã recepit sedem, nulla interposita mora gentis eius præfectus, contracta ex Iudæis & Græcis manu, ecclesiam circumsultuit, & Petrum exire iussit. Quod nisi faceret, se illum vel inuitum inde electorũ esse, minatus est. quod quidem ille fecit, quum voluntati Imperatoris morem gerens, tum maximè impietati ipse suæ † ius suũ tribuens. Quod nanque ex idolorum nefaria superstitione penderet, splendidè se festum diem acturum esse putabat, si veræ pietatis nauem in tempestatem cõiiceret. Ac primùm quidem Petrus in carcerem inclusus est: postea autem profugiens, quũ scapham commodè nactus esset, Romã ad consentientem sibi eius vrbis episcopum Damasum traiecit. Et breui pòst Euzoius, qui Antiochiæ Arianæ præiit religioni, tempus opportunum nactus, cõsiliũ inuenit, vt Alexandriã ipse iret, & ecclesias ibi Lucio Ariano traderet. Quod quũ Imperatori quoque placuit, (adhuc enim is Antiochiæ erat) cum satellitio multo, & militari quæ eum sequebatur manu sanè E quàm frequenti profectus est, atque vnà cum eo Magnus Imperatoris * quæstor. Habebant ij ab Imperatore ad præfectum prouinciæ Palladium mandatum, vt is quacunque in re opus esset, Lucio & Euzoio nõ deesset. Et Petrus qui dẽ, sicuti dictũ est, in carcere asseruatus est: postea etiã Romã nauigauit. At Lucius Arianus in sacram Athanasij sedem est collocatus. Itaque Aegyptij longè grauiores in † exteros animos cõcepere. Simul atq; enim improuiso aduenerat Lucius, statim ecclesias occupare contendit. Atque vbi plebs contra niti cœpit, bellum aduersus clericos & sacras virgines est institutũ. Et aliæ super alias illatæ calamitates, ecclesiæ Catholicæ sectatores afflixerunt. Perinde enim atque feræ agrestes gregi Christi Ariani imminentes, partim in exilium egere, partim

Ecclesia quieta fuit, eo præsente.

Athanasij mors. Petrus eius successor.

Vnanimis omnium ordinũ in episcopo creando electio.

Præfectus Aegypti Palladium Petrum in carcerem conijcit.

† ἀφορμὴν τοῦ εἰκοσ.

Idem Romam ad Damasum episcopũ confugit.

Euzoius Antiochenus, & Magnus imperatoris quæstor, Palladio adiuuante, ecclesiã Ariano tradit.

* ὁ τῶν βασιλικῶν μιλιτησίων.

† περὶ τὰς ἀλλαχοῦ.

Sanctũ Catholicorũ Alexandriæ persequutio ab Arianis eis illata.

τῶν βιώναν. captos in vincula cõiecere: quos rursum ex vinculis productos, variis subdidêre suppliciis. Quidã enim vngulis & flagris bubulis cæsi, quidam ardentibus facibus adusti: atque alij bonis primùm spoliati aliis mox sunt affecti cruciatibus. Tormentis verò tam varij generis † superesse, admirabile est visum. Quod si quis prius vita excessisset, quam tanta mala expertus, aut si ad tolerabilius exilium damnatus esset, fortunatum id, & quod alicui inuideri posset, habitum est. Sed quis exponere possit, quæ mala in Lucij introitu acciderint? Quorum quidem Sabinus, qui res ecclesiasticas conscripsit, minimè memnit, quòd coniunctorum sibi Arianorum dedecora premere maluerit. Optimè autè ea beatus Petrus, postquam è carcere profugit, in scripto quodam suo tanquam tragœdiam exposuit, & ad omnes vbique ecclesias misit. Quod scriptũ, quum prius vnum saltem nefarium impij Lucij flagitium memorauero, volumini huic inseram.

ne persequutione quam Lucius monasteriis Aegypti intulit, & de discipulis Antonii magni: & de duobus sanctis Macariis, vt propter fidem exulantes, multa miracula ediderint.

caput 27.

Ariani in Aegyptiis ecclesiis regnant.

AC Petrus quidem ille admiratione dignus, ad eum modum Romam concessit. Qui verò factionis Arianæ erant, quantumuis pauci, ecclesiis in Ægypto imperarunt. Nec ita multo pòst, mandatum quoque ab Imperatore ad gentis eius præfectum missum est, quod Nicænæ fidei propugnatores à Lucio indicatos Alexandria & omni Aegyptia prouincia eiici iubebat. Porrò Euzoius confectis Alexandriæ ex sententia rebus, rursum se Antiochiam contulit. Lucius verò quemadmodũ mandatũ fuerat, & Aegyptij præsidij dux, cum magna multitudine ex Græcis & Iudæis & Arianis mixtim collecta, hostiliter prædas egit, & infesta signa contra monachos solitudinem incolentes duxit. Ea enim spe erat, si ius quietem maximè consectantibus molestia turbulenter afferret, in potestate eos sua fore: proindeque & eos qui in vrbibus essent Christianos, à se deuictum iri. Quandoquidem multi ea tẽpestate venerandi in Aegypto & Thebaide viri monasteriis præibãt, Arij opinionẽ maximè auersantes. Quos plebs ipsa sequuta, vt eadem cum illis de religione sentiret, maximi faciebat. Neque enim illi de dogmatibus nugari voluere, ac ne potuere quidem. Penes eos autem veritatẽ esse arbitrati sunt, quorum preces Deus exaudiret, miraculorum edendorum facultatem eis tribuens, & qui fidei verbis virtutis facta tanquam testimoniis confirmarẽt: quales tum monachorũ duces fuisse nouimus, Macarios duos, Alexãdrinum & * Vrbanum, quorum antea meminimus. item Pambo, & Heraclidem illũ, qui optimè ab Antonio magno virtutis & Aegyptiorũ monasteriorũ antistite sunt eruditi, & alios eiusdem discipulos. Et quum Lucius secum ipse reputaret, fieri neutiquam posse vt res Arianorum in tuto essent, & ipsi vniuersalem sibi Ecclesiam subiicerent, nisi eos qui inter monachos summi essent, in sententiam suam pedibus ire cogerent, rem eam est aggressus. Et quia sua

Monachomachia Arianorum.

plurimi in Aegypto monachi Catholici, quorum fidem vulgus hominum est imitatum.

Hoc nostra ætate homines plebis non faciunt.

ἀρχόν. Lucium, quòd plebẽ ex sententia sanctorũ monachorũ pedere sciret, armis eos ipsos monachos in opinionẽ suam dendo nihil efficeret, ad vim se conuertit. Itaque armati nudis, & qui ne manum quidem defendendi causa extendere vellent, ingruentes * miserandum in modum eos afflixerunt, ita vt cladem illis illatam verbis exponere non sit. Postremò tamen cœptum id frustra fuit, quòd omnes parati essent iugulum inclinatum gladiis præbere: & si opus esset, mori potius alacriter, quàm aliquid de Nicænis decretis mutare. Fertur verò & illud, quum impetum imminentium militum expectarent, quendam apud eos fuisse ex pedibus propter articulorum conuulsionem adeò laborantem, vt illis insistere non posset, sed scipionibus quibusdam illorum vicem & vsum expleret. Hunc illi oleo vnctum in nomine Christi, quem Lucius persequeretur, surgere, & domum ire iussêruut. At ille exiliens, statim iter perfecit, eadem prorsus cum monachis istis colenda esse prædicans, quibus Deus Lucium accusantibus gratiam suam concederet & aurem tam benigne præberet, vt se tam diuturno morbo liberarint. Verùm ne iis quidem ipsis rebus, eis consilij cœptique sui pœnitentia incessit. *b* Noctu enim hos oppressos † atque comprehensos in insulam quãdam circumclrca lacu ingenti circundatã miserunt, quam antiquitùs homines superstitionis dæmoniacæ, qui doctrinam nostram prorsus non audissent, incolebant. Erant autem adhuc ibi pernicioſi & pestiferi dæmonis antiquissimum delubrum, cuius cultu etiamnum maximè renebantur. Postquam autem insulam attigerunt, sacerdotis filia à dæmone agitata, ad eos venit. Quæ vbi cursu & clamore indecenti ad eos contenderet, insulæ incolæ nouitate eius rei consternati, eam sunt sequuti. Vbi verò ad nauem, qua diuini illi senes ad litus appulerant, accessit, dæmonium illam conuellens humi proiecit, & magno per illam clamore edito obtenuit. *d* Quidnam, inquiens, ad nos veni stis, magni Dei ministri? Insolam namque istam iamdudum nos absque molestia & turba omni tenemus, & omnibus propè hominibus ignoti, & lacubus istis circumuallati hìc latemus. Quod si deinceps vobis hanc regionem incolere visum est, libenter decedemus. Talia dæmon per puellam vociferabatur. Qui simulatque ab illis increpitus silere iussus est, puella e uestigiò cum pudore & modestia ad seipsam rediit. Et pater eius atque insula omnis cum in colis vniuersis Christianissimum suscepit: templumque quod ibi erat, repurgatum, atque in ecclesiam transformatum. Christo dedicauit. Ea res quamprimùm Alexandriam renunciata, Lucio non parum attulit mœroris. Factum enim inde est, vt non solum alienorum, verum etiam popularium suorum odium incurreret: perinde atque is, qui non cum hominibus sed cum ipso prorsus Deo bellum gereret. Itaque occultè statim, e vt Macarij ad studia sua & in solitudinem rediret, præcepit. Satis quidem hæc crudelem Lucij impietatem indicant. Exactius tamen animi eius inhumanitatem diuini Petri literæ declarant: quarum ego prolixitatem fugiens, quæ loco huic accõmodata sunt, ex eis decerpam, & historiæ adiiciam. Scribit autem ad hunc modum.

cogere contendit, sed nihil efficit.

Sozom. lib. cap. 20.

** Vel ei impietatem quam dudum meditatus fuerat, vperibus explens, legem tulit, vt monachi militarent. nolentes, per tribunos & milites fustibus interfici iussit.*

exrep. † in his Theodoritus fuisse scribit duos Macarios, & Isidorum lib. 4. cap. 21. Theod. eccles. 21.

a monachi catholici hominem claudum olei vnctione & precatione sanat, in flagranti persequutionis ardore.

b sancti quidam monachi ab Arionis in insulam Aegyptiam adolescentes deportati.

Miraculo tali insula ea Christianissimam suscipit, e vnde illi sacerdotis idolo lacrasti liam dæmoniacam plaga sua liberant.

d Domũ meam vos ministros agnoscite.

Lucius tanquam θεομάχος. & Dei inimicus, etiam apud suos tyranni laborat inuidia.

e Lucium monachos deportatos loco suo restituit.

epistola Petri Alexandrini episcopi, exponens quæ mala & clades valens & Arianus in Aegypto pijs intulerunt. caput 28.

Petri Alexandrini scripta, de Lucij summa in catholicos apud Alexandriam crudelitate.

PAlladius gentis præfectus, quum ethnicus & gentilis superstitionis esset, atque ad pedes simulacrorum semper prouoluereturr, & quod sæpè antea bellum aduersus Christum meditatus esset, ea quam diximus multitudine contracta, impetum in ecclesiam fecit, perinde atque barbaros subiugare pergeret. Tum sanè, rum res pessimæ sunt admissæ: quas quum dictare tantum vellem, quòd memoria earum dolorem mihi renouaret, ingentem vim lachrymarum emisi. Ac diu profectò in eo luctu permansissem, nisi diuina cogitatione mœrorem eum laxauissem. Postquam nãque in ecclesiam quæ Theonæ dicitur, militaris manus irruit, pro sacris verbis * acclamationes faustas simulacrorũ prodiuinarũ scripturarũ lectione impuros mannũ plausus, & infractas fœdásq; voces edidit. Contra Christi virgines eas cõtumelias euomuit, à quibus proferendis lingua abhorret: turpe enim est eas proloqui. Atque si quis sanæ mentis eas modò audiat, aures obstruat, & surdus potius fieri, optet, quàm vt ipse tam fœdorum verborum auditor sit. Sed vtinam verbis contenti, verbis saltem sæuissent, & factis ipsis verborum impuritatem non superassent. Perferri enim ab eis qualecunque etiam conuicium facile potest, in quibus Christi sensus & diuina doctrina est. Illi igitur ipsi qui sunt vasa iræ, præparati ad interitum, nasum deprimentes, sonitũ impudicũ naribus eundémque ingentem perinde atque (vt ita dicam) ab aqua rum fistulis emiserunt, & veltem sanctarũ Christi virginum, quarum vitæ institutum typum atque formam sanctorum expressam refert, dilacerarunt: atque vt natura ipsa fert, nudas eas per vrbem omnẽ veluti in triumpho duxerunt, lasciuè atque impudicè, quo placitum esset modo, eis illudentes, & (fera prorsus & inandita, quæ fiebant, erant) publicitus ità nudatas circumagentes. Ac si quis earum propter rei indignitatem misertus, blandis admonitionis vocibus vsus factum inhiberet, is vulnere inde reportato abibat. Sed ô calamitates. Multæ vir gines violentam corporis constuprationem sustinuerunt, multæ clauis in caput diuerberatæ ore hianti obriguerunt, quum quidem corpora quoque iustæ sepulturæ mandari non permittereutur. Quapropter ad hodiernum vsque diem parentibus adhuc miserè vociferantibus multa corpora non reperiuntur. Verùm quid ego parua hæc, si cum magnis alijs conferas, commemoro: Quid his immoror, & non potius ad ea quæ maioris sunt indignitatis, statim transeo: quæ vos, sat scio admirabimini, & diutius nobiscũ consternabimini, ad Domini erga genus humanum amorẽ & benignitatẽ, quòd non res simul vniuersas prorsus comminuerit, obstupescentes. Quæ namque, iuxta id quod scriptum est, neque facta sunt, neque audita in diebus patrum nostrorum ea in ipso sanctiore sacrorũ altari peregerunt impij. Nam veluti in proscenio ludorum dissolutorum, vt puer sexũ masculi abnegans, & mulieris expetens, stibio (sicuti scriptum est) oculis perunctis, & fuco facie rubricata, quemadmodum quæ apud eos sunt simulacra, habitu muliebri, in ipso sanctiore altari, vbi descensum Spiritus sancti inuocamus, conuersione scitè in orbem facta, hucatque illuc manibus gesticulans saltaret, fecerunt prolixè admodum ridentes, atque nefarias voces addentes. Alij autem & hoc ipsum factum non satis ad obscœnam temeritatem esse putantes, & quæ iam patrata fuerant decora potius quàm nefanda existimantes, ex ipsis quendam obscœna fœditate notissimum, veste detracta, & pudenda etiam corporis parte, prout naturæ fert habitus, nudata, ecclesiæ throno imposuerunt, & fœdum contra Christum concionarorẽ appellarũt. nã pro diuinis verbis turpitudinẽ protulit, pro oratione graui & sancta impudicam lasciuiam, pro pietate impietatem ac temperantia fornicationem, adulterium, masculorum concubitum, furtum, cibum & potũ vnà cum aliis eiusmodi ad vitam vtilia & commoda esse docens. Quum hæc ita se haberent, † & ego ex ecclesia secederẽ (quomodo enim id non facerem, quum ibi militaris furor obtineret, quum a plebs ad dissoluram licentiam venalis, quum largitiones pecuniarum, quum ethnicorum seu gentilium manus maximis nixæ pollicitationibus regnarent) successor meus in eam est missus, qui b episcopatum veluti prophanam dignitatem auro redimit, * Lucius qui dam, Lupi improbitatis & actionum studiosus, non rectè sentientium episcoporum consilio, non legitimorum verúmque clericorum calculis, non populi flagitatione, sicuti ecclesiasticæ produnt sanctiones, lectus. c Aderant autem ei (simplici naaq; & facili introitu vrbem ingredi non potuit) non episcopi aliqui, non presbyteri, non diaconi, non populi cæteræ: non cum monachi hymnos & laudes ex scripturis concinentes produxere: d sed Euzoius affuit, qui dudum cùm diaconus nostræ huius Alexandriæ esset, vnà cum Ario in sancta & magna synodo Nicæa, ordine motus, præsidentia sua nunc Antiochenam vastat ecclesiam. e Et ex comitatensibus largitionum † Comes qui secum immensam militum multitudinem abduxit, omni genere impietatis semper clarus, nomine f Magnus. nam Iuliani temporibus ecclesiam Beryti, quę Phœniciæ insignis vrbs est, incendit, quam sub Iouiniano beatæ memoriæ principe impendio ipse suo restituere est coactus: capite etiam propè plexus, nisi multis deprecantibus Imperator humanissimus ei peperciſſet. Conuenit ergo existo, ardorem vestrum, quem ad vindictam factorum excitari velim, existimare, qualia & quanta in Christi ecclesiã, eo ipso quem diximus tyranno nobis imminente, commissa sunt flagitia. Simulatq; enim qui à pietate vestra & rectè vbique sentientibus Christianis atque episcopis sæpius est damnatus, Lucius in vrbem iustis de causis sibi in festã peruenit. Non enim solum, vt infamis ille in psalmis insipiens, dicit, non est Deus verus Christus: sed etiã studiis suis & ipse corruptus est, & alios corrupit: blasphemiis quæ in Seruatorẽ abeis effunduntur, qui creaturã supra creatorẽ colunt, gaudens. Quidni autẽ hoc faceret, quum consimilem cum Græcis obtinens sen-

Palladius Aegypti præfectus idololatra manu armata ecclesiã Theonæ occupat. Misetum insolentes vociferationes.

** ἐυφημίας.*

contumeliæ eorundem in sacras virgines.

Horrenda pertulantis militum impietatis exempla.

† Ranchi Virgines sacræ denudatæ à militibus, per vrbẽ Alexãdrinam probrosissimè ductæ.

Vnus masculebri habitu in sanctiore templi ara saltans atque gesticulans.

Homo spurcissimus nudus in concionem produllus, fœdissimam in ecclesia orationem habuit.

a δῆμος πρὸς ἀπολύσιν ἀκρατοῦς ὁ χρυσὸν τὴν ἐπισκοπὴν ὡς ἀξίωμα κοσμικὸν ὠνούμενος.

b illegitima episcopatus occupatio.

c Euzoius eũ Ario Nicæa damnatus.

d Comitatus, aula, comites siue aulici imperatoris: qui etiam propterea comitatẽses dicuntur.

e Magnus incendiarius.

† petrus episcopus ex eo templo discessit.

** Lucius in id inductus.*

introitus Lucij in ecclesiã.

† Magnus largitionum comes.

† σποσφάτῳ θεῷ.

† υἱὸν μὴ λέγων.

sum, cultum audeat exhibere † recens promulgato Deo, homo pestilentissimus? Nam in ipsius conspectu eiusmodi decantatæ sunt laudes: Auspicato aduenisti episcope, † qui filiũ non dicas. Serapis te, cui charus es, adduxit: patrio sic eorum idolo nominato. Confestim momento nullo prætermisso, is quem diximus Magnus, communissimus illi impietatis socius, & satelles acerbissimus, sacrapesque crudelissimus, collectis quæ sub eius cura sunt cohortibus, presbyteros & diaconos decem & nouem comprehendit, quorum nonnulli octogesimũ excessere annum. Atque eos non aliter atque in abominando quopiam & legibus Romanis aduerso scelere captos, publico instituto iudicio, cogere (Christianorum virtutis leges ignorans) vt patriam ab Apostolis per patrum traditiones acceptam fidem proderent, conatus est. Eaque re delectatum iri humanissimum Valentem Augustum confirmauit: Sequimini, ô miseri, magna voce dicens, Arianorum sententiam sequimini, & id persuaderi vobis patimini. Ignoscet enim vobis Deus, etiamsi veram colitis religionem, qui non arbitrio id vestro, sed necessitate adducti faciatis. (Necessitati nanque sua reliqua est defensio: voluntate autem sua consulto quidquam facientem, crimen & accusatio consequitur. Quapropter rationes eiusmodi ob oculos vobis ponentes, nulla mora interposita, propensis animis ad partes hasce concedite, & Ariano dogmati subscribite, quod nunc nominatim Lucius prædicat. illud persuasum habentes, si dicto Principis audientes fueritis, pecunias, opes, & honores accipietis. Sin contrà nitemini, carcerem, fidiculas, tormenta, flagra, & coercionem experiemini: & quum pecuniis simul & possessionibus mulctati, tum patria eiecti, ad loca dura & grauia incolenda condemnabimini. Ita quidẽ generosus (si Deo placet) vir, minas charitate temperans, cohortatione simul & necessitate, à pia sententia omnes abducere volebat. At illi cruciatibus omnibus pietatis proditionẽ acerbiorem esse putantes, & rectè quidẽ, (sic enim res habet) huiusce modi ei verbis necessariò, virtute & animo præsenti, * insidias simul & minas eius refellentes, obuiam iere: Desine tandẽ, desine talibus nos terrere verbis intermitte vana afferre epicheremata & aggressiones. Nos siquidem neque † nuperum neque nouitium colentes Deum, quamuis fluctibus frustra tumescens despumes, & tanquam violentus vẽtus incumbas, tamen ad mortem vsque in veræ pietatis dogmatibus perdurabimus: non inualidum, non insipientem, non à veritate seiunctum credentes atque colentes Deum: neque qui aliquando quidem fuerit * patrem, aliquando autem non fuerit, iuxta impium hunc Arianum, * temporalem aut temporarium opinantes filium. Nam si, vt furentes Ariani volunt, creatura est filius, non existens patri ὁμοούσιος consubstantialis, eò etiam vt non fuerit, redigetur pater, non subsistente scilicet filio, nõ existens aliquando, secundũ ipsos, pater. Sin semper pater est, subsistente videlicet qui ex eo est vero (filio) & quidem non iuxta defluxum germinis (perpessioni enim Deus obnoxius non

Magnus decẽ nouos presbyteros & diaconos catholicos capit, iudicio institute, ad Arianismum cogere conatur.

Magni suasiones, quibus se sanctos eos viros flexurum putat.

† τῷ μὲν γὰρ ἀνάγκη ἀπολογία περιλείπεται, τὸ δ' ἑκούσιον ῥητῶς ἀκολάστου κατηγορίαν ἐπισύρεται.

Sanctorũ virorum responsum.

* ἀπάτην τε καὶ ἀπειλὰς ὑπο τάξαντες.

† νέαλλον ἐφόρτιστον.

Defensio luculenta τῆς ὁμοουσίου consubstantialis.

** Mihi videtur hoc loco vox ista Patrẽ, esse delenda, sin autem est retinenda, sicuti retineri potest, paulo post conuincetur, addenda erit. & le-*

est) quomodo non amens & insanus est, qui fuisse aliquandò opinatur, quum non fuerit filius: per quem omnia vt essent, secundùm gratiam, constitere? Nostri igitur ex orbe vniuerso * προγόνων, patres, à quibus excidentes isti merito ἀπάτορ ἢ πρόσκαιρ, hoc est, sine patre facti sunt, Nicææ coacti, prava Arij opinione. quam iunior ille nunc defendit, anathemate iugulara, nõ ἕτερόσιον, hoc est, alterius substantiæ, quod nunc nos dicere cogere voltis, filium à patre dixerunt verùm ex eius substantia. Quod sic per piam sententiã ritè intelligentes, ex multis diuinorum verborum argumentis ὁμοούσιον consubstantiale sunt professi. Talia atque his similia quum dixissent, in carcere eos diebus multis habuit, futurũ ratus, vt à pia dimouerent sententia. Illi autem, quemadmodum generosissimi quique athletæ, in stadio metum omnem extinguentes, & seipsos per diuinas cogitationes formb. patrum factis inungentes, fiduciales eriã ipsas & torméta pro gymnasio & exercitio virtutis habentes, fortissimam de vera pietate obtinuere mentem. Atque eis qui theatrum & spectaculũ, vt beatus Apostolus scribit, & angelis & hominibus facti essent, sic decertantibus, accurrit ciuitas vniuersa, Christi athletas spectatura, qui constantia torquentis quæstoris vincebant flagra, & per patientiam tropæa cõtra impietatẽ statuebant triumphúmque de Arianis exhibebãt, Quum quidem acerbus iste inimicus, eos per minas & insidias sibi subiectos, se eis quam Christum impij sunt, deditum existimaret. Sed enim tormentorum vi & impeti per graues admodum cõtentiones iã defessus, populo omni multifariam ploratu vario quiritante, acerbus ille & ab omni humanitate alienus quæstor, collecta rursum ad dissolutam cõfusionem manu illa sua, ad iudicium illos seu potius ad prisinam præiudicatámque condemnationem, in portum matris vocat, quum quidem more suo simulacrorũ cultores & Iudæi contra eos magno redemptos emitterent clamores. Et quia illi in apertam furentiũ Arianorũ impietatẽ petibus ire nollent, plebe cuncta pro tribunali plangente, sententia fertur: Alexandria eos eiectos, Heliopolim Phœniciæ incolere debere, vbi ex habitatoribus omnibus aliquis Christi nomen (simulacrorum enim cultui dediti sunt omnes) ne audire quidem sustinet. Et euestigiò eis scapham conscedere iussis, in portu ipse stãs in propinquo enim, in lauacro publico, constrictum ostentans gladium, quòd eo se exterriturum putabat, qui ancipiti mucrone dæmones aduersarios sæpenumero conuulnerassent, sic demum soluta nau abire iubet. quum nihil rerum necessariarum in nauim comportassent, neque aliquod prorsus exilij solamẽ haberẽt. Ipso etiam mari ad tam admirandam & incredibilem indignitatem spumis suis exandescente, & (vt puto) factum hoc graniter ferente, atque adeò, vt ita dicam, per virorum eorum susceptionem se tam iniquo celeumate polluere nolente. Quare ignorãtibus quoque barbaram prorsus iudicis manifestò indicauit sententiam. Verè igitur dici potest, Cœlum ad hoc factum conditum esse. ingemuit namque vrbs tota, atque etiã nunc plangit. Et ego quidem alternis manibus pectora

Temporalem aut, &c.

προγόνων, πρόσκαιρος.

Ariani ἀπάτορες. Sancti illi viri acerbè torquentur.

Heliopolim Phœniciæ deportari per fenestram iubentur à Magno.

Fluctus & plaga Alexandriæ maris obtinuit quãdiu iudicium.

pectora pulsantes, ingentem sonitum edidere. A tus hoc illi subiecit edictum. Verùm quanto illa vetera, quàm præsentia hæc, humaniora? Quanto adoptionem iniuriæ desiderabiliora? Quãto ad collationem iniquitatis meliora? Quam is vicio sitates à seipsis inter se non disgregentur. Ea quæ dicta sunt, infida, inhumana, grauia, fera, barbara, crudelia, & acerba sunt. Atque hisce reb. qui Arianam insaniam consectantur, gloriantur. Et quum ciuitas omnis in luctu esse (non enim erat vlla domus, in qua nõ esset mortuus, sicuti in Exodo scriptum est) non quieuerunt tamen, qui insatiabilem sibi exercitio ad iniquitatem habitum compararunt. Voluntate enim & arbitrio suo ad res deteriores assuefacto, imbibitisque veneno ad prouinciales episcopos vsque extento, largitionum comite quem diximus Magno satellite etiam ad iniusticiam vsi, aliquos quidem curiæ iudicum tradiderunt, aliquibus autem quibus voluere modis insidias tetenderunt, omni ex parte omnes, nihil intentatum relinquendo, ad impietatem quasi venati & pertrahere volentes. Sedenim omnia circumeundo iuxta hæresis suæ patrem diabolum, quærentes quem deuorent, quod de summa rerum desperarent, vndecim ex Aegypto episcopos, viros qui à pueris ad senectutem vsque virtutis & pietatis exercendæ gratia solitudinem incoluere, doctrina & factis voluptates subiugauere, verio tis pietatis fidem deprædicare non erubuere, pietatis dogma vna cum lacte imbibere, victoriam sæpe à dæmonibus retulere, virture aduersariũ fregere, & Arianam sectam oratione sapientissima veluti in columnam incisam traduxere, instrumentum feritatis eum quem sæpe diximus habentes, exulatum in orbe nostro apud Domini percussores Iudæos in ciuitatem Diocæsareã miserc. Veruntamen, sicuti Orcus seu infernus, fratrum morte nondum expleti vbique terratũ dementes & stupidi mortales sæuitiæ suæ monumentum aliquod relinquere sunt ausi, nobilitatem ex malefactis aucupantes. Ecce enim rursum Ecclesiæ Catholicæ clericos Antiochiæ de gentes, vnà cum probatis monachis, qui † eorum insolentes actiones testimonio suo confirmarent, vbi Imperiales aures querelis contra hos institutis obtuderunt, Neocæsaream Ponti proscribi curarunt. Quj breui etiam propter locorum feritatem seu duritiem, vita sunt defuncti. Huiusmodi tempus illud excepit tragœdias, silentio quidem illas & obliuione dignos, sed quæ in scripto hoc insertæ, eos redarguerent, qui linguas contra vnigenitum mouerunt: & qui blasphemiæ correpti rabie, non solum iaculis petere rerum vniuersarum Dominum contendunt, sed & aduersus pios eius ministros infestum & irreconciliabile susceperuur bellum. Hæc quidem diuinus Petrus de eius temporis rebus refert. Et ipse Lucius ad hunc modum Aegyptum turbauit.

Ariani clerici & monachi Catholicos Antiochenos Neocæsaream põti proscribendos curarunt.

† τὰ τῆς δεκαπρωταίας αὐτῶν διαφορήματα.

Vt propter excellentem virtutem eius temporũ Episcoporum, horrisum non inualuerit tempestas: & mentio Britannicus Scytharum episcopi. caput 29.

QVod autem tum Didymus philosophus in eis regionibus floreret, & alij præclari viri, & maximè qui ibi erant monachi, qui & plu-

Ex eis undecim Diocæsaream relegauerunt ad Iudæos, egregia episcoporum eorum laus.

Ariani clerici & monachi Catholicos Antiochenos Neocæsaream põti proscribendos curarunt.

Plerisque in regionibus Ariani per-

Lucius ex Alexandria hominibus Palladius interdixit.

Lugentes plangunt ad metalla dãnati.

Inter eos quosque Damasi Rom. pontificis diaconus, quum prius grauiter excruciatus esset.

Sepultura caduerib sanctorum denegata.

Tempori & condolere charissimis capitibus, veritũ. Sæuitia ista crudelitatem omnem veterũ superauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequentes, eos qui persequutionem pertulere inferiores fuere. sozom. lib. 6. cap. 21.

Ἀνατολή.

In Syria & Antiochia primæ tulerit.

Quales pastores, tales & oues.

Scythæ propter constantiam episcopi sui, religionem tum nō mutauerunt.

** Totos Scytharum metropolis.*

a Scythæ vnū habent episcopum.

b Britanio Scytharū episcopus contra Valentem Nicenā fidē defendit.

res & boni cum angelorum viuendi instituto E certabant, Lucius efficere nihil potuit. Quanuis enim ecclesia Aegypti persequutionem ferret, longè tamen vnà cum laude & gloria. Arianos hominum numero superabat. Quod itidē apud Osroenos accidit, atque itē apud Cappadoces. Diuinum nanque illud amicorum par, Basilius videlicet & Gregorius, inimicorum insultus repellebant. Sola autem in maxima ecclesiastici ordinis dissolutione erat Syria simul & Antiochia. Plurimi enim ibi Ariani erant, & ecclesias obtinebant catholici verò pauciores, quos quidem alij Eustathianos, alij autem Paulinianos vocabant. eorum quippe seorsim Paulinus & Meletius conuentus coegerant, sicuti antea diximus. Et quum parum abesset, quin Antiochenorum ciuitas cuncta periclitaretur, & ad Arij rabiē deflecteret, illorum opera simul & Imperatoris impetum & factionis eius vim superauit. Nam quodammodo accidit, vt quòd ecclesiarū administratio penes viros fortes esset, multitudo ab opinione concepta non discederet. Proinde & Scythæ, quia virum magnanimum episcopum nacti fuerant, religionis cultum minimè mutasse tum feruntur. Gens ea namque quamplurimos habet vicos, regiones, & castella. Atque in iis veluti metropolis Tomos excellit, ciuitas fortunata maximè, & magnitudine aliis longè præstātior. Sita ea est in maritima regione Ponti, qui Euxinus dicitur, ad sinistram sinum eum naui petenti partem. * Ad eum autem vsq; diem vetus ibi consuetudo durabat, a vt vni gēs omnis episcopo parēret. b Eo tempore verò Britanio eis quidam præfuit. Euenit porrò vt Valens tum eò veniret, atque templum ingressus, episcopo, vt se Arij hæresi communione adiungeret, pro eo atque solitus erat, suaderet. Generosus autem vir ille, cum libertate multa de dogmate Nicænorum patrum cum eo congressus decertauit. Atque vbi suasione Imperatorem in sententiam suam adducere nequiuit, eo ibi relicto, in ecclesiam aliam transiit, populo pastorē suum sequente. Cōcurrit eò ferè ciuitas vniuersa. quum Imperatorem ipsum visura, tum noui quicquam factum iri existimans. Ille solus cum satellitibus suis in templo relictus, factum id nō modestè tulit: sed veluti contumelia affectus, comprehendi Britanionem, & in c exilium deportari iussit. Eundem tamen breui reduxit. nam Scythas metuebat, ne propter episcopi damnationem ad nouas res aspirarent, iracundiam eorum & fortitudinem perspectam habens. Locorum etiam situ: quippe qui quasi medius quidā murus, aduersus eius oræ barbaros obiecti essent, Romanorum orbi per quàm necessarios esse sciebat. Atque quidem Britanio Imperatore superior euadens, ad sedem suam rediit, vir honestus maximè, & vitæ instituto præclarus, vt ipsi testabantur Scythæ: vt autem semel dicam, clerus omnis & ecclesia in Oriente omnis, Imperatoris iram propter religionem est experta. Valens quidem tam grauis in Thracia & Constantinopoli, in Nicomedia & Cappadocum Cæsarea, ad hæc Antiochiæ & in Aegypti ecclesiis patrauit.

c Britanio in exilium à Valente actus, sed statim reuocatus. Scythæ Re. imperio commodi.

Valens toti Orienti propter Arianismum grauit.

De Valentiniani in religionem diuinam reuerenti obseruantia: & de Romana synodo, quæ Trinitatem consubstantialem esse promulgauit: & de Damaso & Vrsitio Romanis episcopis, qui Liberio successerūt. caput 30.

EGo verò ab oriente ad imperij Occidētalis res transibo: quod quidē immune à talibus erumnis perduraūit, propterea quòd eam Romani imperij partem Valētinianus administrabat, flagranti in Nicæna decreta amore nulli cōcedens, & singulārē maximè ergā Deum pietatē obtinēs. Ita vt nihil prorsus siue melius seu deF teriùs sibi de rebus ecclesiasticis præcipiēdum, neque nouiquidquam præter ea quę semel cōstituta essent, introducendum duxerit. Excedere nanque talia explorationem siue cognitionē suam putauit: quamuis princeps alioqui optimus esset, & rebus ipsis imperio se idoneū esse declarārit. Etenim tum quoque, sicuti & antea. quæstio multa per Asiam & Phrygiam orta est, An spiritum sanctum ὁμοούσιον consubstantialem patri & filio profiteri oporteat. Et plurima de tali quæstione vsque adeò erat verborū contentio, vt non minoris momenti ei haberetur, quàm quę antea de Deo verbo fuerat. Nā quidam inæqualem, quidam autē cōsubstantialem G esse contendebant, sicuti & filium. Atque in eo solo parti vtrique conueniebat, quod spiritum sanctum * administrum dicerentur ordine tertium, honoréque & † substantia aliū esse confirmarent. Erant autem qui quod de filio opinarentur, idem quoque de spiritu statuerent: & veluti filium eiusdem substantiæ & eiusdem honoris & eiusdem gloriæ cum patre colebāt, sic etiā de Spiritu sancto, patri & filio ὁμοούσιον consubstantialē prædicantes, profiterētur. Pro hac opinione fortirer apud Syros Apollinaris Laodicensis, in Aegypto magnus Athanasius adhuc superstes, apud Cappadoces verò & ecclesias Ponti Gregorius & Basilius decertarūr. Hac ipsa quæstione, sicuti dixi, mota, quum de ea ingens contendendi studium increbuisset, Valentinianus pro insigni sua in Deum pietate, quod diceret, non habebat. Quibus autē talia credita essent, eis vt quid facto opus esset, proferrent & statuerent, concessit. Quo cognito, qui tum ecclesiam Romanam adhuc gubernabat Liberius, finitimis episcopis Principis iussu conuocatis, Orientalibus scripsit ecclesiis, vt trinitatem eiusdem substantiæ & eiusdem gloriæ deprædicarēt. Quod factum, * vtpote re semel à Romana ecclesia ritè & ordine diiudicata, vt quietus quisque esset, effecit. Et quæstio de spiritu sancto debitum finem consequuta, diuturnæ verborū concertationi modū imposuit. Eadem synodus etiam fidem Nycænā autoritate sua roborauit. Subiungam autē vtraque & imperatoris & synodi literas, quas in Orientem ad eos qui de recta opinione ambigebant dederunt.

Imperatoris sic habebant:

Imperatores Maximi, semper Augusti, victores,

occidens à religionis motibus liber. Valentinianus Imperator Catholicus.

Non sumit sibi iudicium doctrinæ ecclesiasticæ.

Quæstio de spiritu sancto, an patri & filio sit consubstantialis.

*διάκονον.

† οὐσία hic & Nicephor. & sozom. habent ἐξουσία. h. e. potestate.

Valentiniani nec quæstionem eam ecclesiasticis viris decidēdā commisit.

In Illyrico conuentus ista à Liberio actus.

Quæstionis decisio.

ὅτι οὐκ ἦν τῆς βασιλείας, τοῦ διέποντος τὴν γῆν ταύτην. Nicephor. Talem quippe supra verbis Themistij dicti sunt purpuram magis quàm Deum colere lib. 10. cap. 42. Theod. ὅτι οὐκ ἦν μέρος τῆς θρησκείας βασιλείας τοῦ διέποντος τὴν γῆν αὐτήν. hoc est, se hoc religione imperatoris qui religionem hanc gubernat, conscelerandæ tribuisse, lib. 4. cap. 8.

res, Valētinianus * & Gratianus: Episcopis diœcesis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ in Domino salutem. Quum tanta in Illyrico acta sit synodus, & quæstio ingens de salutari verbo tractata, ter beatissimi Episcopi decreuerunt Trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem patris & filij & spiritus sancti. Quam qui colunt, nequaquam ministerium & functionem sibi creditam, ita vt par est, defugientes, religionem regis magni colunt: cámque deprædicari nostra præcepit sublimitas. Atque ita quidem, ne aliqui dicant, * religionem imperatoris, qui hanc terram gubernat, conspectatos se esse: non satis eum, qui de salute mandatum nobis dedit, audientes. Sicuti enim Euangelium Dei nostri, quod quidem hanc rem decidens diiudicat, dicit, Dāda sunt, quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo. Quid vos verò dicitis episcopi, & salutiferi verbi præfecti? An sic quoque vestra cō- B parata sunt decreta? a Itaque mutua charitate vos inuicem complectētes, maiestate & autoritate imperatoris abuti desinite: & persequi eos qui accuratè & diligenter Deo sacris operantur & seruiunt, supersedete. b Eorum sanè precibus & bella in terris sopiuntur, & apostatarum rebelliúmque angelorū incursus repelluntur. Idem orationibus suis pernicioſos omnes dæmones propellere studet. c Et quū in rempublicam secundum leges quod debent conferunt, tum Principis potestati nō resistūt: sed sincerè & cœlestis Regis mandata seruant, & legibus nostris parent. Vos autē inobedientes apparuistis. d Nos quidem vsi sumus tolerantia ab ipso ἄλφα vsque ad ω. vos autem vobis ipsis retribuistis. Itaque vt mundi & immunes à peccato vestro simus, quemadmodū Pilatus in disquisitione & iudicio versantis inter C nos Christi, quum necare eū nollet, sed in afflictione solaretur, ad Orientis partes orbis cōuersus, aqua flagitata manus suas abluit, dicēs, Mundus sum & impollutus à sanguine iusti huius: sic & e Celsitudo nostra semper præcepit, non persequendos, neque tanquam fluctibus obruendos, neque æmulatione & inuidia opprimendos, qui in Christi agro opus faciūt, neque adeò reiiciendos dispensatores Regis magni esse, vt ne hodie quidē sub ditione no-

** Valens Theod. lib. 4. cap. 8.*

a Inhibetur catholici cleri persequutio.

b Efficacia precum cleri Orthodoxi.

c Præclara clerici catholici laus.

d Epiphanius Scholasticus qui Tripartitā historiam vertit, aliam lectionis sequutus, vertit: Nos subiicimur ei qui primus & nouissimus, lib. 7. cap. 9.

e Christiani Principes semper pium oppressum disfuadent & inhibent.

*Valentinianus, iuxta Theoderitum scripto huic valentis quoque nomen inseruit, vel quod adhuc is in Catholica sententia esset, vel vt eum tacita cohortatione in viam reduceret. Quorum alterum mihi verisimilius esse videtur. Valentem itidem, vt Valentinianum fratrem, orthodoxum primùm fuisse, sed postea à coniuge, perinde vt ab Eua Adamum, seductum eam esse, cuius suasu ille aduersus Gothos in Thraciam excurrentes non longè ab imperio suscepto bellum gesturus, sacri baptismi lauacrum, priore religionis sententia mutata, ab eodem Constantinopolitanæ episcopo Arriano susceperit. Theod. scribit, lib. 4. cap. 12.

Astra crescere videamini: at breui pòst, cum flagitatore siue exhortatore necis, ea quæ testamenti illius sunt veluti in Zachariæ sanguine patiamini. Cum quo, qui ei consensere à cœlesti imperatore nostro Iesu Christo, ante aduētum etiamnum eius, disrupti sunt, ad iudicium mortis vnà cum consequente eos lethali dæmone traditi. Mandatum hoc edidimus, Amegetio, & Ciceronio, & Damaso, & Dialampone, & Bretesio audientibus. Quin & acta ad vos misimus, vt præclaræ eius synodi decreta noritis: quorum capita literis hisce adiuncta, hæc complectuntur. Profitemur iuxta sententiam magnæ & orthodoxæ rectéque sentientis Synodi ὁμοούσιον consubstantialem esse patri filiū. f Et τὸ ὁμοούσιον consubantiale nō ita accipimus, sicuti & olim quidam non verè ei subscribentes exposuerunt, & nunc alij patres illos vocantes, ac vim sententiamque verbi abolētes, literamque sequentes, intelligunt, per consubstantiale æquale significari, quatenus nulli reliquarum per eum factarum creaturarum filius æquiparandus, soli patri simlis, atque æqualis sit. Qui enim hoc ita exponunt, præcipuam creaturam esse impiè filium Dei docent. Sed nos, sicuti & nunc Romanæ & Gallicæ synodi, sentimus, vnam & eandem esse substantiam patris & filij & spiritus sancti, in tribus personis: hoc est, in tribus perfectis subsistentiis. Profitemur verò, iuxta formulam Nicænam, filium Dei consubstantialem, incarnatum esse ex sancta virgine Maria, & in hominibus habitasse, & impleuisse * omnem pro nobis functionem, in natiuitate, & passione, & resurrectione, & in cœlos ascensione. Eumque rediturum, g vt nobis retribuat similitudinem diuinam à seipso, iuxta vitam cuiusque in die iudicij, carne spectabilem & diuinam virtutem suam exhibentem, h Deum ἀποχοφόρον, id est carnem seu hominem ferentem: & non hominem θεοφόρον, hoc est Deum ferentem. Ac qui diuersa sentiunt, i anathemate iugulamus: nec minus & eos, qui non directè & ex animo anthemati eum subiecere, qui dixit, Non prius filium, quàm genitus sit, extitisse. quique scripsit, Priusquam actu genitus sit, potestate eum in patre fuisse. Hoc nanque & in creaturis omnibus est, quæ non semper cum Deo sunt. At filius perpetuò sempiterna generatione genitus cum patre est. Tales quidem imperatoris fuere literæ. Synodi autem ipsius in hæc verba sunt scriptæ. Episcopi Illyrici, ecclesiis Dei & episcopis diœcesis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino salutem. Conuentu à nobis acto, & disquisitione multa facta, de salutari verbo, decreuimus consubstantialem esse Trinitatem patris & filij & spiritus sancti. Et æquum esse duximus, literas ad vos exarare. Non nos quidem, vt arte quapiam cultum Trinitatis perscriberemus: sed summissa humilitate dignos nos ea re existimantes, epistolam hanc nostram per dilectum fratrem & administrum nostrum Elpidium presbyterum daremus. Non enim in manuum nostrarum literis, verùm in ipsius seruatoris Christi Iesu libris scriptum est: Ego quidem sum Pauli ego verò Apollo, ego autem Cephæ. Num Paulus crucifixus est pro nobis? aut in nomen Pauli baptizati sumus? Et

f Expositio verbi ὁμοούσιος consubstantialis.

*πᾶσαν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν. g sic habet Nicepho & Tripartita. Theod. autem, Vt nobis retribuat iuxta cuiusque vitam, &c.

h Filius Dei, Deus est ἀποχοφόρος, & non θεοφόρος, homo Deo.

i Condemnatio Arij.

Litera Synodi Illyrica ad nos de sancta trinitatis consubstantiali. Elpidius presbyter interpres. Liberius Occidentalium ad Orientales.

« humilitati quidem nostræ satis esse conueniré- « que videbatur, nihil prorsus ad vos dare litera- « rum, propter horrorem tantum, quem istic om- « ni sub vobis prædicatis prouinciæ, segregantes « spiritum sanctum à patre & filio. Sed necessitas « imposita nobis est, vt ad vos mitteremus domi- « num & administrum nostrum Elpidium, ab im- « peratore Romano literas habentem, exploratu- « rum an ita se habeat prædicatio vestra. Qui enim « Trinitatem consubstantialem non prædicant, a- « nathema sint. Et si quis cum eis communionem « habere compertus fuerit, anathema sit. Trini- « tatem autem consubstantialem prædicantibus, « regnum cœlorum præparatum est. Cohortamur « igitur vos fratres, * ne aliter doceatis, né ve se- « cus sentiatis: sed Trinitatem constanter semper « cõsubstantialem prædicantes, * cernere poteri- « tis regnum Dei. Hæc de re quum ad vos hasce li- « teras scriberemus, commonefacere etiam vos « voluimus, ac creandis, vel etiã creatis Episcopis « eorumque ministris, vt scilicet legantur ex « sanæ mentis & doctrinæ, qui magistratum * epis- « copalem gesserint, præfectis, siquidem extent: « sin minus, ex ipsis presbyteris. Cosimiliter pres- « byteri & diaconi, ex ipso sacro clericorũ ordi- « ne, vt omni ex parte irreprehensibiles sint, qui « non ex curia vel ex militari magistratu sint lecti. « Propterea verò plura ad vos scribere noluimus « quod ex omnibus vnum ad vos miserimus, do- « minum & administrum nostrum Elpidium, dilı- « gẽter perspecturum prædicationem vestram, an « ea sic se habeat, vti ex domino & collega nostro « Eustathio audiuimus. Quod reliquum est, etiam « si aliquando errori implicati fueritis, tamen ve « terem hominem exuentes, induite nouum. Nã « & ipse frater & administer noster Elpidius, verã « fidei professionem vos docebit, quòd sancta « Trinitas consubstantialis est Deo & patri cum fi « lio & spiritu sancto: sanctificata, glorificata, & « manifestata est: Pater in filio, filius in patre, cum « sancto spiritu, in secula. Hoc nanque manife- « staro, manifestè sanctam Trinitatem consubstã- « tialem profiteri poterimus, iuxta fidem Nicææ « dudum promulgatam: quam & patres confir- « marunt. Itaque fides hæc si prædicata fuerit, quũ « exitiosi dæmonis plagas effugere: tum eo extin- « cto, pacificis literis pacatè viuentes mutuò nos « venerari poterimus. Scripsimus sanè vobis, « vt exauctoratos esse sciretis insaniẽtes Arianos,

damnantur confubstantiales sanctæ Trinitatis oppugnatores.

Ariani damnati.

* μὴ ἑτεροδοξῆσαι μηδὲ ἑτεροδοξεῖν.

De creatione episcoporum.

* κληρονομῆσαι.

* ἐκ τῶν ἐν πόλει γενομένων ἐπισκόπων ὑγιεῖς Theod. lib. 4. c. 9. hoc est, sani qui magistratum gesserint episcopi. quod de episcopis et magistratibus ciuilibus etiã intelligi rectè potest quamodo paulo pòst scribitur ex præfecto insubria Ambrosius adhuc catheeumenus episcopus esse factus. Apud Homerum uelter Troianorũ episcopus dicitur. Et cicero ciuili bello se à pompeio episcopum orã Campanæ præfectum esse scribit. Is autem Nicænæ assertor fidei & Catholicæ religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum & christum filium Dei uno nomine confitentur Deum de Deo, lumen ex lumine. Qui spiritum sanctum, quem ex summo rerũ parente speramus & accipimus, negando non violat: apud quẽ integratæ fidei sensus viget, incorruptæ trinitatis indiuisa substantia, quæ græce uerbo ὁμοούσιος rectè ere lentibus dicitur. l. nullus hæreticis. C. de Sum. Trinit.

Scriptum Damasi & aliorum episcoporũ, de Rom. Synodi decretis.

ea quæ à Damaso & episcopis qui Romæ cõue- A nerãt, ad episcopos Illyricos scripta est epistola. Ea sic habet. Episcopi qui Romæ in sacro cõcilio cõuenere, Damasus & Valerius & reliqui: episcopis Illyricis, fratribus dilectis, in Domino salutem. Persuasum habemus professionem fidei « nostrę sanctam, doctrinam Apostolorũ fundatam, « eam complecti, eaque populo proponere, quæ à « patrum decretis nullo modo dissonant. Neque « enim aliter Dei sacerdotes sapere atque sentire « conuenit, à quibus æquum est sapientes eruditi. Verum patrum in Gallia & Veneria relatione, quosdã hæresi nauare intelleximus. Quod qui-

Episcoporum est doctrinas ecclesiarũ diligenter obseruare.

dem malum non solùm, sed etiamsi quæ per im- peritiam & simplicitatem nonnullorum veris B & genuinis interpretationibus contraria indu- « cantur, episcopos obseruare conuenit. Cauen- « dum sanè, ne per eos qui varias doctrinas com- « miniscuntur, in lubricum seducamur: ac potius, « quotiescunque illi variantibus consiliis circun- « ferunturi, patrum nostrorum à nobis sententiæ

Patrum sententiæ retinendæ. Doctorum cõsensus in urbe Romana.

sunt retinendæ, Auxentius quidem Mediolanẽ- sis, præcipuè hac causa damnatus est. Æquum autem est, omnes Romani orbis doctores con- sentientes esse, neque dissidentibus inter se doctrinis fidem contaminare. Et profectò quum « primùm hæreticorum improbitas, sicuti nunc « maximè (quod vtinam abesset) Arianorum etiã « blasphemia vigere cœpisset, delecti patres nostri

Fides Nicæna Catholica est.

trecenti decem & octo, Nicææ disquisitione ac deliberatione habita morum hunc aduersus « diaboli armaturam constituerunt, atque antido C « to seu remedio hoc lethale venenum propule- « runt, vt patrem & filium vnius diuinitatis, vni- « usque virtutis, atque adeò rem vnam esse creda- « mus. Oportet autem, & spiritum sanctum eius esse substantiæ, persuasum habere. Qui verò aliter sentiat, eum alienum esse à consortio & communione nostra iudicauimus, quod qui-

Ariminensis Synodi acta recitantur.

dem salutare decretum, & deliberatione seu sã- ctionem adorandam, polluere nonnulli volue- « runt. Verùm ab ipso statim initio, per eos qui « Arimini sanctionẽ eam rebus nouis immurare, « & cõrectatione sua deprauare coacti sunt, huc- « usque res * correcta est: vt illi alia quadam lo- « quendi forma subrepticiè deceptos se esse, quã « formã patrũ Nicænorum placitis aduersari ig- « norarint, fateantur. Neque numerus eorum qui « Arimini conuenerunt, præiudicium aliquod, D « quum synodus ea coacta est, afferre potuit: quũ « neque Romanus episcopus, * cuius in primis « sententiam exquisitam opportuit: nec Vincen- « tinus, qui tot annis episcopatum inuiolatè con- « seruauit: neque aliorum hisce consentientium « quisquam ibi affuerit. Et maximè, quemadmo- « dum diximus, quum isti ipsi qui fraude circum- « uenti cedere viii sunt, meliorem nunc sententiã « sequentes, displicere sibi actiones tales sint testi « ficati. Perspicit igitur sinceritas vestra, solam « eam fidem quæ Nicææ iuxta Apostolorum auto « ritatem fundata est perpetua cõstantia & firmi- « tate, nobiscum etiam ab Orientalibus, qui se ad « catholicam ecclesiam pertinere agnoscunt, re- « tinendam esse, & Occidentales eo nomine glo- « riari posse. Opinamur verò, breui eorum qui « aliter sẽtiunt, * hac ipsa aggressione episcopalia « nomina à communione nostra segregatum iri:

Auxentius episcopus Mediolanensis Arianus.

al. Vincentius à Capuæ

Concilium Romanum eius gratia coactum. Acta concilij eius.

* τὸν ἀπὸ τῶν Καπετωλίων ἐκκλησιῶν

Nicæna fides in oriẽte & occidente seruari debet.

* αὐτὴν τὴν ἐν Νικαίᾳ.

vt populus à fraude & seductione eorũ libera- tus, respiret. Nequaquam enim multitudinis er ror corrigi poterit, si ipsi errore eo teneantur. Itaque vestræ quoque dignitatis sententia cum omnibus Dei sacerdotibus concordet, in qua vos sanctos & firmos esse credimus. Vt autẽ nos ita credere vobiscum debeamus, mutua quę no- bis vicissim respondeat delictionis vestræ pie- tate, literisque vestris declarate.

Vt exorta Mediolani seditione, Ambrosius, qui tum præfecturam gessit, eam seditionem sedare volens, à multitudine episcopus electus sit: & de eius in dicendo libertate. Caput 32.

OCcidentales episcopi ad hunc modum eos qui rebus nouis intendebant, in partibus eis compescuere, inniolatúmque ab initio fidei dogma conseruauere, adeò vt perpaucos esse contigerit, qui aliter opinandum sibi esse duxe- rint. Et propè is solus fuit Auxentius. Sed non longè pòst, ipse quoque morte est sublatus. Cæ terùm eo extincto, de episcopi electione multi- tudo est tumultuata: quod alij hunc, alij illum designarent. Quùm igitur in magno esset discri- mine Mediolanum: pro se enim quisque consi- lio cæptoque ei non succedente, facturum se ex minabatur, quæ fieri in turbis eiuscemodi solẽt. Quorum incompositum morum suspectum ha- bens, qui tum consularem obtinebat dignitatẽ, gentemque eam à Valentiniano præfectus cura- bat Ambrosius, cum multitudine non contem- nenda in ecclesiam venit, atque ibi quæ optima esse censeret, vt scilicet à contentione desiste- rent, & rem iuxta ecclesiæ leges agerent, suasit. Deinde de cõcordiæ commodis eos, & quę bo- na pacata consilia capientes consequi soleant, admonuit. Adhuc ille concionabatur, quum su- bito tumultu & seditione sopita, in ipsum ho- nestatis & concordiæ suasorem, omnes episco- patus suffragia conferunt: eumque vt baptiza- retur, hortantur, (nondum enim sacramento eo initiatus fuerat) & vt episcopalem apud eos dig nitatem susciperet, supplicantes erant. Eo enim pacto fore, vt ipsi vnanimes sint, & de fide con- cordes. Atque vbi ille quidem baptismum libẽ ter approbauit, & quo ad potuit administratio- nem sacram distulit, palamque adeò rem eã reie- cit, & multitudo magis etiam ei institit, neque se quidquam de consilio suo, quicquid etiam acci- deret, remissuram cõfirmauit, res imperatori Va lentiniano renuntiatur: qua ille audita, precatus primùm est: deinde Deo gratias egit, qui eos ad episcopale munus vocaret, cp ipse reip. admini- strationi præfecisset. Et quũ inter se & populi ve hementem petitionem, & Ambrosij constantẽ reluctationẽ cõferret, optimè perspexit electio- nem eius viri ecclesiæ Mediolanensi ad concor- diam retinendam bono esse. Quapropter, quam primum initiationem & cõsecrationem eum su- scipere iussit. Simulatque autem diuinum bapti- mũ subiit, & caput cõsecrationi subdidit, plebs vniuersa ad concordiam rediit, & trãquillitas ec clesiæ reddita est, quæ quidẽ tẽpore multo pro- pter malam Auxentij administrationem dissen- sione perturbata fuerat. Quoniã verò reb⁹ hisce agẽdis modis omnibus optim⁹ affuit imperator

Anxētij mors. Sec. eo. cap 30.

Dissidium populi Mediolanensis in episcopo deligẽdo.

Ambrosius præfectus populi contentionem sedat.

populus vnanimi consensu Ambrosium episcopum legit Ambrosij baptismus.

Ambrosius electionem eã non approbat.

Res ad Valentiniani referuntur.

Imperator Ambrosium episcopatũ suscipere iubet.

Ecclesia concordia restituitur.

Valentinianus de Ambrosij electione Deo gratias agit.

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambrosius episcopus Valentinianum imperatorem de magistratuum iniquitate admonet. Gratum, id est imperatori.

talem Seruatori Deo is cōcinuit hymnum. Gratias tibi, inquiens, ago omnipotens Domine & Seruator noster, quod huic viro ego quidē corporum, tu autem animarum curam commiseris & iudicij mei calculum æquum esse comprobaris. Porrò Ambrosius non multo pòst perquàm liberè cum imperatore collocutus, res quasdam non rectè à magistratibus actas reprehendit. Atque imperator: Hanc ego dicendi liberratem tuam, ait, iamdudum notam: & quum perspecta mihi ea esset, non modò non inhibui, verumetiam suffragio meo electionem tuam, vt episcopus fieres, adiuui. Perge itaque, sicuti diuina iuber sanctio, sanare animarum nostrarum delicta. Hæc Mediolani acta. Qualis autem Ambrosius & vita & doctrina, tum autem egregio in ecclesiam ardore fuerit, & quam viriliter atque diuinè episcopatum gesserit, multa admonendi libertate apud præcipuos magistratus tēpestiuè vsus, in sequenti dicetur libro.

Optimi episcopi exemplū. Ambrosius.

Vt magnus Valentinianus è vita excesserit. De Valentiniano iuniore, & de Iustina & Seuera imperatricibus, & de liberis vtriusque narratio. Cap. 33.

Valentinianus Sarmatas à finibus imperij sui repellit. Legati sauromatum, hominem deformem, pacem ab eo petunt.

EA tempestate, quòd Sauromatæ Romanam ditionem, eamque imperij partem quæ ad Occidentem vergit, excursionibus vexarent, Valentinianus cum ingenti belli apparatu aduersus eos est profectus. Atque illi tantam imperatoris expeditionem formidantes, legatis missis pacem ab eo petierunt. Quos vbi deformes esse vidisset, an vniuersi tales essent Sauromatæ, interrogauit. Et quum illi dixissent, optimos quosque qui & genere & forma præstarent, ab eis legatos solere mitti: ira atque furore multo correptus, Grauia pati dixit, & maximè infortunatum esse, quòd ad tempora sua peruenisset Romanorum imperium, si Sauromatæ, gens tam barbara & informis in qua reliquos isti excellerēt, sedibus suis contenti esse nollent: sed confidentia tanta impulsi, ditionem suam percurrerent, & bellum titillatione quadam illecti Romanis inferrēt. Et quum ita indignaretur, & magnopere vociferaretur, nimia vocis intentione conuulsa in eo esse interiora viscera, venamque & arteriam quādam ruptam dicūt, vnde sanguine plurimo profuso vita eum reliquerit. in castello quodam* Germaniæ, cui Brigitio nomen fuit, decimoseptimo mēsis Nouembris die, quum quinquaginta quinque propè annos natus esset, & † tredecim annis imperium bene admodum & præclarè administrasset. Eo verò patrio monumento illato, sexto die pòst, qui in Italia fuit exercitus cognominem ei filium iuniorem Valētinianum imperatorem, in oppido Italiæ Aquinate renunciauit. Neque ita multo pòst, Imperatores quoque Gratianus frater & Valēs, suffragio suo imperium eius comprobarunt. Quāuis id primùm molestè tulerint, videlicet quòd milites sine eorum iussu, imperialia ei tribuerint insignia. Illud

Memorabile Valentiniani dictum.

Eius fāe obitus.

** Niceph. huc loco pro Germania Galliam habet. Sed animaduertere est, eū aliis quoque locis Germanorum nomen nō usurpasse, sed pro eis Gallos posuisse. Socr. eo. ca. 32.*

† Alij dicunt vndecim.

* *Eutropius scribit, Sauromatas se per pannonias in ditiones Ro. diffudisse, eámque vastasse. Idem. Brigitionem Quadorum oppidum esse dicit. Quados autem nonnulli hodie Austriacos, nonnulli Silesios fuisse opinātur. Quòd si posterius hoc verum est, ad oppidum Brigam, vt nunc dicunt, Valentinianus mortuus fuerit.*

a Valentiniani iunior imperator Iustus quadrimulus. Iustinæ pater Iustus. Iscens agri præfectus.

b Valentinianus iste iustinæ filius.

Digamia Valentiniani seniores. somnium imperium portendens.

Iustus Constātij iussu cæsus. Iustina eius filia in familiaritatē Seuerę in peratricis peruenit.

c Valentiniani seniores lex bigamia.

d Valent. vna eodémque tēpore bigamus.

e Iustinæ filiæ tres. Galla secunda Theodosij magni vxor.

e Theodosij liberi.

† *Itidem ante hæc, Iulius Cæsar legem latam voluit, vti vxores liberorum quærendorū causa quas & quot ducere vellent, liceret, propter impudicitiam suam scilicet & adulteriorum infamiam: omnium mulierū vir, & omnium virorum mulier. Sueton. repulsas fore tali lege Roma. imperij terras cæsatus est, perinde atque barbarorū regiones, apud quos polygamia coleretur. Eutrop. Procopius sanè Cæsariensis alicubi monogamiam plurimum detrimenti Romanis dictionibus attulisse scribit. Qui eo tempore in Ægypto floruerint philosophici & diuini viri, discipuli & discipulorum discipuli Antonij magni: Ioannes, Or, Amon, Theonas, Benus, Copres, Helles, Elias, Apelles, Isidorus. Serapion, Dioscorus, Eulogius, & Apollos. Cap. 34.*

Sedenim

SEd enim ex Occidente rursum ad Orientes Arates transeamus. Atque vbi prius de ecclesiasticis philosophis ita vt pollicitus sum dixero, (magnus enim tum, & haud scio an alio itidem tempore vnquam, eorum prouentus fuit) ad prophana progrediar. Atque morti impij Valentis aliquātum cum delectatione immoratus, finem etiam vndecimo huic historiarum tomo imponam. Verumenimuerò, quæ initia monasticæ vitæ institutū habuerint, & quinam eius veluti patres & duces extiterint, in Maximi Constantini, deinde etiam in filij eius Constantij historia commemorauimus. Nam de Antonio, & Paulo Simplici, item de Ammone, & Eutychiano, qui in Olympo fuit, præterea de Spiridone, Nicolao, & Partænio hierarchis, edendis miraculis claris, quum historiam de Constantino scripserimus, egimus. Antonij autem discipulos, duos videlicet Macarios, Pambo Paphnutium, Apollonium, & Anub, in Constantij res gestas coniecimus. In quibus etiam Aegyptius monachus celebrauimus, qui in Sceti & Tabennesio sunt philosophati. Præterea qui in Syria & Palestina virtutem pijs exercitijs meditati sunt, quique in Ponto & Europa, & Italia ipsa angelicam duxere vitam: atque item alios qui sapientes, quidem & religionis nostræ fuere, fidei tamen doctrinam sanam ad finem vsque nō conseruarūt. Hoc autem loco eos qui posteà viguerunt, persequemur, qui quum patres priores illos habuere, tum partes ipsi multorum secundum Deum filiorum exitere. Eos in compendio, quantum mihi eorum res cognoscere licuit, breuiter percurram. Imperij istius tempore, secundum eos quos antea diximus Dei amantes viros, in Aegypto Ioannes ille emicuit, cui prophetiæ donū, & rerum quæ multis ignotissimæ sunt cognitionem Deus tribuit, vt futuras scilicet perinde atque præsentes nō minus quàm prisci vates, cerneret. Habuit is alius insuper à Deo acceptum donum, vt morbis incurabilibus imperaret, atque dicto citius eos sanaret, ægrotosque sanaret. Præter hunc & celeber ille Or tum claruit, qui ab ipsa infantia vitam solitariam in eremo consectatus, nullum laborem alium, præterquam Deum laudibus ferre nouit, herbis quibusdam agrestibus, earumque radicibus vitam tolerans. Aquam bibit loco quouis, quancunque ei obiter terra in qua versaretur, præbuit. Vbi autem ad senectutem peruenit, visione quadam diuina Thebaidem incolere iussus, multorum monasteriorum dux factus est. Eisdem autem & hic, quibus Ioannes, diuinis locuples fuit donis. Precatione namque sola non morbos solùm, sed & dæmones abegit. Et quum literis initiatus non esset, minimè tamen ad memoriam libris opus habuit. Quicquid enim semel auditum mente complexus esset, id supra obliuionē omnem conferebat: & quocunque tempore vsu eius opus esset, promptum ad manus habebat. Tum verò in eadem regione etiam philosophatus est Amon ille, qui in Tebennæ insula monasteriis præsidens, tria millia discipulorum habuit in quibus erant Benus & Theonas, monasticorum ordinum duces. Ambo verò & præcognitionis & prædictionis gratiam Deo acceptā tulere. Theonam certè quidem dicunt ad summum Ægyptiorum & Græcorum & Romano-

De sanctis monachis.

Ioannes monachus Aegyptius. Sozom. eod. cap. 28.

Or.

Amon Tabennesiotes. Benus & Theonas.

Abbas 3000 monachorum.

Copres. Helles.

Helias. Monachus 110 annorū.

Apelles.

*Abbates. Isidorus. Socrates Asceten quendam solitum fuisse diuere scribit monachū opus nō facientem, hominiauare, qui aliena appetat, persimile esse, lib. 4. cap. 23. Serapion. 10000. monachorum patrer. Dioscorus. Peccatorum confessio ante Eucharistiæ perceptionem. Eulogius. *τῆς λεπτοτέρας ἀσκήσεως κηλούμενος.*

F ij

Apollos.

se purgassent, rursus admittebat. Præter hos & Apollos, solos locos incoluit: qui annos pubertatis ingressus, monasticam philosophari atque exercere cœpit. Et quum annis quadraginta in solitudine versatus esset, speluncam quandam montanam propè habitabilem regionis partem, Dei responso admonitus, subiit, atque ibi habitauit. Plurimis verò miraculis præclaram famá adeptus, multos ad se pertraxit, & monachorú multorum autor & dux fuit. Erant enim in moribus quoque eius illecebræ quædam nec minus etiam in doctrina insidentes. Sed quale diuinæ eius vitæ institutum fuerit, & quibus editis insignibus miraculis, eius temporis homines ad sui sectatorem conuerterit, Timotheus, qui Alexandrinam ecclesiam piè gubernauit, scripto peculiari complexus est: in quo non ipsius tantùm, sed aliorum etiam multorum & magnorum virorum meminit.

Timotheus Alexãdrinus episcopus.

De Dorothei, Piammone, Ioanne, Beniamin, Marco, Mario, & Apellonio. Cap. 35.

EOdem autem tempore apud Alexandriam, atque in solis, sicuti dicuntur, locis, & circum Mareoten, atque vicinos Libyes, multi viri boni accuratè admodum sunt philosophati, quidorum milium numerum expleuere: in quibus veluti illustris quædam stella Dorotheus ille resplenduit, Thebis oriundus. Vita eius hæc erat, vt interdiu lapides ex vicino mari colligeret, & domunculam anno quolibet constitueret eamque q̃ edificare nõ posset, monacho reliqueret: noctu verò ex palmæ foliis catenas plecteret, & sportas conficeret. Cibus ei erat, panis sex vnciæ, & tenuium olerum fasciculus: potus, aqua. Et quod ab adolescentia hoc genus diætæ complexus fuerat, in eo quoque semper in extrema etiam senectute perdurauit. Nunquam vero vel in storea vel in lectulo cubare, aut etiam pedes per laxationem seu remissionem extendere, aut sua sponte somnum capere visus est. Nam vel opus facienti, vel persæpe cibum capienti, magna vi incubuit: hactenus saltem, vt oculis conniueret. Et nonnunquam cum vesceretur, somni violentia cibus ei ex ore excidit. Atque aliquando ingenti vi somni oppressus in tegetem inscius concidit: qua re valde commotus sensimque cõuersus, intra seipsum: Si effeceris, inquit, vt angeli somnium capiant, persuadebis vt id quoque faciat, homini virtuti nauanti. Visus autem est quodammodo vel ad somnum ipsum, vel ad dæmonem accuratis virtutis actionibus eius obsistentem, hæc dicere verba. Et quoniam ad eũ modum cum corpore quasi belligerans conflictaretur, conuenient eum quidam: Quid ita, inquit, pater corpus tuum affligens enecas? Cui ipse respondit: Quòd me id enecare contendit.

Numerus 2000. monachorum. Dorotheus.

scitum monachi dictum de carne mortificanda.

Circa angustias verò terræ quæ in Aegypto sũt, à transuehendis nauibus διολκὸς dictas, Piammon & Ioannes maximè clari, & multorum fratrum duces fuere, † cum sanctitate & cura multa

† περὶ διολκὸν τὴν πρὸς αἴγυπτον, Nice. περὶ διολκὸν τῆς αἰγύπτου, Soz. lib. 6. cap. 29 διολκὸς ὁ ἀπὸ λεχαίου εἰς κεγχρεὰς τόπος. Hesych. vlm. lib. 4. cap. 4. de Isthmo: *Angusta cervice Peloponnesum cõtingit nella. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Iechæhinc, cenchreæ illinc angustiarum termini, longo & ancipiti nauium ambitu, quos magnitudo plaustris transuehi prohibet. Ab ea nauis trãsuectione Græci tas angustias διολκὸν vocãt. Qualis etiã transuectio ad Aegyptum est, de qua Plin. lib. 5. cap. 9. Naues plicatiles humeris trãsferunt, quoties ad cataractias ventum est. Ad quem fortasse locum monachi isti vixere.*

ta. Vterque autem presbyter fuit. Porrò Piammon in mysterio * vidisse dicitur angelum cœlestem cum sacra stola ad diuinam mensam assistẽtem, præsentesque monachos in libro quodam annotantem: eos verò qui à synaxi & communione abessent. delentem atque inducentem. Ioannem verò Deus ita miraculis multis exornauit, vt ægritudines multas sanaret, & ex pedib⁹ atque etiam ex articulis conuulsis & solutis laborantes curaret. Eodem tempore & diuinus Beniamin circa Scetim admodum est philosophatus. Hic donum illud à Deo accepisse fertur, vt absque medicamentis, sola manus contrectatione, aut oleo quodam, cui præcationem addebat, varij generis morbis ægrotos liberarit. Hunc etiam dicũt ita postea esse aqua intercute per corporis tumorem grauatum, vt ex domuncula in qua degebat, per ostium, nisi prius vnà cum eo postes eius detraherentur, exire non posset. Et quum in lecto facere nequiret, circiter mẽses octo in latiore sella cõsedit, & more suo ægros curauit: atq; ipse interim φ meliusculè nõ haberet minime succẽsuit. Imò potius & ægrotos & alios qui ad se visendum veniebãt, cõsolatus est, & vt pro anima eius precarẽtur petiit: per inde atque nihil de corpore solicitus esset, φ & validum nihil profuisse, & ægrum nihil sibi nocuisse dixit. a Tum autem apud Scetim quoque celeber monachus Marcus, virtutem atque pietatem meditatus est: iunior item Macarius. Præterea Apollonius, & præclar⁹ Moses Æthiops. Ex quibus diuinus Marcus, ab ineunte ætate mitis valde & modestus fuit: memoria tanta præditus, vt ea supra alios sacras literas teneret. Adeò autẽ Deo charus fuit, vt de eo, suo ipsius respõdẽs nomini Macarius, Cellarum presbyter, cum graui asseueratione confirmarit: haud vnquam se, sicuti aliis, illi tradidisse, quæ iis qui sacris initiati sunt, à sacerdotibus accipere fas est: sed angelum descendentem ei dare solitum esse, cuius manum ipse vsque ad * iũcturam eius viderit, affirmauit b. Macario autem honor ille à Deo obtigit, vt dæmonib⁹ imperaret. Occasio ei & causa, vt monasticam philosophiã sequeretur, fuit cædes, quã inconsultò patrauit. Quũ enim iã adolescentulus * esset, & oues ad c Mariam lacũ pasceret, in ludo æqualẽ quẽdam suum interemit: pœnam autem delecti timens, in solitudinem profugit: & sub dio ibi agens, post ea tugurium sibi paruum condidit, in quo vigintiquinque annis vixit. In eo vitæ instituto magnas Deo de casu suo egit gratias, cædemque eam salutarem sibi esse dixit, videlicet quod ea sibi philosophiæ eius meliorisq; vitæ causa extitisset. Porrò Apollonius, quũ plurimam vitæ partem in mercatura transegisset, in ætate affecta Scetim se contulit. Et quum propter senectam iam ingraueſcentem & inutilem, neque scribere neq; aliud quic quã rectè tractare posset, omni genere medicamentorũ atq; cibariorum, quæ ægrotis cõuenire arbitrabatur

Piammon. * μυστικὰς

Ioannes.

Beniamin. Sanationis donum mirabile.

Idem hydropicus nihilominus ægros sanare perrexit.

Neglectus & contemptus corporis.

a Præclari monachi de corporis cõtemptu dictum.

Marcus.

Memoria donum.

Cella.

Marco isti angelus ad sacram mensam Eucharistiã præbere solitus. * ἀρχιτῦ χηρωσοῦ

b Macarius iunior.

c Maria lacus, idem qui Scaetis * βουκόλου

Hunc inopinatum per ludum homicidium, monachum fecit.

Salutare infortunium.

Apollonius ex mercatore monachus.

arbitrabatur, ære suo comparato, in solitudinẽ ad monachorum domicilia afferebat: & quotidie ad nonam vsque horam sic circuibat, inualidos curans. In hac ille noua quidem, & ab aliis variante, sibi tamen conueniente, atque à se primùm inuenta virtutis exercendæ ratione, vitam peregit. Moriturus autẽ, alij cuidam remedia cedidit, & idem officium illum obire iussit, † per quod consequendæ etiam salutis spem habuit.

† διοῦ καὶ σωτηρίας τυχεῖν ἐλπίλα εφ' ᾧ.

De Mose Aethiope, Paulo, Pachone, Stephano, & altero Mose. Caput 36.

Moses Æthiops ex seruo fugitiuo & prædone monachus.

MOses autem Ethiops, conditione seruus, propter naturæ suæ improbitatem ex heri sui domo profugit: atque vbi prædari didicisset, paulo pòst prædonum cohortis præfectus fuit. Et quum nefaria multa scelera peregisset, & ad cædes patrandas audax factus esset, ex presfacta quadam temeritate monasticam ingressus est B vitam, philosopharique prorsus incepit, strenuè admodũ ad virtutem grassans. Quòd autem prior vitæ instituto, & corporis valida constitutione, rursum ad voluptatem per imaginationes incitatus alliceretur, variis exercitiis carnẽ domare summoperè contendit. Et quandoque quidem solo pane absque obsonio vsus, quandoq; autem plurimo opere perfecto, ad quinquaginta die quolibet precationes fecit. Et sex continuis annis noctes totas pernigilio exegit, stans atque oranstita vt neque genua inclinaret, neque prorsus oculis ad somnum propendens conniueret. Porrò noctu monachorum domicilia circumiens, clàm vniuscuiusque hydriam auferebat, eamque aqua repleram in locum suum reponebat. Idque ingentis laboris fuit, propterea quod inde locus vbi aqua fluebat, aliis quidem decem nonnullis autem viginti, quibusdam etiam triginta stadiis abesset. Perlongo verò tempore pristinum suum retinuit robur: quanuis multũ studij in hoc collocaret, vt id debilitaret, & carnem diuturna erumna extenuaret. Dicunt autem aliquando prædones eum quatuor, qui officinã quietis suæ percurrebant, cepisse, vinxisse, atque in humeros sublatos in ecclesiam deportasse, & patribus quid de eis statuerent, permisisse: nefas esse dicentem, vt in posterum mali quicquam alicui ipse inferret. Neque vnquam quenquam fuisse ferunt, qui tantopere mutatus à vitiis ad virtutem summam, quam pertigit, peruenerit. Incredibilis verò fuit dæmonibus terror. Et φ supra opinionem omnium est, presbyter etiam in Sceti factus est quum quidem quamplurimos eo tempore, quo latronum manum duxerat interemisset. Et quia talis erat multos eosque optimos post se reliquit sectatores. Et vitã circiter annum octogesimum quintum finiuit. Eadem ætate etiam floruit Paulus, & Pachon, & Stephanus & Moses, genere vtrique Libyes, & præterea Pior Aegyptius. Paulus in Pherme, qui mõs in Sceti est monasticam vitam egit, nõ plures quàm quingentos monachos habens. Nihil autem operis fecit: neque à quopiam quicquam, præterquam quod ederet, accepit. In orationibus quotidie sine intermissione se exercens, eas veluti quoddam tributum ad trecentas numero Deo offerebat. Ne autem ab eo numero aberraret, totidem lapillos in sinum deposuit, & ad

Cœrcis carnis, illecebrasque eius. Quinquaginta precationũ diurnarũ pensum.

Idem etiam presbyter factus.

Paulus quingentorũ Asceterum abbas.

Diurnum trecentarum precationum pensum.

precationes singulas singulos eiiciebat calculos. Quibus ad eum modum consumptis, precationes totidem absolutas ei esse constabat. Pachon quoque in Sceti monasticam exercuit, à iuuentute ad multum vsque senium. Neque verò corpus, quod validum alioqui obtinebat, neque affectio aliqua, atque adeò ne dæmon quidem ipse deprehendere in eo potuit, quod mollius se, aliterque quam virum deceat, intemperantiæ studio & rebus eis quas supprimere philosophũ monasticum conuenit, gesserit. Stephano autẽ circa Mareoten non longè à Marmarica domicilium fuit. Hic accurato atque exacto eius generis philosophiæ instituto, annis sexaginta spectatus fuit monachus. Quòd autem notus etiam Antonio magno fuerat, mitis valde & sapiens euasit. In familiaribus colloquiis tam suauis & commodus, vt facile eorum qui vel maximo tenerentur mœrore, animos verborum gratia demulceret & ad moderationem & iucunditatem traduceret, quanuis tempore multo illi consolationem omnem auersati essent. Quinetiam in suis ipse erumnis talem se præstitit. Atque aliquãdo incurabili malo correptus membra quidem affecta medicis curanda atque secanda permisit: ipse verò perinde atque alius in eo casu esset, solitum laborem continuans, & palmarum folia in manibus habens, catenam complicuit: atque eis qui cum eo erant autor suasorque fuit, ne calus huius vitæ ægrè ferrent, nec aliud quicquam cogitarent, quam quod ad finem bonum Deo adiuuante euaderet. Sibi, quod talibus expetereturerumnis, idque propter perpetrata fortè peccata, commodum atque vtile esse dixit: quæ peccata hic luere præstaret, quàm vt ad futuram punienda reseruarentur vi Cram. Mosen autem gloriam ingentem mansuetudine & charitate cõsequutum esse accepimus: qui etiam ægritudines plurimas, atque eas incurabiles, precatione sola sanauit.

Pachon.

Stephanus.

Donum mærentibus & afflictis animis solandis.

Memorabilis sententia.

Donum sanationum in Mose.

De Pior, Didyma, Arsesio, Ammonio, & fratribus qui Macri seu Longi appellati sunt. Cap. 37.

Casus humana leniter ferendi.

Afflictiones et erumnæ huius vitæ hominibus bene sunt.

PIor admodum adolescens monasticã philosophium complexus, quum paternam relinqueret domum, votum Deo nuncupauit, † nũquam se propinquorum suorum cuiquam in conspectum venturũ esse. Postquam verò quinquagesimo anno post soror eius viuere illum accepit, continere seipsam non potuit: atque indicio, quod ei præter opinionem omnem accidesset, in immensam sublata lætitiam, summoperè, vt eum videret, expetiuit. Quapropter loci eius Depiscopum flens atque vociferans rogauit, vt in Scetim literas daret, quibus efficeret, vt frater ad eam mitteretur. Ille fœminæ senectutem miseratus, monachorũ antistitib⁹, vt Pior veniret, scripsit. Is, vt hoc faceret, iussus, quum contrà niti non posset (nõ enim Ægyptiis, imò etiã aliis monachis fas est b, imperata nõ facere) in patriã venit, fratre alio secum ducto. Atque vbi pro foribus paternarum ædium fuit, præsentiam suã sorori insinuauit. Et quum strepitum pedũ eius sentiret, & ianua aperta strideret, oculis conniuẽs, de nomine sororem cõpellans: Ego, inquit, Pior sum, frater tuus: conspectu meo, tucuri visũ tibi est, fruere. atque illa quidem fratrem satis in eam non intuita, Deo, qui desiderii eius impleuisset, gratias

Interdixit sibi ne, vota nuncupate, domesticorum suorum cõspectu.

† τῶν λοιπῶν μηδ' ἕνα τῶν οἰκείων ὁρᾶν. Soz. hoc est: Nunquam se postea propinquorũ suorum quenquã visurum esse.

Pior inambulãs cibum capiebat. Cuidã autẽ causam eius rei inquirenti: Nolo, inquit, cura corporis vt iusto opere, sed successus tantum vtri: ne scilicet cibo capiendo aliqua ex parte voluptate corporis animus frustretur.

b πάρεξ ἀπειθείας καὶ ἀνυπακοῆς μοναχικῆς. Idem tamen, præpositorum suorum iussu soroti se cõspicuum exhibere verò ipse eam non inuitat, Deo qui desiderii eius impleuisset, gratias tuetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

egressus autem ad fores precatione habita, rursum discessit, & in regionem solitam reuertit. Quum autem puteum foderet, amaram in eo inuenit aquam: ad quam tamen, ea vtens, ad mortem vsque permansit. Tam sublimis verò temperantia eius, post obitum primum ipsius cognita est. Quum enim alij in loco eo philosophandum sibi esse statuissent, perferre, id non potuerunt. Mea porrò sententia, nisi sibi ita perdurandum esse proposuisset, non difficile ei fuisset, oratione sola aquā eam in dulcem vertere: quippe qui eo loco, vbi nulla esset eā elicuerit, Quū enim Moses, quē diximus, puteū foderet, & iam ad profundam altitudinem peruentum esset, neque vena aliqua liquorem vllum polliceretur, adeò vt iam desperaret, & laborem tantum relinqueret: obiter circa meridiem Pior aduenit, & primùm eum salutauit, deinde pusillanimitatem & incredulitatem fodientium reprehendit. Sub hæc, vbi in fossam descendisset, & ligone tertiùm terram impulisset, derepentè scaturiens prodit aqua, & puteum replet. Atque vbi petiit, vt ad precationem abire sibi liceret: & illi vt cibum cum eis caperet, rogarunt: morem illis non gessit, non ea de causa, quum iam quod voluisset, effecisset, se eò venisse dicens. Eadem tempestate multi circa Scetim magni Antonij floruere discipuli: in quibus grandæui fuere, a Origenes, Didymus, & b Cronion, qui etiam centum & decem annos natus, excessit. Insuper eodem cum eis tempore extitere, Serapion magnus, Putubastes, Arsion, & Preclarus Arsesius: qui in philosophia hac consenuerunt, & monasteriis præfuerunt. Ex eis Didymus nulli cohabitauit homini, ad extremum vsque vitæ diem: quanuis nonaginta vixisset annos. Arsesius autem iuuenibus c lapsis delicti gratiam faciebat, ætate autem & virtute prouectiores excommunicabat, verbis hisce vtens: Iuuenem quidem, si per excommunicationem repudietur, * despectorem fieri. Qui verò in virtute profecisset, eum celeriter obiurgationis sensum percipere. Eorum porrò qui in media staráque essent ætate, multi & boni fuere monachi. In eis Ammonius & Eusebius, præterea Dioscorus & Euthymius, qui quum fratres essent, propter corporis staturam Longi sunt appellati. Ammonium fama est eò laudis in philosophia hac peruenisse, & adeò voluptate & deliciis omnibus superiorem fuisse, vt præter panem solum nihil cocti degustarit. Valde etiam literarum & eruditionis studiosus fuit, ita vt Origenis & Didymi & Euagrij scripta diligenter & feliciter legeret. Adeò verò à curiositate abfuit, vt Athanasium magnum Romam comitatus, ex præclaris præcipuisque vrbis eius rebus non aliud spectandum sibi censuerit, quàm Petri & Pauli martyrium, & ædem eam in qua illorum corpora veluti thesaurus sunt condita. Porrò quum ad episcopalem aliquando consecrationem abducendus esset, & ad eos multa, qui illum eius rei gratia conuenerant, dixisset, neque tamen eis quod volebat persuasisset, amputata sibi auricula dextra: Vel nunc demum, inquit, abite, quādoquidem deinceps etiam volentem ecclesiæ constitutio non recipit. e Sacerdotem nanque integrum atque immutilatū esse oportet. Atque vbi qui ex præcipuis ad ipsum missi erant, ab eo discederent: & à Indæis quidem talia obseruari & magnifieri, ecclesiam autem Dei parui pendere, si modò animo & moribus saluus commodúsque sit episcopus, inter se dicerent: ad eum reuersi, comprehendere tentarunt. Ibi ille, Si vim ei inferre pergerent, linguam quoque sibi recisurum esse, adiurauit. Quibus minis illi perpensis, in loco suo virum magnum reliquerunt. Et ex eo tempore f Ammonius παρώνυμος, quasi aure carentem dicas, cognominatus est. Hoc idem in g Euagrio philosopho accidit. Nam quum à Theophilo Alexādrino ad episcopatum traheretur, vbi artibus variis se excusando vsus esset, sacerdotali dignitati, sibi ea interdicendo nuncium * remisit, nō tamen summo aliquo corporis mēbro resecto. Atque is vbi in Ammonium istum incidisset, vrbanè eum carpsit, male admodum fecisse, Deoque ob membrum resectum pœnas daturum esse, inquiens. Ad quem subinferens Ammonius. Tu verò, inquit, ô Euagri, an non condignas persolues pœnas h, qui propter φιλαυτίαν, hoc est nimium tui ipsius amorem, linguam resecueris, & ea quæ tibi ad vtilitatem multorum concessa est gratia, vsus non fueris? Verum de Euagrio paulo pòst dicemus.

De monte Nitria, & loco à cellis dicto. Item de alio loco, cui nomen est Rinocurura: & de sanctis, Dionysio, Mela & Solone. Cap. 38.

CIrca Sceetim mons est, quem accolæ a Nitriam vocant: propterea quod vicus quidam vicinus ei est, in quo nitrum colligitur. b In eo monte ingens est huius generis philosophorum multitudo, & monasteria contigua nō pauciora quàm quinquaginta. Eorum quædam sunt, in quibus monachi communiter, quędam in quibus seorsim habitant. Est & alius locus ad interiorem solitudinem vergens, & ab istis, stadus septuaginta distans, ad monasticam exercendam perquam commodus c. Cellarum is nomen habet, quod monachorum ibi domicilia non continentur, sed sparsim cōstructa sint. Tantū verò ea inter se dissita fuere, vt ea incolētes alius alium ne cernere, nec audire posset. In hebdomade autē semel, primario & Dominico die, in ecclesiam cōuenire soliti erant. d. Quod si eo die quis non comparuisset, satis cōstabat, eum vel erumna, vel morbo aliquo oppressum fuisse. Porrò ad eum visendum non simul omnes, sed diuerso tēpore veniebant, pro se quisque quod ei suppeteret, ad illum curandum, commodum morbi afferēs remedium. Absque hoc si esset, alius alium non adibat: præterquam si quis discendi causa sermones animæ vtiles & salubres auditurus, eum audiret, qui eius rei peritus esset. Cellas quoque eas illi inhabitabant, quibus ad summum philosophiæ huius peruenire, & sibi ipsis ductores esse contigisset: vt rectè ab aliis segregati, quietem sequi, & sibi ipsis viuere possent. De Sceti, & qui ibi philosophari sunt monachis, hæc dixisse satis sit. Nam si singula oratione persequenda essent, metus esset, ne in ea prolixius productam, reprehensionis quispiā aculeum immitteret. Et quum illi suum sibi viuendi modum instituissent, fieri necessariò aliter

f Ammonius παρώνυμος. hoc est, sine aure, cognominatus.

Multi olim admodum homines pij ad episcopatus euehebantur.

g Euagrius itidē episcopatum, sacerdotio se abdicāt, reiecit.

h Scitè facetéque dicta Ammonij & Euagrij.

** Se profugit Soc. μηδὲ ἀπαρασπίσας τῷ σώματος.*

a Nitria mons & monasteria eius.

b Sic hodie in hoc mōte viginti duo insignia sunt monasteria grecorum monachorū ordinis diui Basilij, quæ tributi nomine Turcarum tyrānus quotannis ex vinetis & oliuetis suis pendunt sex millia aboleorū Turcicorum. Mons si à christianis ἄγιον ὄρος hoc est, sanctus mons dicitur: à Rutenis, Suuata hora.

c Cellæ & Asceteria in eit.

d Monasteriorum istorum speciem quandam referunt carthusianarum domicilia.

e Rhinocurura & monasteria eius. Rhinocurura vrbs Aegy-

pti, ab antiquis incolis sic dicta, quorum mutilati fuere nasi. Stephan. Dionysius. Mela. Solon.

riò aliter non potuit, quin variè vt par est, pro cuiusque ætatis captu opera, mores, institutа, & diætas dispertirent e. Alius item locus, cui nomen Rhimocurura fuit, multis ex eo tempore * indigenis monachis celeber fuit. Inter eos insignes fuere: Dionysius, qui ad partē vrbis Aquilonarem domunculam suam habuit: Mela ille, qui eo tempore ecclesiam eius loci gubernabat: & Solon, Melæ simul & frater germanus, & in sede ipsa successor. † De Mela illud memoriæ proditum est. Quum de ecclesiis ὁμοουσίοις consubstantialis fidei defensores exigerentur, atque eò qui ipsum quoque eiicerent aduenissent, repererunt eum veluti seruorum extremum ecclesiæ lucernis adornandis hilariter incumbentem. Lucernarū enim lineos funiculos in manibus habebat, veste simul & cingulo sordidatus. Atque quum illi episcopum requirerent, indicaturum se eis illum respondit, eósque in domum episcopalem duxit: atque vbi is eis de via fessis mensa appositа, pro rerum tenuium copia cibum dedisset, atque edentibus ministrasset sublata mensa manus lauit, & seipsum eis indicauit. Illi virū admirati, causam aduētus sui quum ostendissent, remittere se ei exilium, propter reuerentiam eius, dixerunt. Quod posteaquam accepisset, eis respondit, non idem, se, quod alij consentientes sibi episcopi fecissent, commissurum esse, vt inuitus solum exilij causa verteret, sed sua sponte in exilium iturum. Atque quum ibi esset, veluti qui ab adolescentia monasticæ philosophiæ assueuisset, omni genere virtutis prę clarus admodum fuit. Solon autē, vbi mercaturæ renunciasset, pretiosam mercatus est margaritā. Nam sub fratre Mela, eiúsque loci magistris fideliter atque diligēter edoctus mutatione vitæ plurimum in rebus diuinis studij ostendit, & morum simplicitate erga proximos bonus maximè fuit, Ecclesia Rhinocurura postquam tam egregios primùm duces nacta est, longo deinde tempore consuetis constitutionibus vti perrexit, & viros præclaros protulit. Illud porrò nouum, & inter alia maximè inane in ecclesia ea fuit, quòd clerici ibi domiciliū, mensam, morum institutum, & diætam vnam, aliáque adeò omnia haberent communia. Hæc de Rhinocurura.

Hospitalitatis episcopalis exemplum.

Ille verò monasticæ vitæ assuetus sua sponte exulat.

Solon frater Melæ, ex mercatore monachus & episcopus. Rhinocurura catholica.

Clerici ecclesiæ eius cœnobiū.

* Οὐκ ἐπ' ἀσκήτοις, ἀλλ' ὅπου γε ἀνδράσιν ἀγαθοῖς: hoc est, non aduenis, sed originariis bonis viris.

† Melæ Rhinocururę episcopo, qui ab Arianis ad eum expellendum missi fuerant, propter reuerētiam eius exilium remittunt.

Palæstini monachi.

De Palæstinæ monachis, Hesycha, Epiphanio Cypric, Salamine, Ammonio, Syluano, & Zacharia. cap. 39.

IN Palestina quoque eo tempore plurimi floruere solitarij philosophi. Adhuc enim superstites erant, quos, quum de Constantini imperio ageremus, diximus, scientia & vita monastica effulgentes. Sed & alij cum illis institutis illorum enituere, qui virtutis profectu, non pœnitenda laude & gloria monasteria auxerūt. Horum præcipuus fuit, Helychas, † Hilarioni illi, vita ea quæ secundum Deum est, longè præstantissimo, maximè amicus. Item virtute præclarus Epiphanius, qui lōgo pòst tempore ecclesię Salaminiæ in Cypro episcopus præfuit. Et Hesychas quidem quietis officinam apud Gazam instituit, eodem quo amicus seu magister, in rebus omnibus secum consentiēs Hilarion loco. Sacer autem Epiphanius, circa quendam vicum Besanducem, præfecturæ Eleutheropolis, vbi etiam ortus fuerat. Hic in prima ætate optimis vsus præceptoribus, & doctrinæ monasticę gratia longo tempore in Ægypto moratus, apud Ægyptios simul & Palæstinos, per virtutis studium, insignem adeptus fuerat laudem: nec minus etiam apud Cyprios: apud quos episcopum gessit. Vnde coniicere licet, ea de causa præclaram eum famam per orbem omnem esse consequutum. Quum enim in ampla & maritima, eademque populosissima vrbe sacrorum antistes esset, & cum illustri virtutis gloria ciuiles quoque res tractaret, breui tempore non ciuibus solùm, sed aduenis etiam vndecunque eò appellentibus notissimus fuit, qui eum partim conuenerunt & viderunt partim ex sermonibus eorum qui illum viderant, cognouerunt. Prius autem quàm in Cyprum veniret, eo quo diximus tempore in Palæstina vitam egit, quum in monasteriis ibidem sanctè & grauiter admodum enitierent, Salamines, Physcon, Malchion, & Crispion, claro loco nati, & fratres, circa Betheleam vicum præfecturæ Gazæ studia virtutis exercentes. Habuerunt & ij Hilarionem magistrū. Fertur nanque, quum aliquando simul isti apud eū fuissent, & simul domum reuerterentur, ex eorū medio Malchionem solum quodāmodo raptū disparuisse: atque vbi rursum subitò extitisset, idem cum fratribus iter carpsisse, & paulo pòst è vita excessisse, iuuenilem quidem adhuc ætatē agentem, sed virtute & Dei amore non multum eis qui in tali studio consenuerunt concedentē. Tum Ammonius quoque decem ferè stadiis ab eis distans, & circa vicum Chapharcon otā Gazæ subditum casam suam habens, clarus fuit, ex eo vico oriundus: vir qui accuratè & constanter in instituto monastico perdurauerit. Sed & Syluanus in Palestina ortus, eo, vt mihi videtur, tempore superstes fuit: qui eum à Deo * accepit honorem, vt angeli ei inseruierint. Et quum primùm in Ægypto philosophatus esset, in montem Sina inde transiit. postea autem in torrente Gerare maximum, pulcherrimum, & clarissimū bonorum virorum cōstruxit monasterium: cui pòst eum admirandus præfuit Zacharias.

Hilarion Hesychiæ præceptor & amicus.

Præclara eius per vniuersū orbem fama.

Salamines, physcō, Malchion, Crispion fratres, Hylarionis discipuli.

Malchiō è conspectu fratrū derepente raptus, atque eisdem redditus.

Ammonius syluanus.

* ὑπ' ἀγγέλων ὑπηρετεῖσθαι γέρας λαβεῖν.

Zacharias.

De Syria & ædesse monachis, Ephraim, Aphrate, Iuliano, Barse, & Eulogio, qui episcopatum in monasteriis gesserunt. Caput 40.

EX Ægypto & Palæstina, ad eos monachos qui in Syria & finitima ei Persidę fulserunt, transeundum: qui cum Aegyptiis quàm maximè certantes, quàm plurimi & virtute clarissimi euasere. Circa Nisibim ad montem cui Sigaron nomen est, vitæ sanctitate celebres fuere. Baththæus, & Eusebius, & Barges, & Hallas, & Abbus, & Abdaleus, & Zeno, & Heliodorus, & Lazarus, qui episcopus etiā est factus. Qui quòd non ita pridem nouum hoc philosophiæ institutum exercere incepissent, βοσκοὶ, hoc est, pascentes seu pabulatores cognominati sunt. Propterea quòd tecta non haberent, nec

Monachi Syri ad Nisibim in Sigaro monte.

Hi βοσκοὶ, hoc est, pabulatores dicti, seu pascentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

panem, aut vinum, aut obsonium aliquod gustarent: seu continenter in montibus versantes, de ecclesiarum more precibus atque hymnis Deū colentes celebrarent. Et quum tempus cibi capiendi esset, pro se quisque falcem in manibus habens, & veluti pabulum inquirens circuibat, & herbas commodas nactus, eis vescebatur. Atque ad hunc quidem isti modum nouā agendæ vitæ philosophiam instituerunt. Apud Carras autem philosophatus est Eusebius, qui voluntario carcere seipsum, vt adiri non posset, coluibuit. Item Protogenes, qui post Vitum parœciæ ibi curam gessit: Vitum inquam, inclytum illum monachum, quem ferunt quum primùm inter Imperatores Apostolum Constantinum vidisset, sanctè affirmasse, eum sibi dudum sæpenumero à Deo per apparitionem ostensum esse. Proindéque sedulò cohortatum esse, vt quod Constantinus statuisset atque iussisset, homines citra exceptionē omnem obsequenter facerēt. Porrò Baththæus vsque adeò à cibo sumendo abstinuit, vt vermes etiā ex dentibus eius proirent. Hallas † septuaginta totis annis panem prorsus non attigit. Heliodoro tanta fuit temperantia, vt noctes plures pervigilaret, & ieiunium hebdomadibus totis continuaret. Floruit tum etiam in Phadana (quo loco Iacob Isaici filius ex palæstina veniens, vxorem suam virginem in matrimonium duxit, primúmque ibi reuoluto à puteo lapide gregem eius potauit) Aonas ille, quem fama est primum ibi apud Syros accuratum hoc philosophiæ genus colere cœpisse: quemadmodum id apud Aegyptios magnus fecit Antonius. Cum eo fuere & Gaddanas, & Azizus, in eiusdem virtutis laude cōcertantes. Multi verò & apud vicinam Edessam, & circum ea loca celebres floruere viri: inter quos clarissimi fuere, Iulianus, atque apud Syros decantatus Ephraim, à quo multi libri ecclesiæ sunt editi: de quibus certius in Constantij imperio commemorauī. Extitere præterea Barses & Eulogius, qui ambo post longum monastici exercitij certamen Episcopi sunt facti, non in vrbe aliqua, sed honoris gratia in monasteriis suis episcopalem consequuti confœrationem: ita vt rectè aliquis dignitatem eam tanquā præmium seu remunerationem pro exactissimo philosophandi instituto eos accepisse dicat. Sicuti & Lazarus, de quo paulo ante, post sanctū Heliodorum, mentionem fecimus.

Monachi ad Carras. Protogenes. Vitus. Huic per visionem Deus Constantinum magnum exhibuit. Baththæus. Hallas. H. ieiorat. † Octoginta. Zoz. Phadana locus, vbi Iacob in Rachelen incidit. Aonas. Primus hic in syria monachus. Azizus. Gaddanas. Monachi Edessen. Iulianus. Ephraim. Barses. Eulogius. Duo isti in monasterijs suis episcopalem obtinuere dignitatem. Itidem & Lazarus. Sup. to. cap. 23.

De Cœlesyria & Antiochia monachis. Item de monachis qui in Galatia, Cappadocia, Euthymia, & ad vltimum Euxinum philosophati sunt. & causa, cur veteres monachi longæui fuerint. cap. 42.

Monachi Cœlesyriæ. Christianorū est ferre non inferre iniuriam. Valentinus, & alij plures. Paulus Telmissorius. Monasterium eiusdem in Vngate.

COelesyria autem, & quæ suprà eam est regio, sola Antiochia excepta, serius quidem Christianissimum susceperē, non tamen ecclesiasticis philosophis caruere. Qui eo fortius vt viri egregij se gesserunt, quo maius in eos incolarū Græcæ superstitionis studiosorū, atque illis insidiantiū flagrauit odium: non illos quidē vindicta vtentes, sed magno animo illatas iniurias & plagas excipientes. Qualis Valētinus ille fuit, quem alij Emesenum, alij Arethusium genere fuisse tradiderunt. Et alter ei cognominis monachus, & Theodorus, qui ambo à Tittis vico Cyri, Acepsimas, Zeugmatius cæsis conclamatur loca multa circumvenit. † sed et christianæ id inde ab initio idem qui monasticæ vitæ fuit est. Carnis mortificatio, & spiritus vegetatio. Atque ille demū verè christianus est, qui ad veterem monachatum quam proximè accedit. b Commune omniū monachorū consiliū & institutū. Ephraim Syrus. Didymus Alexandrinus, Euagrius Aegyptiacus monachus. Vtrique in doctrina hallucinatus est. De Euagrio monacho libere. * λογισμολοιζομ. lib. 6. cap. 30.

Euagrius discipulus & archidiaconus. Gregorij Nazanzeni. Euagrius visione sibi diuinitus in somnis ablata, insidias necis sibi structas effugit.

Sozom. Telmissum eum esse dicit.

Monachi olim ferè omnes lōgæui. Monachorum sanctitas plurimos ex gentilibus ad Christianismū perduxit.

*Sozo. ad ætatem vsque suā & Theodosij imperij nonnullos ex hisce monachis duravisse scribit. lib. 6. cap. 34. a Apud Galatas, Cappadoces, & in Ponto multa monasteria in vrbibus & vicis. Eorundē terrarum cremicolæ. Eustathius Basilius magnus. Leontius. Prapidius. † Zozom. habet Leo. * Zozo. vicus Basilias hospitalis domus. Monachi Antiocheni. † τὸ χρυσοῦν εἰκόνα. Theodor. lib. 4. cap. 28. Monachi solitudinis Chalcidis. Monachi Apameni, ἐκ Zeugmatis. * σόφισμα σωζηθὲν τῆς ἀπάτης ἕνεκα μέλιτος χόμενοι.*

In Appameensiū eremo Agapetus, & Simeones, & Paulus. In Zeugmatensium autem solis locis Publius & Paulus philosophati sunt. Item in solitudine vrbis Cyri, Acepsimas ille decantatissimus, qui in tuguriolo exiguo inclusus sexaginta annos sanctè ita peregit, vt neque conspiceret, neque alloqueretur quenquam. Fuit tum quoque magnus ille Zeugmatius, qui oculis captus, non in cæsam aliquam se abdidit, sed loca plerāque circumiens, finceram fidei professionem annunciauit. Quorum vitam singillatim omnium pulcherrimè Theodoritus Cyri episcopus, in Dei amantium historia cōscripsit. † Porrò omnium istorum commune, vt ita dicam *b*, consilium & institutum erat, vt quàm maximam animæ curam gererent, eamque à rebus & studiis huius vitæ per desuetudinem abalienarent, & longioris vitæ suæ tempus in precationibus, ieiuniis, hymnisq; , & Deū decentibus laudibus consumerent: corpus autem deliciarūmque eius & voluptatis studium negligerent, nec non pecuniā & negotiorum occupationes omnino à se repellerent & ad vitam angelicam imitatione contenderent.

De Euagrio philosopho, & vita instituisque eius. Caput 42.

POst Ephraim Syrum, celeberrimi in vtraq. philosophia fuere, Didymus Alexandrinus, & Euagrius monachus Aegyptiacus. Cæterùm de Didymo qui fuerit, & quæ scripta post se reliquerit, in nono historiæ huius libro à me est dictum. De Euagrio autem, æquum visum est hic pauca dicere: quanuis ambo isti in sana fidei doctrina claudicarint, vtcunque plurima scriptorum suorum tela in veritatis hostes sint iaculati. Euagrius ex Iberibus, qui circa Euxinum Pontum colunt, genus duxit: vir sapiens & clarus admodum, inueniendo subtilis & ingeniosus, & in eloquendo quod inuenisset grauis & acer. Persacile etiam, quænam * cogitationes vel ad virtutem, vel ad vitia spectarēt, diiudicauit: nec minus idoneus ad subiiciendum & docendum, vt ille quidem excolendæ hæ autem cauendæ essent, fuit. Porrò eam quæ, in oratione eius inest gratiam, scripta quæ edidit indicabunt. Morum quoque singulari moderatione fuit à fastu & superbia maximè alienus. Et sicuti iustarum laudum præconiis minimè est ad arrogantiam sublatus, ita etiam conuiciis iniustis haudquaquam ad indignationem commotus. Sacras literas sub Gregorio theologo optimè addidicit. nam eius quoque fuit archidiaconus, quum ille Constantinopolitanæ præesset ecclesiæ. Quòd autem natura vultu esset venusto, & præterea vestitu eleganti vteretur, ex magistratibus quidam zelotypia erga vxorem laborans, quum eum illi innotuisse cognouisset, clàm ei cædem moliebatur. Et ad rem consilium id collatum fuisset, nisi ex ipsa nocte Deus horrendam quidem, sed salutarem visionem Euagrio dormienti exhibuisset. Videre nanque sibi visus est capitalis criminis causa se captum atque in carcere manus pedésque ferreis catenis vinctum esse. Quum autem iam ad tribunal iudicis sisti, & pœnas dare deberet, accessisse quendam, qui sacrum Euangeliorum codicem ei ostenderit, & tam grauibus vinculis eum liberaturum promiserit, si quamprimum ex vrbe discederet, & facturum se id esse iurisiurandi sacramento confirmaret: séque imposita libro dextra ad eum modum iurasse, simúlque & cōpedibus solutum esse, & è somno euigilasse. Ita ille diuina visione persuasus, * apertè sibi structum atque creatum periculum effugit. Atque vbi in animo constituisset, decere se monasticam consectari vitam, Constantinopoli Hierolyma venit. Inde in Aegyptum, ad visendos, qui in Sceti philosophabantur, monachos proiectus, ad montem Nitriam, monasticam sibi cōstruxit casam: & ibi cum duobus Macariis, Aegyptio, & Alexādrino, qui alios antecellebant, fuit: quorum quum æmularetur vitam, factis quoque ipsis philosophiam monasticam est cōsequutus. Deinde etiā * sub Theodosij iunioris imperio, cum eo quem diximus Ammonio est versatus. Prodigia autem eadem quæ præceptores eius edidit. Libri ab eo plurimi & maximè necessarij compositi sunt, inter quos quidam Monachus, siue de practice & operatrice virtute inscriptus est: quidam γνωστικὸς, hoc est, cognitor, siue de eo qui cognitionem est cōsequutus. Hic in quinquaginta capita est diuisus. Scripsit etiam librum alium qui confutationem seu inuectiuam continet aduersus tentatores dæmones. id opus in octo diuisit sectiones, iuxta octo deliberationum seu cogitationum numerum. Item Problemata prognostica sexingenta. Et præterea στιχηρὰ, hoc est, versuum duos libros reliquit: alterum ad eos qui in cœnobiis aut in † comitatibus sunt monachos: alterum autem ad eas quæ virginitatem colunt sanctimoniales. Omnia verò scripta eius admiranda sunt, & sententiis & elocutione ad persuadendum prorsus accommodata. Et qui ea leget, qualis is vir fuerit cognoscet. Peropus autem esse puto, breuiter quædam ex eius operibus in historiam hanc inserere, atque in primis quæ de monachis, commemorat, hisce propemodum verbis.

*Euagrius discipulus & archidiaconus. Gregorij Nazanzeni. Euagrius visione sibi diuinitus in somnis ablata, insidias necis sibi structas effugit. * τὸ ὕπαρ περιφανὲς καὶ ὠφέλιμον. proiecto loco Hierosolymitana religionis ergo. Cum ipse Euagrius Nazanzeno in Aegyptum perisse scribit. Sacra. lib. 4. cap. 33. Euagrius Macariorum discipulus. Idem Ammonium sodalis. * ἐκ τῆς ἐγχωμίου βασιλείας. Soz. Scripta eius. * λογισμῶν. Sensuum suggestiones virtutum vocat. † συνοδίαις. conuentus hodie vocant.*

Sec. eo. cap. 33

Quæ Euagrius in quibusdam libris de eius temporis monachis, de verbo ad verbum scripserit. Caput. 43.

NEcessarium quoque est, vias eorum qui nobis præierunt, monachorum ritè inquirere, & ad eas vitam nostram componere. Multa enim ab eis & dicta & acta sunt præclarè. In quibus illud quidam dixit: Aridiorem & * minus inæqualem diætam charitati coniunctam, celeriter monachū ad † Indolentiæ portum ducere. Idem fratrem quendam, qui subinde noctu pauore turbabatur, spectris liberauit, egrotis cū ieiunij cultu inseruire iussum. Non alia enim re facilius, interrogatus respondit, quàm misericordia, eiuscemodi terrores & perturbationes extingui. Antonium Iustum conueniens ex sapientibus quidam, Quomodo ô pater inquit, in monastica vita perdurare potes, qui cōsolatione ea quæ ex libris percipitur, careas? At liber meus, ô philosophe (Antonius respondit) a natura ipsa rerum creatarum est. In eis, quum mihi visum est, oracula Dei legere licet. Interroganit me aliquando electionis illud vas, senex Aegyptius Macarius, Quid ita iniuriarum erga

*Ex Euagrio monachorum quorundam præclare dicta & facta. * μὴ ἀνόμοιον λον. Indolentiæ portus. † ἀταραξίας. pauorum lemuriumque nocturnorum expulsio. Imperatorum libri creaturæ Dei sunt. ἀφύσις τῶν γεγονότων*

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines memoriam retinentes, vim animæ re- E
miniscendi enecaremus: aduersus dæmones au-
tem, quum acceptorum ab eis malorum remi-
niscimur, detrimentum nullum sentiremus?
Quum autem ego, quod responderem non ha-
berem, atque id discere vellẽ, rogatus ille: Pro-
pterea, inquit, quòd prior illa affectio præter na-
turam, posterior autem secundum naturam iræ
est. Aduenì aliquando ipso meridionali tempo-
re ad sanctum patrem Macarium, & quòd sitì
admodum arderem, aquam ab eo petij. Et ille:
Contentus esto, inquit, vmbra, multi enim via
tores & nauigantes hac nunc carent. Deinde
quum apud eum verba de continentia & tem-
perantia facerem: Confide inquit, ô fili & bono
esto animo. Ego totis annis viginti neque pa-
nem, neque aquam, neque somnum ad satieta-
tem cepi. Panem namque meum ad certum libræ
pondus comedi, aquam ad constitutam mensu-
ram bibi, & parieti acclinatus exiguam aliquam
somni partem rapui.

Monacho cuidam nuncius venit de patris
morte, atque ille ad nunciantem: Desine, inquit
blasphemare & impiè loqui: Pater enim meus
immortalis est. Ex fratribus quidam vnicũ Euan
gelij librum in bonis suis habuit: quo & ipso
vendito, precium eius ad efurientium alimenta
dedit, memoria digno verbo illo addito: Pro-
pter illud oraculum librum vendidi, quod di-
cit, Vende ea quæ habes, & da pauperibus. In-
sula quædam est circa Alexandriam septemtrio-
nem versus, vltra lacum qui Maria dicitur, sita. G
Habitat in ea monachus * Gnosticorum ordi-
nis celeberrimus, qui omnia quæ à monachis
gererentur, ob quinque causas fieri dixit: prop-
ter Deum, propter naturam, propter consuetu-
dinem, propter necessitatem, propter manuum
opus. Idem ipse vnam esse dixit naturæ virtu-
tem, ciúsque formam in animæ viribus effigiari
Nam & lumen solis ait sine forma esse: formam
autem id recipere, per quas penetrat, fenestris.
Alius quidam monachus: Propterea inquit, vo-
luptates mihi subtraho, vt iræ causam & occa-
sionem præcidam. Scio enim illam semper de
voluptatibus belligerari, mentémque meã per-
turbare, & cognitionem ipsam fugare. Ex ſen-
tibus etiam quidam dixit, a Charitatem ciborum
& pecuniarum depositum seruare nescire. Idem:
b Non scio, inquit, eadem in re bis à dæmoni-
bus me deceptum esse. Hæc ad verbum Eua-
grius, in eo libro quem Practicum inscripsit,
exposuit. Quæ verò etiam in Gnostico suo di-
cat, audiamus. c Quatuor virtutes, earumque
considerationes esse, à Iusto Gregorio didici-
mus: prudentiam, fortitudinem, temperantiam,
& iusticiam. Et d prudentiæ quidem officium
esse is dixit, considerare & contemplari, verbis
non adhibitis, sanctas & intellectuales potesta-
tes. Has namque à sapientia manifestari tradidit.
e Fortitudinis autem, in veritate cognita etiam si
bellum & discrimen tibi paretur, constáter per-
seuerare, neque ad res fallas transire. f Tempe-
rantiæ porrò, semina à primo agricola iacta re-
cipere, posteram autem & furtim aspersam ab
aduersario sementem reuocare, g Iusticiæ verò
iuxta dignitatem & commoditatem cuiusque
orationem attemperare, vel obscurè annúcian-
do, vel per ænigmata & ambages significando,
vel etiam aperte indicando, ad simpliciorum
vtilitatem & profectum. Veritatis autẽ colum-
na Basilius Cappadox dixit: Cognitionem seu
scientiam quæ ab hominibus prouenit, conti-
nua meditatio & exercitium adanget: eam au-
tem quæ gratia Dei contingit, iusticia, * placa-
bilitas iræ expers, & misericordia. Et priorem
illam, etiam qui affectionibus obnoxij sunt, ob-
tinere possunt, posteriorem verò, qui ab af-
fectionibus alieni sunt, tantum perspiciunt, qui
etiam precationis tempore mentis suæ lucem
eos circumfulgentem vident. Lux illa Aegypti
sanctus Athanasius: Mensam, inquit, Moses ad
Borealem partem statuere iussit. Sciant igitur F
Gnostici, & qui scientiæ seu contemplationi na-
uant, quinam aduersus eos ventus spiret, & ten-
tationem omnem magno sustineant animo, at-
que alacriter ad se venientes alimentis soueant.
Thmuitarum ecclesiæ angelus ille Serapion di-
xit, mentem spirituali cognitione & scientia im-
butam perfectè purgari, charitatem flammantes
iræ partes curare, temperantiam autem af-
fluentes malas cupiditates & libidines sistere.
De prouidentia & iudicio semper tecum ipse
rationes reputa, magnus ille & doctus doctor
Didymus ait eaque materiam facrecum in
memoria circumferas. nam omnes fere in his
hallucinantur. Et doctrinam quidem de iudi-
cio, in varietate corporum, ipsiusque mundi de-
prouidentia autem, in moribus atque modis
quæ nos à vitijs & ignorantia ad virtutem vel
cognitionem ducunt, † inuenies. Hæc gustus
tantum gratia, ex Euagrij scriptis apposuimus.

† *Cæca quippe nostra & mundus vniuersus per se-
ipsum iudicia & condemnationi addictus est, quot
autem per gratiam suam repurgauit à vitijs diuina
prouidentia, iudicium illis euadunt.*

*breuis commentatio tã quam in summa clarorum eius
ætatis virorum, vt eis diuina prouidentia id tempus
tanquam scopulos contra immensos fluctus & tem-
pestates tulerit. Caput 44.*

EOdem autem tempore multi etiam alij in
diuersis locis & monasteriis luxere, admi-
randi & dei amantes viri, quos commemorare
hoc loco si velimus, & cuiusque vitã, mores &
facta recensere, ab instituto nostro longè produ-
ceremur. Quod si quis accuratè ea cognoscere
cupiat, quid illi scilicet & fecerint & dixerint ad
auditorum vtilitatem, atque vt ferè subiectæ ei fuerint, Palladius Euagrij discipulus,
qui res eorum in vnum collegit librum, optimè expositum quem qui volunt, legere possunt.
Nam in eo non virorum tantum, sed & mulierum, quæ cum eis, quos diximus, diuinis viris
morum sanctitate certarunt, vitas piè descripsit. Euagrius autem & Palladius, * quod proximè sequutum est, imperio floruerunt. Atque ij
quidem monachi sedulique & diligentes virtutis doctores eo tempore enituere. Inter episcopos verò Basilius magnus & Gregorij ambo,
Theologus videlicet, & Nyssenæ vrbis luminare: alter illius contubernalis, atque in rebus omnibus consentiens adiutor & socius, alter autem frater coniunctissimus. Administer etiam eorum fuit,

Cur humanarum iniuriarum memoria nobis molesta est, diabolicarum autem contrà non? Iracundiæ remedium. Vmbra frim repellens. Vita Macarij cõtinentissima.

Christiani veri immortales sunt. Monachus omnes libros vendidit precium pauperibus dat.

Κατα μεθοδον τῆς γνωστικῆς φιλοσοφιας. Quinque operum omnium monasticorum causa.

Ira de voluptatibus belligeratur: ex voluptatum suppressione sopitur.

a Apud charitatem nõ recte pecuniam deposuerit. b Monachus eadem in rebis nõ labitur. c primariæ quatuor virtutes, earumq; officium. d Prudentiæ. e Fortitudinis. f Temperãtia. g Iusticia.

Basilij magni sententia de cognitione humana & diuina.

** Εὐαγρίου. Athanasij sententia pie dicta.*

Moses mẽsam Boream versus collocare iussit.

Serapionis dictum.

Mentis lustratio, ira & suppressio, vbidinis coercio.

Didymus γνωστικὸς. Prouidentia & iudicium diuinum semper obtrudis pensandum.

Palladius Euagrij discipulus vitas sanctorũ monachorũ conscripsit.

** post præteriti mortẽ, Socrat. præclari cuiusdam episcopi. Basilius. Gregorij duo.*

Nitras.

Optimus. Amphilochius.

Damasus. Ambrosius.

Deus contra vim & multitudinem Arianorũ egregios opposuit propugnatores.

** ἀκμάζοντα. Quod Gothi Thraciam ingressi, & Valentem oppresserint.*

Deo acceptum fuit. Sozom. lib. 6. cap 35.

Περιτραπεὶς.

fuit, fraterno prorsus animo, Petrus, eisdem qui
bus Basilius parentibus prognatus, prophanis
quidem literis non tantopere imbutus, virtutis
autem splendore illis non inferior. Isti in Cap-
padocia fulsere.

In Pisidia autem Optimus, & in Lycaoniæ
metropoli magnus Amphilochius, pro fide à
maioribus accepta, fortiter depugnarunt. Et ij
tanquam propugnacula sacræ religionis nostræ
in Oriente post Athanasium fuere. In Occiden-
te autem, Damasus Romanæ ecclesiæ præfec-
tus, multa veritatis luce coruscauit: & præte-
rea diuus Ambrosius, Mediolanensis antistes:
qui quanuis longa locorum intercapedine dis-
siti essent, multa tamen veritatis tela contra hо-
stes emisere. Insuper & alij plurimi, qui extre-
mas terræ oras incolere coacti fuerant, veluti B
quasdam sagittas, in ecclesiæ aduersarios episto-
las sunt iaculati, & suos simul scriptis confirma-
runt. Vniuersitatis namque huius moderator,
aduersus tantam fluctuum & tempestatis mag-
nitudinem. rectores quoq; ediuersomisit egre-
gios: & contra multitudinem & vehementiam
hostium, conuenientem ducum opposuit virtu-
tem: atque aduersus morbum temporum diffi-
cultate * vigentem, commoda & præsentia ex-
hibuit remedia, qui tantum tantorum virorum
in populi multitudine, in ecclesiis, atque in ipsis
monasteriis & montibus, prouentum dederit.
Nec eo tantummodo rerum vniuersarum Deus
rebus nostris consulere est dignatus, sed & alte-
rius maximi beneficij † procurator atque con-
ciliator esse visus est. Pertracta namque Got-
thorum gente in Thraciam, autorem etiam tur- C
bæ & confusionis ad Bosporum adduxit, atque
in apertam eum tradidit perniciem, qui aduer-
sus solum Deum atque illius ministros bellum
gerere nouerat: exitiosum dico valentem. Id
quomodo sit factum, vbi prius vnum eius ne-
farium scelus exposuero, dicam. & ad finem
eius progrediar. Ac de eis qui iuxta ecclesiæ san-
ctiones philosophati sunt, hæc pro eo atque
potui, dixi.

*Ordinauit autẽ eas mendacij & ejdis autor tatanas. b Consultatores oraculi Theodorum quendam ethnicum Comitatensem significari existimarunt. c supplicia afficiuntur vna cũ Theodoro, cõsultatores ipsi. inter eos plerique fuerunt philosophi. * χροκὰτα τρίβωνι. d philosophi omnes eo nomine pessime a Valente accepti. a Habitus philosophicus a multis propter periculum reiectus. Idem tyrannide sua spectauit Valens, quòd in sanctiorem suæ vestis. b expenditur sinul & consultorum istorum & ipsius*

De interitu Græcorum idololatrarum, propter oracula quædam literis distinctè designata, initio facto à littera θ vsque ad δ. De astronomia, & Themistio philosopho: & quibus ei verbis Valentẽ lenierit, vt de persequutione nunnihil remitteret. Caput 45.

QVi verò Græcam superstitionem seque-
bantur, & qui natalibus præclari erant,
ferè talem ob causam interiere. Qui inter eos D
excellebant, quòd tanta incrementa capere ec-
clesias nostras & Christianismum viderẽt, eam-
que rem indignabundi ægrè ferrent, consilium
cepere, oraculis atque aliis quibusdam incan-
tationibus, quis in Romano imperio Valenti
successurus esset, cognoscendi. Et tripode è lau-
ro facto, verbisque & euocationibus quibus-
dam, vt fieri in talibus mos est, peractis, quod
volebant effecere: a vt scilicet literarum, machi-
nis quibusdam tripodis & oraculi eas ordinan-
tibus, † collectione, Imperatoris nomen appa-
reret. Et quum hiantes ad Theodorum respe-
ctarent, qui in Imperiali aula stipendia faciebat,
superstitione quidem Græcum, doctrina autem
& philosophia probè eruditum, quoniam lite-

Nobilissimi quique ex Gothis, & Philosophi plurimi à Valente sublati, quid de successore eius per oracula & tripodẽ nouũ inquisiuissent. a Oraculum id primis literis θεοδ. sive Theod. successoris nomen designauit. † suis literarũ ordo θεοδ.

Ab si certa immutabiliaque essent, quæ semel ex astrorum cursu collecta censuissent, statuere eos conueniebat: Quicunque tandem is esset, cui sidera successionem destinassent, eum superstitem fore. Sozo lib. 6. cap. 35. Imperatoris stultitia. c Quicunque præclari viri nomẽ haberent, quod initium sumeret à syllabis Theo. centrucidati à Valente sunt Theodosius. Eutropius hunc patrem fuisse Theodosij principis scribit. d vaporosulatis cũ mathematicis, seu potius maleficis philosophis. e Chaldæorum & mathematicorum predictiones veteribus quoque Romanorum gentilium legibus damnatæ. Quas philosophi isti violarunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ iamdudum à Romanis, quum Græcam superstitionem sequi, & diis sacrificare liberum erat, sunt latæ, contumaciter violatis, conieciistis: admisisse vos, quod venia prorsus dignum non sit, tacinus ignorastis. Atque equidem idem vos tum sentire oportuit, quod † Socrates vester sensit: qui iniquo iudicio circumuentus, ac nito epoto moriturus, quū incolumis esse, & è carcere profugere posset, reuerentia legum, sub quibus educatus fuerat, id non fecit. Sed quisque hac de re, vt sibi visum est, & sentiat, & loquatur. Valens sanè Antiochiæ ad Orontem degens, eos qui aliter quàm ipsi viderentur, de Deo sentirent, affligere, & modis omnibus persequi & eiicere pergebat: donec *f* Themistius philosophus eam quam ad illum orationem scripserat recitauit: qua vt indignationem & tumultuationē eam tēperaret, effecit. Cohortatus enim eum est, ne admiraretur tanquam in re noua, quòd aliqua essent in ecclesiasticis dogmatibus dissensio: eáque minor longè, quàm apud Græce superstitionis cultores. Apud illos enim supra trecentas esse opiniones: in quarum tanto numero, plurimas etiam dissensiones esse contingat. Et fortasse gratum id esse Deo dixit, quod non facile esset ad cognitionem eius venire, proindeque variam omnes de eo conciperent opinionem: vt eo magis illum quisque vereatur, quo minus cognitionem eius, quæ incomprehensibilis est, percipiat: secum ipse considerans, qualem & quantum eum esse oporteat, cuius tenuem saltem ac mediocrem noticiam sit assequutus. Quapropter eius philosophi oratione adductus, quum se ad moderationem dedisset, non vsque adeò vt antea succensebat, nec suppliciis & cruciatibus sæuiebat. Neque tamen omnino à cœpto destitit, sed pro pœnis capitalibus exilium episcopis & sacerdotibus imponebat: quoadusque graues de republica curæ, quo minus rebus eiusmodi vacare posset, effecere.

† *Socrates philosophus mori, quàm patrias leges violare maluit.*

f Themistius philosophus sanitatem iuuentis Valetis orationē lenit. Soz. eodem cap. 36. Summa eius orationis.

De Mauia Arabiæ regina, vt ea bellum contra Romanos ceperit, ac mox cum eisdem pacem sanxerit: & de Moſe, primo Arabum episcopo. Caput 46.

QVum namque * Saracenorum princeps diem suum obiisset, & pax cum Romanis aliquando inita, soluta esset: *a* Mania illius coniunx, res eius gentis administrans, Phœniciam, & Palæstinam, & oram ad Aegyptum vergentem, quæ Nilum aduerso flumine nauigantibus, regione quæ Arabica dicitur, ad sinistram est, inuasit atque vastauit. Bellum id quāuis à fœmina illarum, haudquaquam facile fuit. Nam eam cum Romanis maximam, & haud scio an alias maiore fortitudine, pugnam commisisse dicunt. Res sanè ad eum merum peruenit, vt copiarum militarium dux in Phœnicia, Orientalis exercitus ducem ad auxilium sibi ferendum euocarit. Atque ille vocationem talem, hostium scilicet contemptu, risit: & rem ita instituit, vt qui eum vocauerat * in acie non esset, sed à pugna segregatus, spectator tantum eius esset. Verum prælio commisso, & Mauia strenuè resistente, Orientis dux cum suis in fugam versus, vix tandem à Palæstinis & Phœnicibus militibus seruatus est. Eorum enim præfectus vbi illum subinde se conuertentem fugere vidit, stultum esse putauit, extra pugnam ita consistere, vti ei mandatum fuerat. Proinde signis illatis, cominus cum Arabibus est congressus. Ita factum, vt ille tempus fugiendi in locum tutum haberet: ipse verò sensim se recipiens, atque etiam terga vertens, tela emitteret, & hostes ingruentes iaculis summoueret. Quæ res à multis diu est memorata, ab ipsis etiam Saracenis carminibus celebrata. Et quia bellum hoc magnum & graue Romanis imminebat, legatos ad Mauiam de pace mittendos esse visum est. At illa primùm pacis conditiones cum Romanis superbè reiecit. Vbi verò doctrina sacrorum nostrorum est initiata, pacem ita recepit, si Moses, qui tum in vicina solitudine philosophicè degebat, episcopus ditionis suæ populorum consecraretur: vir virtute, & vitæ sanctioris seueritate, prodigiisque & signis multis illustris. Quod vbi ita fieri debere Imperator eis significauit, quibus ea imperij pars curanda commissa fuerat, Moses assumptus, & ad Lucium qui eo tempore Alexandrinæ ecclesiæ episcopatum administrabat, vt ab eo cōsecraretur, adductus est. Ibi ille ad eum palàm & liberè in præsentia omnium: Abstine te, inquit, indignus enim sum, qui nomen & honorē episcopi obtineā. At si nutu suo me ea dignitate dignatur Deus, testem illum facio, nunquam te mihi manus impositurum esse, quas cruore & tabe sanctorum virorum conspurcasti. Lucius, non rectè illum facere, dixit, qui prius fidem eius, quàm cognouisset, reiiceret. Quod si calumnia alicuius delatoris adductus ea verba ille protulisset, iudicem eum esse voluit, & vt res suas audiret, hortatus est. Moses autem: Atque fidem tuam, ait, liquidò satis ostendit episcoporum & presbyterorum exilium, & illi præterea qui in metallis acerbissimam degunt vitam. Antu verò illas Christi * notas esse putas, quæ à Christo & ab hominibus rectè de Deo sentientibus prorsus sunt alienissimæ? Atque ad hæc verba iuramentum adiecit, nunquam se Lucio caput subiecturum esse. Quam ob causam Romani duces, Lucio reiecto, *b* Mosen ad episcopos, qui in exilio agebant, duxere. A quibus ille *c* episcopali vnctione accepta, ad Saracenos transit: & pacificatione rebus inter eos & Romanos compositis, piè sanctéque episcopatum ad ministrauit: & quum paucos ibi Christianos reperisset, omnes propè ad religionem nostram pertraxit. † Mauia autem deinceps pacem cum Romanis habuit, adeò vt filiam suam Victori duci in matrimonium collocarit. Hæc hactenus.

Mauia pacem cum Romanis ita pacisciture, vt Moses monachus populis suis episcopus detur.

Moses non sustinet à Lucio Alexandrino episcopo Ariano, episcopus ordinari.

† *Mauia filiam suam Victori Romano duci nuptui collocat.*

De Ismaelitarum & Agarenorum siue Saracenorum gente, vnde initium sumpserint, & quomodo Christianismum susceperint. cap. 47.

PORrò Saracenorum gens primùm cognomine ab Ismaele accepto, qui Abrahæ filius fuit, Ismaelitæ ab antiquis, de primi eorum parentis appellatione, vocati sunt. Vt autem maculam illegitimi ortus, & seruitutis notam serua enim fuit mater illius Agar) à se amolirentur, Saracenos seipsos nominarunt, perinde atque à Sara Abrahæ coniuge stirpem ducerent. Cæterum seriē generis inde trahentes, eodē cū Iudæis viuendi more vtuntur. Nam circumcisionem ita vt illi colunt, & à suillis carnibus abstinent, multaq; præterea illoru institutа seruāt. Quod si non ex omni parte iuxta illorum ritus viuunt, aut tempori id adscribendum est, aut finitimorum populorum, qui se eis immiscuere, confusioni. Moses etenim, qui longo pòst tempore extitit, profugis tantum ex Aegypto Iudæis leges dedit. At gentes illis vicinæ, idolorum addictæ superstitioni, patrios eorum mores ab Ismaele acceptos, quibus antiquitus Hebræi vsi sunt ante Mosæ legum promulgationem, non scripto iure, sed recepta tantum consuetudine viuentes, corrupere: eundemque eis quem ipsæ haberent religionis cultū tradidere. Proinde factū vt illi pariter cum vicinis populis, dæmones & nominarent & colerent: atque eiusmodi depraua ta religione, apertè patriarū legum præ se ferrēt deprauationem & transgressionem. Atque vti fieri solet, tempus longum ritus quosdam obliuione suppressit: quosdam autem vt colerentur, reliquos fecit. Deinde verò quum quidam ex eis cum Iudæis commercium haberent, ab illis vnde orti essent didicere, & se rursum cognationi suæ adiunxere, Hebræorum moribus & legibus denuò vtentes. Atque ex eo tempore etiamnū omnes fere Iudaico ritu viuūt. Verùm nō ita diu ante Valentis imperiū, Christianorum quoque sacris sunt operati, vbi diuinæ gratiæ participes facti sunt, finitimis episcopis & monachis eos ad id ducentibus, qui in propinquis solitudinibus sanctè viuentes morū integritate, factisque admirandis egregiam obtinebant famā. Quo tempore tribum quandam apud eos omnem ad Christi religionē transisse ferunt, quum Zacomus eius * tribunus baptismi gratiam suscepisset, per causam & occasionem eiusmodi. Carebat is liberis, ætate iam senescens. & quum monachum quendam magna gloria virum adiisset, quūm alia pleraque ei per colloquium exposuit, tum ærumnam quoque eam & casum deplorauit. † Supra modum enim apud Saracenos magni penditur liberorum procreatio: nec apud eos modò, sed etiam, vt arbitror, apud barbaros omnes. Ille bono animo eum esse, precatione facta, & reuerti domum iussit, fore pollicitus, vt breui pater fieret, si modò in Christum sibi credendum esse statueret. Postquam autem dictum id euentus comprobauit, & filius progenitus, precationem illam veram fuisse confirmauit: & ipse Zacomus religione nostra est initiatus, & tribum eam omnem cui præfuit ad eandem gratiam adduxit. Ab eo tempore tribum istam admodum floruisse, magnáque & numero & amplitudine incrementa cepisse, atque Saracenis & Persis formidabilem fuisse dicunt. Verùm de Ismaelitis, siue Saracenis, vti postea Christianismum susceperint, & de primo eorū episcopo, quæ comperta mihi sunt, sic habent.

Ismaelitæ ceremonias quasdam ab eorum coluere Ismaelitæ à finitimis populis idolatriæ per contagionem acceptas.

Denuò se illi ad Iudæorum religionē contulere.

Paulo ante Valentis imperium quidā ex Saracenis Christianā fidē fecit.

Apud Saracenos tribus quadam tota cum tribuno suo Zacomo Christianismum suscepit.

* Φύλαρχος occasio eius mutationis.

† περὶ πολλοῦ ποιοῦνται παῤ αὐτοῖς τὰς τῶν παίδων γονάς καὶ διὰ τοῦτο πολύπαιδες. Deest vt id Saracenorum frequentissimum polygamiæ. Eusebius sanctissimarum Zacomus liberis prorsus carens, pater fuit. Soz. eod. cap. 37.

Ismaelitæ se Saracenos nominant.

De Gothorum & Hunnorum gente, quomodo & qua ex causa istrum transgressi in Romanorū ditionem impetum fecerint: & de Athanaricho & Fridigerne. vtque ea de Riphila, earum episcopo: & vt postea mota contra Romanos bella, Valentem ex Antiochia Constantinopolim pertraxerint. Cap. 48.

VErumenimuerò non hæc tantum, sed & alia longè deterior & exitiosior res Valentis imperium cohibuit. *Gothi namque, qui primùm vltra Istrum domicilia habuere, & aliis ibi barbaris imperauere, ab Hunnis inde expulsi, Romanorū fines trāsierunt. Sunt autem Hunni isti, quos veteres † Nebros appellarunt, *a* Riphæorum montiū accolas: vnde Tanais fluuius ortum trahens, vndas suas in Mæotidem paludem prouoluit. Hæc gens antehac ignota fuit Thracibus, qui Istrum accolunt, atque ipsis etiā Gothis. Quamuis enim finitimi sibi inuicem essent, alteri tamen alteros ignorarunt. Maximus namque lacus eos dirimens, effecit, vt gens quæque, quam ipsa coleret terram, continuentis finem esse, & vlteriora loca immensis maris vndis teneri crederet. Quum autem bos aliquādo ab œstro ictus lacum traiecisset, & in vlteriorem ripam peruenisset, eumque pastor insequens aquarum terminum vidisset, rem eam popularibus suis indicauit. Alia quoque fama fert, non bouem, sed ceruū potius, vadosum hunc tramitem, summis aquis tectum, indicasse, quum retia venantium Hunnorum effugissent, qui tum ferum persequentes, vltra lacum peruenere, regionemque eam inspexere: in qua & cœlum esset temperatū, & terra ad agriculturā facilis: eāque admirati, cū quidē ad sedes suas rediere, & duci suo ea quæ vidissent, renunciauere. Postea verò cū paucis bello Gothis illato, amplius regionem eā exploratunt: deinde etiam breui cum vniuersis copiis eò transgressi, & bello illos vicēre, & terram occupauere. Illi autem sedibus suis pulsi, Istro transmisso, ad Romani imperij terminos confedere: & ad Imperatorem Oratores, qui se belli socios perpetuò Romanorum fore, iureiurando confirmarent, misere.

Hunni Riphæorum mōtium accolæ.

Occasio per quam Hunni Gothos agris suis ad Istrum exegerint. Soz. lib. 6. cap. 37.

a Sigismundus ab Herberstain baro Austriacus, perpetuus Cæsarum sui temporis orator, finitem Tanais in latissima infinitaque in Moscouia planicie vidit. vnde iuxta cum multis eruditis viris, de montibus Hyperboreis seu Riphæis addubitat.

* *Gothi ab Hunnis sedibus suis pulsi, Istro transito, ad Roma. Imperij fines peruenerunt. Filmer gothorum rex, ex Scantia, siue Scandinauia septentrionali insula cum exercitu progressus, in Scythiarum Getarúmque terras, mulieres sagas inter suos reperit, Alrunas Vernaculo sermone vocatas, eas ex castris suis proscriptas, in solis scytharum locis habitare coegit. ibi ex earum concubitu homines syluestres, quos nonnulli Faunos vicariis vocant (Faunos aut immortales animas non habere, aut humano semine natos esse, Augustinus scribit) innumeram gentem ferocissimam procreauerunt. Quæ supra Mæotidem paludem primùm exilis, terra & inhumana sedes habuit. Paulus Diaconus, & Iornandes.*

† *Al. Neuros, & Neuritas dicunt. Nebros seu Neuros Plin. apud Borysthenem posuit, lib. 4. cap. 12.*

Petebant autem illi, vt eis quo visum esset loco, E domicilia habere permitteretur. Legationis eius princeps fuit Vlphilas, eorum qui inter illos Christiani erant episcopus. Re ex sententia eorũ confecta, Traciam colere iussi sunt. Et aliquandiu simul & inter sepios, & erga Romanos quieti pacatique fuere. Deinde verò per seditionem inter se dissidentes, in duas discessere factiones: quarũ alterius* Athanaricus dux fuit, altera Fredigernis auspicia sequuta est. Et pugna inter se commissa acri, Fridigernes victus, auxiliares à Romanis copias per legationem petit. Imperator auxilium ei ferre, quæ tum ibi erant, copias iussit. Quibus fretus Fridigernes, præhio rursus cũ aduersarijs cõtẽdit, eósque victor profligauit. Vt autem is gratiam Valenti referret, & pignore aliquo, se illi modis omnibus sincere fidum & amicum fore confirmaret, eandem cũ F Imperatore de Deo opinionẽ suscipere, atq; in eandem sententiam, qui sub eo essent barbaros adducere statuit. Id quod statim, sicuti volebat, confecit. Nam cum exercitu suo vniuerso ad Arianismum transiit. Atque hãc opinor causam fuisse, cur gens ea omnis Arij fidem sit sequuta: eandem ab initio, quam Valẽs, opinionem professa. Non hanc verò solam: sed Vlphilas quoque accessit, qui apud eos episcopatum gessit. Nam is primùm cum ecclesia catholica, nihil ab ea dissidens, communicauit. Et quum in synodo Constantinopolitana sub Constantio, nulla dũ conuentione intercedente, cum Eudoxio & Acatio esset, nihilominus in communione cum episcopis Nicænam fidem propugnãtibus permansit: postea verò Constantinopoli versanti, G quum Ariani de dogmate suo disserere ẽt, & legationem se ei ex sententia apud Imperatorem cõfecturos esse, si idem cum ipsis sentire in animũ induceret, pollicerentur, vtilitate ea illectus, aut etiam fortasse, quòd melius esset, si ita de Deo opinaretur, censeret, cum Arianis communicauit, & gentem vniuersam ab ecclesia vniuersali abduxit. Gotthi namque, quod ipso autore atque duce ad veriorem pietatem se contulissent, & illius beneficio humaniore manserint: eque viuendi instituto vterentur, facile admodum ei parebant, & quocũque ille duceret, sequebantur: nihil mali esse, ex animo persuasum habentes, quicquid ille vel diceret, vel faceret: omnibũsque id adeò æmulari volentibus, in commodum prorsus atque vtilitatem cessurum esse arbitrantes. Quinetiam ingens ille pectæpe virtutis suæ ediderat specimen, multis fortiter pro H Christiana doctrina prius toleratis periculis, quàm gens ea, quæ tota ex græca superstitione pendebat, ad Christianissimum est conuersa. Primus etiam ipsis literas inuenit, & sacras scriptu-

Vlphilas quoque, vt Gothi Ariani fierẽt, plurimum attulit momenti: qui & ipse vtilitate temporali adductus, haesim Arij cathol. ecclesia reiecta fide est complexus.

Christiana religio homines etiam feros ad humanitatem excolit.

Magna Vlphilæ authoritas apud Gothos.

ras ei translatas proposuit. Atque equidem, quã obrem barbari plerique omnes Istrum accolentes, Arij dogma sequerentur, causa & occasio hæc fuit. Sedenim temporibus eis ingens multitudo eorum qui Fridigernis animi inclinatione sequebantur partes, propter Christi nomen ab Athanaricho cæsa est. Quod namque Vlphilas eis etiam qui illi subditi erant, Christianam fidem suscipere persuaderet, valde id molestè ferens, perinde atque patrij ritus abolerentur, supplicijs in eos plurimum est grassatus. Et quosdã quidem accusatos, quòd publicè Christianismũ dogma cum magna libertate defenderent, inter quos vnus etiam erat admirandus ille Nicetas, alios autem ne appellatos quidem, occidit. Dicitur enim sculptum quoddam simulachrum in curru collocasse, atque id per tabernacula eorũ qui Christum profiterentur, ducere, eique simul & sacrificare, & adorationis reuerentiam exhibere: qui verò id facere noluissent, eos vnà cum tabernaculis combuere iussisse. Imò hoc etiam longè peius & miserabilius aliud factum esse legi. Multi siquidem eorum vi, qui eis, vt sacrificarent, crudeliter instabant, coacti, non viri modò, sed & mulieres, quarum aliæ recens natos fœtus ab vberib. dependentes circumferebant, aliæ infantes & pueros qui aliquantulum graditi & veluti pedibus terram metiri possent, trahebant, in ecclesiæ tabernaculum confugerunt. Eos verò Græci idololatræ ibi templo incenso in cinerem redegerunt. Non multum interfuit temporis, quum dissidentes inter se Gothorum factiones, in gratiam & concordiã rediere: atque ingenti confidentia immensa demẽtia sublati, Thraces malè acceperunt: oppidaque & vicos percurrentes, crudelissimè vastarunt. a Quod vbi Valens Antiochiæ adhuc degens cognouit, tum demum † experientia magistra erroris sui perniciem perdidicit. Gentem namque quæ semper in armis, & ad prælia instructa esset, & sibi & imperio commodos, atque etiam ad hostes perterrendos idoneos fore, ratus fuerat. Atque hac periculosa opinione concepta, militares copias suas paruifecit: b & pro eo quòd stipendium illis dare, & delectu habendo militari sacramento obstringere ciues suos debuisset, pecuniam & tributum ab eis exegit. Nã aureos octogenos in singulos Gothos à tributarijs populis pendi inserat. Quæ quidẽ res tum, vt Romanum imperium ad tempus rebus aduersis periclitaretur, in causa fuit. Atque ira ille spe sua quum prorsus excidisset, c desiit eos in exilium mittere, qui ὁμοούσιον consubstantialis fidem profitebantur: & celeriter * Antiochia relicta, Constantinopolim contendit. Quo tempore etiam, aliter sentientium, Arianorum videlicet, bellum quasi per quasdã inducias, aliquo modo, conquieuit. Eudoxio

Literarũ Gothicarũ inuentor Vlphilas.

Athanaricus christianos in ter populares suos crudelissime persequitur.

Nicetas martyr Gothus.

Multi Christiani ab Athanaricho tua ecclesia miserabiliter cõbusti. Gothi concilians inter se concordia vbraciam vastant.

ἀμφότεροι τὴν ἐκκλησίαν ἐμπιπράασιν ἀμαρτάνοντες ἀμαθίᾳ. Stultorum magister euentus Lin.

b Regem oblita studem annũ stipendia retinens pendunt.

c Persequutis catholicorum conquiescit.

* *Nam Athanarichus, siue Alarichus, rex Gothorum, Christianos in gente sua crudelissimè persequutus fuerat, & sedibus suis in Romanam ditionem expulerat Paulus Diaconus. Oros. Fallum hoc Valentiniano III. & Valente III. Cæs., Quo tempore etiam Hispania regnis ab Athanarico institum sumpsisse fertur. Mach. Ritius, lib. 1. de regibus Hispan.*

† *Bellum intestinum inter Athanarichum & Fridigernem Gothos, in Thracia. Fridigernes exvitio, Valentis spe victor. cum suis Arianam complectitur fidem.*

quoque

quoque Antiocheno episcopo mortuo, Theodorus Heracleæ Perinthi antistes, qui eandem cum defuncto obtinebat sententiam, in illius locum est suffectus: vbi etiam Arianorum factioni præiit. d Animos verò etiam receperunt in vrbibus qui Nicænæ synodi dogma depræd:cabant: potissimum autem in ciuitate Alexandrina. e Quandoquidem & Petrus rectæ opinionis defensor, Roma, Damasi episcopi Romani literis munitus, quibus & electio eius comprobatur, & doctrina Nicæna confirmabatur, redierat. Cui etiam Alexandrini ecclesias gubernandas dedere, Lucio electo, quem naui aduenientem Constantinopolis excepit.

d Catholici animos recipiũt

e Petrus Ecclesiam suam Alexandriæ recipit. Theod. eccl. cap. 31. Lucius Arianus Alexandria vrz Antiocham venit.

Quomodo Valentinianus Valentem arguerit, item quomodo eidem Terentius liberè restiterit: id quod Traianus quoque, & alij duces ordinumque auctores fecerunt & vt Gothis Traciam vastantibus, ciues Valentem conuiuis increpuerint. cap. 49.

VAlens imbecillitatis suæ conscius, ad fratrẽ qui adhuc superstes erat legatos qui auxiliũ peterent, misit. Quem quidem dixisse ferunt, non † æquum piumque esse ei auxilium ferre, qui bellum cum Deo gerat: magis autem conuenire, subsidio denegato, confidentiam illius imminuere. Quod vbi illi renunciatum est, a maiorem etiam quàm antea mœrorem contraxit. Neque admodum tamen à confidentia sua destitit, magisque à deo etiam veritatem expugnare instituit. b Quum enim Terentio, ducũ omnium præstantissimo, pietateque supra alios ornatissimo, & victoriis in Armenia reportatis reuerenti, opinionem sua spõte obtrusisset, vt à se quod vellet peteret: atque ille auro, argẽto, præ lecturis, prouinciis, rebus denique aliis omnibus posthabitis, vnum quiddam rationi consonum & pium postularet, vt scilicet Antiochiæ vnam saltem ecclesiæ Catholicæ propugnatoribus concederet ecclesiam: ipse petitionis libellũ lectum laceravit, & aliud illum petere iussit. Tũ Terentius libelli partibus collectis: Habeo, inquit, ô Imperator, & donũ teneo, neque aliud petã.* Consilij enim mei iudex erit qui iudex est omnium. Gotthorum autem bellum metuẽs Valens, ipse quidem tum Constantinopoli se continuit. Traianum autem ducem, armatum cum exercitu non contemnendo aduersus eos misit. Vbi verò ille, ne primum quidem congressum eorum sustinens, victus rediit, ignauiam & timiditatem cum conuicio Imperator obiecit. Ille autem cum ea dicendi libertate, quæ virum fortem & strenuum decet: Non ego, inquit, ô Imperator, victus sum, sed tu ipse sponte tua victoriam à teipso reiicis, qui ira cum Deo belligerans: momentúmque quod ab eo proue mit repellens, ad hostes potius transmittis. Deus † semper vincit. Et victoria illis fauere soler, qui auspicium ductumque eius sequuntur. Is nunc ab aduersariorum partibus stat, quòd cum tu bello persequeris. Non enim prorsus nescius

Valens fratrem contra Gothos à fratre adhuc superstite supplicat, etsi.

a Extremorũ periculo perterritus Valens impietatẽ franget non potest.

b Terentio ducũ optimo, eidemque in Armenia victori ecclesiã vnã Antiochiæ catholicis petẽti, Valens negat.

c Exempla pulchra parrhesiæ & libertatis dicendi apud principes.

Traianus dux à Gothis vincitur.

Idem grauiter Valenti obiicit.

† Οὐχ ὅσιον ἐναμιλλᾶσθαι θεῷ πολεμοῦντι θεῷ, ἐλαχίστου δεῖται τοῦ τὰ κατάπαλιν ἄγειν πράγματα. *Hoc autem non postremo Gothico, in quo Valens interiit, sed alio & tempore & bello itidem Gothico factum, superstite etiam tum Valentiniano seniore.*

A es, quibus viris ex ecclesijs electis, quos in illorũ locum substitueris. Hæc ita se habere, non Terentius, tantũ & Traianus, sed & Arintheus & Victor, qui & ipsi belli duces fuere, affirmarũt: Imperatoremq; ipsũ, ne reprehensione ea, quæ cũ veritate cõiuncta esset, grauius cõmoneretur, rogarunt. Execratione etiam multorum est expetitus, quòd Constantinopoli moraretur. Nã Gotthi Thracia omni vastata, & suburbanis etiam ædificijs cunctis direptis, nemine scilicet erumpente, mœnia quoque ipsa adoriri conten debant. Id vrbs molestè tulit: & Imperatorem, qui non dudum exisset, sed ita bellum cunctando duceret, accusarunt. Ne à conuiciis quidem abstinuere, quasi ipse socordia sua bellorum esset autor. Postremò ludis Circẽsibus propalàm aduersus eum vociferati, arma ab eo, quibus in bello vterentur, petiere. Imperator autem veluti ingenti iniuria affectus esset, furore plenus contra barbaros est progressus, plurima ciuibus comminatus: daturos videlicet illos sibi, si reuerteretur, pœnas condignas, de contumelijs à vulgo sibi illatis, & quòd non ita dudum Procopij tyrannidi se coniunxissent. Quinetiam vrbem ipsam se solo æquaturum, & aratro proscissurum esse, denunciauit.

Commune & publicum Constantinopoli in Valentem odium.

Libera populi in eum belli Gothici tempus extrahentem vota. Progreditur tandem cõtra Gothos Valens, magnum malum ciuibus suis minitatus.

De sancto Isaacio, qui liberrimè Valentem est alloquutus, & vt Valens alicubi circa Adrianopolim cum Gothis acie congressus, ex fuga in tugurium rusticum, in quo multum stramenti fuit, peruenerit, ibique igne consumptus perierit. Caput 50.

C

TUm etiã Isaacium illũ, qui circa Cõstantinopolim monasticã casã habuit, quùm aliis rebus virbonus, tũ quoduisadire discrimen propter Deũ prõptus & paratus, ferunt, quũ Valentẽ vnà cum exercitu exeuntem videret, ad eum accessisse, & manibus frenum equi, quo ille vehebatur, arripuisse, & voce magna dixisse: Quónam ô Imperator proficiscẽris, qui aduersus Deum bellum geris, neque illius opem tecum trahis? Nam ille quodammodo contra te barbaros excitauit, quoniam & tu aduersus illum impiorum hominum peregrinas & blasphemas linguas exacuisti, eósque qui pro eo atque decet, de illo opinantur, atque illum ritè laudibus vehunt, ex sacris ædibus eiecisti. Redde igitur Drectè sentientibus, & sincerè fideiNicænæ decretum seruantibus, quas ademisti ecclesias: & labore nullo victor in bello euades. Si enim tu aduersari illi desieris & quieueris, quiescet scilicet & ille quem tu oppugnas. Sin verbis hisce contemptis, in aciem perueneris, re ipsa experiere, quàm durum sit contra stimulum calcitrare, & in cœlum imporentem linguam tollere. Neque enim ipse redibis: & quas tecum ducis copias, perdes. Imperator autem vehementiore ira commotus: Ego verò, inquit, redibo cum præclaro tropæo, & dignas à te temeritatis tuæ summam † pœnas, prædictionémque tuam falsam esse ostendam. Et confestim comprehendi hominẽ, & in custodia asservari, donec rediret iussit. At ille abductus vociferabatur: Eneca etiã, inquiẽs si mendacia esse deprehẽderis verba mea. Num aurẽ ad rem collata sint sancti viri dicta, res ipsa

Isaacius monachus Constantinopolitanus, eunte aduersus hostes Valentem ad pœnitentiã exhortatur, exitúmque belli infelicem ei prædicit.

† *Quemadmodum à Michæa quondã Achab Isaacius in custodia asseruari iubetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Valens impremè simul & infeliciter cũ Gothis pugnat.

gesta declarabit. Postquam enim cum copiis Imperator est egressus, barbari conuersi retrocesserunt: quos ille insequens, Tracia post se relicta, Adrianopolim venit, quæ in Macedoniæ finibus sita est. Atque vbi nõ longè ab hostibus absunt, quum ipsi in tuto loco essent, ex improuiso ordinibus non dispositis, neque acie pro eo atque debuit structa, eos est adortus. Quum verò barbari confertim ruentes, equitatus eius impetum & impressionem distraherent, & graviorem armaturam in fugam verterent, alius aliò se recepit. hostes autem eis imminentes, metu nullo, cædem multam fecere. Imperator quoque ipse quum ex equo per desperationem summam descendisset, quantum poterat fugiens, in

Fugit.

quandam villæ domunculam stramentis contectam, cum paucis qui eum sequuti fuerant, latère ibi volens, se abdidit. Barbari autem impetu & celeritate maxima insequentes, sicuti alia

In cassa agressi latitat.

ad quæ venerant tecta, ita domunculam eam quoque incenderunt: quum quidem, vt dicitur, nihil de imperatore suspicarentur. Sic illi vnà cũ vico eo, veritatis etiam hostem in cineres rede-H gerunt. Quo tempore, fama est, Deo dilectum virum Isaacium, quum Valentem in domuncula ea assum sentiens, nidore eius repleretur, eis qui secum in custodia erant, annunciasse: Nunc iam Valens igne torretur, & nares profluentem ab eo odorem ingratum sentiunt. Nõnulli quidem ita Valentem interisse dicunt. Alij autem illud addunt, subisse quidem illum quum occultare se properaret, domunculam, atque ibi aliquantulum latuisse, quod barbari cursum suum tenentes præterirent, & Imperatorẽ ibi occulta-

Vnà cum casa ab hostibus comburitur.

ri nemo suspicaretur. Vbi autem maxima hostiũ pars eo loco superato abiisset, & pauci postea aduenirent, quosdam Imperatoris fugæ comites in tectum domunculæ conscendisse, & tela in barbaros coniecisse. Atque illos tum demum occultari ibi Valentem suspicatos, ingenti clamore & iubilatu, vt pote victores, Valentem isthic esse vociferatos esse. Idque & qui præterierant, & qui consequebantur, quum audissent, suis porrò significasse: ita vt ferè etiam hostes illi, qui longius abierant, id audierint, atque omnes in eum locum conuenerint. Eoque domũcula circundata, & materia plurima aggesta, ignem deinde in eam iniecisse: vnde mox secũdo, casu quodam, vento affiante, flamma sit excitata. Atque ita materiam eam vnà cum eis quæ in domuncula erant rebus, & præter alios ipsum quoq; Imperatorem conflagrasse, & in cinerem redactum esse. Alij verò memoriæ prodidere: Quum barbari fugientes insequerentur, Valentem ingenti metu perculsum, habitu mutato, peditibus se immiscuisse. Deinde postquam equites rem prodidissent, & à pugna per desperationem destitissent, quippe qui hostium impressione disiecti essent, eos omnes concidisse inter quos ipse etiam iacens latuerit, quòd signum nullum extaret, quod eum imperatorem esse indicaret. Interiit autem Valens annis quinquaginta exactis. Imperauit vnà cum fratre Valentiniano annis tredecim. Post illius autem obitum alijs tribus, & mensibus aliquot. Continet verò vndecimus iste historiarum liber, sedecim annorum tempus: quum à mundo condito I quinquies millesimus octingentesimus nonagesimus primus, à nativitate autẽ Domini trecentesimus octogesimus sextus ageretur annus.

Isaacius in vinculu intestinum eius videt, & indicat.

Alia de cade Valentis opinio.

Id. Aug. 5 An. duobus missibus quinque, diebus tredecim.

Diacon. † Nesterici Chronici ponunt 4359.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS VNDECIMVS.

De imperio Gratiani & Valentiniani iunioris, & vt socium imperij Theodosium magnum admiserint

CAPVT I.

Repelluntur ab vrbe Constantinopoli Barbari.

Auxilia Saracenorum.

POSTQVAM Valens ita A rimis cæsis, quum pauci ad Istrum profugissent, statim rursus Imperatoriæ artis scientiam ostendit. Copijs enim in vicinas vrbes, vt ibi præsidio essent, impositis, itineribus maximis ad Gratianum, vt ipsemet victoriæ suę nuncius esset, contendit. Res ea quòd præter opinionem omnium accidisset, quodammodo fide carnit. Nam qui ei inuidebant, non solũ eum non vixisse, verùm etiam amisso exercitu profugisse confirmabant. At ipse vt aliquid ad rem inspiciendã mitterentur petiit, qui occisorum barbarorum numerum inirent quem ex spoliis facile colligere possent. Imperator certos homines qui rem explorarent misit. Theodosius autem aliquandiu apud eum manens, visionem diuinam vidit, quã ei apertè vniuersitatis huius exhibuit Deus. Videre enim visus est Antiochenę ecclesiæ episcopum diuum Meletium, Imperialem sibi chlamydem circundantem, & capiti coronam ex magni precij materia imponentem, Nocturnum hoc visum ex familiaribus cuidam postridie manè exposuit. Et ille mihi ambigui id habere, sed clara satis & aperta, quæ significarentur, esse dixit. Intercessere dies pauci, & qui ad res inuestigandas missi fuerant, reuersi, plurima barbarorum milia cecidisse renunciarunt. Ea re persuasus Imperator, ita vt par erat, simul & militiæ ducem & Imperatorem Theodosium, Sirmij creauit, imperiumque ei Valentis omne attribuit, Atque hoc sic in Sirmio confecto, ipse quidẽ in Italiam est, profectus: illum autem ad Orientale, quod ei concesserat imperium, misit.

Idem victoria suæ apud Gratianum nuncius.

Visione diuina in somnis Theodosio porrigitur imperium.

Qui eo tempore magnarum vrbium sacra habenas rexerint, & de Macedoniano, vt rursum illi ecclesiam Catholicam turbarint. cap. 2.

Dominica Augusta stipendiosum milites conduxit.

Rom. ex publico eam stipendiũ constituisse dicit.

Gratianus, & Valentinianus iunior Impp.

EO tempore Damasus ecclesię Romanæ præfuit, Liberij successor. Hierosolymis Cyrillus adhuc superstes ecclesiam rexit. Antiochæ ecclesia in tres partes diuisa erat. post Euzoium enim, Theodorus Perinthius ecclesiis præfuit, Arianæ regionis propugnator. ὁμοούσιος consubstantialis verò fidei suffragatores, partim Paulino, partim Meletio, qui nuper admodum ab exilio redierat, paruere. Potrò Alexandriæ ariani quidem Lucium antistitem habuere, qui tum profugus Constantinopoli degebat. Catholicæ autem ecclesiæ, post Petrum, Timotheus frater præfuit. Constantinopoli Eudoxij successor Demophilus ecclesias gubernauit. ὁμοούσιοι cõsubstãtialis autem religionis episcopus Euagri° in exilio viuebat. At sectatores eius Demophilum auersantes, à Gregorio Magno curabantur. Atque Hierosolymis exceptis, per Orientem ecclesiæ propè omnes in Arianorum potestate erant. Enimuerò Macedoniani post initam cum Liberio conciliationem, non admodum à Nicæni decreti sectatoribus dissensere. Aliquandiu enim in vrbibus simul & in ecclesiis commercia inter se habuere, & veluti

Sacrorum in maximis ecclesiis antistites.

Tres eadem tempore diuersarum sectarum Antiochiæ episcopi.

Ecclesias ferè in Oriente omnes Ariani tenuere.

d Gratiani cõstitutio, vt quam quisque vellet de religione Christiana sequeretur sententiam, cernis sectis exceptis.

e Episcopi exules reuocati.

f Almani Galliam vastantes.

g Theodosius a Gratiano imperij consors fit.

Hyperes.

Theodosius contra barbaros in Thracia vitor.

d cõstitutionem vt quam quisque vellet religionem sequeretur, conuentus quę Ecclesiasticos semoto metu liberè omnes agerẽt, præterquàm Manichæi, & qui Photini & Eunomij sectæ essent, tulit. *e* Et episcopis, quos Valens ad exilium damnauerat, redirum permisit. Deinde imperij magnitudinem & molem secum ipse considerans, quòd barbari Istrum, accollentes, Illyricum & Thraciam excindere non desisterent, *f* & Almani Gallis Occidentalibus immine. ent, eisque extrema damna inferrẽt: socium imperij sibi acciuit Theodosium, claro loco natum, atque imperatoriis artibus celebrem virum, qui pro popularibus suis sæpe bello decertauerat: & antequàm Gratianus Imperator creatus esset, dignus ab omnibus habitus fuerat, vt ei imperium cõmitteretur. D Cuius rei gratia per collegarum suorũ, qui eosdẽ cum eo gerebant honores, inuidiam in Hispaniis † extra militiam viuebat. Ibi enim ortus fuerat, circa Pyrenæos Iberorum montes, generis nobilitate nemini secundus. Iberiam namque Hispaniam vocant, nomine eo ab Ibero amne, qui per eam fluit, sumpto. Inde Gratianus virum accitum, primùm exercitus ducem legit, & cum eis quas cõtraxerat copiis contra hostes misit. Atque ille fide munitus, in Thraciam aduersus barbaros eam vastantes duxit, & acie optimè structa, irruentibus illis occurrit. Qui impressionem eius non ferentes, ordines ipsi suos turbarunt: & mox terga vertentes, magna vi sunt deuicti. Non enim à Romanis solum, sed à suis quoque cædebantur, Atque ita quamplu-

17. Ianuarij, Ausonio & Olibrio cõss.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Macedoniani libertatem per Gratiani constitutionē religionis quam vellent, colendæ consequuti, ad ingenij redeunt.

ὁμοιος κατα reiciunt. ὁμοιος κατα subiiciunt. Macedonianis cœptum non successit.

eiusdem sententiæ suffragatores liberè communionem coluere. Postquam autem Gratiani cōstitutio cuilibet, quam vellet religionem complectendi facultatem dedit, episcopi quidem ecclesiis suis, quas sub Valente amiserant, receptis, denuò se ab aliis segregauere. Ij Antiochiæ in Caria conuentu coacto, ὁμοουσίῳ consubstantia lis vocē repudiarunt, & pro ea sicuti antea ὁμοιουσιον equisubstantiale confirmarunt, professionem fidei Nicænam abolentes, & ecclesias suas seorsim celebrantes. Verùm frustra illis id cœptum fuit. nam permulti contentione eorum perspecta, quod ad instar Euripi, nunc in hanc, nunc in illam sententiam pedibus irent, à communione eorum se omnino abstinuerunt, & cō stanter ὁμοουσίῳ consubstantialis fidei laudatoribus per vnionem coniunxerunt.

Vt Gratiani cōstitutione Ariani relegati, & ὁμοουσίῳ consubstantialis fidei professores ecclesiis sint præfecti, & quæ per Paulinum & Meletium Antiochia acciderint. Cap 3.

Gratianus rescripto Catholicos episcopos exulantes restituit, & ecclesias Arianis adimit. Sapores Gratiani dux. Dissensio inter Paulinianos & Meletianos in vrbe Antiochena.

GRatianus, quemadmodum diximus, imperij sui primitias rerum vniuersarum Imperatori simul & Deo consecrans, legem promulgauit, per quam cùm exules episcopos restituit, tum Arianos ex sacris ædibus deturbari, easque Nicænæ fidei propugnatoribus reddi permisit. Et Saporem ducem, præclarum admodum virū, qui eam executioni mandare, in Orientem misit. Et diuina ea constitutio in prouincia quaq; ad legitimum finem suum ritè est deducta. Antiochiæ verò ingens erat in plebe contentio &G dissidiū, ob causam eiusmodi. Qui ὁμοουσίῳ consubstantialis fidem & Apostolica dogmata defēdebant, in duas abierant partes. Quidam namque statim post structas Eustathio insidias, ab Ariana rabie abhorrentes, sub Paulino antistite conuentus suos cogebant. Quidam autem ab Euzoij electione impiorum commercium refugientes, sub sapientissimo pastore Meletio pascebantur. Et Paulinus quidem propter excellētem humanitatem à Valente in exilium actus non fuerat. Meletius verò quum primùm exilio mulctatus esset, à Iuliano restitutus fuerat: & denuò sub Valente deportari iussus, Gratiani edicto fretus tum Antiochiam redierat, & Paulinum in extrema iam senectute viuentē inuenerat. Ibi qui factionis eius erant omnes, omnē motuere sunē, vt in eodem cum Paulino throno Meletius collocaretur. Paulinus eam rem non admisit, factum eiusmodi aduersus ecclesiasticos Canones esse dictitans, quòd Meletius ab Arianis consecrationem accepisset. At populus id non ferens, Meletium in throno templi cuiusdam suburbani collocauit. Quo facto multa verborum rixa est oborta. Et res ex nimio contendendi studio in cœpta absurda abiit: plebeque ex parte vtraque indignante seditio in expectatione fuit. Deinde verò consilio mirifico inuento, ad concordiam res pactis huiusmodi est reducta. Placitum namque est, vt qui ad episcopalem functionem obeundam, vel iam tum essent, vel aliquando futuri essent idonei, quorum quidem quinq; alij, & Flauianus sextus erat, iuri iurando sacramento obligarentur, neminem eorum episcopa-

Dissidium id compositum. Inter alios Flauianus etiā

tum susceperum, neque ad dignitatem eam anhelaturū, atque adeò neque electionē, si fortè ea de quopiā fieret, approbaturū esse, tārisper dum Paulinus & Meletius in vita manerent. Atqueivt altero defuncto, alter qui superstes esset, in illius succederet locum: post eius ipsius verò obitum vt vnus ex eis qui suffragiorum calculis digni essent, à spiritu sancto electus, episcopalem cathedram obtineret. Conuentis hisce iuramento cōfirmatis, multitudo terè omnis consensit: pauci tantum Luciferi sectatores, consecrationem Meletij ab alienæ sententię suffragatoribus acceptam reprehendentes dissensionem fouerunt.

iurat, se episcopatum Antiochenum non susceperum paulino & Meletio superstitibus. Luciferiani dissensionem septam fouere pergunt.

De Apollinaris errore, & de sancto Flauiano, & Meletio: quæque sedi Antiochenæ euenerint: & de Saporis præfecto, & Eulalio Amasenorum episcopo. Caput 4.

Apollinaris hæresis, verum verbum animam humanā cum carne non assumpsisse, et propterea eam in priore damnatione permansit.

TVm verò & Apollinaris pietatis persona supra, alterius factionis Antiochiæ extitit autor. Nam sub apostolicorum dogmatum defendendorum prætextu, breui mirificus esse veræ pietatis oppugnator apparuit. Adulterinas quippe de æterna & immortali natura opiniones cōmentus, gradus quosdam & dignitates inter se differentes introduxit. Ad hæc salutis etiam nostræ administrationis mysterium imperfectum reddidit, animamque rationalem, qua corpus omne regitur, eius quæ nobis obtigit salutis expertem esse dixit: propterea quòd hanc quoque non iridem, sicuti reliquam corporis naturam, Deus verbum receperit, proindeque ei neque sanationem neque honorem aliquem tradiderit. Verùm, *corpus quidem nugatus est in cœlo ab † intellectuali militia omni adorari: a animam verò in terris manentem, vt quæ recepta nó sit, hanc vsque incuraram, peccatique ignominia circūdatam esse. Atque alia etiam absurditatis eiusmodi plena blaterans, aliquādo quidem & Dominū ipsum ex virgine carnē recepisse, aliquādo verò eam secum è cœlo descendisse. Interdū etiam Verbum ipsum in carnem * mutatum, nihil ex carne nostra sumpsisse, dixit. Atque insuper aliis nonnullis deliris & nugacibus fabulis adinuētis, diuinis, eas Seruatoris promissionib. coniunxit. Quas singulatim, præterquam quòd de eis antea quoque diximus, in præsentia recensere supernacaneum esse puto. Tum quidem ille non tātum sectatoribus suis pestem hanc communicauit, sed ex nostris etiam multos ea infecit. Quanuis postea populares eius, suam ipsorum obscuritatem & fidei nostræ splendorem illustrem cernentes, paucis exceptis, omnes ad ecclesiam se Catholicam contulerint, & de communione quidem nostra participauerint, ægritudinis autem suæ venenum non omnino euomuerint, atque id per multis sanam opinionem obtinentibus furtim obtruserint. Vnde etiam tanquam à radice mala, vnam esse & diuinitatis & carnis naturam, & diuinitatem passioni non obnoxiam passionem subiisse (id quod suprà quoque aliquatenus ex Gregorio Nazanzeno retulimus) opinio pullulauit: & alia præterea, quæ & multitudini & eius antistitibus, contentionem maximam bellumque implacabile & * non indictum peperere, prodierunt. Verùm hæc postea*

*τερετισμα. a Ad imaginē Dei cōditam. idem. ὑπὸ πάσης στρατιᾶς τῶν ἁγ. Niceph. ὑπὸ τῶν ἀοράτων τροπ κωμῳδίαν θεῶν. Theod. * μεταπεπ ποιημ. Apollinaristæ minus fuere ad ecclesiā Catholicam contulere. * ἀκήρυκτον.*

*Sapores dux Gratiani constitutionis de religione promulgatæ exequutor. Gratianus professionem fidei Damasi Rom. pontificis episcopos alios sequi iubet. Flauianus hypocritica professione paulini & Apollinaris in lucē profert. Damasi orthodoxia. Paulini error. * τῶ φιλόχρις. Apollinaris hæresis.*

postea accidere. Tum autem, sicuti dixi, quum Antiochiæ Sapore dux esset, atque Gratiani cōstitutionem, vt quam fidem Damasus deprædicaret, in ea quoque Antiochia acquiescere, præ renderet, seruandámque iuberet: Paulinus quidem Damasi partium se esse affirmauit. Idem quoque Apollinaris, morbum celans, dixit Meletius autē vtriusque verba audiens, tacitus sedit. Ibi tum diuinus Flauianus, in presbyterorum etiamnum ordine consistens, duce placidè audiente, ad Paulinum: Si in eadem, inquit, cum Damaso, ô bone, sententia acquiescis, exhibe nobis opinionis coniunctionem & affinitatem. Ille namque substantiam vnam Trinitatis profitetur, & tres subsistētias disertis verbis deprædicat. Tu verò, sicuti verba tua declarant, subsistentiarum trinitatem prorsus tollis. Quapropter ad illius te, per consensum, dogmata adiunge: & ecclesias, iuxta earum sanctiones, turò obrine. Atque vbi hunc ita silere coegit, ad Apollinarim conuersus: Valde te admiror, ait, * ô amice, qui tam impudenter mendacio inhians, non erubescas: cùm quidem certò scias, Damasum hominem admirandum, quod Deus Verbum perfectam naturam nostram susceperit, ore pleno propalàm docere. Tu verò contraria prorsus sentis. Non enim ab illo animam & mentem nostram, quæ in natura nostra vt præstantissima, sic etiam lethalia maximè sunt, assumptam esse dicis, & propterea salute vtramque priuas. Quòd si falso te arguimus, at tu nouarum rerum ruarum morbo abiecto, te Damaso diuersū prorsus à te docenti, consentire ostende, & sacrarum ædium curam obtine. Et diuinus quidem Flauianus, ad hunc modum veraci confutatione vtriusque dicendi obtrauit licentiam. Meletius autem hominum omnium mitissimus, perplacidè Paulino dixit: * Quandoquidem non tibi soli, sed mihi quoque ratione & * verbis, quæ verus pastor & idem ouium Dominus nouit, istorum curam & administrationē mandauit, & greges vtrique pro eo atque conuenit, inter se communicant, & salutarem herbam noxio illo & lethali hæreticorum pabulo vitato depascunt & carpunt: coniungamus ô amice, si videtur, veræ pietatis oues, easque in ouile vnum aggregemus, atque quæ nobis interceſſit de pastorali munere contentione soluta. vterque oues pascat, communitérque eis docendo curam adhibeat. Sin verò, qui in medio est contendendi ac dissidendi studium excitat, thronus, & id sopire statim conabimur. Oportere siquidem censeo, in medio throno cum reuerentia religiosè sacrum poni Euangelium: nos autem vtraque ex parte considere, in † inferiore subsellio acquiescentes. Quòd si me quidem primùm ex hac vita migrare contigerit, solus ipse throno potiere. Sin tu prior diem tuum obieris, ego iidem pro virili mea gregi præero. Hæc quidem ita pio vultu diuinus dixit Meletius. Paulinus autem conditionem eam non accepit. a Porrò Sapores dictorum talium judex, Meletio magno ecclesias gubernandas attribuit. b Paulinus verò rursum factioni suæ quam sibi ab aliis seiunctam aggregauerat, præfuit. c Postea verò, sicuti diximus, iusiurandum à designatis episcopatus competitoribus acce-

episcopatus Antiochia competitorū de quo cap. proxime, in fine. d Vitalis Apollinaristis Antiochiæ præfectus.

† περὶ προεδρίας. c episcoporum catholicorum ab exilio reuersorum egregia animi moderatio, & erga Arianos humanitas. Vna est christiana & Apostolica ecclesia. Eulalius Amasenus prærogatiuam throni Ariano episcopo offert, vt pari pietate orthodoxam cōplecteretur.

Meletius episcopos creat. Diodorum ecclesiæ Tarsensi præficit Ioannem Apamæa.

** λόγοις. Meletius concordiæ & vnionis conditionem Paulino affert, vt simul eadem dignitate in eadem ecclesia episcopatum gerant.*

† περὶ προεδρίας. a Sapores dux Meletio ecclesias Antiochenas regendas cōmittit. b Paulinus sectatoribus suis præit. c Iuramentum designatorum

De Meletio, & Diodoro Tarsensi episcopo. Item de Acacio Beroeæ episcopo, & aliis: & de sancto Eusebio Samosateno episcopo, vt certamen martyrij impleuerit. Caput 5.

DIuus Meletius multitudinis concordia conciliata, Diodorum quidem illum, de quo paulo antè diximus, qui persona & habitu alio, vnà cum Fauiano ecclesiæ scapham in sæua illa tempestate præclare gubernauerat, pastorem Tarsi constituit, & Ciliciam gentem ei attribuit. episcopatum autem Apamææ Ioanni dedit: qui vir quum generis nobilitate clarus, tum multis splendidisque primariarum virtutū ornamentis spectatus fuit. Præterea verò vitæ sanctitas & doctrina insignis in eo coniunctæ, clariorem etiam eum reddiderunt. Qui & ipse, itidem vt Flauianus & Diodorus, sæuæ procellæ tempore sententiæ suæ populos in officio retinens, doctrina confirmauit. Fuit huic ea in re

† Theod. lib. 5. cap. 3. Quandoquidem & mihi harum curam omnium mandauit Dominus, & tu aliarum regendarum suscepisti prouinciam, &c.

** Arianus conditionem repudiat, & à suis qui pauci erant popularibus relinquitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stephanus Germanicianus.

collega quoque magni ille nominis Stephanus, quem itidem Meletius ad certamen non exiguũ acciuit. Nam hunc Germaniciæ ciuitati, quæ Eudoxij morbo summo cum periculo laborabat, optimum misit medicum. Omni enim liberali doctrinæ in sacris simul & prophanis disciplinis operam nauauerat, & conceptã de se spem minimè fefellerat. Spirituali namque † fistula usus, etiam lupos in oues conuertit. Ad eundem modum magnus quoque Eusebius egit, vbi ab exilio Samosata reuersus est. Nam Acacio illi, cuius propter vitam egregiam ingens erat gloria ecclesiam Berrhœæ regendã commisit. Hierapolim autem admirando attribuit Theodoro, qui vita monastica celebris maximè fuit. Eusebium porrò * Chalcidis, & Isidorum Cyri episcopum fecit (cuius ecclesiæ breui quoque pòst magnus præfuit Theodoritus.) Ambo verò isti diuino ardore & emulatione clari fuere. Hunc præterea dicunt Eulogium illum, qui cum Protegene in * insulam Antinonem, veræ pietatis ergo deportatus fuerat, Edessam misisse, cùm ibi diuus Barles morte sua tumul & thronum & vitam reliquisset. Ipse autẽ Eulogius Protogem certaminum suorum socium Carria præfecit, vrbi ei valdè ægrotanti, quasi quendã ἀλεξίκακον hoc est, malorũ depulsorem donans. Insuper diuinus Eusebius oppido Dolichæ Marim episcopum dedit, quod quidem oppidum Ariana contagione infectum maximè erat. Eò Eusebius venit, vt ipse Marim vario virtutum genere refulgentem, in possessionem episcopalis sedis induceret. Sedemim ei oppidum ingredienti, mulier quædam Arianis deliramentis plena, ex superiore loco regulam in caput coniecit. Et ita tum quidem viri sancti caput comminutum est: paulo verò pòst, vbi cerebrum putredine correptum esset, moriens ille, ad meliorem migrauit vitam. Quem fama est iam animam agentem, iureiurando amicos obstrinxisse, ne à fœmina, quæ facinus tantum ausa fuerat, pœna quæpiam exigeretur. Ea in re Dominum suum æmulatus, qui dixit. Pater ignosce illis peccatum hoc, quia nesciunt quid faciunt. Hunc vitæ finem, pòst varia multipliciaque pro vera pietate obita certamina, consequutus est Eusebius. Qui quum in Thracia barbarorum feritatem effugisset, impiorum hæreticorum manus euadere non potuit, sed per illos coronam martyrij suscepit. Atque hæc quidem postea sunt facta. Diuus verò Meletius concordia iurisiurandi sacramento confirmata, Constantinopolim appulit, cùm eò multi conuenissent episcopi, necessarium esse rati, vt diuinũ Gregorũ ex Nazanzo transferrent, eíque episcopatum Constantinopolitanum cum summa potestate committerent.

Eusebius martyr pro persequutrice muliere moriens orauit.

Meletij & aliorũ episcoporum conuentus Constantinopoli.

* *Theod. Chalcedonis: sed perperam, vt pute. Est enim etiam Chalcis nõ longè ab Antiochia Syrorũ sita epiph. Vt imperatores Theodosius & Gratianus, hic quidem Almanorum, ille verò barbarorum ad Istrum cœlestium, vret composuerit. & vt Theodosius, quum Thessalonicæ esset, postea æger ab Ascholio sit baptizatus: & vt idem Theodosius professionem fidei suæ publicarit, omnibúsque mandarit, trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem colere, & diuum apostolum Petrum in fide æmulari. Cap. 6.*

*Eusebius Samosatenus ab exilio reuersus, ecclesiis antistites sacros ordinat. Acacium Berrhœæ. Theodetum Hierapolis. * Theodorus non habet, in salam lib. 5. cap. 4. supra libr. cap. 23. Eulogium Edessæ. Protogenem Carrarum. Eusebium Chalcidis. Isidorũ Cyri. Marim Dolichæ. Ibi Eusebium Samosatenum mulier Ariana regulæ ictu necat.*

IMperatores ambo, alter quidem in paternã imperij partem, quam sibi & fratri reseruauerat, se recepit: alter autem ad datam sibi ditionẽ, Illyricum inquam & Orientales prouincias, est profectus. Atque vtrique res bellica ex sententia successit. Gratianus enim Almanos Occidẽrem vastantes deiecit: Theodosius autem rursus cũ barbaris ad Istrum congressus, prælio eos superauit. Qui verò ex cõflictu eo superfuere, socios se deinceps Romanorum fore precibus interpositis polliciti, conditionibus pacis acceptis, & obsidibus datis, in Theodosij potestatem venere. Rebus hisce rectè compositis, Constantinopolim is iturus, Thessalonicã peruenit. a Atq; ibi statim lethali morbo correptus, postquã ab Ascholio cui tum Thessalonicensis ecclesiæ administratio credita erat, initiatus & baptizatus est, meliusculè habuit. Quòd namque à maioribus suis acceptam Christianam religionem coluerat, mirificè in Nicænis decretis acquiescebat. Tum autem, quòd & b Ascholius sententiã defendebat, admodum delectabatur. Præterea verò quod idem & vita & doctrina bonus ad virtutes omnes quas episcopalis requirit dignitas, appositus esset, atque insuper quod gens Illyricorum ab Ariana rabie abhorreret, baptizatus magnopere lætabatur. Et Ascholium de aliis populis, quàm de religione obtinerẽt opinionem percunctatus, Occidentem omnem vsque ad Macedoniam, & ecclesias eius, concordes esse intellexit, quod omnes ex æquo cum patre Deũ verbum & spiritum sanctum colerent, & apertè trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem profiterẽtur. Vlteriores verò Orientalis imperij regiones vsque adeò inter se dissidere, vt diuersæ etiam in vulgo hæreses essent, & factiones. Constantinopolim verò magis etiã quàm loca alia de rebus talibus blaterare, & magis Ariana peste refertã esse didicit. Cuius rei causam quoque Ascholius addidit, Occidentem scilicet propterea malis eiusmodi liberum esse, quòd Constantinus Cõstantini maximus, & Constans minimus natu filius, successor esque deinde eorum Valentinianus & Gratianus ipse, patriam fidem integram conseruassent. In Orientem autem variis ex partibus malum hoc peruenisse dixit: quòd hæresis autor & dux Arius, Alexandriæ in Aegypto ortus, & presbyter ibi factus, blasphemiæ & maledicentium venenum ibi euomuerit: post hunc autem Eusebius a Cæsariensis, & Patrophilus Scythopolitanus, & Actius Syrus in Palæstina exiterint: Paulinus verò, & Gregorius Alexandriæ episcopus, è Phœnicia prodierint. Theodotum præterea Laodicensem, & successorem eius Georgium, atque huius rursum Athanasiũ, & quartum Narcissum Cilicia protulerit: qui malè iacta semina, seu potius zizania, sinistra irrigatione fouerint. Insuper verò Bithyni fuerint † Eusebius Nicomediensis, & Theognis Nicænus, & Menophantus Ephesius, & Maris Chalcedonensis, & Theodorus Perinthius: alios porrò, qui vitiis & malicia celebre nomen sunt consequuti, Thracia dederit. Atque hi omnes longo tempore praua dogmata rigarint atque fouerint. Talibus verò malæ sementis satoribus non parum momenti contulerit Constantij ** facilitas (ne iuxta Gregorium theologum di-

*Gratianus in Occidente, Theodosius in Oriente ad Istrum feliciter pugnant, Gratiani exercitus apud Argentariam Gallię oppidũ, Almanorum circiter tria millia cecidit. Oros. Diac. Theodosius Gothos ex Thracia expulit, & cum Athanarico eius rege fœdus percussit. Idem a Theodosius ab Ascholio episcopo ager baptizatus. b Ascholius optimus episcopus. Occidentales Ecclesiæ catholicæ. Orientales in religione variantes. Quia in Occidente imperatores catholici fuere, propterea ecclesiæ quoque ibi in officio permanere. In oriente per episcopos hæreticos, & impetratores eis fauentes, Arianismus propagatus. † Hic ille est Eusebius, qui primùm Berytij, mox Nicomediæ, & tandem Constantinopoli, per transitionem ex una sede in aliam contra sacros canones fuit episcopus. ** εὐνοΐα. † κοφότης*

Theodosij constitutis de Nicæna, eademque Apostolica fide L. I. C. de sum. Trin. & fid. Cat.

cam † lenitas religionem scilicet & pietatem A venerat, preces pro ea ad Deum fudisset, eam veritus) & extrema Valentis improbitas. Hæc vbi Theodosius cognouit, imperio suscepto in primis faciendum sibi esse putauit, vt de ecclesiis in gratiam & concordiam redigendis cogitaret. Optimum verò esse ratus, vt sententiam de Deo suam ciuibus & subditis declararet (ne cui vim inferre videretur, religionem sequendam illegitimè præcipiens) constitutionem ex Thessalonica Constantinopolim misit. Inde enim veluti ex summa quadam arce scriptũ suum per ditionem omnem, ad alias quoque Orientis vrbes omnino peruenturum esse existimauit. Constitutio talis religionem eam complecti omnes iussit, quam ab initio Apostolorum princeps Petrus docuit, quem tum Damasus B Romanæ & Petrus Alexandrinæ vrbis episcopi sequerentur. Adhæc insuper significauit, solam eam nominari Catholicam & vniuersalem ecclesiam, quæ trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem diserte & corde & ore deprædicaret. Diuersum autem sentientes, hæreticos vocari, inutilésque esse, & pœnam sustinere debere, si publicè docere auderent.

a Theodosius Constantinopolim venit. Socom. lib. 7. cap. 5.

b Constantinopoli Gregorius Nazanzenus in domo quadam catholicos docet.

a Theodoritus, Cæsariensis non habet, lib. 5. cap. 7. At Nicephorus hunc pro fautore Arianorum habent, in nomenclatura illorum hic recenset, Cæsariensis diserte addito verbo.

De sancto Gregorio theologo, vt Constantinopoli in parua domo synaxes & concriones celebrans, ὁμοούσιον consubstantialis fidei præierit: & de templo sanctæ Anastasiæ. caput 7.

HAc ibi lege lata, a non multo pòst ipse quoque Constantinopolim se contulit. Tum verò Ariani adhuc ecclesias gubernabant, Euagrio electo: quibus præfuit Demophilus. b Gregorius autem Nazanzenus theologus, pro Euagrio eis qui trinitatem ὁμοούσιον consubstantialẽ profitentur, præsit, in ædicula quadam conuentus agens. c Quam religionis eiusdem sectatores quidam tum quidem in sacrum delubrum commutarunt: aliquo verò tempore pòst, ex ea celebre templum inter alias præclaras Dei ecclesias Constantinopoli est factum, quod non tantum pulchritudine & magnificentia reliquis præstaret, verùm etiam claritatem ex diuinis, quæ in eo edita sunt, miraculis consecutum esset. Vis enim diuina multis ibi * & re ipsa clarè, D & aliquando in somnis apparens, non varios tantum & incurabiles morbos repulit, sed etiã etumnis & casibus grauibus, quæ in hominum vitam incidunt, multos liberauit. Ab hominibus autem bonæ fidei per manus nobis traditum est, Christi matrem semper virginem Mariam eam esse. nam eo habitu & forma esse multis visa est. Vocant autem ædem eam † Anastasiam seu resurrectionem, illam, vt coniicere licet, ob causam: quòd Nicænæ fidei dogma, quod iam Constantinopoli propter ingentem vim & potentiam diuersæ factionis intercederat, & intermortuum fuerat, rursum ibi opera & studio Gregorij excitatum reuixerit, * Auditui quoque ex quibusdam, vera se dicere cõtendentibus mulierem in eo templo grauidam ex a superioribus ambulacris decidisse, atque interisse. Quum autem populus, qui tum ibi con-

* ὑπὲρ τὰ κατὰ ἀνθρ. *Miracula ingentia in ea edita.*

Ratio nominis Anastasia.

† ἐκ τοῦ μὴ ἀνίστασθαι. *Efficacia populi precum.*

e Ex ea domo primùm delubrum, deinde ecclesia præclara facta, cui nomen Anastasia inditum

* *In eo templo fœmina grauida ex superiori loco delapsa, & mortua, precibus populi vnà cum fœta restituta est.*

† *De Anastasia illa, post discessum è Constantinopoli suum, inter alia verba Gregorius ipse sic scripsit, inclyta Anastasiæ salue ædes, quæ morientem. erexi rectam per mea verba fidem. vt post fata tui memor ipse, animæque piorum, Mandabant precibus teque tuósque Deo.*

De Arianis & Eunomianis, vt ex ecclesijs ejecti in proprias redierint patrias: & vt Gregorius ecclesiæ catholicæ præfuerit: & de Eunomij vi & grauitate. Caput 9.

IMperator statim cum mandatis ad Demophilum misit, qui ei denunciarent, vt vel Nicænæ assentiretur synodo, populúmque ad vnionem & pacem complectendam adduceret: vel, nisi hoc faceret, quamprimum ab ecclesiis discederet. Atque ille minimè faciendum esse ratus, vt conuocata multitudine, & illos b aduersum, qui possent plura, veniret: Imperatoris sententia ei promulgata, inter alia hæc dixit verba. Fratres, quandoquidem diuinũ C præcipit oracultum, si nos persequantur homines, vt ex ciuitate vna transeamus in aliam: & Imperator nos ex oratoriis expellit: scitote nos die crastino extra vrbis muros ecclesiam & cõuentum acturos. Atque hæc cùm dixisset, abiit. & deinde ad mœnia vrbis cum sectatoribus suis conuenire, & sacra peragere solitus est, non ita vt decuit Euangelica sententia percepta. Fugiẽtes enim huius mundi conuersationem, ad summam vrbẽ, cœlestem Hierusalem, anhelare nos, dictum id fortasse sub obscuriore significatione iubet. Exiit verò cum eo vnà Lucius, qui cùm Alexandriæ Arianam hæresim defenderet, eã ob causam inde pulsus, Constantinopoli morabatur: vbi tum Demophilus ecclesias, ex eis decedens, reliquit. Imperator cum Gregorio eas ingressus, fausta omnia per orationẽ apprecatus, eas illi commendauit. Et postea ibi qui Trinitatem cõsubstantialem profiterẽtur, ecclesias obtinebant. Erat is annus, quo Gratianus in imperio quintùm, Theodosius autem primùm cõsul fuit. d Ex quo autem Ariani sacra templa tenuerant, anni nõ pauciores quàm quadraginta lapsi erant. Cæterùm Demophilus expulsus, in patriam suam Berrhœã se recepit. Theodorus Antiochia electus, in Thraciam, vnde ortus fuerat, abiit. Itidem etiam Hyparius Nicæa Tyrum Syriæ, quæ eum genuerat, rediit. Et alij item aliò dispersi sunt. Porrò Antiochiæ Asterius & Crispinus presbyteri, & reliqui factionis eius quæ Theodori auspicia sequuta fuerat, conciliabulo coacto, ad quod etiam alij multi ex vicinis vrbibus episcopi conuenere, legationem ad Eunomianos misere, cõiunctionẽ communionémq; eorum ambientes. Quibus illi per epistolam, ita se eos recepturos esse responderunt, si suffragia

Demophilus Arianus ecclesiis Constantinopoli excedit, & extra vrbem conuentus agit.

b ὅπως μὴ ἐπὶ σοφίας ἀπίοιμεν.

Quomodo accipiendũ verbum illud Saluatoris. Fugite ex vna ciuitate in aliam.

Theodosius Gregorio Nazan. ecclesias Constantinopoli commendat.

d Ariani episcopi passim episcopatibus suis abeunt.

cam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ariani rerũ suarum fatagenter, Eunomianis se coniungũt.

sua, quibus Aetij lectionem & confectationem damnauerant, antiquarent. & scripta illius reciperent. Peperunt quoque, vt vitam illi prius lustrationibus perpurgarent, quòd videlicet impuris quibusdam institutis infecti essent. Hanc illi petitionem tum quidem receperunt. Postea verò eis etiam producti sunt, vt in ecclesiasticis conuentibus Eunomio & popularibus factionis eius, per maledicta detraherent: μετωνομάζοντες, hoc est, de rebus cœlestibus sublimibusque cum fastu & insolẽtia verborum nugantes, dementiâque & improbitate plenos, qui sibi talia prætendenda esse statuissent, eos cognominantes. Porrò Ariani, quòd eorum non mediocris esset multitudo, ex momento quod illis iã inde ab initio sub Constantio & Valente accesserat, meru nullo conuenius agebant. Et de Deo atq; eius substantia temerè disputabant. Animum quoque Imperatoris ipsius, illi per factionis suę homines, qui in Imperiali aula versabãtur, tentandum esse duxerunt tilla spe concepta, hunc quoque, sicuti & Constantium, in potestatem eorum adductum iri. Quæ res eis quoque qui Catholicæ Ecclesiæ erant, magnam attulit curam. Quapropter in maximo fuere metu. Eunomij in disputationibus vim suspectam habẽres. Non ita pridem enim is, quum sub Valentis imperio à Cyzicenis dissidere cœpisset, & seipsum ab Arianorum sodalitate segregasset, Chalcedonem Bithyniæ è regione Cõstantinopoli sitam, vbi priuatus considebat, se contulerat. Et multitudo ingens è Constantinopoli ad eum ventitabat. Alij quoque aliunde ad eum confluebant, qui partim de vita & doctrina eius periculum faciebant: partim, si noui quidquam diceret, cupidè eum auscultabant. Et iam fama quoque nominis eius ad Imperatorem peruenerat. Fuisset ille ad colloquium etiam Principis admissus, nisi Dei amantissima ipsius cõiunx Placilla, quæ iam inde ab initio decreta Nicæna constanter profitebatur, cura & studio omni obsistendo hoc egisset, ne cum illo prorsus colloqueretur. Maximè quippe vereta est, ne institutorum vitæ illecebris, & verborum vi atque grauitate, Imperatorem ille in sententiam suam abduceret.

Eunomius Chalcedone primatus cum laude magna vixit.

Ne ad colloquium imperatoris is admittatur, placilla Augusta sedulò cauet.

De Amphilochij Iconij episcopi ad Theodosium dicendi libertate. Cap. 9.

Amphilochius à Theodosio petit, vt Arianorum cõuentus in vrbibus inhibeat, sed id non impetrat.

HÆc quum ita fierẽt, ac eius rei studiũ apud Arianos vigeret, magnus Amphilochius, de quo antea quoque mentionem fecimus vnus ex eis qui tum Constantinopolim aduenerant episcopis, non ille quidem in rebus agẽdis versatus, sed alioqui senex venerandus, atque in rebus diuinis acri mente præditus, Imperatorẽ adiisse, eique vt Arianorum conuentus ab vrbibus semouerer, supplicasse dicitur. Imperator autem petitionem eam, quòd durior inhumaniórque esse videretur, non comprobauit. At sapiens ille senex tum quidem tacitus abiit, & consilio deinde sapientiore facinus memoria dignum fecit. Quum namque rursum cũ reliquis episcopis in aulam venisset, & imperatorem ita vt decet, atque vt alij episcopi fecerant, piè & suauiter admodum consalutasset: filium ipsius Arcadium, qui nuper ad Imperium lectus fuerat, non eadem illi impertita reuerentiæ obser-

Idem debitare uerentia Arcadium in cõspectu patris imperatoris nõ præstitutus, reipsa pulcherrimè Theodosio ostendit, Dei patri, ob contumeliam vnigenito filio suo ab Arianis illatam tram.

* ἱδιοπτικώτερον διαλεχθεὶς

† τοῦ παρόντος ὑπερευφ.

Theodosius cõmunibus publicis sectæ Arianæ interdicit. l. 2. C. de sum. trin. & fid. Cath.

De sancta secunda vniuersali synodo, quæ Theodosij Imperatoris & Meletij episcopi Antiochem flentis & opera, Constantinopolitanum episcopatum Theologe demandarit. Caput 10.

a imperator Concilium Constantinopolitanũ indicit.

PRoinde primo quoque tempore synodum quoque episcoporum Imperator in locum vnum,* ex imperij sui prouinciis duntaxat, cõuenire iussit, ad Nicæna decreta confirmanda: atque vt ibidem, cuinam Constantinopolitanæ ecclesiæ sedes cõmittẽda, deliberaretur. *b* Quòd autem Macedonianos vniuersali ecclesiæ aggregari atque vniri posse existimaret, quia non admodum opinione sua de Deo, ab vtraque parte & factione, dissidebant, eos quoque ad conuẽtum euocauit. Et conuenerunt ab eis qui Trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem prædicant, circiter centum & quinquaginta: alterius autẽ sectæ triginta & sex, quorum plures ex Hellesponto erant. *c* His præibant, Eleusius Cyzicenus, & Marcianus Lampsacenus. *d* Inter Catholicos præcipui erant: Timotheus, qui Alexãdriæ in locum Petri fratris sui, eiusdémque Athanasij successoris, surrogatus fuerat: Meletius Antiochiæ episcopus, qui pridem Gregorij causa Cõstãtinopolim venerat: & Hierosolymitanus Cyrillus, qui cùm antea Macedonij opinionem sequutus fuisset, tum per pœnitentiam resipuerat: præterea Aschолius Thessalonicæ, Diodorus Tarsi, & suum rectè gerẽs nomen Acacius Berrhææ, episcopi. *e* Ii sanè omnes in Nicænis decretis acquiescẽtes, Eleusium & populares eius in sen-

Constantinopolitana confirmata recepit.

** 507. lib. 7. c. 7. Catholicos episcopos cõuocatos esse scribit: ex imperii Theodosij prouinciis duntaxat, nõ addit.*

Ut synodus hæc Constantinopoli, sicuti plerique omnes tradunt, est celebrata.

b Eunomium etiam Macedoniani episcopi.

c Numerus episcoporum.

d Catholici Macedonianos in sententiam suã adducere contendunt.

in sententiam suam adducere conabantur: in A cedere, eámque reprehendere sensit, oratione ad eos synodali habita, episcopatum rursum deposuit. At enim ab ipsa statim synodo, diuinus Meletius ad vitam lętiorem transiit: & à multis, præcipuè verò à Gregorio Nyssenæ ecclesiæ luce, funebribus orationibus est concelebratus. Et ante obitum quoque eius episcopi Aegyptij secessionẽ fecere, inter alia illud carpẽres, quod Gregorius, quum paternum antea episcopatum & Nazanzenam ecclesiam administrarit, ad Cõstantinopolitanam tum sedem euectus esset. Et iam Timotheus Alexãdrinus Maximum quendam Cynicum philosophum, Gregorij quidem discipulum, * Apollinaris autem labe maximè infectum, in abdito loco, apud Choraulæ cuiusdam domũ, Cynico capillo eius inciso, pastorem Constantinopolitanum legerat atque cõsecrarat. Verùm qui tum ibi congregati erant, facinus tam absurdum reprobantes, haudquaquã B consecrationem eam laudarunt. Nam plerique viri diuino ardore & spirituali sapientia pleni erant, qualis Helladius ille fuit, Basilij magni successor: Gregorius, & Petrus, eisdem cum Basilio parentibus orti: Amphilochius Iconij, quæ Lycaoniæ vrbs est: Optimus Pisidiæ, Diodorus Ciliciæ, Pelagius Laodiceæ: Eulogius Edessæ, Acacius Berrhææ, Isidorus Cyri, Cyrillus Hierosolymorum, Gelasius Cesareæ Palæstinæ, Acacij, qui Eusebio Pamphili substitutus fuerat, successor, & alij quamplurimi episcopi, egregij virtutis athletæ & concertatores, doctrinam vita ipsa exornantes. Qui omnes factum tale execrantes, se ab Aegyptiis seiunxerunt, & Gregorio magno adhæserunt. Nam vnà cum eo conuentus, & sacra, & ritus ecclesiæ, recepto more omnes liberè peragebant. Quos diuinus Gregorius, si quis alius, & ipse humanus & liumilis, maximè adhortatus est, vt concordiam & pacẽ inter se, cuius gratia cõuentus quoque coactus esset, colerent, eámq; iniuriæ hominis vnius quam contemnere deceret, præferrent. Ego enim, inquit, curis multis liberatus, exoptatam mihi dudum & gratam quietem persequar. Et vobis simul, post diuturnum illud & inexpugnabile bellum, tanto studio expetita pax continget. Meo quidem iudicio perabsurdum esset, si nuper admodum hostilis pugnæ periculo defuncti arma inter nos ipsos sumeremus: & sicuti fors ferret, tela temerè coniceremus, robúrque omne in quibus minimè decet certaminibus consumeremus. Sic scilicet hostibus quo que ipsis, vt clade nostra lætarentur, causam præberemus. Quapropter si consilium meum sequi voletis, viro alicui per disquisitionem inuento, qui diuina mente præditus, sede hac dignus sit, quique Deo actiones eius gubernante, ritè omnia & ordine faciat atque constituat, ecclesiæ præfecturam committetis. Contra verba hæc, quum quod dicerent, non haberent, vel inuiti ei cesserunt. Et confestim Maximum Cynicum episcopali dignitate nudatum atque excommunicatum, ædibus sacris eiecerunt, quum quod præter rationem illegitime thronum inuasisset: tum maximè, sicuti dictum est, quòd Apollinaris væcordibus intemperiis agitaretur. Gregorius autem sede relicta, in patriam Nazanzum reuersus, vitam quietam * priuatus

** Ioannes Ptellus de secunda œcumenica synodo scribens, inter alios, hos ponit versiculos:*

Αὐτὴ τὸν μακεδόνιον ἀνέπαυσε ῥιζόθεν,
τὸ πνεῦμα τὸ παράγιον ἄλλο τριοῦτα μάτην
τῆς ὑψιλῆς θεότητος, καὶ πτίσμα βλασφημοῦντα. Hoc est:
Resecit hæc Macedonium radicitus,
Quę spiritum temerè creaturam vocant,
Deitate summa segregat sanctissimum.

Vt Gregorius, quosdam ex Aegyptiis offendi cernens, propter episcopatus sui mutationem seu translationem, sedem Constantinopolitanam repudiarit: & concordia Ecclesiarum nihil habens antiquius, in patriam redierit patriam, & de Maximo cynico philosopho. Caput 11.

Gregorius sedem Constantinopolitanam deserit.

GRegorius sanè primùm munus episcopale fusceptt, & thronũ conscendit. Quomodo enim tot & tantorum virorum cohortationem despiceret? Et gregem, quem exignum receperũ, frequentissimum fecerat, euangelicis humoribus rigans fouit: eósque qui extra illum oberrarent, verborum sagena capros ad ouile adduxit. Vbi verò paulo post quosdam, & eos maximè qui ex Aegypto aduenerant, electioni suæ inter-

Sed breui eius dem rei Aegyptiorum episcopos

Concilium Maximum Cynicum excommunicat. Greger. Nazanzum reuersus.

** Διάγων καθ' ἑαυτὸν. Summa animi in eo viro moderatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

transegit: neque cuipiam, eo quod sua sponte throno cessit, scandali siue offendiculi occasionem præbuit. Sedenim virum hunc longè sapientissimum, quum alias ob res omnes valde, tum verò hac ipsa de causa non minus admirari libet. Neque enim eloquentia, qua plurimùm polebat, ad superbiam elatus est: neque ab inani gloria victus, administrationem ecclesiæ tantæ expetiit, quâ ipse, quum prope iam interisset, ad eam rursum amplitudinem doctrina sua prouexerat: sed illico episcopis depositum reddidit, neque labores quos pertulerat, aut pericula quę aduersus hæreses per intestinum bellū pugnans adierat, prætendit: quum quidem vt sedem eam retineret, & ecclesiam Constantinopoli administraret, alio iam Nazanzi episcopo declarato, vel parum, vel nihil prorsus impedimenti esset. Atque synodus quidem mores priscos conseruans, id quod ei in manus tradiderat, ab ipso nō inuito recepit: nihil ommino diuinas dotes, quæ in eo viro erant, morata.

De vita & moribus Nectarii, Gregorii successoris: & vt vix dum baptizatus, cathedram episcopalem conscenderit. Cap. 12.

Fauor etiam in electionib. episcopalibus obtinet.

CÆterùm maxima cura & deliberatio imperatori & episcopis incumbebat, imperatore potissimùm eos cohortante. ad diligentem exactámque disquisitionē adhibendā, vt quàm optimus atque honestissimus vir inueniretur, cui vrbium maximæ rectè administrationis cōmitterentur habenæ. Porro synodus hac in re nō eundem quem imperator obtinebat animū. Pro se enim quisque, vt ex necessariis suis & amicis quispiam honorem sedis eius consequeretur, laborabat. Quod cōsilium quum episcopi omnes rexerent, Nectarius quidam Tarsi Cilicum ortus, primariæ nobilitatis vir, senatoriáq; dignitate clarus, & humanitate morum admirationem omnium promeritus, tum autem prætoris magistratu & honore conspicuus, Constantinopoli degens, in patriam iamiam iturus, ad Diodorum Tarsi episcopum venit, vt ab eo, sub cuius scilicet episcopatu censeretur, cū precatione * benedictionē acciperet: atque si opus esset, literas eius secum ferret. Et commodum tum accidit, vt Diodorus secum ipse consideraret, quēnam ad functionem propositam eligi conueniret. Et Nectarium ingredientem cōspicatus, statim illū in animo suo idoneum ad sedē eam suscipiendam iudicauit. Et intra seipsum affectione propensus in eum fuit, canitiem illius venerandam cernens, speciémque episcopo dignam, morúmque simul humanitatem eximiam perpendens. Et alio quodam sub prætextu eum ad episcopum Antiochenum adductū, mirificè laudauit: & illum vt secum ei faueret, rogauit. Ille verò, quod multi præclari viri designati essent, veluti in re graui & seria apud seipsum subridens. Diodori suffragium abrogauit: Nectario tamen nihilominus vocato paulisper eū secum manere iussit. Interea impetator in charta describi iussit eorum nomina, quem quisq; aptū esse ad tantam ecclesiæ scapham gubernandam putaret: vt sibi illis in scripto repræsentatis, vnius ex omnibus eligendi potestas relinqueretur. Et alij quidem alios, pro vt cuique visum

Nectarius vir prætorius, profanus, & nōdum baptizatus, mirificè episcopis cōstantinopolitanis, præter opinionē omnium imperatore maximè comprobante, eligitur.

**ἐυχὴν λαβεῖν. Accipiebant olim ab episcopis suis benedictionem peregrè profecturi.*

erat, annotarunt. Antiochenæ verò Antistes ecclesiæ, postquam ex sententia sua quos volebat in libello nominauit, extremo loco, vt Diodoro gratificaretur, Nectarium etiam subiecit. Imperator charta in manus accepta, in qua designatorum nomenclatura descripta erat, vbi ad Nectarij nomen peruenit, constitit. Et altius, more suo, rem mente reuoluens, secum ipse consultauit: & digito Nectarij nomini impresso, denuò eorum qui calculos & suffragia episcoporū meriti fuerant, nomina percurrens, vbi rursum ad Nectarium peruenit, diu multúmque re deliberata, cum ipsum præ omnibus sede ea dignum esse censuit. Ad id factū obstupuere omnes, verbisque & ore omnium quærebatur, Quisnam Nectarius iste esset, quæ studia eius, atque vnde ortus esset? Vt verò nondum * quoque initiatū esse cognouerunt, amplius etiam admirati, & ad imperatoris iudicium animis consternati sunt. Ego quidem id etiam Diodorū ignorasse puto: neque enim credibile est, non initiato eum suffragari tantopere ausurum fuisse. Sed illum iam canum vt æquum fuerat, initiatum fuisse opinatus est. Ego verò nō sine nutu Dei hoc accidisse puto. Atque vbi id Princeps quoque rescitit, quamuis ex episcopis multi contrà niterentur, in sententia tamen sua ille cōquieuit. Postquàm verò, qui conuenerant, omnes imperatoris calculum confirmarunt, ex templo Nectarius baptismo initiatus, atque etiamnum mystica veste indutus, communibus synodi suffragiis episcopus Constātinopoli declaratus est. Hæc sic accidisse, Deo tanquam instrumento ipso Principe vtente, à multis creditum est. Sed verūmne id sit, an secus, affirmare certo non possum. Mihi quidem ipse persuaserim, rem tantam non sine prouidētia diuina actam esse quum propter insolitum nouúmque electionis & cōsecrationis morem, tum propter earum rerum quæ consequutæ sunt magnitudinem, coniecturam hanc faciens. Quod nanque placidus, & in rebus omnibus bonus fuit, verisimile est, Deum illi per synodum tantam episcopatum commisisse. Cōsecratio quidem Nectarij tale consecuta initiū, auspicatum quoque habuit finem.

Mystica baptismatis vestis.

** ἀμύητον.*

De quibus rebus sancta secunda vniuersalis Synodus decreta tulerit, diœceses & præfecturas Ecclesiasticas ordinans: & vt Nicænam fidem comprobans, & de spiritu sancto sententia expenderit, canones cōdiderit. Caput 13.

POstea episcopi omnes vnà cum Nectario congregati, vt Nicænæ fidei decretum certū esset, constituerunt, Hæresim omnem damnarunt: & prouinciis diuisis, Patriarchas constituerunt. Sanxerunt quoque iuxta veteres Canones, vt episcopi in ecclesiis suis manentes, nō temerè in aliarum diœcesium fines transirent, nēve se illegitimis * consecrationibus non vocati ingererent. id quod antea, quum vniuersalis Ecclesia persequutionibus exagitaretur, factum fuerat. Quæcunque verò apud quosque accidérant, vt gentis eius synodus pro arbitrio suo ea ordinaret & statueret. Præterea, vt secundū Romanæ vrbis episcopum, Constantinopolitanus antistes † primum ac præcipuum obtineret honorem, vt qui nouæ Romę curator sit. Nō enim vrbs

Senatusconsulta Synodi Cōstantinopolitani.

Patriarchatus constituti.

** ἀποστολικὸς Ab episcopo Romano Constantinopolitanus inter reliquos antistes primatum obtinet.*

** σκοπεῖσθω.*

vrbs ea tantum ita nominata est, & populi honoribus magistratibúsque exornata, verumetiā signis moribúsque & legibus cum Romanis in Italia eisdem gloriatur, atque vtrique ex æquo partia sunt & dignitatis præmia & honorū iura. Igitur diœcesibus ordinādis Nectarius quidem Thraciam sortitus est, & Megalopolim *. Ponticam autem diœcesim a Bithynia vique ad Armenios, Helladio, qui Basilio in Cappadocia successerat & Gregorio Nysse, quæ & ipsa Cappadocum ciuitas est, episcopo attribuerūt Prouinciam autem Melitinensem Otreio reliquerunt. Asianam verò administrationem Amphilochius Iconij, & Optimus Antiochiæ in Pisidia episcopi acceperunt. Aegyptus porrò sub Timotheo Alexandrino permansit. Gubernationē autem Orientalium ecclesiarum episcopis earū permisere vicelicet Pelagio Laodicensi, & Diodoro Tarsensi. Antiochiæ verò soli sua relinquentes * priuilegia. Meletio etiam adhuc superstiti tribuerunt. Vrbibus autem circa Thraciam & * Scythiam sitis, Terentium Tomitanū & Martyrium Marcianopolitanum præfecere. Quos quum imperator omnes visos collaudasset, sententia sua calculos quoque eorum comprobauit. Et erat eorum illustris gloria: quippe qui ecclesias, pro eo atque par est, administrarēt. De Maximo verò decreuere, vt neque esset, neque nomen episcopi haberet. quos verò cōsecrasset clericos, & quæcunque egisset, irrita vt omnia essent. Constitutione quoque imperator sanxit, vt firma & perpetua esset Nicænæ fidei autoritas: atque vt omnes omnium locorū ecclesiæ illis committerentur, qui in subsistentia trium eiusdem honoris & eiusdem gloriæ personarum, † diuinitatem vnam patris & filij & spiritus sancti profiterentur. Et canonibus quibusdam ecclesiarum exornandarum gratia promulgatis, etiam spiritus sancti gloriam, vtpote similem atque æqualem patri & filio, sancto Nicænæ fidei symbolo adiecerunt: Gregorio Nysseno id quod illi deesset suppleute.

** constantinopolis vbi æquata patriarchis iuris diœcesium ordinatio.*

Per Megalopolim, hoc est, magnū vrbē Constantinopolis hoc loco intelligenda.

** Apud Sozom. Diœcesim istam Pontica à Bythynia vsque ad Armenios esse cōcessam Helladio Cæsariēsi, & Gregorio Nysseno, & Otreio Melitinensi episcopis lib. 7. cap. 9.*

** θεοσέβεια.*

** Mitio sub Scythiæ nomine Gothorum prouincia significari videtur.*

Maximo Cynicæ dignitas adempta.

† L. 2. C. de sum. Trinit. Canones ecclesiastici. Supplemētum Symbol. Nicæni de spiritu sancto.

De Cyriaco Adanorum, & Martyrio Cilicum episcopis: & vt reliquæ sancti Pauli episcopi constantinopolitani Constantinopolim sint relatæ, & de Meletio Antiocheno, & vt Meletio Flauianus successerit: & de offendiculis, quæ propter sedem episcopalē rursum Antiochiæ sunt excitata. Cap. 14.

HIs ita actis, simul & synodus finem suum habuit, & reliqui episcopi ad sedes suas redierunt. Nectarius autē Cyriacū Adanæorū episcopū secum retinuit, vt episcopalem disciplinā ab eo addisceret. hunc enim ad breue tempus à Diodoro Tarsensi petierat. At ille non hunc solum sed & alios plurimos Cilices apud eum reliquit. In quibus & Martyrius, medicus optimus erat: quem commissorum in iuuenili ætate peccatorum, sibi conscium habebat Nectarius. Eum tum in diaconorum numerum cooptare studebat. Martyrius verò ministerij eius functionē refugiebat. Affirmabat nanque, indignū se esse tanto munere, testemque vitæ malè peractæ ipsum Nectarium laudabat. Et ille: Quid, inquit, existimas? Ego qui nunc episcopus sum, an non iuuenis aliquando inconsiderātè magis quàm nū vitam egi? Teipsum testem facio, qui

Adana ciliciæ vrbi.

Nectarius episcopalem disciplinam addiscit.

Martyrius propter male actam vitam & baptismū prophanatum, persuadere à Nectario non potest, vt presbyteri suscipiat dignitatem.

Administer mihi improbæ sæpe libidinis fuisti. Martyrius porrò: At tu vir beate, ait, nuper admodum per baptismum omnem labē abluisti, quum etiam episcopalem dignitatem es consequutus. * Vtrumque verò, & sacrum lauacrum, & munus episcopale, delictorum esse remediū & expiationem ex sacris nouimus cōstitutionibus. Ac tu quidem nunc nihil mihi differre videris à recens genito infante. Ego verò iamdudum diuino purgatus lauacro, eundem per libidinē vitæ cursum tenere perseuerauī. His dictis, sacerdotij non subiit iugum. Cuius quum non possim deprecationem pulchram non laudare, vt partem aliquam etiam hoc loco in præsenti historia obtineret, volui. Post synodū celebratam, vbi Imperator cognouit, quid Paulo Constantinopolitano olim episcopo accidisset, vt scilicet in exilio ab Arianis suffocatus eneci usq; fuerit, translato honorificè corpore eius Constantinopolim, in templo id reposuit, quod Macedonius, qui insidiatus illi fuerat, construxit. Id nunc quoque appellationem Pauli retinet, maximum atque præclarissimum, & quodammodo à paucis aliis secundas ferēs. Qui verò rem eam ignorant, diuum Apostolum Paulum conditum ibi esse arbitrantur. Sub idem tempus, sacræ etiā Meletij reliquiæ Constantinopoli Antiochiam sunt perlatæ, & proximè apud martyrem Babylā repositæ. Dictū autem est imperatoris iussu corpus eius in publicis viis omnibus, præter Romanorum morem, intra vrbium mœnia receptum: precationibúsque & psalmodiis alternis in vrbibus decantatis, donec Antiochiam pertigit, honoratum esse. Tantum verò viri huius desiderium in animis hominum omnium relictum esse ferunt, vt illius formam & effigiem in parietibus & tabulis depingi, & in annulis exculpi curauerint. Meletius quidem tanto cum honore humatus est. Cui, ad gregem illius pascendum, Flauianus substitutus est iusiurandum, quo obstrictus fuerat, paruificiens. Paulinus enim adhuc viuebat. Proinde vrbem Antiochenam, quæ paululum conquieuerat, turbæ rursum exceperunt. Multi nanque à Flauiano desciscēres, Paulino se adiunxerunt. Cuius sanè rei gratia, non solùm Antiocheni ipū, verùm etiam vicini circumcirca episcopi, inter se dissensere. Aegyptij nanque, Arabes & Cyprij propter Paulinum, veluti iniuria is affectus esset indignabantur: Syri autem Phœnices, Palæstini, & qui Armeniam, Cappadociam & Galatiā incolunt, quique ad Pontum Euxinum sunt, maxima * ex parte Flauiano fauebāt. Porrò Damasus Romæ episcopus, & Occidentales antistites, Flauiano plurimùm succēlebant: & ad Paulinum scribentes in epistolis, quas Synodales appellare mos est, ei nomen præsulis Antiochenæ ecclesiæ tribuebant, Flauianum autem prorsus auersabantur. Neque verò minus Diodorum Tarsensem, & Acacium Berrhœum, qui illi manus imposuerant, accusabant: quos etiam à communione excluserunt. Vt verò certius rē eam cognoscerent, & ipsi & Gratianus ad eos literas dederunt ex Oriente in Occidentem eos euocantes.

** ἀμφότερα δὲ καθαίσια ἁμαρτημάτων. τὸ θεῖον νομοθέτησε σωτήριον.*

Ossa Pauli Constantinopolitani martyris Constantinopolim relata.

Pauli templū ibidem.

Meletij corpus Constantinopoli Antiochiā deportatum summo cum honore.

Desiderium hominum erga Meletium defunctum.

Flauianus Antiochiæ, cōtra iusiurandi sacramentum, episcopatum post Meletij mortē suscipit.

Noua dissensio in ecclesia Antiochena. Dissentio ea in vicinas quoque regiones progressa.

** Occidentales episcopi Flauianū & ordinatoribus eius infensi.*

Vt Theodosius imperator secundum coegerit concilium, ad concordiam redigere volens ecclesias. Et quæ sisinius Nouatianorum episcopus de concordia suascritt & vt ad exilium hæreticos, vbi veri compes fieri non potuit, Theodosius damnarit. Cap. 15.

EOdem tempore, quum Ariani ex sacris ædibus deturbarentur, & Catholici in possessionem earum vacuam inducerẽtur, non paruæ exortæ sunt turbæ. Quapropter imperator Theodosius exiguo à priore synodo temporis intervallo, antesignanos vigentium tum hæresium rursum cõuocauit, vt alterum istorũ fieret: videlicet, vt vel ipsi aliis opinionem suam persuaderent, vel ab aliis ad aliam complectendam persuaderentur, de rebus quæ in controuersia essentan vnam eandémque sententiam omnes adducti mirari ratus, si in publico auditorio opiniones dubiæ per disputationem discuterentur. Quum autem vniuersi conuenissent (factum id eo anno, quo filium a Arcadium Augustum renunciauit) cõsilium de synodo celebranda cum † Nectario Constantinopolitano communicauit, cohortatus, vt quæstiones vnde hæreses orirentur omnes, in publicam deducerentur disputationem, quò quum vna fieret ecclesia, atq; vnum inter omnes consentiens constitueretur dogma, tum vniuersi religionem, ita vti decet, colerent, neque quidquam controuersiæ relinqueretur *b*. Nectarius plurima secum animo reuoluens, Nouatianorum episcopum c Agelium accersit, eiusdem cuius ipse erat de consubstantiali sententiæ virum: qui * quod factis potius virtutem declararet, & à verborum nugamentis & fastu alienus prorsus esset, alium vicem suam ad despiciendũ quid facto opus esset, atque etiã (si hoc vsus ferret) ad disputandum, designauit *d*, Sisinium nomine, qui tum in lectorũ ordine enitebat, & breui pòst episcopatum eius suscepit: hominem ad inueniendum perquàm ingeniosum, & ad id quod inuenisset eloquendum valde commodum: nec minus ad arcanos & latentes sacræ scripturæ sensus inquirẽdum eósq; copiosè suaui lingua exponendum. fane quàm idoneum, necnon prophanæ simul & sacræ philosophiæ egregiè peritum. Is, quod rectissimè tum dicere visus est, suasor fuit, ne qua cum eis qui aliter opinarentur, susciperetur disputatio, vt quæ aliam ex alia rixam & contentionem parere soleret: sed vt illi interrogarentur, an eos sacrorum oraculorum interpretes, qui prius exiterint, quàm dissensio in ecclesiis orta sit, admitterent. Ac siquidem sententias illorum reiicerẽt, tum fore dixit, vt eos etiam factionis suæ populares eiiciant. Sin verò idoneos illos ad declarationem seu decisionem cõtrouersiarum esse putarent, statim illorum libros in medium proferri debere. Atque hoc sic suasit, quod certò sciret, veteres quum in diuinis literis coæternum patri filium inuenerint, haudquaquã ab initio aliquo generationem eius incepisse, dicere ausos fuisse. Vt autem & Nectario & imperatori optimum hoc consilium esse visum est, omnibus qui euocati fuerant coactis, cognoscere primùm, quid de veterum scriptis illi sentirent, tentauit. Atque vbi in clamore & admiratione suam erga illos affectionem & pietatem indicarunt, apertè pronũciauit: Si testes illi dogmatis classici & idonei essent, facile eos quæstionem rei cuiuslibet deciduros, si ipsi in eo acquiescerent, quod illi de controuersiis eiusmodi & senserint & dixerint. Quandoquidem autem etiam de eo hæresium duces dissentiebant (non omnibus enim eadem de veterum opinionibus sententia erat) rem secum ipse perpendens imperator, intellexit propterea illos propositam sibi conditionem repudiare, quòd disputationibus suis confiderent.

Quam ob rẽ iniquam sententiam eorum molestè ferens, hæresim quámque libellum opinionem cuiusque complectemẽ, offerre sibi iussit.

Atque vbi dies constituta aduenit, ex eis qui trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem profitebantur, Nectarius affuit, & Agelius: ex Arianis autem Demophilus: Hæresis suæ nomine, Eunomius: Eleusius autẽ Cyzicenus, Macedonianorum partes propugnans. Porrò imperator opinionibus hæreticorum omnibus perlectis, solam admiratus est, & veram esse iudicauit, quæ trinitatem ὁμοούσιον consubstantialem deprædicat: reliquas verò vt veritati repugnantes, cõscidit. Enimuerò eis qui Nouati hæresi laborãt, nihil aduersi accidit: quippe qui Ecclesiæ catholicæ præterquam in re vna, consentirent, & ὁμοουσίῳ consubstantiali admodum inhærerent. Reliquę autem hæreses grauiter episcopos suos accepere, quod non satis cõsideratè cum imperatore egissent. Plurimi etiã ex eis, opinione illorum sprecta, ad sententiam laudatam transiere *e*.

Deinde imperator legem tulit, ne à Consubstantialis fidei professione abhorrentes, conuẽtus aliquos ecclesiasticos agerent: neve postea de fide docere auderent, aut eligendi consecrandíque quempiam, potestatem haberent. Sanxit præterea, vt illi partim ex agris & vrbibus pellerentur, partim * ærarij fierent, neque quicquã cum reliquis ciuibus commune haberent. Constitutionibus eiusmodi pœnas graues addidit, siquenquam contra decreta sua commisisse comperisset. Sed eas executioni non mandauit: metũ enim tantum hæresium studiosis incutere voluit. Et id maximè studio habuit, vt populi imperio eius subiecti, eãdem secũ de Deo obtinerent opinionem. Quapropter magno etiam eos prosequutus est honore, quos ab hæreticis ad ecclesiam vniuersalẽ transisse cognouit. Quum synodus Constantinopoli iterum, sicuti dictum est, sub imperatore Theodosio ageretur, ex Occidente literæ venerunt, vt ipsi quoque Romã ad concilium ibi maximum instituturn, in quo de rebus etiam Antiochenis inter Paulinum & Flauianum decideretur, venirent.

Cæterùm qui Constantinopoli congregati erant episcopi, profectionem Romanam vt incommodam detrectarunt. Epistolam autem scripserunt, in qua excitatam in ecclesia ab hæreticis procellam, maximam exposuerunt: & aliquantulum negligentiam & incuriam illorum perstrinxerunt, summatimque Apostolicam sententiam inseruerunt. Sed virilem eorum animum, veráque sapientiam, illæ ipsæ literæ declarabunt, in hæc verba conceptæ.

Imperator synodo huic episcoporum præsidet.

Idẽ hæreticorum de veterum patrũ auctoritate & testimonijs sententiam exquirit.

Hæretici disputationibus confidentes.

Iubet imperator hæresim quamque, opinionem suam in scriptis relatam sibi exhibere.

Libellum Catholicorum approbat, reliquas cõcerpit.

Alij hæreses, duces suos quòd parum prudenter cum imperatore egissent, reprehendunt.

Nona Theodosij contra hæreticos constitutiones.

e L. omnes veteres. C. de hæretic. & Manich.

** ἀπρεσβ. I. cunctis hæreticis. cum l. seq. Cod. Theodosian. Theodosius orthodoxos præcipuè honorauit.*

Accipiunt orientales episcopi constantinopoli ab occidentalibus synodale epistolã, qua Romam ad concilium euocantur.

Epistola Constantinopolitanæ Synodi, ad Occidentales episcopos scripta. Cap. 16.

« REuerendissimis dominis, & maximè piis « fratribus atque collegis, Damaso, Ambro- « sio, Brittoni, Valeriano, Ascholio, Anemio, & « reliquis sanctis episcopis, in magna vrbe Ro- « mana coactis: sancta synodus orthodoxorum « & rectè sentientium episcoporũ in magna vrbe « Constantinopolitana congregatorum, in Do- « mino salutem.

Grauiter in Oriente Catholici ab Ariano afflicti.

« Pietatem vestram tanquam ignaram docere, « & erumnarum vim nobis ab impotenti domi- « natione Arianorum illatarum commemorare, « supersluum fortasse est. Non enim existimamus B « pietatem vestrã, res nostras tam nihil ad se per- « tinere iudicare, vt de eis commonefacienda sit, « in quibus condolere eam nobiscum oportuit. « Neque tales sunt quas pertulimus tempestates, « vt latére tenuitate sua potuerint. Et tempus per- « sequutionum propinquum, recentè adhuc me- « moriam conseruat, non eis tantum qui afflicti « sunt, sed etiam qui per charitatem afflictorũ mi- « serias, suas ipsorum erumnas esse reputant. Heri « nanque, vt ita dicamus, & nuper admodum, alij « quidem exilij vinculis soluti, ad ecclesias suas « per afflictiones innumerabiles postliminio re- « dierunt. Quorundam autem in exilio defuncto- « rum relatæ sunt reliquiæ. Quidam etiam post « reditum, quum in seruentem adhuc hæreticorũ « incidissent furorem, acerbiora quoque domi, « quàm in longinquis & alienis terris, mala per- « tulere: lapidibus ad necem vsque, sicuti beatus « Stephanus, obruti. Alij variis cõcisi verberibus C « & flagris, stigmara & notas adhuc Christi & vi- « bices in corpore suo circumferunt. Pecuniarum verò mulctas, & excussiones vrbium, & priuatorum bonorum publicationes, insidias structas, contumelias, & vincula, quisnam enumerare queat? Reuera profecto in nobis afflictiones multiplicatæ sunt supra numerum, fortasse vel quod peccatorũ pœnas persoluimus: vel quòd benignus Deus pro suo in homines amore, per tantam vim & multitudinem malorũ nos exercuit. Quo nomine Deo agimus gratias, qui per tot & tantas afflictiones secuos suos castigarit, & secundum multitudinem miserationum suarum nos rursum eduxerit in refrigerium. Nobis verò diuturno opus esset octo, & rempore multo, ad ecclesiarum restitutionẽ, vt perinde atque « ex longa ægritudine, paulatim sedula cura eccle- D « siæ corpus confirmantes, ad pristinam valetudinem & sanitatem reduceremus.

Iij afflictionibus tolerandis vel pœnas cõmeritorum luunt, vel ad patientiam exercentur. Gratiarum actio in eruminis.

Difficultas restaurandarũ ecclesiarũ catholicarum. Hæretici lupi.

Quanquam enim maximè à vehementi iniuria persequutionum videmur esse liberati, & ecclesias diutius ab hæreticis detentas nuper recuperauimus: graues tamen adhuc nobis immi- « nent lupi, qui etiam ex ouilibus depulsi, in syluis « & saltibus greges diripiunt, conuentus contra « nos cogunt, vulgi seditiones mouent, & nihil « quod in ecclesiarum detrimentum cedat, non « tentant. Quapropter, quod diximus, ampliore « nos odio & tempore longiore abundare opor- « tebat. Sedenim quum fraternã vestram erga nos « pietatem conseruantes, & dilectionẽ exhibentes, indicto Romæ de voluntate Dei concilio, per Dei amantissimi imperatoris literas, nos quoque, vt membra vestra propria, eò euocaueritis, vt posteaquam tum quidem soli nos calamitatibus addicti atque adiudicati fuimus, nunc tandem in consentienti ipsorum imperatorũ de « vera pietate, concordia, non sine nobis regne- « tis: sed & nos vnà vobiscum, iuxta Apostolicam « vocẽ, regnemus: in votis nobis erat, si fieri pos- « set, vt simul omnes ecclesiis relictis, seu desi- « derio seu vsui vestro, per gratificãdi studium satis- « faceremus. Quis enim nobis alas veluti colũbæ « tribuat, vt volitemus, & ad vos perueniamus? « Quum verò id si fieri, prorsus ecclesias nuda- « ret, quæ nuper renouari cœperunt, & res hæc « multis omnino impossibilis sit. Conuenimus « nanque Constantinopolim literis proximis ad- « ducti, quas reuerentia vestra post synodũ Aqui- « leiensem ad Dei amantissimũ imperatorẽ Theo- « dosium dedit, ad solam hanc. Constãtinopolim « vsque, profectionem instructi, & de vna hac sy- « nodo ab eis qui in prouinciis permansere epi « scopis, assensionem acceptam habentes. De lon- « giore autem profectione neque necessitatẽ ali- « quam expectauimus: neque quicquam omnino « prius audiuimus, quàm Constantinopoli con- « uenimus. Ad hæc, ea est constituti temporis an- « gustia, vt neque ad iter longius nos instruendi « spatium habeamus: neque omnes in prouinciis « cõmunionis nostræ episcopos, de profectione « tali certiores facere, & comprobationẽ eorum « accipere possimus. Quum hæc, & multa præte- « rea alia, aduersum compluriũ impedirent: quod « reliquum erat, simul & ad res pleraque corri- « gendas, & nostram erga vos charitatem decla- « randam faciendum duximus, vt reuerendissimos « atque honorandos maximè fratres & collegas « nostros, Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, « episcopos, quo viæ laborem Romam vsque ala- « cribus subirent animis, exoraremus: per quos, « voluntatem & sententiam nostram pacificam « esse, & vnionis coniunctionisque consilium & « finem sibi propositam habere ostendimus: ar- « dorémque simul pro saniore fide nostrum, ma- « nifestò declaramus. Nos enim, siue persequutio- « nes, seu afflictiones, siue Imperatorum minas, « seu magistratuum seritatem, siue etiam aliam « quampiam tentationem & periculum ab hære- « ticis sustinuimus, pro Euangelica fide Nicææ « apud Bithynios à trecentis decem & octo pa- « tribus confirmata, quicquid id fuit pertulimus. « Eam enim & nobis, & vobis, aliisque adeò « Omnibus qui veræ fidei verbum non peruer- « tunt, complacere oportet, quippe quæ anti- « quissima & † baptismo consentanea sit, credere « nos docens in nomen patris & filij & spiritus « sancti, videlicet vt diuinitas & potestas vna pa- « tris & filij & spiritus sancti, & eiusdem honoris « dignitas, & coæternum regnũ in tribus perfectis « subsistentiis, siue tribus perfectis personis cre- « datur: ita vt neque Sabellij contagio locum ha- « beat, subsistentiis confusis, seu proprietatibus « sublatis: neque Eunomianorũ & Arianorum & « Pneumatomachorũ blasphemia seu maledicẽtia « inualescere possit, subsistantia vel natura vel diui- « nitate diuidẽda, & increatæ consubstantialique

Per orationi impe. literas Orientales episcopi in Occidentem euocati.

Excusatio legitima, cur Orientales ad conuentum Roma. venire rectè nequeat.

Mandatarios suos Romam Orientales mittunt.

Vera trini & vnius Dei theologia.

Soz. lib. 7. Cap. 11. Scripta Arianorum reiectionẽ nouæ in ecclesiis turbæ exortæ. Theodosius cõcilium aliud ducibus hæresium euocatis Constantinopoli cogit.

a Arcadius Augustus renunciatus.

b Nectarius Agelium Nouatianũ episcopum in cõsiliũ adhibet.

c Agelius vitæ sanctitate quã disputationis contentione clarior.

** τὴν ἀρετὴν τῷ βίῳ διὰ τῶν ἔργων φέρων. νομοθέτητος δὲ καὶ τερψίας λόγων ἀπριβὴς. Sozom. d Agelius in consilium adhibetur Sisinnium lectorem suum mittit.*

Optimum Sisinnij consilium quomodo contra contentiosos hæreticos sit procedendum.

consilij eius certa ratio.

† *Idem cum Nectario, de eo per publicam disputationem celebrando consultat.*

† *Nouatiani in sententia τῶ ὁμοουσίῳ Catholicis assentiuntur, & propterea à Theodosio damnati non sunt.*

& coæternæ Trinitati, † posteriore quapiã sine E creata seu alteri substantiali natura inducenda. Inhumanationis etiam Domini rationẽ minimè peruersam retinemus, neque vel anima vel mẽte carentem, aut imperfectam carnis * administrationem credentes. Certò quippe scientes, perfectum quidem ante secula fuisse Deum verbum, perfectum verò hominem in extremis diebus propter salutem nostram esse factum. Et fides quidem quæ à nobis constanter depredicatur, in summa sic se habet: de qua ampliorem etiam animorum consolationem percipere poteritis, si non grauabimini decreti libellum, quod Antiochiæ à synodo ibi coacta factum, & item id quoque quod proximè Cõstantinopoli ab vniuersali concilio promulgatum est, legere. In quibus & iusius fidem professi sumus, & hæreses nu per per res nouas exortas, & à nobis anathemate cõfossas, in scriptum retulimus. Porrò de singularibus ecclesiarum administrationibus, veterem scitis esse sanctionem, & sanctorũ Nicææ cõgregatorum patrum decretum, vt in prouincia quaque, prouinciæ eius episcopi & cum eis, si illi velint, finitimi quoque electiones & consecrationes, ex vsu publico peragant iuxta eiusmodi constitutionem, quum alias apud nos ecclesias ordinari atque administrari, tum in celeberrimis quibusque Antillites renunciatos esse, scitote. Proinde in recens fundata, vt ita aliquis dicat, Constãtinopolitana ecclesia, quam nuper tãquam ex ore leonis, sic ex blasphemia & maledicentia hæreticorum eripuimus, per miserationes Dei, in vniuersali synodo, communi & publico consensu in ipsius Dei amantissimi imperatoris Theodosij conspectu, clero omni & ciuitate cuncta suffragante, reuerendissimum & Dei amantissimum Nectarium episcopum legimus. In vetustissima verò, proindeque Apostolica ecclesia Antiochiæ apud Syros, in qua prima venerandum Christianorum nomen extitit, prouinciales & Oriẽtalis diœcesis episcopi cõuentu acto, canonicè & legitimè reuerendissimum & Dei amantissimum Flauianum antistitẽ crearunt. ecclesia tota cõsentiente, & quasi voce vna virum eum cohonestante. Quam electionẽ vt ordinariam & legitimam, synodi etiam communitas comprobauit. In ea verò ecclesia, quæ aliarum omnium mater est; Hierosolymis, reuerendissimum & Dei amantissimum Cyrillũ episcopum esse scimus, ritè iamdudum à prouincialibus episcopis electum, qui sanè diuersis in locis plurimùm aduersus Arianos decertauit. Quæ quum legitimè & canonicè apud nos acta obtineant, vt in eis pietas etiam vestra læta & H gratulabunda acquiescat, hortamur, spirituali scilicet charitate intercedente, & Domini timore fauorẽ hominum omnẽ & affectionis in aliquem inclinationẽ contrahente, ecclesiarũmq; ædificationem & commodum consuetudini & gratiæ alicuius singulari præferente. Sic nanque fidei verbo ad consensum & concordiam redacto, & Christiana charitate cõfirmata illud vsurpare, quod ab Apostolis est damnatum, desinemus: Ego quidem sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego verò Cephæ. Sed quum omnes nos Christi esse constiterit, qui in nobis diuisus nõ est, Deo bene iuuante, integrum atque indiuisum Ecclesiæ corpus conseruabimus, & ad tribunal Domini cum fiducia & libertate consistemus. Hæc illi contra Arium & Aetium & Eunomiũ, atque aduersus rabiem & insaniam Sabellij, Photini, Marcelli, Pauli Samosareni, & Macedonij scripserunt. Atque itidem Apollinaris quoque res nouas propalam damnarunt, dicentes: Inhumanationis quoque Domini rationẽ minimè peruersam retinemus, neque vel anima vel mente carentem aut imperfectam carnis administrationem credentes.

† μέλαγγε-λος. Verbi Dei incarnatio. * οἰκονομίας.

Legitima episcoporum consecratio.

Nectarij electio.

Flauiani.

Cyrillus episcopus Hierosolymitanus. Quid in episcoporum electionibus spectari potissimum debeat. & vt Nectarij & Flauiani electionẽ gratã ratámque habeant, petunt.

Vsio & concordia ecclesiæ in primis cõsectanda.

condemnatio hæreticorum.

Et in his Apollinaris taxatur.

Synodalis epistola Damasi episcopi Romani, contra Apollinarim & Timotheum scripta. cap. 17.

SEdenim Damasus, vir celeberrimus, vbi hãc quoque hæresim exortam esse cognouit, non Apollinarim modò, sed & Timotheum sectatorem eius exauctoratum semel atque iterum F proscripsit. Atque id episcopis Orientalibus per epistolam significauit: quã vt historiæ annecterem, ex vsu esse putaui. Ea de verbo ad verbum sic habet. Quod Apostolicæ sedi charitas vestra debitam exhibet obseruantiam, vobis ipsis plurimùm, & maximè Ecclesiæ sanctæ eo honore tribuistis, filij reuerendissimi. In qua consistens sanctus Apostolus docuit, quomodo nos quæ susceptmus gubernacula regere conueniat. Ac nos quidem iudicio nostro, honore tanto inferiores sumus. veruntamen ea de causa, quocunque possumus modo, operam damus, si aliqua ex parte ad gloriam beatitudinis eius accedere possimus. Scitote igitur, Timotheum iam olim impurum ac prophanum Apollinaris hæretici discipulum, vnà cum impio eius dogmate, à nobis exauctoratum, damnatúmque esse. Et haudquaquam credimus, reliquias eius ratione aliqua in futurum robur accepturas. Sin verò fer- G pens ille antiquus, qui extra Ecclesiam est, semel atque iterum morsu enectus, ad suam ipsius pœnam reuiuiscat, & vt mortifero veneno suo infideles quosdam pessundet, tentare non desinat, eum perinde atque præsentem pestem declinate. Et simul memoria retinentes fidem Apostolicam, eámque in primis quæ Nicææ à patribus inscriptum est relata, in fide gradu firmo immobiles fortiter atque perseueranter consistite. Et posthac clericos aut laicos vestros, vanas disceptationes, & abrogatas quæstiones, audire non patimini. Iam enim semel typum & formam proposuimus, vt quicunque se Christianum esse agnoscit, illud seruet quod ab Apostolis est traditum, sancto Paulo videlicet dicente: Si quis vobis euangelizauerit præter id H quod accepistis, anathema sit. Siquidem Christus filius Dei, Dominus noster, hominum generi per passionem suam plenissimam contulit salutẽ, vt hominem vniuersum peccatis obnoxium à peccato omni liberaret. Hunc si quis siue in humanitate, seu in diuinitate defectum aliquem habuisse dicat, diabolici is spiritus plenus, gehennæ se filiũ esse ostendit. Quid igitur denuò à me Timothei condemnationem petitis? qui & hic Apostolicæ sedis iudicio, præsente etiam Alexandrinæ vrbis episcopo Petro, damnatus est, vnà cum magistro suo Apollinari. Qui etiam in iudicij die debitas pœnas & cruciatus sustinebit. Sin leuiores quosdam

fidei nicænæ laudatur.

Scribtum Damasi Ro. antistitis ad orientales episcopos.

Damasus contendit imitari Petrum.

Timotheum discipulus Apollinaris cum dogmate sua damnatur.

refutatio hæresis Apollinaris.

quosdam homines, ille, perinde atque spem aliquam habens, persuasione sua ducit, quicunque veram in Christum spem professione Apollinaris mutauit, itidẽ vt ille peribit Ecclesiæ canoni reluctans. Deus vos, filij reuerendissimi, conseruet incolumes.

Aliud Synodale eiusdem edictum, contra varias hæreses compositum. Cap. 18.

ENimuerò quædam etiam alia, qui in magna vrbe Roma congregati erant, aduersus varias hæreses scripsere. Ea necessariò operi nostro inferenda esse duxi. Et primùm vniuersalis fidei professionem Damasus Papa ad Paulinum in Macedonia episcopum, qui etiam a Thessalonicæ fuerat, misit. Atque inter alia ille hæc quoque commemorat.

Quandoquidem post cõcilium Nicænũ error iste emersit, vt quidã impuro ore dicere audeat, B spiritum sanctũ per filium genitum esse, anathemate eos ferimus, qui non cum libertate omni. vnà cum patre & filio vnius & eiusdem substãtiæ & potestatis existere spiritum sanctum prædicant. Anathemati itidem subiicimus Sabellij erroris sectatores, qui patrem & filium eundem esse dicit. Anathemate ingulamus Arium & Eunomium, qui tametsi diuersis verbis, pari tamen impietate, filium & spiritum sanctum vnum esse confirmant. Item Macedonianos, qui ex Arij radice succrescentes, non impietatem, sed cognomen tantum mutarunt. Item Photinum, qui Ebionis hæresim renouans, dominum nostrum Iesum Christum ex Maria tantum profiterur. Itẽ eos qui duos esse filios affirmant, alterum ante secula, alterum post carnem ex perpetua virgine Maria assumptam. Anathemate præterea mactamus illos, qui Dei verbum, pro rationali anima C in carne humana versatum esse cõtendunt. Hoc ipsum nanque Dei verbum, non pro rationali & intellectuali anima in suo ipsius corpore fuit: sed nostram, hoc est rationalem & intellectualẽ sine peccato animam susceptt & *b* seruauit. Nõ minus anathemate persequimur eos qui dicũt, verbum Dei à patre *c* extensione & contractione segregatum esse, & † subsistere id non posse, aut qui finem id suum habiturum esse blasphemant. Eos porrò qui ex ecclesiis in alias transeunt ecclesias, tantisper alienos à communione nostra esse ducimus, dum ad easdem, in quibus primùm electi sunt, vrbes reuertantur. Si quis verò, alio ex vno loco in alium transeunte, in illius adhuc viuentis locum sit per electionẽ surrogatus, tandiu ille qui vrbem suam reliquit, episcopali dignitate carebit, donec successor eius in Domino obdormierit. Si quis non perpetuò patrem, & perpetuò filium, & perpetuò spiritũ sanctum esse dicat, anathema sit. Si quis non dicat, filium genitum ex patre, hoc est, ex substãtia eius diuina, anathema sit. Si quis non dicat verum Deum esse Dei filium, sicuti verum Deum patrẽ eius. & illum omnia posse, & omnia nosse, patríq; similem esse, anathema sit. Si quis dicat, quum in carne degens filius Dei in terris fuit, eundem in cœlis & cum patre non fuisse anathema sit. Si quis dicat, in passione crucis filium Dei & Deum verbum, diuinitate, & non carne vnà cum anima, quam in serui sibi assumpta forma, vt sancta scriptura dixit, induit, dolorem pertulisse anathema sit. Si quis non dicat Dei Verbum carne passum, & carne crucifixum, & mortem gustasse, primogenitum factum ex mortuis, pro eo atque vita est & † viuificans, quippe Deus anathema sit. Si quis non dicat, eum in carne quam assumpsit, ad dextram patris sedere: in qua etiã aduenier iudicaturus viuos & mortuos, anathema sit. Si quis non dicat, spiritũ sanctum verè & propriè ex patre esse, quemadmodum & filium, eundémque Deum Dei verbum, ex diuina substantia, anathema sit. Si quis dicat, spiritum sanctum creaturã, aut per filium genitũ esse, anathema sit. Si quis non dicat, patrem per filiũ postea incarnatũ & spiritum sanctũ creasse omnia, visibilia videlicet & inuisibilia, anathema sit. Si quis non dicat, patris & filij & spiritus sancti vnam deitatem, potestatem, potentiam, vnam gloriam, * vnam proprietatem, vnũ regnum, vnã voluntatẽ & veritatem, anathema sit. Si quis non dicat, tres esse veras personas patris & filij & spiritus sancti, æquales, semper viuentes, omnia & visibilia & inuisibilia continẽtes, omnia potentes, omnia iudicãtes, omnia viuificantes, omnia creantes, omnia seruãtes, anathema sit. Si quis non dicat spiritum sanctũ perinde atque filium & patrem ab omni creatura adorandum esse, anathema sit. Si quis de patre & filio rectè sentiat, de spiritu verò sancto hallucinetur, hæreticus est. Quoniam omnes hæreticos, de filio Dei, & de spiritu sancto perperam sentiẽtes, in ludæorũ & ethnicorum infidelitate hærere constat. Si quis diuinitatem diuidat, † singillatim Deum patrem dicẽs, & Deũ filium & Deum spiritum sanctum, & contendat * tres deos dicendos esse, & non vnum Deũ propter vnam diuinitatẽ in tribus subsistẽtiis, vnámque potestatem, quam esse credimus & scimus, patris & filij & spiritus sancti: aut ediuerso subtrahens filium & spiritum sanctum, existimet solũ patrem Deum dicẽdum, vel vnum ipsum Deum credendum esse, anathema sit. Nam nomẽ deorum & angelis, & omnibus sanctis, à Deo per gratiam impositum atque tributum est. De patre autem & filio & spiritu sancto, propter vnã & æqualem diuinitatem, non deorum nomina, sed Dei nostri nomen significatur & declaratur. Vt credamus, nos in patrem & filium & spiritũ sanctum tantum baptizari, & non in archangelorum aut angelorum nomina: sicuti hæreticos, aut Iudæos, aut ethnicos insanos. Ipsa igitur hęc Christianorum est salus, vt fidem habentes Trinitati, ipsi patri & filio & spiritui sancto, & baptizati in ipsam, vnam scilicet Deitatem & potestatem & diuinitatem & substantiam, in ipsum Deum credamus.

† ἀνθρωπότητα τοῦτ' ἔστιν.

† ζωοποιὸς.

* κυριότητα.

† κατὰ μέρος. Quæ dicta exempla non habent, Tres.

professio catholicæ fidei Damasi papæ, ad Paulinum episcopum. Hæreticorum opinionum quarundem condemnationes. a In eo forte conuentu, de quo supr. cap. 10. eod. Sed is conuentus, cõstantinopoli actus.

b ἔσωσεν τῇ ἐκπλοκῇ καὶ τῇ συγκρίσει. Aduersus episcopos ex vna sede in aliam transeuntes. † ἀνυπόστατον εἶναι.

De rebellione Maximi. Et vt iustina mater Valentiniani, negocium facesserit Ambrosio episcopo Mediolanẽsi, & populus propter eum seditionem mouerit: & de venenato subnotario. Cap. 19.

HÆc quidem Gratiano adhuc superstite acta. Quum autem synodi, quas diximus, celebrarentur, & Gratianus bello Alemanico occupatus esset, Maximus quidam ex Britanniæ partibus coortus, tyrannus extitit. Et quia vniuersum Romanorum im-

Alematicum bellum.

Maximus è britannia tyrãnus prodit.

Universidad de Deusto

Probus res Italiæ administrat.

Iustina Arriana Ambrosio negotium facessit.

Ecclesiæ Mediolanensis facinus detestantes regnat. Ambrosius ei strenuè resistit.

a Ariminensem fidem ea inducere contendit.

Idem à militari manu in templo capitur.

† De motu Germanico anni 1546. versiculi Causam consilijs texitis improbis. Qualem perdomita iã probe Gallia Omni cum peteret Marte tyrannice Vibes Maximus vsalas,

Sacrorum titulo perfida filia, Iustinæ arma ferox acrius inferes Victus succubuit qui sine prælio, Vt Diuum non sine nomine.

populus ecclesiæ cum defendit.

Benevolus scriba imperialis.

Per eum Iustina edictum aduersus orthodoxos epistopi conscribere cogitat.

Benevolus ea in re Iustinæ operam nauare recusat.

Fidelis & orthodoxi secretary exemplum pulcherrimum benevolus.

perium sibi subiicere in animo habuit, Valentinianum primùm aggressus est, etiamnum adolescentulum, in Italia degentem: quum quidem Probo, qui consularem obtinebat potestatem, terum ibi administrandarum summa commissa esset. Quo tempore Iustina etiam magni quidem Valentiniani coniunx, iunioris autem mater, Arriana dudum infecta labe, quum marito viuente de ea propalàm non quicquam agere, neq; eos affligere qui ὁμοούσιοι consubst antialis fidē profitebantur, ausa fuisset, inuenili adhuc filij ætate tum confisa, Mediolani, quò se recepérat, negociū Ambrosio magno, cuius suprà quoque meminimus, exhibuit, & ecclesias ibi turbauit, nouas aduersus verum dogma res molita. Magnopere nanque, vt a Ariminensis fides obtineret, contendit. Et naturę illecebris atque inescationibus freta, hamum primùm filio, quem ille tener adhuc, neque dum discrimen boni & mali habens, deuoraret, præbuit. Conata verò etiam est Ambrosium in potestatem suam redigere: facile se rem quam volebat confecturam esse arbitrata, si illum expugnasset. Postquam ille verò magis etiam contraria docuit, & illam quidem vt à cœpto desisteret cohortatus est: filio autem eius, vt paternam simul & religionem & hæreditatem integram retineret, admonito: varietatē quoque dogmatum, quod videlicet ea quā mater induceret sententia prorsus cum Christi doctrina & Apostolorum prædicatione pugnaret, proposuisset: grauiter id ferens Iustina, fraude puerum est aggressa. Et veluti contumelia affecta esset, episcopum apud illum calumniata est: & vt in eum etiā animaduerteretur, postulauit. Atque ille calumnijs eis credens, militarem manum misit, & † Cetratorum agminibus ecclesiā cinxit: qui vi tandem, quum per irruptionem in sacras ædes peruenissent, confestim Ambrosium correptum traxere, & in exilium agere voluere. Cæterùm vrbis multitudo illi circumfusa restitit: & mortem sibi perferendam potius statuit, quàm vt sic antistitem suum tractari pateretur. Qua re amplius ad iram cōmota Iustina, decretum suum lege etiam cōfirmare cōtendit. Itaque Benevolum, qui in decuria scribarum in sacrarum constitutionum tabulario militabat, ad se acciuit: & furore feruens, quamprimùm legem edi iussit, vt ecclesiæ omnes in decretis Arimnensibus acquiescerent. Quod vbi ille facere detrectauit, erat enim ὁμοούσιος consubstantialis fidei studiosus, hominem inescatione alliciēs, ampliorem illi, si quod ipsa iuberet feciſſet, honorem est pollicita. Verūm ne ita quidem id illi persuadere potuit. Cingulum nanque suum sibi detractum ad pedes Principis fœminæ deposuit, neque eum ipsum quem habebat, neque splendidiorem etiam tanquam impietatis præmium, honorem retinendum esse ratus. Sed enim quum insuper ei magis instaret, atque ille nunquam se sententiam mutaturum esse vehementer confirmaret, aliis euocatis, statim legem composuit. Constituit autem, vt tuto atque liberè, qui eadem sentirent, quæ episcopi Arimini, ac deinde etiam Constantinopoli congregati statuissent, conuentus haberent. Quod si qui diuersæ essent opinionis, illis obsisterent, & aliud quàm noua ista imperialis constitutio mā-

daret, petere auderent, eos morte mulctandos esse sanxit.

Iustina filij sui nomine constitutionē contra catholicos per alios notarios perscribit.

* Præclarum est apud Theodor. lib. 5. c. 13. Ambrosij ad Valentinianum iuniorem verbum. Tum iuuenis indignatus, prepalàm è templo Ambrosium exire iussit. At illi Libens id, inquit, non fecero. Neque enim lupis suum caulam predam, neque blasphemis templum diuinum concedam. Quòd si necare me vis, in ipsa ecclesia in me consem aut cuspidem stringe. Perlibenter enim eadem eam tulero.

De Gratiano, vt dolo ab Andragathio sit interfectus: & vt Valentinianus iunior tyrannum Maximum timens, in Illyricum peruenerit. Caput 20.

QVum in hoc sic imperatoris mater esset, & studio omni in id incumberet, vt constitutio eiusmodi seruaretur, fama increbuit, Andragathij dolo, qui Maximi tyranni dux erat, Gratianum imperatorem necatū esse. Andragathius enim iste in curru lecticæ imperiali persimili, ad quem mulæ iunctæ erant, latens vehebatur. Iusserat is satellitum Gratiani ductoribus renunciari, imperatoris adesse coniugem, vt scilicet ei ille cum apparatu magnifico obuiam honoris causa progrederetur. Id vbi Gratianus audiuit, quod non ita pridem eam duxisset, & iuuenis esset, muliei émque vehementer amaret, desiderio eius videndæ ingenti accensus, apud Lugdunum Galliæ vrbem, satis inconsideratè amne superato, in hostiles manus, perinde atque cæcus esset, incidit. Andragathius namque lectica exiliens, Gratianum statim comprehendit: & breui pòst cum vt * bellatorem atque victorem optimū interfecit. Qui vrbes suas moderatè & iustè administrans, & paternam fidei opinionem adaugēs, ita vitam fine liberis finiit, viginti & quatuor annos natus: quum annis quindecim vnà cum Theodosio, solus autem anno vno & mēsibus sex imperasset. Ea clade renunciata, Iustina iram aduersus Ambrosium suā remisit a. Porrò Maximus ingēti atque forti exercitu ex Britānis, & finitimis eorū Gallis & Celtis, aliisque loca ea incolētibus populis coacto, in Italiā ducebat, Valētiniani etiam iunioris imperium ibi in potestatem suam peruenturum esse arbitratus. Iam enim, quod Gratianus habuerat, obtinebat. Copias autem eas ducebat b, illo quidem sub prætextu, vt ne quid de patrijs dogmatibus per res nouas immutaretur, & vt ecclesiam constitueret atque ordinaret: non enim, quæ Ambrosio à Iustina acciderant, ignorabat, reuera autē omnē, quod dicitur, lapidem mouens, illud agebat, vt tyrāni opinionem à se amoliretur, & Romanorum imperium non tam vi quàm legibus sibi parare videretur. Itaque ad Valentinianū scribens, Imperatorem se renunciatum esse significauit: & eum simul, vt bellum cum vera pietate gerere supersederet, paternámque religionem integrā atq; illæsam cōseruaret, cohortatus est: literis eis etiam, nisi obsecūdaret, minis additis. Ea porrò verba factis ipsis cōprobaturus. Cū exercitu enim, quē secum habebat, Mediolanum versus vbi ille erat progressus est. Valētinianus autem expeditione atq; aduētu tyrāni cognito, ne quid se indignum pateretur veritus, in Illyricū profugit. Atque inde Thessalonicā venit: experiētia edoctus, quem maternorū cōsiliorum percepérit fructū.

Miseranda cædes Gratiani quam in co patrauit Andragathius, Maximi tyranni dux.

* καλὸν ἄρι στέα.

Iustina cæsa Gratiani audito, mitior fit.

a Maximus Gallias in potestatem suam redegit.

b Tyrannidē sua defensionem religionis catholicæ prætendit Maximus.

Idem Italia imminet.

Maximi ad Valentinianū iuniorē literæ.

Fidē in Italiā aduersus Valentinianum venit.

Valentiniani fuga.

Maximus filiū imperialia symbola sumquem

Fuit

Fuit cum eo ibi & mater & præfectus Probus. Valentinianus etiam temporum necessitate adductus, vel inuitus, imperialia Maximi, à quo ad eum legati venerant, insignia admisit.

Vt Theodosius sine pugna & sanguine tyrannum vicerit, & de fama ab Arianis contra Theodosium sparsa, & de Symmacho philosopho, vt eum Theodosius venia sit dignatus. Caput 21

Theodosius tyranni res fecūdas, & Valentiniani casum, persequutionis orthodoxorum adscribit.

IAudatissimus imperator Teodosius vbi vidit quæ aduersus Ambrosium rerum nouandarum studio incepta atque perpetrata fuerant: & simul de tyranni legatione, & præterea quæ is profugo iuniori imperatori scripserat, cognouit, non mirandum esse putauit, quod in tanto metu imperator is esset: tyranno autem tantum suppetierit virium, vt imperatorē in fugam verterit. Illeenim, inquit, rectæ fidei opinioni subsidium fert: imperator verò, dum rectam sententiam oppugnat, contra Deum bellum mouet. Et tu quidē cœlesti armatura nudatus, fugæ te cōmisisti: ille autem recta opinione munitus, superior est, & herum suum vincit. Prorsus enim veræ pietati, autor & legislator eius adesse solet. Atque hæc quidem, quum longè adhuc abesset, Theodosius ad Valentinianum scripsit. Breui verò pòst, exercitu strenuò collecto, contra tyrannum duxit. Metuebat nanque, ne contra iuniorem imperatorem Maximus rem etiam rectè gereret: atque inde maioribus comparatis viribus, Orientis etiam imperium sibi subiiceret. Fuit tum Persarum apud eum legatio, pacem petens. Filius quoque alter, ex Placilla ei nono Septembris mensis die natus est, quem Honorium nominauit. Sed enim exercitu rebus omnibus magnificè instructo & Arcadio filio Cōstantinopoli relicto, Thessalonicam profectus est, vbi Valentinianum conuenit. Et primum animam eius fide paterna restituta, & morbo materno depulso, curauit: deinde bono etiam animo esse, neque de imperio metuere eum iussit. Legatos autem qui à Maximo venerant, neque reiecit prorsus, neque propalàm admisit. Copiisque receptis, ad Occidentem in Italiam contendit. Fama verò inde, pro eo atque cuique visum erat, afferebatur. Consueuerunt enim homines, etiam de rebus quas ignorant, sermones cōfingere: & maiores quoque, præcipuè si quam habent causam & prætextum de eis quibus fauent, rumores excitare, vt qui rerum semper nouarū cupidi sunt. Quod tum quoque Cōstantinopoli accidit. De bello enim alius aliud commentus, in vulgus id spargebat: omnes verò deteriora magis nunciabant. Et quanuis nemo bello interfuisset perinde tamen atque in re præsenti bellum geri vidissent quæ ibi accidissent narrabant. Porro Ariani, qui ab ecclesiis repulsi fuerant, in animis ipsi suis bellum agitantes, rumores ferebant, imperatorem scilicet à tyranno victum, & tot atque tot nostrorum cæsos esse, primo quoque etiam tempore imperatorem ipsum in tyrāni manum peruenturum. Et quum alia quædā insuper vulgarentur, quæ ab eis excogitata fuerant, pro veris certisque rebus habebantur. Proinde concursu ingenti facto, vecordi confidentia & impetu, in episcopi Nectarij ędes ignem iniecerūt,

Honorius filius Theodosio nascitur.

Theodosius contra Maximū in Italiā exercitum duxit.

De bello isto vulgus vera nonnunquam cupidum varios, eósque vanos & falsos rumores spargunt.

Quam multa demēs in Theodosium cōfixit Arij factio, quæ dum clarum pietatis triumphū vana fuisse Deus probauit.

Ariani propalam per mendacium aduersus de imperatoris rebus vulgant.

Idem Constantinopoli domum episcopalem Nectarij incendunt.

At Theodosius bellū gerit.

eásque incenderunt, propterea quòd ecclesias is moderaretur. Atque hæc quidem sic agebantur. Imperator autem Theodosius bellū ex sententia gessit. Milites nanque quos tyrannus habebat, apparatum bellicum & ingentes Theodosij copias veriti, ipsaque adeo fama earum tetriti, * tyrānum captum ad imperatoris pedes abiecere. Et Theodosius, quòd se Gratiano, quo cum fœdus pepigerat, iniuriam, si tyranno parceret, neque ab eo cædis patratæ pœnas sumeret, facturum esse putaret, confestim illum necari iussit a. Andragathius verò, qui Gratianum fraude circumuentum occiderat, vbi quid Maximo accidisset cognouit, cum ipsis armis in prætersluentem amnem insiluit, atque ibi interiit b. Ita Valentiniano iuniori imperium omne restitutum est. Et Theodosius bello feliciter confecto, cum imperatore iuniore Romam victor ingressus, clarissimū lætus egit triumphū. Rectè etiam is in Italia Mediolanensium constituit atque ordinauit ecclesiam, quum è vita cōmodum e Iustina excedisset. Theodosius, quum adhuc Romæ esset, è Constantinopoli eò ad se filium d Honorium, valde adhuc tenerum, adducendum curauit. Et quum Romæ victoriæ sacra peregisset, tum elementiam placabilitatemque suam manifestò declarauit: potissimùm verò in Symmacho viro consulari. Hic nāque senatus Romani princeps, in magna propter egregia quæ in eo erant ornamenta, fuit admiratione, maximéque propter eloquentiam & peritiā latini sermonis laudatus est. Multas enim, & adeò modum præclaras Romana lingua edidit orationes. Scripsit etiam ad Maximum tyrannum adhuc superstitem. Quam ob causam * criminis perduellionis & læsæ maiestatis reus factus, quòd se damnatum iri meminerat f, tanquam ad asylum in ecclesiam confugit. Adeò autem imperator iste religiosè Christianismum coluit, & adeò ecclesiæ fuit obediens, vt non eos modò qui eiusdem cum eo essent fidei, magnoperè honorarit, & præclaram illis opinionem conciliare studuerit: verùm etiam Nouatianos, idē nobiscum vna re excepta sentientes, cluiliter & placidè admiserit g. Itaque Leontius Nouatianorum ecclesiæ tum in Romana vrbe antistes, qui deprecator apud eum pro Symmacho fuit, spe sua frustratus non est. Nā ei gratificatus imperator, peccatum tantum Symmacho remisit. Qui veniam cōsequutus, orationem qua se defendit, ad imperatorem conscripsit. Et bellum quidem Occidentale tali initio cœptum, optatum Deo bene adiuuante habuit finem.

Maximus tyrannus in potestatem eius peruenit.

* Andragathius αὐτόχειρ in fluuio se submergit.

b Valentiniano iuniori imperium restituitur.

Iustinæ mors.

d Honorius Rex Romā perlatus.

Theodosius Romæ triumphat.

ὄνομος τῶν ὑπεναντίων ὁσιότητι ἐγκλήματα.

Idem in mulieris crimine læsæ maiestatis reos, & maxime in tyrannicham consularem & oratorē egregium, clementes & benignus is quum idolatra esset, in ecclesiā confugit, atque ibi seruatus est.

g Leōtius Nouatianus Romæ episcopus Symmacho impunitatem impetrauit.

* conferat mihi quæso pius prudensque lector, cum tyrannide Maximi istius, per circunstantias omnes, sedationem & rebellionē Germaniam, eiusque exitum, quæ An. 1546. & 1547. vidimus & rem prorsus eandē inueniet. Mores rediisse, qui Theodosij fuere mores, tempore pessimo, cum Maximus bello periret imperij socius rebellis.

De fœdis consuetudinibus & moribus, quos ex vrbe Roma eiecit imperator Theodosius. Caput 21.

THeodosius imperator, quum in Italia moraretur, plurimum emolumenti in Romanam contulit vrbem, quum ea quæ antea non

Theodosius vrbi Rom. multū commodauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habebat liberaliter tribuendo, tū pleraque quæ E

Socrat. lib. 5. cap. 18.

antiquitus ei erant fœda atque pudenda adimēdo. Fuit enim Romæ probrū quoddam tale: Erant ibi ædificia maxima, in quibus annona vrbis asseruabatur. Quj verò præfecti eis erat, Romana lingua mancipes dicti, temporis processu prædictum domicilia effecerāt. Quum enim ad latus cuiusque ædificij, iuxta loci situm, in parte inferiori pistrinum esset, qui ei præfuere, tabernis constructis in quibus etiam meretrices ad quæstum prostabant, per illas insidias eis tendebant, qui annonæ comparādæ gratia ad domos eas veniebant. Erant verò, qui eam tantum ob causam vt fœdæ voluptati inseruirent, eò accedebant. Machina enim quadam ex prostibulo in pistrinū deferebātur. Potissimū vero peregrè aduenientibus & aduenis hoc accidebat. Qui dein de ad eum modū capti, & necessitate circumuēti, molere per vitam omnem cogebantur: vsque adeo libertate, & aliquo inde reditu negato, vt necessarij & propinqui eorum iamdudum eos satis concessisse opinarentur. In hanc decipulā quidam etiam Theodosij miles incidit. Atque vbi illi quoque, sicuti & reliquis, abire inde non permitteretur, stricto quem ad femur suspēsum gerebat ense, eos qui se retinebant, interemit. Et alij, ne idem paterentur, metu cōterriti, abire eū sunt passi. Eam rem postquam Theodosius cognouit, nequā illos homines supplicijs subdidit prædonūq; latebras illas & lupanaria ex fundamētis ipsis euertit. Atque vnam quidē hanc fœditatem in principe vrbe sic Theodosius sustulit. Alteram autem illam: Si quando mulier in adulterio comprehenderetur, non coercione criminis, sed potius accensione libidinis, Romani in eam animaduertebant. Domunculæ enim arctæ, quæ adulterium commisisset, includ'm impudenter deinde impotentem cuiuslibet voluptatem & petulantiam explere permittebant. Et quod omnem excedit absurditatē, tintinnabula sibi homines libidinosi, impuri concubitus tēpore accommodabant, vt commota illa resonarent, & prætereuntes quandocunque flagitium, tantum non lateret, sed potius tintinnabulorum sonitu pœna ille cum iniuria & contumelia coniuncta indicaretur. Quam & ipsam vbi cognouit, pudicissimus nō tulit imperator, sed tam impudentem & obscœnam consuetudinem aboleuit. Nam & sistra (ita enim quæ ad tantam contumeliam extructæ erant domuncullæ vocabantur) omnino euertit, & adulteras aliarum legum coercionibus constitutione lata subiecit. Duabus hisce contumelia plenis consuetudinibus diuinissimus imperator vrbē Romam liberauit. Et rebus omnibus rectè constituris, Romam quidem & imperium Occidētale Valentiniano administrandum reliquit: ipse verò cum Honorio filio Constantinopolim est reuersus.

Latrocinia & occulta pistrina & fœda lupanaria sustulit.

Adulteræ Romæ adiculis exiguis publicis includēbatur & ad libidinem omnium prostituebantur.

Theodosius ea quoque indignitatem sustulit.

Legitimam adulterij pœnā renouauit.

Quatuor eius Constitutiones extant in c. sub tit. Ad leg. Iul. de adult.

Theodosius cū Honorio Constātinopolim reuertitur.

De angelica Arsenij magni vita, qui autea imperatorum præceptor fuerat.

cap. 23.

Arsenius filiorum Theodosij præceptor.

SVb idem tempus, imperator liberis suis virtutis magistrum præficere volens, Arsenio illi, cuius gloria terram sub sole omnem peruagata est, inuento, eos commisit: quibus ille suscep-

tis, quum disciplina omni præceptoris, tum liberali educatione patris illis loco fuit. Imperator enim illum, ne quem ex imperij sublimitate conciperet metum sed illis potius vt seruis vteretur, admonuerat. Tantum verò, vt id ille fecerit, abest, vt insigni modestia & moderatione diuersum potius fecerit. Et quum derepēte Theodosius ad eos aliquando veniisset, pueros quidē cum splendore magnifico considentes, Arseniū autem inter docendū eis astantem reperit. Quā de causa imperator indignatus, quum illos indignibus principalibus nudauit, tum sempiterna memoria dignum, & verè imperiale illud verbū est proloquutus: Si tales se præbituri essent, vt mores vitāmque suam ad disciplinam & leges Dei componerent, propensum & illum fore, vt eis imperium in manus tradat, ad ciuium & subditorum commodum & vtilitatem accommodatum: sin minus, conducibilius eis esse dixit, vt sic priuati vitam exigerent, quām doctrina nulla cum periculo imperarent. Sed grauis ea prouincia Arsenio visa est, qui curas eiusmodi odisset, & à talibus turbis & tumultibus alienissimus esset. Proinde Deū est precatus, vt honesta præberetur causa, qua præsentibus liberaretur vinculis. Et Deus brem id fecit. Admisit delictum quoddam Arcadius: quod quia impunitum relinquere nō potuit, ferula illum coercens Arsenius castigauit. Atque ille factum id tanquam iniuriam ægrè ferens, mortem ei est molitus. Consilium id clām cœptum vbi Arsenius resciuit, insolenti vestitu illo reiecto, quā primum in Scetum se contulit, & cœlitùs ad se

Severū vult esse præceptorem erga filios suos Theodosius.

Memorabile Theodosij dictum de filiis suis.

Arcadius præceptori, ob illata sibi verbera necem minatus est.

Gdelatam vocem audiit: Arseni, tumultus fuge, & saluabere. Et viuēte quidem Theodosio, latuit. Postquam autem Arcadius ad imperium peruenit, angelicam eum cōsectari vitam innotuit. Proinde imperator ad eum scribens, quum precationem benedictionémque eius, tum peccati gratiam ab eo petiit. Eidémque, vt Aegypti totius tributū pauperibus præberet, permisit. Sed hoc ille non recepit. Quum verò ad virtutem summam peruenisset, rusticum se & literarum omnium imperitum esse assimulauit, quum quidem monumenta memoria digna & libros plurimos reliquerit: quos historia, quæ de eo est conscripta, refert. Et ad hodiernum vsque diē, in Sceti atque Romæ & Cōstantinopoli monastica eius vita in primis celebratur. Potuissem quidem quædam illius facetè dicta præclaréque acta commemorare. Quum verò propositum argumentum me alia persequi cogat, ad historiam eius lectorem reicio: mihique eò vnde digressus sum, redeundum esse duco.

Arsenius præceptor se subducit & monachatum cōplectitur.

Arcadius culpam apud Arsenium deprecatus.

Arsenij laus.

De episcoporum successione: & de tumultu qui denuò Antiochiæ obortus est, propter Flauianum Paulino defuncto, & vt postea imperatoris & Theophili Alexandriæ episcopi opera, ecclesia eius dissidium sit sopitum, magna cum difficultate populo in concordiā redacto. Cap. 24.

EAdem tempestate Timotheus, & Cyrillus, qui in Alexandrinæ & Hierosolymitanæ ecclesiæ thronis emnuerant, vita defuncti, alter quidem Alexandriæ Theophilum, alter autem Hierosolymis Ioannem successorē habuit. Paulò verò

Theophilus Alexandrinus.

Ioannes Hierosolymitanus episcopi.

Blasphemi Cōstantinopoli Demophili apud Arianos successor.

verò pòst, quum & Demophilus, qui Constā A fius, literis suis pietatē imperatoris perstrinxerunt: illud ei obiicientes, quòd bella ille quidē

Damasus Siricius.

Anastasius, Romani pontifices Theodosium, quòd Flauianum nō coerceret, perstrinxerunt.

Pro Marino substitutus Dorotheus.

Antiochiæ Pauliniani Euagrium sibi episcopum aduersus Flauianum legerunt.

Paulinum Euagrius sibi successorem designat.

Paulinus Euagrium sibi successorem designat.

Paulinus Euagrium sibi successorem designat.

*Paulinus Euagrium

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem ad concordiam se adiunxerunt. Romanæ E tum ecclesiæ præfuit Innocentius, Anastasij successor * Alexandrinæ Theophilus, vir cordatus, & virilem obtinens mentem. Successit is Timotheo, Timotheus fratri Petro, quem magnus præcessit Athanasius. Hierosolymis verò post Cyrillum Ioannes, & post hunc Nepos episcopalem sedem est sortitus. Ad hunc modum, Deo charus imperator ecclesiis pacem restituit. Ariani autem, Antiochia omnino relicta, extra vrbis mœnia conuentus suos habuere. Res Antiochenæ sic se habuere.

** Episcopi Alexandrini*

Ariani extra vrbē Antiochiæ conuentus agere.

De seditione Alexandriæ propter demolitionem templorum idolorū orta: & de singulari ea in re Theophili episcopi Alexandrini studio & opera.

caput 25.

EOdem porrò tempore maxima etiā Alexandriæ excitata est turba, talem ob causam. Postquam fidelissimus imperator ecclesiis quātum potuit, pacem præstitit, aduersus Græcos errores omne conferens studium, constitutiones tulit: quibus sanxit, vt simulacrorum delubra, vbicunque locorum in imperio suo inuenirentur ex ipsis fundamentis euerterentur. Nam Maximus ille Constantinus, qui ingentem quidem, minorem tamen virtute & gloria sua consequutus est laudem, & primus vera pietate imperium exornauit, quum omnē (vt ita dicam) terrarum orbem in idolorum cultu insanientem inuenisset, sacrificare quidem dæmonibus prorsus prohibuit: aras autem eorum non sustulit, mandato illo promulgato, vt deorum templa clausa, quo à nemine adire possent, seruarentur. Idem filij eius fecere. Crudelitatis enim esse putarunt, repentè prorsus tantam instituere mutationem: satius esse existimantes, quietis consiliis paulatim homines ad veram pertrahere religionem. Iulianus autem, vt impietatis reuinisceret, fecit, errorisque & seductionis flammam plurimum auxit. Post hunc Iouinianus actiones illius abrogans, idolorum cultum suppressit. Idem à Valentiniano, qui Europæ imperium habuit, factum. Huius verò frater Valens, religionem quidem omnem vt sanctis cæremoniis coleretur, admisit: in eos autem solos qui fidem irreprehensibilem profitentur, apertè hostili fuit animo. Quapropter in imperio eius toto libationes & sacrificia simulacris, ab eis quibus hoc placitum erat, offerebantur, ignis in altaribus accendebatur, epulationes publicæ, & numine afflatorum discursationes, in foro peragebātur, & sacerdotes Bacchi choreas ducebant, & cum scuris discurrentes canes concerpendo necabant: nihil denique earum rerum reliqui faciebant, quæ primo earum inuentori probrum & fœditatem attestātur. Quæ sanè omnia adhuc celebrari solita, quum religiosissimus imperator comperisset, radicitus sustulit, modisque omnibus aboleuit. Tum verò Theophili opera iussio promulgata est, vt Alexandriæ idolorum templa euerterentur, procurationem talem ipsi illi iniungēs. Itaque is potestate ea accepta, consultò omnem mouit lapidem, vt Græcorum mysteria cum cōtumelia traducerentur. Euertit igitur a Mithriū, euertit etiam Serapidis templum, atque in illo quidem veluti in solenni pompa, sedes patratas:

Theodosij cōstitut. de euertendis idolorū templis.

Quid de eare decessores statuerint imperatores.

Constantinus.

Constantius & fratres eius.

Iulianus.

Iouianus.

Valentinianus.

Valens.

Idolatria sub Valente libere culta.

Impiæ idolomaniæ.

Theophilus episcopus mādatum ab imperatore accepit, de euertendis etiā templis.

Fœditas sacrorum gentilium traducitur.

Gentiles & philosophi in multa mera pro aris fuit pugnant, & multos Christianos cædit.

a Mithræ & templi serapidis euersio.

multa mera pro aris fuit pugnant, & multos Christianos cædit. a Mithræ & templi serapidis euersio.

in hoc autem, spectatoribus Serapidis sacra ridenda proposuit †. Phalli nanque, & Ityphalli, turpiter nudati atque prodacti, Theophyli iussu, per forum trahebantur. At qui Alexandriæ erant Græci, & in primis qui philosophiæ operam dabant, re inopinata consternati, quum dolorem conceptum ferre nō possent, manu coacta, per impetum & impressionem insustentabilem, non minus atque antea fecerant, ingentem edidere stragem. Subitò nanque tumultu Christianos inuadentes, plurimam fecere cædem: neque paucos etiam vulnerauere, ac deinde retrocessere. Repugnabant quidem illis Christiani, sed eos cædibus patrandis Græci longè superarunt: neque prius à conflictu eo destitere, quàm animos suos hostium sanguine profuso exatiarunt. Cæterùm Græcos ex ea re metus inuasit, ab imperatoris vindicta sibi timentes. Quapropter eo quod illis visum fuerat peracto, furoréque cædium cruore extincto, pro se quisque in eum quem sors offerebat locum se vbi latēret, abdebat. Aliqui etiā timore vehementiore correpti patriam relinquentes, in vrbes alias commigrarunt. In quibus duo erant, qui ab ineunte ætate maximè in literarum doctrina fuerant educati, * Helladius & Ammonius: ille quidem Iouis, hic autem * Simiæ sacerdos. Malum id vbi conquieuit, in templorū demolitione, Theophilo plurimùm debinc operæ nauarunt, militarium in Aegypto ordinum dux Romanus, & Alexandrinæ vrbis præfectus Euagrius. Nam Græci quidam Serapidis ædem illam pulchritudine & amplitudine celeberrimam, tum autem ornamentis suis dispoliatam, atque fœdè deformatam, in tumulo quodam sitam occupauerāt: atque inde nō secus atque ex aliqua arce de improuiso prorumpentes, multos ex nostris comprehensos tormentis excruciabant, & dæmonibus sacrificare cogebant. Si qui verò id vehementius detrectarent, eos in crucem agebant. Quorundam etiam crura frangebant, & alios aliter enecabant. Porrò quum aliquandiu dimicatio eiusmodi durasset, magistratus quos diximus homines eos adeuntes, vt aliquando tandē conflictationem eam posthabeāt, & templum Serapidis relinquerent, sunt hortati. Quod vbi illi non fecere, res & ad imperatorem est relata. vt autem in cœpto illi suo obstinatiores essent, conscientia tam temerariæ audaciæ, qua tantopere in re mala vsi fuerant, faciebat. Erat præterea apud eos sophista quidam Olympius, qui autor illis fuit, vt patrios mores & ritus non negligerent, sed ad necem vsque illis defendendis, fortiter in rebus duris perseuerarent. Quoniam autem simulacris comminutis populares suos animos despondere cernebat, ne propterea religionem suam relinquerent, eis suasit. Et simulacra atque imagines, materiam quidem corruptioni obnoxiam, ob eāmque causam comminutam esse: quæ autem in illis tussent, & vim suam exhibuissent, potestates, illis contractis in

seditiosorum gestiū fuga. In ijs Helladij & Ammonij.

** Grammaticos hos fuisse præceptoribusque Constantinopoli inuenem vsum esse, dicit Soc lib. 5. cap. 16.*

** παιδαγωγοὺς.*

idololatræ ex serapidis templo in Christianos excurrentes, pessimè eos tractarunt.

Olympius sophista idololatras ad sacra sua defendenda cohortatur.

† *Sozomenus Theophilum quoque scribit, dimisisse templum sibi, ab imperatore donatum, in formam sacræ ædis redegisse, & ibidem quoque in adytis obscœna Phallorum & Ithyphallorum simulacra, & monumenta alia fœdissima reperisse, lib. 7. cap. 15.*

cœ-

cœlos euolasse dixit. Huiusmodi ille verbis Græcorum multitudinem in potestate sua continuit & in Serapidis templo mansit. Imperator ea re cognita, Christianos qui ita occisi fuerant, honore martyrum dignatus est, quòd tantum periculi pro sana fide pertulissent. Percussores autē & homicidas illos, venia concessa, pœna cōmerita liberauit: vt tam insigni eius beneficentia consternati illi, ad Christianam fortè religionem se conferrent. Templa verò nihilominus, quæ tantæ seditionis populo causa extitissent, erui, literis mandauit, quibus literis publicè lectis, quod imperator in eis tumultus culpam in Græcæ superstitionis sectatores statim cōtulisset, Christiani acclamatione ingenti rem comprobarunt. Illi verò timore correpti, Serapidis ædem sibi relinquendam, atque inde fugiēdum duxerunt. Ita Christiani id receperunt †. Olympius autem iste, in multa nocte, quæ eum diem quum hæc accidēre præcessit, in ipso Serapidis delubro quendam Alleluia psallentem audiuisse dicitur. Et quum postibus probè obfirmatis in profundo silentio rursus eandem vocem audiret, nec quenquam cerneret, quid sibi ea res vellet, intellexit. Et clàm egressus, nauimque commodùm nactus, in Italiam nauigauit. Proin de templa quidem studio magno solo æquata, & simulacra atque deorum statuæ igni conflata, in lebetes & vasa alia ad Alexandrinæ ecclesiæ vsum sunt transformata. Preciosioris verò materiæ deos in sumptus & alimenta pauperum imperator, illis gratificatus, dedit. Sed enim Theophilus simulachris omnibus comminutis, atque in cinerem redactis, vnum tantum integrum reliquit, quod etiam in publico loco cōstitutum, conseruandum esse dixit, ne temporibus futuris aliquando Græci se talibus diis cultum præstitisse, negare possent. Qua de re plurimum concedit doloris, quem diximus, Ammonius, Simiæ illæ sacerdos: pergraue id Græcorū religioni accidisse dictitans, quòd ludibrij causa vnus ille deus incendium, quo minus conflaretur, aufugisset: & nō itidem, vt alij, quod in primis optauerat, conflatus sublatúsque fuisset. Helladius verò in conflictatione illa nouem se viros neci dedisse confirmauit.

Christiani ab ethnicis cæsi pro martyribus habentur.

Imperator se ditiores homicidij gratiam cædum facit.

Christiani templum Serapidis post Græcorum fugam recipiunt.

Olympius in eo templo Alleluia secreto cantare audit. idem inde cedit, & Italiā petit.

Pretiosior simulacrorum materiam alimentum pauperum expenditur.

Simulacrum deæ Samiæ ad perpetuam fœditatis idolomaniæ memoriam, Alexandriæ conseruatum. ā Ammonio maximè doluit.

Helladius nouem cædes cōmisit.

Hieroglyphica literæ crucis formā referentes in euersione templi Serapidis reperta. symbolis eius mysterium. Qui confitetes peccata sua baptizati sunt. Socr. lib. 5. c. 17.

Vt templo Serapidis solo æquato, Hieroglyphicæ literæ crucis forma inuentæ sint, venturam vitam indicantes: & vt Theophilus errorem idolorum manifestò indicauerit, & statuam Serapidis securi sit demolitus.

cap. 26.

QVum Serapidis templum solo æquaretur, & parietes euerterentur, Hieroglyphicas quæ dicuntur quasdam formas & characteres signo crucis persimiles, saxis incisas apparuisse dicunt. Quos & Græci & Christiani cernentes, vtrique religioni suæ accommodarunt. Christiani enim, propter crucem, symbolum id & signum ad se pertinere allegarunt. Græci verò, nihil esse commune Christo & Serapidi: sed figuram eam aliud quidem Christianis, aliud verò græcis superstitiosis, significare & portendere posse, dixerunt. Qua de re quum sic ambigeretur, multi illorum Christianismum susceperunt. Qui etiam Hieroglyphicarum literarum interpretandarum petiti, characterem sub crucis forma, vitam futuram significare dixerunt. Quod Christiani plurimum ad religionem suā trahentes, vt permultos ad sententiam suam adducerēt, occasionem habuere: propterea quòd aliæ quoque literæ apertè declararunt, templū id Serapidis relinquendum prorsus esse, quum crucis ille character, qui obscurè venturam vitam significaret, in apertum productus esset. Atque id templum ad hunc modum est euersum. Verùm non ita multo pòst, in ecclesiæ formam sub Arcadij nomine est redactum. Ego quidem sacerdotes Aegyptios, qui de Christo nihil prorsus præuiderint, literas eas sub crucis forma nō exculpsisse puto. Si nanque ab ipsis seculis mysterium (vt Paulus inquit) occultarum, principē tenebrarum latuit: multo magis æquū est, illius quoque sacerdotibus ignotum id fuisse existimare. a Quin potius prouidentiæ diuinæ opus id esse quispiam arbitretur, vt quæstio scilicet de literis eiuscemodi fieret. Id quod itidem antea in apostolo Paulo euenit. Ille nanque spirituali sapientia plenus, † eadem ratione & arte apud Athenienses vsus, oraculum consilio & causæ suæ accommodauit, & multos ad veram religionem adduxit. Nisi fortè illud etiam quispiam dicat. idem tum Dei verbum per Aegyptios sacerdotes, quod antea per Balaam egerat, crucem nieuefeciſſe. b Quemadmodū quoque in Caipha accidisse nouimus. Ambo enim, etiam inuiti, de reb. bonis sunt vaticinati. Verùm de his hactenus. Theophilus autem rebus quæ dictæ sunt, non contentus, hac in parte non constitit: sed fraudem sacerdotum omnibus eis qui seducti fuerant, manifestam esse voluit. c Simulacra enim illi, siue ærea seu lignea, pleraque omnia ita elaborarunt, vt ea caua intus essent, eorum tergā templorum parieti bus adaptarentur, occultis quibusdam meatibus in muro relictis. Deinde per alia quædam arcana adyta in simulacrorum cauum subibant, & inde quæ eis visa essent responsa edebant. Et qui sedulò apud ea versabantur, quòd fraudem & impostura eam non intelligerent, perinde atque Deo iubente, statim imperata faciebant. Tales statuas tum Theophilus comminuens, dolum hominibus deceptis commonstrauit. Vt verò in Serapidis etiam templum ascendit, simulachrum illud vidit magnitudine tāta, vt mole sua horrorem etiam & metum spectatoribus incuteret. De quo opinio etiam falsa, quæ multos seduxit, ferebatur: Si quis scilicet vel digito id attingere fuisset ausus, terram omnem è vestigio concussum, vrbi autem tori internecionem accitum iri. Quæ omnia Theophilus anilia ebriosarum muliercularum deliramenta esse putans, & molem vastam vt rē quampiam exiguam despiciens, quendam qui pone stabat, securim in manu habētem, vulnus Deo infligere iussit. Atque ille plagam ingentem vi magna fortiter intulit. Qui verò ibi aderant, id quod dudum fama iactatū fuerat veriti immensum quiddam, exclamarunt. Atque Deus plaga placidè accepta, quod ligneus esset, neque dolorem sensit, neque vocē aliquam emisit, quippe qui mortuus prorsus esset: sed neque defendere se, quum & magnus esset, & magno impetu in terram ferretur, potuit. Vbi verò & caput ei resectum est, mures inde gregatim e-

De cæpti eius euersione præsub Arcadij dictio. Templū id in ecclesiā Arcadij postea redactum

a Dominus hieroglyphicas ipsas crucis forma exhibitas esse, cum sole literis cense Nicephorus.

Sicuti dixus apud Athenienses, Paulus, Aræ ignoti Deo ad religionem adduxit. Christum, sic Theophilus crucem nieuefeciſſe. glyficam adre ligionem nefraudem accommodauit.

b Balam & Caiphas inuiti de veritate sunt vaticinati, Et idem fortè sacerdotes Aegyptij hieroglyphicis ipsis imprudentes fecerūt.

c Impostura simulacrorum & oraculorū eorum in apertum producitur.

Serapidis idolum lege maximum sacro sanctum & inuiolabile habitum, per Theophilum expugnatur & comminuitur.

παραλειψις.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E capite eius simulacrum examen procurrit. Caput id per vrbem raptatur.

merserunt. Murium enim * cauerna & receptaculum omnino decantatus ille Aegyptiorum deus fuit. Cæterũ vasto illo idolo in partes minutas dissecto, reliquas quidem igni mandarũt: sacrum autem illud & venerandum caput per vrbem omnem, eis qui id tanquam numen coluerant inspectantibus, & eius quem tantopere honorauerant infirmitatem ridentibus, rapta-runt.

De variis apud varias gentes, propter abolitionem altarium, idolorum, seditionibus & tumultibus, & de Marcello Amasenæ episcopo, quanto studio demoliendis idolorum templis vsus, postremò martyrio sit defunctus. cap. 27.

EOdem tempore multi Græcæ superstitioni addicti in vrbibus, de aris deorum contenderunt, & ad mortem vsque decertarunt. Sicuti in Arabia Petræi & Areopolitæ, apud Palæstinos Raphiotæ & Gazæi, apud Phœnices Heliopolitæ: & in Syria maximè templum propugnauerit Apamen. Axio amni propinqui: quos memoriæ proditum est, ad templorum eiusmodi custodiam & præsidium, socios & auxiliares Galilæos, & quosdam ex vicis eorum qui circum Libanum montem habitant, euocasse, ad extremum autem eò audaciæ & confidentiæ euasisse, vt clarissimum virum Marcellũ episcopali ibi fungentem munere interemerint: propterea quòd commissæ sibi vrbis delubra magis sua erga Deum fiducia, quàm forti multorũ hominum coacta manu abolemisset. Vbi enim Ioannes, cuius antea quoque mentionem fecimus, decessit, rebus omnibus optimus Marcellus iste pro illo religionis A pamenæ episcopalem administrationem sortitus est, spiritu iuxta diuum Apostolum feruẽs. Atque vbi præfectus Orientis cum duob. tribunis in vrbem eam aduenit, eo cõsilio vt idolorum fana demoliretur, plebs quidem, quòd militarem manum meruerat, quieta fuit: & præfectus Iouis templi eruere est aggressus, quod quidem & maximum & ornamentis variis & præcipuis pulcherrimum fuit. Verùm quum lapidum & materiæ structuram solidam & firmam admodum præfectus esse cerneret, fieri non posse putauit, in tanta compago solui aut dirui posset. Maxima namque saxa immensis ferramentis & plumbo diffuso, ex omni parte aptè compacta & conglutinata erant. Diuus autem Marcellus præfectum sic laborem eum reformidantem cernens, illum quidem ad alias vrbes transire iussit: ipse autem Deum precatus est, vt rei tam difficilis & desperatæ exitum aliquem daret. Et ecce cum sole oriente quidam suapte sponte aduenit, qui neque ædes extruere, aut lapides cædere atque polire, neque artem quampiam aliam sciret, ligna tantum & lapides humeris gestare assueuerat. Is Marcellum adiit, duplicémque sibi mercedem stipulatus est: facilè sibi esse, vt templum celeriter demoliatur, dictitans. Eam postquam Marcellus se illi daturum recepit, tale quiddam ille machinatus est. Delubrum id porticum quadratã habebat, quæ in sublime excitata, adaptata & impositæ ei fuerat. Columnæ erant maximæ, magnitudine ipsa templo iuxta proportionem respondentes. Columnæ cuiusque ambitus sedecim cubitos habebat. Natura lapidum perquã firma & adamantina fuit, ita vt non facilè lapicidarum cederet instrumentis. Quas circum circa ille suffossas, lignis oleaginis suffulsit. Atque vbi earum tres ad eum modum perfodisset, ignem materiæ subiecit. Et accensa quidem est illa: sed ab igne, pro natura sua consumi nequiuit. Dæmon nanque quidam ater apparens, & sese prouoluens, naturalem vim ignis inhibuit. Sed enim ea re sæpius tentata, quum cœptum suum frustra esse viderent, eam ad episcopum meridiantem retulerunt. Ille autem in sacrum ingressus templum, aquam vasi infusam sub sanctiore altari occultauit: & pro sacris cancellis humi prouolutus, generis humani amantem Dominum supplex orauit, vt depulsa dæmonis tyrannide, illius quidem in apertum proferret imbecillitatem, suam autem ipsius manifestò exhiberet vim & potentiam: ne scilicet manus etiam detimẽtum ad eos, qui nondum vt Christianæ parẽrent religioni, in animũ induxissent, peruenirent. Hæc quum dixisset, & crucis signum aquę iniecisset, Equitio cuidam diacono eam dedit, flãmã vigentẽ ea conspergere iubens. Quod vbi est factũ, dæmon ille aquæ vim non ferens profugit: & ignis contraria sibi aqua perinde atque oleo vsus, ligna optimè comprehensa, paruo momento consumpsit, & columnarum tuleris euanescentibus, & ipsæ confestim conciderunt, & alias duodecim in eandem ruinam secum traxerunt. Quinetiam insuper quæ eis coaptata fuerat templi pars, cum columnarum vi in præceps abiit. Vnde tragor maximus exortus, confestim omnes eò ad opus inspiciendum pertraxit. Postquam verò dæmonem illum, qui contrà nisus fuerat, fugatum intellexerunt, linguas in laudem & gloriam Dei cierunt. Sed & alia idolorum fana diuinus sustulit episcopus, & multa alia admiratione digna de eo viro cõmemorantur atque circumferuntur. Nam & ad victores martyres epistolas dedit, & ab eis literas: quibus ei respondentes accepit. Postremò verò & ipse martyrij coronam reportauit. Idipsum verò exponendum est. In conualle ibidem * Aulocrenis (locus is in Apamenorum agro est celebris) templum maximum fuit: contra id militibus & gladiatoribus assumptis est profectus. † Ad quod quum propè ventum est, pugna est cõmissa. Ipse autẽ extra telorum iactum cõstitit. Quod enim pedibus æger esset, neque ad insequendũ neq; ad fugiẽdũ idoneus erat. Qui autẽ milites & gladiatores magno studio in potestatẽ suã templũ redigere contenderent, & ex Græcæ superstitionis cultoribus nonnulli eũ in ea parte, vbi pugna nulla esset, cõsediſſe cognouissent, subitò eum oppressum comprehenderunt, & pyra accensa combussêrunt. Actum quidem illi facinore patrato latuere. Posteà verò

Ciuitates quæ dam idolamaram defendẽtes.

Apameni pertinaces tẽplorum suorũ propugnatores.

Cap. 5. eod. A pamęæ nãti in episcopata successor Marcelli.

Præfectus Orientis templum Iouis Apameæ diruere parat.

Difficultas eius demolitionis.

Marcellus ad preces confugit, à Deo tẽpli euersionem expectans.

Apparet subitò vir, qui se templum idoli demoliturũ pollicetur.

Virmitas structuræ.

Dæmon ei tẽplo incubans, demoliẽtibus obsistit.

Dæmon præsentione & lustrali vndæ fugatur.

corruit tandẽ templum.

Marcellus ad martyres epistolas dedit.

cædes & martyrium Marcelli.

Sozomenus pro gladiatoribus, qui μονάχοι dicuntur, μονάχους b. e. monachos habet lib. 7. cap. 15.

† in euersione templi idolorum, pugna committitur.

Martyrium Marcelli libertus eius iure vindicare à synodo gloria cialis prohibetur.

pro martyrii obitus Dei ἀξίᾳ gratia.

* *Pro Aulocrenius Nicephorus & Sozomen habent Anlonem. Plin. li. 5. cap. 29. Marsyas ibi red litur, ortus ac paulò post conditus, vbi certauit tibiarum cantu cum Apolline Aulocrenis. ita vocatur canalis decem millia passuum ab Apamea. Idem lib 16. cap. 44. Regionem Aulocrenen diximus, per quam ab Apamea in phrygia itur, ibi platanus ostenditur, ex qua pependit Marsyas, victus ab Apolline.*

criminis

criminis eius comperti, à Marcelli liberis ad legitimam pœnam sunt postulati. Eodem enim patris vindicare illi voluerunt. Sed id factum synodus prouincialis prohibuit, non vindicandam martyrum morte, sed gratias potius ea de causa Deo agendas esse, liberósque atque amicos & genus eorum omne gaudio exilire debere censens, quòd illi honor tantus, vt pro Dei nomine mortem oppeteret, contigerit. Idolorum templa eo tempore ad hunc solo æquata sunt modum.

Vt Nectarius primus, presbyterum in ecclesiis antiquitus propter pœnit. nici ordinatum functione sua mouerit: & de loco & modo pœnitentium in Romana ecclesia. Caput 28.

TVm etiam Nectarius, Constantinopolitanę ecclesiæ curator, primus omnium presbyterorum, qui à multo tempore in ecclesiis, pœnitentibus præerat, dignitatem abrogauit. Quem etiam ferè Orientales episcopi omnes sequuti sunt. Quid verò id sit, & vnde initium sumpserit, & quam ob causam tum esse desierit, alij alia memoriæ prodiderunt. Ego autem, vt sese res ipsa verè habeat, exponam. Quandoquidem nihil peccati admittere, non humanæ, sed diuinæ & immortalis naturæ proprium est: nos autem per transgressionem semel peccandi hæreditatem adimimus, delictorum Deus veniam eis concedere iussit, qui legitima & conuenienti pœnitentia vsi, deinceps simul peccatum & auersantur & confitentur. Graue autem episcopis, qui proximè post Christum fuere, visum est, in media plebe, veluti in theatro, noxam confiteri. Quapropter ex presbyteris vnum delegere, qui probata vita esset, & simul taciturnus & prudens, apud quem per pœnitentiam resipiscentes commissa sua proferrent. Proinde factum, vt huic seorsum quæ mala egissent propalarent: atque ille peccatorum confessione audita, quum quid facto opus esset, & quomodo crimen luere conueniret, mul ćta imposita ostendisset, permittebat, vt qui peccatum admisissent, ipsi à se peccati sumerent pœnas. Apud Nouatianos huius rei nulla cura est. Quin etiam ritus iste propter eos institutus esse dicitur, quum communicare illi cum eis nollent, qui sub Decij persequutione fidem abnegarent, & postea resipiscentes ad eam redierant. Nam eius temporis episcopi, Nouati resistentes dogmari, ecclesiasticum canonem sequuti, in ecclesia qualibet presbyterum pœnitentiarium constituerunt, vt ab hoc qui post baptismum peccarent, crimina sua confessi, absolutionem eorum obtinerent. Canon iste longo tempore in aliis quoque sectis est seruatus. In Occidentalibus verò ecclesiis ad hunc vsque diem obtinet, atque in Romana maximè, vbi quoque certus est pœnitentium locus. Stant illi perinde atque iudicio damnati essent, vultu demisso admodum lugentes. Re autem diuina peracta, illi quidem ea sacra non percipiunt, quę eis percipere fas est, qui sacris sunt operati. Cum ei latu autem & luctu multo se ad pedes eius qui rem diuinam fecit, præcipitant. Directus deinde quidam ministerium cæremoniæ eius sortitus est, ad eos accurrit: atque itidem collacrymãs, se humi sternit. Tũ reliqua ecclesiæ multitudo circunsistens, & ipsa flens atque lamentans lacrymis repletur. Postea primus exurgit seu presbyter, seu episcopus, & illos ita iacentes surgere iubet: & per orationem ea quæ pœnitentib. conueniunt precatus, vbi & audiuit & dixit quæ opus est, eos amittit. Atque illi pro se quisque segregati suo loco, pro eo atque eis iniunctũ est, se macerant, vel ieiuniis, vel vigiliis, frequentibusque precibus & resipiscẽtia, vel illuuie, & deliciarum abstinentia, vel alijs etiam modis, constitutum sibi ab episcopo tempus quilibet expectans. Atque vbi ad hunc modum alacritate libenti debitum persoluit, à crimine absoluitur: & simul cũ aliis in ecclesia, eodem iure & communione eadem, conuentus frequentat. Hunc ritum iam inde ab initio ad hoc vsque tempus Romani episcopi habuere, qui ab eis inde ad ecclesias alias omnes peruenit, præter quam ad Nouatianos, qui pœnitentiam etiam prorsus non receperũt. Auersati autem presbyterum hunc etiam sunt ὁμοδόξοι consubstantialis fidei professores, Nectario autore, ob eiusmodi, quæ accidit, causam. Mulier quædam nobilis, quum peccata sua cõfessa esset, ieiunio & orationi vacare, & in ecclesia permanere, ab eo quem diximus presbytero iussa est. Quod vbi fecit, postea à diacono, qui cum ea concubuerat, se constupratam esse indicauit. Quod factum posi quam plebs cognouit, indignè scelus id cum tanta ecclesiæ contumelia commissum tulit. Maxima etiam ex ea re calumnia & criminatio aduersus sacerdotũ ordinem increbuit.

C Nectarius porrò quidnam faceret dubius, diacono quidem vt scortatori dignitatem abrogauit. Verùm ecclesia multo etiam magis, propter facinus id, sacrorum virorum detractione, maledictis, & cõuiciis est prosciſſa. Itaque de quorundam, maximè verò Eudæmonis, ecclesiæ eius presbyteri, patria Alexandrini, consilio, ne posthac in ecclesia presbyter pœnitentiarius esset, Nectarius statuit suadẽtibus illis, vt cuique permitteretur, pro conscientia * & fiducia sua, communicare, & de immaculatis mysteriis participare. Sic enim fore, vt ecclesia à contumeliis libera esset, & immunis. Et ab eo tẽpore ecclesia in tali statu permansit. Ego verò ea re ecclesiam priscam illa & veneranda grauitate excidisse, & † ad arbitrarium inconsideratũq; atque negligentẽ morẽ prolapsum esse, & paulatim ab accuratiore disciplina desciscere cœpisse puto. Æquũ

Erant olim in ecclesiis Catholicis presbyteri pœnitentiarij.

confessio peccatorum priuata

Propter Nouatianos pœnitentia solemnis in ecclesia instituta.

Pœnitẽtia cæremonia in ecclesia Romana

Apud Sozom. hoc facit. epist. Leonis, lib. 7. cap. 16.

Mulier pœnitentiam agẽs Constantinopoli à diacono compressa.

Hanc ob causam presbyter pœnitentiarius in ecclesiis orientalibus esse desiit.

a Socrates se ad Eudæmonem ipsum dixisse scribit: An cõsilium tuum ære ecclesiæ sit.

Deus ὁ presbyter nouit. lib. 5. cap. 19.

b Conscientia & arbitrio cuiusque ibi permissum, quando quis Eucharistiam participare vellet.

* *Et Eucharistiam quidam distribuentes, vt consuetudo fert, & Vnum-quemque à populo partem sibi sumere permittunt. Vt enim certus quis mysterium hoc vel expetat, vel se ab eo abstineat, conscientia optima dux est. Fundamentum autem firmum huius est. Vita recta cum disciplina delicta. Tu autem homines alios spectatos iam & exploratos moribus emendatis imitari commodissima est & ad veritatis cognitionem, & ad præceptorum diuinorum exequutionem via. Quæcunque igitur manducauerint panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Exploret verò seipsum homo, atque ita demum de pane edat, & de calice bibat. Clemens Alexand. libr. 1. Stromat.*

† ἐπὶ δὲ τὸ χεῖρον ἤδη πεπορευμένον

Universidad de Deusto
Biblioteca

Factũ hoc de sublata penitentiæ cum Sozomeno Nicephorus improbat.

Eadem est cẽsura nostra de sublatis quibusdam ecclesiæ ritibus.

certè atque credibile est minus antea peccato E
rum fuisse, quum propter eorum qui peccata
cõfiterentur verecundiam, tum propter iudi-
cium ad hoc constitutorum diligentem inqui-
sitionem. Quamuis nunc quoque id ita vt lors
tulerit, & quandocũque cuique libitum fuerit,
fiat. Vnde causa illa extitit, vt alter alterius pec-
cata non arguat, neque illud Apostoli seruetur
dicentis: Nolite communicare de operibus in-
frugiferis tenebrarũ, sed potius ea arguite. Qua
etiam ex causa Theodosium magnum, immor-
tali & venerandæ Catholicæ ecclesiæ gloriæ cõ-
sulentem, tum primùm legem tulisse coniicio.
Nequaquam mulierem, nisi sexaginta annos na-
ta sit, & liberos habeat, in ordinem ministerij &
cleri cooptandam: quemadmodum & Paulus
disertè id constituit, ex ecclesiis quoque exigen-
das quæ comam totam tondent: & quicunque e- F
piscopi eas admisissent, exautorandos esse. Ve-
rùm de his satis diximus.

Theodosius non fuit acer hæreticorum persequutor.

Reliquæ hæreses extra vrbes, ecclesias & conuentus celebrarunt: Nouatiani cũ catholicis, in vrbibus.

Vt hæreses & sectæ in varias dissectæ & diuisæ sint hæreses, & quòd Theodosius solum Eunomium proscripserit: quibus moribus & institutis Eunomius fuerit, & vt in Cappadocia patria sua mortuus sit. Cap. 29.

De hæresibus earũque statu & dissensionibus intestinis.

COnuenit porrò, vt neque ea quæ aliis acci-
derẽ, silentio præteramus: Arianis videli-
cet, & qui à Macedonio & Eunomio & Nouа-
to cognomen sunt adepti. Postquam namque
semel ecclesia Dei diuisa est, res in ea dissessiõ-
ne non cõstitit, sed illa rursum in se ipsa per dis-
sensiones dissecta est. Et sectarum autores, par-
ua occasione arrepta, & secessione facta, in fa-
ctiones alias abiere. Quomodo autem, & quan-
do, & quibus de causis secta quælibet à se ipsa G
per dissensionem secesserit, ex eis quæ dicentur
liquebit. Illud sanè scire conuenit, Imperatorem
Theodosium hæresim nullam persequutũ esse,
neque quempiam ad communionem coegisse:
sed potius permisisse, vt hæresis quælibet loco
suo, pro eo atque ei visum esset, cõuentus agere
atque etiam de fide in Christum, pro cuiusque
captu, sentire atq; opinari posset. Reliquas qui-
dem hæreses, præter Nouatianos, extra vrbes
conuentus celebrare, & ecclesias extruere iussit.
Nouatianos autem, quòd secũ de ὁμοουσίῳ hoc
est, consubstantiali fide consentirent, intra vr-
bes liberè ecclesias habere est passus, sicuti an-
tea quoque dixi. *a* Et solum ipse Eunomium ex-
ilio mulctauit. Hic enim postquam Cyzicum re H
liquit, & ab Eudoxio, qui eum consecrauerat,
sub prætextu illo, quòd magistrum suum Aerij
proscriptum ille non reciperet, segregatus est, in
suburbano Constantinopolis degens, suos sibi
conuentus cogebat, & libros quos contra verã
pietatem conscripserat, absque metu omni pu-
blicabat, multósque orationis suæ fraude in eã-
dem perditionis foueã ita trahebat, vt brem tem
pore ingentem multitudinem ad se adduxerit, &
nonnullos etiam ex Imperatoris cubiculo ad
partes suas illuxerit. Theodosius porrò vbi suos
illum præter modum obseruare cognouit, eos
quidem ab aula sua proscripsit. Ad Eunomium
autem quamprimùm Chalcedone capiendum
certos homines misit, eúmque † Halmyridem

Theodosius non fuit acer hæreticorum persequutor.

Hoc loco apud Nicepho. & apud Sozom. lib. 7. cap. 17. Chalcedonenses ciuitas perinde atque ex suburbis Byzantij vnum designatur. Nam

a Solum Eunomium Theodosius proscripsit.

Hoc loco apud Nicepho. & apud Sozom. lib. 7. cap. 17. Chalcedonenses ciuitas perinde atque ex suburbis Byzantij vnum designatur. Nam

deportari iussit. Est autem Halmyris Mysiæ in
Europa locus, ad Istrum situs: quem breui pòst
Barbari, Istro qui glacie constrictus fuerat, tran
sito ceperunt. Eunomius porrò inde Cæsaream
Cappadociæ translatus est. Mirificum autem ibi
in eum hominum odium fuit, quòd libros con-
tra Basilium eius loci episcopum composuisset.
Postea ei vt in agris suis, qui Dacoreni vocabã-
tur, viueret, permissum est apud Cappadociæ vi
cum, cui Dacora nomen est, præfecturæ eius
quæ ad Argæum montem sita est, Cæsareæ. *c*
Nec ita multo pòst à reditu mortuus, sepultu-
ram in patria sua sortitus est. Eunomium hunc
plurimùm, vt diuinum hominem, *d* admiratur
ecclesiasticus scriptor Philostorgius. Prudẽ-
tiam enim & virtutem eius incomparabilem fu-
isse, apertè nugatur. Et oris formam, & corporis
partes decentissimas, cum multa venustate de-
prædicat, atque, ex ore eius orationem fluẽtem
margaritis comparat. Quamuis in laudem eius
progressus, balbum fuisse confiteatur: quod vitiũ
tamen in eo ita exornat, vt ei suauem eloquen-
tiam tribuat. Quinetiam † vitiligínem, quæ fa-
ciem illius quasi notis quibusdam deformauе-
rat, ornamentum quoddam ori illius attulisse
confirmat. Omnes autem alios eius libros diui-
nis laudibus efferens, præ cæteris excellere epi-
stolas eius dicit.

suprà c. 8. eod & apud Sozo. lib. 7. c. 6 Chalcedone Eunomiũ priuatu vixisse dictũ est. Socrates quoque Constantinopoli in ædibus priuatis vnà cũ eis egisse scribit. lib. 5. cap. 20.

** ex eodem aluco & super Istropolim lacus gignitur. 63.*

M. P. ambitu. Halmyrum vocant. Plin. lib. 4. cap. 12.

Eunomius Halmyride Cæsareã Cappadociæ transfertur.

patria hæc eius fuit.

c Eusebii Pamphili discipulus Eunomij à quibusdã adscripta Eupsychianorum secta.

d Eunomio Eupsychiani.

† Alij Eunomiseutychiani.

Eunomianorũ dissectio. Eunomij discipulus Theophronius.

† σωφρονίζεται καὶ ἐπ' αὐτοῖς, hoc est, de interpretatione seu Enunciatione libro versatus, † compendiũ veluti quandam introductionem, de eis quibus ipsi vtuntur syllogismis & rariocinationibus edidit reliquit, quod De exercitio mentis inseruit. Deinde popularium suorum odio expetitus, quòd ad ineptam & insanam prolapsus esset absurditatem, quippe qui in magistri sui doctrina acquiescere nollet, reiectus ab eis est. Quod nanque curiosus maximè esset, ex nomi-

Eupsychius ab Eunomio in exilio laudatur.

a Communio precum.

† μετ' εὐχῶν.

b Datæ olim hæreticis sectatoribus fuit proficiscentibus ad populares factionis suæ, tanquam fidelitatis testes, per nostras scriptas literas.

c Depravatio baptismi discipuli Eunomij à quibusdã adscripta Eupsychianorum secta.

d Eunomio Eupsychiani.

† Alij Eunomiseutychiani.

e Dissidium apud Macedonianos.

f Eutropius & Carterius Macedoniani inter se dissentiunt. Dissensionis autores. Item apud Arianos. Dorotheus. Marinus. Ipse Theophronius Eunomianus.

Theophronius ab Eunomianis se distinxit, & secta propriam instituit.

Eupsychius ab Eunomianis segregatus. Sozom. eunuchi nominat lib. 7. cap. 17.

** quæstio, an filius extremam horã noverit. Arrectæ hi dicuntur.*

Eunomianorum, Macedonianorum, & Arianorum hæreses, in multas alias hæreses esse diuisas & quibus ex causis quæque earum ab alia sit seiuncta. cap. 30.

SIc quidem diem suum obiit Eunomius. Se-
ctatores autem eius in diuersas discessere se-
ctas. Primus Theophronius quidã, genere Cap
padox fuit, qui ab eo in contentiosa disputandi
ratione edoctus, sectatoribus eius se coniunxit.
Et mediocriter, seu crassè potius, vt rectius quis
piam dixerit, in Aristotelis Prædicamentis, & e-
iusdem περὶ ἑρμηνείας, hoc est, de interpretatione
seu Enunciatione libro versatus, † compendiũ
veluti quandam introductionem, de eis quibus
ipsi vtuntur syllogismis & rariocinationibus e-
ditum reliquit, quod De exercitio mentis inseri
psit. Deinde popularium suorum odio expeti-
tus, quòd ad ineptam & insanam prolapsus es-
set absurditatem, quippe qui in magistri sui do-
ctrina acquiescere nollet, reiectus ab eis est.
Quod nanque curiosus maximè esset, ex nomi-
nibus quæ in sacris scripturis posita sunt, colle-
git, quòd Deus id quod non extat præsciens, id
autem quod extat sciens, atque id quod extitit
memoria tenens, non eodem semper modo se
habeat: vtpote qui cognitionem transferat ad
præsentia, ad futura, & ad præterita. Atque eam
ob rem repudiatus, conuentus suos sibi seor-
sim cogens, sub nomine suo hæresim instituit.
Non multo pòst alius quidam Eupsychius no-
mine, in vrbe Constantinopolitana, propter
frigidam quandam quæstionem ab Eunomia-
nis seiunctus, suæ ipse quoque hæresis autor
extitit. * Quum nanque quæstio orta esset, an
filius extremam horam norit, & plurimi E-
vangelica dicta proferentes, ne ipsum quidem
horam eam scire dicerent: Eupsychius sen-
tentia

tentia sua in scriptum relata, confirmauit, si- A
ium non expertem eius cognitionis esse, qui à
patre omnia locupletissimè acceperit. Quum au
tem qui hæresi ei præibant, dicta eius non ad-
mitterent, à communione eorum descuit, & ad
Eunomium exulantem se contulit. Quò etiam
alij ex vrbe Constantinopolitana Eunomianæ
sectæ venêre, vt ibi eum calumniosè arguerent:
atque etiam, si visus ita ferret, de causa cum eo
disputarent. Quod vbi Eunomius cognouit, ea
quæ Eupsychius proferret laudauit, & ad com-
munionem cum admisit. *a*: quum quidem id
constitutio vetaret, quæ nefas esse decernit, per-
egrè aduenientes † ad communes preces admit-
tere, *b* si literas secum non afferrẽt, quæ ad eius-
dem opinionis populares per notas ita scriptæ,
vt ab aliis legi non possint, dantur. Postquam au
tem breui Eunomius è vita migrauit, hæresis e B
ius pòst Eunomium Constantinopoli præses,
Eupsychium minimè admisit. Aegrè enim is tu-
lit, quòd æmulatione quadam ducebatur, se cõ-
traria Eupsychio, qui nondum clericus erat, sen-
tientem, quæstionem propositam soluere non
posse. Quapropter aduersandi studio ille, quum
multi ad eum opinioni suæ suffragantes confluе
rent, ab Eunomianis segregatus, hæresim suam
induxit *c*. Porrò quòd diuinus etiam baptismus
ita per adulterinum vsum deprauatus est, vt non
in trinitatem, sed semel in mortem Christi mer-
sio fiat: non Eunomio, sed discipulis eius Theo
phronio & Eupsychio, multorum opinione at-
que sermone ascribitur. Causas hasce breuiter
exposuimus, vt quisque norit, quamobrem Eu
nomiani in diuersas discesserint partes. At qui
Theophronium sequuti sunt, *d* Eunomiotheo- C
phroniani: qui verò Eupsychium, † Eunomio
eupsychiani cognominari sunt. Disputationes au-
tẽ & orationes omnes quæ de his quæstionibus
habitæ sunt, commemorare, per longũ, & pror-
sus difficile esset, præsertim quum aliud mihi
propositum sit institutum. *e* Tum verò apud Ma
cedonianos etiam ad rẽpus discordiæ extitit, cu-
ius autor fuit *f* Eutropius quidam presbyter, se-
orsim conuentus agens. Hi verò Carterius Ma-
cedonianæ sectæ antesignanus restitit. Eodem
tempore & ab *g* Arianis Constantinopoli illud
in quæstionem vocatum est, An priusquam filiu
us fuerit (profitebantur enim cum ex non exi-
stentibus extitisse) pater tum pater vocari potue
rit. Et Dorotheus quidem qui Antiochia acci D
tus, ibi pro Marino administrationem sectæ hu-
iusmodi obtinebat, aperrè decernebat, fieri non
posse, priusquam filius subsisteret, pater voca-
retur: quod patris nomen ex eis esset, quod † ad
aliquid referretur. Marinus verò diuersum cen-
suit: & priùs etiam patrem, quàm filium fuerit,
patrẽ profitebatur. Siue quod ita ex animo sen-
tiret, seu quòd Dorotheo aduersaretur, vt qui
ei hæresi ea gubernanda prælatus fuerit. Et ta
lem ob causam in partes duas multitudo, quæ
eos sectabatur, discessit. Et Dorotheus quidem
in sacra sua æde permansit. Qui autem Marini
partium erant, nouis conditis ecclesiis, in eis
conueniebant. Qui etiam Psathyriani, siue Got
thiani vocati sunt: propterea quod vir quidam
ψαθυροπάλης, hoc est, placentarum venditor:
quæ ex librorum genere sunt, nomine Theocti-

Eupsychius ab Eunomio in exilio laudatur.

a Communio precum.

† μετ' εὐχῶν.

b Datæ olim hæreticis sectatoribus fuit proficiscentibus ad populares factionis suæ, tanquam fidelitatis testes, per nostras scriptas literas.

c Depravatio baptismi discipuli Eunomij à quibusdã adscripta Eupsychianorum secta.

d Eunomio Eupsychiani.

† Alij Eunomiseutychiani.

e Dissidium apud Macedonianos.

f Eutropius & Carterius Macedoniani inter se dissentiunt. Dissensionis autores. Item apud Arianos. Dorotheus. Marinus. Ipse Theophronius Eunomianus.

g Arianis Constantinopoli Gothi.

sius, opinionem hanc magnopere defendit. A
Gothis autem illis nomen inditum, quod Se-
linas Gothorum episcopus tanopere ei senten
tiæ addictus fuit, vt ad eam gentem Gothicã
omnem adduxerit. Nam obsequentes sibi ad-
modum barbaros habuit, nimirum quid ad do-
cendum non solum patria eorum, verùm etiam
Græca lingua apposit' fuerit: Vlphilæ illius Got
thorum episcopi, de quo suprà quoquediximus
quum res Valentis exponeremus, primùm sub-
scriba, deinde etiam successor factus. Nec ita
multa pòst dissidiũ quoque interuenit ei quem
diximus Marino & Agapio, qui factionis eius ec-
clesiæ Ephesi episcopus à Marino creatus præ-
fuit. Quorum discessio parum abfuit quin bel-
lum prorsus, Gothis maximè Agapio fauenti
bus, mouerit. Quam ob causam permulti Præ-
sectorum fuorum concertationem & dissiden-
di studium reprehendentes, ad vniuersalem se
ecclesiam contulere, qui etiam nullo discrimine
ad communionem sunt admissi. Atque hæc qui-
dẽ causa extitit, cur primùm Ariani segregati, in
factiones abierint. Et ex eo tempore illi, in qu-
bus sunt vrbibus, seorsim suos quoque conuen-
tus secta agit. Constantinopoli verò eos trigin
ta & quinque annis dissidentes, tandem ad con-
cordiã vir quidã cõsularis *i* Plinthas, sectæ eorũ
sectator equestribus simul & pedestribus copiis
præfectus, magni in aula Imperiali nominis re-
duxit. Quo tempore synodo etiam ab *m* arianis
coacta statuendum est, ne quando posthac q æstio
nes, quæ secessionem tantam attulissent, in me-
dium profererentur. Hæc quidem paulo pòst fa-
cta. Fortassè autem aliæ quoque in vrbibus pa-
sim sectæ & sectiones Arianorum fuere, quas
mihi omnes exactè referre fas non est. Sed satis
fuerit nunc, præcipuas & necessarias attigisse, &
eas potissimum quæ Constantinopoli. cuius e-
go alumnus & soboles sum, fuere: quippe quæ
præclariores aliis extitere, & propterea latêre
non potuerunt. Si quis autem consilium eiusce-
modi hæresium cognoscendarum cepit, vnde,
& quomodo initia sua sumpserint, & quibus au
toribus incrementa sua acceperint, † eum vt *n*
Panaria legat hortor: liber autem is ab Epipha-
nio, qui ecclesiam Cypri administrauit, editus
est. * Præterea Theodoritum Cyri episcopum,
atque insuper admirandum illum Ioannem Da-
mascenum: nam & hi ambo permulta de iis
differunt.

Selinas Gothorum episcopus Vlphilæ successor.

Dissensio alia inter Marinũ & Agapiũ. Per causam interessimus dissidiorum multi ab Arianis ad catholicos transierunt.

** Theodoritus etiam, & Ioannes Damascenus, apud Græcos de hæresibus scripserunt.*

Vt etiam Nouatiani, per seditionem propter quæstionem celebrandi paschatis inter se dissidentes, sectã Sabbatianorum constituerint. Cap. 31.

PEr idem tempus Nouariani quoque inter se
dissidentes, per secessionem, Sabbatianorum
quæ vocatur hæresim constituerunt. Erat e-
nim apud eos presbyter quidam Sabbatius no-
mine, à Marciano consecratus: qui quòd ex Iu-
dæis ad Christianissimum peruenisset, nihilomi-
nus præsumptæ & anticipatæ Iudæorũ opinio-
ni inseruire iudicauit, & clàm etiam episcopatũ af-
fectauit, nec nõ vnà cum Teoctisto & Macario

Sozom. addit consulare eum fuisse

i Plinthas vir clarus Constantinopoli Arianos dissidentes ad concordiã reduxit.

m Arriani statuto cauent, ne posthac quæstiones secessionis & dissidij causæ proponantur.

n Opus Panarium Epiphanij de hæreticis.

† ἐντυχεῖν προσηκόντως τοῖς παναρίοις.

Panarium hoc opus etiam ἀγχιρώτον dicitur apud Socra. lib. 5. c. 24.

Sed vtrũque & Panarij & Ancyrati opus diuersa nomine Græcè & Latinè editum extat: hoc compẽdiosum illud sanè quã prolixum Nouatianorũ dissidium. Sabbatianorũ apud eos hæresis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum Iudæis vt Pascha celebrat.

Sabbatius ex Iudæo Christianus factus & proinde Iudæe Christianus.

Marciani Nouatiani episcopi scite dictum de Sabbatij ordinatione.

a Synodus Nouatianorũ Sangari celebratur.

Sabbatius causam secessionis suæ per simulationem indicat.

b Idem iurat se ad episcopatum non anhelaturum esse.

c Decretum eius synodi.

d Canon Nouatianorũ de Paschate ἀδιάφορος. quo quis vel let tempore, celebrando.

Non temerè vnionem ecclesiæ suæ scindendam. propter diuersitatem paschatis celebrandi, Nouatiani censent.

& ipsis presbyteris, eis adhærentibus, qui sub Valentis Imperio conuentum in Pazo vico habuerant, festum diem Paschæ cum Iudæis celebranit. Ac primùm quidem propter vitæ institutum, quam optimam monasticis exercitiis agebat, à Nouatianorum se corpore seiunxit: deinde veris quosdam participatione diuinorum mysteriorum indignos reputans, talémque prætextum obtendens, cum quem diximus diem festũ in aliud transtulit, de Iudæorum sententia scilicet, tempus. Postquam autem manifestò apparuit, res nouas eum moliri, Marcianus seipsum propter importunam Sabbatij consecrationem reprehendit: identidem dicere solitus, melius se facturum fuisse, si spinis potius quàm illi manũ imposuisset. Atque vbi is ecclesiam suam in partes duas diuisam, & quosdam ad alium descisse re vidit, episcopos hæresis suæ, qui cum eo communicabant, statim Sangarum conuocauit. Est locus Bithynorum prouinciæ, ad mare, non longè ab Helenopoli situs *a*. Eò quoque ab episcopis congregatis Sabbatius euocatus est. Ibi causam mœroris sui dicere iussus, festi diei eius dissensionem allegauit. Nam eum cum Iudæis, sicuti etiam non ita pridem, qui in Pazo Phrygiæ vico conuenerant, statuissent, peragendum esse dixit. Cæterùm illi propterea hoc eum præ se ferre considerãtes, quòd ad episcopatum anhelaret, iurisiurandi sacramento eum obstrinxe runt, ne vnquam episcopatum sibi expetendum statueret. Postquam ille iurauit *b*, se episcopatũ susceptarum non esse: non satis causæ esse putantes, cur ecclesia eorum factionibus diuideretur *c*, placitum eis est, vt omnes consentirent, atque eodem in loco ecclesiasticos conuentus agerent: festum autem Paschæ diem quo quis vel let tempore celebraret *d*. Et ea de re canonem promulgarunt, quem ἀδιάφορον, hoc est arbitrium & indifferentẽ vocarunt. Statuerunt quoque, ne decretum eorum qui Pazi conuenerãt, vniuersali canoni præiudicaret. Quòd & prisci illi viri, & maximè qui Apostolis proximi fuere, etiamsi de Paschæ festo die plurimum inter se dissiderent, inuicem tamen inter se communi cassent, & aliis in rebus omnibus prorsus non dissensissent. Et quod præterea Nouatiani in vetere Roma haudquaquam cum Iudæis, sed post æquinoctium cum reliquis Romanis, qui Petri & Pauli apostolorum traditiones vtebantur, Pascha peregissent: nec ob eam causam, quòd Paschæ festo celebrando inter se dissentirent, discessionem ab eis qui communem cũ eis haberẽt religionem, fecissent. Proinde re bene deliberata, indifferentem, quem diximus, canonem protulere, vt quiliber pro eo atque ei placitum esset, ex consuetudine aliqua, aut præsumpta opinione, Pascha celebrans perficeret: non quidẽ vt ea res aliquam in communione dissensionem afferret, verùm vt qui sic discrimine nullo festũ diem agerent, in ecclesiæ communione concordarent. Eiusmodi canone cõfirmato, Sabbatius, qui scilicet iureiurando obstrictus esset, quum Iudæorum obseruationem sequeretur, præterquam † si festus dies in idem cum illis tempus incideret, receptis statisque ieiuniis alios præueniebat, & clàm solennes ritus perficiens, Pascha peragebat. * legitimóque & vespertino sabbati tempore vigiliis & precationibus aliis interesse solitus, postridie cum reliquis communiter de festo die participauit, diuinàque mysteria percepit. Hoc sic cum annis aliquot latenter faceret, diutius seipsum occultare non potuit. Quum enim breui celebritatem ex ea re consequutus esset, permultos ex simplicioribus ad se pertractos æmulatores habuit, & maximè Phryges & Galatas. Qui quoniam patrio more sic ieiunabant morem eum vt rectiorem confirmati putauerunt. Itaque hunc sequuti, clam etiam vnà cum Iudæis Pascha celebrarunt. Et Sabbatius suos sibi paulatim conuentus agens, à reliquis Nouatianis secessit: & iusiurandi oblitus, episcopatum apud sectatores suos suscepit, sicuti paulo pòst dicam.

scha celebrare quandoque solitus est.

Sabbatius à reliquis Nouatianis seiunctus episcopatum etiam inter suos gerit.

More Iudaico scilicet.

Sententia & iudicium auteris de festo Paschæ De quatuor decimanis & Montanistis, vt Pascha celebrent.
cap. 32.

SEdenim ego & Sabbatium & sectatores eius demiror, quid eis in mentem, vt festum hunc diem innouarent, venerit: quum ab initio Iudæi veteres, sicuti Eusebius Pamphili memorię prodidit, Iosephum Philonem, Aristobulum, & non paucos alios testes laudans, τὰ διαβατήρια, hoc est, Paschalia pro transitu sacrificia, sacrificarint, post æquinoctium vernum, sole † duodecimam partem, quæ à Græcis Aries appellatur, zodiaci circuli ingressio: luna autem * per diametrum & rectam lineam soli opposita, cum quatuordecimæ diei cursum tenente. Ad hæc Samaritani, qui præcipuè tempora secundum constitutiones Mosaicas obseruant, non prius festum hunc diem peragunt, quàm * nouos fructus crescentes conspiciant. Nouorum enim, inquiunt, frugum festum in lege dicitur: vt id celebrare, antequam illi appareant, nefas sit: proindeque vernum æquinoctium ferias eas præcedere necessariò debeat. Quapropter quũ Iudæos sibi imitandos propositurint. eos admiror, quòd non potius antiquitatem, quæ apud eos est, laudauerint. Et satis colligere licet, Sabbatianis illis, atque eis qui πολαρεα καὶ δεκατέσσαρα, siue Quatuordecimani vocantur, exceptis, hæreses alias omnes festum Paschę cum Romanis & Aegyptiis & Palæstinis peragere. Nouatiani igitur isti resurrectionis diem peragũt, Iudæos & ipsi sequuti. In idem verò cum Quatuordecimanis tempus incidunt. Quod si prima sabbati dies non eadem cum decima quarta die lunæ est, Iudæos ponè sequuntur, quotcunque diebus aduenies Dominica dies à præcedente decimaquarta die lunæ abfuerit. Montanistæ verò, quos etiam Pepuzitas & Phryges appellare consuetudo est, quadam ratione inuenta, iuxta eam Pascha celebrant. Atque in primis eos reprehendunt, qui propter festum Paschæ lunæ cursum obseruant. Nõ illum enim, sed solis orbem, eis qui ritè Paschæ diem inquirere velint, inspiciendum esse censent. Et mensem quemlibet, dierum triginta, atque principium earum æquinoctium vernum faciunt: quæ dies, secundum

Iudæi antiquitus pòst vernum æquinoctium Pascha celebrarunt.

† τὸ πρῶτον δωδέκατημόριον, καὶ διαμέτρου, Nicephorus corrigit μέρον, sozom. * περὶ τοῦ τελεσφορεῖα θαλλοῦς. sozom.

In Asia hi fuere.

Quatuordecimani Socr. lib. 7. cap. 18.

Montanistarũ Pascha.

Æquinoctium vernum ante 9. Cal. April.

† hoc est. Si eiusmodi canones eodem tempore Paschas peragere contingeret. sozom. Sic ille bis eodem anno Pascha celebrasse videtur.

Admiratur Nicephorus cum Socr. lib. 5. cap. 22. eos qui vel pertinaciter de festo die Paschæ disceptat, vel Iudæos ea celebrandi imitentur. Libertas Christiana.

Contra superstitiosam temporum festorumque dierũ obseruationẽ.

Apostoli Paschatis celebritatem libertatem populis Christianis reliquerunt.

* τῶν ἀρχαίων μισοῦσιν τὸν ἐπιτηδευμάτων.

secundum Romanos, ritè ante 9. Calend. April. Admirati sunt. Dies verò Euangelistæ historia sua scribenda, Mosaici Paschæ festi obiter saltem mentionem fecere: Seruatorem scilicet azymorum tempore passum esse; quum celebre apud Iudæos ageretur festum: vt ostenderent illi, festis potissimùm diebus cædes eos perpetrare constituisse. Ipsis profectò sanctis Apostolis consilium illud propositum non fuit, vt sibi de diebus festis iudicium sumerent, aut de eis leges ferrent: sed potius Deo gratam vitam, virtutem, & veram erga Deum pietatem traderent atque inducerent. Mihi quidem videtur, quemadmodum alia plurima plerisque in locis suam obtinuere consuetudinem, ita id quoque de Paschæ festo accidisse, quòd ex more quodam apud gentes, quæque suam habuit obseruationem: vt satis manifestum sit, neminem Apostolorum quidquam de festo hoc die legis sanctione constituisse.

Quid potissimum sancti Apostoli doctrina sua spectarint.

Quòd veteres consuetudine magis antiqua, quàm lege vlla iuxta patrum traditionem, ascha celebrent. *cap. 33.*

POrrò quòd ab initio Paschæ moribus magis quàm legibus obseruatũ sit, re ipsa declarabimus. Qui nanque minorem Asiam incoluere, plurimi ab Apostolorum temporibus sabbato despecto, decimam quartam lunæ diem obseruarunt. Quod quum facerent, nequaquam ab aliis, qui hoc non itidem facerent, dissidebant: quoad Victor vrbis Romanæ episcopus, plurimùm commotus literis Asianos quartam decimam diem colentes damnauit atque excommunicauit. Quam ob causam è diuerso Irenæus Lugdunensis in Gallijs episcopus, ad Victorem literas dedit, quibus illum obiurgat, & facinus tam cahdum reprehendit: perdoctè exponens, quòd quum antiquiores etiam communionem rerum omnium inter se in Christianismo retinerent, & de Paschę festi tempore variarent, nullum id putauerint esse præiudicium. Adiciens præterea, Polycarpum Smyrnæ episcopum, qui sub Gordiano postea coronam martyrij recepit Romam venisse, & cum Aniceto eius vrbis episcopo communicasse, nihil de festo Paschæ cum eo disceptantem. Nam & ipse Polycarpus patria quadam Smyrnensium consuetudine, decimaquarta die Pascha celebrabat: sicuti Eusebius quoque Pamphili in quinto ecclesiasticæ historiæ suæ libro testatur. Constat igitur, sicuti dixi, quosdam in minore Asia decimamquartam lunæ diem obseruasse. Alij verò, qui in superioribus Orientis partibus habitant, sabbatum festo eo celebrando magis coluere. Cæterùm de mense ei maior fuit contentio. Quidam nanque Iudæos sequi voluerunt, quum quidem iamdudum certiore obseruatione illi excidissent. Alijs verò ab eo abhorrentibus, post æquinoctium vernum Paschа agendum potius visum est: celebrandum id semper esse dicentibus, quum sol in Ariete sit, secundum Antiochenos Xanthico, secundum Romanos autem Aprili mense. Qui quidem non eos qui tum delicabant Iudæos sed antiquissimos, & magnum illum in primis Iosephum, sicuti is hac de re in tertio An-

tam tum ab Apostolorũ tẽp. ritibus christiani paschæ festa celebrãdi variarũt.

Victor Rom. episcopus Asianos eo nomine damnauit.

sed hic ab Irenæo est reprehensus.

Polycarpus martyr cum Aniceto Romæ paschate ab eo colendo dissidens cõmunicauit.

Iudæi veteres etiam post æquinoctium vernum Pascha celebrarunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiquitatum Iudaicarũ libro refert, sequuti sunt. Ac illi quidem qui minorem Asiam & superiores Orientis partes tenent, ad hunc modum de festo hoc die dissentiunt. Alij verò omnes, qui Christianissimum susceperunt, & Occidentales cuncti ad Oceanum vsque, post vernum æquinoctium Pascha peragere inueniuntur, vetustiorem consuetudinem sequẽtes. Qui sanè vniuersi ita festum Pascha celebrantes, nunquam inter se discordare visi sunt. Neque verò quemadmodum multorum sermonibus fertur, magna illa sub Constantino Nicæa celebrati Synodus, eiusce modi diei Paschæ celebrandi errorẽ induxit: sed ipse potius diuus Constãtinus, paucos illos qui à recepta obseruatione dissentiebant, literis suis cohortatus est, vt partem maiorem sequerentur: & eam imitantes, eodem modo cum illa festum diem peragerent. Epistolam eam imperatoris totam, in tertio libro eorum quos de vita Constantini Eusebius conscripsit, inuenies. Ex ea autem particulam quæ de festo Paschæ scripta est, hic apponam: quæ de verbo ad verbum sic habet. Est ordo quidam bene institutus, quem omnes Occidentalium & Meridionalium & Septentrionalium orbis terræ partium, & quædam etiam Orientalium regionum ecclesiæ seruant. Quapropter quum in præsentia rectè omnes id constitutum esse existimarunt, tum ipse solertiæ quoque vestræ placiturum esse recepi, vt quod per vrbem Romanam, & Italiam, Africam, Aegyptum omnem, Hispanias, Gallias, Britaniam, Libiam, cunctam Græciam, Asianam & Ponticam prouinciam, & Ciliciam, concordi & vna prorsus sententia seruatur, idem quoque vestra non grauate suscipiat prudentia: Quæ illod secum consideret, non solùm maiorem esse in eis quos enumeranimus locis ecclesiarum numerum, verùm etiam communiter maximè idem omnes velle, sanctissimum esse, accuratiorémque tationem, vt nulla omnino nobis cum Iudæorum perfidia intercedat communio efflagitare. Imperatoris epistola sic habet.

Verumenimuerò, Quatuordecima nos ferunt à Ioanne apostolo decimæquartæ diei lunæ obseruationem accepisse: Romanis autem & Occidentalibus partibus Petrum & Paulum, Apostolorum maximos, eam quæ ibi frequentatur tradidisse cõsuetudinem. Scriptum quidem hac de re decretum edere nemo potest. Sapiẽter verò Victor & Polycarpus extinxisse de die festo contentionem videntur. Quandoquidem autẽ Occidẽtales episcopi traditionem Petri & Pauli minimè dehonestandam duxerunt, & Asiani quoque Ioannis Euangelistæ institutum seruãdum esse contenderunt, de communi consilio placitum est, vt quique, sicuti assueuerant, festum diem agerent, mutuam autem communionem nequaquam rescinderent. Stultum quippe quàm maximè esse opinati sunt, consuetudinum eiusmodi variantium gratia, à mutua coniunctione discedere, quum eis de * rebus religionis præcipuis per consentientem concordiam conueniret.

Constantinus magnus in Nicæne synodo literis scriptis Asianos, vt cũ occidentalibus eodem tempore pascha celebrarent, hortatus est. Constãtini ex eis literis verba.

Ioannes Apostolus Quatuor decimanos in Asia pascha celebrare iubet: Petrus & Paulus Romanos.

Maiores nostri pascha hoc vel illo tempore peragere ἀδιάφορον esse voluerunt cæremoniarũ dissimilitudine non lædetur vnitas Ecclesiæ. Greg. papa.

* περὶ τῶν καιρίων.

De variis variarum gentium & ecclesiarum consuetudinibus, per quas nullum Catholicæ religionis vel offendiculum, vel dissidium & discordia est creata. Cap. 34.

QVòd verò consuetudinem potius quàm legem sequuti veteres plerisque in locis, vt quibusque visum erat, Pascha celebrarunt, inde facilè colligitur. Non omnes etenim, quannis eiusdem opinionis essent, easdem traditiones in ecclesiis seruarunt. Et qui eandem colebant fidem, sæpe consuetudinum obseruatione inter se variarunt. Neque id veræ pietati detrimento fuit. Porrò quum ad hunc locum peruenerimus, æquum visum est, pauca quædam de diuersis ecclesiarum moribus commemorare: qui antea quidem sic variè obtinuerunt. nũc autem per gratiam Dei cum tempore mutati, ad consentientem concordiam apud omnes peruenerunt. Et primùm de obseruatione Paschalis festi dicendum. Quæ enim eas præcedunt ferias ieiunia, variè apud quosque ab initio seruata comperimus. Romani namque tres continuas hebdomadas, sabbatis & Dominicis diebus exceptis, ieiunarunt. Illyrici autem, & cuncta Græcia, præterea Alexandria & Libya omnis, Aegyptus & Palæstina, sex hebdomadibus ante festum Paschæ ieiunium continuarunt. Quadragesimam tempus id nominantes. Alij rursus ante septem hebdomadas ieiunare inceperunt: sicuti Constantinopoli. & circumcirca ad Phœniciam vsque † tribus tãtum hebdomadibus qui nos dies ex interuallo, binis septimanis intermissis, à cibis se abstinentes; itidem Quadragesimam tempus tale vocarunt. Montan. stæ verò duabus. Quos mihi demirari in mentem venit, quomodo omnes isti in diẽrum numero sic variantes, Quadragesimam tamen ieiunij tempus vocent. Quanuis alii aliam rationem texentes, nomini ei honestum prætextum obtendant. Non solùm verò de dierum numero, verùm etiam de cibis ipsis, de aditu ad sacra mysteria, & abstinentia, multum inter se dissident. Quidam enim animata prorsus non attingunt: alij autem attingunt, sed pisces solos. Sũt qui animata quoque cum piscibus volatilia degustant: ex aquis ea quoque progenita esse, vt Moses inquit, dicentes. Nonnulli ab ouis & nucibus siue baccis abstinẽt. Nonnulli verò arborum fructibus vescuntur. Quidam panem siccũ tantum comedunt: quidam verò ne hunc quidẽ attingunt. Diuersum etiam est cibi capiendi tẽpus. Aliqui nanque hora nona, aliqui post occasum solem. quidam post diem vnam sequenti die cibũ capiunt: nonnulli verò ad tres, ad quatuor, ad quinque, & ad septem vsque dies dapibus abstinentes procedunt: pro eo atque quisque cibo carere vel vult, vel potest. Et alia apud alias gentes & populos fiunt, apud quos rerum talium innumerę extant causæ: de quibus omnibus nullum præceptum, quod in scriptum relatum sit, ostendi potest. Vt satis constet, primos illos Verbi ministros, ab initio obseruationes eiusmodi arbitrio quorumque reliquisse, vt quisque non metu aut necessitate quapiã adductus, quod bonum est, deligere & sequi posset. Porrò in ieiuniis ferias Paschales præcedentibus, & in ie-

De varietatibus apud veteres ecclesiarũ consuetudinibus & obseruationibus.

In ieiuniis ante pascha ferias.

Quadragesimale ieiunium.

† τρεῖς μόναι ἑβδομάδες ἐκ διαγραμμάτων νεωτερισοκρατ.

In delectu cibarum.

In temporę cibi capiendi.

Obseruationes ἀδιάφορα.

In synaxibus & eucharistiæ perceptione.

vna hebdomadis die veteres, sabbatũ scilicet, cænã dominicam peragebant.

† προσφέρουσης. *In lectione scripturarum, & cœcumbus.*

Christus Iesus verũ pascha trophæo crucis aduersarium diabolicũ denicit.

† συνεσολαιόγραφοι. *In lectoribus & notariis. in coniugio sacerdotali.*

† ὧδε ὀνείδιζον.

* *Hunc Heliodorum non dilucæ autoritatis scriptorẽ esse scripsit Angelus Politi. Miscellan. cap. 3. Heliodorus episcopus Tricensis in Thessalia, episcopatu abiit, quam amatoriũ sui poema abolere maluit.*

In baptismi tempore, in altarium structura.

† ἀγιασταί.

in iciunantium cibis, à principio in ecclesiis huiusmodi diuersitas fuit. Verùm in Synaxi plurimam varietatem fuisse inuenimus. Quum enim pleræque omnes per orbẽ ecclesiæ diebus sabbati consuetudinẽ haberent hebdomadis vnius tempore diuinis mysteriis operari, Romani & Alexandrini ex antiqua quadam traditione hoc non faciebant. Ægyptij verò Alexandrinis vicini, & qui circum Thebaidem habitant, synaxes quidem die sabati peragebant: sed non eadem, qua tum Christiani vtebantur cõsuetudine, diuinam sanctificationem percipiebant. Verùm quum abundè consumati essent, & omnis generis cibis delicatius se repleuissent, à prandio scilicet, circiter vesperam multam, mysteria † oblatione peracta percipiebant. Quarta hebdomadis die, & ea quæ Parasceue dicitur, Alexãdrini scripturas legebant, doctoribus eas interpretãtibus: omniaque quæ ad Synaxim pertinẽt peragebant, præterquàm diuinorum mysteriorum perceptionem. Atque eam illi antiquitùs habuere consuetudinem. Dicunt etenim, & Originem plurimùm diebus istis in ecclesia docuisse, atque synaxes seu conuentus egisse. Qui quum sapientia & doctrina multis præstaret, & perspectum haberet, infirmiorem esse Mosaicam legẽ, quàm vt vllo modo ad literam * reddi atque exprimi posset, rationem festi Paschæ ad speculatiuã cõtemplationem reuocauit, vnum solum esse verum Pascha dicens, quod Christus peregit, præclarè aduersus hostiles potestates re gesta quum in crucem suffigeretur, longè optimè eo contra aduersarium vsus trophæo. In eadem Alexãdria, in lectorem & † notariorum ordine discrimen nullum fuit siue illi iam fideles, siue catechumeni, hoc est, qui sacra doctrina instituerentur, essent, quum ecclesiæ in locis omnibus aliæ fideles tantum in ordinem hunc legerent. In Thessalia & hoc factitatum esse liquet. Licebat clerico cuiuis, priusquam in ordinem eum cooptaretur, legitimè vxorem ducere. at si postea, vt cõsuetudine receptũ est, vxorem cognouisset, ordine eo mouebatur: quum in Oriente omnes, atque etiam episcopi, si vellẽt, pro arbitrio suo non aliqua legis necessitate coacti, vxorum cõgressum declinarent: multi etiam ipso episcopali munere fungentes, in episcopalibus ædibus liberos multos ex coniugibus, quas sibi legitimo matrimonio antea coniunxissent, susciperent. Nunc autem † ne in somnis quidem episcopus cum vxore sua concumbẽs, impudicus habetur. Sedenim consuetudo ea quæ in Thessalia seruatur, ab * Heliodoro illo Tricensi episcopo ortũ habuit: cuius amatorij libelli hoc quoque tempore circumferuntur, quæ adhuc iuuenis composuit, & Aethiopia inscripsit. Nunc autem ea χαριλλιαν, quasi gratiarum gloriam dicas nominant. Quo nomine etiam episcopatus ei ademptus est. nam quum lectione eorum opusculorum iuuenes multi in periculum conicerentur, synodus prouincialis statuit, vel libellos ipsos qui amores accenderent, igni consumptos abolendos, vel qui eos composuisset autori sunctionem episcopalem abrogãdam esse. Ille verò episcopatum deponere, quàm scripta sua supprimere maluit. Hęc autem consuetudo Thessalonicæ atque in Macedonia, & Græcia omni, seruata est. Alius item in Thessalia mos fuit, vt Paschalibus tantum diebus baptismas peragerentur: quapropter multi etiam eo sacramento † nõ initiati decessere. In vrbe Antiochena, quæ in Syria est, altaria diuersum prorsus quàm alibi situm * habuere. Sacra enim ara non ad orientẽ, sed ad occidentem versus collocata fuerat. Hierosolymis, & in Thessalia, atque etiã in Græcia, consuetudo fuit, vt preces in peruigiliis † ad lucernas accensas eodem quo Nouatiani, Constantinopoli, modo peragerent. Consimiliter in Cypro & Cæsareæ Cappadocum: in sabbato, & Dominico die vesperi, post lucernarum accensionem, episcopi & presbyteri sacras scripturas populò exponũt. Nouatiani autem, qui in Hellesponto sunt, non eundem orationis ritum, quẽ factionis eorum populares Constantinopoli, seruant, cærimonias obtinentis ibi ecclesiæ Catholicæ plurimum sequentes. Et vt in summa dicam, in opinionibus & sectis omnibus, haud quaquam in precationibus vnum ad alterũ consentientem ritum seruatũ esse, inuenire est. Scythæ qui ad Istrum colunt, multas & magnas habent ciuitates, & omnes vni subiectæ sunt episcopo. In aliis autem populis, non solùm in vrbibus, verùm etiam in quibusque vicis, episcopos esse scimus. Quæ consuetudo apud Arabes potissimum, & Cyprios, & in Phrygia apud Nouatianos, atque apud eos qui à Mõtano deducti sunt, fuit. a Romæ ad hodiernum vsque diem non plures quam b septem diaconi fiunt, ad eorũ instar qui ab Apostolis creati sunt, quibus Stephanus ille præfuit, qui primus martyrij reportauit coronam. Apud alios populos omnes, quem sors tulit, eorum numerus est. In Roma vrbe itidem quotannis semel Alleluia, paschali Dominico die concinunt. Proinde à multis, iureiurando concipiendo, vocisque nuncupandis, vsurpatum est, vt eis Alleluia audire, & cum lætitia canere daretur. Neque episcopus, neque alius quisquam in ecclesia Romę † ad populum docens verba facit. * Alexandriæ autem solus hoc munere fungitur episcopus, quod quidem postea, quum antea mos is non fuerit, est obseruatum. Causam consuetudini nouæ præbuit Arius, qui quòd presbyter esset, & docendi prouinciam accepisset, cõtra veritatis doctrinam res nouas inducens, ecclesiam turbauit. In eadẽ Alexandrina ecclesia, quod in locis aliis omnibus nouum atque insolens est, olim obtinuisse scio. Episcopus nanque quũ sacra c Euangelia legerentur, non assurgebat. Id verò in vlla plane ecclesia antiquitùs factum esse, nemo vel vidit, vel audiuit. Sacrum eum librum ibi solus legit archidiaconus: in aliis autem ecclesiis diaconi, in multis verò aliis soli sacerdotes, in nonnullis quoque diebus celebrioribus etiam episcopi. Id quod hodie quoque Constantinopoli fit, & maximè Paschalium feriarum die prima, & primo anni ipsius ingressu. Atque ea lectio dupliciter fit. Quantum nanque Euangelici scripti prior ille recitat, tantum postea quoque diaconus reperit: scilicet, sicuti ego existimo, vt episcopus etiam Euangelium, & non tantum qui ministerium id sortiti sunt, prædicare videatur. Et forsasse etiam, vt id cœlitùs fulminis more intonans audientes, sincere absque simulatione

In lectionibus scripturarum.

Vnus apud Scythas episcopus.

In aliis populis plurimis.

a *Intelligi hoc debet de temporc imperij Theodosij senioris.*

Socrat. lib. 7. cap. 19.

b *Roma tantũ septẽ diaconi.*

Ibidem semel quotannis. Alleluia cantatũ.

† παρασυναλλελουϊάζω. *Concinere ad populum Romæ in ecclesia non habetur.*

Ac ne nunc quidem ibi nisi monachi canticinantur, vt istic propè in Italia omni.

* *Alexandriæ solus episcopus concionatur.*

c *Euangelij lectio.*

† ὡς ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου φιλοσοφίας. *Non eadem in omnibus ecclesiis psalmodia & precationes.*

Non idem etiam libri. Apocalipsis Petri liber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diet 2 crescentij.

Item Apocalypsi Pauli.

& deprauatione omni annunciemus. Episcopus E
verò etiam primùm testamenti Euangeliũ legit,
† veluti perfectam personam Christi referens.
Porrò precationes itidem & psalmodias, sicuti
dictum est non easdem ecclesiæ omnes habent,
sed neque libros aut lectiones easdem. Nã eam
quæ dicitur Petri Apocalypsim, vt subditicia &
illegitimam à veteribus iudicatam, apud Pala-
stinos in ecclesiis quibusdam semel quotannis
in die parasceues aliquandiu legi solitam fuisse
inuenimus. qua die populus magna cũ religione
& contritione saluliferæ passionis Christi me-
moriæ ergò ieiunat. Rursum eam quæ Pauli A-
postoli dicta est Apocalypsim, quam ex priscis
hominibus nemo vidit, monachi plures cum
veneratione admirantur. Fama quidẽ increbuit,
hoc ipso imperante Theodosij tempore, reue-
latione diuina repertum esse librum eum, in pa-
tria, paternáque domo Pauli Tarsi Ciliciæ, in
arca marmorea repositum, & in terra defossum. F

Euseb. lib. 7. cap. 19

Quod sanè falsum esse, presbyter quidam eccle-
siæ Tarsensis grandæuus admodum (nam id ca-
nicies testabatur) confessus est. nihil enim eius-
modi suo tempore euenisse confirmauit. Quod
quum asseueraret, admiratus est, si non ab hære-
ticis fama ea cõficta esset. Id quod in multis etiã
aliis libris factum esse, antea diximus. Romanis
mos est, sabbato quouis ieiunare. Cæsareę Cap-
padocum, qui post baptismum peccassent, eos à
communione arcebant: quod itidem Nouatiani
faciunt. Idem Macedoniani quoque in Helle-
sponto, & item Quatuordecimani in Asia ob-
seruauere. Nouatiani in Phrygia digamos, &
eos qui ad secundas nuptias transiissent, nõ re-
cipiunt. Qui verò Constantinopoli sunt eorum
populares, propalàm eos neque admittunt, ne-
que reiiciunt. In Occidẽre autem id liberum est
prorsus. Sedenim dissensiones tales in ecclesiis
inualuisse opinor, reuerentia eorum qui eis ab
initio præfuerũt, & qui illis deinde successerũt.
Nam ij tãquam leges quasdam ab illis acceptas,
per manus posteris tradidere: non satis pium,
neque ferendum esse arbitrati, si traditiones, in
quibus educati essent, non honorificè colerent,
sed contemptim reiicerent. At mihi valde labo
riosum & difficile esset, variantes per vrbes &
regiones omnes ecclesiarum consuetudines e-
numerare & perscribere. Ferè enim fieri id om-
nino nequit. Eandem autem priscos homines
existimandum est obtinuisse de festo hoc die,
cuius gratia in hunc locum digressi sumus, opi-
nionem, quòd scilicet ex consuetudine quadam
diuersum habuit festum Paschæ cultum. Nunc
verò diuina suppeditante gratia, impedimentis
& dissentionibus omnibus temporis cursu sub
latis, concordibus sententiis apud omnes in ec-
clesiis Christi festus dies Paschæ celebratur. Er-
rare autem illi, quemadmodum prius quoque
dixi, mihi videntur, quorum se. monibus increbuit. Nicænam fidem Paschæ ferias in errorem
& varietatem eiusmodi adduxisse. Nam synodus
eam operam potius nauauit, vt populus qui an-
tea à patre maiore dissentiebat, ad vnanimem
concordiam pertraheretur.

** *Consulat Ambrosium hominem Dei Augustinus adhuc catechumenus, vtrum secundum morem suæ ciuitatis mater eius sabbato ieiunare, an Mediola-*

Romani quo nis sabbato ieiunant.

Seuerę Nouatianorum obseruationes peccantes post baptismum.

Bigamorum reiectio.

Causa & occasio variantium in ecclesijs obseruationum.

nensis ecclesiæ more prandere deberet. Ac ille quid possum, inquit, hic docere amplius quàm ipse facio? Quando hic sum, non ieiuno sabbato. Quando Romæ ieiuno sabbato. Et ad quamcunque ecclesiam ueneritis, inquit, eius morem seruato. si pati scandalum non vultis, aut facere. Custodita scilicet eorum inter quos viuimus in his rebus inoffensa societate & cauenda, ne tempestate contentionis serenitas charitatis obnubiletur. August. epist. 86.

Quòd antiquitus & ab ipsis Apostolorum temporibus dissensiones quædam & variæ obseruationes in cæremonijs fuerint & quòd cæremonię veteribus non tanopere curæ fuerunt, sed necessaria tantum & fidem promouentia constanter seruare iusserint.

Caput 35.

ENimuerò quod ab Apostolorum vsque tẽ-
poribus multæ dissensiones propter ob-
seruationes quasdam fuerint, illos ipsos produ-
cam testes. Scribit nanque diuus Lucas in Acto-
rum libro: Quum Apostoli dissidium intercef-
sisse eis qui ex gentibus fidem complexi fuerãt,
& fidelibus Iudæis cognouissent, congregati si-
mul omnes, constitutionem factam in epistolæ
formam redegerũt, per quam fideles à graui le-
gis seruitute liberarunt, & superuacanea ea de
re nugamenta inhibuerunt. Certam autem rec-
tionis & ad veram erga Deum pietatem ducen-
tis vitæ formam proposuerunt, quæ necessariò
obseruanda sunt, dissertis verbis prædicantes. Nõ
intempestiuum verò esse duxi, vt eam ipsam il-
lorum epistolam, euidentioris cognitionis gra-
tia, in historia hac referrem. Apostoli & senio-
res & fratres, his qui Antiochiæ & in Syria &
Cilicia ex gentibus sunt fratribus, Salutẽ. Quo-
niam audiuimus, quòd quidã ex nobis exeuntes
vos turbarint, verbis labefactantes animas ve-
strãs dicendo circumcidi vos & legem seruari
debere, quibus id non mandauimus: placuit no-
bis collectis in vnum, eligere viros, & ad vos
mittere, cũ charissimis nostris Barnaba & Pau-
lo: hominibus, qui tradiderunt animas suas pro
nomine Domini nostri Iesu Christi. Misimus
ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis eadem
verbis referrent. Visum est enim spiritui sancto,
& nobis, nihil amplius vobis imponere oneris,
præterquam hæc necessaria, vt vos abstineatis
ab his quæ simulacris immolata sunt, & à san-
guine, & suffocato, & fornicatione à quibus vo
bis cauentes, rectè rem agetis. Valete. Hæc Deo
placita sunt. Hoc enim inquit epistola: Placuit
spiritui sancto, nihil aliud oneris imponere pre-
terquam quę necessariò seruata oportet. At qui-
dam hæc nihil curantes, omnem quidem formi-
cationem pro nihilo habent: de diebus autem,
& ferijs, & instituris, perinde atq; de anima ipsa
decertant. Dei mandata inuertentes, & sibi ipsis
leges ferentes: haud secus atque si studiosè hoc
agerent, vt contrarias maximè aduersus decreta
Dei res agitantes latère possint. Et potuissemus
nos orationem hinc de festo Paschæ magis di-
latare, & clarè satis ostendere, quòd ne Hebræi
quidem certò id & accuratè seruent: neque typũ
seu figuram eius, sicuti eis tradita est, colãt: præ-
terea quòd Samaritani, qui ab eis sunt diuuncti,
certissimè semper ferias hasce celebrẽt. Verùm
suo seorsim ad rem hanc fusius explicandã tem-

Etiam temporibus Apostolorũ diuersę fuere in ecclesijs obseruationes.

Epistola Apostolorum ad eos qui ex gẽtibus in christum credidẽrunt.

Pascha Iudæorum.

Post æquinoctium sequens.

pore est opus. Illud porrò potius nunc dicendũ A
venit. Qui Iudæos sibi imitandos, & exactã typi
& figuræ rationem exhibendam proposuerũt,
eos modis omnibus illos * sequi debere. Si nan
que accuratam obseruationem inquirere volũt,
non illi dies tãtùm obseruare debent, sed & alia
quæcunque Christus quum sub lege esset, Iu-
daico more fecit, aut à popularibus & tribuli-
bus suis iniuria affectus pertulit, aut alio etiam
modo omnibus benignè faciẽs per figurã agere
perseuerarit. Siquidem nauim ille sæpius ingres-
sus, doctrinam promulgauit: & in cœnaculo
Pascha primùm parari curauit, & ante id asinã
ligatam solui iussit: & hominem aquam in vase
fictili gestantem, eis qui Pascha parare depro-
perabant, signum proposuit: & multa alia, quæ
variè in diuinis Euangelijs feruntur. Quæ sanè B
omnia corporaliter obseruare non student, qui
ferias hasce ritè celebrari debere æquũ esse pu-
tãt. Quis enim ex doctoribus vnquam iuxta ty-
pum & figuram in nauigio docere cœpit? Neq;
in cœnaculo seu superiori parte domus, vt ante
omnia Pascha celebrans quisquam peragaret,
studio habuit. Sed neque ante id asinam ligatam
solui mandauit, neque adeò quenquam aliquis
vas fictile in humeris ferre iussit, vt ne quod sym
bolum & signũ Paschæ desideraretur. Fortuita
nanque hæc sunt, & Iudaismum potius referre
existimantur. Siquidẽ & Iudæi ea quę sic in cor-
poribus accidunt, maiore studio, quàm si ani-
mabus eueniant, obseruare cõtendunt. Proinde
etiam execrationi obnoxij sunt, vt qui Mosæ le-
gem veluti typum & figuram magis quàm veri-
tatem excipiunt. Et qui illorum res admirantur
& amant, talia * ad sensus speculationesque ar-
canas & sublimes reuocant. De diebus certè
quidem & mensibus irreconciliabile ecclesiæ
concitant bellum, contemplationem remotiorẽ
de eis posthabentes. Itaque necessariò cõsequi-
tur, & ipsos hac in parte eandem cum Iudęis su-
stinere sententiam & condemnationem, in se
ipsos maledictionis calculum ferentes. Sed de
his satis, vt puto, diximus. Quapropter ad insti-
tutum cursum orationem rursus conuertamus.
Diximus nanque, ecclesiam, quum primùm fa-
ctionibus esset diuisa, in eo rerum statu nõ per-
mansisse: verùm eos deinde, qui secessionem fe-
cissent, parua aliqua arrepta occasione, à suis
desciuisse, & in sectas alias abiisse. Cæterùm alij
aliter diuisi sunt. Nouatiani autem per occasio- D
nem & prætextum Paschalis festi in partes dis-
cessere. Neque illi in vna partium secessione cõ
stiterũt: sed etiam de diebus & hebdomadibus,
aliisque non magni momenti rebus disceptãtes,
in sectas alias sunt dissecti: qui quidem alicubi
segregari, seorsim conuentus egere, alibi autem
communiter simul conuenire soliti fuere.

** Decimam quartam paschæ celebrãdo diem cum Iudæis colentes, aliàs quoque circũstantias eius seruare debent.*

Iudæi corporalium rerum & typorum studiosi, spiritum & veritatem non curant.

** ἀναγωγικὰς θεωρίας.*

Quemadmodum Iudæorum imitatores hæretici.

Sectarum sectiones.

Nouatianorum dissidia.

De Nouatianorum doctrina, de Agelio, Marciano, & Sisinio. & quòd Sisinius in consuetudine quotidiana vrbanus iucundus, & elegans fuerit. Cap. 36.

Episcopi Nouatiani apud Constantinopolim.

ILlud obseruandum, ecclesiæ eorum Constã-
tinopoli ad annos quadraginta Agelium præ-
fuisse, à Constantij temporibus ad annũ Theo-
dosij sextum. Qui quum æger esset, & moriturũ
se esse putaret, successorem sibi designauit Sisi-
nium. Is presbyter sub eo fuit, vir præclarus, &

qui vna cum Iuliano in philosophis disciplinis
Maximo philosopho præceptore vsus fuerat.
Quum autem Nouatianorum plebs electionem
talem, Marcianum potius, hominem religiosum
& celebrem, cuius virtute sub Valente ecclesia
eorum pacata permanserat, designatum opor-
tuisse rata, reprehenderet: Agelius populi sentẽ-
tiæ gratificari volens, Sisinio posthabito, Mar-
cianum episcopum legit. At vbi ex morbo con-
ualuit, ecclesiam ingressus, per seipsum ad po-
pulum retulit: Marcianum verò Sisinum episco-
pum habituros. Hæc verba proloquutus, breui
postea decessit. Sed & Marciano nõ multo pòst
defuncto, Sisinius episcopatũ recepit: vir quẽ-
admodum dictum est, valde clarus. Simul enim
philosophicas & sacras literas accurata diligen-
tia ad summum addidicerat. potissimũ verò sin-
gulari cura in Dialectica & differendi arte se
exercuerat. Quamobrem Eunomius etiã, cuius
ars ea præcipuum opus fuit, sæpe disputationem
eius declinauit. Vita adeò moderata fuit, vt ob-
trectatorum quoque calumnias superarit. Dicta
& quotidiani victus ratio non adeò frugalis, sed
lætior quodammodo & sumptuosior erat, ita vt
quibusdam videretur, eum in splendore & deli-
ciis tantis pudicitiã & continentiam colere non
posse. Et vestitu inprimis exquisito vsus est, &
bis interdum die vno in balneis publicis lauit:
moribus præterea iucundus, atque in familiari-
bus colloquiis gratiosus. Proinde non Nouatianis tantum, sed & episcopis, principibusque
viris, & magistratibus ecclesiæ catholicę charus
esse visus est. Quum enim facetè cũ gratia qua-
dam sales & dicta in alios iecit, tum id etiam ab
aliis humaniter pertulit. Et vtrumque ea mode-
ratione fecit, vt quàm lõgissimè ab hostili acer-
bitate abesset. Vt verò etiã cum venustate quo-
dam interrogantibus, apte atque tempestiuè re-
spõderet, vt Socrati videtur, mirificè promptus
erat. Et aliquando quodam eum percunctante,
cuius nam gratia quum episcopus esset, bis die
lauaret? Quia ter, inquit, non possum. Rursum
quum à quodam, qui catholicę ecclesiæ erat, di-
cto quòd cãdidam gestaret vestem, quæ episco-
pum vel alsena minus deceret, perstrictus esset,
statim dicacitatem in eum retorquẽs: Tibi verò,
inquit, ostendendum potius est, vbinam scriptũ
sit quòd episcopum pulla veste vti oporteat. At-
que vbi ille cogitabundus, quia quod respon-
deret non habebat, staret, subintulit illico Sisinius:
Tu quidem ostendere id nõ potes, at Salomon
me vt id faciam adhortatur, dicens: Sint vesti-
menta tua semper alba. Verùm & Seruator, in
Euangeliis candida veste vsus esse videtur, qui
discipulis, qui secum montem Thabor conscẽ-
derant, Mosen & Heliam cãdidatos exhibuerit.
Hæc atque his similia quum ita diceret, admira-
tioni hominibus fuit. Quin & illud lepidè, vt
ego puto, ab eo dictum, recensendum esse vide-
tur. Aduenerat Constãtinopolim Leontius, An-
cyræ minoris Galliæ episcopus, qui tum ibi No
uatianis ecclesiam ademerat. Conuenit hũc Si-
sinius, & supplicans rogauit, vt corpori suo ec-
clesiam redderet. Quod vbi ille se facturum ne-
gauit, Nouatianos etiam conuiciis acerbè pro-
scidit, minimè eos ecclesiam habere debere di-
ctitans, quòd pœnitentiam tollerent, & miseri-

Agelius. Sisinius Nouatianus Iuliani condiscipulus.

Marcianus.

Sisinius.

præclara eius dotes.

De humanitate & facetijs Sisinij episcopi.

Socra. lib. 6. cap. 22. Soz. lib. 8. cap. 1.

Bis die vno lauit Sisinius.

Idem candida veste vsus.

Universidad de Navarra
Reservados todos los derechos

Facetè Sisinnij in Leontium Antyranum episcopum dictum.

† μεταγνῶ.

† *Quod te consuescere, inquit Socrates, Sisinnius cum Chrysostomo disputauit. Egregia de pœnitentia vox.*

cordiam Dei reiicerent. Talia verò, atque alia E rent. Nouatianos aliarum sectarum habe infectos non fuisse, maioremque eorum partem in ecclesia sua quietam mansisse: eis exceptis, qui propter quæstionē de feriis Paschalibus, quam Sabbathius, sicuti dixi, per res nouas induxit, dissidebant. Multæ verò & aliæ dissectiones, quod & ipsum dictū est eo tempore apud Arianos & Macedonianos & alias sectas fuere. Illis autem ita distractis, magis atque magis ecclesia vniuersalis creuit, quotidie se aliquibus propter mutuas illorum contentiones ad eam aggregātibus. Præcipuè verò qui Græcam idololatriam sequuti fuerant, ad eā confluxere. Nam Imperator vbi consuetudinem præteriti temporis, & loca quæ apud eos religiosè obseruabantur, ciues & subditos suos ad patrium cultum pertrahere vidit, statim à suscepto imperio, primùm quidem aras prorsus adire prohibuit: deinde vero lege etiam lata, quemadmodum diximus, solo eas æquauit. Atque ita illi sacrarum ædium inopia, Christianorum ecclesias frequentare cœperunt. Clàm nanque Græca peragere sacra, maximi erat periculi, si quis in eis deprehensus esset. Et qui eis operari ausus fuisset, capitalis ei pœna & bonorum amissio constitutione imperiali proposita fuit.

Nouatiani quàm aliæ hæreses pacatiores.

Per sectarum dissectiones Ecclesiæ catholicæ corpus creuit.

Idololatræ multi se ad Christianismū contulere.

L. Nequis. C. de sacrifi. pagan.

De diminutione quæ fluuio Aegypti Nilo accidit, & de stella gladij specie referente, & de duobus monstrosis hominibus, & de incremento christianæ religionis. Caput 37.

EO tempore Nilum Aegyptium amnem circiter primum aquarum auctum & incrementum, tardasse longius dicunt. Quam rem Aegyptij grauiter tulere, indignati, quod minus eis esset libertatis, patrio more illumini sacrificare. Id enim imperatoris metus haudquaquam permittebat. Et Aegyptij præfectus prouinciales ad seditionem spectare cernēs. Principi eam rem indicauit. Qui ille cognita, conducibilius esse ei rescripsit, veram erga Deum religionem integram conseruare, quàm fluminis eius vndas, & quæ ex eis proueniat, anniuersariam † fertilitatem fidei præferre. Nunquam enim amnem cum è terra promanaturum fuisse dixit, si talis esset, vt incantationibus & imposturis moueretur. nidoréque gauderet, & sanguinis vndis profluentes è diuino paradiso contaminaret aquas. Non longo post tempore, derepentè ita ille adauctus est, vt alnora etiam loca inundaret. Vbi autem ad iustum modum, parcius etiam profluens, excreuisset & tum nihilominus vnda insuper eius accumularetur, diuersus Aegyptios cepit timor. Verebantur nanque ne Alexandriam vrbem & Libyæ potiorem partem exundatione sua obrueret: tam vbertim vndæ eius profluentes excurrēre. Quo tempore fama est, Græcæ superstitionis homines Alexandriæ casu tam in opinato adductos, ita animi illusisse, vt in theatris etiam & spectaculis exclamarint, fluuium eum vt decrepitum & delirum & postremum iam † eminxisse. Eam sanè ob causam quāplurimi Aegyptij patrijs cæremonijs nuncio remisso, & superstitione sua damnata, ad Christum se contulerunt. Hæc hactenus. Tum verò & prodigia insolita visa sunt, quæ futura orbi mala portenderunt. Primùm nanque inopinata &

Aegyptij ægrè ferunt, quòd eis Nilo, cuius auctu terra irrigatur, sacrificare nō liceat. Plin. lib. 5. cap. 9.

præclarum ea de re Theodosij rescriptum.

† εὐετηρίαν.

Subitum Nili incrementum. Alexandrini vrbi sua ab exundatione tam prolixa amnis metuunt. Ioculare in eū fluuium Alexandrinorum dictum.

† ἐξεφύσησε.

Inopinato Nili incremento multi gentiles ad christianum conuersi. Stella prodigiosa apparet.

† *Apud Socr. est: At ego tibi colloquijs siue concionibus nō interdicam, quando tibi verba facere molestum est. Gratiosus apud omnes Sisinnius.*

† * Μυελάκις μεταγνόντας ἐστελθεῖν ἔπειμος γὰρ ἐγὼ φράσειεν ἂν τοῦ μετανοοῦντα, εἰ μόνον τὰ λοιπὰ μὴ τοῖς ἴσοις πλημμελοῖ δεινοῖς. *Hanc Chrysostomi sententiā cum multa admiratione & laude apud me recitauit in familiari de rebus sacris colloquio, 24. Iunij die, anno Domini 1559. Rudissimæ vsuraturum Philippus Melanchthon. quam non temerè alibi scriptā, quàm hic apud Nicephorum & Socratem, inuenias.*

ta & insolens stella, in cœlo mediæ noctis tempore prope Luciferum refulgens apparuit, circa eum ipsum qui Zodiacus dicitur, circuli quod propter coruscantes radios ingēs & lucida esset. non admodum Lucifero cessit. Paulatim verò ad eam ingens etiam aliarum stellarum vis aggregabatur. Spectaculum id si vidisses, apum examini, quæ circa ducem suum in orbem obuolitant, contulisses. Et quæ veluti ex mutua & violenta concussione ab omnibus eis emicuit lux, in vnam quandam commista flammam euadebat: & gladij prorsus ancipitis', magni, & horrendi, cum terrore quodam relucens, faciē reddebat. Quod enim reliquæ stellæ in idem recidерent visum, & vna, eáque sola, quæ primùm conspecta fuerat, habitu toto, veluti radix aut capulum aliquod appareret, & quodammodo fulgorem exhibitæ illius stellæ omnem proferret, perinde atque ex lucerna funiculus ardens, sic flamma in sublime rollebatur. Hoc quidē visum sic nouum quoddam præbuit spectaculum. Motus autem eius prorsus à stellarum omnium cursu differebat. Primùm etenim ex eo vnde diximus loco moueri incipiēs, vnà cum Lucifero & oriebatur & occidebat. Deinde paulatim ab illo absistens, segniter & pedetentim quasi ad vrsas conuersum, cursum tenebat, & veluti ad spectantes obliquè ad sinistram sua gradiebatur via. Ambitum quidem eundem cum stellis aliis ad quas accesserat communem perficiebat: proprio autem motu, qui ad quadragesimum productus est diem, vix tandem ad vrsam maiorem peruenit. Atque in media astri eius parte, vbi postremùm refulsisset, euanuit. Quo tempore ensifera, seu potius ensis formam referens hæc stella apparuit. Eodem etiam duo hominum corpora visa sunt: alterum quidem in Syria, supra humanam naturā magnitudine excedens: alterū verò in Aegypto, infra incredibilem staturæ breuitatem consistens. Syrus in longitudinem cubitorum quinq; & vnius palmi exereuerat, quanuis pedes eius reliquæ corporis magnitudini proportione non responderent: introrsum enim intorti & vari erāt. homini nomen erat Antonio. Talem ætate quoque nostra ipse vidi, pro monstro habitum, quem breuis admodum staturæ mulier in lucem protulit. Aegyptius autem tam breuis fuit † vt perdici persimilis esset. * Neque ingratum spectaculum erat, si cum illo in globo (hominem scilicet) conuersaretur, & ad cōtentionem excitatus colluderet. Porrò quod mirabile dictu est, prudentia ei inerat, qualis homini formoso competit: quippe cui corporis exilitas ea de re nihil ademisset. Vox à Musis nō abhorrebat. Sermo mentis generositatem spectādam exhibebat. Vterque eodem illo tempore vigēs, non flatim vitam finiit. Maximus enim viginti quinque expleuit annos, minimus autem non multum ab eis abfuit. Multa præterea alia tum concurrēre prodigia, quæ singillatim referre nō huius loci esse puto.

Monstrosi duo hominis, alter maximæ, alter minimæ staturæ.

† παραπλήσιον ὀρτυγίου τὸ μέγεθος. *Staturæ perdicis similis.*

† ἐν μὲν ἀριστερᾷ τῆς ἡλιακῆς ἐπιφανείας, τὴν προσοψιν ἔχουσα ξίφους ἀνὰ μέσον τὸ κράτος ἔχειν.

Quomodo Valentinianus iunior ab arbogasto duce per suffocationem sit interemptus. Cap. 38.

ET Theodosius quidem hoc modo Orientale gubernabat imperium, magna cura magnificè Deum colens, & quotidie nouis accessionibus Christianismum adaugens. In Occidente verò respublica malè habuit. Siquidem iuniorem Valentinianum imperatorem gula fraudata interiisse, renunciatum est. Cædem eam per insidias ei molitos esse ferunt cubicularios eunuchos, atque alios quosdam: Arbogastémq; maximè illum, qui militarium eius copiarū omnium habuit curam & administrationē. Quum enim iuuenem imperio gubernādo nulla propè re patri inferiorē esse, & grauiter pleraque quæ illi statuerent, ferre viderent, consilium eius opprimendi cepēre. Erat autem iræ admodum impatiens. Quæ res etiam apertè cædis ei causa fuit. Cum Arbogaste enim in regia colloquutus, vbi verba in iram insanam euasere, ense præfectum copiarum cōsodere aggressus est. Sed à satellite, cui ferrum extrahere nisus fuerat, inhibitus, tū quidem verbis Arbogastem acrius obiurgatum placauit. Ille autem ex verbis eius opinionem illius in apertum productam accuratius considerando, secum ipse perpendit. Inquirenti enim tanti impetus causam: Allaturum sibiipsi manus esse adolescens respondit, quòd quum imperator esset, facere quod vellet, non permitteretur. Quapropter ibi vita talis ingrata etiam esset.

Cædes Valentiniani iunioris. Arbogastes eius cædis auctor.

Atque ille tum quidē nihil amplius curiosè percontatus est. Postea autem Viennæ in Gallia, quum eum pransum in abditiore regiæ loco, ad fluminis ripam meridiano tempore ludicro cuidam vacantem vidisset, percussores quosdam ex suis ei immisit, qui adolescētulum suffocatione necarēt, quum ex ministris ei nemo adesset. Tēpus enim illos ad prandendū euocauerat. Itaque ille sic crudelibus strangulatus est manibus. At cædis eius patratores, ne, si * extempore statim percussores inquirerentur, facilè deprehēdi possent, sudario eius tanquam laqueo circum collum ligato, sublimem eum suspendēre, vt sua spōte sibi ipse gulam fregisse videretur. Adolescentulum istum mirificè imperio dignum visum esse aiunt, propter bonam corporis habitudinē, & virtutum multarum concursum, quibus Imperator bonus exornatur. Magnitudine verò animi, & iusticia summa, patrem etiam suū exuperaturum fuisse, siquidem ei in virum euadere licuisset. Tali ille morte, quum talis esset, vigesimum ætatis agens annum, vitam finit.

* ἐκ τῆς παραχρῆμα.

Eugenius primū ludi magister, deinde Imperialis ab imperium occidentale inuadit. Magistratus dignitatas primùm literas docuit. deinde ludo literario relicto, in imperiali aula militauit. Atque ibi in ordinem † antigraphiatorum & imperialis pecuniæ custodum receptus, celebris maximè, & apud Imperatorem in magno honorē fuit, magistratorum etiam dignitatē consequutus. Quum autem præsentem fortunam ferre non posset, ad tyrannidem inductus ad id quibusdā. qui se ex victimis, extorū inspectione, & astrorum scientia, futura certò scire confirmabant. Quum multi enim alij eo tempore re-

De Tyrannide Eugenij in Occidente: & vt hunc quoque Deo dilectus Imperator vicerit, quum eam victoriam diuini viri prædixissent. Cap. 39.

EVgenius autem, Græcæ superstitionis cultor, summam rerum inuolat, & Imperialia sibi sumit insignia, adiuuante Arbogaste: qui quòd barbarus genere esset, Imperio manū inicere aggressus non est. Eugenius autem Latinas primùm literas docuit: deinde ludo literario relicto, in imperiali aula militauit. Atque ibi in ordinem † antigraphiatorum & imperialis pecuniæ custodum receptus, celebris maximè, & apud Imperatorem in magno honorē fuit, magistratorum etiam dignitatē consequutus. Quum autem præsentem fortunam ferre non posset, ad tyrannidem inductus ad id quibusdā. qui se ex victimis, extorū inspectione, & astrorum scientia, futura certò scire confirmabant. Quum multi enim alij eo tempore re-

† ἀντιγραφιατόρων. *Contrarotulatores hodie dicuntur.*

Haruspices et astronomi. Eundem ad tyrannidem impellunt. Vlatianus Vrbi R. o. præfectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus fuisse vacarunt, tum maximè Flauianus vr-E bis Rom.præfectus, vir in disciplinis præclarus, atque si alius quisquam, & ipse ciuilium rerum valde peritus, rerumque futurarum (vt ipsi videbatur) vates præcipuus, multum in eis operæ locauit. Qua arte Eugenium, quoque, vt bellum susciperet, permouit, certò illum quidquid aggressus esset, perfecturum pollicitus. Nam sorte fatali Rom. imperium ad eum pertinere, eúmq; belli victorem fore, & religionem Christianam mutaturum esse dixit. Qua ipse adductus Eugenius, multitudine ingenti coacta, angustias in Italia quas Romani Alpes Iulias vocant, occupauit, eisque præsidium imposuit. Vnicũ enim, eúmque arctissimum transitum, præfractis ingentium montium rupibus, vtraque ex parte firmiter munitæ habent. Et Eugenius ad tyrannidem euectus, ea in Occidẽtali. partibus agebat, quæ cum facere æquum erat, qui sic Impe-F rium arripuisset. Theodosius porrò Imperator ea re audita, nõ minoribus rursum quàm antea, quum contra Maximum bellum mouerat. curis est obrutus. Vbi verò & ipse magnũ conscripsit exercitum, secum ipse rem dispiciens, vtrum aduersus tyrannum ire, an illius aduentum expectare deberet, addubitabat. In ea solicitudine, consilio Ioannis enitentis in Thebaide monachi, vtendum sibi esse statuit, quem suprà in eorum qui sanctam vitam egerunt catalogo clarissimum, & quùm aliis admirandis operibus tum maximè futurorum scientia celebrem fuisse diximus. Quum enim is gratiam diuinam sortitus esset, multa cũ cõsulentibus prædixit. Cuius rei periculum & specimen in proximo tyranno præbuerat, incruentam illam victoriam Theodosium reportaturum esse vaticinatus. Itaque G fidissimum sibi eunuchum Eutropium in Aegyptum misit, vt aut virum sanctũ. si facilè id fieri posset, ad se adducẽt: aut ab illo, si cõstanter aduẽtum detrectaret, quid de bello faciendũ esset, cognoscere conaretur. Eutropius eò profectus, nequaquam Ioanni vt ad Imperatorem veniret, persuasit. Quapropter illum, vt euentũ belli prædiceret, rogauit. Atque ille, Theodosium quidẽ post eadem multam, victoriã de tyranno consequuturum: non multo autẽ pòst, ipsum quoque in Italia morituũ esse, respondit. Vtrunque hoc an euentum talem habuerit, historia declarabit. Postquã enim ea quib. in bello opus est, abundè comparauit. Honorium etiam filium Imperatorem renunciauit: Arcadiũ namque antea ad Imperiũ euexerat. Ambobus filiis Cõstantinopoli relictis, ipse cum copiis Orientalib. omnibus in H Occidentem est profectus. Ingens autem Barbarorũ, qui ad Istrum colunt, multitudo, voluntate sua auxiliũ ferẽs, eũ sequuta est. Porrò quũ ordinum duces paucitatẽ sociorũ causarentur, & expeditionẽ differendam suaderent, vt scilicet primo verè exercitus alius contraheretur, & militũ numero hostes vincerentur, nequaquam in ductorũ consilio religiosissimus acquieuit Imperator. Minimè namque tantã tribuendam esse imbecillitatẽ dixit, omnipotẽti crucis armaturę, quę ex aduerso Herculis imagini opposita esset. Exercitui enim meo, inquit, crux præit: illius autem copias Hercules ducit. Hæc verba proloquutus, iter ingressus est. Constantinopoli au-

Eugenius Alpes Iulias præsidio impositio occupat.

Theodosius expeditionẽ aduersus Eugenium parat.

Ioannem Anachoretam Aegyptium de belli euentu consulit.

Ioannes iste Theodosio incruentam aduersus Maximum tyrannum victoriã prædixit. Idẽ per Eutropiũ eunuchum eidem victoriã rursus, sed cruentam contra Eugenium et mortẽ quoque eius prædixit.

Barbari auxiliares in Theodosii exercitu. Ordinũ ductores Theodosio bellum differendum suadent. Theodosius crucis armatura fretus contra hostem progreditur. Diui Baptistæ templum in Septimo.

tem profectus, vbi in* Septimo ad ecclesiam ve-*In hoc Constantinopoli proficiscens Theodosius rẽ diuinã facit.*
nit, quã ipse Ioanni Baptistæ (eũ enim præcipuè honorabat) cõstruxerat. eã est ingressus, vt simul & precationem ad Deum faceret, † & Baptistã ad ferẽdum sibi auxiliũ * † inuocaret. quo optatum sibi & Romano exercitui exitum pugna haberet. Re ibi diuina, ita vt par erat, peracta, postea in Italiam peruenit: & confestim ad Alpes contendens, prima tyrãni præsidia cepit. Atque vbi transitu præcipiti præterito, acclui itinere in collem quendam cõscendit, planicie omnem innumerabili peditũ & equitũ multitudine teneri, nec ita longè a tergo alias hostium turmas in vertice mõtis, qui tunc quidẽ quieti erãt, sibi imminere vidit. Postquã autẽ prima acies se de colle demittens, eos qui planicie occupauerant, aggressa est, ingens & dubiũ præliũ commissum est. Et ibi, quantũ in humanis viribus situm est, non facilè seruari posse copias suas, à duobus hostium exercitibus circũuentas, intellexit. Iam enim & illi, qui in summo monte quieti constiterant, a tergo suos aggrediebantur: & qua in parte Romani cum Romanis pugnabant, æquis viribus decertabatur. Vbi autẽ auxiliares barbari præliabãtur, multo illis Eugenij milites superiores erant. Imperator vbi auxilia sua sic concidi vt dixi, vidit, humi prostratus, lacrymis solũ rigauit, Deo supplicans, ne sic Romanorũ imperiũ in summo internecionis periculo despiceret. Eum vero Deus quãprimùm exaudiit: id quod belli euentus cõprobauit. Interuenit nox, & exercitus animũ despõdebat. Imperator autẽ animi anxius, & consilij inops, in summo montis, in quo castra & exercitum habebat, vertice, precatoriã domum iniuit. In ea noctem totã, rursum rerum vniuersarum Dominũ supplicter orans, consumpsit. Circiter verò galli cantũ, contra animi seuritiam somno oppressus, & in nudo solo prouolutus, viros duos videre visus est candida veste indutos, & candidis etiã equis vectos. Qui ad eum accedẽtes, forti esse animo, & metum abiicere, atque cum diluculo aciem ritè instruere, & aduersus hostes confidẽter ducere inferunt: subsidio se à Deo ei missos & in prima acie pugnaturos esse, addentes. Et alter Ioannem euangelistam, alter autem Philippum apostolum se esse dixit. Idem verò ex militibus etiam quidam vidit, qui ordinis sui ductori visionem eã indicauit. Ille eam ad tribunum, atque is ad exercitus ducem retulit. Hic porrò rem talem vt nouum quiddam, apud Imperatorẽ exposuit. Qua ille audita: Non mea causa, inquit, miles eos vidit. Ego enim prior vidi, & victoriã mihi pollicitus credidi. Verùm ne quis me lic temerè & cupidè ad pugnam progredi, aut somnium fingere putet, vniuersitatis huius Dominus hoc ita præcauit, vt miles meus idẽ videret, & testis locuples sermonis mei esset. Proinde timore quãm longissimè abiecto, antesignanos illos, qui in prima acie dimicabunt, sequamur. Ne quis verò nostrũm ex hostium multitudine victoriam æstimet, sed potius alacri fi-

Theod. lib. 5. cap. 24. Diuus Ioannes euangelista, & sanctus Philippus apostolus in somnis Theodosio apparuit. Eos quoque miles quidam vidit. Diuino auxilio confidit Theodosius, & per id milites ad fortitudinem exhortatur.

† εἰς ἀρωγὴν μεταγλίσασθαι τὸν βασιλέα. *Theodosius primum hostili præsidium ad Alpes capit*
καὶ σύμμαχον αὐτῷ ἐπικαλέσασθαι τὸν βασιλέα. Sozom lib. 7. cap 24.

ducia in Deum fixa, præeuntes duces consequatur. Eiusce modi verbis vbi militibus animũ addidit, ex collis vertice aciem structam duxit. Eugenius vbi Theodosij exercitũ pugnãdi amore teneri vidit, ipse quoque copias suas instructas in aciem produxit. Et in tumulum quendam cõscendit, & Imperatorem sua sponte manus sibi allaturum esse dixit: ducibúsque suis præcepit, vt ne illum occiderent, sed viuum potius ad se adducerent. Postquam acies ita aduersis frontibus constitere, mirifica variarum gentium multitudo in hostium partibus esse visa est. At qui cõtra eos in armis ordine suo stabant, perquàm pauci, ita vt eorum numerus facilè iniri posset, erant. Coitio prima ad fluuium qui Frigidus dicitur, est facta. Exercitus ductor Bacurius, magno animi robore concepto, tantopere impressione sua hostium phalanges turbauit, vt statim B sui incurrerẽt, & ordinibus ruptis in fugam eos verterent, qui persequuti eos pridie fuerãt. Porrò duces tyrãnicæ eius aciei, quam à tergo summum montem insedisse diximus, misso ad Theodosium oratore, ad partes eius se trãsituros esse receperunt, si maioris dignitatis eis apud eũ locus esset, Imperator legationem eam suscepit. Et quum chartæ copia non esset, tabula quam ex assistentibus militibus quidam casu quodã ferebat, arrepta, in ea quem quisque illorum præclarum & conuenientem locum apud se habiturus esset, si promissis starent, eáque ad finem debitum perduceret, descripsit. Ad hunc illi modum simul omnes ex hostibus socij Imperatoris sunt facti. Adhuc campestris pugna acriter committebatur, necdum victoriæ impetus in alterutram partem inclinabat, quum ingenti vi alicunde ventus vehementissimus aduersus hostes obortus, qualem nunquam antea flauisse C stratus. Fertur sanè & illud, quo tempore prælio hoc in Occidente est commissum, in * templo Septimi (quæ suburbana Constantinopolitanæ vrbis regio est in quo precatum esse Imperatorem diximus, quum ex ea vrbe in bellũ iret) hominem quendam, qui dęmonis intemperiis agitabatur, in sublime raptum, veluti cum Baptista contendentem cõuicijs illum proscidisse, quod ei caput resectum esset, deinde etiã ferum quiddam hisce verbis exclamasse: Tu me vincis, & meis insidiaris copiis. Qui verò tum in eum hominem inciderant, propterea quòd bellum id tum multis magnæ curæ esset, noui quiddã dæmoniacum dicere opinati, diem in charta excipientes notarũt: & deinde eo ipso tempore prælium factum esse, multorum sermonibus, qui ei pugnæ interfuerant, cognouerunt. Res Eugenij tyranni hoc accidẽre modo.

Eugenius contra Vrbibus suis fretus, insolenter se gerit. Idem Theodosium vinũ ad se adduci iubet. Exercitus hostium maximus. Copiæ Theodosij exiguæ, præsidio fisi. Bacurius dux, ab aliis Barbarius dicitur: strenuè se cum hostibus congredi tur. Morituriũ eum & è præsenti vita mox decessurum imperatorẽ acie secum structa cõgredi dixit. Theo. Pars hostiliũ copiarũ ad Theodosiũ transit. Diuinitus vẽtus hostib. aduersus oberitur. Eiusq; vi obruuntur hostes.

Victoriæ præses Theodosium est.

Hoc prælium Claudianus poëta in Panegyrico ad Honorium recens Imperatorem renunciatum, pulcherrimis carminibus est complexus Victoria velox.

Auspicis effecta tuis pugnastis vterque,
Tu fatis, genitorque manu, te propter & Alpes
Inuadu faciles, cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis: spes irrita valli
Concidit, & saepulus paturunt claustra reuulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuultãque tela
Vertit in auctores, & turbine repulit hastas.
O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat aether,
Et coniurati veniunt ad classica venti.
Alpinæ rubuere niues, & Frigidus amnis
Muratis fumauit aquis, turbãque cadentum
Staret, ni rapidus inuisset flumina sanguis.

Eugenius à suis capitur ad Theodosium adducitur.

Eugenii cædes. Arbogastes seipsum interemit.

** Sozomen. 9. Deo consecratum hoc templum esse scribit. Dæmoniacus quidam Constantinopoli in diui Ioannis Baptistæ templo eladem Eugenij ea qua accidit hora prænidit.*

A cia illi in aduersarios ruentes, eos cedunt. Itaq; hostes manifestè opem eam diuinitùs accidere cernentes armis abiectis, ad Imperatoris misericordiam, veniam ab eo petentes confugerunt. Atque ille eos, precibus cedens, statim in gratiã recepit: eósque & transfugas alios, vt tyrannum captum ad se adducerent, misit. Illi verò vociferantes, magna celeritate in tumulum euadunt, in quo ille casus eius etiamnum ignarus cõsidebat. Eugenius ex incitato cursu, & assiduo illorũ anhelitu, noui quicquam eos adferre, atque adeò victoriæ nuncios sibi aduenire ratus, statim an vinctus & viuus, sicuti præceptũ fuerat, Theodosius adduceretur, interrogauit. Cui illi respõderunt: Non illum ad te, sed potius te ad illum vt adducamus, missi sumus. Victoria namque tyrannum detestata, legitimum imperium est sequuta. Sic scilicet hoc rerum omnium gubernator procurauit. Cum his dictis, ex curru detractum & vinctum eum, qui paulo antè magnas spirauerat glorias, captiuum ad Imperatorem adducunt. Theodosius ea illi, quę in Valentinianum commisisset, & illegitimũ atque iniquum imperium, necnon ciuilia bella in medium proferens, obiecit. Insuper verò etiam auxiliarẽ tutelaremque risit Herculem. Quæ tyrannus audiens, ad pedes se Imperatoris miserabiliter abiecit, & vt vitam sibi donaret, orauit. Quum verò ita illi supplex esset, ex militibus quidã ense stricto caput illi amputauit. Arbogastes autem taliũ tantorúmque malorum autor, vbi biduum in fuga consumpsit, & vitæ tædium eũ cæpit, manus ipse sibi suo vsus gladio attulit. Talis ille fidelissimus Imperator fuit, vt semper in bellis atque prælijs, pro eo atque fieri debet, ex diuino penderet præsidio, quo etiam nunquam est fu-

D

De seditione & tumultu Thessalonicæ orto, propter quẽ Theodosius septem millia virorum occidit.

Caput 40.

VErùm enimuerò nõ procliue alicui est, omnes omnino communis aduersarij nostri plagas effugere. Si quis enim fortè impuræ libidinis affectum transiliat, in auaritiam incidat. Hanc verò si etiã superet, inuidiæ lubrico circũueniatur. Hanc autẽ si quoque cõculcet, fortasse iram nõ vincat. Plures namque pernicios⁹ hostis humano generi struit pedicas, qualicũque vi

Nemo vitiis sine nascitur optimus ille est, Qui minimis vrgetur. Variis nos tẽtat insidiis diabolus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiosiore affectione per artem quandam capere E quemque satagens, & in primis qua aliquem ex naturæ inclinatione facilè capi posse existimet. Quam illic machinationem ita molitur, vt corporis perpessionibus ad animarum momenta abutatur. Mens autem hominis si sedulò excubet, diuino adiuuante numine, victrix abit, & machinas fraudésque illis euadit. De humana natura quum partem quoque suam admirandus iste Imperator accepisset, affectiones quoq; eius communes habuit. Iræ enim iustæ non moderatus officio atque decoro excidit, & facinus crudele & inhumanum commisit. Quod sanè & ipsum pro eo atque potero referam, non tantũ quod lectori id scire conducibile sit, verùm etiã vt In eodem facto simul & crimen & laudem habeat principis tanti, id quid sit, dicam. Vrbs Thessalonicensis, Achaiæ cunctæ, & Thessaliæ, F Illyrico quoque, & aliis Macedoniæ populis præsit, ingens & populosa in hac seditio maxima est orta. In Butherici, qui tum militarib. in Illyrico copiis præfectus fuerat, pincernam auriga oculos adiecerat, eiúsque pudicitiam tentarat. Et ea de causa comprehensus, in custodia detinebatur. Quum autem insigne curule certamen in ea vrbe peragendum esset, supplicauit plebs, vt aurigæ, qui singulari in certamine eo erat industria, deliciis gratia fieret, & is ludicro ei interesse posset. Vbi vero tam sedula deprecatione id non impetrarunt, ad maximum incitati sunt tumultum. Per iracundiam namque plerósque Imperatoris principes viros, & ipsum Buthericum necarunt. Alios autem lapidibus obruerunt, & postea etiam per publicas vias raptantes traxerunt. Quam rei indignitatem post- G quam Imperator intellexit, immani ira accensus est: & furoris impetum non ferens, rationis habenas abiecit, & appetitum calculo & sententia sua comprobauit. Qui licentia tanta recepta, veluti tyrannos arbitrio suo legibus solutus viuens, gladios iniquos aduersus omnes strinxit, & crudeliter non fontes tantum ipsos, verùm insontes quoque & innoxios necari iussit. Ad septem millia hominum cædes ea progressa esse dicitur, non secus atque in messe quadam, ferro quos sors obtulisset obuios carpente, nec indicio, nec quæstione habita. Sunt qui dicunt Imperatorem certum hominum qui interficerẽtur numerum statuisse. Proinde sicuti fieri assolet, factum vt etiam eorum qui causa essent alieni, cæde ciuitas sit completa. Nõ ciues enim & incolæ tantum, sed hospites etiam, qui nauibus eò H culum autem quod Deus cœlitùs calculo suo appulerant, præter expectationem omnem cõprehensi sunt. Et profectò ploratu digna ibi cõmissa sunt facinora, quale est & illud. Mercatoris cuiusdam filij duo sunt capti. Pro quibus, vt incolumes illi seruarentur precatus, seipsum ad necem obtulit: preciúmque præterea quantum auri haberet, militibus se daturũ pollicitus est. Feri verò & inhumani illi, casum viri miserati, alterum quem veller ex filiis precibus hoc eius dantes, redimere iusserunt. Si enim vtrunque dimitterent, periculum sibiipsis creaturos esse, numero cæsorum aliquid decedente, dixerunt. Quum autem paterna natura & pietas in vtrunque respectaret, flens ille & lamentans, quemnam ex vtroque optaret, decernere non potuit. Atque ita animi ambiguus (vtriusque enim, ex æquo, amore vincebatur) vtrumque perdidit, militari ferro cæsum. Sed & seruus quidam hero suo, quo benigno vsus fuerat, quum is ad cædem duceretur, opem ferens, seipsum ad necem alacri animo obtulit.

Theodosius per crudelitatem militibus inuisus, eruentissimam patrauit cædem.

In vrbe Thessalonicensi populus iurès, præcipuos aliquot Comitatenses per tumultum interemit.

Grauissimè ob eam cædem ira accenditur Imperator.

Eam cædẽ septem millium hominum illegitimo supplicio vindicat Theodosius.

Pater quidam in cade Thessalonicensi, dũ propter paternam affectionem, vtrum ex duobus filiis à militibus percussoribus redimat, amisit virũque miser amittit.

Seruus sead necem pro hero suo offert.

De episcopi Ambrosij dicendi & arguendi libertate, vt Theodosium ab ingressu templi Dei prohibuerit & de pœnitentiæ conditionibus, quas Theodosio præscripsit. & de aliis eiusdem Ambrosii egregijs dictis & factis. Caput 21.

HAnc tantam ærumnam diuus Ambrosius audierat. Et quum post I Maximum deiectum, Theodosius Mediolanum venisset, & in ecclesiam, sicuti mos est, precatum iret, & iã ad F fores eius adesset, occurrens ei Ambrosius, & purpura eius apprehensa, in multitudine media, ne sacratum ædium vestibulum tangeret, pro hibet. Resiste, inquit: vitum enim impurum, & manus sanguine innocenti ferè adhuc perinquè stillantes circumferentem, fas non est ante legitimam debitámque pœnitentiam, sacrã ingredi ædem, aut diuinorum mysteriorum participem fieri. Videris enim mihi, ô Imperator, non considerare animo, tantum tot cædium scelus. Neq; postquam iræ furor deferbuit, ratio ipsa tantum agnoscit facinus. Fortasse Imperialis potestas impedimento tibi est, quo minus peccatũ perspicias: & veluti nubes quædam potentia tanta ratiom obiecta est. Sed peropus est, naturam te tuam satis obnoxiam, vt scilicet caduca simul & fluxa sit, & animum atque à primo parente acceptum cinerem, ex quo cõstitimus, & in quem breui diffluentes reuertemur, considerare: nec pur puræ flore, qui luminib. mentis officit, in obliuionem eius quam illa obtegit corporis imbecillitatis adduci. Agnosce igitur, te eiusdẽ naturæ & conditionis hominibus, atque adeo cõsernis tuis imperare. Communis enim omnium Dominus & Imperator est rerum cõditor vniuersarum. Quibus verò diuinũ intueberis oculis templum? Qualibus pedibus sanctum illud calcabis solum? Quomodo manus extolles, quę cædę iniqua diffluunt? Quomodo etiam diuinũ Domini corpus eis excipies? Quomodo sanguinem preciosum ad os afferes, per quod ira trãsuersim actus, tãtum effudisti sanguinis? Quàm longissimè igitur absiste neque tibi ipsi peccatum adaugendo, iniquitatem cõduplica. e Vin- culum autem quod Deus cœlitùs calculo suo comprobauit suscipe, quod tibi incolumitatem veram conciliabit. Imperator autem antistitis dicendi libertatem admiratus, f verbis eius cessit. Nam in diuinis legibus educatus fuerat, certòque sciebat, quærnam Imperatorẽ, & quæ etiã Episcoporũ essent munia. Et cogitabundus aliquãdiu eũ lacrymis pœnitentiæ aculeis ictus, in regiã est reuersus. Et octo continuis mensibus elapsis, illustris natalium Christi aduenit dies, atque Imperator in imperialibus ædibus sedebat lamentans, & lacrymarum humore faciẽ rigans. g Quem in tanto luctu viuere vbi Rufinus magister (hunc autẽ supra alios omnes ille propter familiarẽ consuetudinem honorabat) vidit placidè ad eum accessit, & lacrymarum causam inquisiuit.

In Nicephori græco exemplari Eugenij nomen positũ est: sed ego pro eo Maximum reposui, propter consequentia, vbi dicitur Theodosiũ cõtinuo Constantinopolim reuersum esse. Ambrosius episcopus Theodosium ob tam tyrannicũ facinus templo sedulani excludit.

† Hæc verba Theodoritus non habet. lib. 5. cap. 19.

Grauissima Ambrosij ad eum verba, iniuitato ad cognitionem sui, & pœnitentiam.

Eucharistiæ laicis in manus data.

Potestas excommunicatio Theodosij. Ambrosius lib. epist. 28. allatus epist. simũ pœnitentiæ exemplũ. Dolet Theodosius se, quòd sua tali Christiano adire templa non audeat.

f Imperator episcop. patuit.

g Rufinus eum Theodosio loquium.

inquisiuit. Et ille, altius vehementi & acri ducto A suspirio, prolixiùs fleuit. Deinde ad illum cõuersus: Tu quidem, inquit, Rufine ludis, nequaquã enim malorum meorum sensus ad te peruenit. Mihi autem cur gemam & lugeam, causæ extãt, qui tantam quæ mihi accidit, erumnam sentiam. Quomodo verò ego non affligar, quum secuis & mendicis etiam, absque metu omni, diuinum templum ingrediendi libera sit potestas? mihi porrò non modò id tangere non licet, verùm etiam cœlum ipsum clausum esse. Neque enim diuini illius oraculi non memini, quod dixerit verbis statuit: Quæcunque à sacerdotibus Dei ligata fuerint in terris, ea etiam in cœlis certò esse ligata. Tum confestim ille: At si, ait, Celsitudini tuæ viderur, conueniam quamprimùm Antistitem, & nihil non tentabo, vt vincula tua B soluar. Verùm non obsequetur, Imperator inquit, ille tibi, sat scio. Perpectam enim maximè habeo Ambrosij sententiæ æquitatem. Nunquã ille Imperij amplitudinem diuino præferret honori. Postquam autem multa proloquutus Rufinus, pollicitus est, se Ambrosium in sententiã suam adducturum: Imperator eum, quod cõstituisset facere permisit. Abiit ille, & Theodosius ingentibus illius promissis adductus, paulo pòst eum est subsecutus. Cæterùm vbi Rufinus cum Ambrosio est colloquutus, verba eius interpellans vir diuinus: Tu verò, inquit, Rufine, canum impudẽtiam plurimum æmulari videris. Quum namque præter ius ô * diuina vindicta, tantam cædem perpetraueritis, & tanta rabie in imaginem Dei sæuieritis, neque metus vobis incesserit, C neque rubor in ore vestro efflorescit: sed verecundiæ pudore detersо, cum petitione tali aduenitis. Vt verò Rufinus illi magis ac magis supplicando institit, & Imperatorẽ quoque iamiam aduenire dixit, diuino ardore incensus Ambrosius, cum clamore magno: Ego tibi prędico Rufine, inquit, me iterum aduenientem illum sacris ædib. prohibiturum esse. At si ille imperio æquo posthabito, tyrannidem exercere statuit, perlibẽter ego hac de causa mortem adibo. His verbis auditis, Rufinus per internuncium, ne ædib. Imperatoris progrederetur, Imperatori significauit. Atque ille, vbi, inter eundum nunciũ eum accepit: Eo, inquit, merito meo obiurgationem & contumeliam excepturus. Et vbi proximè ad templum accessit, ingredi id quidẽ ausus non fuit. Vbi autem ad Ambrosium, qui in D ædẽ salutatoria confederat, venit, vt insolubilia vincula sua solueret, eum rogauit. Ambrosius verò illũ sanctiones diuinas proculcare arguit: & aduentum eius, qui ita Deo repugnaret, tyrannicum appellauit. Ibi Theodosius: At ego, inquit, non id studio habeo, vt cum temeraria confidentia sacrum ingrediar vestibulum. Te autem oro, vt vincula mea soluas, & communẽ Domini benignitatem imitatus, non soli mihi in faciem misericordiæ fores claudas, quas cõmuniter omnibus resipiscentibus, & pœnitentia multa vtẽtibus, misericordiæ Dominus aperuit. Ambrosius verò: Verùm dic age, inquit, quæ tua fuerit, post tantam iniquitatem & effrenis iræ petulantiam, pœnitentia? Qualia tandem incurabilibus affectionibus adhibuisti remedia? Sub hæc placidè Imperator dixit: Tuæ verò, ô vir diuine, id est operæ, indicare mihi, & temperare sacræ medicinæ remedia. Meum autem fuerit ea suscipere, etiamsi multum habeat actimoniæ & asperitatis. Ibi tum Ambrosius diuino spiritu plenus: Quandoquidem, ait, ira concitatus vindictam illam præcepisti, & sententiam illam non ratio in tranquillo statu suo consistẽs, sed furor insana & vecordi audacia productus tulit, vt legem & constitutionem promulges volo, quę iræ calculos condemnet, & iussionum tuarum administris iniungat, vt publica iudicia, & capitalium causarum pœnas ad trigesimam vsque diem differant. Et vt sententiæ capitales in scriptum relatæ, rectum & pacatum rationis iudicium expectent. Porrò diebus his elapsis, quibus iudiciorum cura commissa est, scriptum proferant, vt scilicet quum iam ira deferbuerit, & ratio sibiipsi restituta fuerit, sententiam latam per diligentissimam perpendant, iustãne sit, an iniqua. Ac siquidem contra ius ea concepta fuerit, statim ea conscindet: sin cõtrà, multo etiam magis cõfirmabit. Et dierum istorum numerus ad id quod conducat maximè cognoscendum proderit. Peræquum enim est, tempus id intercedere, quod quùm Imperatoris iram placet, tum furore langueſcente humanitati & misericordiæ locum det. Imperator igitur diuini antistitis præscriptum suscepit, & optimum id esse dixit. Confestim etiam * constitutionem cõscripsit, & vt in sempiternum robur suum obtineret, manus suæ subscriptione, eam confirmauit. Quo facto, vinculum quoque illius solutũ est, quum quidem publicè prius Imperator peccatum suum in ecclesia confessus fuisset, & libenter admodum constitutum pœnitentiæ tempus suscepisset. Quo tempore in luctu degens, Imperialibus ornamentis vsus non est. Deinde in sacri templi ædes admissus, non stans ille, neque genibus flexis, rerum vniuersarum Dominum precibus placauit: sed supinus in solum abiectus, miserabilem illam Dauidis emisit vocem: Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me, secundum verbum tuum. Et comam insuper vellens, frontémque dimerberans, & solum lacrymis madefaciens, delicti veniam ad eum modũ petiit. postquam verò tempus aduenit, quum eũ more repto, munus ad sacram mensam afferre oporteret, lacrymans surrexit, & diuinum sacrarium ingressus est, & dono ex consuetudine oblato, intra sacros cancellos permãsit, in sanctiore sacerdotum loco, vbi antiquitùs Imperatores consistere mos erat, propter dignitatis sublimitatẽ à plebe segregaros. Quam rẽ quòd Ambrosius adulationis magis quàm ordinis recti esse putabat. Imperialis quoque stationis locum, ita vt par erat, in ordinem suum redegit, pro tabulatis seu cancellis sacrarij sede illi designata: vt

Potestas ligandi.

Rufinus Ambrosio nõ persuadet, vt in ecclesiam Imperatorem admittat.

Ambrosius ad martyriũ obeundum paratus.

Theodosius Ambrosium in salutatoria ade pro templo conuenit. Colloquium Theodosij cum Ambrosio.

Ambrosius Theodosio cõditionẽ resipiscentiæ præponit.

Constitutio Theodosij talis fuit: Impp. Valentinianus & Theodosius Augg. Flauiano p. p. Illyrici. Si vindicari in aliquos sæuerimus, contra nostram consuetudinem, pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Reos sanè accipiat vinculatque custodia, & excubiis solertibus vigilanter obseruet.

Constãtia Theodosij de iudiciis capitalibus non præcipitandis.

Theodosius antea lege sanxerat, vt aut cõuictum velox pœna subduceret, aut liberãtium custodia diuturna non macerauerat. l. de test. C. de custod. reor.

Theodosius pœnitentiæ legibus seruatis absoluitur.

In templũ admissus Theodosius pœnitentiũ vtium seruat.

Munus offertorium Theodosij.

Ambrosius antistes libertatis magnæ, nihil adulationi aulicæ tribuit, sed in ecclesia ἐυτάξιαν, hoc est, ordinẽ conseruat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imperator honoratiorem quidem præ populo B stationem haberet: præ illo autem sacer ordo locum sublimiorem obtineret. Eum ordinem vt optimum Theodosius tum laudauit, posteri quoque confirmarunt: qui inde ad hæc vsque tempora seruatur. Ego vero semel annuo tempore nostræ ætatis Dei amantissimos Principes, magni sabbati die, sacra adyta maximi Dei Sapientiæ templi ingredi vidi, quũ sub crucis forma, in sacra mensa noua adolerent aromata, & dona eiisinferrent. Sed ad institutũ reuertamur. Postquam in sacrarium ingressus est Theodosius, blandè eum, si quid vellet, Ambrosius interrogauit. Ille verò se ibi diuinorum mysteriorum perceptionem expectarum esse, respõdit. Antistes primario diacono internuncio visus, ei significauit, sacrarium interius à solis aditu sacerdotibus, reliquos autem omnes se aditu eius abstinere. Exeundum igitur sibi esse, & in F communi cum aliis loco standum esse: Purpuram imperatores, non sacerdotes facere dicens. Imperator diuinus illi rursum renunciari iussit, non temeritate se adductum, sed consuetudinẽ quæ Constantinopoli seruaretur, sequutum, intra sacrarij cancellos venisse. Magnas verò eo etiam nomine de tali institutione se illi gratias agere. Ad hunc scilicet modum & Imperator & episcopus mirifica eniteure virtute, vt mihi decernere facile non sit, vtrum alteri præferã. Plurimum sanè illius in dicendo libertatem, huius autem in rebus diuinis religionem: & item illius ardorem, huius sincerã in Deum fidẽ admiror. Leges eas quas ab Ambrosio didicerat, etiam Constantinopolim reuersus diligenter seruauit. Quum enim & ibi die festo diuinam ingressus ædem, donum suum mysticę mensæ inferret, statim retrocedẽs inde exiit. Episcopo autem (Nectarius is tum erat) factum id ægrè ferente, & quãnam de causa ex sacrario abiret, inquirente, cum quadam molestia. Vix aliquando tandem, inquit, quod discrimen sit inter Imperatorem & sacrorum antistitem, cognoui. Vix veritatis doctorem inueni. Vnum namq;, qui pro dignitate sua episcopali nomine rectè vtatur, Ambrosium reperi. quantum commoditatis obiurgatio, affectione vitiosa carens, si in tempore à viro spectatæ virtutis & iusticiæ adhibeatur, adferat, indicans. Ambrosij huius multa quoque alia sunt rectè facta, episcopali virtuti conuenientia, quę loci eius incolis nota esse par est. Ego autem vnum quoque illud, quod de eo audiui, memoria dignum, historię huic inseram. Ex magistratib. quidam, Græcorum superstitioni addictus, Imperatorem Gratianum conuicio prosciderat, cúmq; à patre suo degenerasse dixerat. Quo nomine quum accusatus à quibusdã fuisset, capitis damnatus est. Et iam ille ad suppliciũ duci debebat, quum Ambrosius pro eo deprecaturus, in regiam se celeritate magna confert. *Accidit tum, vt venationis spectaculo Gratianus operam daret, qua se laxandi animi gratia Principes oblectare solent: neque quisquam ex eis qui ad vestibuli custodiam dispositi erãt episcopi præsentiam, quòd eius rei tum opportunum tempus non esset, Imperatori indicaret. At Ambrosius inde discedens, ad fores eas peruenit, per quas feras inducebant, & venatoribus mixtus ita vt ignoraretur, ingressus est. Neque inde prius est egressus, multa Gratianum & eos qui cum eo erant precatus, quàm ille condemnationis sententia de homine eo inducta, aliam ferret, quæ illum crimine absolueret, qui iam ad mortem raperetur. Nemini verò Ambrosius ecclesiasticis constitutionibus magno studio & cura seruandis cessit. Clero autem in officio cõtinendo, & diuinarum legum disciplina imbuẽdo, felicissimus fuit. Ex plurimis verò, quæ ille rectè gessit, rebus, pauca hæc commemorasse satis est. Abũ dè enim declarare hæc possunt, quãta propter insitam sibi virtutem, cũm dexteritate quadam, in diuinis negotiis, tum apud principes Rom. vsus sit libertate.

Ambrosius Theodosium intra sanctius sacrarium templi consistere non patitur facillimè Theodosius admonitionibus Ambrosij obsecundat.

Constantinopoli quoque Theodosius postea in templo extra sanctius sacrariũ consistere solitus.

Crimen eius qui Principi maledixit. Ambrosius hominem ethnicum à Gratiano Imperatore ad supplicium damnatum, deprecatione sua liberauit.

Venationes principum animi laxamenta.

De pietate & virtute Placillæ imperatoris Theodosij coniugis. Caput 42.

THeodosius Imperator plurimum quidem Ambrosij doctrina & constitutionibus est delectatus. Non parum verò occasionis & vtilitatis ei ad pietatem scilicet etiam, attulit eius cõiunx. Quotidie nanque illi diuinas leges, quibus ipsa etiam erudita fuerat, in memoriam reuocauit. Nõ enim illa se imperiali efferebat potentia, sed potius amorem erga Deum sibiipsi veluti thesaurum conseruabat. Quanto nanque illa maiora ab eo beneficia acceperat, tanto etiã quotidie charitatem in benefactorem suum adaugebat magis. Itaque eorum qui variis detinerentur morbis, & membris partibũsque corporis mutilati essent, omnis generis curam gessit, ipsa per seipsam in rebus omnibus eis inseruiẽs. G In illorum enim domicilia ventitabat, & qua quisque indigeret re, eam illi suppeditabat. Et ecclesiarum hospitales domos circumiens, eos qui graubus, morbis lecto affixi erant, curauit. Nõ enim tantũ illorũ attingebat ollas, & iuscula delibabat: sed & patellas admouebat, panem apponebat, ciborũ lustra afferebat, pocula eluebat, aliáque omnia promptè & feliciter obibat, quæ seruarum & ancillarum sunt officia. Ad eos verò qui ministeriũ eius, quod per manus ipsas suas peragebat, inhibere conabantur, dicere solita erat: imperio quidem conuenit, vt aurum id largiatur. Ego verò manuum mearum opus pro Imperio ipso, ei qui id semel contulit, offero. Viro autem suo talia verba frequenter subiiciebat: Considerare te semper, coniunx suauissime, oportet, & quisnam antea fueris, & in quem locũ te euexerit vniuersitatis huius Deus. Si enim perpetuam eius rei obtinueris memoriam, non prorsus te ob accepta beneficia erga eum ingratum præstabis: sed ex præscripto legũ Dei quod ab eo accepisti, gubernabis imperium: & ita eũ qui id tibi vt fideli ministro commisit, ritè coles. Eiusce modi verba accinens, quæ ei insita erant diuina excitauit semina, continuo admonitionum fluxu ea rigans.

pietatẽ Theodosij admodũ auxit Placilla coniunx.

pulcherrimũ christianissimæ Principis specimen Placillæ. Fœmina princeps pauperibus & ægrotis inseruiens.

digna christiana Augusta vox. Aliud cordate & sanctæ imperatrice verbum memorabile. præceptũ omnibus principibus instillandum.

De tumultu & seditione Antiochena, & proterua statuarum deiectione: & vt iram & indignationem ea de causa Imperatoris Flauianus episcopus orator lenierit. Cap. 43.

ACcidit autem, vt prior hæc coniunx eius fatis concederet. Propter quam cum casu quodam

Magno amore & honore etiã defunctã Placillam Theodosius est prosequutus. Theodosius propter sumptus frequentium bellorum ciuibus extraordinaria imponit tributa.

† *Populus ea de causa Antiochiæ seditionem mouet. Plebs furibunda in statuam Placillæ Augustæ ibi fauit Grauissima Theodosij in Antiochenos ira, qui de ei extrema quæque statuit.*

a Profuit illis Theodosij lex, quam ex præscripto diui Ambrosij iussit.

b Antiocheni pœnitentiam agunt. Optimus subditorum ad principem sibi iratum placãdum processus. Flauianũ episcopũ suum oratorem & deprecatorem ad Theodosiũ mittunt.

c Mirificè eis per carmina cantata conciliatur Imperator.

d Deo ad Imperatoris irã mitigandam supplicant.

quodam aliquid postea accidisset, quantus Imperatoris in illam amor fuerit, ad maximè declarauit quòd scilicet non coniugij tantum gratia, verùm etiam propter excellentem virtutẽ eam plurimùm honorarit. Quid id fuerit, exponam. Bellis frequẽtibus Imperatoris fiscus exhausto, tributum is, præter solitum, nouum ciuitatibus imposuit. Et alij quidem vbique locorum tributarij populi pensionem eam quamuis extraordinariam, conferebant. Populus autem Antiochenus vectigal nouum non tulit. Et quum exactores cerneret quum pleraque alia facere, tum ex ciuibus quosdam suspendere, nonnullos cruB deliter trahere, alios in vincula conicere, † seditionem mouit: multáque & fecit & dixit per tumultum, quæ vulgus soler, vbi occasionem ad ordinem tollendum, & rerum omnũ confusionem inducendam arripuit. Postremò verò Imperatricis quoque Placillæ (hoc enim illius nomen erat) statuam æream suo loco impudenter deiectam, & funi pedibus adaptatam, per multas vrbis partes traxit. & pro eo atque plebs furens atque indignans assecuit, contumeliis magnis, quas dicere opus non est, affecit. Quod flagitiũ postquam Imperator patratum audiuit, grauiter in eum populũ excandnit: & sicuri par erat, quæ antiquitùs obtinebant priuilegia illis ademit, atque ea vicinæ vrbi concessit. Eo enim modo ægrè se admodum Antiochenis facturũ putabat. Iamdudum namque Laodicea inuida æmulatione aduersus Antiochiam tenebatur. Comminatus præterea illis est, se vrbem eã incensurum, ornamẽta omnia veruſtatis ei adempturum, in vicum eam muraturũ, & aratro prosciſſurum. In animo etiam habuit multos ex AnC tiochenis neci dedere & castigare, ne postea tale quidquid admittere in animum inducerẽt. Qui verò ibi cum potestate magistratus rem administrabant, nonnullos qui tacinos tãtum ausi fuerant, comprehensos prius necarunt, quàm Imperator factum id resciret. Et Imperator mandauerat quidem, & tam graues pœnas minatus fuerat, sed eas ad rem non contulit. Obstabat enim ei Ambrosij lex. *b* Porro vrbis multitudo sola grauium rerum fama consternata, furore relicto in pœnitentiam incidit, & perinde atque ob oculos versari videret, quæ in expectatione erant mala, altius suspirans, & lacrymarum vim profundẽs, Deo supplicauit, vt ferocientem imperatoris animum compesceret, & tantopere excitatam iram mitigaret. Et publicas peragens supplicationes, *c* carmina quædam lucubrata, *d* & ad commiserationem mouẽdam composita, numeroso concentu cantauit. Episcopum autẽ sum diuum Flauianum, qui pro eis deprecaretur, ad Imperatorem oratorem misit. Qui legationem eam pro grege suo obiens, quum Princeps vehementer Antiochenis infensus esset, arte quadam adolescentulos, qui ad Imperatoris mensam canere soliti erant, aggressus, vt miserabilia illa carmina, quibus in supplicationibus Antiocheni vtebantur canerent, effecit. Eis Imperatorem delibutum. iram miserationeD commutasse: & misericordia victum, poculo lacrymis temperato, (euenit enim vt tum phialam in manibus teneret) vrbi ei per libationem conciliatum esse ferunt. Tum vero rebus omnibus e vigens Antiochiæ diuus quoque Chrysostomus, episcopo in legatione peregrè profecto populum sedulò concionibus est consolatus. Magna enim erat doctrina eius. Atque is, quòd multitudinem propter causam tantam in metu esse videret, ad animi eam libertatem & virtutẽ excitabat. Sensim etiam quodammodo imperatorem laudibus eis exornans, quas ad iram quidem extinguendam, ad placabilitatem autem & misericordiam inducendam, commodas esse sciebat. *f* Multæ sunt eius, quas hoc argumento composuit, orationes, quas ἀνδριαντικὰς, hoc est, statuas inscripsit. Fama fert, ea nocte, quæ diẽ quo tumultus popularis commotus est, præcessit, simulacrum fœminæ habitu visum esse sublime in aëre errare, magnitudinẽ ingẽti, & aspectu adeò truci, vt horrorem multum spectantibus afferret. Id in aëre per vrbis plateas currens, flagello grauiter sonanti aërem diuerberabat: vnde sonitus prodiit, qualem edere consueuerunt quum ad iram & furorem feras concitant, qui earum spectacula edunt. Proinde opinio fuit, pestiferum aliquem dæmonem seditionem eam insidiosè commouisse. Multa verò ibi quoque cędes esset peracta, nisi Imperator Ambrosij cohortationibus cedens, quàm primum iram frenassẽt. Plurimum ille etiam propter insignem pietatem episcopalem supplicationem Flauiani est reuerit us.

e Fuit tum Antiochiæ quoque Ioannis Chrysostomus.

f Chrysost. quas eo tempore in eo argumento composuit orationes. Demõ tumultus eius excitator.

* *Quum læsa instas concipere minas,*
Graues & iras principis optimi,
Et iure, maiestas, refractar,
Coniugis ob statuas Placillæ.
Non sæua ciues prælia cæsari
Mouere sacro, tempore sed suo
Fugere sanctas pœnitentes
Ad lacrymas humilésque sordes.
vacem duorum supplicter pios
Votis adepti, principis & sui
Flexere sacratas per artes
Carmine compositio furorem. I. I.

De Macedoniano clarissimo monacho, quæ Imperatori Theodosio per eius præfectos de statuarum eversione nunciauerit. Caput 44.

QVum Antiochiam illi peruenissent, qui ab Imperatore eò ad iniuriam vindicandam missi fuerant, *a* Elebechus belli dux, & Cæsarius Gregorii frater, qui tum magistri potestatem in Imperiali aula obtinebat: in metu fuere ciues omnes minis exterriti, & inducias per internuncios & oratores suos ab eis petiere. Monachi nanque qui in summis mõtibus degebãt (multi autem tum virtutem & pietatẽ exercẽtes Maiestati immirificè florebant) tugurtiolis suis relictis, in vrbem venerunt, plurimisque cohortationibus si mul & deprecationibus cum viris eis egerunt. *b* Quorum vnus erat Macedonius nomine, vitæ ciuilis prorsus imperitus, & neque sacris literis, neque primis literarum elementis initiatus, sed puras, die nocteque preces rerum vniuersarum Deo offerre doctus, atque in montium cacumi nibus viuere solitus. Tum verò cum reliquis

a Elebechus dux, & Cæsarius Gregorij Nazãzeni frater, Imperatoriæ aulæ magister, ad vindicandam contumeliam missi Antiochiam

b Apud hosce Imperatoris mandatarius patrocinatur Antiochenis, Macedonius Anachoreta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* βραχύτητα τοῦ βίου. *Deus bone, quàm est rara pietatis & sanctitatis veneratio.*

Alia edita à precatio ad Imperatorem ipsum directa. Verba ista ad omnes pertinent, qui rerũ capitalium potestatem habent.

desciderat, ac neque Imperatoris minas, neque eorum qui ab illo missi fuerant, terrorem reputans, in media vrbe alterius comprehensa veste, vtrunque ex equo descendere iussit. Et illi exile * filicernium pannis vilibus amictum cernẽtes, primùm molestè id tulere: deinde à quibusdam de virtute hominis certiores facti, confestim ex equis disiluere: & ad pedes senis prouoluti, non nouisse se eum affirmarũt, veniámque precibus ab eo postularunt. Ille verò diuina gratia repletus, hisce ad eos verbis est vsus: Vt mandata hæc ad Imperatorem referatis, dilecti filij, oro. Meminisse te ô Imperator oportet, non solũ Principem, sed hominem etiam te esse. Proinde non ad Imperij tantùm amplitudinem respice, sed naturam quoque ipsam considera. Quum enim homo sis, hominum tibi imperium commissum est: qui quum eiusdem tecum sunt sortis, & cõserui adeò tui: tum ab ipsâ creatione imagine Dei cohonestati sunt. Itaque ne tam vaſana audacia aduersus diuinam imaginẽ grasseris, vide. Imaginis enim dominum ad iram concitabis, si in eos qui imaginem illius gerunt, sæuias. Tum autem illud etiam te dispicere decet, te propter æream imaginem multitudini infensum crudeliter in eam animaduertere velle. Quanto autem imago animata inanimatæ præstet, quid dicere opus est? Nam id eis etiam, qui vel mediocrem obtinent mentem, constat. Illud præterea facogites, nobis quidem perfacile esse, plures ex ære facere imagines pro vna illa, quam vecordi temeritate insana plebs comminuit: te autẽ nequaquam efficere posse, quantumuis contendas, vt vel capillum vnum eorum qui cæsi sint, creare valeas. Hæc illi à sene sapiente audita, sicuti simpliciter dicta erant, ita Imperatori renunciarunt. Non parum etiam, sicuti dixi, Flauiani legatio illis profuit, vt iræ flamma in Imperatore extingueretur. Postea namque ira & minis omissis, communem populo scripsit defensionem, crimen illi condonans, in qua iræ etiam causam exposuit. Inter alia enim & illud commemorauit: Etiamsi ego fortè quicquam deliquissem, minimè tamen contumeliam tantam, mulierem omnis virtutis laude dignam, idque quum iam illa ex hac vita migrarit sustinere decuit: ac si quid factum oportuit, aduersus me furore vti conueniebat. Ad finem quoque apposuit: Grauissimè se tulisse, quòd præclaros aliquot in ea vrbe viros præter sententiam suã, interemptos esse audiuisset. Hunc finem habuit seditio contra statuam Antiochiæ concitata. Atque hæc retuli, vt quantum Ambrosij lex emolumenti attulerit, ostenderem: & dicendi libertatem insipientis illius senis, ab obliuione & temporum vi vindicarem: denique vt Imperatoris in rebus diuinis religionem, tum autem pastoralem diui Flauiani curam, vt videlicet ille pro grege suo cui præfuit, laborans, legationem rectè obierit, & principis iram sopierit, indicarem.

vsque adeò Theodosius Antiochenis est iocularus, vt defensionis libellum eis scripserit. Defensionis eius capita quædam.

De Donato episcopo Epiri, item Theotimo Scytharum episcopo: & quæ ii ediderint miracula.
caput 45.

EA ætate multi, in omnibus orbis partibus, episcopalem præclarè gerentes dignitatem

Donatus Epiri in Epiro episcopus serpentem pecori simul & hominibus pestiferum intermisit signo crucis, & oris sui saliua. Soz. lib. 7. cap. 25.

enituerunt. In quibus Donatus ille fuit, Epiri in Epiro antistes: quem multa edidisse miracula, eius loci incolæ testantur. In primis autem illud, quod draconem interfecto exhibuit. Manebat draco iste ad viam publicã: locum eum incolæ χαμαιεύφυας, hoc est, pontem terreum nominant. Hic non oues tantum atque boues, sed equos etiam & homines prætereuntes deuorabat. Aduersus feram hanc quum Donatus iret, non ensem aut hastam, aut aliud quodpiam armorum genus, quibus tutari nos solemus, secũ attulit: sed signo crucis digitis in aëre conformato, serpentis os perculit. qui viri sancti præsentiam sentiens, magnum quiddam sibilans, & caput in sublime tollens, tractúmque corporis prouoluens, deuorare illum contendit. At Donatus ad crucem illud addidit, vt in os draconis expueret. Et ille saliua ore excepta, identidem se circumuoluendo cõplicans, statim interiit. Magnitudine fera ea eis non cedebat, quæ apud Indos esse dicũtur. Magna enim vi, ab octo boum paribus, in vicinum campum protractam, incolæ igni combusserunt, ne ita iacens atque putrescens aërem inficeret, & contagione pestiferum hominibus afferret morbum. Donati huius celebre quoque ibi monumentum esse audiui, quod etiam orationis domus sit. Oppidum præterea de nomine eius appellatum, ad quod fons est copiosam prouoluens vndam, qui antea quidẽ non fuerit, precatione autem eis diuinitùs extiterit. Arida namque regio ea ab initio fuerat, neque ibi humor neque latex apparuit. Et quum aliquando ex itinere fessus eò Donatus venisset, & comites suos aquæ penuria languescentes vidisset, primùm ille Deum est precatus: deinde terram manu fodit, atque illico aquæ fluenta inde prosiluerunt, quæ ad hoc vsque profluere non desinunt. Testantur hæc vicini, qui loca ea vbi miraculum hoc accidit, accolũt. Floruit tum quoque in Tomitana vrbe & reliqua Scythia Theotimus ille, genere quidem homo Scytha & barbarus, sed in præstantissima omnium philosophia educatus, & totius Scythicæ ecclesiæ administrationem fortitus: quem Hunni, qui ad Istrum iamdudum habitãt, virtutem eius admirati, Romanorum deum nominabant: multa namque diuina facta in eo experti fuerant. Porrò memoriæ proditum est, iter ei ibi in barbara regione facienti, prædones quosdam occurrisse, qui hostiliter ad ciuitatem Tomitanam excurrebant. Quum autem comites eius discrimine eo circumuenti, statim se interituros putarent, ex equo ipse desceudit, & orauit. Ita factum, vt prædones eandem insistẽtes viam, neque ipsum, neque comites, atque adeò neque equos quibus vehebãtur cõspicati, præterirent. Et quum illi, vtpote qui plurimi essent, Scythis imminentes damna inferrent, (natura enim feri & barbari erant) arte quadã, ex agresti admodum more ad mansuetiorem vitam eos traduxit. conuiuio excipiens, & donis sibi concilians, verbisque humanioribus ferinã illorum crudelitatem demulcẽs. Sed enim ex eis Hunnis quidam, quibus benigniter faciebat, locupleté eũ esse arbitratus, insidias homini sancto struxit, & capere eum contendit. Et laqueo parato, quum more quodã suo, clypeo innexus

precatione idẽ in alio loco fontem ingens elicuit.

De Theotimo Tomitano episcopo, & eius miraculis. Romanorum deus ab Hunnis cognominatus.

Idem Hunnis ad humanitatem cõposuit. Religio Christiana barbaros emollit.

Manus Hunni cuiusdã Theotimum capere volentis, in aere immota hæsit.

Theoti-

Theotimus ad hostes verba faceret, manu ille sublata conijcere in eum funem voluit, vt simul ad se cum eo quæ auspicia eius sequebatur gentem perraheret. Sed ecce vnà cum conatu manus eius in aëre extenta hæsit: neque prius illa vinculis talibus quæ in conspectum non caderent, liberata est, quàm Theotimus Deum pro eo exoraret. quod quidem vt faceret, plurimùm eum reliqui barbari rogarunt. Fama quoque fert, quandoquidem comatus, quum se ad id genus philosophiæ contulisset, fuerat, talem eum vsque ad vitæ finem permansisse. Reliqua verò quotidianæ vitæ consuetudo ei simplex valde fuit. Alimenti capiendi non vnum, sed diuersum habebat tempus. tum enim id sumebat, quum esuriret, aut sitiret. Nam & hoc planè philosophi est, rebus his ad necessitatem, non ad voluptatem frui.

Theotimus comatus per vitam omnẽ tametsi episcopatus permansit.

Tempus cibi capiendi.

De sancto Epiphanio episcopo Cypri, qualis fuerit, & de admirandis eius operibus.
cap. 46.

TVm verò quoque floruit Epiphanius Cypri episcopus, qui vir non solum viuẽs propter vitæ sanctitatem clarissimus fuit: sed eum Deus etiam cohonestans, mirificorum operum patratorem esse ostendit, superstitem simul & defunctum. Et fama obtinet, quod viuo non euenit, id mortuo accidisse: vt scilicet dæmonibus agitati multi ad sepulchrum eius accedentes, plaga ea liberarentur, & multæ præterea aliæ sanationes hodie quoque ad id fiant. Multa verò etiam viuentem cum admiratione omnium fecisse, incolæ eius insulæ ferũt. Ego autem, quod ad me delatum est, exponam. Fuit namque perliberalis in egenos, siue naufragio, siue alio aduersæ fortunæ modo mactati essent. Vbi autem virtute ea rem familiarem suam (quanta autem ea fuit?) consumpsit, ecclesiæ pecuniis est abusus, quas quodammodo in honestum & necessarium vsum dilapidauit. multæ autem hæ fuerant. Nam quibus curæ erat, vt substantiam suam in pios vsus erogarent, & viuentes & morientes plurima ecclesiæ eius donarunt. In bona enim spe erant, virum Dei amantem, & prudenter pecunias distribuentem, ex sententia sua, quicquid ita dedissent, expensurum esse. Et quũ aliquando propter frequentem largitionem, pecuniæ admodum decreuissent, quosdam id molestè ferentes, & ecclesiæ œconomum præcipuè reprehendisse eũ, quòd tam sumptuosus & prodigus esset, ferunt. Cæterùm ne tum quidem de more suo, quin liberaliter indigentibus largiretur, quicquam remisit. Quum autem iam aurum omne consumptum esset, accedens quidam ad eam domum, in qua dispensator iste agebat, ingentem quandam & mirificam crumenam cum magno auri pondere ei in manus dedit: & statim abiit, neque quis ipse esset, neque qui id misisset, indicans. Perquàm verò mirum visum est latère eum, qui tantam vim pecuniæ dedisset, voluisse: factumque id considerantes homines, diuinam eam esse liberalitatem, coniecturam fecere. Atque hoc quidem sic actum. Aliud verò de eo audio, quod Gregorij illius miraculo simile fuit, qui olim Neocæsareę in Ponto ecclesiam gubernauerat. Neque propterea fidem non habere prodigij eius testimonio æquum est, quòd idem Epiphanius peregerit: quandoquidem neque Petrus solus Apostolorum coryphæus & princeps, mortuum exuscitauit, sed & Ioannes Ephesi, & alij alibi, immò etiam Hierapoli Philippi filiæ. Sæpe namque euenit, sicuti par & credibile est, vt eadem & olim veteres, & nostræ ætatis Dei amantes homines, miracula edant. Quod autem historia commemorare iubet, sic habet. Aliquando sacrum hũc Epiphanium duo quidam in via mendici obseruarunt: & quum non pœnitendum aliquid se ab eo accepturos existimarent, alter in solo spiritum continens, perinde atque mortuus esset, iacebat: alter autẽ veluti familiaris eius lamentans & flens, inopiam eam assimulabat, vt funeris impẽsas non haberet, & penuriam tantam cum reprehensione eius deplorabat. Porrò Epiphanius præteriens, nihil quidem aliud quàm quòd iacẽti illi requiẽ precatus est, dixit. Exiguum autẽ quiddam ad illum funerandum ploranti dedit, illa verba adiiciens: Curam huius funeris habe, & tandem flere desine. Nam hic nunc non resurget. Mortem autem, quæ communis omnium & ineuitabilis, necessitate quadam obeunda est, animo te forti ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit, & abiit, cœptam perfecturus ambulationem.

De Epiphanio Constantiensi, in Cypro episcopo. Soz. 6. Ec. cap. 26.

Largissimus eleemosynæ largitor, etiã de bonis ecclesiasticis, Epiphanius fuit.

Diuinitus ecclesiæ pecuniæ suppeditant.

Sanctis Dei homines eiusdẽ generis miracula sæpe edidere.

Médicus mortuum se apud Epiphanium assimulat. Non nouum est, defunctis requiem precari

Quum autem ea in via nemo alius appareret, ille qui sic fleterat & plorauerat, iacentem, indicio pedis concussione dato, vt consurgeret admonuit: simúlque eum laudauit, qui tam egregiè mortui hominis habitum retulisset, &, Age tandẽ exurge, inquit, vt in præsentia versutiæ tuę hilarius viuendo fructũ percipiamus. Vbi autẽ ille amplius neq; dicentẽ audiit, neq; modis omnibus significationẽ aliquã, se viuere, exhibuit: alter cursũ celeri episcopũ est consequutus, eiq; fraudem quam inopia coacti commenti essent, indicauit: & iam citra fucum verè flens & lamẽtans, vt socium suum resuscitaret, supplicauit. Epiphanius autem, postquam illi, ne factum id grauiter ferret, dixit, hominem dimissum absoluit: quòd Deus rem eam retractatam nollet fidem facere omnibus volens, vt equidem puto: qui tentare & facere talia in ministris eius audeant, illum ipsum Deum, qui videat & audiat omnia, eos fallum ire, seque adeò ipsos inscios fallere. Epiphanium verò in naui mortuum esse intellexi: quem comites eius melle oblitum, ne quid fortè ingratum corpori accideret, in Cyprum detulerunt. Hæc pauca ex multis de Epiphanio recensui.

Assimulater iste veri mortuus.

Qui sanctos vivat, & per eos rerum fal lere volunt seipsos fallunt.

De Acacio episcopo Berrhœæ item de Zenone, & Aiate sanctis episcopis. cap. 47.

BErrhœæ autem in Syria magnus Acacius episcopali munere obeundo celebris fuit, qui ab adolescentia prima in monastica vita accuratè exercitatus fuerat. Huius multa quidẽ sunt alia rectè acta: illud verò maximum virtutis indicium, quòd perpetuò etiam vel cibi vel somni capiendi, aliarumque rerum tempore, episcopalis mansionis suæ domicilium parens & apertũ esse voluit, adeò vt ad eum videndum, & ciues & aduenæ liberè ingrederentur. id quod ego ve-

Acacius Berrhœus episcopus

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

hementer admiror. Aut enim ea re se cum fiducia semper viuere ostendit: aut cum id ita instituisse puto, vt naturæ ad vitia propensionem supprimeret. Quum namque in expectatione esset, vt frequentibus eorum excubiis, qui derepentè ingrediebantur, in actionibus suis deprehenderetur, etiamsi voluisset peccare tamen nō potuit, sed studiis suis laudatis semper incubuit. Eo tempore duo etiam fratres præclari erant, qui non in solitudine, sed in maritimo Gazæ loco, qui etiam Maiuma dicebatur, philosophati sunt. Zeno & Aiax, germanorum istorum fratrum nomina fuere. Egregiam autē in recta religione obtinuere fidem: & sæpenumero à Græcę superstitionis sectatoribus, vt qui Christum Deum esse profiterentur, sunt diuerberati. Aiax quidem, quandiu cum cōiuge sua fuit, quam sibi egregia forma matrimonio iunxerat, ter tantum cum ea concubuit: vnde etiam tres suscepit liberos. Postea autem nuncio ei eiusmodi cōsuetudinis gratia remisso, monasticam delegit vitam. Duos quoque ad idem viuendi institutū pertraxit filios: quibus, vt ne coniugia sequerentur, sed studium omne ad res diuinas conferrēt, persuasit. Tertius autem cum vxore in matrimonio vixit. Sapiēter verò & præclarè ecclesiæ Bitolij Aiax præfuit. Zeno autem à puero coniunctionem fœminæ auersatus, totus in ministerio Dei erat. administrauit quoque Maiumæ ecclesiam. Atque vbi ad eam a peruenit senectutem, vt etiam centesimum attingeret annum, haud vnquam neglexit aut prætermisit receptos statosque vel matutinos vel vespertinos hymnos Dei, & reliquum sacrum b ministerium suum, e principio psalmodiarum adesse, eiusque præire solitus, nisi grauis interueniens morbus eum impediuisset. Et quòd in cœlibatu philosopharetur, semper in d solitaria lanificij officina lineā texuit telam. Ex cuius laboris fructu cùm ipse necessariis rebus comparandis vitam tolerauit, tum indigentibus etiam sumptus subministrauit. Et quoad vixit, opus ita facere non destitit: quamuis ætate grandiore, primas apud eam gentem inter episcopos ferret maximæque ecclesiæ præesset, in qua & copiosi & frequentes essent homines. Sed enim tum non episcopi modò, verum etiam in montibus colentes, amantes Dei viri, illustres fuere. Quorum res bene actas si singillatim exponeremus, in ingentem nobis prolixitatem historia excresceret. In quibus omnibus, veluti quidam præclara stella, etiam is refulsit, cuius suprà meminimus, Arsenius. Paucos autem, vt specimen aliquod tantorum virorum, qui tum episcopalem functionem obiere, recensui. Laboriosum enim esset omnes referre, quandoquidem plures boni atque honesti fuere, quorum etiam vitæ institutum testimonio ipse suo confirmauit Deus. Orantes enim eos exaudiit, & prodigia noua per eos edidit. Et ab eis quoque ita ecclesia Catholica administrata, simul & clerus & populus, ad eundem cum illis virtutis ardorem & æmulationem est excitatus.

Aiax monachus & Bitolij episcopus, ter cum coniuge concubuit, & tres ex ea suscepit filios. Ex eo tempore monachatum sequutus. Eius maritus fuit.

Zeno Aiacis frater maior, siue Constantiæ episcopus, centum annos natus & lampiciam exercuit.

a Oculatus huius rei testis est Sozomenus.

b λειτουργίαν & psalmodiarū omnibus adfuit.

c Non noua est canonicarum psalmodiarū & precum solennitas.

d ἐν ἐργῳ μαγγάνου.

Plurimi alij eiusdem temporibus sanctitate vitæ & miraculis præclari homines fuere.

De *inuentione reliquiarum Abacuc & Micheæ, veterum prophetarum.* Cap. 48.

REligio verò non per hos tantum maiora capiebat incrementa, verùm eam etiam cohonestarunt, atque vt æquum est quàm maximè exornarunt, quæ tum apparuerunt veterum atque illustrium prophetarum reliquiæ. Abacuc enim primùm, deinde Micheas, & tandem post hos celebre Baptistæ caput è terra exitere. Abacuc quidem & Michææ reliquias diuina visio, sicuti audiui, in somnis Zebeno ostendit, Eleutheropolis eo tempore ecclesiam gubernanti. Ea autem vrbs Cela atque etiam ante id nomen, Ceila appellata fuerat, vbi Abacuc inuentus est. Ab ea quasi stadiis decem locus quidam Berathbasia cognominatus dicitur, vbi Michææ sepulchrum esse dicebatur. Quod fideles ignorantes, vnà cum incolis patria voce Nephsamemana vocarunt. Sed prophetæ Zebeno in somnis apparentes, quemadmodum dixi, seipsos qui essent, indicarunt.

inuentio reliquiarum Abacuc & Michææ prophetarum.

Sozom. habet Berathsatia.

De *inuentione sacrati capitis diui Ioannis præcursoris & baptistæ.* Cap. 49.

ADmirandum autem & celebre Baptistæ caput eiusdem Imperij tempore inuentum, in clarissimam vrbem Constantinopolim est deportatum. Id namque Herodias, quòd adhuc Baptistæ reprehensionem timeret, in Herodis regia abstruso quodam loco sepelierat. Sed rem tam sanctam diuina visione admoniti monachi quidam Macedonianæ hæresis inuenerunt: qui primùm quidem Hierosolymis vixerunt, postea autem in Ciliciam commigrarunt. Atque vbi caput id ibi esse comperit Mardonius,* qui primus inter imperiales eunuchos fuit, inuentionem eam Valenti indicauit: & ille, in Constantinopolim deferri iussit. Quidam igitur missi, cum splendido comitatu in Imperiali curru id vexerunt. Vbi autem ad Pantichium, oppidum paruum non longè à Chalcedone situm, peruentum est, vlterius progredi quæ ad currum iunctæ erant mulæ, quamuis auriga eis vehementius & flagello & calcaribus ad cursum instigās immineret, noluere. Porrò quum graui eo impetu nihil efficerent, noui quiddam Deum significare, non ductores modò & spectatores, sed ipse etiam Imperator existimauit. Itaque placitum est, vt sacer iste thesaurus, tum in vicino vico, quem incolæ Cosilaum vocabant (erat autem in Mardonij dominio) deponerent. Cæterum hoc tempore accidit, siue Deo seu Prophetā ipso instigante, vt ad vicum hunc Theodosius veniret. Et quum caput id inde transferre constituisset, sola ei obstitit Matrona. Deo dicata virgo, quæ diuinum hoc caput Baptistæ sequebatur, vt in itinere pro eo atque opus esset, ei inseruiret, custōsque eius esset. Eam verò Imperator magno animo obsistentem, minimè vi cogendā ducens, precibus est aggressus, vt translationem eam permitteret. Illa id difficulter tandem annuit, rem eum quam perficere nequiret, sicuti etiam Valenti contigerat, per coniecturā aggredi rata. At Theodosius arcam, in qua sacrum caput repositum fuerat, purpura circumuolutam, ipse manibus suis gestauit, vsque ad septimam quæ dicitur regionem vrbis Constantinopolitanæ: vbi id reposuit, templo diuo

Diui Ioannis caput inuentio. Macedoniani monachi id inuenerunt.

** Τῆς βασιλικῆς διαίτης μέλων, hoc est, imperialis domus maior. Sozom. lib. 7. cap. 21.*

Matrona sanctimonialis Macedoniana capitis Baptistæ custos.

Caput Baptistæ in septimum vrbis Constantinopolitanæ partem. Templum eius in septimo.

**diuo Baptistæ, quem præcipuè celebrabat, A maximo & pulcherrimo constructo. Er quum sæpe multumque Matronā maximis gratissimisque pollicitationibus, vt fidei sententiam mutaret (Macedonij enim hæresis tenebatur morbo) aggressus esset, persuadere id ei non potuit: qui quidem Vincentius eiusdem religionis presbyter, qui idem cum illa apud arcam Baptistæ præstabat ministerium, & eam ob causam sacerdotalem susceperat dignitatem, statim sententiam mutauisset, & ad vniuersalem ecclesiam accessisset: idque antea, sicuti Macedoniani dicunt, iure iurando interposito, nunquam se opinionem suam retecturum esse. Sed enim eam mutauit, B hac sibi præscripta conditione, vt tum demum religionem suam deponeret, & postea sine discrimine vllo cum Imperatore communicaret, si illum Baptista sequeretur. Vincentius iste genere fuit Persa. Quum autem in Perside sub Constantio persecutio esset mota, profugiens inde cum consobrino Adda, in Romanorum peruenit ditionem. Atque hic in cletū allectus, ad presbyteri dignitatem peruenit. a Addas autem vxore ducta, magnum ecclesiæ emolumentum genuit, Auxentium filium, in rebus diuinis C fidelem, in amicos officiosum, vita moderatum, & sibi ipsi constantem, studiorum doctrinæ amantem maximè, literarum prophanarum atque etiam ecclesiasticarum peritum, modestum præterea, & Imperatoriæ aulæ commodum, præclarum etiam in bello ducem: cuius celebris etiā fama est apud optimos quosque monachos, & alios doctos bonosque viros, qui illum cognouere. Porrò Matrona vitam in vico Cosilao exegit, & pluribus virginibus præfuit, quarum successio in longum tempus durauit. morem Matronæ disciplina dignum & præclaram famam obtinens. De his quæ commoda, vt puto, ad religionis nostræ gloriam, in Theodosij D imperium inciderunt, hactenus.

Matrona vir ginum collegio in Cosilao præfuit.

a Addas Vincentij huius consobrinus.

Auxentius vir præclarissimus Addæ filius.

**Sozom. lib. 7. cap. 21. 24. Is deo templū id constructū scribit. Templum enim Dei vocat, quamuis antea quæque in honorem S. Baptistæ condita dixerit ecclesiam eā.

De *clarissimi Imperatorum Theodosij magni obitu.* cap. 50.

IMperator is, post Eugenium deuictum, in Italia Mediolani agens, & Occidentis res pro eo atque decuit constituens, ægrotare cœpit, hydropis morbo oppressus: & Ioannis monachi prædictione in memoriam reuocata, finem vitæ propediem aduenturum expectauit. Maiotis autem solicitudinis causa ei fuit reipublicæ status, in animo secum reputanti, quantum detrimenti ciuibus & subditis, Imperatore è medio sublato, accidere soleat, quàm mors ipsa. Itaque quamprimùm filium Honorium Constantinopoli acciuit, Imperatorem eum Occidentalibus partibus præficere volens. Quem vbi aduenientem vidit, meliusculè habuit, & ad spectaculum ludorum Circensium ob victoriā celebrandorum prodiit. Et quum ante prandiū validior fuisset, postea derepentè eum imbecillitas inuasit. Quumque ludicrum id perficere non posset, filio id more solito peragendum commisit, proximāque nocte fatis concessit, decimaseptima Ianuarij mensis die, sempiterna laudis & gloriæ memoria post se relicta: quum ad finem vitæ satis longum peruenisset, atque cum splendidis victoriis solus Romanorum imperium monarcha gubernasset, & duorum Imperatorum pater esset, eisque imperium pacatum relinqueret. Placidè autem in lecto suo beata morte vitam finiit, præmium id fidei erga Deum suæ, & flagrantis aduersus idola & simulacra ardoris consequutus. Vixit annos sexaginta, & menses octo: quorum sedecim cum dimidio, in imperio Romano peregit. Complectitur duodecimus iste historiarum liber annos decem & octo: cùm à mundo condito quinquies † millesimus noningentesimus nonus, à natiuitate autem Domini quadringentesimus * quartus ageretur annus.

Mors Theodosij.

Libris istius anni.

† *Secundum recentiores* 4375.

* *Alii ponunt annum* 398.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSTERTIVS.

De imperio Honorij & Arcadij: & vt apud Arcadium quidem Rufinus in administratione rerum primum locum, apud Honorium autem in Occidente Stilico eandem obtinuerit dignitatem: Et vt cùm publicæ, tum ecclesiasticæ res habuerint.

CAPVT I.

Arcadius Orientis.

THEODOSIEnus maximus vbi ecclesiam splendidè auxit, duobus filiis successoribꝰ relictis, vita desunctus est. Quorum natu maiorē Orientali: minorē autem, Honorium videlicet, Occidentali præfecit imperio. Vterque verò in religionis cultu patris sententiam est sequutus. Moriens nanque ille nihil eis aliud mandauit, quàm vt veram pietatem integram seruarent, per quam eos asseueraut pacem habituros, & bella sopituros, tropæáque excitaturos, & victoriam à Deo consequuturos esse. Talia ille quidem mandata filiis relinquens obiit. Illi autem non imperij modò, sed & veræ pietatis eius successores & hæredes extitere. Statim nāque Europæ Imperator Romæ monomachias, hoc est singularia certamina, & gladiatorum ludos sustulit, ob causam eiusmodi. Vir quidam quietam monasticamque vitam colens ex Oriente Romam venit: atque vbi Romanos armis ita inter se decertare multis ad execrandum id spectaculum confluēntibus, vidit in arenam progressus, intercipere pugnam inter eos tentauit. Quod ægrè ferētes qui sanguinario spectaculo gaudebant, & dæmonis qui cruore effuso delectatur intemperiis agitabantur, lapidibus coniectis pacificatorem interemerūt. Quæ res postquam est ad Honorium delata, Telemachum quidem (ita enim monachus ille vocabatur) in martyrum numerum retulit: importunum autē certamen illud aboleuit, † constitutione, ne id posthea perageretur, lata. Cum Arcadio in Oriente Rufinus imperium administrauit, vir strenuus & procerus, singulariq́ue prudentia prædituS, quam & oculorum motus & orationis extemporanea promptitudo indicabant: in Occidente apud Honorium eundem locum Stilico quidam obtinuit. Et vterque apud vtrunque Theodosij filium Imperij nomen & habitum esse permittens, summam ipse rerum manu simul & lingua vsurpauit, sub Præfecti appellatione Imperatori ipsi imperans. Verùm neuter istorum, qui ei obuenerat, contētus fuit loco. Siquidem Rufinus sibi ipsi Imperialem, in Oriente dignitatem arrogare conatus est: alter autem in filium Eucherium Occidētale imperium arte quadam transferre studuit. Sed vtrumque ambitio & conatus fefellit. Rufinum enim exercitus Romanus, qui cum Theodosio aduersus tyrannum Eugenium pugnauerat, ad Arcadij qui more cepto obuiam progressus ei extra portas fuerat, pedes, in loco qui Tribunal dicitur, ferro necāuit: propterea quòd id vt facerent, Stilico militibus sualerat: & quòd se illi suspenso naso ab eo derisos compererant, tum autem quòd affectatę tyrannidis suspectus erat. Ferebatur quoque fama, Hunnos eum, gentem barbaram & feram, in Romanam ditionem immisisse. Tum enim illi Armeniam & quasdam Orientis partes metu nullo plurimam prędam agentes, percorrebant. Forte autem fortuna peropportunè cædes eius in eam diem incidit, qua ei, qui delectus habendi curam gerebant, tantum non purpuram circundaturi fuerant. Eam enim ille conceperat spem, exercitum solo ipso aspectu statim Arcadium, quòd nec forma nec reliqua corporis constitutione admodum imperio aptus esse videretur, reiecturum, ipsum autem ad Imperium euecturū esse. Capite verò Rufini resecto, & lapide in os eius immisso, hastæ id infixerūt, & in sublime sustulerunt. Dextram quoque eius abscissam, per vrbem circa opificum officinas circumtulerunt, verbis his vtentes: * Date stipem inexplebilis auariciæ viro. Et ridicula ea mendicitas, multum satis auri collegit. Perlibenter enim in iucundo & grato spectaculo homines aurum contulerunt. Ac Rufinum quidem imperij affectatio ad eiusmodi vitæ finem produxit. Ad eundem verò modum & Stilico, qui si quis alius, & ipse apud Romanos simul & barbaros porentia multum valuit, rerum summam ad se pertrahere volens, in Italia occisus est sicuti suo loco dicemus. Post Rufinum verò Eutropius eunuchus præpositi sacri cubiculi dignitatem cōsecutus, neque ipse in honore eo, quem præter dignitatem gerebat, acquieuit. Quum namque virilium exectio purpuræ ei spē ademisset, Imperatorem aggressus, vt Patricium se & consulem crearet, ei persuasit. Quāpropter eunuchus deinde Imperatoris pater fuit, qui etiam

Honorius Occidentis imperator.

Extrema Theodosij moriturj, quæ filijs reliquit, mandata.

Telemachus monachus dū Romæ diriment certamen gladiatorum parat, martyrio afficitur.

Honorius monomachiam Romæ lege lata tollit.

Rufinus apud Arcadium præfectus prætorio Stilico apud Honorium.

† *Hæc constit. non extat, sed reperitur Cōstantini l. vnic. C. de glad. libr. 11.*

Vterque imperiū affectauit.

Rufini cædes.

Rufinus, dum Gothica foliis citat arma, §

vt imperium metu ab Arcadio exterqueret, perfidiæ pœnas dedit.

Erat hic à Theodosio tutor Arcadio datus. Ægnat. Hunni Orientem vastant.

Caput Rufini hastæ infixū.

† *Δότε τῷ ἀπλήστῳ. Dextram stipem colligit.*

Stilico quoque in Italia cæsus.

Eutropius eunuchus apud Arcadium patricius fit, & consul.

Patricius. Imperat. pater. inst.

Quibus modis ius patrepot. sol. §, filiis familiæ.

§ *Claudianus de Rufino:*
Grauiter quæ apposita vesse morantem,
Intrepat Augustam, scandat sublimia tribunal.
Participem sceptri socium declaret honoris.
† *Claudianus: Dextera quinetis ludo cōcessa vagatur.*
Aera petens, pœnasque animi persoluit auari,
Terribili lucro &c.
Desinat elatis quisquam confidere rebus,
Instabilesque deos ac lubrica numina discat.
* *Claudianus de Eutropio isto:*
Præsidium legum genitorque vocatur
Principis, & famulus dignatur regia patrem.

vilioris

† *Per veram pietatem victoriæ parantur.*

Eadem principum subditi imitantur.

Arcadius & Honorius ecclesiarum iura confirmant. l. Si venerabilis. C. de episc. & cler.

Ex dissensione hæreticorum ecclesia catholica crescit.

Ἀλλὰ τῆς ἐμφύτου ἐκείνοις εὐλαβείας. Intelligendū autem de imperij Theodosij iuniori. Soz. l. 8. c. 1.

Lucianus Cōstantinopoli in locū Eudoxii surrogatus.

Lucianus Eunomii ex sorore nepos, à cuius Eunomius defecit, & suam sibi instituit hæresim.

Eunomii libri cremati.

† *Pessimorum hominum sententia.*

* *Eiusdem cadaver effossum.*

** *Ἐπίτομον διήγησιν περὶ τοῦ βίου.*

Marcianus iisdem die diem suum obiit, quo Rufinus cæsus est.

Nectarij mors † *Cæsarij & Attici consulatu Socr. lib. 6. cap. 2.*

Ioannes Chrysost. episc. Cōstantinop. parentes eius.

Libanius Chrysostomū laudauit.

In Chrysostomo orationi suaus facta pia respondent.

Præceptores Chrysostomi.

De puerili institutione & vita D. Ioannis Chrysostomi, & vt doctrina simul & virtute fulgens ad sedem constantinopolitanam sit euectus. cap. 2.

Maximarum sedium epiſc.

Hierosolymis adhuc episcopatum gessit Ioannes, qui Cyrillo successit. Constantinopoli verò enimit Nectarius, de quo fusiùs suprà diximus. Cæterùm eo paulo post † mortuo, ingens omnium cura & studium fuit, quémnam antistitem imperantis verbis legere conueniret. Atque vt fit, aliis alios designantibus, diuque & multū consilia agitantibus, quum nō eadem omnium esset sententia, & tempus extraheretur, vniuersis tandem placitum est, vt Antiochia presbyter accerseretur Ioannes, qui propter eloquentiam Chrysostomus est dictus. Præclara enim de eo fama orbem peruolitabat, maximè eum ad docendum appositum, apprimèque clarum, necnō generis nobilitate & vitæ integritate præstantissimum esse. Patrem namque habuit ducem belli Secundum: matrem autem natalibus, aliisque ornamentis omnibus spectatam, Anthusam. In dicendo & suadendo vi multa, fuit adeò vt ætatis suæ oratores multis modis superaret. Inuita quotidiana singulari moderatione, & accuratissimo instituto vsus est. In tantum verò æqualibus sois antecelluit, vt etiam Libanij Syri sophiæ in hac laudis parte, testimonium reportarit. Moriturum enim eum, quum sectatores eius, quémnam in sophistica sede successorem esse vellet, interrogarent: Ioannem illum respondisse fama est, nisi virum tantum Christiani rapuissent. Plures autem ex discipulis eius ad ecclesiā adduxit, vt idem secum sentirent, eis persuadēs. Quum enim ex præscripto Dei viuere studeret, non mediocrem virtute sua æmulationem illius sectatoribus indidit: & facilè eo modo plurimos cepit, eisque vt secum eandem complecterentur sententiam autor fuit, non arte quapiam aut eloquentiæ vi, verùm quod sacras scripturas iuxta id quod res ipsa erat, sincerè exponeret, eos ad se pertrahens. † Oratio enim reuera factis ipsis consona, perfacilè fidem meretur, & assensione digna videtur. Quibus rebus contrà qui earet, simulator potius, & sui ipsius accusator esse apparet, etiamsi multum studij & operę in docendo ponat. Si cui autem contigit, vt vtrā que hac laude clarus sit, nihil non quod velit, efficere potest id quod in illo etiam euenit. Vitę nāque institutum accuratum admodum & moderatum fuit. Et cùm natura ingenióque præstanti fuit, tum perspicua valde & dilucida eloquutione vsus est: in qua cum incredibili splendore diuina quædā enituit gratia, ita vt ea quasi insita quadam tyrannide & dominatione auditor demulceretur. Mediocri autem dicendi generi, arcanam amplitudinem, & quæ sub oculos non caderet vim inseruit, nouámque eloquutionis mixturam contemperauit, frequentibus scatens sententiis: adeò vt omnes ad harmoniam conuenientémque eiusmodi concentum consternarentur, & incomprehensibilem deprehensionem cum sensuum priuatione orationi eius tribuerent. In Rhetorica & dicendi arte præceptorem habuit Libanium: in philosophicis verò disciplinis Andragathium. Et quòd ad

† *Τοῖς γὰρ ἀληθείας λόγοις τοῖς ἔργοις συμᾴδων προχάροις εἰκότως, καὶ ἄξιος παραδοχῆς φανείη, τὸν δ' ἀσυμφώνως, εἴρων μᾶλλον, καὶ κατήγορος ἑαυτοῦ δόκοι.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendes in foro causſas appositus esse videretur, vitę id genus sectatus est. At enim quum id iniquum atque improbum esse putaret, faciendum sibi esse statuit, vt primùm diligenter in sacris versaretur libris: & in vita tranquilla, iuxta ecclesiæ constitutiones, philosophicè viueret, Euagrium imitatus. In quo studio præceptores eos habuit, qui tum præclaris monasterijs & scholis præfuerunt, Carterium, & Diodorum illum, quem ecclesiam Tarsensem gubernasse antea diximus. Reliquisse etiam is multos scriptorum suorum libros dicitur, in quibus tantũ in literæ ipsius expositione occupatus est, abstractiorem sublimioremque scripturæ sensum & contemplationum speculationes declinans. Qua in re eum etiam præcipuè est discipulus imitatus. Non solus autem magistros hos Ioannes sectatus est, sed plures etiam alios studiorũ socios ex Libanij schola ad eos adduxit: in primis autem Theodorum & Maximum: quorum iste postea pastor Seleuciæ Isauorum, ille verò Mopsuestię Ciliciæ episcopus factus est. Theodorus autem iste, vir fuit diuinarum literarum Græcarúmque disciplinarum, necnon artis oratoriæ atque philosophiæ egregiè peritus. At quem quum à studijs religionis nostræ desciuisset, diuus Chrysostomus vnam atque alteram dedit epistolam. Quum nanque is leges literásque nostras legisset, & se in diuinorum virorum familiaritatem insinuasset, omnibus rebus posthabitis, & vrbanæ vitæ tumultu reiecto, institutum id laudauit, & vitam suam ad illorum mores composuit. Cæterùm alacritatem eam constanter non retinuit: sed veluti pœnitentia ductus, ad priorem rediit vitam. Et quum diuersam de sacro studio concepisset sententiam, id genus philosophiæ reliquit, & in vrbem est reuersus: melius se ita id quod expeteret consecuturum ratus. Quod vbi Ioannes cognouit, ad res scilicet ciuiles illum esse relapsum, & animum ad nuptias adiecisse, epistolam ad eum dedit, verbis & sententijs selectioribus supra humanæ mentis captum compositam. Scripsit deinde ad eundem quoque alteram. Quas ille cum legisset, ad vitæ quod antea cæperat, institutum se rursum contulit. Substantia enim sua relicta, & nuptiarum ambitioni nuncio remisso, ad philosophicam recurrit vitam, pulcherrimis Ioannis cohortationibus seruatus.

Condiscipuli Ioannis. Theodorus Mopsuestenſis. Maximus episcopus Seleuciæ Isauorum

Semel atque iterũ Theodorũ Chrysostomus ad accuratius christianæ vitæ institutũ adduxit.

Vnde colligere licet, quæ dicendi vis in eo floruerit, quæve persuasionis gratia in illius cõ sederint labris. Ea enim eos superauit, qui tum secum à dicendo & persuadendo valuere. Proinde etiam multitudinẽ ad se pertraxit. Et quod maius est, peccantes in ecclesia acriùs obiurgauit, atque iniuriam aliis inferentibus insultauit, non minus ob afflictorum vicem indignans, quàm si ipsi sibi iniuria facta esset. Quod quidem multitudini pergratum fuit, principibus autem viris & magistratibus acerbum visum est: quòd scilicet eis delinquere multa licuit. Et eo ob causas præclarus vir habitus est, cùm eis qui eum vidissent, virtutemque eius experti essent: tum eis quoque qui illum nunquam visum fama tantum cognouissent, quæ celebris de eo vulgata, aures omnium impleuerat. Idoneus fanè Romanæ ditionis hominibus visus est, cui

plurimũ valuit eloquentia Chrysostomi.

Idem acrit criminum ĉſor.

Legitima & canonica episcopi electio.

E Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopatus demandaretur. Sustragabatur verò populi & cleti, multorúmque sententiæ, Imperator etiam Arcadius. Itaque statim qui eum adducerent, misit. Multorum quoque aliorum episcoporum conuentum instituit, splendidiorem ambitioſorémque consecrationem eius esse volens. Porrò vbi Asterius Orientis præfectus imperatoris literas accepit, in suburbanũ quendam Antiochię agrũ Ioannem ad se euocauit, habere se arcani quidquam, quod cum eo secretò communicaret, renuncians. Eum verò aduenientem illico currui impositum, Pagras in diuersorium, seu mansionem quandam ita cognominatam duxit. Et post quam eum ibi eis qui ab Imperatore missi fuerant, plurimum reluctantem tradidit, domum suam reuertit. Id autem ita fecit, quòd prõptos ad seditiones Antiochenos esse sciebat. Haudquaquam enim illi libentes prius se Ioannis lingua orbari tulissent, quàm graue quidquam & fecissent, & passi fuissent. Vbi Constantinopolim peruenere, atque ibi quicunque euocati fuerant episcopi, præstò fuere, omnes quidem alij suffragio ferendo consensere: vnus tantũ Theophilus Alexandrinus Ioannis consecrationi obstirit, gloriæ illius detrahens: Isidoro autem episcopatum tradere studens, qui Alexandriæ presbyter, curam ibi aduenarum & pauperum gerebat, ab adolescentia in Sceti monasticis laboribus exercitatus. Studiosus autem Theophilus Isidori plurimùm fuit, quod is ei dudum rei satis periculosæ conscius esset. Quum enim imperator Theodosius bello aduersus Maximum tyrannum decertaret, Theophilus imperatori munera mittens, binas Isidoro huic dedit epistolas: cúmque Romam misit, cum mandato eiusmodi, vt ibi manens belli euentum expectaret: & cui victoria arrisisset, ei & literas & donum redderet. Legationem eam suscepit Isidorus, & Romæ momento victoriæ intentus consedit. Et quum rem hanc premere conaretur, lector qui cum eo erat, epistolis clàm sublatis, eam indicauit. Quapropter Isidorus sibi ne quid mali pateretur timens, statim Alexandriam profugit. Proinde quòd illum fidissimum sibi cognouisset, pensare tum quòd pro se adierat periculum, gratia aliqua cogitabat, studióque tanto pro eo laborabat. Siue autem eam ob causam, vt dicitur, hoc fecerit, seu quod Dei amantem virum ad episcopatum euectum Theophilus voluerit, postremò & ipse consecrationi Ioannis calculum adiecit, sententiámque imperialis aulæ approbauit, quę electionem Ioannis obtinere manifestè studuit. Metuebat verò Eutropium præpositum, qui imperatoris ædibus & cubiculo tum præfuit. Apertè enim is illi minabundus denunciarat, vt vel aliis ipse quoque suffragio suo consentiret, vel se ad dicendam causam contra accusatores suos pararet. Multi enim tum ibi aderant, qui ex Alexandria venerant, libellos aduersus eum, qui coacti fuerant, episcopis offerentes: alij alia crimina ei obijcientes, & diuinas ecclesiasticásque * leges eum violasse accusantes. Hæc verò Theophilus timens, non solùm Ioanni suffragatus est, sed eundem etiam per manus impositionem consecrauit. Lectorem eum, quemadmodum Socrates Ecclesiasticus

Asterius Orientis præfectus, Chrysostomũ Constantinopolim mittit. Inuitus episcopatum suscipit Ioannes.

Theophilus Alexandrinus Isidoro presbytero suis episcopatũ Constantinopolitanũ demandari vult. Theophilus Alexandrinus suspectus Theodosio amicus, duplici corde vir. Fortuna, non hominis amici.

Theophilus tandem inepto sacerdotalis consecrationem consentit.

Accusationis libelli contra Theophilum *παρανομιῶν ἐκείνου γραφόμενοι sacri diui Chrysostomi ordines.*

Idem Basilii magni familiaris.

Socrat. lib. 6. cap. 3. Columba capiti Ioannis, quum presbyter consecraretur, insedit. Scripta Chrysostomi.

scriptor dicit, creauit Zeno Gazæ siue Maiumæ A sic scilicet Thraciam omnem, quæ in sex diuisa est præfecturas, Asiamque cunctam, quæ ab vndecim præsidibus regebatur, atque etiam prouinciam Ponticam, totidem præfectis gubernatam, eisdem legibus ad officium reducere conatus est. Vbi verò Phœnices adhuc simulacrorum sacrificijs insanire cognouit, missis eò qui diuino ardore flagrarent viris, legibúsque quæ dudum latè fuerant confirmatis, quicquid erat de superstitione eorum reliquum, idolorumque delubra ex ipsis fundamentis euertit. Quam ad rem è domo sua impensas præbuit. Fœminis enim nobilibus & locupletibus, vt pecuniam talem liberaliter conferrent, persuaserat. Vt verò Scythiarum quoque multitudinem Ariana liberaret contagione, qui eiusdem cum illis, linguæ essent, eis præfecit sæpius quoque ipse eos visens, doctrinisque suis per interpretem illustrans, ad veritatem adduxit. Eos verò Scythas etiam qui ad Istrum sunt, vbi veritatis & salutis siti teneri intellexit, eò quoque misit: & homines eos captos, in veritatis potestatem redegit. Ab Ofroœnis autem Marcionis morbum, qui altè apud eos radices egerat, repulit: aliaque plurima & Deo grata peregit opera, apostolicam planè de ecclesijs omnibus in animo circumferens curam. Nec iis ille quoque contentus fuit, sed dissensionem quæ inter Orientales & Occidentales ecclesias propter Paulinum & Flavianum extitit, Theophilo consiliato, sustulit: & vt vna Antiochiæ esset ecclesia effecit, Paulino & Euagrio vita defunctis. Quapropter facilem episcopis fuisse, quum nemo impedimento esset, conciliationem puto. Populus namque dissidiis, quibus iam fatigatus erat, remissis, qui Eustatij primùm authoritatem sequuti erant, sicuti fieri assolet, paulatim ad eos qui sub Flaviano erant accedentes, per vnionem eis sunt coniuncti. Talem se quum vir magnus & natura & ardore statim à principio exhiberet, durus quidam & grauis admodum esse visus est peccantibus: potissimum verò eis, qui in clero absurdis gaudebant factis. Itaque magnum aduersus eum odium est succensum, & multi hostiliter illum declinabant. Multitudini verò, quam assidua doctrina demulcebat, maximè gratus fuit. Neque adeò mirum est, si quibusdam minus bonus visus est. nam mel quoque regio morbo laborantibus amarum videtur. Potissimum verò, sicuti ferunt, vt multos ira offenderet, Serapion eum discipulus induxit. Quem aliquando apertè in cleri præsentia dixisse fama est, illum *a non omnes oratione allecturum esse, nisi etiam flagello omnino eos compelleret. quod dictum in odiũ & inuidiam non mediocrem episcopum apud multos adduxit. Enimuerò multis ita ob varia crimina ecclesia eiectis, illi sententijs se primorum & optimatum accommodabant: & sicuti fieri assueuit, in eiusmodi eorum qui rebus præsunt impotentibus conatibus inter se conueniebant, sodalitatésque & conspirationes non contemnendas instituebant, atque eum non mediocribus expetebant calumnijs. Et quæ illi in eum dicebant, fidem obtinebant: b quòd cum aliis cibum capere, eaut conuiuia adire Ioannes deprehensus non esset. Qua ex re crimina

In Phœnicia idololatriæ reliquias tollit.

Scythas ab Arianismo ad orthodoxiã adduxit. Hunnos ad Christianismũ pertraxit.

Ecclesias Antiochenas ad vnionem reduxit. & Romanum Pontificẽ Flaviano conciliauit.

Propter vicioram reprehẽſionem multorum contra ſe concitauit iudium Chryſ. Ictericis mel amarum eſt.

Odium id auxit Serapion eius diaconus.

** ὃν ἅπαξ δυνηθεὶς πάντας λόγοις ἐλκύσειν. εἰ μὴ καὶ μάστιγι πάντως ἐλάυνειν προσῳκονόμησεν. a Serapionis iſtius dictum inuidioſum. b Chryſoſt. ſolus cibum capere ſolitus. c Calumniis grauibus ab inuidis & abtractatoribus. chryſoſt. expetitus.*

Plebi valde charus.

Chrysostomus post inchoratam correctionem, clerum sub, & eberum quoque reformauit.

De cura pastorali & doctrina Ioannis, & vt multorum arguens & corrigens delicta, in suspitionem peruenerit improbitatis: & vnde furor & persecutio aduersus eum exierit.

Cap. 3.

IOannes episcopatum adeptus, primùm cleri sui mores corrigere est aggressus: progressus eius in publicum, & quotidianæ vitæ institutum perscrutatus. Actioneque visus castigatione, nonnullos quidem ad mores legitimos reformauit. Si quos autem sacerdotes non iuxta ecclesiæ constitutiones viuere velle cernebat, eos sacris ædibus excluſit. Neque enim sacerdotum honore eos frui debere dixit, qui verorum sacerdotum vitam æmulari nollent. Nam quum natura ad arguendum & reprehendendum propensus esset, magis etiam postquam magistratum tantum cepit, mos is in eo est auctus. Natura enim potestatem nacta, promptius etiam aduersus peccantes est concitata. Neque verò clerum ille suum tantum, sed vbique locorum ecclesias, perinde atque pater quidam, ad rectum conformare statum studuit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

miseriæ excitabantur. Quo verò consilio id ille fecerit, nemo clarè dixit. Qui verò eum defendunt, diuturnam prætendunt consuetudinem: & quòd ægrum haberet stomachum, qui non facilè cibum concoqueret. Vecunque autem se res habuit, non paruam aduersariis ad obtrectationem ea præbuit occasionem. Plebs autem propter doctrinæ vbertatem, & quæ inde proflebat vtilitatem, ex eo viro valde pendebat, mirificè illius linguam deamanstadeò vt χρυσόστομον, hoc est, aureis oris hominem cognominaret, tam præstantem illius gratiam eo verbo significans. Neque illa quidquam eos qui contra eũ blaterabant, curabat. Quid enim rursum hìc dicere attinet, quales eius fuerint orationes quas vel ipse scriptas edidit, vel eo dicente notarij celeres plurimas excepere? Quam splendidæ nãque sint, atque ad persuadẽdum simul & demulcendum compositæ, experiri ei licet, qui versare eas & legere, vtilitatemque earum percipere, & voluptatem diuinam haurire ex eis velit: adeò vt seipsum diutiùo quodam modo intemperiis agitari, & moderatè prudenterque insanire crediturus sit. Cæterùm quandiu cum clero tantũ conflictatus est, infirmior aduersus eum fuit furor, neque quicquam efficere potuit. Vbi autem magistratus etiam propalàm arguere cœpit, tum demum maior aduersus eum concitata est inuidia, multáque in eum sunt tentata. Et quisque pro eo atque ei visum esset, aut fortè reprehensione vel odio in illum flagraret, calúnias ei intentatis fidem habebat. Plurimum autem momenti ad obtrectationem illius attulit † oratio popularis eius, contra Eutropium ab ipso lecta.

Chrysostomi cognomen.

Chrysostomia næ orationis vir.

Viros magnos carpes Chrysostomum in se pertraxit inuidiam.

† ὁμιλία.

De Eutropio cubiculi imperialis præposito, & de ea quam is tulit lege vt idem sit interfectus: & vt odium aduersus Ioannem quidam conceperint, & fouerint. cap. 4.

Eutropius instigante impp. legem ferunt, ne quis ad ecclesias confugeret.

EVtropius enim iste eunuchorum in imperiali cubiculo princeps, qui ad consularem dignitatem peruenerat, & patec imperatoris vocatus fuerat, neque præsentis fortunæ magnitudinem tulit, neque quidquam de rerum humanarum mutabilitate cogitauit: sed vbi vlcisci quosdam in animum induxisset, magnopere contendit, vt imperatores constitutionem ferrent, ne quis ad ecclesiam confugeret: sed etiam si quis ad eam confugisset, & supplex Deo factus esset, atque in templis metus causa versaretur, vt inde extraheretur. Potissimum verò id fecit propter Pentadiam, clarissimi ducis Timasij coniugem, quem magna gloria virum affectatæ tyrannidis criminis reum à se actum, Oasim ad perpetuum exilium deportari curauerat. At ille siti, quemadmodum audiui, oppressus, aut ne peius quidquam pateretur veritus, arenosis ibi locis errans, statim vitam finiit. Et lex quam Eutropius ferendam curauerat, ad finem suum perducta est. Brevi verò pòst quum imperatorem offendisset, vt qui in coniugem eius contumeliosus fuisset, primus ipse quam perferri studuerant legem, statim violauit.

Timasius dux in exilium actus Eutropij opera.

Eutropius ipse in eam incidit necessitatem, vt ad ecclesiam confugiat.

Nam ex imperialibus ædibus profugiens, supplex in ecclesia confedit. Tum Ioannes absurdum Eutropij conatum arguens, luculentam habuit* orationem in ambone, seu suggestu, qui mos eius erat, quum populum doceret, vt omnes vocem eius excipierent, sedens *a*. In ea oratione quum eorum qui potestatem & magistratus gerunt, supercilium & arrogantiã, quantum potuit, taxauit: tum populo rerum humanarum inconstantiam, quæ eodem loco manere non soleant, proposuit. Sed enim qui hostili erga eum erant animo *b*, & in hoc ipsum calumniosè reprehenderunt, illud carpentes, commiserari potius casum eius qui de vita periclitatus sit, debuerit, quòd insuper eruminam arguerit, afflictionem illius adaugens, & calamitati insultans. *c* Eutropius tam impij facinoris pœnas nõ multò pòst, propter multa quoque alia delicta luit, capitali affectus supplicio. Lex autem operæ eius lata ex publicis monumẽtis sublata, & nomen eius in catalogo & nomenclatura consulum expunctum est *d*: ecclesia autem Dei legibus bene datum constitutis enituit, eo ipso scilicet Deo apertam iniuriam extemplò vindicãte. Ego vero non committam, quin in historia hac potissimam causam cædis Eutropij exponam, vt ne ex res fraudi sit, apud eos qui eã planè ignorant, magno illi viro: si rationem illi nesciant, per quam is virum eum, qui in ecclesiam contumeliosus fuisset, cõtumelia affecerit *e*, extrahi eum ex sacris ædibus passus. Arcadius post patris obitum vxorem duxit *f*, cui nomen fuit Eudoxiæ: Gratiani, cui Occidentale imperium forte, vt quidam memoriæ commendarunt, obuenerat: sicuti autem alij tradunt *g*, Baudonis filiam. Fuit autem is barbarus genere, in re verò militari & in imperatoris artibus plurimis in Occidente præclarus. Porrò fœmina ea non itidem vt maritus, segnis fuit, sed nõ minimum de barbarica insolentia obtinuit. *h* Duas autem filias Arcadio genuit, Pulcheriam primùm, deinde Arcadiam, ac tertiam rursus Marinam: longè verò pòst, filium quoque Theodosiũ, de aui nomine ita appellatum *i*. Quum ea adhuc duarum filiarum mater esset, cõtumeliosius ab Eutropio accepta est. Super alia enim conuicia & illud minabundus adiecit, breui fore, vt eam ex imperiali aula abductam, ipse domum remittat. Illa autem vehementi feruens ira, filiolam vtrãque in vtrisque vlnis ferens, ad virum accessit, quiritans atque lamentans: liberos etiam commiserationis gratia prætẽdens, prolixè collacrymuit talháque insuper fecit, quæ mulierem indignatione flagrantem, & virum ad condolentiam pertrahere volentem, facere par est. Atque Arcadius, coniugem & liberos miseratus, ad iram ipse quoque accensus est, ardentique iracundia,

* *Fassum id cum meta cõfirmatur. Eutropius & hi mi pronuntiatus pro sacra mesa tacebat. Soc. lib. 6 c. 5.*

a Homilia Ioannis contra fastum potentium.

b Oratio ea ab aduersariis eius reprehensa.

c Eutropij supplicium.

d Inhumana illa lex indicta.

e Res Eutropij exponuntur.

f Eudoxia imperatrix.

g Baudonis, huc Bauto, proxime à Gratiani cede anno, cum Arcadio cõsulfuit.

h Arcadij liberi ex Eudoxia suscepti. Eutropius fortunæ & potestate sua abusus, male Augustam tractauit, exemplis memorandum aliis.

* *Quàm bene dispositum terris, vt dignus iniquis, Fructus consilii primus autoribus instet. Sic multos fluuio vates arcte per annos, Hospite qui casso monuit placare Tonantem, Inuentas primum tunsridis imbuit aras. Et cecidit Ioui quod dixerat hostia sacri. Sic opifex tauri tormentorumque repertor, Qui funesta nouo fabricauerat ora deleri, Primus inexpertum sæculo cogente triumphum, Sensit opus, deculitque suum mugire inuentum. Claudian.*

iracundia, & verborum potissimum grauitate A quum animo agitaret, populares suos Gothos ex præfecturis eorum acciuit, atque ex eis qui eum genere contingerent, ordinum ductores, centuriones, & tribunos fecit, exercitúmque vniuersum sociis suis credidit. Vt autem Trigibildus necessarius & commodus ei maximè, perquam frequenti ordini præsset, procurauit, eidémque Phrygiæ administrationem cum Comiris dignitate concessit. De quo non ita multo pòst quum nunciatum esset, res eum nouas moliri, vrbes circa Phrygiam & Nacoliam * vastare, & cædem multam facere, assimulauit quidem scilicet se ea de causa indignari Gainas: indiciis autem quibusdam satis ostendit, ad res nouas eum quoque spectare. Ilicet ille, perinde atque Romanis bene vellet, fraudem arte commiscitur, vt ipse bellum contra illum gerendum B suscipiat, & vrbibus circa Phrygiam, ita vt opus esset, auxilium ferat. Et Imperator commento credens, ei id permisit. Ille porrò ingentem plurium millium multitudinem ducens, statim quod celauerat consilium ostendit, & † Tyrannidis regulum in medium produxit. Tantum enim abfuit, vt vrbes ad quas missus erat defenderet: vt eas etiam quæ reliquæ adhuc erant diriperet, atque vi magna euerteret, aliæ autem idem se ab eo passuras esse in expectatione essent. Atque inde mouens, quæ in medio erant loca omnia. Myforum quod dicitur prædam fecit: & ad eam quę ex aduerso Byzantio est Chalcedonem, castrametatus est. Et quum grauissima quæque se facturum est minatus, tum verba quoque ad rem ipsam contulit. Quum verò ita vrbes Orientales, maximè autem quæ in Asia & ad Pontum Euxinum sunt, in summo versarentur discrimine: Imperator vnà cum eis qui secum erant amicis, non diutius cunctandum esse censuit. Quòd non tutum esset rempub. Romanam ita à rebus omnibus imperatam esse, contra viros qui in mortem ruerent & de vita semel desperasset. Tempori autem inseruiens, arte & consilio barbarum est aggressus. Et missis ad Gainam legatis, paratum se esse, quæ ille peteret, facere renunciauit: tum autem per vitam omnem postea gratum eum sibi fore recepit. Accepit is conditionem, neque aliud petiit quidquam, quàm vt ei Saturninus & Aurelianus, viri consulares, quos aduersari sibi suspicabatur, dederentur. Imperator vel inuitus ei hoc tribuit. Atque illi pro republica mortem obire parati, se Imperatoris potestati permisere. D Itaque Gainæ dediti sunt: quibus tamen ille receptis pepercit: & sedulò quod maximè cupiebat dissimulans, Chalcedonem aduenit, vbi etiam imperator fuit. Atque ibi diuæ Euphemiæ martyris templum, in quo cadauer illius conditum est, ingressi, accepta ipse & data per iurisiurandi religionem fide, beneuolum se & officiosum fore, arma deposuit: & deinde Constantinopolim transmisit, vbi rursum equitum & peditum curam & administrationem ab Imperatore suscepit. Ast vbi præter dignitatem suam secundas sibi esse res vidit, honorem rursus eum moderatè ferre nõ potuit. Et postquã primus ei præter rationẽ susceptus conatus ex sententia successit, aliũ quoque tentandum sibi esse statuit, & tumultum nõ minimum

k Direptas quid plangis opes, quæ natus habebit? Non aliter potuerat Principis esse pater. Claud. Eutropius primum ad exilium, mox etiam ad supplicium damnatus.

Ioannes Gainam etiam liberè nimis tractauit.

Gainas Arianis ecclesiam in vrbe Constantinopolitana dari petiit, sed non impetrauit. Theophilus Alexandrinus Ioannis obtrectator.

De rebus Gainæ.

Deus præsidio suis imperia confirmat.

Gainas apud Romanos transfuga.

Idem Rom. dux. Qui pauloante Scytha, hic Gothi dicuntur.

Assirat ad imperium.

Trigibildus Gothus Comes, Phrygiæ rector.

Phrygiam is diripit.

Aduersus hùc mittitur Gainas.

* *Hanc non habent Sozo. & Soz. sed hodie quoque Turcæ eam Asiæ partem Natoliã vocãt ἀνατολήν. dicere debẽtes hoc est Orientẽ videtur itaque legẽdum Natoliam.*

Is hostiliter quoque erga ciues Romanos se gerit.

† τοῦ τῆς τυραννίδος βασιλίσκου. *Gainæ castra ad Chalcedonem.*

Archadius legationem ad Gainam cum conditionibus pacis mittit.

Saturninus & Aurelianus viri consulares Gainæ deduntur.

Eis Gainas parcit.

Trãsactio inter Arcadium & Gainam.

Idem rursus militaribus copiis præfectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gainas Arianus.

ecclesiæ concitare aggressus est. Christianus ille E quidem fuit, sed religionem sinceram non seruauit. Arij enim peste infectus erat. Diximus autem antea, quomodo gens ea Valentis temporibus sub Vlphila ab Eudoxio Arianam receperit contagionem. Itaque siue recentis facinoris magnitudine elatus, seu fortè ab antesignanis hæresis persuasus, sacram vnam ædem intra vrbem consentientibus sibi in religione sacerdotibus ab imperatore postulauit. Idque veluti exprobrans fecit, minimè cõuenire dicens, vt ipse Romanæ militiæ dux, in ecclesia extra vrbis mœnia oret. Imperator incõstantiam animi eius metuens, tyrannidémque quæ ab eo expectabatur, suspectam habens, deliberaturum se, eíque consulturum esse recepit. Et patre diuino accito, petitionem barbari indicauit, potentiámque eiusdem memoriam illi reuocauit, & meditatam expetitámque tyrannidẽ insinuauit: manifestè denique vitus est, se illi quasi supplicem quod peteret daturum esse, significare, vt eiusmodi concessione barbari furorem frenaret. Diuinus autem ille vir, non passus est verba ea ad exitũ peruenire, neque tempori cessit: sed episcopis qui tũ Constantinopoli aderant, secum ductis, regiam imperatoris ingressus est. Et per seipsum primũ magno animo apud imperatorem causam egit: Ne sic, inquiens, ô imperator te facturum esse pollicearis, neque ita sanctum canibus proiicere constitueris. Ego enim non sustinebo, vt qui recte de Deo theologantur & sentiunt, eiiciantur: atque eis sacrum delubrum, qui blasphemã aduersus eum linguam cient, concedatur. Neque barbarum illum timueris: verùm vtróque euocato, tu quidem tacitus animum ad ea quę dicẽtur, aduerte: ego autem linguam illius frenabo, & persuadebo vt minimè ille petat, quę dare nõ conuenit. Imperator verbis his delectatus, vtrũque ad se accersit. Et Gainas, ad finem perduci quæ ei promissa erant, petiit. Auream autem obtinens linguam Ioannes, illi resistens: Non oportet, inquit, principem quidquam contra Deum audere, si quidem vera pietas illi curę est: sed potius bene constituras leges seruare, & eam potissimùm quæ cõtra hæreles alias promulgata est. Suasitque adeò imperatori, conducibilius esse dictitans, vt imperio potius cederet, quàm per impietatem ædem Dei proderet. Atque sermonem ad Gainam rursum conuertens, oportere se ecclesiam vnam habere dicentem: Omnes, tibi, inquit, sacræ ædes patent. Cui Gainas respondit: At ego alterius religionis sum, & quod peto, rectè me petere puto, qui plurima pro Romanis pertuli certamina. Verùm tu, contrà Ioannes dixit, maiora laborum habes præmia. Per magnum enim tibi est, quòd Romanorum belli dux & es, & nominaris, & quòd consularia geris ornamenta. Illud verò te quoque considerare oportet, quisnam antea fueris, & qui nunc factus sis: & quanta in egestate prius vixeris. nunc autem quantæ tibi suppeditent opes: quem prius habueris vestitum, quàm istum trãsieris, qui verò nunc tibi sit habitus? Et minores quidem fuisse labores, maiorem autem illorum mercedem esse, memineris. Age ergo, & moderationem obtine: & ne ingratus erga eos sis, qui te eohonestarunt, caue. Patriam tuam considera. & vt ex ea pulsus, & ab imperatoris patre seruatus, iureiurando te amicum Romanis, ipsi illi, eiúsque liberis fore, & leges seruaturum esse, adegeris: quas tu nunc vt irritas arguere, in animo habes: & illam maximè, quam is qui te profugum recepit imperator confirmauit, eos qui alienæ in religione sint sententiæ conuentus, intra Constantinopolitanæ vrbis mœnia cogere prohibentem.

Iterum Gainæ defectio in vrbe & cæde Arianis facta.

Colloquium Ioannis cum Gaina apud imperatorem

De defectione Gainæ, & de visione quam vidit angelorum vrbis Constantinopolitanæ custodum: & de legatione qua Ioannes apud Gainam est functus: & vt Gainas in Thracia captus & necatus sit.
Cap. 6.

HÆc verba magnus Ioannes magna cum libertate constanter proloquutus, os Gainæ Fobturauit, & silere eum coegit: neque de ecclesiis quarum ipse curam gerebat, quidquam nouari permisit. Ille verò non multo pòst ad perfidiam animum adiecit, & cõcepram dudum meditatámque tyrannidem prodidit. Nam vrbem vastare in animo habebat, eandémque diripere meditabatur a. Quas insidias stella illa ensis speciem referens portendit quę supra modũ splendida fuit (qualem nunquam antea apparuisse, in literarum memoriam relatum est) supra vrbem ipsam relucens, & à summo propè cœlo ad terram ipsam pertingens. Ac primùm quidem in argentariorum tabernas in foro sitas impetum facere constituit, maxima illa spe concepta, ingẽtes se pecuniarum aceruos ipi corrasurum esse. Sedenim vbi eius rei fama vulgari cœpit, & argentarij, quod antea fecerant, pecunias suas & opes publicè in mensis non proposuere b, ingentem barbarorum vim noctu ad imperiales ædes, vt eas incenderent, misit. Illi verò tantum abest vt aliquid egerint, vt cum ingenti etiam metu inde retro cesserint c. Deus nanque tum ostendit, quanta illi prouidentia & cura vrbis fuerit. Cœlestis enim quædam vis ingentibus corporibus insidiatoribus illis apparẽs, ita eos exterruit, vt terga verterent, & celeriter trepidi Gainæ significarent, nouum ea nocte in vrbem exercitum venisse. Ille autem fidem eorũ dictis non habuit, quòd non alios quàm qui soliti fuerant in vrbe milites esse sciret. d Quapropter proxima etiam nocte alios eò misit. Vt verò & illi eadem quæ priores annunciarunt, ipse eò venit, & spectator oculis suis miraculi eius fuit. Verùm sua gratia milites eos ibi adesse arbitratus, qui interdiu quidem se occultarent, noctu autem vigilias vrbem & aulam imperatoriam custodirent, à dæmone se agitari assimulauit, & velut orationi vacaturus templum adiit, quod imperatoris pater in Ioannis Baptistæ honorem in Septimo construxit. Exit autem cum eo magna barbarorũ multitudo, quæ clàm secum arma & vasa fictilia telis cõpleta, in multebribus pilentis, & præterea aliis etiam quas machinati fuerant artibus, efferebat. Et consiliũ hoc ille in Romanorum scilicet detrimentum cepit. Cæterùm id potius imperio earum bono fuit, vt rei exitus declarauit. Quum nanque à portarum custodibus arma efferre deprehensi essent, atq; ea in re inhiberentur, gladiis illi stri-

Arcadius ea de re Ioannem consulit.

Id Ioannes quàm maxime arripuadet.

Ioannes Gainæ silentium imponit.

Gainas vrbem constit. diripere constituit Soz. l. 8. c. 4.

a Id malum prodigiosa illa stella portendit.

b Gainas ad ædes imperiales irruendum barbaros mittit.

Diuina vi illi à cæpto deterrentur.

c Deus prædia sua vrbem Constantinopolitanam seruat à barbarorum vastatione.

d Idẽ Gainas sequenti quoque nocte tentat sed frustra. Præsidium esse in vrbe ita cernit, Vt anima ad simulat. per simulationem rei diuinæ cum barbaris ex vrbe fugam cedit.

Tumultus extra vrbem oboritur.

Vrbis portæ claudũtur. Gainas hostis iudicatur. Barbari cæduntur.

ctis excubitores interemerunt. Atque vbi, quẽ- A mutans, in alias Romanorum incidit copias, admodum fieri solet, grauis tumultus vrbem, perinde atque ea illico capi deberet, occupauit, consilium tamen bonum præsentia mala expliciuit atque superauit. Nam ciuitas portis clausis atque obstrmatis, in rurum redacta est statum. Et imperator optimum sequutus consilium, publicitùs Gainam hostem indicauit, & qui reliqui in vrbe erant barbaros intra muros occidi iussit. Quapropter milites magnis animis illos aggressi, plurimos apud eam quæ dicitur Gotthorum ecclesiam necarunt. Eò nanque tanquam ad asylum & perfugium confluxerant, quum portis clausis profugere nequirent. Ita ecclesiam eorum igne iniecto cremarunt, & barbaros omnes discrimine nullo conciderunt. Quod vbi Gainas resciuit, dæmone quem voluntate sua sibi sumpserat, dimisso, quòd sibi fraudulentas insidias suas deinde minus procedere cerneret, inde profectus, per Thraciam in Chersonesum peruenit. traiicere ex eo loco in Orientem cogitans. Existimabat nanque, si in Asia vrbes cepisset, facilè quoque se finitimas in circuitu gentes sibi subiecturum esse. Atque ille quidem B hæc sic moliebatur. Imperator autem oratores rursum sibi ad eum mittendos duxit: sed nemo legationem eam suscipere audebat. Omnes enim pro se quisque feritatem animi eius suspectam habebant, adeò vt neque bello cum eo congredi quisquam vellet, neque legatione apud eum rutò se fungi posse putaret. Omnibus verò aliis relictis, in maximum illum heroem respiciebant. Ille porrò nihil veritus, quod sibi non ita pridem cum eo intercesserat dissidium, Orator statim ad barbarum est profectus. Verumenimuerò Gainas postquam legarum ad se venientem, quisnam esset, intellexit, & libertatẽ dicendi, qua vsus apud se pro veriore pietate fuerat, in mentem reuocauit, nihilominus si C quid aliud, & virturem viri eius reueritus, quanuis & barbarus & hostis esset, longius ei honoris causa progressus est obuiam, & dextram eius oculis admouit, & osculatus est. liberósque suos adductos sacris illius genibus adhibuit. Et tum quidem ille arma deposuit, & legationi ei morem gessit. Vsque adeò virtus etiam acri hosti pudorem & terrorem incutere consuenit. Breui autem pòst, quum aliud quiddam acciidisset, ad ingenium suum Gainas rediit. Et vbi Hellespontum traiicerę, Lampsacúmque occupare contendit, spes eum fefellit, quum Romani diuini numinis momentum per imperatoris consilia rursum sibi affuisse senserunt. Postquam enim D barbari nauium copia destituti, ratibus compactis Hellespontum traiicere, & in vlteriorem continentem euadere voluerunt: Imperator terra marique contra eos duxit multis militaribus triremibus subsequentibus. In hoc rerum statu vehementior decpentè zephyrus afflans, rates vi magna dissolut, atque in eas Romanorum naues impulit. Barbari ratibus disiectis, plures cum ipsis equis in alto demersi sunt: nonnulli fluctibus rapti atque circumacti, hinc & inde in litore eiecti, multi etiam ab imminentibus eis militibus iugulari sunt. Plurimi sanè ex hostibus in transitu periere. Gainas autem cum paucis incolumis Thraciam peterans, & fugã sæpe

Ioannes ad Gainam orator mittitur. Magna cum honore à barbaro suscipitur.

Benedictio episcopalis.

Legationem recte confecit. Sed denuò Gainas tyrannisat.

Barbari in Asiam traicere per Hellespontum volentes, ab Arcadio opprimuntur.

Gainas occiditur. Trigi-

bildus item. Flauites Gerthus rem strenuè gerendo, Consulatum meruit. Ab aliis Fraita, ité Fabricius dicitur.

† Theodosius iunior nascitur.

Eusseb. Scholasticus Troili discipulus gaiinea cõscripsit. De eisdem rebus etiam scripsit Ammonius poeta.

Vt Ioannes doctrina sua populum quò vellet duxerit: & vt miraculo, non sine Dei numine, intercedente, Ioannes mulierem quandam sectæ Macedonianæ ad frugem reduxerit. Cap. 7.

DIuus Ioãnes, pro eo atque par est, ecclesiam gubernans, multos ex Græcæ superstitionis sectatoribus, multos etiam ex hæresibus, doctrina sua pellexit. Multos insuper quàm longissimè à vitiosis affectibus & perpessionibus, assidua verborum rigatione abduxit. Infinita quoque quotidie multitudo ad eum confluxit, partim eũ auditura, & vtilitatem aliquam ex sermone eius perceptura: partim hominem visura, periculúmque de eo factura. Omnes autẽ ille simul cepit, & idem secum de Deo sentire persuasit. In tantũ verò plebs doctrinæ eius, qua satiari non poterat, inhiabat, vt periculum etiam sibi homines crearent, dum inter se consertaturba premerentur, cubitis alij alios submouentes, atque repellentes quòd pro se quisque ad eum quam proximè accedere conaretur, quo certiùs clariúsque illum dicentem audire posset. Quam ob causam ille quoque communem se omnibus præbuit: & in lectorum suggestu, in media turba considens, vberem doctrinam, quasi communem quandam gratiam omnibus impertiit. Et ex multitudine quisque suauitate orationis eius deliburus, anticipare locum properabat, die noctéque, vt ita dicam in templo eum præstolans. Non intempestiuum verò videtur, insigne quod sub eo accidit, miraculum hoc loco commemorare. Vir quidam Mace-

Ioannis doctrina miræ efficaciæ.

Populus eius audiendi cupidissimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mirandum memorabile, quod fœminæ Macedonianæ in Eucharistia accidit.

nis morbo laborans, vxorem eadem contagione E infectam habebat. Hic quum aliquando in magnum illum virum incidisset, quomodo de Deo sentiendum sit, differentem, statim priore opinione relicta mutatus, dicta illius laudauit: coniugémque vt itidem & ipsa sententiam suam mutaret, cogere instituit. Vbi verò illa ex consuetudine & colloquiis quotidianis familiarium mulierculârum pendens, admonitionem eius non suscepit, & maritus re sæpius tentata, nihil effecit, postremò ei denunciauit, nisi communem atque eandem secum de Deo obtineret opinionem, minimè se eam secum habitare passurum esse. Mulier postquam id per simulationem annuit, ex ancillis quam fidem sibi esse credebat, viri, quid factura esset, credidit, vt per fraudem virum falleret. Et sacrorum mysteriorum tempore, accedens illa, donum, sicuti mos erat (qui sacris instituti sunt, quid dicam intelligunt) accepit: atque id retinens, perinde atque orationi vacatura, se inclinata summisit, mysteriúmque sacrosanctum occulnit: & quæ ei assistebat ancilla, pro eo panem communem domo allatum obtulit, quem illa ori admouens, in lapidis naturam induratum esse, dum dentibus atterere conatur, sensit. Itaque timore percita, ne quid grauius per Dei vindictam pateretur, propter miraculum, quod præter opinionem acciderat, nulla interposita mora, ad magnum illum accedit patrem, rem actam ei exponit, & lapidem ostendit, certò & apertè morsus indicium exhibentem, qui iam materiam priorem ignoraret, nouúmque & alienum colorem obtineret. Et venia delicti petita, deinceps in eadem cum marito opinione perduraut. Lapis iste ad fidem G miraculi eius faciendam longo tempore inter ecclesiæ donaria asseruatus spectatoribus miraculo fuit.

Non sustinuit olim secta vna cum alia communicare.

Eucharistia olim communicantibus in manus data.

Panis in lapidem versus. Sozom. cap. 5. lib. 8.

De frequentibus in diuinis templis populi conuentibus, & de psalmodiis hymnisque alternis decantatis, qua ex causa & quemodo morem eũ psallendi primùm Ecclesiæ Dei acceperit. cap. 8.

Hymnodia nocturnæ Arianorum in vrbe constantinopolitana vsurpãdæ progressus, siue processiones matutinæ carmina cantitũ. Sozom. lib. 8. cap. 8

Ioannes inter catholicos eiusmodi quoque psalmodias & progressiones instituit.

POrrò populus Constantinopolitanus nocturnis matutinisque hymnis maxima alacritate incubuit, ex eiusmodi primùm causa. Ariani sub Theodosio sacris ædibus expulsi, ex- H tra vrbis mœnia ecclesias conuentúsque suos agebant. Prius autem nocturno tempore in publicis porticibus congregati, atque in choros suos segregati, carmina quædam alternis antiphonorum modo sibi inuicem respondentia, ad hæresis suæ placita accommodata, concinnè canebant, & noctem multam in eiusmodi psalmodia consumebant. Sub auroram autem publicè eadem concinnentes, extra vrbem in ea vbi ecclesias habebant loca procedebant. Faciebant id maximè solennioribus festorum dierum temporibus, & prima eademque vltima hebdomadis die, quam Dominicam vocamus: quibus tẽporibus etiam Synaxes in ecclesiis fieri solent. Postea verò cantus rales ad contentionem quoque instituebant: Vbi nam sunt (dicentes) qui trinitatem eiusdem substantiæ & eiusdem honoris colunt? Hæc & alia præterea eiusmodi verba carminibus aspergebant. Sed enim Ioannes, ne aliqui ex ecclesia sua eius generis cantibus demulsi, ab illis seducerentur, ad eundem modum contra illos psalmodiam suam instituit. Et breui ea celebrior, quàm aduersariorum esset, facta est: vt quæ & multitudine, & honorifico progressu illos superaret. Nam eam cruces argenteæ cæreos in censos habentes præibant, Eudoxia imperatoris coniuge impensas ad eam rem præbente, quę hoc Brisoni cubiculi sui præfecto iniunxit, vt hymnorum cãtus procuraret, & ad eum vsum quam plurimum *a* lucernarum pararet *b*. Qua re Ariani ad æmulationis ardorem perciti ad vindictam se contulere, *c* & manus cum nostris conserere sunt aggressi. Adhuc enim ex ea quam ante habuerant portẽtia & dominatione animis flagrabant, & ad pugnam cõmittendam parati erant, nostrólque adeò despiciebant. Itaque nocte quadam inter se congressi, non pauci vtrinque ceciderunt: *d* & Brison, quem diximus, imperatricis cubiculariorum eunuchorum princeps, in fronte lapide ictus est. Hac verò de causa commotus imperator, tales Arianorum processiones siue conuentus sustulit. Catholica autem ecclesia principio eiusmodi psalmodiæ hymnorúmque canendorum inde sumpto, ad hunc vsque diem consuetudinem eam retinet, & sacris cantilenis operatur *e*. Morem autem Anthiphonorum, hoc est, alternis per responsionem carminum concinnendorũ, ecclesia, antiquitùs iam inde ab Apostolis accepit *f*. Diuinum nanque Ignarium, qui tertius in ecclesia Antiochena à Petro apostolo hierarcha fuit, & cum Apostolis omnibus plurimo tempore vixit, quum per ecstasim animi consternatus esset, visionem nouam vidisse ferunt sanctos scilicet angelos, alternis & sibi inuicem respondentibus carminibus sanctam Trinitatem hymnis & laudibus vehentes. Et ipse primus hanc concinendi formam Antiochenorũ ecclesiæ dedit. Vnde quasi à fonte in alias ecclesias Dei omnes eiusmodi consuetudo est propagata. Hæc quæ de Antiphonis, & respondentibus sibi inuicem hymnis accepi, memoriæ posteritatis commendanda duxi.

a Lucernarũ gestatio.

b Ariani hæretici semper ad arma & vim prompti fuere.

c Ariani Catholicos in processione eiusmodi vi adoriuntur.

d Brisõ Eunuchus vulneratur.

Interdicitur Arianis talibus processionibus.

e apud Catholicos supplicationes huiusmodi hodie quoque seruantur. Socr. lib. 6. cap 8.

f carmina Antiphona primus in ecclesia instituit.

vt sanctus Chrysostomus in Asiam profectus, eos qui sacerdotio non recte fungerentur, dignitate ea priuauerit. & de Gerontio Nicomediæ episcopo, & de Seuriano & Antiocho & de iniuriis quibus Ioannem illi afficerunt. quibus episcopatum abrogauerat. Et vt dissidium inter Ioannem & Seuerianum Gabalanorum Episcopum ortum, imperatrix Eudoxia compouerit.
cap. 9.

POstquam magnus iste vir ecclesiis in Asia è quibusdam indignis perperàm administrari audiuit, quòd nonnulli quidem pecunia, quidam autem gratia episcopatus redemptos obtinerent: Ephesum est profectus, & tredecim episcopis dignitatem ademit, partim in Lycia & Phrygia, partim in Asia ipsa, atque in illorum thronos alios substituit. Heraclidem etiam archidiaconum, ex eis qui sub diœcesis suæ administratione erant monachis, qui in Sceti Euagrij monachi discipulus fuerat, virum Cyprium

Episcopi plerique in Asia Ioannes episcopatum abrogat.

Heraclidem monachũ episcopum Ephesi ordinat.

prium, metropoli Ephesiorum præfecit. Mor- A tuus enim tum ibi fortè fuit Antonius, qui ecclesiæ ei præfuerat. Ille verò Gerontium quoque Nicomediẽsi exegit ecclesia. diaconus is magni illius Ambrosij, quẽ Mediolani antistitem fuisse suprà memorauimus, fuerat: qui nescio quomodo affectus, siue monstra portẽtosè loqueretur, seu spectro quopiam territus, dæmonioue afflatus esset, ad quosdam dixit, noctu se ibi ὀνοσχελίδα, hoc est, dæmonem asinimis cruribus adiunctum, ellque caput rósurum, atque in pistrinum coniectum esse. Ambrosius igitur illũ verba minimè diacono & ministro Dei digna proloquutum coercens, linguam de cæterò continere, & peccatum id pœnitẽtia repergare iussit. Gerontius autem, qui artem medicam optimè nosset, & ad dicendum atque persuadendum non ineptus, facilè amicos sibi comparare B posset, Ambrosium veluti ridens, Constantinopolim migrauit: atque ibi breui eis se, qui in Imperatoris aula aliquid possent, cum dexteritate quadam insinuãs, amicis facilimè vsus est: quorum opera ecclesiæ Nicomediẽsis procurationem est consequutus. Manus autem sacras ei imposuit Helladius, Cæsareæ Cappadocum post Basilium magnũ, episcopatum sortitus. Eámque is illi retulit gratiam quòd autoritate eius, filius suus splendidum in Imperiali aula consequutus esset locum. Porrò vbi id diuus Ambrosius resciuit, ad Nectarium Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum scripsit, ne illum ira insolescere per contumeliam pateretur, sed episcopatum ei potius adimeret: siquidem illi quem in ecclesiis conseruatum oporteret, ordinis cura esset. Et Nectarius, vt Ambrosio satisfaceret, multa C tentauit. Cæterùm rem aggressus est, quam, vt ita dicam, perficere non posset. Nam Nicomedienses magnis animis partes eius tuebantur. Ioannes autem vix tandem id perficere potuit. Et Gerontio episcopatu abrogato, in locũ eius Pansophium subrogauit, qui olim imperatoris coniugis pædagogus fuerat, vir perquam mansuetus, & valde religiosus, Nicomediẽsibus autem ingratus atque inuisus. Nectarij sanè tẽpore publicè & priuatim seditiosi Gerontij dotes cõmemorabant, affluentémque eius doctrinam atque singularem erga omnes locupletes simul & pauperes dexteritatem atque liberalitatem, necnon reliquas quæ ei inerant virtutes referebant. Atque etiam in supplicationibus perinde quasi in terræ motibus, aliísque vel in patria ipsã sua, vel aliis in locis iræ diuinæ indiciis psallebant precantésque Deum orabãt, vt sub illo pastore eis esse liceret. Postremò verò sanè quam inuiti, cum immenso luctu & dolore illum quidem amiserunt: & Pansophium, contra animi sui sententiã, cum metu & odio episcopũ susceperе. Itaque non solùm illi quibus ita ademptæ erant ecclesiæ, verumetiam quibus aliqua cum illis intercedebat necessitudo, Ioannem criminabantur, perinde atque nouas in Ecclesiam res ipse princeps induceret, & antiqua electionum consecrationũmque episcopalium iura abolere institueret: & dolore immoderato transuersim acti, etiam ea quæ ratione optima cõsultò egisset, opinionem multorum sequentes calumniabantur. At Ioannes amorem erga se vulgi magis atque magis accendit: odiúmque potentiorum. & eorum qui clero non bene vellent, in se concitauit, quoniam homines iniuriam aliis facere solitos arguẽdo admonebat, delicatósque & diuites. & alios qui parum sanctè viuebãt, ad virtutem quoad fieri posse, adducere conabatur. Maximè verò hominum in clerum odiũ & contumelias Serapion auxit, archidiaconus eius, genere Aegyptius, vir iracundus, & ad cõtumelias oppidò quàm proclivis. Hic accessere agitata consilia & confessus Ioannis cum sacra Olym- *Monachorum* piade, de qua postea dicemus. Quin ille etiam *circulatorum* monachorum multorum inimicitias sibi concitauit. Quicunque enim intra monasteria philo- *in Ioannem odium.* sopharentur, & res suas agerẽt, eos magnopere charos habuit, & honorauit. Et ne illi à quopiã iniuria afficerentur, atque etiam vt rebus necessariis abundarent, plurimùm curæ habuit. Circumforaneos autem, & qui per vrbis plateas cursitarent, notam philosophiæ suæ inurentes, verbis ita vt decebat, reprehendens, acriúsque carpens, repudiabat. Nonnunquam etiam conuiciis eos corrigens incessebat, & conuenienti obiurgatione perstringebat. Atque illi ad eum modum reprehensi, grauiter id ferre, & verba contumelios a in eum iacere, ferum, crudelẽ, iracundum, superbum, & furibundum appellare, necnõ quietem eius vitam apud multos taxare, cauillari & carpere, aggredi. Et persuadere id eis quas diximus rebus potuere, reprehendentes insuper in eo quòd cibum cum nimine sumeret videretur, quódque nequeat cõuiuio neque in prandio alicuius esset, denique quòd post diuinorum mysteriorum perceptionem pastillũ degustaret. Quibus illi scilicet rebus nixi, innumeras aduersus eum texuere calumnias. *a* Non mi- *a etiam Eu-* nima verò & illa si ab imperatoris vxore, per *doxia Au-* Seuerianum Gabalanorum in Syria episcopum *gusta odisse* accidit odij occasio. Nam & hic vnà cum *b* An- *cæpit Ioannẽ,* tiocho Ptolemaidis Syriæ * episcopo, præcla- *propter Seue-* rus fuit: vterque sanè ad summum, verbis ad po- *rianũ episco-* pulum in ecclesia faciendis, exercitatus. Antio- *pum Gabala-* chus quidem tanta in dicendo facilitate fuit, & *norum.* tam rotundè simul & suauiter pronunciauit, vt * *phœnicia* à quibusdam ipse quoque veluti aureum os ha- *Sozom.* bens Chrysostomus diceretur. Seuerianus autẽ *b Antiochus* sententiarum frequentia & diuinitùs inspirato- *ptolemaidis* rum oraculorũ testimonio melior habitus est, *phœnicia epi-* quòd scilicet Syrorum magis densitatem in lin- *scopus, ob di-* gua ferret. Antiochus prior in vrbem venerat *cendi vim* atque ibi pecunia multa collecta, in ciuitatem *Chrysostomus* suam est reuersus. Quem æmulatus Seuerianus, *quoque dictus.* & ipse eò venit. Et quòd benuolo Ioanne vte- *Seuerianus* retur, sæpe etiam is ei, vt cum populo in ecclesia *Ioãnis amicus* ageret, permisit. Qua in re eum omnes maximè sunt, sicuti & Antiochum, admirati. Et Ioannis honoribus quum multum apud populum potuit, tum in imperatoris noticiam peruenit, & eiusdem coniugi perquã gratus fuit. Atq; quum Ioanni in Asiam proficisci visum esset, huic ipsi ecclesiam suam commendauit, vt curam eius gereret, & vicem suã populũ doctrina pasceret. Putauerat enim ille optimo seo vsurũ amico, *Ioannes in A-* qui per assentationem eum tam sedulò assecta- *siam proficis-* rus fuisset. At ille studio magis habuit vt multi- *cẽs, Seueriano* tudini gratificaretur, eámque oratione duceret, *ecclesiam suã* & ad se modis omnibus pertraheret, suámque *commendat.*

Gerontio episcopatum Nicomediensem adimit.

Ineptũ, atque impium Gerontij verbũ. ob quod ab Ambrosio episcopo coercitus est.

Idem aulicorũ fauore Nicomediensem episcopatum consequutus.

Episcopi filius aulicus.

Nectarius instigante Ambrosio Gerontium ex episcopatu deturbare non potest.

εὐστάξιαν, hoc est, ordinem in ecclesiis cõseruari oportere. Pansophius Gerontio Nicomedia surrogatus.

Gerontius Nicomediensibus mirifice charus.

Episcoporum quibus ecclesiæ ademptæ, necessarij, homines potentes & vitiosi Ioãni infensi.

Causa odij quòd Ioannes acriter vitia taxarat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Zelotipia quadã ductus sacrat.

Serapiex archidiaconus Seueriano præterenunti non assurgit. Seuerianus libricis & insolens dictũ. Ob id dictũ Seuerianus ab vrbe constantinopolitana proscribitur.

d Seuerianus ab Eudoxia in vrbem reuocatus.

Theodosius iunior Ioãnis per baptismũ filius adoptiuus.

Eudoxia Ioannem & Seuerianum in gratiam reducit, e imperatrix filiũ ad genua episcopi admouet.

* ὃν ἐκέλευσε τῷ βαπτίσματι ἰδιοποιήσασθαι

Anthropomorphitarum error in Aegypto.

Theophilus Alexãdrinus errorem eum refellit.

Monachi Aegypti eam ob causam tumultũ in Theophilũ excitãt.

Theophilus techna quadã monachorum vim eludit.

prorsus redderet. Quod vbi Ioannes absens audiuit, Serapione instigante, * non tulit sed quãprimùm ex Asia Constantinopolim rediit. Eo reuerso accidit, vt Seuerianus alicubi præteriret, & ei Serapion, qui illum viderat, nõ assurgeret: veluti ex composito eis qui aderãt ostendẽs, nihilse vitium eum curare. Atque ille plurimùm indignatus, voce maiore exclamauit: Si Serapiõ Christianus diem suum obierit, Christus homo factus non est. Et hoc nomine à Serapione accusatus, à Ioanne vrbe est eiectus, vt qui contumeliosius in Deũ fuerit. Et quum testes in causa producerentur quidam ficuti Seuerianus dixerat, testificati sunt. Qui autem Serapioni fauebant, omnia alia celantes, hoc vnum Seuerianũ dixisse asseuerarũt, quòd Christus homo factus non esset. Ioannes verò non id tantùm, an hoc an hoc solum dixisset, sed alia etiam quæ ille se adiecisse contendebat, in crimine esse dixit. Non enim, inquit, etiamsi Serapion Christianus mortuus non fuerit, propterea, Christus homo factus nõ est Imperatrix Eudoxia simulatque dissidiũ, quod episcopis intercessit, & d Seueriani proscriptionem ex fautoribus eius cognouit statim eum, quibusdam missis, Chalcedone reuocauit. Ioannes autem, quanuis multi pro illo deprecarentur, colloquium tamen & consuetudinem eius detrectauit: quoad imperatoris coniunx, in ea ecclesia quæ de Apostolorũ nomine appellata est, e Theodosium etiamnum infantẽ, quem Ioannes * per baptismum sibi filium arrogauerat, ad genua eius admouens, multãque deprecans & adiurans, vix tandem persuasit, vt se ad placabilitatem daret, & Seuerianum rursum in amicitiam reciperet. Atque hæc sic acta sunt

De quæstione quæ tum in Aegypto est mota, An Deus humana sit forma: & de dissensione, quæ interim Theophilo Alexandriæ episcopo cum monachis Aegyptiis accidit: & de quatuor fratribus monachis, quibus cognomen erat Longorum. Cap. 10.

EOdem tempore in Aegypto, quę paulo antè extiterat, rursum mota est quæstio: opúsne sit, Deũ hóminis forma & corporali specie esse, opinati, an ab humano habitu prorsus esse alienum credere. Et nonnulli quidem simplicitate imperita, ei quæ in scriptura, ex consuetudine eius, dicuntur excipientes, ita vt dici audiebant, faciem & manus & alia corporis membra Deo attribuebant. Alij autem abstrusiorem quæ in literæ recessu latet sententiam eius cõsiderantes, contrarium maximè sentiebãt: atque aliter opinantes impios esse, & blasphemare in Deum dicebant. inter quos præcipuè Theophilus Alexãdrinus fuit. Atque is persæpe in ecclesia etiã eos perstrinxit, qui de Deo tam crassè opinarentur, vt humana forma eum esse existimarent. Quam sentẽciam in epistolam quoque eam retulit, quã ex consuetudine de paschalibus feriis scribere solitus erat: Oportere scilicet Deum incorporeum & ab humana forma alienum mente concipere, docens. Hoc vbi cognouerunt qui in Aegyptiis Asceteriis viuebant monachi, illis relictis, quàm celerrimè Alexandriam venerunt, tantam eam ob causam seditionem concitantes, vt Theophilum veluti impium & blasphemum hominem sublatum voluerint. Ille autem consilio eo deprehenso, arte quadam rem eam expediuit. Atque in seditiosorum conspectũ veniẽs, assentatione eos fefellit: Sic, inquiens, vos vidi vt faciem Dei. Hoc verbum illis, vt iram remitterent, persuasit. Proinde statim intulerunt: Siquidem quod ore profers, corde etiam sentis, Origenis libros te damnare oportet. Nam quia ex monachis nonnulli in eorum lectionem inciderunt, vt ita sentiant, persuasi sunt, nobisque aduersantur. sin id facere noles, pœnas nunc dabis, qui impiam & Deo repugnantem opinionẽ sequaris. Tum Theophilus: Sed & mea dudum, inquit, hæc fuit sententia: & quod vobis placitũ est, id facere paratus sum. Non minus nanque, quàm vobis & mihi Origenis scripta, quíque ea recipiunt, grauem molestiam afferunt. Atque ille quidem tum monachorum turbam deceptã à se remouit, & seditionem composuit. Fortassè autem quęstio quoque ista finem tum suum habuisset, nisi eam Theophilus inimicitiarũ suarũ gratia, veluti intermortuam, ad vitam, vt ita dicam, reuocasset, aperte Ammonio Dioscoro, Eusebio, & Euthymio aduersatus, qui fratres germani erant, & cognomẽtum Longorũ, propter corporis proceritatem habebant. Hi præclari dudum, quemadmodum diximus, in Sceti fuerant: tum autem in Ægypto monasteriis præsidebant & vita & doctrina percelebres. Multa autem eorum fama Alexandriæ, & potissimum apud Theophilum erat, gratia & nomine supra alios Aegyptios monachos pollentes. Frequens cum eis Theophilo consuetudo fuit. Conuiuio enim eos excipiebat, & summopere honorabat.

d Dioscorum quoque, magna vi adactum, Hermopolis episcopum constituit c. Duos autem, vt secum essent, hortatus est. & vix eis tandem persuasit, seu potius vt episcopus id eos facere coegit. Itaque eis in cleri ordinem cooptatis, ecclesiæ œconomiam seu dispensationem gerendã demandauit. Porrò illi vi coacti, ita vt decuit, dispensationis eius munere obeundo enituerũt: mœrore autem pleni erant, quòd pro eo atque non semel constituissent, philosophiæ suæ non incumberent. Postquam autem tempore procedente, in animis ipsi suis se lædi putarent, quòd Theophilum per auariciam quæstuosam vitam sequi, atque omnia magno studio in argentum * redigere, omnémque adeò lapidem quod prouerbio dicitur, mouere, vt auri odore perfrueretur, viderent: conuictum eius declinantes in solitudinem rursum quam vrbanæ vitæ præferebant, se contulerunt. Theophilus, quoad illi rem ipsam celantes, prætextum alium obtenderunt, eos vt manerent, & consuetudine sua vterentur, cohortatus est. Vbi verò se iudicio eorũ condemnatum esse comperit, ira percitus, excãdescere non desiit, & illis se mala omnia facturũ esse minatus est. At illi minas eius nihil morati, in solos, vt dictum est, rursum locos se receperunt. Theophilus autẽ homo vehementissimus, quòd impetu quodam ferretur, insidiosis consiliis adorni eos constituit: & odisse etiã fratrem eorum Dioscorum cœpit, quem Hermopoli episcopum præfecerat. Dolebat homini plurimùm, monachorum præstantissimos quósque illis fauere, magnúmque præstare honorem: tum autem & illud in animo considerabat, nihil se illi

Idem à Theophilo, vt Origenis libros damnet, petunt. Approbat Asceterum petitionem Theophilus.

Quatuor germani fratres cognomine Longi Theophilo charissimi.

d Ex eis ab illo Dioscorus Hermopolis episcopus fit.

e Duo œconomi ecclesiæ Alexandrinæ creati.

Inuiti illi administrationi œconomiæ ecclesiasticæ suscipiunt.

* ἐξεργάσασθαι

Auaritia Theophilo affinguntur. In solitudinem reuertuntur. Indignissimè id fert Theophilus.

illis detrimenti allaturum esse, nisi monachorũ A manum ad inimicitias contra eos suscipiendas commoueret. Re ita deliberata, eiusce modi cõmiscetur dolum. Quod nanque sæpe cum eo in familiari consuetudine de deo colloquuti essent, certò sciebat eos opinari. Deum incorporeum, & à forma atque specie humana prorsus alienum esse: Qui enim humana forma sit, eum etiam affectionibus & perpessionibus humanis necessariò obnoxium esse scientes: id quod à veteribus accuratissimè est disputatum atque decretum, & Origenes potissimum pulcherrimè hoc tractauit. In qua sententia quum Theophilus maximè esset, & vlcisci tamen viros eos statuisset, veluti tempori inseruiens, vt quæ rectè opinaretur, euerteret, graue sibi esse non putauit. Itaque monachorum turbã aduersus eos concitat. Et multos ex eis ad se rapit, viros moribus simplices & idiotas, plures etiam illiteratos. Et literas ad monasteria in solitudinem mittẽs non parendum esse Dioscoro & fratribus eius, quòd apertè Deum incorporeum esse opinarẽtur, docuit. Deus nanque, inquit, ficuti diuina scriptura testatur & oculos habet, & aures, manus, pedes, & alia, ficuti & homines, membra. Dioscorus autem, & eius sectatores, nouum quoddam & blasphemum dogma afferunt, Originem sequuti: neque manus, neque pedes, neque aliud quidquam Deum habere asseuerãtes. Hæc sic cauillans, monachos multos ad cõtentionem excitauit, & seditio ingens orta est: parumque decore à disputationibus inter se agitatis, postremò ad cõcumelias peruenere. Atque equidem qui mentem exercitatam & sensuum robur densius obtinebant, Theophili cauillatione non mouebantur: & Dioscoro rectè sentienti, & in primis Origeni adhærebant. C Qui verò simpliciores erant, & flagrantem quidem, sed non secundum scientiam ardorem ipsi rabant, conflictantes inter se nugabantur, & fratres illos tanquam impiè sentientes proscindebant. Ita factum vt ingens Ascetis inter se intercederet dissidium. Qui Theophili partium erant, Origenistas alios vocabant. Qui autem Deum incorporeum, & à forma alienum esse statuebant, eos qui à Theophilo cõcitati aliter opinabantur, Anthropomorphianos nominabant. Ita inter monachos non paruo conflictu exorto implacabile bellum concitatũ est. Theophilus vbi consilium suum sibi succedere vidit, magna multitudine, militibus etiam consequentibus, montem Nitriæ, vbi plurima erant monasteria occupat, & monachorum cateruas aduersus Dioscorum & fratres eius armis instruit: igneque iniecto monasterium eorum D incendit, & prorsus vastat. Atque illi in summũ discrimen coniecti, vix tandem nudi ex puteis, quo se abdiderant, euadentes, capitis periculum effugerunt.

Theophilus rectè de Deo sentiens, vt monachos Lõges vlciscatur monachos Anthropomorphitas aduersus illos concitat.

Cordati monachi nihil meuentur.

Simpliciores aduersus Longos fratres grauiter commouentur.

Monachomachia in Aegypti solitudine.

Longi fratres fuga sibi consulunt.

Vi fratres Longi propter inimicitias Theophili, si vlãni coniunxerint. Item de Isidoro, vt Theophilo sit aduersatus: & vt Augusta eos benignè susceperit.

Caput 11.

Nitriam adeunt.

HÆc in Aegypto agebãtur, & Ioannem tum latebant, qui doctrinæ incumbens maximè enitebat, propter consentientem omniũ de

Scythopolim cum suis commigrant. Theophilus homines suos Constantinopolim præmittit.

Conferunt se eo quoque duo Longi, & cũ eis Isidorus. Theophilus Isidoro, quem antea charum egregiè habuerat, inimicissimus, a Inimiciarũ causa.

Eis inter Theophilum episcopum & Petrum archipresbyterũ Alexandrinum. Petrus Isidoro unus esse laudat.

Isidorus pro Petro testimoniũ perhibet. Theophilus Petrum & Isidorũ ecclesia exegit.

Idem Eroschotrophus & pauperũ curator, pecuniam e clerisiæ egentibus destinatam, episcopo petenti dare nõ vult in tẽplorum structuram. b Vera Dei templa.

Ammonius Longus deprecatur pro Isidoro apud Theophilum. Theophilus illũ promissis lactat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nius abolere volens, ascitis sibi aliis quibusdam E monachis, ad Theophilum venit, & vt Isidoro communio redderetur, ab eo petiit. Id ille se facturum recepit. Vt verò satis multum temporis præteriit, & illi nihil egerunt, Theophilúsque apertè præ se tulit, tempore extrahendo, verbis eos ludere velle: vehementiore ardore eum aggressi, vt promissum ad finem suum perduceret, supplicando postularunt. Et ille quendam ex monachis comprehensum custodiæ inclusit, vt aliis exterritis, molestia ea qua illum frequenter impetebant, liberaretur. Tantum autem abest vt cõsilio eo quicquam effecerit, vt Ammonius vnà cum reliquis quos coegerat monachis, sua sponte carcerem sit ingressus. Quum enim eam de se custodibus præbuissent opinionem, veluti illam ob causam eò venissent, vt vinctis res necessarias præberent, liberum habuere in carcerẽ ingressum, atque inde egredi noluerunt. Quod vbi Theophilus intellexit, ad se eos venire iussit. Illi autem primùm ei significarunt, vt ipse ibi præstò esset, & exeundi eis potestatem concederet. Oportere enim propalàm eis exitũ permitti, qui tam apertè contumelia ab eo affecti essent. Vix autem deinde ei cedentes, ad eum sunt progressi. Ille deprecatione interueniente, pollicitus se is postea molestum non fore, sed re ipsa promissum expleturum esse, eos absoluit. Intra seipsum autẽ se excrucians indignabatur, & mali quidquam viris eis facere moliebatur, quos antea nõ secus atque suam ipsius animã dilexisset. Quum autem animi dubius esset, quomodo tã- G dem ægrè illis faceret. qui præterquam corpora nihil possiderent, & res omnes monasticæ philosophiæ suæ postponerent, quietem eorum interturbare aggressus est, & quæstionẽ eã de Origenis opinione quæ dicta est, eis criminis loco obiecit. Has fuisse causas cognoui, cur Isidorus, quem diximus, cum Dioscoro & fratribus eius Constantinopolim venerit: nimirum vt publicè sub imperatore ipso & Ioãne iudicibus, iniuriæ atque insidiæ, quibus expetiti fuerãt, cognoscerentur. Existimabant enim Ioannem pro consueta sibi libertate, qua legitimè vtebatur, à iure & æquitate non aberraturum esse. Ille viros benignè acceptos, in honore habuit, & ad communes in ecclesia preces adhibuit: ad diuinorũ autem mysteriorum communionem non admisit. Neque enim fas erat, ante causam cognitam ea cum illis communicare. Ad Theophilũ verò pro eis literas dedit, vt vel illis communionem redderet, qui rectè de Deo sentirent: vel idoneũ aliquem Constantinopolim mitteret, qui cum illis ambigeret, siquidem ei visum esset, cum eis iudicio contendere. Et quum diutius in vrbe monachi morarentur, & imperatrix Eudoxia in publicũ progressa esset. Ammonius cũ fratribus suis ad eam in via accessit, & Theophilum propter iniurias eis insidiosè illatas accusauit. Illa autem vbi iniquè cum eis actum esse sensit, honorem viris exhibens, constituit: atque ex imperiali curru prospiciens, capite eis annuit: & † Benedictionem, inquit nobis impertite, & Deũ pro imperatore, * & me, liberisque nostris orate. Ego verò quàm celerrimè curabo, vt Theophilus hic præstò sit. Hæc postquam illa dixit, vlterius processit.

Idem monachum quendã in carcerem coniicit.

Xum monachum Ammonius & alij in custodiam sequuntur.

Absoluit & amittit à se monachos Theophilus.

Quietem eorũ mox monachomachia instituta perturbat.

Dioscorum & Isidorum Cõstantinopoli Ioannes benignè suscipit.

Preces cum eis communicat.

Eucharistiam non item.

Longi fratres Theophilum apud Eudoxiã accusant.

Benedictionem Eudoxia à Longis petit.

† εὐλογεῖτε.

* *Et pro imperio Romano. Sozom.*

Vt Theophilus Ioanni aduersans, se in amicitiam Epiphanij Cypriũ episcopi, cui antea fuerat inimicus, insinuauerit: & Ioannem tanquam origenistam per calumniam arguerit, Synodúsque coegerit, quæ Origenis scripta abolenerunt, in hoc vt Ioannem & Longos criminando traduceret. Caput 12.

FAma verò falsa Alexandriam peruenit, Ioã- *Theophilus*
nem cũ illis mysteria cõmunicasse opémque *Ioanni etiam*
illis ferre constituisse. Porrò Theophilus varia *struit insidias.*
in animo agitabat consilia, vt non solùm Dioscorũ & germanos eius vlciscereturi, verumetiã Ioannem, si fieri posset, episcopatu deiiceret. Atque hæc secum ipse tacitus voluens, & insidiosè moliẽs, ad vrbium pleraturnque episcopos scripsit, cõsilium quidem quod parturiebat occul- F tans: Origenis autem libris insultans, quibus *Athanasius*
Athanasius ille multorum certaminum victor *multum Ori-*
ante eum ad fidem suam comprobandam, in lu- *genis scriptis*
cubrationibus suis aduersus Arianos æditis sæ- *aduersus.*
penumero est vsus. Postquam autem ei in mentem venit, multum cœpto suo profuturum esse, * *Constantia.*
si Epiphanium * Salaminis in Cypro episcopũ *Socrat.*
ad conatus eius societatem sibi asciscereti, ætatis *Sic enim quæ-*
suæ perquam celebrem, vitáque præclarum & *que ea vrbs*
virtutis reuerentia spectatum virum, statim ad *est dicta.*
eum misit, sibíque amicum fecit, quum quidem *Theophilus*
dudũ ab illo dissensisset, vtpote qui Deum * hu- *Epiphanium*
mana forma esse opinaretur, tum autem, veluti *Salaminum*
per pœnitentiam ipse Theophilus rectam com- *episcopum ad*
plexus esset sententiam, suffragator ei est factus. *partes suas*
Ea scilicet mente Theophilus fuit, vt qui huma- *pertrahit.*
nam formam Deo tribuentes rideret, propter *Epiphanius*
quorundam inimicitias auersari se ea quæ rectè *Anthropo-*
opinaretur, significationẽ per fucum de se præ- *morphita.*
beret. Tum igitur, quemadmodum dictum est, *Socrat. lib. 6.*
vbi Epiphanium amicum sibi reddidit, consen- *cap 10.*
tire ei se in opinione de Deo assimulauit, eundẽ- *Sozom. lib. 8.*
que ad librorum Origenis calumniosam suggil- *cap. 14.*
lationem, perinde atque prauorum dogmatum *Epiphanius*
causæ essent, incitauit. Epiphanius autem, qui *instigante*
dudum Origenis scripta exosa habebat, quòd *Theophilo, in*
simplex esset, & in summa religione viueret, fa- *prouinciali*
cillimè pedibus in Theophili sententiam iuit. *Cnodo libros*
Et illico episcopis in Cypro cõgregatis, Orige- *Origenis*
nis librorum lectionem edicto inhibuit. Et Sy- *damnat.*
nodi eius decretum quum ad alios multos, tum *Idẽ persuadere*
ad Constantinopolitanum antistitem misit: quẽ *Ioanni vt itidem faciat,*
etiam hortatus est, vt synodo coacta, idem de H *contendit.*
Origenis scriptis statueret, ac deinceps sibi ipsi *Theophilus*
eorum lectione intercederet. Theophilus, vbi *quoque cũ epi-*
Epiphanium multos habentem laudatores, qui *scopis suis*
propter vitæ eius præstantiam, quod ipse senti- *eosdem libros*
ret, opinione sua comprobabãt, ad partes suas *damnat, vt*
pertraxit, conuocatis & ipse qui sub eo erant *Dioscoro agrè*
episcopis, decretum in eandem sententiam fecit, *faciat.*
& prolixam Origeni intendit calumniam, qui
etiam ante ducentos annos è vita excesserat: nõ
ille quidem hoc præcipuè propositum sibi con-

* *Mirum profecto est, quòd Nicephorus, Sozomenum sequutus, antropomorphitam Epiphanium esse scripserit. Cum eum diuersæ sententiæ assertorem fuisse constet, in panario opere contra Audianos hæreticos disputantem. Qui opinati falsò sunt, quòd Deus ad imaginem & similitudinem suam hominem creauerit, propterea Deum hominis formam obtinere.*

silium habens, sed illud maximè agens, vt Dios- A
corum vlciscereturi. Atadmirandus Ioannes res
ciuscemodi indignatores esse putauit, quàm vt
corũ cura & studio occuparetur, Epiphaniique
& Theophili literas nihil prorsus est moratus.
Ioannes doctrinã episcopali incumbit. Verùm consuetis sibi doctrinæ laboribus incũ-
bens, in ea maximè florebat: insidiarum quæ ei
finistrè tendebantur, nullam habens rationem.
Vbi autem manifestò constitit. Theophilum id
studio omni conari, vt Ioannem throno dice-
rent: tum verò qui hostili in eum erant animo, ex
clero quidem multi, non pauci verò eriã ex ma-
gistratibus, & eis qui potentia & auctoritate va-
lerent, cõmodum se tempus inuenisse rari, quo
Obtrectationũ Ioannis opera synodus frequens episcoporum Constantinopoli cogitur. vindictæ suæ in Ioannem cupiditatem ostende-
rent obtrectationes vndequnque calumniis &
sycophantiis emendicatis texuerunt, atque vt B
ingens synodus in vrbe Constantinopolitana
celebraretur instituerunt: episcopis quibusdam
ea de causa scribentes, plures autem sine scripto
euocantes. Et Theophilus ea re cognita, studiũ
etiam suum magis intendit: & Ægyptiis episco-
pis, vt Constantinopolim traiicerent, autor fuit:
Epiphanio autem, & aliis in Oriente episcopis
scripsit, se celeriter Constantinopolim confer-
rent. Ipse porrò pedestri itinere eò profectus est.

De Ioannis & Epiphanij in vrbe Constantinopolitana dissidio: & vt pœnitentia ductus Epiphanius in Cyprum nauigans, vitam morte commutarit, ita vt Ioannes prædixerat. Caput 13.

Epiphanius Constantinopolim venit. PArua interfuit mora, & Epiphanius primus C
naui aduectus, ad Septimum venit, decretum
contra Originem scriptum secum ferens: in
quo nõ Origenem ipsum excommunicauit, sed
libros tantum eius damnauit. Et postquam in
eius loci ecclesia precationem peregit, & diaco-
num cõsecrauit, Cõstantinopolim est ingressus:
Ioannes clerum suum benevolentia gratia obuiam mittit. quem Ioannes aduentẽté, clero omni honori-
fice ei obuiam misso excepit. Ille autem apertè
præ se, Theophili suasionibus se duci, tulit. Nã
admonitus vt in ædibus ecclesiasticis maneret,
cõditionem eam repudiauit: & in eundem cum
Ioanne locum conuenire, Theophilo nimirum
gratificatus renuit. Episcopis etiã aduenis seor-
sum ad se euocatis, abolitionem Origenis scri-
prorum exhibuit: non ille quidem, quod contra D
Epiphanius Augustæ pollicetur, se gnum eius filiolum coniaturum esse, si illa Longos fratres vrbe exigat, Augusta dictum hoc eius videt. exdiceret, habens, sed de Theophili sententia
remouere ea tentans. Et reperti quidam sunt, qui
sua erga Epiphanium obseruantia decretum id
chirographis suis confirmarunt: plurimi verò
id facere detrectarunt. a Porrò Theotimus Scy
tharum episcopus, Epiphanium etiam verbis
propè perstringens: Ego, inquit: ô Epiphani, ne-
fas esse puto, contumelia eos qui dudum sunt
mortui, afficere: neque ita temerè vetustiorum
scripta abiicienda censeo. Extra blasphemiam
enim non est iudicium illorum proculcare, &
quæ ritè atque ordine ab eis statuta, & tempore
ipso comprobata sunt, abrogare, minimè mihi
viderur prudentium virorum esse. Cum hisce
verbis librum quendam Origenis in medium
produxit, atque vbi quàm necessaria & vtilia
ecclesiæ in eo essent indicauit: Absurdè, dixit, fa-
ciunt, qui hæc calumniari studeut. Non enim
hæc tantum, sed ea etiam de quibus in libris tra-

Epiphanius & Ioanne ad Spiritus iuc cõplectendum, & communionem precum inuitatus, oblationẽ eius respuit.

Epiphanium contra Ioannẽ inuidi excitant.

Ioannes per Serapionem Epiphanium, ne in Apostolorum templo, sicut constituerat, conuentum agat, deterret.

Epiphanius Augustæ pollicetur, se gnum eius filiolum coniaturum esse, si illa Longos fratres vrbe exigat, Augusta dictum hoc eius videt.

b Longi Epiphanium conueniunt.

Ridiculè & perperam dãnantur, quæ non cognoscũtur.

c Colloquium pulchrum Ammonii Longi et Epiphanii.

a Theotimus Scythiæ episcopus scripta Origenis defendit.

b Longi Epiphanium conueniunt.

c Colloquium pulchrum Ammonii Longi et Epiphanii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Οὕτωσι ἐκεῖνα ἐξ ἀνωμολογημένων κατεδίκασεν ὧν αὐτὸς πρότερον ἐξεδίδου καὶ ἐπεδείκνυτο καὶ μισθὸν τοῖς εὐλογοῦσιν ἀπεδίδου. *Epiphanius humanior, benigniórque fit longis idem cõstantinopoli discedit. Dictum eius celebre. Epiphanii mors.* Τύποις ρίσιν.

Ioannes Epiphanii mortẽ, Epiphanius Ioannis exilium prædixit.

id prolsinderet, & tanquam hæreticum calumniari aggrederentur, nos optima ratione patrem defendimus, atque illius scripta veluti rectissimè composita propugnauimus. * Proinde minimè conueniebat, vt nos ita indicta causa veri quadam similitudine adductus reniceres, quos ipse non condemnasti: aut talem referres gratiã eis, qui tecum sunt in rebus bonis & honestis coniuncti. Epiphanius hisce verbis ad pœnitentiam coniectus, modestius homines & accepit & dimisit. Quum autem non diu quasi sententia sua seipsum damnans, morandum sibi Constantinopoli duceret, aut Deus etiã, vt ego puto, mortem ei suam oraculo indicaret, in Cyprum nauigauit, atque inter nauigãdum mortuus est. Et quum episcopi eum ad mare deducerent, & & ipse nauim cõscendere deberet, dixisse ad eos fertur: Vrbem hanc & Imperatoriam aulam, vitæque huius † actionem & famulam vobis relinquo: ego verò ab eo, in ciuitatem aliam transire properans. Illud quoque sempiterna memoria dignum verbum protulisse eum dicunt, quòd hodie quoque in auribus multorum personat. Quemadmodum enim Ioannes Epiphanio mortem in mari prædixerat, sic ipse illi episcopatus abrogationem prænunciauit. Nam quum inter se dissiderent, Epiphanius Ioanni dixit: Ego te episcopũ moriturum esse nõ puto. Ad quem Ioannes contrà: Ego verò, inquit, scio te in Cyprum peruenturum non esse. Et habuit vtrunque hoc dictum euentum suum. Neque enim Epiphanius in sedem suam rediit, & Ioannes paulo pòst throno suo eiectus est. Sicuti hoc historia procedens docebit.

De dissidiis inter Ioannem & Eudoxiam imperatricem, & de Theophili aduersus Ioannem insidiis, & de Cyrino episcopo Chalcedonensi. Cap. 14.

Concionibus suis Ioannes effecit, vt Eudoxia ademptam Callistrope viduæ vineam restitueret. Ioannis Homilia in mulieres malas, in qua oblique Eudoxiã perstrinxit. Theophilum Constantinopolim euocat. Multi episcopi contra Ioannẽ Constantinopoli cõueniũt. Eudoxia apud Arcadium Ioannem criminatur.

POstquã Epiphanius discessit, Ioannes à quibusdam certior fit, Epiphanium ab Imperatoris coniuge aduersus eum excitatum esse, quum varias alias ob iniurias quas subditis illa intulerat, tum maximè propter vineam illam vt duæ Callistropę. Quam rem Ioannes cum reprehensione carpere prius non desiit: quàm illa mulierculæ possessionem suam redderet. Et vt ille in eiusmodi delictis corrigendis ardẽtior atque in concionibus acrior erat, orationem in ecclesia pro concione habuit, qua cõmuniter in mulieres malas inuectus est. Multitudini autem visum est, orationẽ eam quasi sub inuolucro contra Augustam maximè ab eo compositam esse: quæ etiam ab aduersariis eius excepta, ad eã est delata. Et illa maritum statim adiit, & apud eum contumeliam suam deplorauit, iniuriam eã mariti communem esse dictitans. Confestim etiam vt Theophilus aduenisset, curauit, atque vt quã primum synodus aduersus Ioannem cogeretur, egit. Adiuuabat autem eam Seuerianus quoque Gabalanorum episcopus, dolorem adhuc suum tectum in animo fouens, quippe qui nondum maleuolentiam in Ioannem suam deposuisset, Cæterùm siue Ioannes casu quopiã huiusmodi in ecclesia habuit orationem, seu subobscurè in Imperatricem est inuectus, propter eam quę sibi cum Epiphanio intercessit contẽtionem, quod affirmare certò non possum: Theophilus quidẽ

Initur consilium Chalcedone contra Ioannem. Cyrinus, siue Quirinus.

proiectò non multo pòst affuit, & multi præterea episcopi, partim Imperatoris iussu, partim Theophili instinctu, Constantinopolim aduenere. Potissimùm verò magno illi studio concurrerũt, quibus in Asia à Ioanne legitimè episcopatus adempti fuerant, quique ei alias etiam ob causas hostiliter aduersabatur. Iam naues quoque quas Theophilus expectarat, ex Ægypto appulerant. Atque vbi Chalcedone Bithynorum congregati omnes cõuenere, quomodo rem aduersus Ioannem aggredi deberent, consultarunt. Erat tum Chalcedone episcopus Cyrinus, Theophili popularis, Aegyptius videlicet. Hic multum illi gratificari studuit, Ioanni quam maximè inimicus. Itaque progressus, Ioannem conuiciis plurimùm proscidit, impium illum, insolentem, & inflexibilem nominans: quibus dictis episcopi sunt delectati. Verùm illum parua intercedente mora, ob iniurias eiusmodi diuina vindicta persequuta est. Maruthas enim Mesopotamiæ episcopus, imprudens alterum pedum eius calcauit: vnde ille malè habere cœpit, & propterea cum reliquis episcopis Constantinopolim proficisci nequaquam potuit, quamuis ad struẽdas Ioanni insidias necessarius esse videretur. Deinde autem quum deteriores multo res eius fierent, crus ei à medicis etiam est resectum. Putredo enim inde exorta, ita reliquũ corpus inuasit, vt contagione alterum quoque itidem pedem occuparit. Quin nõ multo etiam pòst, ea ipsa plaga vitam finiit: gratiam eã contumeliis, quibus virum sanctum affecerat, acceptam ferẽs. * Cuius thronum Arsacius recepit.

Chalcedonenses episcopi in Ioannem inueh untur. sentit is statim vindictã diuinam.

Marutha Mesopotamiæ episcopus, Dioscori mors.

** Hæc verba de Arsacio apud Socratẽ & Sozom. non reperiuntur. Quirini episcopi successor Arsacius.*

De synodo ad basilicam, cui nomen erat Rufini, contra Ioannem congregata: & vti Ioannes absens indicta causa sit damnatus. caput 15.

VBi verò Theophilus Constãtinopolim peruenit, nemo illi pro recepta consuetudine, ex Constantinopolitano clero obuiam processit: quod omnibus constaret, inimicum eũ episcopi esse. Nautæ verò Alexandrini, & maximè qui frumentum eò aduexerant, congregati, cum fastis acclamationibus cupidè eũ susceperunt. Et quòd ecclesiasticũ hospitium auersatus fuerat, in Imperiales quasdam ædes, quæ instructæ ei fuerant, diuertit. Placidianæ hæ nominantur. Tum verò nulla librorũ Origenis mentio erat, sed ad alia absurda crimina animos conuerterunt. Atque vbi multi accusatores conuenere, Theophilus ex voluntate sua rebus dispositis: Constantinopoli in suburbanum nauale Chalcedonis trãsiit, cui nomẽ est Δρῦς, hoc est Quercus: quod etiam ad hunc vsque diem Rufini cõsularis appellationem obtinet, splendidã regiam ecclesiãmque maximam & celebertimam habens, quam ille in Petri & Pauli apostolorum honorem construxit, locúmque ἀποστόλειον, hoc est, Apostolarum, siue Apostolorum ædem nominauit, in propinquo quoque plurima monachorum, qui in ecclesia cleri munia obirent, domicilia ædificauit. Ibi episcoporum conuẽtu coacto, Theophilus librorum quidẽ Origenis non meminit: monachos autem, qui ex Secti venerant, primùm ad pœnitentiã inuitauit † præteritarum iniuriarum se obliturum, neque eos postea offensurũ esse pollicitus. Et quum Theophili

Aduenientẽ Theophilũ clero, nemo Constantinopoli obuiam est progressus. Fecerunt hoc Alexandrini nautæ.

Theophilus in ædes imperiales diuertit. idem ad Quercũ suburbanum Chalcedonense nauale epis-coporum conuẽtum agit. Theophilus & monachi à Sectis inter se conciliantur.

phili partium studiosi, & ipsa synodus, pro ipsis A per simulationem & fucum supplicum more deprecarentur: monachi ea re seducti, & quod in multorum episcoporum præsentia, etiamsi ipsi iniuria affecti essent, faciendum hoc sibi esse putarent, solitum illud verbum, * Ignosce, dixerunt. Theophilus porrò nõ grauatè eis indulsit, eosdémque ad communionem admisit. atq; ita inquisitio de eis finem suum habuit. Quod quidem iudicio meo factum non fuisset, si Dioscorus & Ammonius adhuc vixissent. Dioscorus nanque Constantinopoli prius mortuus, in tẽplo Mocij martyris sepultus est. Ammonius autem breui pòst, quum synodus adornaretur, valetudine affecta in Quercum quidem venit: sed illic morbo propter traiectionem inualescente, paulo pòst & ipse diem suum obiit, atque ibi à monachis suis honorificè est tumulatus. De β morte eius certior factus Theophilus, illachrymasse, atque illud propalàm exclamasse fertur: a Nullum iam esse, qualis Ammonius fuerit monachum reliquum: etiamsi ille ipsi turbarũ causa fuerit. Cæterùm mors quoque ea ex sententia eius cecidit. b Theophilus & synodus ipsa Cõstantinopolitanæ vrbis clerum omnem euocauit, dignitatis abrogationem, si quis aduentum differret, comminata. Illi verò Ioãnem quoque, vt causam diceret, ibi adesse, & cum eo Serapionem quoque & c Tigrium eunuchum presbyterum, & Paulum quendam lectorem venire iusserunt. Hi nanque vnà cum illo rei agebantur. Sedenim Ioannes quum alios quosdã familiares ex clero suos, tum Demetrium Pessinuntiũ eò misit, & concilio verba hæc renunciari præcepit: Nõ ego iudicium fugio, paratusque adeò ad dicendam causam sum, si modò qui accusatores mei sint, cognouero, d & quæ illi mihi crimina obiciant prius dispexero. In maiore autem frequentiore que synodo respondere cõstitui: neque enim tam sum stupidus, vt rem talẽ subire, & tam manifestorum inimicorum iudicium ferre velim. Grauiter hoc episcopi, perinde atque ille synodo tantæ minus parẽre cõstituissent, accepere. Et qui ab eo legati fuerant, reuersi ad eum non sunt e Demetrius autem, & qui in anem gloriam pòst Ioannis consuetudinem habuere ad virum sanctum rediere. Eo ipso die notarius & cursor expeditus ab Imperatore missi, Ioannem quidem vt in synodum veniret acriore mandato iusserunt: episcopis autem, vt sibi sententia differenda negotium non faceſſerent, significarunt. Vt autem ille quater citatus non comparuit, iudices illos vt sibi inimicos exceptione summouẽs, & ad vniuersalem synodum prouocans, illi contumacia viri condemnata, episcopatum ei abrogarunt: nihil in eo reprehendentes aliud, quàm quòd quater euocatus, iudicio se non stitisset.

* ἐπὶ προσωποληψίᾳ.

* συγχώρησον.

Ammonij mors, Dioscori mors.

a Ab inimico Ammonio is præclarum fert laudem. b Clerus Constantinopolitanus ad synodũ citatur. c Eunuchus presbyter. sed Sozomenus eunuchum non habet. Socrates habet.

d Ioannes iudices sibi inimicos reiecit, ad concilium illum pronocat, per internuncios.

e Imperator Ioannem ad synodum ire iubet. idem indicia maturari præcipit Ioanni à synodo tanquam contumaci episcopatus abrogatur.

De priore Ioannis exilio, populique ob id concitati tumultuoso clamore: & vt inuitus sedem suam recepe-rit pacem atque benedictionem populo precatur. Caput 16.

PLebs Constantinopolitana vbi circiter crepusculum factum hoc resciuit, ad tumultum maximum excitata, atque ecclesiam ingressa, cùm quàmplurima alia verba vociferata est: tũ

Populus Byzantius Ioannem in exilio abduci non patitur.

Ioannes propter πρεσβυτερίαν tertio à condemnatione die in exilium it.

Tumultus plebis commotæ.

Seuerianus condemnationem Ioannis pro concione laudauit.

Idem Ioannẽ tanquam superbum hominem taxat.

Plebs restitutionem Ioãnis ab Imperatore flagitat.

Obtrectatores quique eius nonnulli sententiam de eò suam mutant.

Reuocatur ab exilio per Eudoxiã Ioãnes. Ioannes liberorum imperialium in baptismo susceptor & cõpater.

† μυταγώγους. τῆς θείας κολυμβήθρας τὸν ἱερὸν τοκετὸν αὐτῶν κοινωνήσαντας.

† ἐν τῷ ἀναπλῷ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causam suam legitimè cognoscit, & Ioannis in suburbana regione Mariana possessa restituitur in ecclesiam suam.

Ioannes Absolni se à condemnatione iniqua vult.

Benedictio episcopalis.

Oratio Ioannis in reditu suo ad populum habita.

Orationis eius summa.

perstringens. Quapropter tãta sibi imposita necessitate, oppido quàm inuitus vrbem est ingressus. Tum nauigantibus Bosporus repletus, & piscatoriis nauibus mare contectum est, & plebs vniuersa ei statim obuiam prodiit, cereos accensos ferens, & psalmodias ad rem præsentem aptè & eleganter compositas concinens, eumque ad ecclesiam produxit, reluctantè admodum, & affirmantem eos qui sententia sua se inique condemnassent episcopos, legitimè rursus, pro eo atque par esset, absoluere debere. Vi autem eum plurima cogentes, in sede episcopali collocarũt, vt pacem populo ex superiore loco annunciaret & precaretur. His rebus ita ex necessitate quadam actis, orationem tum quoque ex tempore ad populum habuit, argumẽtis cum magna gratia appositis vsus. Dixit enim, Theophilum per contumeliam conatum esse ecclesię suæ iniuriam facere: perinde atque rex olim Aegypti in patriarchæ Abrahæ coniuge infamerit, quemadmodum hoc Hebræorum libri cõmemorant. Et plebis propensam alacritatem laudibus prosequutus, beneuolentiam quoque Principum erga se celebrauit, & multitudinẽ vt Imperatorem & Imperatricem faustis auspicatisq, vocibus ornarent, adeò excitauit, vt orationem ad finem perducere non posset, sed in dimidia eius parte dicere desisteret.

De iis quæ deinde Theophilus malè perperámque egit: & vt fuga sibi consuluerit, populo per seditionem in partes discedente. & de sancto Nilamone monacho, libríque Origenis: præterea de synodo pro Ioanne coacta. Caput 17.

Ioannes inuitus episcopalibus officiis fungitur.

THeophilus in hoc rerum statu consilij dubius, quamuis propalàm Ioannem calumniati percuperet, vt qui post abrogationem nihilominus episcopalibus fungeretur muneribus, facere id tamen nõ audebat. Certò nanque sciebat, se ea re Principes offensurum esse. Illi enim propter vulgi motum, Ioannem vt id faceret, per deprecationem reluctantem, coegerant. Itaque Heraclidæ accusatoribus quamuis absentis, iudicium iniuriarum dedit. Inde enim facilè se ad Ioannis abrogationem peruenturum esse putauit. Heraclides quidem, vt dixi, non affuit, absens tamen accusabatur, quòd per vim quosdam pullatos, & catenis vinctos, per mediam Ephesiorum vrbem veluti in triumpho duxisset. Porrò quum * Ioannis fautores absentem reũ agi non debere dicerent: & qui à Theophili partibus stabant accusationes Heraclidis admittendas, indiciúmque etiam contra absentem dandam esse contenderent, qui episcopali functione indignus esset, rixa inde inter Alexandrinos & plebem Cõstantinopolitanam exorta est: & quòd res ad conflictũ peruenit, multi vulnerati, nõ pauci etiam cæsi sunt. Proinde Theophilus impetum multitudinis metuẽs, atque itidem qui cum eo erãt episcopi, præterquàm qui Ioanni coniuncti erant, Constantinopoli profugientes, ad sua se quisque recepit. Theophilus verò cum Isaacio monacho hyeme incunte Alexandriam venit. Accidit autem vt geras appellaret, oppidum circiter quinquaginta stadia à Pelusio situm. Quod autẽ ibi tum episcopus mortuus esset, incolæ & ciues in locum eius Nilamonem legerunt, virum bonum & propter virtutem percelebrem, monasticáque philosophia præclarum. Degebat autem ante oppidum paruæ casæ inclusus, cuius aditũ saxis obstruxerat: & quum episcopalem dignitatem suscipere detrectaret, Theophilus, ei, vt à se consecrationem susciperet, suasit. Postquã verò eum sæpius pernegantem non expugnauit: Cras ille tandem, inquit, si ita placet, ô pater, quod constitueris facito: me autem hodie res meas agere atque disponere sine. Vbi postridie Theophilus ad eum venit pro eo atque inter eos conuenerat, & fores aperire iussit, Nilammon: Agè verò, inquit, Deo primùm precationem offeramus. Approbauit hoc Theophilus, & orationem peregit. Nilammon autem inter precandum vitã finiit: idque tum Theophilus, & qui cum eo foris stabant, ignorabant. Atque vbi plurima diei pars præteriit, & clamorem eorum Nilammon non exaudiit, tenuolutis ab ostio saxis, mortuũ illum repererunt: eúmque, sicuti conuenit, coopertũ atque compositum magnificè sepelierunt. Super sepulchro eius ciues precatoriam domum condidere, obitúsque eius diem ad hoc vsque tempus festum læti peragunt. Ita Nilammon mortem oppetiit: siquidem mors dicenda est, quam sibi ipsi potius precibus votisque exoptauit, quàm vt episcopus fieret, indignum se ea dignitate propter modestiam & summissionem animi esse ratus. Verumenimuerò rebus his ita gestis, b Theophilus ab omnibus damnatus est: qui hominum erga se odiũ eò etiã magis auxit, quòd rursum citra dissimulationem, reformidans, libros Origenis eos in manibus habebat, quos paulo antè condemnauerat. Et interrogatum aliquando à quopiam, cur quæ antea abolenda iudicasset, scripta rursum versaret: respondisse dicunt, Origenis lucubrationes prati instar esse, quod varios & bene olentes flores proferat. Quapropter se si quid in eis fructuosum reperiret, colligentem decerpere: si quid autẽ spinosum se ei offerret, id auersari, & tãquam perniciosum præterire, dixit. Hoc sic Theophilus fecit. non satis Solomonis secum reputans dictum, quòd verba sapientum tanquam † boum stimuli sunt, aduersus quos calcitrare nõ oporteat eos, quibus contemplationum & veritatis stimulos sentire contigit. Quas ob causas, in immensa omnium condemnatione Theophilus fuit. Diuus autem Ioannes Constantinopolim reuersus, in eum amorem & gratiã populi peruenit, vt cupiditate eum è throno suo docentem videndi, magis atque magis accensi flagrarent. Conuenerũt autem eò propè sexaginta episcopi, qui irrita esse quæ in Quercu acta fuerant, sanxerunt, & Ioannem episcopatum nihil metuentem retinere iusserunt. Ita deinceps episcopalia munia obiens, clerum consecrabat, aliáq; peragebat qui episcopum exequi fas est, ecclesiam quamoptimè administrans. Quo tempore etiam Serapionem, propter quem multorum in eum odium maximè accensum fuerat, Heracleæ in Thracia episcopum fecit.

Nilammone lectioni non assentitur.

Theophilus illum episcopũ cõsecrare vult. Ante consecrationem inter precãdum Nilammon moritur.

Sozo. lib. 8. cap. 9.

a professo tenuis indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. b. si quem C. de epis. & cleric. olim sanctiuerit sibi episcopi. b Theophilus malè audit, quod libros Origenis à se damnatos legat. Theophilus libros Origenis prorsus abolendos censuit. Sozo. lib. 8. cap. 12.

† βόες κέντρα

Publicum hominũ in Theophilum odium. Commouit omnium in Ioannem amorem. Sexaginta episcopi Constantinopoli congregati. Theophili acta abrogant. Serapion Heracleæ episcopus.

De altera synodo aduersus Ioannem conuocata, & de abrogatione exilióque eiusdem. Caput 18.

Non

Argentea Eudoxiæ statua pro diuinæ Sapientiæ templo.

Varij generis ludicra apud hæc fieri solita, in ea inuehitur Ioannes Eudoxia irascitur.

Libertimæ Ioannis cõciones in Eudoxiam voces.

Cogitur episcoporum aduersus Ioannẽ conuentus nouus.

In cõciliabulo Ioannes condemnatur.

Criminis loco ei obiectum quòd post excommunicationem suam, ipse sibi episcopalem dignitatem autoritate propria vendicasset.

Canonem Arianũ Ioannes refutat.

NOn longè pòst bellum aliud aduersus Ecclesiam rursum motum est, ab huiusmodi initio. Statua argentea in porphyretici marmoris columna sub nomine Eudoxiæ Augustæ in meridionali parte ecclesiæ, pro magni consilij curia, in sublimiore loco chlamyde amicta stabat (non adeò propè, neque adeò longè à templo cui Sapientiæ nomen est.) Latior enim intercedebat via. Ad hanc plausus & spectacula publica saltationum inimicorũ ludorum, ingẽtésque clamores edebantur. Ioannes autem cum ecclesiæ contumelia hæc fieri arbitratus, solita libertate dicendi sua excitata, auream linguam aduersus eos mouit, qui ludicris eiusmodi nauabant: atque in concione quadam vehementer est in eos inuectus. Imperatrix autẽ priores adhuc dolores in recenti memoria retinens, dicta ea rursum in se contulit: & ita percita synodum aliam cogi quamprimùm curauit. Ioãnes porrò vbi id sensit, tantum abest vt verba sua retractarit, vt apertius etiam in ecclesia alia proloquutus, ad iram illam accensus sit, quum decãtatam illam & celebrem orationem in templo ad populum habuit, eiusmodi eam verbis exorsus: Rursum Herodias furit, rursum turbas ciet, rursum saltat, rursum Ioannis caput in disco excipere festinat. Atque illud insuper in Homilia quadam sempiterna memoria dignum vsurpauit verbum: An non semper εὐδοξίαν hoc est, veram gloriam odi: ἀδοξίαν autem, hoc est, infamiam dilexi? De Iesabele & sacerdotibus turpitudinis historiam insuper adducens. Quod vbi ad aures Eudoxiæ peruenit, magnopere animum eius ira accẽdit. Breue intercessit tempus, & quum alij plerique episcopi, tum Leontius Ancyræ minoris Galliæ, Ammonius Laodiceæ, in Pisidia, Beisson Philippopum Thraciæ, Acacius Berrœæ in Syria, & nonnulli alij antistites affuere: apud quos causa prior renouata est. Ioãnes autem magnum obtinens animum, petiit, vt de criminibus in medium productis quæreretur. Et iam natalis Christi festus dies instabat, atque Imperator de more suo pristino in ecclesiam non venit: & Ioanni denunciauit, nõ prius se in eius conspectum venturum esse, quàm ille se de obiectis criminibus purgasset. Porrò vbi Ioannes se alacriter ad dicendam causam quicunque eum accusaret, exhibuit, aduersarij eius rimore capti, criminari eum ausi non sunt. Et episcopis visum non est, denuò eum in iudicium trahere, cui qualicunque de causa thronus antea esset ademptus. Et quum de rebus aliis inquirere supersedẽrũt, tum vt de eo solo causam Ioannes diceret postularunt: Cur post abrogationem eius, synodi decreto & autoritate non intercedente, ipse sibi episcopatum contulisset, thronúmque inuolans conscendisset. Atque vbi Ioannes suffragia sexaginta, qui cum eo cõmunicauerant episcoporum prætendit, Leontius & qui cum eo erant: Sed plures, dixere, erant, ô Ioannes, qui te condemnarunt. Et accedit, qui hoc fieri prohibet, episcopalis Canõ. Tum ille: Atqui is nõ Ecclesiæ sed Arianorum est canon, qui quum Antiochiæ aduersus ὁμοούσιον cõsubstantialis fidei professionẽ decertarent, & Athanasio per sycophantiam circumuẽto, ecclesiam Alexandrinam admerent, rerum mutationem A veriti, canonem istum ediderunt: hoc præcipuè magno studio agentes, vt ea quæ ipsi contra illũ insidiosè machinati fuerant, ne scilicet malitia eorum & improbitas deprehenderetur, in disquisitionem non vocarẽtur. Contra hæc verba illi quum nihil dixissent, condemnationis sententiam in eum tulere. Ille decreto eorum cognito, conuentus in ecclesia amplius non egit, sed in episcopali domo tacitus permansit. Quadragesimæ verò diebus exactis, ipso magni sabbati die, missis ad Ioannem quibusdam, Imperator ei, vt de throno tandem à duabus synodis * a exautoratus descẽderet, significauit. Ibi magnus ille vir: * b Ego, inquit, à Seruatore ad episcopale munus vocatus, throno num non relinquam. At tibi, ô Imperator, hoc ita visum est, vi me inde deturba. Illi verò, ne graue quicquam rursus B accideret metuẽtes, tum quidem eum in domicilio manere passi sunt. Quum autem ipse ibi quietè ageret, qui partium eius erãt, ab ecclesia, vnde eiecti fuerant, secedentes, ferias Paschales in publico lauacro, cui Constantinum nomen est, celebrarunt. c Cum quibus episcopi multi, & presbyteri, aliíque ecclesiastici ordinis, ab eo tempore variis in locis conuentus agentes, Ioãnitæ sunt cognominati. Sacra verò ea nocte, quã luculentus Paschæ feriarum dies consequitur, Imperator episcopis cõuocatis, quid facto opus esset, & an ea quæ sic gererentur, Deo placita essent, interrogauit. Qui vno ore simul omnes exclamarunt: In capita nostra abrogatio seu cõdemnatio Ioannis redundet. Sectatores portò Ioannis in eo quod diximus lauacro illustrẽ resurrectionis Christi ad lucernas peragentes cõuentum, perquàm graniter à Ioannis inimicis, C dissolutisque & improbis quibusdam, qui eos aggressi fuerant, sunt accepti. Qua de re quid opus est dicere, quum eam eius ipsius aurea lingua accuratissimè cõmemorare liceat? Qui enim generosè ea mala pertulit, verè quoque ea referet. Igitur ad Innocentium vrbis Romæ episcopum, de rebus suis scribens, hæc quoque addit.

Ioannes episcopali administratione supersedet.

* a Ille verbũ vsurpauit Ambrosius apud Valentinianum in nouem lib. 32. cap. 19.

b Thermæ Constantianæ.

c Episcopalis Ioannis ad Arcadium vox, ad martyrium obeundum parati Ioannis sectatores ab Ecclesia seiunctis, suos sibi conuentus egere, Ioannitæ, appellati. Ioannitæ in publico lauacro pernoctantes, Paschale agẽtes, ab aduersariis malè accipiuntur.

* Ἐγὼ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἱεραπτεύειν κληθεὶς ἀφήσω τὸν θρόνον, εἰδέ σοι τοῦτο κατὰ γνώμην. βασιλεῦ πρὸς βίαν με ἔξεσον.

Epistola diui Chrysostomi, ea quæ ei acciderunt commemorans: & de iis qui ei exilij tempore præsto fuere. Caput 19.

QVomodo verò tandem quæ sic acta sunt, & tragœdiam omnem longè superant, explicẽ? Quæ oratio ea recenseat? Quum enim nos ea quæ antea diximus, prætenderemus, militaris manus consertim ipso magni Sabbati die iam ad vesperam vergente, in ecclesias irrumpẽs, clerũ omnẽ vnà nobiscũ per vim * eiecit, & armis baptisterium circumuallatum est, & mulieres eo tempore in

Querela Ioannis ad Innocentiũ Rom. episcopum, quomodo sui ex ecclesia Cõstantinopoli sint eiecti.

* Tempore Paschali præcipuè olim catechumeni baptisabantur, per hebdomadam totam, sicuti & per septimanam pentecostes. Beatus Rhenanus hoc obseruauit, in Tertul. annotationes scribens: & testantur hoc nunc quoque cantilenæ solemnes, hymni & precationes ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædibus sacris propter baptismum vestibus de-
positis, nudæ præ timore grauis eiusmodi im-
pressionis profugere: neque eis honestum suum
habitum, qui fœminas maximè decet, sumere
seque amictu permissum est. Multæ verò vulne-
ribus etiam acceptis expulsæ sunt. Lauacra ipsa
sanguine repleta, & sacri lactices purpureo san-
guinis colore infecti. Verùm ne in hoc quidem
orumna hæc constitit. Sed vbi † sanctum repo-
situm est, eò milites ingressi: quorum nonnulli
sicuti accepimus, Christianis sacris initiati non
erant, penitius omnia perlustrarunt: & sanctissi-
mus Christi sanguis, in tanto scilicet tumultu,
in eorum qui dicti sunt, militum vestimenta ef-
fusus, omnia denique perinde atque in barbara
captiuitate per audaciam acta sunt. Plebs ad so-
litudinem electa, & populus vniuersus extra vr-
bem egit. Ecclesiæ in tanto die festo vacuæ ho-
minibus fuere: ac plures quàm quadraginta epi-
scopi nobiscum cõmunicantes, vnà cum popu-
lo & clero præter causam omnẽ pulsi sunt. Vlu-
latus & luctus passim in domibus & solitudini-
bus auditi, & quæuis vrbis pars calamitatibus
hisce repleta est. Nam propter immensam iniu-
riæ tantæ immanitatem, non solum qui eam fe-
rebant, verumetiam qui nihil tale sustinebant,
nobiscũ doluere: nec qui nostræ opinionis sunt
modò, sed etiam hæretici & Iudæi, & Græcæ su-
perstitionis cultores, non aliter quàm vrbe vi
& armis capta. Adeò in tumultu & turba & plã-
ctu erãt omnia. Atque hæc quidem audacissimè,
præter voluntatem & sententiam pissimi Impe-
ratoris, noctu sunt acta, episcopis procurantibus, atque in locis omnibus militarem manum
ducentibus, & belligerantibus: quos nõ puduit
campiductores pro diaconis antecambulones
habere. Die porrò exorta ciuitas tota extra mu-
ros secessit, sub arboribus & in syluis, veluti
oues dispersæ, ferias Paschales celebrantes. Hæc
aurea illa lingua. Cæterũ eiusmodi fructũ ipso
Paschæ festo die boni illi pastores, quibus ani-
marum cura & præfectura credita est, ei qui à
mortuis resurrexit, obtulerunt. Quid verò præ-
terea factum? Mandata passim diuulgata, quibus
populo Ioannis nomine & communione inter-
dicebatur: quæ sanè longè diuersum habuere
exitum. Plurimùm nanque eos qui affligebãtur,
confirmabat, quæ videlicet Dei lex & constitu-
tio est, & eiusmodi tẽporibus dispositione qua-
dam præcipuè exercetur. Quapropter & eccle-
siæ ipsæ, & eorum qui Ioanni cupiebant nume-
rus, in horas augebatur, & incrementum maxi-
mum sumebat.

Interdicitur populo nomine & communione Ioãnis.

Ioannitarum verò numerus magis etiam magisque augetur.

Plura de iniusto exilio Ioannis, & quæ ad sectatores suos abiens dixerit: & de populi erga eũ affectione. Caput 20.

VBi autem Pentecostes dies aduenit, *a* episcopi rursum Imperatorem adierũt, cúmque verbis hisce sunt aggressi. *b* Tibi quidem humanorum negotiorum administratio à Deo, nobis autem ecclesiasticarum rerum procuratio commissa est. Itaque ne tu vel sacerdotibus sacer magis, vel canonibus rectior & æquabilior esse velis: sed nobis episcopis Dei, talium rerum cura cede. Diximus enim antea tibi, & nunc iterũ repetentes dicimus, in capita nostra condemnationem Ioannis redundare debere. Quapropter te considerare æquum est, ne vnum hominẽ defendens non exiguam multitudinẽ perdas. Hæc vbi dixere, confestim ille ad Antistitem misit, qui ei indicarent: Accusatores tui propter iudiciũ tuum, quomodocunque se id habeat, & cõdemnationis tuæ sententiam, capita ipsi sua deuouerunt. Proinde causa tua Deo commissa, ab ecclesia discede. Qui hoc rei est, virorum omnium leuissimè, & ad imperium administrãdum ineptissimè atque inconsideratissime? Vbi est pristinũ illud studium tuum, & ardor, quam tum obtinuisti, quum ex ipsa Antiochia virũ tantum euocasti, eíque Ecclesiam Christi regendam attribuisti? cuius nõ solum doctrinam, verumetiã virtutẽ plurimã expertus satis es? Tantũ igitur, & tam animo tuo charum virum, temerè adeò ecclesia electum, exilio mactas: Ecclesiam Christi rectore tanto orbans? cum quo, iuxta diuinũ Paulum, vt cõparetur, vniuersus mũdus dignus non est! Sedenim te quoque mulier seduxit, miserandúmque in modum faciles aures tuas titillãdo decepit. Quemadmodum enim Eua per serpentẽ, primo generis nostri autori: sic & tibi per sodalitatem bonorum istorum episcoporũ, illa clàm venenum immisit. Hęc vbi magnus ille audiuit, non degenerem se exhibuit, sed virum præcipuè esse ostendit. Cum episcopis enim qui cum eo erant, in diuinum sacrarium ingressus, vbi angelo Ecclesiæ, quæ opus erat, commẽdauit, & ad illos quæ conueniebat proloquutus, & vt constanter fidem tetinerent eos cohortatus est, secum ipse, quomodo absque tumultu vrbe egrederetur, dispexit. Iam enim multitudo cõfluebat, vt eo viro orbaretur, haudquaquam commissura. Iumentum igitur quod conscensurus erat, Occidẽtali porta abduci iussit, ipse autẽ Orientali exiit. Episcopos porrò & sacerdotes, qui ad eum conueniebant, plorantes atque lugentes admonuit, ne spiritum eius affligerent, sed res præsentes boni consulerent, nec ab ecclesiis discederent. Per t multas tribulationes parandum esse regnum cœlorum, docẽs. Atque ibi ex illis sermonem eius excipiens quidam: At, inquit, si in magistratibus ecclesiarum permanserimus, necessitas nobis, vt cum ecclesia tibi aduersante communicemus, & condemnationi suæ subscribamus, incumbet. Tum magnus ille maius quiddam quàm pro hominis captu cogitans, & occasionem schismatum & dissidiorum in ecclesia præcidens, voce summissiore subintulit: Vt quidem cum aduersariis meis cõmunicetis, concedendum vobis esse duco: vt autẽ abrogationi meæ calculum vestrum adiiciatis, nõ permitto. Nullius enim rei, cui condemnatione dignus sim, mihi conscius sum. Hæc proloquutus, in sacrum baptisterem ingressus est. Atque vbi ad beatam Olympiadem, ciúsq; sectatrices peruenit, vehementer propter orbitatem & abitionem eius plangentes, consolatus illas est, eásque se amplius non visuras esse prædixit. Aliisq; plurimis verbis inter festinandum congestis, postremò & illa addidit: Hoc à vobis, inquiẽs, postremo loco peto, ne quid de solita vestra circa Dei templum, cui assidetis, assiduitate & fide remittatis. Et quicunque thronũ hunc conscẽderit (haudquaquã enim Ecclesia episcopo prorsus carebit) vt ei ipsi non minus atque mihi capita vestra inclinetis, & dilectionis meæ in orationibus vestris memineritis. Talibus verbis dictis, Oriẽtali eximit porta: nihil aliud questus, quàm quòd iniquè contra leges per vim expelleretur, iudicio videlicet sibi denegato quod legibus, adulteris quoque & homicidis & maleficis daretur. Cæterùm ad mare deductus soluit, & celoce paruo in Bithyniam inexhaustum sapientiæ pelagus traiecit: atque inde iter ceptum prosequutus est ad oppidulum Armeniæ quoddam, in finibus imperij Romani: ad os Ponti, in solitudine ingẽti situm (* ô vindicta & lex Dei) impiè abductus Imperatoris literis ad eũ locum inhabitandum condemnatus. Vernaculum oppidi ei nomen Cucusos fuit. Insidiatorum verò eius manus secum ipsa reputans, populum Dei qui in ecclesia erat, si factum id rescisceret, rursum illum prosequuturum, vimque adhibiturũ, & viro magno vt rediret, persuasurum esse, alius alium præueniendo, templi postes clauserunt. Vt autem qui in plateis ambulabant, quique extra templum circumcirca stabant, rem eam cognouerunt, partim quidem quàm potuerunt celerrimè ad mare, comprehensuros se esse bonum pastorem existimantes properarunt: partim verò timore perciti, fugerunt, seditionem & tumultum grauem, Imperatoris etiam iram metuentes. Qui verò ad templi custodiam constiterant magis etiam magisque exitus ipsos, ad quos multitudo alius alios inter se protrudentibus cõfluebat, obstruxere. Et vix tandem ingẽti & aduersa repressione turbarum, à tergo postibus imminẽtium, quarundam etiam saxis fores confringentium, magna violentia, ædes sacræ apertæ sunt, & populus confertim ad mare percurrit. Postquàm verò illum ibi consequuti nõ sunt, sed in mari fluctus multa celeritate secantẽ viderunt, & armati quidam ex Imperatoria cohorte ibi præsto fuere, qui modis molitionibúsque omnibus hominum impetum inhibebant, illi veluti re desperata, vitam potius quàm illum amittere optauerunt. Atque vbi orbitatẽ suam & boni pastoris abitionem vehementer deplorarunt, & lachrymarum vi cum fluctibus decertarunt, mœsti atque flentes, quantum oculis consequi potuerunt, nauiculam intuiti, tandem ægrè in vrbem sunt reuersi, cum eo plãctu, quem nemo vnquam à seculo hominum vel vidit vel accepit.

a Episcopi ab Arcadio petunt, vt Ioannem exiorem vrbe faciat.
b Discreta sũt politica & ecclesiastica munia.

Episcopi propter Ioannis condemnationem seipsos iterum diris deuouent.

Expostulatio cũ Arcadio. Arcadius Ioannem ab ecclesia discedere & exulare iubet.

Ecclesia angelus.

Discessus Ioannis ex vrbe Constantinopolitana. Extrema eius ad episcopos & amicos mandata.

† Διὰ παλαῶν φλίβεται τὴν τῶν ἀρχαίων ἁρμονίαν.

Valedicit sanctæ Olympiadi, & sanctimonialibus eius.

Quæritur Ioannes iniquè sibi iudicium legitimum esse denegatũ. Ioannes Cucusum ad exilium condemnatus.

* Ἰὼ ἐκδίκησις νόμος θεοῦ.

Trepidatio tumultuosa multitudinis.

Populus ad mare procurrit.

Summus eius planctus & luctus.

Plures cædes percussoris patrat.

Alius item percussor subornatus,

Eum ipsum Ioannes à supplicio liberauit.

Incendium ecclesiæ, quũ Ioãnes in exilium iret.

Senatus curiæ quoque conflagrauit. Ex Ioannitis autem quidam ea ipse die ecclesiam incenderunt. Socrates lib 6. cap. 18.

Aduersarij Ioannis incẽdium hoc in sectatores eius retorserunt.

At illi cõtra factum in aduersarios regerunt. quæ si eos, vna cũ ecclesia comburere vinos voluerint. Soz. lib. 8. c. 22.

a In templis conflagratio ne sacrorum vasorum ædes intacta permansit.

De subornatis Ioanni percussoribus & trucidariis, & de igne à vindicta diuina de cælo in Ecclesiam & Imperatoris ædes misso. Caput 21.

Percussor Ioãnis subornatus.

IAmdudum porrò luctu cõturbatus parum absuit quin præterirem, quod paulo ante discessum Ioannis seu potius in ipso discessu eius factum certo argumento manifestóque indicio est, cùm improborum illorum malitiæ & iniquitatis, tũ diuinæ de magno illo viro curæ atque prouidẽtiæ. Malignum namque conciliabulum illud, quandoquidem cædem etiam eos super alia facinora parrare oportebat, seruum presbyteri cuiusdam Elpidij nomine, quinquaginta aureis dextra eius conducta, ad cædem sancti viri summiserunt. Cuius quum accelerati ad episcopalẽ domum cursus causam quidam ei fortè obuius requireret, cumque vt potuit retineret: ille nullo responso dato, statim hunc esse transuerberat: deinde alterum quoque iugulat, qui ad primi illius ictum exclamauerat. Tertium insuper confodit. Et quum, sicuti fieri soler, tumultus & vociferatio exorta esset, ille tamen violenter effugit: multísque eum persequentibus, atque clamoribus signísque denunciãtibus, vt percussor in fuga exceptus comprehenderetur, ex balneo quidam post lotionem casu quodam progressus, hominem comprehendit. Verùm & hic quoque confestim pugione ictus concidit, & mortuus est. Vbi autem in partes omnes profugiens, à multitudine, quæ eum circumdedit, captus est, in Imperialem domum eum illa abduxit. & cùm ab eo, qui vnus ex illis qui Ioannem odissent esset, tum ab eis qui illum ad facinus tantum produxissent, pœnas sumendas esse flagitauit. Præfectus verò hominem suscepit, veluti ad supplicium eum conseruaturus, clamorémque plebis compescuit. Alius quoque dæmonio agitari se assimulans, pugionem manu tenens ad cædem sancti viri se parauit. sed sceleres nondum patrato comprehensus, tanquam ad flagitium id mercede conductus, ad præfectum itidem abductus est. Priusquam autem tormenta illi adhiberentur, Ioannes missis qui cum eo erant episcopis, supplicio eum exemit, quòd neminem sua causa pati quidquam vellẽt. Accidit quoque aliud quiddam, quod sanè prouidentiæ Dei factum extitit, ministri autem eius esse visum est. id huc ad terrorem & commotionem hominum præcipitanter audacium & temerariorum, quantum potero exponam. Eo namque die quo magnum ecclesiæ sidus veluti occidẽs, in exilium abiit, ignis ex medio throno, in quo doctrinæ illa lux considens coruscauerat, à nemine contectus, emicans derepentè per sacras catenas in sublime prorepsit, & ecclesiam ex omni parte carpsit, cámque prorsus percurrens depastus est: deinde tecto quoque consumpto, ad tergum sacrarum ædium conuersus, & vehementi violentóque inde vento exceptus, proximam meridiem versus Senatus curiam, quanuis longiusculè dissitam, inuasit. Cernere erat rem diuinam ferè, & valde admirandam. Flammam nanque veluti animata esset, ædificia quæ in medio erant præteriens transiliit, ne vidélicet proxima quæque carpendo, humanum id quispiam factum esse putaret. Tribúsque horis opus tantum, quod longo durasset tempore, materia quidem longè preciosissima, forma autem multò pulcherrima constructum, ad excidium vergens conflagrauit. Porrò incendium hoc proserpens, ædificiis omnibus in circuitu consumptis, a ab ædicula ea sola se abstinuit, vbi sacra vasa sunt asseruata. Ac ne id quidem absque diuino numine factum esse puto, vt ne calumniatoribus occasio esset, sacrarum rerum iactura insignem sycophantiam suendi, vtrúmque sanctum per reprehensionem carpẽdi. Flamma quæ circiter crepusculum grassari cœperat ad auroram vsque, & vlterius progressa, materiam quæ reliqua erat, occupauit & combussit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De persequutione, quam ij pertulerunt qui Chrysostomo fauerunt & vt Ecclesia propter iniustum eius exilium sit diuisa. Caput 22.

persequutio Ioannitarum, veluti ipsi incendiarij autores fuissent.

SEd enim homines peruersi, quum id quod æquum erat coniicere atque intelligere inde deberent, occasione potius alia arrepta, Ioannis fautores crimināti sunt: atque in eos, veluti illi grassati incendium id excitassent, grauiter animaduerterūt: multósque episcopos nec paucos sacerdotes & clericos, aliósque item qui in Ioannis partibus erant, & cum eo vrbe exierant, statim comprehensos, Chalcedone in vincula coniecerunt Alij porrò in vrbe passim obambulantes, si quis eis vt Ioannis studiosus indicatus esset, eum quoque citra moram rapuerūt, atque custodiæ mādarunt, & vt anathemate virum sanctum ferirent coegerūt. Alios autem quibus ecclesia malignantium exosa erat, exilia, bonorum confiscationes, neces & tormenta varia diiunxerunt Erant autem isti, episcopi & sacerdotes, & monasticæ philosophiæ sectatores. Oportebat etenim pastore bono impiorū manibus tradito, oues quoque dispergi, & earundē cum magistro erumnarum participes fieri. Itaq; alij custodias proximas compleuerunt: alij in vlteriorem missi continentem, vastum traiicere mare, insulas inhabitaturi, quum quidē multis prius tormentis essent affecti. Quæ verò illis in profectione aduersa acciderint quænam oratio tragicis verbis expoſuerit? Feris enim & improbissimis commissi hominibus, crudeliter & inhumaniter ab eis sunt tractati: neque ei, quapiã in re est parsum. Et nonnulli quidem præter cōmiserationem omnem in via ita tractati sunt. Nonnulli verò sine amiculo clitellarum instar nudis iniecti sunt mulis, haud aliter quàm hostiæ aut victimæ in caput deorsum versum sublati. Despicientiam verò, conuicia, ludibria, graues sannas, illusiones, quæ acrius animum penetrant, aut plagas, & alternata flagra, quæ mortē optabiliorem reddidere, quæ verba satis expressérint? Et quod in horum pudore & infamia sibi delicias facerent, in lupanaria, atque alia fœdissima domicilia, & non in honestas ædes diuerterunt, aliisue idoneis locis hos incluserunt, execratione pleni homines. Quæ tamē parua prorsus & pro nihilo potius isti habuere, quàm vt à Ioannis partibus seiungi se paterentur. Quod si nonnulli eorum profugere potuerunt, nihilominus, ipsi à seipsis pœnas sumpserunt, ad loca sola inuiáque & extremas ad oras seipsos condemnantes. Cum feris quippe illi quam cum hominibus tam agrestibus & truculentis, habitare maluerunt. Eiusmodi iniuriam seu iniquitatem summopere Europæ detestati sunt episcopi. Nā ab eorum qui talia admiserāt cōmunione discreti, in partibus constituere. Illyrici quoque, & plurimi in Oriente episcopi, factionis Ioannis fuerunt, ecclesiæ autem corpus non diuiserunt. Et magno hoc patre defuncto, episcopi Occidentales non prius Aegypti, Orientis, Bosphori, & Thraciæ episcopos ad communionem suam admiserunt, quàm nomen diuini illius viri in mortuorum episcoporum catalogum retulere. Sed neque Arsacium successorem eius vel compellatione sola dignati sunt. Quin & Atticum, qui Arsacio substitutus est, & legationes multas ad eos misit, sæpeque per pacificationem conciliari eis studuit, longo pòst tempore susceperūt, vbi magni viri nomen sacris tabulis inscripsit. Sicuti paulo pòst dicemus.

Ex Ioannis sectatoribus quidam in exilium missi, & grauissimè tractati.

Ioannitæ quidam in solos profugerunt lacos.

Aegerrimè tulerunt indignitatem tulere episcopi occidentales.

Ioannis nomē in episcoporū albo relatum.

De Tigrio presbytero, & Eutropio lectore: & ea quæ propter ipsum facta est in somnis Sisinio visione. Caput 23.

EO tempore maximo excitato motu, quoniam plebem quietā deinceps per seditionem nihil moturam esse constabat, vrbis præfectus Optatus publicè pro tribunali de incendio hoc, & quæ conflagrauerat Senatus curia, quæstionem exercuit, multósque eo sub prætextu grauiter torsit. Quod enim superstitionē Græcam profitebatur, in nostris malis veluti delicias consectās, & ecclesiasticis cladibus illudēs, casu eo delectabatur, & presbyterum quendam eui nomen erat Tigrius, arripuit: eique vestibus detractis, nudo flagris in tergo plagas intulit: & eo vsque hominem excarnificauit, donec artículi eius soluerētur. Manibus enim pedibúsque arte vinctus quàm maximè fieri potuit, distētus est. Tigrius verò isse genere barbarus quidem & eunuchus non ab ipsa natiuitate fuit. Et quoniam in herili domo, pro eo atque debuit seruitutem seruiit, præclariorē quàm pro serui captu laudem sibi comparauit. Quapropter libertate donatus, propter morum humanitatem & modestiam, multo intercedēte tempore ad presbyteri euectus est dignitatem. Erat nanque moderatus admodum, & æquabilitate vitæ insignis. Erga indigentes, si quis alius, & ipse valde commodus, & in hospites qui ad eum diuertissent, benignus. Deinde Eutropius etiam lector productus est, cum quasi incendiarius per indices delatus fuisset. Et primùm quidem † bonis distētis sæpius torsus est, postea autem ei fustibus & clauis ossa comminuta, vngulis deinde membra, latera, & maxillæ concisæ, postremo flammam accensam inferioris corporis partibus is excepit. Atque vbi nihil est confessus, post eos qui dicti sunt cruciatus custodiæ inclusus est, quum inuenis & tenero maximè corpore esset. Vbi etiam correptis putredine membris, breui vitam finiit. Verum enimuerò graue mihi non fuerit, somnium quoque quod de eo accidit, historiæ huic attexere. Sisinio nanque episcopo dormienti, assistere visus est vir quidam forma & proceritate illustri, habitu etiam honesto & graui, ad sanctiorem sacrificij aram templi, quod Stephano protomartyri dicatum est. Cōsternata verò admiratione mente eum esse apparuit, quòd viros bonos non inuenerit, cuius rei gratia totam perambulauerit vrbem: & quòd in tanta proborum hominum penuria solus præclarus esset Eutropius. Hac visione propter nouitatem rei Sisinius ad stuporem redactus, celeriter consurrexit: & cuidam presbytero qui sub eo erat, somnium expoſuit: eundémque per vrbem circumeuntem, si alicubi Eutropius quisquam adesset, inquirere iussit. Atque ille coniectura ductus, eum confestim esse dixit, qui nuper diutissimè illata in quæstione sibi à præfecto tormenta fortiter pertulisse ferebatur. Et in ipso carcere diligenter, si quis ibi Eutropius nomine esset, inquisiuit: quem vbi inuenit, colloquutus cum eo, & Sisinij somnio commemorato flēs, vt pro se precaretur, ab eo petiit. Hæc de Tigrio & Eutropio.

Optatus vrbi præfectus quæstionem crudeliter de incendiariis habuit.

Presbyter eunuchus. Tigrius ex serua presbyter, grauissimè eo nomine tortus.

egregia presbyteri laus. Eutropius lector quoque veluti incendiarius exactor nificatus.

† βοείαις κατεύθυνσις.

Eutropius in carcere expirat.

Sisinij episcopi Nouatiani somnium de Eutropio.

De beata & sancta Olympiade, ministra magni templi constantinopolitani: & singularis quædam eorum eius gestarum commemoratio. cap. 24.

De sancta Olympiade diaconissa.

IN hisce ecclesiasticis calamitatibus virilis admodū animi specimen exhibuit beata Olympias, diaconissa, quæ vel solo nomine satis est clara & manifesta. Facerem verò historiæ huic iniuriam, nisi eius quoque res referrem, cuius semel iam atque iterum inentio est facta. Sed laxanda venit oratio, vt nos virtutibus quoque eius oblectemus. Genere ipso parentibus præclaris orta fuit, diuitiis, formæ venustate, & omnibus vitæ ornamētis perquam illustris. Et collocata quidem illa viro in matrimonium est, nō tamen prorsus virginitatis cœlibatu orbata. Viginti nanque mensibus in cōiugio cum illo exactis postquam illum ei mors ademit, quāquam ea esset ætate, vt secundas non dehonestaret nuptias, pudicitiam tamen complecti, atque in ea per vitam omnem acquiescere maluit. Et cum Imperator eam ad cognatorum suorum connubium alliceret, præmiaque & honores conuenientes deferret, nihilominus tamen illa persequē dum sibi esse quàm maximè iuxta ecclesiæ constitutiones philosophandi genus duxit. Proinde delicias omnes repudiauit, alieniores eas esse à præstantibus nobilitate fœminis rata. Et quum abstinentiæ se non cibi tantum, sed & somni, & crassiorum materiæ affectionum seu perpessionum dedisset, tam accuratè corpus exercuit, vt adminiſtro illo, non insidiatore vsa sit: pudicitiam verò non modò in contactu quorumcūque sensuum, sed in mente ipsa constitutam habuit. Tum autem cum domina facultatum multarum esset, primùm quidam prout fors tulit, petentibus eas distribuit. Quum verò eam hoc lic facere insigne ecclesiæ lumen Ioannes videret (Nectarius enim eam diaconissam legerat) Consilium sanè, inquit, & institutum tuum, ô mulier, de vanis hisce mundi rebus admiror. At dispensandi largiendique modum tenere eū oportet, qui ad perfectæ virtutis fastigium contendit. Ac tu quidem, quæ habentibus substantiam tuam distribuis, mari ipsi aquam infers & mutuam dare videris. Illud autē te maximè spectare decet, quando quidem tua sponte Deo ipsi bonis tuis cessisti, & domino possessionūq; pecuniarum renunciasti, vt eas de cætero veluti diuini iuris factas, rectius maiore cum equitate dispenses, obnoxiamque te rationi reddendæ, si quid de eis præter rationem factum fuerit, esse scias, Itaque liberalitatem, si mihi obsequēris, petentium indigentia metieris. Plures enim hoc modo abundabunt, & misericordiam simul & dispensationis curam, quam in diuina pecunia consectari conuenit, cōseruabis, compensationemque & gratiam congruentem consequēris. Ex eo igitur tempore in solam sanctorum curā opes suas impendere constituit, & liberali ma-

Viginti mensibus in matrimonio vixit. Secundas nuptias non attigit.

Continentia eius.

Substantiam suam distribuit.

Ioannes Olympiadi eleemosyna danda modum præscribit.

Eunomia electa mysyna destinata diuini iuris est.

nu virtutis amatores prosequuta est, largitione conuenienti cum hilaritate vsa. Ac multos illa quidem alios propter excellentem hospitalitatem liberaliter & benignè excepit: in primis autem in Theophilo, amicum illum & charum Deo esse rata, magnanimitatem suam ostendit: quamuis & ipsa improbitatem & contumelias linguæ eius non effugit, ob causam illam, quòd & Dei amantes viros illos Ammonium & Isidorum hospitio excepit, eisque benignè fecit. Et cùm qui piè secundum Deum viuerent omnes honorauit, flagrantique animo illos competenti cura dignata, eis inseruiuit tū præcipuè Chrysostomo patri addicta, & familiaris quàm maximè fuit, tota ex illius nutu & ore pendēs, & vestes atque cibum crassæ huius materiæ expertē, cultumque illum pro eo atque decuit ritè parans, necnon in aliis rebus omnibus ei inseruiens, & quodammodo perinde atque Thecla altera Paulum consequens. Sedenim incendij huius prætextu & ipsa tum ad præfecti tribunal constitit. Atque illo interrogante, quid ita tandem Christianorum ecclesiam incendisset? cōposito placidóque animi statu illa: a Non hoc ait, ô præses, vitæ meæ institutum est. Substantiam enim, quod ipse quoque nosti, meam non exiguam ferè omnem in sacrorum fanorū structura insumpsi. Vbi verò ille subobscurè se illis vitam scire significaret, Olympias: b Proinde iudicis munus, inquit, relinque, accusatorisque personam sume, & alius nobis detur iudex. c Porrò quoniam crimen obiectum testimoniis confirmare non potuit, eāque legitimè arguere non licuit, ad alia sensim præfectus transit. Et quasi consiliarij locum suscepisset, eam reprehendit, quòd Ioannis necessitudinem retineret, & propterea ecclesiæ communionem non reciperet: cùm ei respiscenti facile esset, negocio molestiáque omni liberari. Verùm beata illa nefas esse dixit, eam quæ publicè per sycophantiā delata, & in iudicio de crimine obiecto non cōuicta esset, ad alterius rei, quæ in crimen atque iudicium non venisset, causam dicendam transire. Quod si ribi, inquit, videtur, iube me patronos producere criminum eorum, quæ proximè mihi sunt intentata. Nam si cogere voles, vt me contra leges synaxis & communionis, cuius minimè decet, participem faciam: facturam me nō esse scito, quæ eis facere permissum non est, qui piè sibi viuendū esse statuerunt. Præfectus postquam intellexi, persuaderi eam, vt cum ecclesia communicaret, non posse: tum quidem ille eam aduocatos sibi quærere permisit. Alio verò tempore in ius citatam, magno auri pondere per condemnationem mulctauit: sententiam eam suam, ob causam talem, mutaturam esse arbitratus. Verùm illa hæc pro nihilo duxit, neque quidquam de proposito consilio suo remisit. Quocirca Constantinopolim etiam reliquit, & Cyzicum, vt vbi degeret, se contulit. Deinde verò ex eo loco ad exilium in Nicomediam Bithynorum est damnata. Abunde verò res necessitas Ioanni exulanti suppeditauit, adeò vt ille ex ea liberalitate multorum quoque inopiam subleuaret, & non paucos ex Isaurorum captiuitate redemptos suis restitueret Ibi cum illa annos plurimos transegisset, tentationúmque procel-

Theophilo Alexādrino Olympias benignè fecit. Ammonio quoque Longo, & c. Eadē Ioannis ministra.

† αὔλον ἐκελίνην τροφην.

Olympias altera Thecla.

a Eadē apud præfectū tanquā incendiaria causam dicit.

b prudenter admodum Præfecto ad obiectiones respondet Olympias.

c Reiectio iudicis suspecti.

Olympias nō persuadetur vt cum persequutoribus Ioannis communicet.

Eā ob causam à præfecto multa ei dicitur.

Olympias Nicomedia exulat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

las & afflictiones varias egregio in Deũ amore E fortiter sustinuisset, & patientiæ tandem coronã susceperit, Monasterium quod Constantinopoli constituit, Marinæ cognatæ suæ relinquens, & eam monasterij regulam inuiolatam conseruare iussit. Fuit id prope sanctæ Pacis & Verbi Dei Sapientiæ pristinum templum & vsque ad seditionem eam, quæ Nixa, hoc est, Vince dicebatur, durauit. Tum verò Sapientiæ templo exusto, & ipsum conflagrauit. Cæterùm maximo eo longe post templo restituto, monasterium hoc pristinam quoque recepit venustatem, atque ad veterem restituturn est dignitatem. Sergia ei præsidente, quæ etiam beatæ huius fœminæ vitam conscriptam reliquit, in qua illud quoque eam commemorãtem audire licet: Quòd postquam Nicomediæ sancta Olympias diem suum obiit, F priusquam sepulturæ mandaretur temporis eius Nicomediensi episcopo in somnis præcepit, vt venerandas reliquias arculæ impositas alto mari committeret, & quocunque locorum illa cursum teneret, ibi corpus eius sepeliretur. Id ab episcopo factum, & arca ad maritimum locum delata est, vbi apostoli Thomæ delubrũ positum est: ab incolis locus is Brochti dictus. Ibi diuina visione admoniti qui regionem eam incolunt, exierunt, & sacras illius reliquias ad sanctiorem sacrificij aram reposuerunt, quas innumerabilium morborum cura, dæmonumque expulsione, aliisque prodigiis, quæ supra hominum opinionem ibi sunt exhibita, Deus dignatus est. Memoriæ quoque proditum est, postea incursione hostili templum hoc Apostoli incensum esse, & quòd reliquiæ istæ prope maris vndas sitę essent, arcam quidem igni consumptam, G ipsas autem in fluctus maris proiectas esse. Quo verò loco illæ erant, vndam ipsam cruentam constitisse, Deo veluti exhibente martyris illius confessionem. Sergium porrò, qui tum patriarcham gessit, Ioannem presbyterum eò misisse: eumque sacra eius ossa collecta monasterio illius intulisse, quod ipsa (sicuti dictum est) loco medio inter duo Sapientiæ & Pacis templa excitauit. Presbyter, quem diximus, confirmauit, quum reliquias eas colligeret, magnam vim sanguinis se super eis scaturientem vidisse, adeò vt vestem quoque eius contigerit, atque inde defluxerit. Eadem alius quoque vidit. Et cum multi confluerent homines, sanationes mirificæ exhibitæ sunt, dæmonibus plurimis eiectis: quorũ vnus talo mulieris incubãs, abactus est. Hæc de beata Olympiade.

Obitus eius.

d monasterij sanctimoniarum regula.

Monasterium suum Marinæ cognatæ suæ Constantinopoli reliquit.

Sedetis Constantinopolitana.

Sergia monasterij Olympiadis præses.

Miraculũ in cadauere Olympiadis

Brochti. Sepultura Olympiadis.

Reliquiæ eius Constantinopolim perlatæ.

Sergius patriarcha Constantinopolitanus.

Sanationes mirificæ apud eas reliquias. Dæmon talo mulieris incubans.

De conuersatione & vita sanctæ Nicaretæ Nicomediensis. Caput 25.

De sanctæ Nicaretæ virgine.

a Hanc sibi cognitam ac omnes Cõstantinopoli quoque, cum plurimis aliis in voluntariũ exilium dis-

ERant autem aliæ quoque plures eodem cursu cum illa concertantes, eademque erga magnum patrem charitate flagrantes: quarum vna bona admodum fuit, a Nicareta Bithyna, nobilibus maximè parentibus apud Nicomedienses orta. Genus ei præclarum erat: perpetua verò virginitate & reliqua vitæ virtute valde celebris fuit. b Fastu prorsus caruit, humilitate inter eas quæ idem studium sequebantur, præcipuè insignis. Ordinem in moribus sermone & vita quotidiana seruauit. Res humanas ad mortem vsque diuinis posthabuit. Ad fortitudinem quoque composita fuit, & rerum difficultates facillimè pertulit. Et quòd diuitiæ multæ ei ablatæ essent, non ægrè ei fuit: atque eo quod ei ex illis reliquum fuit exiguum admodum, optimè dispensando ad necessitatem est vsa: cum quidem ad multam peruenerit senectutem, aliisque etiam liberaliter impertierit. Et quum mundicię studiosa esset, remedia etiam egregia promptitudine condidit, ad variorum morborum vsum commoda, quæ plurimis ægrotis dedit, qui nihil opis & adiumentis à consuetis medicis retulere. Diuiniore enim quodam nutu quascunque aggrederetur res finem bonum illæ capiebãt. Atque vt in summa dicam, in fœminis quecunque apud nos laudatæ fuere, non aliam reperire fuit moribus, sanctitate & virtutibus reliquis præstantiorem. Et talis quum esset, perpaucis tamen nota fuit. Propter morum nanque modestiam, & mediocritatis studium, vt lateret potissimum operam dedit, adeò vt neque diaconissæ honorem susciperе, neque sacrarum virginum cœtui præesse voluerit, quamuis ad id Ioannes patriarcha eam sæpe cohortatus sit & excitarit. Talis quoque suo ipsius respondens nomini Nicareta fuit. Sed oratio nobis ad reliquam historiam redeat.

cessisse scribit. lib. 8. cap. 23.

b Absolutum christianæ vitæ exẽplum.

Nicareta medicinæ perita.

De perfectione Ioannis in locum cui nomen Cucusus: & de episcopo Adelphio & de admirabili visione quam is de Chrysostomo vidit. Caput 26.

FOrtis ille veritatis propugnator in oppidũ Armeniæ Cucusum abductus est, ad quod tum multi excurrebant Isauri. Consultò verò id quoque factum puto, vt in sęuiorum hominum manibus esset, quàm illi qui eũ eò abduxissent, fuissent. Quanuis id diuina prouidẽtia ita etiam disposuerit, vt etiam illi qui veritatis lucem non vidissent, per ipsum manu ducerentur. Id quod accidit. Siquidem doctrina & factis mirificis multas ibi cepit gentes, episcopos & presbyteros ibi creando & sacras scripturas eos docendo. Sed enim apud oppidum Cucusum Adelphius quidam Arabissi episcopus, visione diuina admonitus, eum excepit. Hunc fama est, post Ioannis obitum, quum in mœrore ingenti esset, Deum orasse, vt sibi indicaret, quanam sede & statione illum dignatus esset. Atque quum in ecstasi consternatus esset, sanctos quidem omnes H circumeunta ordine consistentes vidisse, illum autem in eorum numero non cõspexisse. Quod vbi grauiter tulit, angelum ei astantem doloris molestiam ademisse, atque dixisse, aliam Ioanni sedem. Deo propinquiorem, honorémque præstantiorem, vt vnà cum angelis Deum laudibus vehat, datum esse, ad stationémque eam perspicere non inultis permissum esse. Abi itaque, inquit, & animi dolorem omitte. † Quod enim hunc non vides, non propterea is non adest, sed porius supra multos est: atque id excellentis est honoris indicium. Ille sanè, sicuti diximus, Ioannem excepit. Quę verò ei in itinere accidêre, tragœdia alia, seu malorum Ilias prorsus sunt. Quàm variis enim cum erũnis colluctatus sit, à nemine ea quàm ab ipso commemorante iucundius

In exilio quoque Ioannes Christianissimum propagauit.

Adelphius Arabissi episcopus per ecstasim locũ Ioannis in cœlo inquisiuit.

† τὸ γὰρ μὴ ὁρᾶν τοῦτον, καὶ τὸ μὴ παρεῖναι τὸν πολλὸν ἐπιτρέπειν τὸ πικρὸν τῆς μνήσεως.

cundius aut verius quisquam cognouerit. Nam A ea quoque mala, aurea illa lingua, ita vt decuit, optimè expositi. Ad Constantium siquidem presbyterum exipsa statim Nicæa scribens, hæc verbis talibus significat.

Epistola diui Chrysostomi, pro ecclesiis Dei: & singularis de exilio eius narratio. cap. 27.

Scriptum Ioannis ad Constantium presbyterum. Hortatur Cõstantium, vt strenuè ecclesiasticum munus persecutionis tempore administret.

NIcææ quarto mensis Iulij die soluturus, hasce ad pietatem tuam dedi literas, ad id te cohortans, ad quod nunquam cohortari desij: quamuis grauior præsente tempestate procella, maioresque fluctus ingruant, vt ne intermittas ea quæ officij tui sunt. in ea quam ab initio cepisti administratione, adimplere: Græcæ superstitionis exterminationem dico, ecclesiarũ ædi- B ficationes, animarum curam. Neque te supinum aut socordem rerum difficultas faciat. Neque enim gubernator, vbi mare ipsum concitari & furere videt, à nauis clauo & gubernaculis discedit: neque medicus, vbi ægrum morbo correpti cernit, curatione supersedet: sed tum maximè vterque istorum artem suam & promptitudinem adhibet. Non te ad socordiam redigant præsentia mala. non enim de eis quæ nobis inferuntur calamitatibus, rationem reddemus, quin potius mercedem accipiemus. Si verò ea quæ in nobis sunt in ecclesiam non contulerimus, sed desides fuerimus, nihil nos ea in re adiuuabit aut defendet malorum tumultus: quandoquidem & Paulus carcerem incolens, in vinculis officium suũ fecit. Et Ionas in ventre beluæ marinæ inclusus C fuit, & tres pueri in camino versati sunt: neque tamen horum quenquam vincula varia ad desidiam redegere. Hæc ipsa tecum reputans, Domine mi, ne omiseris Phœniciæ, Arabiæ, & Orientis ecclesiarum curã gerere: illud persuasum habens, locupletem te mercedem recepturum esse, si tot & tantis intercedentibus impedimẽtis, ea quæ in te sunt eis contuleris. Neque tibi graue sit, crebertimas ad nos dare literas. Nam sicuti nunc cognouimus, nõ Sebastiam, sed Cucusum exulatum ire iussi sumus. quòd tibi literas mittere facilius erit. Scribes igitur nobis, quot anno quolibet ædificatæ sint ecclesiæ, & qui viri sancti in Phœniciam sint missi, & si quę malora accesserint incrementa. Et cùm Nicænũ quendam monachum casæ suæ inclusum reperissem, ei vt ad pietatem tuam iret & in Phœni- D ciam proficisceretur, persuasi. An is ad te venerit, fac sciam. De Salamis regione, quæ non longè à Cyro sita, & ab hęresi Marcionistarum oppressa est, acturus cum quibus oportuit, & rem omnem rectè conformaturus fueram, nisi eiectus essem. Quod si dominum meum Cyriacum episcopum Constantinopoli esse cognoueris, scribe ad eum hac de causa, & perficere is omnia poterit. Cohorrare omnes, & potissimum qui fiduciam erga Deum habent, vt multùm & assiduè orent, vt præsens orbis naufragium conquiescat. Intolerabilia enim Asiam, asiasque vrbes & ecclesias inuasere mala: quæ singillatim, ne molestus esse videar, enumerare supersedeo: atque vnum illud dico, multa nunc & assidua peropus esse precatione. In alia rursus epistola ita inquit. Quòd si in carcere degitis, catenisque vincti, & cum squalidis & sordidis hominibus in custodias inclusi estis, propterea quòd istorũ iniquitati non consentitis, exultate eo nomine & gloriamini, quoniam ingentis lucri hæc vobis occasio sunt. Quandoquidem & nos attriti, consumpti, & sexcentis mortis generibus consecti fumus: id quod renunciare certò possunt, qui breui etiam momento nobiscum fuere: cum quibus colloqui non potui, propter continuas febres, quibus sum occupatus, quibusque diu noctuque afflictus, iter tamen facere necesse habui, æstu oppressus, insomnia labefactatus, rerũ necessariarum penuria, curatorumque seu defensorum inopia confectus. Nam & iis qui vel in metallis opus faciunt, vel carcerem incolunt, longè duriora & passi sumus, & etiamnum patimur. Et vix tandem Cæsaream ex tempestate in portum venimus. Sed ne portus quidem iste recreare nos ex fluctuum & vndarum erũnis potuit: adeò nos præteritum tempus prorsus accidit, Verumtamen Cæsaream quum venissem, nõ parum sum refocillatus, quòd & puram biberim aquam, & panem non sordidum atque durum sumpserim, neque in doliorum fragmentis lauarim, sed balneum qualecunque repererim, & quòd in lecto tum cubare permissum mihi fuerit. Possem quidem plura istis commemorare: verùm ne nimio vos dolore afficiam, in his cõsistam. vno illo adiecto, † non debere vos exprobrare eis casum scilicet nostrum desinere, qui nos diligũt. Nam cum tot habeamus nostri studiosos, tanta potestate & autoritate prædi- E tos, neque eas res impetramus, quas * damnati etiam homines impetrant, vt in amœniorem vicinioremque locum condemnaremur. Verùm quum & corpus erumnas hasce tolerare deneget, & metus Isaurorum omnia circumualler, paruam hanc & tenuem gratiam obtinere non possumus. Sit eo quoque nomine Deo gloria. Non enim glorificare eum in omnibus desinimus. Sit nomen eius benedictum in secula. Scitis nanque, loca omnia tumultibus & turbis esse plena: nec pro Constantinopoli sola, sed pro vniuerso orbe oratione & cohortatione * opus F est. Inde enim initio sumpto, sicuti dictum est, malum loca omnia peruadens, ecclesias omnes turbat. Septuaginta diebus in itinere consumptis, aliquando tandem Cucusum peruenimus: locum totius orbis, propter solitudinem, grauissimum. Proinde reuerentia vestra colligere potest, quæ & quanta pertulerimus mala, insustentabilibus febribus conflictati, & metu Isaurico circumuallati. Atque hæc quidem dico, non quòd velim quenquam cuiquam molestum esse, & petere vt aliò inde transferat. Nam quod durissimum fuit, viæ scilicet eruminam, pertulimus. Sed illam à vobis gratiam peto, vt crebrò ad nos scribatis, & ecclesiarum curam geratis. Et rursus inquit: Quandoquidem & nos tertium iam annum in exilio agentes, in fame, peste, bellis, continuis obsidionibus, solitudine incredibili, morte quotidiana, ensibus Isauricis, non mediocriter animat & consolatur affectionis vestræ abundantia, & constantia, & fiduciæ stabilitas. Quapropter etiam si solo & mœnibus vrbis eiecti sumus, vera tamen ciuitate exacti

Aliud Ioannis scriptum. Exultandum in afflictionibus.

ἐμπορίας ὑπόθεσις.

Aerumnæ quas in itinere pertulit Ioannes.

παρηγορεῖν.

Cohortatur ad orationem assiduam.

οἰκήματος. Curam gerit ecclesiarum exul Ioannes.

Consolatur se amicorum fidem egregia erga se charitate.

commendatio ecclesiarum.

† μὴ παύσηται ὀνειδίζοντας τὰς ἀγαπώσας ἡμᾶς.

Querela de exilij loco.

** κατάδικοι.*

** παρηγορεῖν.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non putat se exulare Ioannes, dū amici Constantinop. memoriam eius retinent.

non sumus. Si enim vos ciuitatem facitis, & nos E vobiscum semper & in vobis sumus, saris constat, etiam dum hic agimus, vrbem nos illam incolere. In animis enim vestris versamur: & vbicunque sumus, omnes vos vehementes nostri amatores in mente nostra circumferimus.

De Arsatio patriarcha Constantinopolitano, qualis is fuerit: & vt Ioannis sectatores persequutus sit, & paulo post mortuus.
cap. 28.

Arsacius successor Ioannis.

EPistolæ sic habent. Non multo verò post episcopus Constantinopolitanus eligitur Arsacius, Nectarij qui ante Ioannem episcopatum eum gessit, frater: vir placidus quidem iudicatus, & erga Deū maximè religiosus. Gloriæ autem eius clerici quidam obfuerunt, qui quicquid voluere, fecerunt, & culpam omnem in eū contulerunt. Deteriorem verò eum multo fece- F re ea, quæ Ioannis sectatoribus accidere. Postquam enim cum eo & cum ecclesia eius, in qua insidiatores & sycophantæ Ioannis multi aliis permisti essent, communicare & orare noluerunt, & suos sibi conuentus in extremis locis & porticibus ciuitatis egerunt, rem eam ad Arcadium imperatorem detulit. Itaque ad eos congregatos quidam cum non contemnenda militum manu missus est. Illi multitudinem fustibus & saxis pulsantes, inde depulerunt. Quicunque autem inter illos ardentiore erga Ioanem animo, & quasi multitudinis columnæ, aliisque præclariores erāt, eos custodia excepit. Et quod in eiusmodi turbis accidere solet, cum res nouæ militibus permittuntur, mulieribus quæ ibi simul congregatæ erant, multis capitis velamenta, aureæ zonæ, monilia, torques, & ornatus earum reliquus direptus est. Erant etiam, quibus vnà cum infima auricula inaures ablatæ sunt. Et cum ingens clamor & luctus in vrbe esset exortus, tantum abest vt illi suum erga Ioannem amorem mutarent, vt etiam ea ex re numerus eorum auctus sit, & ad partes eorum plures accesserint. Verumenimuerò publicè illi deinceps nō conueniebant: multi verò etiam neque in forum neque in balnea prodibant. Quibusdam etiam domi manere periculosum erat, qui sibi ipsis exilio imposito vrbem reliquerunt, & quò cuique visum est, concesserunt. Multi sanè & alij honesti bonique viri, sed non minus mulieres, pari in Ioannem ardore inter se decertarunt: inter quas Olympias & Bithyna Nicareta fuit, de quibus paulo antè diximus. Arsacius porrò vbi non longius quàm decem & quatuor menses in sede episcopali vixisset, diem suum obiit: cum quidem, vt aliquis dicat, nullum viuentis hominis opus peregisset, longo tempore per frigidiorem naturæ ignauiam & stuporem quasi confectus, nec minus ante naturalem finem præmortuus. Proh pudor, quis cunquinquit Simeon: quasi quidam, vt ita dicam, † vetus truncus, multa principum facilitate, subfitutus est? vir octogesimum supergressus annū, tumulo magis quàm throno appositus, delirus quidam & desipiens, ad dicendum quidem ineptissimus, ad cogitandum autem de rebus decentibus stupidissimus, ad faciendum verò ignauissimus, parum admodum ab inanimatis dissidens, lecto & angulo dignus: qui quum per seipsum esset inutilis, & populus Ioannis amore teneretur, quòd is ei ex parte altera obstaret, † ingratus prorsus omnibus & † illaudatus fuit. Talis Arsacius erat: & quum breui tempore ecclesiæ præfuisset, ita è viuis excessit.

Ioannitæ sententiam suam non mutant. Multi constantinopoli discedunt.

Arsacij mors.

Confertur successor. Arsacius cū Ioanne decessore.

† γερόντιον.

De Attico patriarcha, & persequutione eius tempore facta. Et quæ Ecclesiis in Asia tum acciderint.
Cap. 29.

PErmultis autem ecclesiā ambientibus, quarto post Arsacij obitum mense ex presbyteris Attico ea committitur: qui in cleri ordinem allectus, vnus ex Ioannis obtrectatoribus fuit, Sebastiæ Armeniorum ortus, ab adolescentia autem philosophiæ operam nauauit, sub magistris quibusdam monachis Macedonij hæresim sectantibus, qui tum Sebastiæ philosophiæ suæ officinam habebant. Erat autem Eustathij disciplinæ, quem Sebastiæ episcopum & monachorum optimum ducem fuisse, in superioribus exposuimus libris. Cuius scriptum pulcherrimum quidam esse ferunt, quæ Basilij magni Ascetica, seu Monastica dicuntur. Non hic autem est Eustathius, qui postea Antiochiam est translatus, & propter quem in ecclesia offendicula illa inter Paulinum & Meletium, & Flauianum & Euagrium extitere. Articus vbi inter † viros census est Macedonij opinione reiecta, ad ecclesiā vniuersalem se contulit, non tam doctrina quàm natura prudens: quapropter in rebus agēdis facile quod voluit assecutus est, instruendis simul & effugiendis insidiis dexteritate mira. In moribus eius hæ fuerunt illecebræ, vt ferè omnibus G gratus & charus esset. In orationibus ecclesiasticis simplex fuit, easque tales edidit, vt neque ab auditoribus transcriberentur, neque omnino doctrina liberaliore & elegantia careret. Et cū vir summa diligentia esset, opportunum tempus nactus, subinde oratores Græcos celebriores legendo se exercuit. Tum demum, quum idiota seu rudis esse videretur, testimonia ab illis mutuatus, eos etiam qui eruditè cum eo agerent, fefellit. Cúmque studiosissimus & placidus maximè erga eiusdem sententiæ sectatores, tum eis qui aliter quàm ipse sentirent, formidabilis plurimum fuit. Eis facillimè, dummodo vellet, timorem incutere potuit. & rursum totus mutatus, ad comitatem se retulit. Talis ille fuit: sicuti qui eum cognouere, memoriæ mandarunt. Eo autem ecclesiam gubernante, ingentem Ioannis H studiosi tulere persecutionem, cum quidem maxima & Orientis & Occidentis pars ecclesiæ eius communionem, auersaretur. Quo tempore Ephesij impunitate arrepta, quæ eis visa sunt, omnia mouere & mutare voluerunt. *a* Itaque viros à bono pastore ritè, & sicuti Deo gratum est, in thronis collocatos eiecerunt: *b* eisque profanos quosdam & impuros prorsus homines subfituerunt, nulla exploratione manuum impositioni præeunte. quippe ita vana & facilis ea res visa est, vt ad episcopatum promptissimè suscipiendum satis esset, si quis id modò vellet, aut aliquid donaret. *c* Proinde qui dudum à Ioanne exautorati fuerant, commodè rerum talium

Atticus successor Arsacij

Eustathius Sebastenſis.

Ascetica Basilij magni. Eustathius Antiochenus.

Articus ex Macedonia ad orthodoxos. † εἰς ὀρθοδόξους τηλεσκ.

Atticus Ioannis sectatores persequutus.

a Ephesij per temporū impunitatem episcopos à tyranne ordinatos ecclesiis exigunt.

b Illegitima episcoporum subfitutio. nulla interueniente deliberatione & vitæ exploratione.

c Episcopatus pecunia redempti.

d Heraclidē amnis quatuor in carcere detinent. Eunuchū impurum ei subfituunt.

lium contemptores aggressi, in ecclesias sunt in- A troducti, episcopatu (proh pudor) pecunia redempto. *d* Qui etiam Heraclidem illum, quem magnus Ioannes Ephesi episcopum creauerat, suffragantibus ei aliis quoque septuaginta episcopis, ad annos quatuor crudelissimè carceri incluserunt: & poitea dignitate † ei abrogata, execrandum & manifestum cinædum, detestationis omnis plenum, tribuni Victoris eunuchum, in cœlibis viri throno (ô vindicta & patientia Dei) indignissimè collocarunt.

† nemo gradum sacerdotij venalitate precij mercetur. Quantum quisque meretur, non quantum dare sufficit, æstimetur. Non precio, sed precibus ordinetur antistes. l. Si quenquam. C. de episc. & cler.

De impurissimo Porphyrio, qui Antiochiæ Flauiano in episcopatu successit: ex temporis eius persequutione, & de constitutione quam Arcadius promulgauit.
cap. 30.

Flauiani Antiocheni mors.

TVm quoque magno Flauiano, Antiocheno episcopo, qui se cum Ioanne aduersariis nō coniunxerat, & ad quietem æternam translatus fuerat, Porphyrius successit: vir quidam grandæ uus, non minus improbitate veterator, quippe

Porphyrius vir malus, sedem eius inuadit.

quæ cum illo diligenti cura nutrita coaluerat, quàm ætate vetulus. Nam vita in libidine peracta, ne tempore quidem ipso quicquam de eo impetu remisit, atque in rebus turpibus ipsam quoque naturam vincere atque superare summopere contendit. Vbi verò eum etiam Antiochenæ ecclesiæ sedis per tyrannidem occupandæ cupido capit, cum vrbs tota more recepto, tempore suo ad spectaculo in luca Daphnes effusa esset, Seueriano & Acacio, necnon Antiocho in amicitiam suam allectis, & administris tyrannicæ cupiditatis assumptis (simile enim simili amicum prorsus est) *a* prædonum more thronum conscendit, veluti lupus quidam non pastor: eademque ipsa hora consecrationem ab eis accepit. Adeò autem illis ea res deproperata est, vt receptos ritus plurimos in sacra initiatione prætermiserint. Porrò operum tenebrarum patratores, sine suo maleficio tanto imposito, B postea discesserunt, impudenti sibi fuga consulentes, & per montes inuios ad sua reuertentes. At ciuitas vbi factum id sensit, ignem & materiā aliam incendio aptam manibus rapientes & cōgerentes, ardore scilicet diuino & ipsi flagrantes, vnà omnes aduersus eum iere, ipsum simul cum episcopali domo comburere volentes. Vitam namque eius quàm improba & detestanda esset, non ignorabant. Quod sic agi postquàm ille cognouit, præsidi pecunia corrupto suadet, vt & ipse furorem alium contra pietatis cœtum obarmet. Illicet armatorum manus contracta, & cohors malorum contra illos coacta est. Proinde illi in conspectum istorum contrà euntium venire ausi non sunt. Interea ingens etiam persequutio excitata est aduersus ecclesias Dei, Attici instinctu (neque enim cum hoc quoque communicare quisquam, propter eum quo Ioannem maximè prosequebantur amorem, volebat) iussiones imperiales passim circumfere-

a Turpitus & imperfecta Porphyrij ordinatio.

Ritus in consecratione episcopali.

Vbi Antiochena aduersus Porphyrium inuehitur.

Porphyrius se contra illam militari manu defendit.

Atticus persequutionem contra plerasque ecclesias excitat.

Imperiale scriptū pro Theophilo, Attico, Porphyrio.

Priorū secessus Multi se rebus præsentibus accommodāt.

Monachorum sanctorū persequutio.

Oriētales de statu ecclesiarum suarū Honorium & Innocētium certiores faciūt. Rom. Pontifices, Damasum, Siricium, Anastasium, Innocentium.

Honorij & Innocentij ad Arcadium scripta.

Rectissimæ scriptorum eorum sententia.

Iudicia legitima mum & Canonicum.

De legatione quam pij Romam de Ioannis iudicio miserunt. Caput 31.

QVum ecclesia ita affligeretur, episcopi quidam & clerici diuino ardore pro Ioanne & ecclesia, cuius tam malus & miserandus status esset, flagrantes, ex Oriente Romam veterem sunt profecti, grauemque tragœdiam istam Honorio Imperatori & Innocentio Romæ episcopo commemorarunt. Nam post magnum illum Damasum, Siricius quindecim annis episcopatum Romanum tenuit. Ei autem defuncto, Anastasius surrogatus est: qui vbi post triennium decessit, Innocentius locum eius per successionem C cepit. Tres illi secum attulere epistolas: quarum vna aureæ illius linguæ erat, calamitates omnes exactissimè recensens: secunda totius Constantinopolitanæ vrbis cleri communis: tertia, quadraginta illorum episcoporum, qui communionis & partium Ioannis erant. Eis redditis, tantū in illis ardorem accenderunt, propter calamitates eas dolentibus, vt ambo ad Imperatorem Arcadium literas dederint, diuturnum in rebus huiusmodi somnum eius reprehendentes. Carpebant verò alterum quoque exilium, quo Ioannes præter ecclesiasticas sanctiones affectus fuerat: oportere affirmantes, si quæ illi veræ honestatis & ecclesiæ tranquillitatis cura esset, episcopum in sedem suam reduci: & synodū Thes- D salonicæ, quæ in medio è Roma & ex Oriente venientibus sita sit, cogi. Theophilum etiam Alexandrinum, qui omnia ea miscuisset, acciri: atque ita demum canonico, nullisque affectionibus corrupto iudicio, Ioannis causam omnem ritè & ordine decidi. Cuius rei gratia se Italos aliquot episcopos misisse addiderunt, conscientiam bonam & iudicium rectū in cordibus suis obtinentes. Hæc sic ad Arcadium Honorius & Innocentius scripsere. Quę verò Ioanni etiam & clero rescripsere, eiuscemodi verbis continentur: quæ ego ex Romano sermone vtráque in græcam linguam translata inueni, & historiæ huic adieci. Epistola ad Ioannem sic habet.

Innocentii papæ Romani epistolæ duæ, sancto Chrysostomo exuli & clero Constantinopolitano missæ.
Caput 32.

TAmetsi innocentem bona omnia expectare, & à Deo misericordiam petere conue-

Responsum innocentij ad Ioannem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conscientia vella pro summa bonam cum iniuriis collidi.

niat: tamen nos quoque, qui tolerantiæ malorum suasores sumus, literas hasce, pro eo atque decuit, cum Cyriaco diacono ad te dedimus, ne aduersariorum iniuria plus possit quàm bona conscientia, dum in spe cum illa luctatur. Non enim opus est doceri te, tot populorum doctorem & pastorem, optimos quosque sæpe atque adeò semper probari, an in vigore patientiæ persistant, neque alicui dolorum labori cedant. Et est profectò res stabilis & firma conscientia bona in malis, quæ iniustè accidunt omnibus, quæ nisi quis patientia vincat, indicium de se malæ suspicionis præbet. Omnia nanque sustinere debet, qui Deo primùm, deinde suæ quoque confidit conscientiæ. Quandoquidem bonus atque honestus vir exerceri ad patientiam maximè potest, vinci autem non potest. Nam mentem eius diuinæ custodiunt scripturæ. Abundât autem exemplis lectiones sacræ, quas populo F tradimus: & omnes propè sanctos variis modis & continenter malis afflictos esse, cum fide attestantur: quippe qui tanquam in aliquo iudicio explorati, tandem sic ad coronam patientiæ peruenere. Consoletur igitur charitatem tuam, frater reuerendissime, conscientia tua, quæ in tribulationibus solatium virtutis obtinet. Inspicientе nanque ipso Domino Christo, in portu pacis, puta constabit conscientia. Hæc Innocentius ad diuum Chrysostomum scripsit. Epistola autem ad clericos hæc est. Innocentius episcopus presbyteris & diaconis, totíq; clero & populo ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ sub Ioanne episcopo est, fratribus dilectis, salutem. Ex literis dilectionis vestræ, quas per Germanũ presbyterum & Cassianum diaconum ad nos dedistis, scenam malorum, quam ob oculos posuistis, anxia solicitudine cognoui: & quibus æ-

Viri sancti semper afflicti.

Corona patientiæ.

Innocentii ad clerum Constantinopolitanum epistola.

rumnis malisque fides laboret, repetita sæpius lectione perspexi. Cui rei sola patientiæ consolatio medetur. Dabit enim breui Deus noster afflictionibus tantis finem, quas sustinuisse proderit. Sedenim hanc ipsam necessariam consolationem, in initio epistolæ dilectionis vestrę positam, consilium propositúmque vestrum laudantes intelleximus, multa patientiæ testimonia complectentem. Consolationem nanque nostram, quam ad vos scribere debuimus, literis ipsi vestris præoccupastis. Eam siquidem laborantibus Dominus noster præbere patientiam solet, vt in ipsis tribulationibus seipsos Christi serui solentur, secum ipsi reputantes, eadem antea sanctis, quæ ipsi patiuntur, accidisse. Sed & nos ex ipsis literis vestris afferte vobis solatium possumus. Non enim ab eo, vt vobis condolea- H mus, alieni fumus: siquidem & nos in vobis affligimur. Quis nanque ferre possit, quæ ab illis designantur, quos maximè conueniebat pacificæ tranquillitatis & concordiæ studiosos esse? Nunc insolito more sedibus ecclesiarum suarũ innocentes eiiciuntur episcopi. Quod sanè primus frater & collega noster, episcopus vester Ioannes, per iniuriam est passus, causa indicta, & crimine neque obiecto, neque audito. Quæ verò hæc prohibita ratio est, vt iudicij specimẽ non seruetur, aut de causa non quæratur? In locum viuentium episcoporum alij surrogantur, quasi qui * ab eiusmodi delictis prorumpunt, à quopiam iudicari possint rectè quicquam vel dicere vel facere posse? Nunquam sanè patres nostros talia ausos fuisse, sed potius vetuisse cognouimus, ne cui in locum viuentis per consecrationem alium substituendi sit potestas. Minimè enim cõsecratio siue electio reproba honorem adimere episcopo potest: quandoquidẽ neque episcopus ille esse potest, qui iniquè substituitur, quoniam hæc contra Canonum obseruationem sunt. Canonibus porrò obsequendum esse scribimus, qui Nicææ sunt decreti: quos solos consectari decet ecclesiam catholicam, & iuxta eos iudicare. Sin alij à quopiam proferuntur, à Nicænis canonibus dissonantes, & hæreticos autores referentes, ij à catholicis episcopis reiiciuntur. Hæreticorum nanque inuenta catholicis canonibus non sunt annectenda. Semper etenim illi per contraria & nefaria decreta, patrum Nicænorum consilium minuere intendunt. Quapropter non solùm hoc dicimus istos sequendum nõ esse, verumetiam cum hæreticis & schismaticis seu dissidiosis dogmatibus condemnandum: quemadmodum antea in Sardicensi cõcilio ab episcopis, qui nos præcesserunt, factum est. Nam quæ sic perperàm subintroducuntur, magis damnare conuenit, quàm vt quæ directè contra Canones statuuntur, aliquam habeant, fratres reuerendissimi, firmitatem. Cæterùm quid contra istos in præsentia agendum? Synodali cognitione peropus est, quam dudum etiam cogendam esse censuimus. Sola enim illa talium procellarum motus sopire potest: quam vt obtineamus, vtile nunc fuerit, medicinam & opem hancad voluntatem magni Dei & Christi eius, Domini nostri, referre. Om- G nia quæ diaboli inuidia, ad fidelium exploratiõem sunt perturbata pacabantur. Stabilitate fidei nihil non sperare à Domino debemus. Nos quidem multum deliberamus & dispicimus, quomodo vniuersalis synodus congregetur, vt de voluntate Dei turbulenti isti motus compescantur. Itaque interea sustineamus: & patientiæ muro circunuallati, omnia auxilio Dei nostri restitutum iri speremus. Quæcunque verò vos sustinuisse scripsistis, ea quoque omnia antea, quamis diuersis maximè temporibus, à collegis vestris episcopis, Demetrio, Eulysio & Palladio, qui Romam venerunt, & nobiscum fuerũt, percũctatione accurata cognouimus. Hæc sunt, quæ ad clericos ab Innocentio datæ literæ continebant: ex quibus colligere licet, quæ illi sententia & studium de Ioanne fuerit.

Patientiæ in afflictionibus consolatio.

Dabit Deus his quoque finem.

Et hæc olim meminisse iuuabit.

Sanctorum afflictio.

Ioannes indicta causa proscriptus.

Iniquè in locũ episcopi viuẽtis alius substituitur.

** Ἐκ τοιούτων ἀληθῶν μέλλων ὁρμᾶσθαι μύθων.*

Soli Nicæni canones legitimi.

Hæreticorum canones reiiciendi.

Synodi ecclesiastica dissidia sopiunt. Synodus à Deo petenda.

οὐχ ἧττον καὶ ἐλπίζειν. Patiendum & sperandum.

De legatis Roma missis, qualia ij Eudoxiæ & Attici suggestione sint passi. cap. 33.

Literæ ipsæ tales fuere *a*. Insuper verò synodi decreto, quæ Ioannis causa in Italia coacta fuit, in manus recepto, Dei amans *b* Æmylius Beneuenti episcopus, Cathegius, & Gaudérius, cum Valentio & Bonifacio presbyteris, Roma Byzantium profecti sunt. Sequebantur eos Cyriacus & Demetrius, vnà cum Palladio & Eulysio, qui Ioannis partium studiosi eò venerant, & tragœdiam malorum omnem illis expositant. Quum autem in Græciam peruenissent, in manus

a synodus propter Ioannem in Italia coacta.

b Legati Roma Constantinopolim missi.

Ioz. scribit, episcopos quosque, & presbyteros duos ecclesiæ Rom. ad Honorium & Arcadii esse missos, qui locum & tempus synodi capendæ peterẽt, lib. 8. ca. vlt.

Eudoxiæ dolo ij excipiuntur.

Athyras sub urbe a Constantinopoli regio.

eum vincula conijciuntur. Persequentur. Literæ ei & viaticum adimuntur.

manus tribuni cuiusdam, qui insidias eis tenderat, inciderunt c. Non enim latère potuerunt fœminarum pessimam Eudoxiam legationis eius mandata. Et quod eorum sententiæ seu consilio, qui legationem eam miserant, arte quadam aduersaretur, actiones eorum contrariis actionibus præuenit. Quapropter Thessalonicam illis videre, atque Papæ literas, quas ad eius vrbis episcopum Anysium ferebãt, reddere permissum non est. Sed duobus nauigiis impositi, postquã in vnum ex suburbiis Constantinopolitanæ ciuitatis, *d* quod Athyras vocatur, peruenerunt, *e* per vim in custodiam sunt coniecti: quibus per calumniam obiectum est, quòd ditionem alienam vltra terminos suos turbarent, & cum Orientalis imperij contumelia ibi adessent. Romani igitur, & Cyriacus episcopus, quique cum eo erant, teorsim quisque in custodias inclusi, tortique sunt: & ærumnis plurimis affecti, vt literas flagi- B tatas proferrent. Postquam autem illi se eas nõ prius daturos esse affirmarunt, quàm Imperatorem vidissent, vtpote ad eum legati: postremò Valerius quidam, ex feritate & temeraria audacia nomen & celebritatem aucupans, episcopi vnius, apud quem literæ erant, pollice fracto, scripta ipsa & vascula quædam, adhæc quicquid illis ad res necessarias parandas erat argenti, ei eripuit: id quod ille non sine maligno consilio fecit, vt sumptibus omnibus spoliati, facere aliquid illi, quod prohibitum est, necessitate adigerentur. Postridie eius diei alij plurimi affuere, siue ab ipsa Augusta, seu ab Attico missi: qui ab illis petierunt, vt tribus millibus nummorum aureorum receptis, cum Attico communicarent, Ioannis autem causam despicerent. Hoc illi se facturos prorsus negarunt. Accidit enim diuinitùs quiddam, quod eam rem prohibuit. Nam vni ex Æmilij diaconis, Paulo nomine, viro casto & moderato, diuum Apostolum Paulum apparentem dixisse ferunt: Videte quomodo accuratè seu circumspectè ambuletis, dies enim mali sunt: promissam sortè fraudem sic inhibentem. Sedenim quum illi promissionem seu conditionem oblatam non reciperent, sed reditum in Romanam vrbem precibus peterent: Valerius, qui egregium illud viri optimi facinus in pollice patrauit, ad malè agendum strenuus, immundo & vetustate squalido nauigio eos commissos, exitium eis struens videlicet, Romam reuerti iussit. Illi cum summo periculo nauigantes, ægrè Lampsacum appulerunt. Indenaui mutata quatuor mensibus elapsis Romam peruenere: & apud Innocentium Papam singillatim quæ eis accidere, renunciarunt: nihil scientes, quid vel Cyriaco eiusque comitibus, vel Ioanni ipsi acciderit. Hæc tum segnem Arcadiũ latuere, id quod postea animaduertere licuit. Hisce verò de causis Innocentius Romanus episcopus plurimùm indignatus, epistolam compositam ad Arcadium, Atticum & Theophilum dedit, qua illos excommunicationi & exauctorationi subiecit: quum quidem cognouisset, non multo pòst partem illum morem oppetisse, in longius exilium abductum, quemadmodum paululum progressi exponemus. Epistola verbis huiusmodi conscripta fuit.

Agitur cum eis vt tribus millibus aureorum receptis, cum Attico communicent. Conditionem ea illi respuunt.

Rebus infestis Romani vexantur.

Arcadius furens.

Epistola Innocentij papæ Romani ad Arcadium & Eudoxiam, excommunicationi eos subiiciens. Caput 34.

Literæ Innocentij papæ, quibus Arcadium, Atticũ &c. anathematis subiicit Ioannes re & causa indicta damnatur.

VOx sanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te, ô Imperator, sicuti quondam Abel iusti contra parricidam Cain: & is modis omnibus vindicabitur. Nec id modò admisisti, sed etiam pacis tempore persecutionem magnam aduersus Deum & ecclesiam eius cõcitasti. Eiecisti è throno suo, re non iudicata, magnum totius orbis doctorem, & vnà cum eo Christum persecutus es. Neque de illo ita queror (sortem enim, seu hæreditatem cum sanctis Apostolis in Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi regno consecutus est) quamuis intolerabilia iactura ea sit: sed affligor propterea, quòd primùm de animarum vestrarum salute, deinde de eis qui sapientissima spirituali & diuina doctrina & institutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, sum solicitus. Non enim ecclesia tantùm Constantinopolitana mellitæ illius linguæ iacturam fecit, sed & orbis sub sole totus ad orbitatem redactus est, viro tam diuino amisso. persuasione vnius mulieris, fabulam hãc & spectaculum exhibentis. Verùm excipiet illa & præsentem hic pœnam & futurum sempiternum supplicium non post multos hosce dies ei aduenientis. Tamerli enim beatus Ioannes vitam reliquit, fide seruata, & fluctuantibus confirmatis: in æterna tamen secula sempiternarum deliciarum & immortalis vitæ hæreditatem est cõsequutus. Noua autem Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erroris seu seductionis nouacula totõdit, execrationem ex multorum ore sibi ipsi introduxit, graue & quod gestari nequeat peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni apostoli Petri creditus est, segrego & reiicio te & illam à perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri. episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei ecclesiæ, qui admimistrare aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora qua præsentes vinculi mei legeritis literas, dignitate sua exciditse, decerno. Quod si, vt homines potentes, quenquam ad id vi adegeritis, & canones vobis à Seruatore per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis, scirote non paruum id vobis peccatum fore, in horrenda illa iudicij die: quum neminem huius vitæ honor & dignitas adiumare poterit, arcana autem & abdita cordium sub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno Ioanne in thronum episcopalem produxistis, etiam post obitum exautoramus, vnà cum omnibus qui consulto cum eo communicarunt episcopis: cuius etiam nomen sacro episcoporum albo non inscribatur. Indignus enim eo honore est, vt qui * episcoparum quasi adulterio polluerit. Omnis siquidem plãtatio, quæ à Patre nostro in cœlis plantata non est, eradicabitur. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematismum, & absolutam à Christianismo alienationem. Hæc Innocentius pro Ioanne pugnãs scri-

Excommunicatio.

Ligandi vinculum.

Extremum Christi iudicium.

Arsacius de funitus exautoratur.

** μετέχουσαν τῆς ἐπισκοπῆς. Sacrum episcoporũ album.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit. Neque verò etiam atticum, qui post Arsacium thronum magni illius inuolauit, non accusauit. Verùm vt ea res composita postea sit, historia loco suo ostendet.

De incursione gentium barbararum in fines Romanos, eo tempore factâ: & de exortis tyrannis, Stilicone, Alaricho, Attalo Saro, & aliis: & vt ab Alaricho Roma sit capta & de formosa cuiusdam Romanæ mulieris castitate. Cap. 35.

EAdem tempestate, sicuti in omnibus episcoporum dissensionibus reperire est, res etiam publicæ tumultibus sunt repletæ. Hunni namque Istrum transgressi, Thraciam vastantes percurrerunt. † Huldam ducem habentes Et Isauri quidam prædones perquam feri, ingenti coacta multitudine Phœniciam atque Cariam, & F quę in medio sitæ sunt vrbes, excursionibus extremísque cladibus vexarunt. Stilico quoque Honorij socer, opúmque & copiarũ illius omnium dux, vir summus, simul & Romanorum & barbarorum ad nouas res spectantium studia sibi consiliata habens, cum præfectis eorum egit, & committere inter se Imperatores tentauit. Atque vbi, *a* vt Alaricho Gotthorum duci ducendarum Romanarum copiarum dignitas tribueretur, suffragio suo effecit, in Illyricos mouit: *b* & eo Iouium quendam præmisit, re ita composita, vt & ipse cum Romanis arcadij ducibus congrederetur, & regionis etiam eius populos Honorij imperio subiiceret. Alarichus autem exercitu ex Dalmatia & Pannonia terra barbara suscepto in Epirum venit: * Græciáque *c* & Athenis captis, vicinam quoque Dalmatiam vastauit. Deinde Illyricum ingressus, atque aliquandiu ibi moratus, per Alpes in Italiam rediit: Stilicone angustias earum illum transire * permittẽte, vtpote qui insidias Imperatori structet. Postea Alarichus cùm inde proficisci vellet, *d* Honorij literis, ne cœptum iter persequeretur, prohibitus est. *e* Deinde verò & Stilico Honorium impediuit, quo minus Constantino polim propter fratris filij curam concederet, vt fideles præfectos ei constitueret, qui non ita pridem pupillus factus fuerat: veritus scilicet ille, ne propter teneram ætatem *f* Theodosius puer H aduersi quicquam pateretur. Impediit hunc igitur Stilico, necessariò eum in Italia manere debere dicens, propter proximam *g* tyrannidem apud Arelate à Constantino excitatam. Hoc cùm illi persuasisset, alterum ex sceptris, seu vexillis potius arripuit, quod Romani † Labarum vocant: simulque quatuor militum ordines, & Imperatoris literas, quibus ei profectio Orientalis permittebatur, accepit, atque in expeditionem se dedit. *h* Vbi verò fama increbuit, tyrannidem illum filio Eucherio, eis adiuuantibus, qui cum potestate apud ipsum erant, parare: milites seditione mota, primùm Italiæ & Galliæ præfectum, aliósque quibus imperatorij magistratus commissi fuerant, necarunt: deinde pau-

* *Similiter hæc ita dicuntur apud* Paulum Diac. *de ipso Alaricho: Qui quum discedens voluisset*, Honorij literis retentus est, *sicut ipse confessus est.*

lo pòst Rauennæ à militibus & ipse Stilico, mox etiam filius eius Eucherius iugulatus est. Atque isti quidem, quòd aduersus Imperatorem conspirasse deprehensi essent, ad hunc modum interiere. Post eorum autem interitum, qui cum illis fuerant barbari, ei quem diximus Alarichо Gottho coniuncti, *k* Romam expugnare aggressi sunt. Ibi Alarichus de pace oratores ad Honorium misit, quam vbi non obtinuit, aliis quoque multis barbaris adductis, Romanam vrbem obsedit, & Tyberim amnem qui per vrbem mediam fluit, † cohibens, ne res necessariæ ex portu in vrbem importarentur, effecit. *l* Portus autem maximum nauale Romanorum est (sic enim illi nauium stationem appellant) tres habens receptus, amplitudine paruam referens vrbem. *m* Cùm igitur annonæ penuria, fames simul & pestis exorta esset, & iam serui ad Alarichum transfugerẽt, Romanis senatoribus Græcæ superstitionis, vt in Capitolio & templis omnibus *n* sacrificia fierent, placuit. *o* Acciti autem Thusci quidam, tonitru & fulminibus se barbaros inde propulsuros esse polliciti sunt. Nam id illi ad vrbem aliam, cui nomen * Larniæ, fecerant: quam vrbem Alarichus obsessam non cepit. sed consilium cœptúmque id frustrà fuit *p*. Siquidem qui rectam obtinebant mentem, vindicta diuina Romanos hæc pati existimarunt, propter ingentes delicias, & quas exhibebant libidines, Id quod aliquando ipse quoque Alarichus ostendit. Nam bono cuidam *q* viro cum cohortanti vt Romæ parceret, neque tot malorum autor fieret, dixisse fertur, inuitum se eam rem aggredi. Continuè enim quendam sibi imminentem, molestum esse, Romámque vastare iubere. Quod etiam tandem fecit *r*. Ac tum quidem pecunia accepta, obsidionem soluit: quum Romani pacti cum eo essent, Imperatori se suasuros, vt pacem cum eo iniret. Et legatione missa, qui Alarichо aduersabantur, impedimento, ne pax ea constaret, fuere. Atque Innocentio legationem obeunte, imperatoris literis persuasus Alarichus, ad Ariminum vrbem concessit, quæ ducentis & decem stadiis Rauenna distat *s*. Ibique cum eo è muro colloquutus † Iouius Italiæ præfectus, petitionem eius imperatoris ostendit, debere eum per literas ducem præfici exercitus vtriusque censens. Atque illealia quidem ei concessit: dignitatem autem eam vt conferret, nondũ statuit *u*. Iouius inconsultò imperatoris decretum Alarichо legi iussit. Itaq; ille propter dignitatem sibi denegatam, perinde atque iniuria affectus esset, indignatus, tuba classico cani iussо, Romam contẽdit. Iouius autem metu perculsus, ne in suspicionem, perinde atq; barbaro faueret, apud imperatorem incideret *x*, imprudentius etiam quàm antea iurisiurandi sacramento suos adegit, ne pacem vnquam cum barbaro facerẽt. Porrò Alarichus dignitate cõtempta,

† *Adeò fames Romæ inualuit, vt homines pro frumento castaneis vterentur. Creditum quoque est, quosdã humanis carnibus non abstinuisse. Sozom.*

§ *In legatione posteriore Alarichus petiit, vt in societatem belli à Romanis susciperetur: & vt sibi cum mediocri frumenti pensione loca aliqua, quæ Romani non magnifacerent, incolenda darentur. Sozomenus.*

l Alarichus *Romã obsidet 1410. Alarichum præsidium militũ frequens ad amnem Tyberim collocasse dicit.*

† συσχον. *amne occupato. Sozo.* ὑπὸ τοῦ ῥοῦ. τυβερίδι *l* Portus Ostiensis.

d

m Fames & *pestis in vrbe Rom.*

n Sacrificia *Romani idolatræ in templis constituit.*

o Thusci *fulminibus se barbaros propulsuros pollicentur.*

* *Videtur legendum* Narniæ.

p Vindicta *diuina Romanos obsessos & direptos.*

Larniam *sequitur* Thuscia *oppidum esse dicit.*

q Monachus *Sozom.*

r Romani *obsidionem Gothicam auro redimunt.*

Diuinitus *ad affligendã Romã instigatus Alarichus.*

Innocentius *apud Alarichũ Orator.*

s venit Alarichus *ducem se Romanarũ copiarũ constituturum.*

† Iouius Italiæ *præfectus.*

u Iouius *imprudenter Alarichо dignitatem eã denegatam esse indicat.*

§

x Iurarunt *hi per salutem imperatoris.*

tempta, nihil y amplius quod Romani habe- A præfecti militaris dignitatem ab Honorio acrent petiit. Et vbi bis episcoporum legatione missa, quod postulauit, non impetrauit, Romam rursus obsidione cinxit z: portúque capto, Romanos vi, vt Attalum, vrbis tum præfectum, imperatorem crearent, coegit. Id illi fecere *a*. Attalus autem, cùm Romanis multis magistratus concessit, tum Alarichum vtrarúmque copiarũ ducem fecit *b*, Adaulphúmque coniugis eius fratrem præfectum † equitum constituit. Et multitudine conuocata, splendidam ad eam orationẽ habuit, paria iura inuiolata senatui se conseruaturum, Orientemque vniuersum & Aegyptum Italis subiecturum pollicitus. Atque ille sic elatus, non integrum imperauit annum, quòd Alarichо, vt Honorij militiæ duces exautoraret, non paruerit. *c* Et Honorius oratores ad Attalum misit, eúmque ad imperij societatem, si arma poneret, inuitauit. Ille id respuit: & Honorium insulam incolere, priuatámque vitam, si vi- B uere vellet, deligere, summorúmque corporis membrorum amputatione salutem suam redimere iussit. Alarichus vbi Attalum non facilè vel sibi vel necessarijs aliis parêre animaduertit *d*, ab Honorio sibi metuens, clàm cum eo conditionibus acceptis, de reconciliatione pactus est. Atque omnibus ad vrbem Rauennam congregatis, Alarichus Attalo persuasit, vt imperij insignia, duceíque eius cingulum quisque deponeret. Honorius veniam omnibus dedit, ita vt quisque quem antea habuisset honorem obtineret, & dignitatem *e*. Attalus ad infima tribunalis subsellia positus, vbi se Honorij potestati permisit. postea duobus tantum digitis ei amputatis *f*, in Liparam insulam deportatus: *g* Adaulphus à familiari quodam suo ense postremò necatus est *h*. Alaricus autem non multo pòst Alpibus (locus is circiter sexaginta stadia à Rauenna est situs) occupatis, de pace cum Imperatore egit *i*. Et Sarus quidam, qui post Stiliconem

† *Ad reliquas Imperij Rom. clades accessit, quod Gildo comes Africæ Theodosio defuncto, Libyam, & bonam Africæ partem per tyrannidem occupauit. De quo in fine huius libri annotatio reperitur.*

* *Attalus Gothorum instinctu denuò in Galliis tyrannidem arripuit, Qui deinde à Gothis ipsis captus, Constantio deditus, & ab Honorio Romæ in triumpho ante currum ductus, in Liparámque deportatus est.*

i Sarus præfectus militum Alarichum prælio vincit & Rauenna eicit. Prima direptio vrbis Rom. à Gothis facta, An Christi. 412. De hoc ad finem huius lib. ex Procopio annotatio Baptistæ Egnatij reperitur.

Dum hæc aguntur in tribus terribilis de occidente rumor affertur, obsideri Romam, & auro salutem ciuium redimi, spoliatósque rursum cruciari, vt post substantiam vitam quoque amitterent. Itaret vox, & singultus intercipiunt verba dicentis. Capitur vrbs, quæ totum capit orbem. Imo fame periit ante quàm gladio. Et vix pauci qui caperentur, inuenti sunt. Ad nefandos cibos erupit furientium rabies: & sua inuicem membra laniarunt, dum mater non parcit lactanti infantiæ, & recipit vtero, quem paulo antè effuderat.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lachrymis æquare dolorem?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.
Virgil. ad Principium.

k Alarichus *Romam capit & diripit. l* Templo *diui Petri, & qui ad id confugisset, parcere milites iubet. m* Alarici *mors.* Honorius barbaris Romam incolere permisit. Allarichus Gallam Placidiam Honorij sororẽ Romæ captam, Adaulpho vxorẽ dedit: quæ blãditiis suis apud maritum effecit, vt vltrò ipse à Romanis pacem peteret. Diac. *n in direptione vrbis fœmina pudicissima mori maluit quàm à milite constuprari.*

o Miles barbarus castitatem eius admiratus, mulierem seruauit & honorauit.

De multis, quæ vrbi acciderunt, malis: & admirandis prodigiis in cœlo, terra, & mari editis: & vt omnes qui chrysostomo aduersati fuerant, male perierint. Cap. 36.

TAnta enim eo tempore hominum cædes facta est, quantam ætas nulla à seculo condito nouit. Eam porrò cladem stella illa gladij formam referens, obscurè portendit. Non etenim milites tantum interiere, neque in aliqua orbis parte mala hæc cõstitere, sed omne genus hominum cõcisum est, & tota prope periit Europa. Asiæ quoque pars non exigua attrita est, plurima item Libyæ, potissimum verò quæ Romanis tributaria & subiecta fuit. † Inreritus nãque multitudinẽ hostilis barbarorum demetuit ensis. Reliquã autẽ fames & pestilentiæ, necnon agrestiũ ferarũ greges absumpsere. Præterea mot terræ ingẽtes, iunditùs vrbes & domos euertẽ-

Totius orbis clades tantæ prodigiosa stella prædicta.

† τῆς Φοβερᾶς σεισμοῦ. Tempestatis eius clades. Bella.

Hunni Thraciam vastant. † Huldas dux Hunnorum.

Stilico imperatores fratres bello inter se committere volunt.

a Alarichus Gothus Romanorum dux copiarũ. Theodosio ex bonã mentem operam in bello contra Eugen. gesto.

b Iouius Illyrici præfectus.

* Hoc Sozom. non habet lib. 9. cap. 4.

c Alarichus Græciam & Dalmatiam vastat.

d Honorius Stiliconem in Italia retinet.

e Retinet ei rursum ibi Honorium, Constantinopolim ire volentem.

f Theodosius Arcadij filius pupillus.

g Tyrannis Constantini apud Arelate.

† Labarum.

h Stilico filio suo Eucherio Orientale imperium parare contendens una cum eo à militibus trucidatur.

i Quidam scriptores eum vtrunque truncatum esse tradunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fames. Pestis Terræmotus. Chasmata. Eluviones. Exustiones.

** πάντος αὖ τοῦ κακοῦ.*

tes formulros inexitabile exitium coniecere. Multis etiam in locis terra hiatibus rupta, sepulchrum incolis * extemporaneum spontaneumque facta. Insuper aquarum pluuialium illuuiones, & apud alios flammeę siccitates, apud quosdam fulmina coniecta, variam & insustentabilem edidere calamitatem. Quinetiam pluribus in locis grando saxis manuariis maior, & circiter octonarum librarum pondus trahens, deferri visa est. Denique niuium vis & frigoris immanitas, quos plagæ aliæ non præripuerant, occupatos extinxere. Quæ omnia euidenter satis diuinam deprædicarunt indignationem. De quibus singillatim commemorare, supra vires hominis fuerit *b*. Tum verò tantum etiam solis deliquium fuit *c*, vt stellæ etiam medio die refulserint, quod deinde tanta siccitas est subsecuta, vt more insolito multi mortales, & alia etiam animalia interierint. Cùm autem sol defecit, fulgor quidam simul in cœlo apparuit *d* coni siue metę speciem gerens: quem inesse quidam cometam crinitamque stellam esse duxerunt. Nihil enim, quæ in eo visa sunt, cometę simile fuit. Nec fulgor is in comam abiit, neque stellæ prorsus speciem retulit: sed veluti lucernę cuiusdam magnæ flamma per seipsam substitere visa est: nec radij eius aliqui stellæ cuiusquam formam subiere. Ipso quoque motu variauit. Nam ea parte qua sol per æquinoctium oritur, fulgor is moueri cœpit: & inde iuxta eam quæ in Vrsæ cauda sita est, stellam vltimam sensim euadens, ad Occidentem cursum tenuit. Postquam autem cœlum est dimensus, motu suo quatuor mensibus longius perfecto, disparuit. Vertex eius aliquando quidem in magnam & acutam longitudinem abiit, vt coni rationem excederet: nonnunquam autem ad mensuram illius contractus est. Alia quoque monstrosa præbuit spectacula, quibus à natura solitarum apparitionum discessit. Videri autem cœpit ab æstate media, ferè vsque ad autumni finem. Id ipsum quoque miraculum ingentium bellorum, & incredibilis hominum interitus indicium fuit. Deinceps verò terræmotus esse cœperant, qui non facilè cum eis qui antea extiterant, conferri possent. Cum terræ motibus ignis quoque cœlo quasi rupto delapsus, salutis spem omnem præcidit: cladem tamè hominibus non intulit. Diuina namque benignitas vento vehementi demisso, & igne vndequaque prouoluto, in mare eum abiecit. Videre tũ erat spectaculum nouum, fluctus ipsos perinde atque regiones quasdam marinas plurimùm igni ardere, quoad vsque flamma prorsus in vndis extincta est. Cùm in multis terræ locis tanti essent terræmotus, laquearia & tecta ædium, à sedibus ita magno cum sonitu & fragore dirimi visa sunt, vt qui intus in domibus erant, à clarè oculis cœlum conspicerent. Et post eiusmodi ruptura ita rursum sunt inter se aptè coniuncta, vt nemini tam nouæ rei significationem aliquã præberent *b*. Idem etiam in nauibus & domorũ pauimentis, multis in locis accidit. Quedam nãque granaria in patribus inferioribus habitantes, frumento confertim & subitò in eos per rimas patentes effuso suffocarunt, solúmq; ipsum tam commodè compactum reddiderunt, vt homines addubitarent, vnde frumẽtum illud quod

Grandis max. Vis niuium. Eclipsis solis. Siccitas summa.

Stellæ in cœlo medio die visæ. Fulgor cœli forma in cœlo apparens.

Terræ motus grauissimi. Ignis cœlestis in terram delapsus. Idem in mare coniectus. Mare ardens. In terræmotu tecta & pauimenta domorum derepentè rupta & rursum coniuncta sunt.

a Itaque intra tecta ab hominibus cœlum visum. b In nauibus idem quod in domibus factum. c Theologicè de prodigiosis casibus iudicium.

eædem talem patrarit, profluxerit. Ad hæc, alia quoque eius generis mala tum nouo prorsus modo extitere, quæ satis ostenderunt, non naturali aliqua ratione hæc, sicuti Græcæ superstitionis sectatores delirantes dicunt, prouenire *d*, sed diuinæ indignationis flagella ea hominibus immitti. Multi certè quidem eo tempore visum est, irato ea Deo accidisse, propter tam apertam, quæ maximo illi ecclesiæ luminari Ioanni illata est, iniuriam. * Siquidem & imperatoris coniugem Eudoxiam tum vita excedere contigit, vermibus escam factam. *e* Et vrnam, cui imposita est, moueri cernere erat: Deo videlicet eum, qui per illam in ecclesia concitarus fuerat, motum ostendente. Et Theophilus paulo pòst laterum morbo correptus interiit. Arsacius etiam, quemadmodum à me dictum est, paruo intercedente tempore satis concessit. Et Cyrinus Chalcedonis episcopus, ex eo casu quo in pede circumuẽtus est, † vtroque crure dissecto, miserabiliter vita est defunctus. Et alij aliter vitam finiere. Antiochus & Seuerianus sectatoresque eorum malè quoque diem suum obiere. Deo ab ipsis pœnam sumente, propter sacra (proh dolor) iniquè prodita. Inter homines quoque esse imperator Arcadius breui desiit. Verùm Ioannis primùm, deinde etiam Arcadij obitu exposito, vnà cum vtriusque fine, decimo tertio quoque historiæ huius libro, Deo adiuuante imponam finem.

*d Flagella Dei homines castigantia. Deus sanctorum suorum iniurias vindicat. * Soc. lib. 6. cap. 19. hæc exempla occulto Dei iudicio iudicãda permittit. e Eudoxiæ vrna moueri visa. Eudoxiæ mors. Theophili. Arsacij. Cyrini. † Soz. lib. 8. cap. 27. Antiochi. Seueriani. Arcadij. Ioannis Chrysostomi.*

De vlteriore exilio Chrysostomi, libri*que eius: & vt vita hac relicta, ad Deum migrauerit. Cap. 37.*

G VCusi Ioannes quum esset, ab Adulphio episcopo benignè exceptus atque tractatus est. Atque ibi multos quidem pane, plurimos verò diuino verbo, quod & verè corda confirmat, & mentes illustrat, pauit. Permultos verò etiam vtiles atque necessarios libros composuit. Nullæ enim quæ ei accedẽre erumnæ linguam eius, fluminis instar fluentem, cohibere potuerunt. De parientia quoque, & de eo quòd non solùm nos ad socordiam non dare, verumetiam in rebus duris non offendi debeamus, non pauca cõscripsit. Plurimas etiam tum ad sanctam Olympiadem epistolas dedit. Vniuersæ hæ quindecim sunt, mirificam patientiæ gratiã complectentes. In quibus solum peccatum esse, ad quod exhorrescere nos conueniat, dicit. Erumnas etiã quas in itinere perpulit, in eis commemorat: & vt † eã H à desperatione reuocatã, ad spem bonam futuri congressus erexerit: atque vt feruente maximè æstate iter faciens, cum vehementissima febri sit colluctatus, scribit. Refert insuper stomachi ipsius vitia: & improbum, quivirum iustũ in exiliũ abduxit, Gallum: necnon diuersoriorum mansionúmque

Acta & scripta Ioannis quæ Cucusi edidit.

Epistolarum carũ summa.

Epistola eius ad Olympiadem. Ad solũ peccatum exhorrescendum.

† ὃς ἀρχὴν ἔσχε κάμνειν λοιμῶδες πυρέτιον ἐπὶ τῇ διόδῳ τοῦ ἔαρος. Potest hoc etiã de congressu in futuro seculo intelligi.

§

§ Tu tibi persuade, præter culpam ac peccatum, homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum. Cicero. Scimus ea mente, quam vatis & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstandum, præter culpam, putemus: eáque quum careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus. Idem.

mãsionumque incommoditatem, ministrorum A sunt. Itaque cum res suas disposuisset, linguam inopiam, rerum necessarium penuriam, item quod medicum non habuerit, & de Isaurorum terrore. Quemadmodum etiam * monachi aduersus eum furentes, domicilium eius incendere voluerint: & quomodo rebus eius in itinere cõploratis, non solùm ipsi eius miserti non sint, sed etiam misericordiam aliorum, extrema omnia comminati, impedierint. De via denique queritur, vtpote ardua, lapidosa, difficili, & molesta, quam ob causam beatam illam fœminam rogat, vt in orationibus suis illa mediteture, ne longior eius fiat profectio, fœcentis exilius laborem imeritis faciendi grauiorem sibi esse dicens. Hæc omnia, atque alia huiusce similia epistolæ istæ, & aliæ præterea ad episcopum Cyriacũ datæ, complectuntur. Porro quum ei aduersarij, quod Cucusi maneret, inuiderent, Arabissum abductus est. Ductoribus enim eius hoc studio B fuit, vt transitione frequenti labefactatus ille, vitam miserè finiret. Sedenim quo pluribus obiectus est erumnis, eo casibus omnibus propter sanctiorem philosophiam superior fuit, ipsendidúque resilsit: quemadmodum in igne flamma, si materiam copiosiorem sibi iniectam habeat: vnde verò Pityuntem (ita enim mandatũ fuerat) ductus est. Oppidum id est grani solitudinis, ad finem Pontici maris situm, fœtissimis barbaris conterminum. Eò quum duceretur, & iam ad Deum migraturus esset, noctu ei oranti, qui vitæ eius duces fuerant, & Petrus & Ioannes affuistetes, perquàm amicè cum eo sunt colloquuti: etique quum aduersus dæmones victoriam, tum postremo migrationem ad Deum, & quæ eum exceptura essent bonorum perceptionem cum lætitia annunciarunt. Dein † cœlesti & ineffabili eum esca pauerunt: ex quo tempore nihil postea cibi sumpsit. Dicta hæc ab eis sunt, quibus ille ea secum versantibus concredidit. Hinc etiam ille ad maiora progressus est certamina. Illi porrò quibus magnus vir ducendus commissus fuerat, magis itineribus proficiscebantur, aliquando pro immensis pluuiis exundantibus, aliquando solis radiis maximè vrentibus. Merces enim eorum crudelitati in illo exercendæ, maiorum dignitatum honores, propositi fuerat. Cæterùm Pityuntem videre non potuit, sicuti Epiphanij vaticinium prædixerat. Ad Co D manenos autem Armeniæ quum veniisset, ad tẽplum Basilicis martyris ductus est, qui episcopus fuisse, & sub Maximino Nicomediæ martyrij certamen obiisse dicitur. Ibi in somnis ei apparens martyr: Bono, inquit, animo esto, Ioannes frater, vtrunque crastina dies coniunget. Ille etiam custodi templi vt locum Ioanni pararet, præcepit. Ex eo loco cum triginta stadiorũ iter confeciissent, præter opinionem recta via excidentes, errabundi ad martyris ædem reuersi

Tottasse pro pro monachis, legendum monachi: hoc est gladiatores, ve milites intelligantur, qui eum in exilium abduxerunt. Epistolæ Ioannis ad Cyriacum episcopum Ioannes Arabissum abductus. Ad eius Ioannes magis ac magis enituit.

Basilicus martyr apud Comanenos. Idem Ioanni in somnis apparet.

Præceptio Eucharistiæ ante obitum.

* *Plin lib. 6. cap. 5. de regione Colchica: In intimo eo tractu Pityus oppidum opulentissimum ab Heniochis direptum est.*

† *Comana oppidum est Cappadociæ: Plin. lib. 6. cap. 3. Secundum Strabonem lib. 12. in conualibus Antitauri. Comanensium mentio est l. quum antea. C. de agric. & censit. lib 11.*

De obitu Imperatoris Arcadij. cap. 38.

POst Ioannis mortem, Arcadius quoque anno tertio defunctus est, sicuti & antea coniunx eius Eudoxia. Imperij successorem is filium Theodosium reliquit iampridem à lacte remotum. Reliquit etiam filias, Pulcheriam, Arcadiam, & Marinam, admodum teneras, quæ in virginitate cœlibes permansere. Dehinc multo pòst Honorius quoque Romæ hydrope periit, sororis suæ Gallæ Placidiæ & Constantij filium Valentinianum tertium, & filiam eiusdem Honoriam, post se in ea vrbe relinquens. Arcadius ante finem vitæ, Deo chari hominis opinionẽ, talem ob causam obtinuit. Ædes quædam Cõstãtinopoli est maxima & pulcherrima, Καρύα vs hoc est nucem, eam incolæ nominant, quòd in ea media, nux arbor, spectaculum non contemnendum, steterit: ex qua arbore Acacium martyrem suspensum, martyrium suum peregisse ferunt. Propter hanc ædem alia precatoria domus contiguè extructa est, ad quam spectandam Arcadius venit: precibusque in ea peractis, inde abscessit. Concurrit ad locum eum, ad imperatorem vidẽdum, multitudo innumerabilis, & plena erant foris hominibus loca omnia. Simulãtque verò imperator paululum est progressus, confestim maxima illa ædes funditùs diruta cõcidit, ita vt neminem detrimento aliquo afficeret. Itaque clamor statim exortus est, imperatoris precibus cunctos præsenti exitio esse liberatos. Atque hoc sic actum. Mortuus est autem Arcadius, quum octennis filius eius Theodosius esset. Vnà cum patre is tredecim, solus autem quatuordecim imperauit annos. Quos annos etiam tredecimus hic liber continet: quum à mundo condito quinquies * millesimus nongentesimus vigesimustertius: à natiuitate verò Domini quadringẽtesimus decimus octauus ageretur annus.

a τῶν θείων κοσμούντας ἀγίασμάτων.

Signaculum Crucis.

Ioannes in die exaltationis sanctæ crucis moritur.

Arcadii mors. Arcadij liberi.

Item Honorij, qui sedecimo post Arcadiũ mortuus est. anno.

Arcadius sanctitatis famã obtinuit. Acacius martyr. Constantinopoli domus quædam postquam ex ea progressus est Arcadius, sine detrimento vlle hominũ cecidit.

Libri istius anni. Secũdum nostros tericos, 4388.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIA GILDONIS E tyranni Aphricani.

Gildo secundum duos in Europa tyrannos, Maximum & Eugenium, quos ope diuina Theodosius magnus oppressit, eo mortuo, in Aphrica tyrannidem inuasit: eandemque ita saua dominatione obtinuit per annos duodecim, vt vrbem Romam, quòd ex Libya frumentum eò exportari non pateretur, annonæ charitate & fame affligeret. Libyam sibi ab eo ademptam, Roma apud Claudianum hisce queritur versibus:

Hunc quoque nunc Gildo rapuit: sub fine cadentis
Autumni, pauido metimur carula voto.
Puppi si qua venit, si quid fortasse potenti
Vel pudor extorsit domino, vel præda reliquit,
Pascimur arbitrio Mauri: nec debita reddi,
Sed sua concedi iactat, gaudétque diurnos
Vt famulæ præbere cibos, vitámque famémque
Librat barbarico fastu, vulgique superbit
Fletibus, & tantæ suspendit fata ruinæ.
Romuleas vendit segetes, & possidet arua.
Vulneribus quæsita meis —— Et rursum:
—— Iam solis habenæ.
Bissenæ terquent hyemes, ceruicibus ex quo
Hæret triste iugum, nostris tam lustribus ille
Consenuit, regnúmque sibi tot vendicat annis

Quo minus autem hunc armis Romani imperatores Arcadius & Honorius, quos ille propter iuuenilem eorum ætatem contemnebat, vindicarent, Barbarorum in vtrinque & Orientale & Occidentale imperium excursiones, & Attali tyrannis impedimento fuere. Habuit Gildo fratrem Macezetem, egregie fidem Romanis præstantem. Huius filios eam ob causam per parricidium ille crudelissimè necauit. Honorius tandem Macezetem contra fratrem cum copijs misit. Qui cum quinque millibus armatorum Gildonis exercitum ingentem vicit atque fugauit. Gildonis ex fuga retracti gula, velo nauticofraena. De expeditione Macezetis, & victoria, atque de parricidio Gildonis, apud eundem Claudianum, historicum potius hæc in parte quàm poetam, in consilio imperatoris Honorij ita agitur.

Est illi paribus, sed non & moribus iisdem,
Macezetis fugiens qui dira piacula fratris,
Spéſque suas, Vitámque tuo commisit asylo.
Hunc vbi tentatis frustrà mactare nequiuit
Insidiis, patrias in pignora contulit iras:
Quóſque manu pueros paruos gestauerat vnà
Occidit iuuenes, inhumatáque corpora vulgo
Vulpibus, & tumulo cognatas arcuit vmbras.
Naturámque simul, fratrémque hominémque cruentus
Exuit, & tenuem cæſis inuidit harenam.
Nunc quoque, nunc Gildo, tanto quem funere mersit:
Nunc doleat venisse ducem, seſeque minorem
Supplicibus sciat esse tuis quem sede fugauit,
Nunc præceps fugiat: fregit quem clade, tremiſcat:
Agnoſcátque suum, trahitur dum victima, fratrem.

Hæc, ita vt Claudianus scribit acta. Postremòque:

Tertius accubuit nati virtute tyrannus.

HISTORIA ALARICHI, QVOmodo is primùm cum Gotthis suis vrbem Romam ceperit, & diripuerit.

F *Obsiderat Romam Alarichus iam biennium nec Honorius, qui Rauennæ desidebat, aut ferre suppetias vrbi poterat, aut audebat. Nam quum nihil minus quàm de vrbis eius salute solicitus esset, Stilicone interfecto, ducè exercitui idoneum minimè præfecerat, qui rem tum aduersus Gotthos rectè administraret. Vnde Gotthis obsidenda vrbis cogitatio, Romanis milite vel dilapſo, vel segniter rem gerente. Verùm eam frustra obsessam, cum expugnare vi non posset, ad dolum hostis barbarus vertitur.*

Præfectionem in patriam simulat, trecentósque iuuenes
G *corporis & animi vi præstantes deligit, quos Romanis principibus dono det, instructos prius vt omni obsequio dominos suos demererentur: & ad certum diem circa meridiem, quùm Romani principes somno vel ocio vacarent, ad portam Asinariam aduolent: interfectíſque improuiſo insultis custodibus, portam sibi præsto futuro aperiant.*

Interea Gothi quum reditum, alia atque alia deesse sibi simulantes, differrent, trecenti illi iuuenes occasione egregiè vſi, portam constituto die suis aperiunt & intromissis Gotthis, maiore ignominia quàm damno vrbem
H *omnem populatur. Sunt qui vrbe illustris fœmina & opulentissimæ opera patefactam Gotthis portam existiment, quum plebem Rom. passim fame & morbis pecudum more cadentem miseraretur. Duo sunt cognitu non indigna. Vnum, edictum ab Alarichо fuisse, vt quicunque in templa diuorum confugerent, præcipuè Petri & Pauli, his nulla vis inferretur: quod & summa fide seruatum. Alterum, quod quum renũciatum Honorio esset Romam periisse, de pugnaci ille Gallo, cui nomen Romæ erat, significatum sibi esse crediderit, quo cum paulo antè festiuissimè luserat. Adeò socordis ingenij princeps, nec quicquam omnino paternæ & auitæ virtutis referens fuit. Quod & Arcadio fratri eius vitio datum. Nam Eudoxia vxori addictus, cùm alia improbè fecit, tum Ioannem Chrysostomum, antistitem sanctitatis & eruditionis egregiæ, plus æquo vxori instruenti, in exilium egit.*

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSQVARTVS.

De imperio Theodosij iunioris, vt id à tutore Isdigerde versarum rege sit administratum, rebus plerisque omnibus ab Anthemio, cui Troilus sophista familiaris fuit, gestis.

CAPVT I.

Arcadius filio Theodosio curatorem testamento dessignauit Isdigerdem Persarũ regem.

IOANNES igitur, aurea lingua vir, labore certaminũ pro christo obitorum veluti aurum obryzum ad summum per explorationẽ probatus, ad hunc modũ vita est defunctus. Post hũc & imperator Arcadius mortuus est, adolescentulo admodum Theodosio filio, octauum videlicet ingresso annũ, relicto qui cum trimulus esset, mater quoq; cum relinquens, ad futuras transiit † pœnas. Arcadius porrò, puero ne quid contingeret metuens, ante mortem Isdigerdem Persarum regẽ curatorem eius, & simul imperij, donec ille in virum euaderet, testamento instituit. Quod vbi Isdigerdes cognouit, te ea minimè neglecta, nõuum quoddam admirãdæ virtutis exhibuit specimen, Pace nanque prolixa, centum aurorum induciis cum Romanis initis, imperium Theodosio, quo minus periclitaretur, conseruauit: & Antiochum quendam, virum admirandum & præclarum, delectum veluti tutorem & pædagogum, ad eum, cum literis in hæc verba ad senatum Romanum conceptis, misit. Quum Arcadius imperator vester, me filij sui curatorem instituerit, qui officio meo fungatur, virum istò misi. Ne quis igitur puero insidias struere audeat, ne bellum ipse implacabile aduersus Romanos moueam. Et Antiochus vbi Constantinopolim venit, puerum ita vt imperatorem decet, educauit: illud prouidens & curans, vt simul puer & magnificẽtiam in publicum progressus retineret, & rebus bellicis optimus esset. Quum autem quadriennium cum eo fuisset, discessit. Rerum autem omniũ administratio Anthemio præfecto commissa est: qui ex filio nepos eius Philippi fuit, qui Paulo Constantinopolitano episcopo electo, væsanum Macedonium pro eo in ecclesiã induxit, sicuti libro decimo diximus. Anthemius iste mœnia Constantinopolis demolitus, pomœria vrbis prolaturus, latericio ingenti qui nunc cernitur muro eã circumdedit, opere eo per menses duos magna & ferè incredibili celeritate confecto. Et quum prudentia multos antecelluit, tum incõsultò nihil sibi agendum duxit. At cum multis quidem ille aliis de rebus gerendis consilia cõmunicauit: Troilo tamen sophista familiariter maximè vsus est: in quo, præter cæteras virtutes, prudentia etiam quædam reipublicæ administrandæ Anthemij æmula fuit. Illud sanè animaduertẽdum, Anthemiũ imperatoris iussu, vnà cum Cyro præfecto vrbi longo pòst tempore vrbis mœnia construxisse. De Antiocho & Anthemio imperatoris pædagogis hæc dicta sufficiant.

Inducia centum annorum inter Romanos & Persas.

Antiochus delectus ab Isdigerde Theodosij tutor.

Troilus sophista Anthemij familiaris.

Cyrus præfectus vrbi.

De vita, institutione, administrationẽque rerum publicarum. Item de diuina pietate & virtute Pulcheriæ, sororis Theodosij imperatoris. Caput 2.

Educatio pueri imperatoris.

PRouidentia autem diuina, illud præcipuè cu Deus tutelæ rans, vt pius maximè Theodosius imperator sororis Pulcheria fieret, alium quoque tutorem germanũ ma- ria Theodosiũ gis, imperio eius præfecit: Pulcheriam nimirum commisit. sororem, quæ à prima statim ætate ita sapuit, vt Eximia Pulvirtute & ciuili prudentia eis nõ cederet, qui cheria laus. in his rebus maximè excellunt. Vnde colligere fatis possumus, Principibus ad salutem, solam imperia per fatis veriorem esse pietatem: sicuti contrà, absq; pietatem poilla nihil prosunt exercitus, equi, satellites, eu- tissimum consium vis, virorúmque innumerabiles, copiæ, sistunt. aurum item, & argentum, plurima terræ iugera, & quicunque alius præterea est apparatus. Etenim ipsa nondum quindecim nata annos, sapiẽtiorem diuiniorémque quàm ætas ferret, obtinuit mentem. Et primùm quidem virginitatem votum virgise per vitam omnem conseruaturam esse Deo nitatis perpetuæ. vouit: deinde vt idem facerent sorores, eis quoque persuasit, ne † æmulationem atque contentionem in imperialem aulam inducerent. Quare omnem insidiarum occasionem præcidit. Sedenim quum consilium decretúmque suũ pignore aliquo stabiliendum esse putaret, Deo ipsi, sacro sacerdotum ordini, & subditis ciuibus, certum sententiæ suæ testimonium exhibuit. Nam admirandum quoddam incredibili pulchritudine ornamentum, ex auro & preciosis lapillis confectum, in sacræ mẽsæ formam redactã, pro virginitate sua, fratrisque imperio, catholicæ Constantinopolitanæ ecclesiæ dedicauit, * in corona quadranguli eius, consilio causáque cõsecrationis eiusmodi, nouis quibusdam literis insculpta. Itaque vbi pro virili sua natura Imperij curam suscepit, quàm optimè, ita vt cõueniit, cum ingẽti decore rem Romanam administrauit: quàm celerrimè de rebus agendis consultauit, simúlque eas in scriptum retulit. Nam & in scribendo, & in dicendo, summopere est exercitata, sermone vtroque, Latino scilicet & Greco. Et quæ ipsa agebat, perinde atque à fratre constituta essent, in illum retulit. Illud plurimùm curauit, vt in imperatoriis artibus is educaretur, atque disciplinis ætati cuique conueniens-

† Per suas scilicet aut sororum suarum nuptias. Sozo. Donarium precio sissimum Pulcheria templo Constantino dicat.

* ἐπὶ τῷ τῶν τραγέων τῶν της Nicepb. ἐπὶ τῷ μετώπῳ τοῦ τῆς τραπέζης, in fronte mensæ. Sozo. lib. 9. cap. 1.

Educatio & institutio veri Christiani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus instrueretur. Ita ille rem militarē & eque- E stres: tum eis qui rerum rationē accuratè periti erant, dicebat. Vt autem in publicis progressibus quouis tempore, ita vt imperatorem decet, magnificus esset & splendidus, ab ipsa edoctus est: quemadmodum scilicet vestem sibi ipsi circumdare, quo modo considere, incedere, & risum moderari deberet: vt in rebus quibusq; is, prout tempus ferret, vel placidum vel terribile exiberet, & commodū audiendis supplicantium precibus præberet. Potissimùm verò eum docuit iustitiam & veram pietatem, sicuti conuenit, colere, precari cōtinenter, templa alire frequēter, ædes sactas Deo constructas vasis, donariis & ornamentis locupletare: sacerdotum ordinem, simulque viros bonos, qui Christianorum legibus optimè vinerent, plurimi facere. Hæc eius erant institutiones.

summæ pulcherrima principis religiosissimæ laudes.

Quinetiam nonnullis religionem adulterinis dogmatibus, nouisque rebus deprauare conan- F tibus, vt firmiter illa in statu suo permaneret, ipsa quoque effecit. Et quo minus eo tempore noua quæpiam hæresis ecclesiam inuaserit, in causa ipsa maximè fuit: quemadmodū suo loco historia ostendet. Et quia ardenti animo diuinū numen coluit, non facilè quispiam enumerare possit, quæ illa sacra templa magnificè excitarit, quæve Dei amantium virorum domicilia atque monachorum cœnobia construxerit, perpetuas in ea impensas, & res omnes eorum qui in eis pietati vacarent necessarias constituens. Ex multis verò pauca quædam, quæ vim temporum superarunt, id iudicabunt. Opus enim eius est sacrum Dei genetricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum ipsa illa Verbi matre, quod inhabitaret, iudicatum domicilio: sicuti filio eius, quod Sapientiæ vocatur. Cuius diuinum tumulum, & sepulchrales fascias inuentas, cum veneratione maxima ibi reposuit. Templum item, quod τῆς ὁδηγῶν, hoc est, viæ ducum cognomine clarum est, in quo diuinam illius imaginē, quam Lucas apostolus in tabula depictam reliquit, sactúmque † pensum, & Seruatoris ipsius fascias, perinde atque thesaurum, quem ad eum Eudocia Augusta, quum Hierosolyma profecta est misit, seruandas curauit. Præterea & sacrum in * fabrorum foro delubrum, cui † sancti sepulchri nomen est. Vtraque verò hæc fana pulchritudine tumuli & amplitudine ambitiosa, magnificè sunt constructa. Deus sanè fœminā eam propter vitæ institutum charam habens, preces eius exaudiit, & in rebus agendis sæpe ei apparuit. Et vt mihi quidem videtur, † amorem Dei homines non cōsequuntur, nisi seipsos idoneos factis ipsis præbeant. Ad eundem etiam modum sorores institutæ, eadem studia erga sacerdotes, erga templa, præterea erga egenos, mendicos, & aduenas liberaliter præstitere. Vita quotidiana, institura, atque progressus, noui omnibus fuere. Die noctúque hymnis laudibúsque Deū celebrarunt. Otium sacram telam texentes, & id genus opus facientes, vitarunt. Institutū nanque, propter quod virginitatem erant cōplexæ, no decere ignauiam existimarunt. Proinde vitia eiusmodi, & reliquam imperialem consuetudinem à vita sua repulerunt. Itaque factū, vt quòd Deus eis propitius esset, domus earum rectè ad-

Opera pietatis eiusdem. Templa & sacræ ædes à Pulcheria cōstructæ.

Blachernæ.

Templum Virginis matris, & aliæ eiusdem generis religiosæ.

Imago eiusdē à diuo Luca picta.

Via ducum.

† ἁγιοσαγιτ. τό τε ζῶον ἐλεοῦς γάλα

* τῶν χαλκοθρατῶν.

† ἁγία σορός

† φιλοφιλίαν.

Virtutes sororum Pulcheriæ.

Otii fuga.

Theodosius Christianissimi principis exemplum.

ministraretur, æráque imperatoris optata caperet incrementa: & aduersariorū insidiæ, bellāque orta, omnia sua sponte, Deo adiuuante, soluerētur: & imperator ipse in dies rebus bonis accumulatus, laudatis sororis consilijs, veluti vera effigies & statua in optimi imperij formam expolita esset.

De virtute, quam à puero imbibit, Theodosij: & de moribus, beneficentia, placabilitate, & de insigni religione & pietate eius. Caput 3.

VErùm res quoque eius, sine dispendio & iactura, silentio committere non possumus, non omnibus prorsus notas. Primùm nanque ita vt imperatoré oportet institutus atque educatus, nullum de se ignauiæ & mollitiei indiciū præbuit: sed ita quum nostrarum, tum earū quæ supra nos sunt rerum peritus sit: vt qui cum eo colloquerentur, humanæ mentis captum eum exuperare iudicarent. Adeò etiam fortis & laborum patiens, vt facilè vicissitudinem & mutationem temporū sustineret, cúmque æstu iuxtà & frigore cōcertaret. Ieiunio frequenti se assuefecit, & maximè quarto hebdomadis, & eo qui Parasceues nomen sortitus est, die: Christianissimum ad summum excolere volens. Atque vt aula eius imperialis re nulla ab asceterio differet, sedulò curauit. Manè consurgens, hymnos Deo cum sororibus alternis cecinit, & spiritus verba semper in ore habuit. Cum episcopis & sacerdotibus congressus, obscuros locos & † nodos scripturarum haud aliter quàm si sacris ipse initiatus esset, explicuit. Sacrorum librorū, eorundémque interpretū congerendorū adeò fuit studiosus, vt ea laude Ptolemæo inferior nō esset. Noctu eis legendum operam nauauit: lucerna se sponte sua, machina quadam mouente, sibíque ipsi oleum infundente, comparata: vt ne quis ministrorum eius in laboribus eiusmodi modestiam quampiam subiret, neque vim naturæ cum somno colluctans inferret. Manu ipse sua pulcherrimè scripsit: ac multa scriptorū eius ad hoc vsque tempus sunt conseruata, temporū vi superiora, Euangelia videlicet, & alia quædā, aureis omnino literis distincta, quorum paginæ crucis formam referunt. Quo labore cum vitæ sumptus tolerare potuisse, fama est. Malorū tolerantia omnibus, præcipuè autem qui eo nomine apud Græcos clari fuere, post se relictis, multis modis eos prætergressus est. Illi siquidē quum verbis se philosophiam exhibituros esse polliciti essent, re ipsa eam præstare nequiuerūt. Ipse autem Aristotelis perplexibilibus inuoluceris vale dicto, factis philosophiā exercuit, iræ, dolori, & voluptati moderando. Iram adeò in potestate habuit, vt neminem vnquam à quibus læsus fuisset, vltus sit. næque eum quisquam succensentem viderit. Atque aliquando ex familiaribus cuidam dicenti, neminem ab eo illorum morte mulctatum esse, qui iniurij ei fuissent, respondēs: Vtinam, inquit, eos etiam in vitam reuocare possem, qui iamdudum mortui sunt. Ad alium quendam eadem propè referentem, dixit: Nihil esse noui, si quis homo quum sit, è vita excedat. Vnius autem Dei esse, eum qui semel mortuus sit, per pœnitentiam ad viam reuocare.

Theodosij virtutes.

Aula imperialis asceterio monachorū persimilis.

† γρίφια.

Bibliotheca Theodosij Lucerna aurea. αὐτόματον.

Theodosius fuit Calligraphus.

philosophus μέχρι τοῦ σαρκικοῦ.

Ἀοργησία. Theodosij.

a per pœnitentiā, homo reparatur ad vitā

b Theodosius ad supplicium damnatos, si illi ad ciuitatis portas ad mortem ducti non peruenissent, per missos recurdatum absoluit.

Theodosius episcopi Cherronensis defuncti viri sanctis singulis gestauit.

† ἐπιτίμιον.

Supplicatio pro serenitate & clementia aeris impetrāda. εὐδίαν καὶ κατάπαυσιν.

Theodosius illegitimā quoque monachi excommunicationem non contempsit.

Idolatria prorsus euersa. l. omnis loca. C. de sacrosanct. eccles. & lib.

care. Vsque adeò autem virtutem hanc coluit, *b* si quando quispiam capitale crimen admisisset, neque enim condemnationis sententia vsque ad vrbis portas produxisset, statim eum misericordia prosequeretur. Et quum aliquando Constantinopoli in amphitheatro venationis spectaculum præberet, & populus exclamaret, aduersus grauem feram generosum quenquam periclitatorem, qui cum ea congrederetur, mittendum esse: An nescitis, inquit, nos humanioribus spectaculis delectari solere? Et deinceps itidem populum spectaculis vti docuit. Religione tanta cum sinceriore pietate vsus est, vt sacerdotes omnes apprimè honoraret, maximè verò quos sanctitate vitæ enitere cognouisset. Et quum ex episcopis quidam, qui Deo charus fuisse perhibebatur, diem suum obiisset, sagum illius squalore multo imburum, eum petisse, & sub imperiali chlamyde gestasse dicunt: quòd bona spe esset, se aliquid de viri eius sanctitate imitatione consequuturum. Longior aliquando pluuialis tempestas extitit, & ipse soliros. † Circenses ludos populo more recepto gratificans exhibuit. Quum verò vberiores etiam decidérēt imbres, ibi tum egregiam suam erga Deum pietatē declarauit, per præcones populo denunciari iubens, conducibilius videlicet esse, vt spectaculo repudiato, Deum qui præsenti calamitate eos liberaret, precibus placarent. Id quod cōfestim est factum. Litania instituta est: supplicātes processere laudibus Deum vexere, atque vnā concors ecclesia ciuitas tota sacta, & ipse medius hymnis canēdis, præit habitu priuato incedēs. Minimè verò eum opinio fefellit. Statim enim cœlum aērem turbidum serenitate cōmutauit, & frumenti non mediocrem inopiā ingens quēdam frugum copia & vbertas est consequuta. Atque omnibus ille quidem, vt ita dicam exornatus fuit bonis: non minus verò eum cohonestauit misericordia, placabilitas, & animi serenitas, tempestatis procellam non admittēs: atque insuper fides sincera & probata, vnà cum religione non sicta, sicuti inde coniicere licet. Vir quidam asperiorem duriorémque virtutis vitā consectans, præfracto eum adiit animo, vt ab eo quidquam peteret. Atque vbi id sæpius expertus non impetrauit, vinculis ecclesiasticis imperatorem à communione arcēs subdidit. Postquā autem imperator in regiam suam venit, & epulę appositæ sunt, conuiuæque omnes affuerunt, non ille prius cibum sumendum esse, quàm vinculis sibi iniectis solutus esset, censuit. Quāpropter ad antistitem Constantinopolitanum famulum quendam misit, perens, vt eum ipsum soluere se, qui ligasset, juberet. Quum id episcopus recusaret, & pro vinculo habendum non esse, quod à quocunque ligatum esset, significaret, solutúmque adeò iam esse diceret, nondum calculo eius acquiescendum esse duxit. Multò verò labore is qui ipsum ligauerat inquisitus, eū absoluit. Ac si tādem imperator cibum sumpsit. Adeò religiosus Theodosius fuit virámque suā accuratissimè ad diuinas leges composuit. Quā ob causam quicquid fuit ex idolis reliquum, ita est funditùs disiectum, vt posteris eius ne vestigium quidem prioris fraudis & seductionis cer-

A nere sit datum. Sententiam verò de eis suam in constitutionem retulit.

Vt Deus pium principem defendens, bella omnia inperatis admirandisque rebus statim confecerit. Cap. 4.

Deus manifeste bella à Theodosio repulit.

SI quando bellum motum est, ad Deum cōtugiebat, diuinom musicúmque Dauidē æmularus, quòd in illius veluti proximi condi potestate bella esse ferret: & quòd illum certum haberet curatorem, condignos spe bona percepit fructus. Ego verò veritatem promulgās, ex plurimis pauca referam, quanuis extra institutum argumentum ferri videat, Roilas ingenti Scytharum Nomadum exercitu coacto, & Istro trā sito, Thraciam vastauit, & ad vrbem quoque imperantem venit, subitò primo clamore atque impetu, sicuti ipse putabat, eam direpturus atq; excisurus. Verùm Deus cœlitùs imperatoré propugnans, violento tonitru & fulmine demisso, non modò ipsum vstulatum in cineres redegit, sed innumeras quoque copias eius concidit. Idem etiam aduersus Persas fecit. Quum enim prædatoria illorum manus, pace repudiata, derepentè finitimos aggrederetur populos, neque auxilia aliqua, quæ oppressis opem ferrent, adesset. ducibus copiisque militaribus aliis bellis occupatis, imbre vehementissimo & grandine maxima Deus illos persequens, progredi vltrà passus non est: equóisque eorum ita † pedicis cohibuit, vt diebus viginti, totidem stadia cursu perficere non possent, quoad vsque exercitus congregatus fortiter hostibus restitit. Antea quoque quum Persæ quidam Goranne duce, cognominem imperatori vrbem oppugnarent, Comnisque generis machinis adorirentur, & turres extra muros contra eam excitarent, neque quidquam efficerent, ridendos se dedere, Eunomio eius episcopo machinas hostiū omnes perfringente. Quum nanque nostri propter oppugnatorum multitudinem animos desperatione desponderent, precibus ipse cōtra illos pugnās, vrbem saluam conseruauit. Ex satrapis tum ibi qui sub Goranne erant quidam ad blasphemias conuersus, itidem vt Rabsaces & Senuacherim, animo furibundo minatus est, sacrum se eius ciuitatis templum igne consumpturum. Contumeliam eam non ferens diuus Eunomius, tormentum bellicum saxa iaciens ad propugnaculum cui apostoli Thomæ cognomen fuit, disponi, ingentémque lapidem eò in os blasphemi illius emitti iussit. Ilicet saxum balista ea tortum, maledici illius satrapæ os detestandum perculit, faciémque eius omnem comminuit, capite rectissimè attrito, cerebróque omni dispersō. Quem vbi Gorannes conspexit, expugnatione vrbis desperata, fugiens inde discessit, re ipsa victum se esse clamans. Metúque correptus, decætero per pacta conuenta cum Romanis inita pacem est complexus. Tantam Deus ipse fidelis ministri sui imperatoris eius curam gessit: qui eo nomine illi gratias egit, eundémque religione dedita coluit. Porrò bella in Occidente contra ipsum & patruum adhuc viuum mota, quo modo Deus soluerit, quid dicere attinet?

Deus pium principem defendit.

Persæ versicæ. præsidia sua.

Deus Theodosium tutatus est.

De tyrannis in occidente contra imperatorem Honorium exortis, & de genere eius Constantio. Cap. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vandalorum, Alanorum, Sueuorumque duces, legatos ad Honorium cum huiusmodi mandatis mittere.

QVum etenim in regionibus Occidentalibus plurimi tyranni exorti essent, partim alij aliis colluctati, atque ipsi inter se conciti, partim diuina vi in imperatorũ manus delapsi, fatis illis Dei in eos amorem sunt testificati. Iam enim antea de Stilicone & Alaricho Gotrho diximus: illo tantum omisso, quòd quum in Italia & in ipsa vrbe Roma, casu quodam seditiosi homines imperatori Honorio rebellarẽt, ipse Rauennam se contulerit: Alarichum autem iſtum, quem fidum adhuc sibi esse putabat, Galliæ scilicet ab eo ducem creatum, cum frequentissimo exercitu, vt iniurias Imperatori factas vlcisceretur, miserit. Ille verò quum eò venisset, *b* arte ciuibus deceptis, Romam ingressus est: atque ibi publica pecunia ablata, tandem & Honorij sororem Gallum, quæ etiam Placidia dicta est, adolescentulam adhuc & innuptam, rapuit atq; inde discessit *c*. Eamque Constantio, comitis dignitatem gerẽti, fido admodum sibi amico, seruandum dedit. Constantius porrò illa vnà cum pecunia accepta, ad imperatorem Honorium venit. Quo cum ad hostes reuersus, cum Alarico pugnam commisit *d*, victoriámque obtinuit. Quam illius erga se beneuolentiam & fidem vt Honorius remuneraretur, in matrimonium ei placidiam collocauit: eundémque, sorori talem honorem habens, corona & purpura ornatum, ad societatem imperij extulit. Atque illum quidem Romæ reliquit: ipse verò Constantinopolim ad res Theodosij ex fratre nepotis ordinandas, Arcadio illius patre non ita pridem mortuo, profectus est. Sedenim in Britania milites seditione mota, Marcum tyrannũ promulgarũt. Non multo verò pòst eo occiso, Gratianum ad imperium euexerunt. Sed cum & hic quatuor exactis mensibus, iugulatus ab eis esset, Constãtinum summæ rerum præfecerunt, nomine ipso imperium illi certũ tutúmque fore opinati. Quã ob causam reliquos etiam ita legisse videntur. Constantinus ex Britania Bononiam, maritimã Galliæ ciuitatem traiecit, militéſque Galliæ & Aquitaniæ omnes, ciuéſque & subditos vſq, ad eas quas Romani Cottias Alpes nominant, inter Galliam & Italiam sitas, ad se perttraxit: & maximum natu filium Constantem (quem postea imperatorem renunciauit) data tum ei Cæsaris dignitate, in Hispaniam misit. Is ibi quos in rerumpublicarum administratione inuenit, Honotio genere coniunctos e, Didymum & Veronianum, prælióque secum in Lusitania congressos, & vinos captos, vnà cum coniugibus interemit, & suos ei prouinciæ rectores præfecit. Theodosiolus verò, & Lagodius, qui eorũ quos modò necatos esse diximus, fratres erant fuga sibi consulẽtes, salui permansere. Et Theodosiolus in Italiam ad Honorium, Lagodius autem in Oriẽtem ad Theodosium peruenit. Hæc re sic acta, Constans ad patrem Constantinum transiit. Cæterùm cum incommodum præsidiũ in Hispaniarum aditu collocasset, maximè cladis & excidij regionibus eis id causa fuit. Postquam enim Constantini † copiæ conciderunt *f*, Vandali, Sueui, Alani, gentes feræ, * transitu eo occupato, multas vrbes & multa castella Galliarũ & Hispaniarum, & aliquot tyranni duces ceperunt. Constantinus quum ei adhuc ex sententia opinione sua res procederent, filium Constantẽ Augustum declarauit, & transire in Italiam voluit. Et Cottiis Alpibus superatis, Liberonẽ Liguriæ ciuitatem venit. Etidanúmque trajecturus *g*, vbi de Alauichi morte certior factus est, retrocessit. † Alauichus iſte dux quidem Honorij, proditionis autem suspectus, quasi Constãtino Italiæ imperium pararet, fuit. Quam rem vbi Honorius cognouit, ex progressu seu deambulatione quadã reuersus, simulatque ab equo descendit, statim gratiarum * actiones & laudes Deo obtulit, veluti à manifesto proditore liberatus *h*. Constantinus autem tyrannus, & filius eius Constans, profugientes, in vrbe Arelatensi concluſi sunt. Exercitu namque eius dispersio, gentes quas diximus barbaræ, loca circa Pyrenæum montem opibus atque diuitiis referta occuparunt: atque inde, præsidiis negligenter ad transitum ipsum dispositis, in Hispaniam transierunt.

a Vandalorum, Alanorum, Sueuorumque duces, legatos ad Honorium cum huiusmodi mandatis mittere.

b Alarichus fraude & perfidia Romam cepit.

c Placidia Cõstantio duci nuptui data. Cõstantius Alarichũ vicit. Cõstantinus in societatem imperii ab Honorio assumptus.

d Tyranni Occidentales in Britania.

* Constantini tyrannus.

e Bononia Galliæ.

f Cottiæ Alpes.

g Constans filius eius ex monacho Cæsar. Diac.

h Hi quũ antea inter se dissensissent in periculo supremo ad concordiam redierẽt. Soz. om. Barbaris enim Pyrenæi montis claustra credidit. Diac.

† Hoc tempore apud Bethlehem sanctus Hieronymus, vno & nonaginta annis expletis, ad Christum migrauit. Diac.

* Eadem ætate Pelagius Brito, Cœlestius & Iulianus aduersarius, hæreticum dogma contra gratiam Christi instituit; quòd in Carthaginiensi ducentorum decem & septem episcoporum concilio est damnatum.

De Maximo tyranno, & Gerontio, & Constantino, aliisque à Constantio interfectis: & vt Constantius rem administrarit, Valentiniano tertio post Honorũ imperatore Romæ relicto. Caput 6.

EO tempore Gerontius Constantini ducum præstantissimus, susceptis contra eum inimicitiis, Maximum quẽdam sibi familiarissimũ, quòd eum imperio commodum esse existimaret, ad imperialem sustulit dignitatem, purpurea ei veste data. Atque illum quidẽ Taracone reliquit. ipse autẽ copiis acceptis, aduersus Cõstantinũ progressus est: atque ex itinere Viennã digressus, filio eius Constanti necem struxit. Ea res de Gerontio vbi ad Constantinum est delata, Edouichum ducem suum ad auxilia ex Francis & Almanis contrahenda trans Rhenũ misit. Et Viennam filio Constanti, nondum Gerontij insidiis sublato, fernandam commisit. Gerõtius ad Arelate duxit: eámque vrbem, vbi Constãtinus profugus erat, obsedit. Honorius autẽ exercitum ingentem aduersus Constantinum tyrãnum misit, duce Constantio, quem sororis suæ Gallæ Placidiæ virũ fuisse, antea diximus: atque is postea Valentinianum tertium, & Honoriam filiam ex ea genuit. Ea re territus Gerontius, cum paucis celeriter fugit. Reliqui autẽ milites eius ad Constantium transierunt. Hispani Gerontiũ propter subitam fugam contemnendum esse cẽsentes, consilium eius occidendi ceperunt, & noctu *a* hospitio eius imminentes, quum armis satis muniti essent, interficere eum sunt aggressi. *b* At Gerontius & Alanus vnus, cum quibusdã illius necessarius, tectum eius domus conscendentes, *c* non pauciores quàm trecẽtos qui eos nuẽ tuebantur, oppugnabant, interfecere milites. Atque vbi *c* Pauci pluribus telis eis defuere, famuli quidem clàm se ex ædibus demittentes, in pedes coniecerunt. Gerontius

Gerontius Maximum tyrãnum constituit.

Constantis interritus.

Edouichus.

Franci.

Almani.

Gerontius Arelate obsidet.

Constantius admouet Constãtinum in Galliam venit.

Gerõtij fuga.

a Gerontium Hispani in hospitio obsident.

b Gerontius se cõtra illos fortiter defendit.

a Lagodius.

b Vãdali Sueui, Alani Gallias & Hispanias vastant.

† Ἀγλαυσιος ὁ τῆς Ναρβωνησίας στρατηγὸς Δομνῖνος. * τῆς θεοδοσιανῆς χαρακώσεως.

c Alauichi proditoris exordes.

† Fortasse hic rectius legatur Alarichus vt his Rom. expugnator.

d Constãtinus & Constans Arelate concluſi.

* ἐν χαριστηρίοις.

e Gerontius Maximum tyrannum constituit.

f Constantius Constãtij obsidionem sustinet.

g Edouichus cum suis à cõstantio præliis vincitur.

h Vlphilas equitum præfectus.

i Edouichus ex fuga ad Ecdicium amicũ fugit.

k Ecdicius Edouichi amicitiæ & hospitij violati fraude occiditur.

l Constantius à cõsortis suæ proditione repellit.

m Constantius ex tyranno presbyter factus. Constantius per dedition. Arelate recipit.

† Nõnulli hũc Iouinũ aliũ Iouium nominãt: cuius frater Sebastianus iti-

Hispani mortem petierunt, sed eos constãs nõ admisit. Idem.

Constantius Augustus declaratur.

Constantius in Galliam venit.

Gerõtius fugit.

Hispani in hospitio eius Gerontium obsident.

Gerontius se cõtra illos fortiter defendit.

Gerontius à suis deseritur.

Gerontius se interficit.

Constantius Arelate obsidet.

Edouichus fugit.

Constantius Arelate potitur.

Ecdicius Edouichi amicus.

Edouichus Ecdicij amici fide occiditur.

Constantius Ecdicium in Hispaniam mittit.

Constantius Constantinum Cæsarem creat.

Constantius Constantinum Augustum declarat.

Constantius Constantinum Augustum Arelate constituit.

Constantius Constantinum Augustum Arelate constituit.

*Constantius Constantinum Augustum Arelate constituit

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiam vrbem magnam recepit: eamque facilè Placidiam & Valentinianum secum habens, cõfirmauit. Metus autem ei vlterius progrediendi, quòd barbarum plurimorum millium exercitũ contraxisse audisset, incessit. *g* Verùm tũ quoq; maximè imperatoris precatio enituit. *h* nam angelus Dei pastoris habitu sumpto copiis Asparis præiit, & per lacum eas, qui Rauennæ (sibi enim tyrannus in potestate sua Ardaburium habens agebat) subiectus est duxit, vnde neminem vnquam aduenisse memoriæ proditum est. Deus sanè ipse qui in mari rubro vndas discidit, quod inuiũ erat, omnibus peruium exhibuit. Sedenim perinde atque solum siccum copiæ Asparis vnà cum equitatu omni, lacus vndas transeuntes, primo aduẽtu vrbis portis captis, potiti ea sunt. Ibi cum prælium exiguum commissum esset, tyrannus proditione suorum captus est, & Aquileiam ad Placidiam & Valentinianum missus. Vbi ei primùm manus resectæ, deinde etiã caput amputatum est, quum annum sesquialterum tyrannidem exercuisset. Imperator more suo rursum qua esset erga Deum religione ostendit. Postquam enim ei victoria de tyranno reportata, ludis Circensibus renunciata est, ad populum vociferans: Agite, inquit, si ita videtur, ludiero hoc dimisso, in ædem hanc precatoriam eamus, & carmina gratiarum agendarum autori victoriæ Deo concinamus. Hæc vbi dixit spectaculum neglectum est: & per circum medium euntes omnes, concentu vno cum hymnis & carminibus pulcherrimis † gratissimisque, in proximam Dei domũ sunt ingressi. formámque prorsus ecclesiæ vnius cũcta retulit ciuitas, populo omni in templo diem eum consumẽte. Postea cura illa animũ subiit Imperatoris, vt quẽnam Occidenti Imperatorem omnino præficeret, deliberaret. Quapropter Valentinianum sororis filium, idoneũ ei imperio iudicauit, quòd matrem haberet, quæ curam ibi rerum administrationis ferre posset. Properabat verò & ipse in Italiam proficisci, vt nepoti imperium constitueret, prouinciasque ibi, ne facilè tyrannis se committerent, doceret. Et ea de causa Thessalonicam progressus est. Sed quo minus vlterius procederet, morbo impeditus est. Proinde per Helionẽ patriciũ, imperij insignibus illi missis, ipse Byzantium est reuersus. Aetius verò, qui secundum ducendis militaribus copiis locũ apud tyrannum habuerat, post tertium à cæde illius diem, sexaginta barbarorum millia ducens aduenit. Cum quo vbi Aspar conflictum habuit, & cædes vtrinque ingens facta est, postea pacificatione inter ipsum & Placidiam atque Valẽtinianum interueniẽte, Comitis dignitatem tulit. Qui verò cum eo mercede conducti erant barbari, auro corrupti, & ipsi simul & iram & arma abiecere. Obsidibúsque datis, & fide rursum accepta, in patriam rediere suam.

Suppliciũ Ioannis.

Theodosius pro victoria gratias Deo agit.

Valentinianus 3 Rom. imperator in occidente cõstitutus.

Helio patricius.

Aetius per trãsactionem Comitis dignitatem accipit.

g Efficacia precum Theodosij Consideret lector æquus, quid in Albi flumine ad oppidũ Mulbergam anno Domini 1547. acciderit. h Aspar angelo Dei duce per lacum itinere facto, Rauennam & Ioannẽ tyrannũ capit.

I. L. *de bello Saxonico.* 1547.

** *Hostes vt albis cedere terrios.*
Conspexit, alto flumine ne alueo.
Progressus agrestem colonj
Induitur faciem Menalcæ.
Et vada monstrat peruia Cæsari,
Illúmque Cæsar consequitur ducem,
Cælo sibi credens ab alto
Omine dexteriore missum.
Eques deinceps trauersit impiger
Nymphis natantem frena regentibus.
Quas Martis insuetas furentis
Dulcis amor stimulabat oci.
Nec ante feruens desinit impetus
Tenere cursum saltibus auiis,
Victoribus quàm det supinas
Ipse manus inimicus hostis.

Hunnos fuisse scribit Diaconus. Castinus magister militum apud Ioannẽ, cuius consilio potissimum tyrannidẽ inuaserat, exitu mulctatus. id vera vera certissimum imperij præsidium est.

Multa sanctorum corpora sub Theodosio reperta.

Inuentio Zachariæ prophetæ.

† ὁμώνυμον τῷ ἀγγέλῳ seruus Glebarius Sozom. lib. 9. cap. vlt.

Ad pedes eius filius regiæ quoque rei pertur.

referre

referre visus est. Caput enim eius corona aurea lapillis & margaritis distincta redimitum erat. Calceos quoque deauratos habuit: vestis item magni pretij, & auro exornata fuit. Porrò cum sapientes eius temporis & sacerdotes de eo puero, quisnam in tali habitu esset, addubitarent: Zachariam illum, qui tum in Geraris monastico contubernio præfuit, dixisse ferunt, se in vetustam Hebræorum scripturam quandam, non ex eis quæ à maioribus sunt traditæ, & in ecclesiam receptæ, sed aliam incidisse, quæ scriptura præter alia illud quoque complexa sit: Quum Ioas Iudææ rex Zachariam vatem occidisset, grauem eum septimo pòst die domi suæ accepisse cladẽ, & ex filiis quem gratissimum habuerat, morte amisisse. In quam erumnam cum se ira diuina coniectum esse intellexisset, puerum eũ ad prophetæ pedes sepeliisse, veluti causam de iniuria illi illata dicentem. Hoc quidem sic iudicatum est. Ipse verò propheta cum multis hominum ætatibus seu generationibus in terra iacuisset, nihil tamen in corpore eius deficere visum est. Ad curim vsque tonsus, rectum habuit nasum, mentum mediocriter demissum, caput paruum, & oculos paulo altius supercilijs contectos. Sic quidem diuinus propheta est manifestatus.

Zacharias abbas Geraræ.

Corpus prophetæ propè integrum.

De reliquijs Stephani primi martyris, quàm magnificè eas Pulcheria venerata sit, templo ei in regia extructo. Caput 9.

CIuitas autem Capargamala est in qua post martyrium obsolutum, Gamaliel, qui Paulum apostolum veluti pædagogus instituit, vnà cum Abibo filio, Stephani primi martyris corpus sepeliit. Vbi verò & ipsi postea mortem oppetiere, proximè circa reliquias eas positi sunt. *a* Cæterùm quemadmodum illæ repertæ Constantinopolim deportatæ sint, satis constat. Senatorium videlicet† virum, propter singularẽ eius aduersus primum martyrem amorem, precatoriam domum in Palæstina ei construxisse: eundémque mandasse, vt & ipse post obitũ suũ in simili itidem vrna prope diuum Stephanum tumularetur. Postea verò quum coniunx virum Byzantium transferre deberet, inter properandum illa imprudens pro viri vrna Stephani loculos recepit, & quàm potuit celerrimè Constãtinopolim * contendit. Sedenim quod ipsa secũ in itinere ferebat latẽre minimè potuit, quòd id nouus quidã odor, & innumera miracula proderent. Vbi Constantinopolim pertigit, vrbs effusa thesaurum talem obuijs excepit vlnis. Comitatu & satellitio plurimo in aulam Imperatoriam ducebatur. Martyr autem eo loco manere dedignabatur. Quum enim mulæ, quæ eum vehebant, *b* ad Constãtinianas thermas venissent, vlterius progredi haudquaquam sustinuerunt. *c* Vbi verò plurimum flagris atque stimulis sunt concitatæ, humana vsæ lingua, eo loco martyrẽ reponi iusserunt. Ita ille ibi conditus est, locúsq; fano pulcherrimo cohonestatus. Hoc sic factũ esse sub Constantio, proditum est. *d* Pars verò quædam reliquiarum istarũ nescio qua de causa à quibusdam fidelibus occultata fuerat: quæ & ipsa, quum primùm Pulcheria princeps lucem hanc solis aspexit, in Palæstina in apertum producta est. *e* Ioanne episcopatus munere Hierosolymis fungente. Producta autem, quum eam martyr ipse ineffabili quadam visione noctu presbytero cuidam Dei amãti viro, cui Luciano nomen erat, apparens ostendisset. Pulcheria ergo, incredibili erga primum diaconum amore flagrãs, & quòd simulatque ipsa nata esset, pars ea è terræ recessu in lucem prodiisset, desiderio illius marcescens, summo studio in hoc incubuit, vt parte reliquam sacrorum illius ossium nanciscereturItaque Theodosio fratri suasit, vt Prayllio episcopo Hierosolymitano pecuniam, quam ille ibi egenis largiretur, mitteret. Theodosius persuasus, non solum pecuniam, sed & crucem auream magni ponderis lapillis & margaritis exornatam, vt ea in Caluariæ loco reponeretur, misit. *f* Prayllius episcopus rebus eis acceptis, vt gratiam aliquam Imperatori eiusdẽmque sorori referret, *g* reliquias dextræ manus primi ab Apostolis constituti diaconi. eiusdẽmque primi martyris, sancto Passalione diacono administro vsus, remisit. Passalio itinere acto, postquàm in nauale Chalcedonis regionẽ Byzantio sitæ peruenit, martyrum princeps eum præueniẽs, noctu Pulcheriæ seipsum ostẽdit, talibus eam alloquens verbis: Oratio tua ad aures Domini zabaoth virtutem peruenit, petitióque tua optatum cõsecuta est exitum: & ipse in propinquo præstò tibi sum, Chalcedonis hospitio vtẽs. Visionem eum simulatque cum fratre communicauit: confestim ciuitas tota se in mare dedit, vndisque perinde atque continenti vsa est: ipsáque etiam Pulcheria cum fratre subsequuta est, reliquiisque exceptis, in regiam eas lætitiæ summæ plena, cum maxima obseruantia & magnificentia produxit, ibique reposuit: templo intuper ingenti & pulchro, auri & lapillorũ fulgore relucenti, propter præcipuum quo protomartyrem prosequuta est honorẽ, extructo. Quæ de his comperi, hæc sunt.

Gamaliel, & filius eius Abibus, Stephanũ sepeliere.

† *Alexandri ei nomen erat, coniugi autem eius Iuliana. Religionis ergo Hierosolyma profecti fuerant.*

a Reliquiæ diui Stephani e Palæstina Constantinopolim translatæ.

* *Factum id ab eo annis 7. elapsis.*

b Supra Constantianarum thermarum est mentio. lib. 12. cap. 28.

c Mulæ humana voce loquutæ.

d Pars quædã reliquiarũ earum, Hierosolymis ad Theodosium missa.

e Ioannes episcopus Hierosolymitanus.

f Prayllius episcopus Hierosolymitanus. Theodosius crucem auream Hierosolyma mittit.

g Dextræ diui Stephani manus.

Templũ diui Stephano Pulcheria cõstruit.

** Sub Theodosij iunioris imperio reliquiæ S. Stephani. Laurentij, & Agnes, in martyrio S. Laurentij depositæ sunt. Et celebratur illic ipsorum memoria vsque in hunc diem. Theodorus Lector.*

De inuentione reliquiarum sanctorum quadraginta martyrum, qui ad Sebastiam in lacu martyrio sunt perfuncti. Caput 10.

VErumenimuerò, quod manifestum est pietatis fœminæ eius indicium & propterea Ecclesiasticæ historiæ insertum, quanuis aliquo pòst tẽpore accidit, nouum quiddam & admirãdum habens, de inuẽtione reliquiarum quadraginta martyrum, stylo, persequar. Eusebia quædam fœmina Macedonij sectæ, & diaconissa in Macedoniarum ecclesia munere fungens, extra muros Constantinopolitanæ vrbis domicilium & hortulum habuit: vbi reliquias quadraginta militum, qui in lacu ad Sebastiam temporibus Licinij certamen pro Christo obiere, asseruauit. Ea moritura quibusdam eiusdem religionis monachis locũ cum relinquens, iureiurãdo eos adegit, vt eam ibi sepelirẽt, & supra caput eius tumulo excisо, martyrum ossa in eo reponerẽt, neque cuiquã rem eam reuelarent. Id illi ita fece-

Eusebia diaconissa Macedoniana. De reliquijs XL martyrũ Sebastianorũ, qui sub Licinio sunt passi.

O

Universidad de Deusto
Biblioteca

remartyribúsque gratificari, & cultum debitum præstare, tum autē promissa integra seruare volentes, ne externorum quispiam id sciret, subterraneum delubrum circa tumulum Eusebię excitarunt, superioremque eius partem solo quodā plano ex latere cocto contegentes, scalas latentes quæ ad martyres ducebant, struxerunt. Postea autem Cæsarius quidam vir, qui ad magnas opes peruenisset, ita vt & consulatus & præfecturæ honore functus sit, coniugem suam mortuam iuxta Eusebiæ tumulum humauit. Hoc enim sic vtrique adhuc superstiti, pro mutua inter se gratia, & concordi eiusdem religionis obseruantia placuerat: quæ res in causa fuit, vt Cæsarius locum eum emeret, in animo & ipse habens, communem ibi cum vxore sepulturam sortiri. Monachi, quum nihil de martyribus indicassent, sicuti conuenerat, Constantinopoli discedentes, aliò migrarunt. Postquam verò ædificium super tumulo eo antea apertè constructum, temporis vi dirutum concidisset, & ruderibus locus congestus esset, tota ea regio exæquata est: quum videlicet quem diximus Cæsarius Thyrso martyri gratificans, magnificū ibi Deo ædificauit templum. Deo autem ipsi visum est, ex composito locum eum ita obscurum fieri: & tam longum tempus intercedere, vt eo illustriorem martyrum inuentionem & inuentricis erga se amorem redderet. Erat ea Pulcheria princeps, cui tertiùm noctu imminens martyr Thyrsus, coopertos terra martyres indicauit, eósque ex sinu terræ extractos eodem secum loco & honore ornari iussit. Non ille verò solum, sed & ipsi quadraginta, insolitas nouásque induti chlamydes, se ipsos ei ostenderunt. Res ipsa dubia atque admiranda erat, fidémque excedere videbatur. Neque enim quisquam, qui ætate multa in clero prouecti erant, de martyribus quidquam dicere: neque etiam externorū aliquis vbi illi essent, ostendere potuit: donec desperantibus omnibus ex familiaribus Cæsarij Polychronio cuidā viro decrepito, qui olim presbyter factus fuerat in memoriam Deus reuocauit monachos illos, qui aliquando locum eum incoluerant. Hic Macedonianos clericos, qui nimirum eiusdem cum monachis opinionis essent, conuēnit, & an quisquam illorum in vita adhuc esset percunctatus est. Vbi reliquos quidem defunctos, vnum autem duntaxat superstitem esse cognouit (Deus porrò hūc inter viuos ad rem eam de qua ambigebatur ostendendam, conseruasse visus est) Polychronius, eum num reliquiæ martyrum in loco designato conditæ essent, vt diceret rogauit. ille silentij arcanum Eusebiæ conseruans, rem eam se scire subnegauit. Polychronius contrà ei apparitionem diuinam negotiúmque quod martyres Pulcheriæ hanc ob causam exhiberent, nec nō dubios desperantésque omnium animos exposuit. Hoc postquam ille intellexit, veram esse principis visionem professus est. Adolescentulus enim, inquit, quum essem, & à senioribus monachis monasticæ vitæ institutum addiscerem, satis scio, martyres hic ad Eusebiæ tumulum cōditos esse. Loco autem ipso in aliam quam nunc videre est formā redacto atque mutato, & maximè multo interea tempore exacto certò scire nequeo, sub Cæsarii ne fano, an alibi defossi sint. Ego verò, Polychronius subintulit, non idem quod tu patior. Quia enim quum Cæsarij vxor sepulturæ mandaretur, affui, ex publica quæ hic proximè est via coniecturam faciens, illam sub ambone, qui lectorum suggestus est sitam esse puto. Tum monachus: Quærendus igitur, ait Eusebiæ quoque tumulus est, qui non longè à coniuge Cæsarij abest. Quādoquidem superstites ipsæ multam inter se habuere consuetudinem: & pactum eis intercessit, vt defunctæ contigua haberent monumenta. Itaque vbi ex signis & coniecturis eiusmodi, sacras hasce reliquias. Pulcheria iubente, inquirentes fodere cœperunt, primùm circa ambonem coniugis Cæsarij aream apparuit, quemadmodum coniecturis quibusdam collegerat Polychronius. Deinde verò pauimentum quoddam latere coctili distinctum extitit, sub quo marmorea tabula eiusdem magnitudinis iacuit. Et sub ea Eusebiæ tumulus, atque subterranea illa sacra ædes reperta est, affabrè admodum constructa, candidóque simul & porphyretico marmore incrustata. Operculum verò tumuli in formam sacræ mensæ elaboratū erat. Porrò in summo capitis loco, vbi martyres siti erant paruum quoddam foramen patebat, in quod ex comitatu Imperiali quidam ibi assistēs, virgam quam tenuem secū ferebat, dimisit: deinde eam reductam vbi naribus admouit, incredibilem suauitatis odorem percepit. Vnde iis, qui operi præerant, quique ei incumbebant, bona concepta spes est: nullāque interposita mora, monumento aperto Eusebiam inuenerunt, pulchrè admodum collocatā. Et monumentum ad caput eius situm & ad arcæ formā ita vt emineret pulcherrimè exculprum, operculo etiam alio intus obfirmatum erat. Vtrumque verò operculorū labrū, ferrū impositum habebat, plumbo diffuso compactū, atque id quod interius erat in medio simile priori foramen ostendit. Quod sanè manifesto indicio fuit, martyres ibi conditos esse. Hæc vbi renunciata sunt, cum festinatione omni & Pulcheria & vrbis ipsius episcopus Proclus ad Martyrium accurrit. Et postquā ferrea illa vincula arte quadam soluta, & operculum facilè dimotum est, vnguēti multum sub eo fuit: & in vnguento ipso valcula † ansis carētia duo, argento elaborata, inuenta, in quibus religiosè sacræ reliquiæ positæ erant. Proinde Pulcheria, quam Deus reuelatione eiusmodi dignatus esset, sacrificia gratiarū actionis, de sanctarum reliquiarum inuētione, ei obtulit. 4 Deinde preciosæ arcæ impositas, martyribus gratificans, iuxta martyrem Thyrsum collocauit. Festúsque maximè dies is, pro eo atque par fuit, cū decenti honore actus: b & pompa atque apparatus splendidus, fausti's acclamationibus vnguentoque odoribus additis celebratus est, omni propè ætate & ciuitate propter martyrum honorem extra vrbem effusa. Hæc quoque sic gesta cognoui. Fama sanè obtinuit, in aliis quoque multis rebus Deū principi huic puellæ futura prædixisse, maximéque religionis & pietatis ei atque sororibus eius, quæ & ipsæ idē vitæ institutū coluere, testimonium perhibuisse. Nam & Laurentij martyris & Agnes reliquias inuentas Constantinopolim intulit, cuius rei gratia & am-

Cæsarius vir præclarus.

Soz. lib. 9. cap. 2.

Thyrsus martyr.

Reliquiæ ibi à Pulcheria principi indicantur.

Polychronius presbyter decreputus.

Proclus episcopus Constantinopolitanus.

† ἀλαβάστρου

4 Reliquiæ eiusmodi in templo Thyrsi martyris repositæ.

b Pompa huius festi affuisse refertur Soz. lib. 9. cap. 2.

Pulcheria & sorores eius Deo charæ.

Reliquiæ diui Laurentij, diuæ Agnetis.

Anastasiæ venefica. Gennadius episcopus Constant.

& amplitudine maximū structura ipsa pulcherrimum delubrum construxit. Eiusdem imperij tempore Gennadio ecclesiam Constantinopolitanam curante reliquiæ etiam sanctæ Anastasiæ * incantatricis ex Sirmio allatæ, in martyrio eius sunt repositæ, quod proximè ad posticum quæ Domini dicitur, situm est. Attico verò Episcopatum gerente, prophetæ quoque Samuelis ossa allata, & in prophetico eius fano, quod prope Septimum conditum est, collocata. Cæterum de his abundè satis à nobis dictum esse puto. Proinde ad reliquas Ecclesiasticæ historię res nobis redeundum.

** παραμαλο λυτρίας. Martyrium Anastasiæ. Samuelis prophetæ. Prophetium Samuelis.*

* *Historia Anastasiæ pharmacentriæ, ex Suida, in fine libri annexa est.*

De successione magnarum episcopalium sedium: & vt Synada Theodosius eius loci episcopus admodum per persequutionem Macedonianos afflixerit, & potissimum Agapetum eorum episcopum. Postquam autem Theodosius Byzantium percurrit, vt Agapetus orthodoxa religione suscepta, Theodosij sedem receperit: illo ab Attico quiescere, & priuatim viuere iusso.

Caput 11.

Primariarum sedium episcopi.

EA tempestate Romæ ecclesias Innocentius rexit, Anastasio surrogatus, qui Siricio, Siricius autem Damaso successerat. Alexandriæ adhuc Theophilus ecclesiis præfuit. Apud Antiochenos execrandus Porphyrius episcopatum, post diuum Flauianū gessit. Hierosolymis post Cyrillum Ioānes etiamnum sacrum munus administrauit. Constātinopolitanam ecclesiā post admirandum illum Ioannem & Arsacium, Atticus curauit. Qualis verò is genere, vita, eruditione & doctrina fuerit, proximo exposuimus libro. Quæ verò res ecclesiasticæ memoria dignæ sub eo acciderint, nunc commemorabo. a Synoda Pacatianæ Phrygiæ vrbs est, vbi tum Theodosius quidam pastorale fortitus fuerat munus. Hic Macedonianæ religionis sectatores (perquàm frequentes autem ij erant) crudeliter ibi non vrbe tantum ipsa, sed proximis etiā agris expulit. Fecit autem id, neque de orthodoxæ rectæque sentientis Ecclesiæ more, quæ semel persecutioni omni nuncium remisit: neq; ardore aut æmulatione probatæ fideiſed auaritiæ morbo captus, ad pecuniam vndequaque, atque etiam ex eis qui aliter atque ipse sentirēt, corradendam, plurimum potuit studij. Proinde omnem contrà Macedonianos quod dicitur, lapidem mouit, bellum cum ipso clero gerens, sexcentásque instituens vias, in ius eos vocauit, atque in vincula & custodiam coniecit. Præcipuè verò c Agapeto ecclesię eorum præsidi grauis fuit. Atqui vbi ei prouinciæ rectores ad illos persequendos minus sufficere visi sunt, d ad Imperatorem confugit, iussiones ad prouinciā omnem petens. Et cum ille ea de causa Constantinopoli moraretur, tempúsque ita extraheretur, e Agapetus vnà cum clero suo optimum texuit consilium. Populo namque qui sub eo erat, cōgregato, inuentum solers proposuit: persuasitq; adeò, vt patria hæresi relicta, ὁμοουσίῳ consubstantialis fidem complecterentur. Qua re satis confirmata, vnà cum ea ipsa multitudine in ecclesiam se cōtulit: atque ibi precatione peracta, cum pacem populo, sicuti mos est, precatus esset, thronum conscendit, in quo Theodosius sedere solitus erat. Et plebe inter se coniuncta, deinceps ὁμοουσίῳ consubstantialis fidem docens, ecclesias Synadæ in potestatem suam redegit. Hac re sic acta, paulo pòst Theodosius Constantinopoli eò venit, & * auxilium à Præfecto in prouinciam totam secum ferens, neque eorum quicquam quæ ibi acciderant sciens cum † instituto propositóq; suo ecclesiam est ingressus: atque inde ab omnibus expulsus, rursum se Byzantium contulit, & apud episcopum Atticum casum suum deplorauit, videlicet quòd contra receptos mores & Ecclesiæ catholicæ constitutiones, è throno suo deturbatus esset. Atticus secum ipse rem eam in Ecclesiæ vtilitatem cessisse considerans, quamuis ei præter rationem nonnihil admixtum esset, illum quidem oratione benigne consolatus, & vt deceteròb priuatā quietémque ageret vitā cohortatus est, publica primaris maximè præferenda esse docens. Ad Agapetum autem, episcopatum eius autoritate sua confirmans, scripsit, postponendum despiciendúmque esse, quicquid illi ex inimicitiis Theodosij accidisset aduersi. Hoc sic Ecclesiæ perquàm vtile Attici temporibus euenit.

a Theodosius Synada episcopus, Macedonianos tyrannice persequitur.

Theodosius ἀπόκοινος τῆς ἐκκλησίας & auarus.

b Ecclesia orthodoxa neminem persequitur.

c Agapetus Macedonianorū episcopus.

d Theodosius Constantinopoli opem Imperatoris contra Macedonianos implorat.

e Agapetus interea cleri sui ad orthodoxiam transit.

Et populo vniuerso in fide comitto, thronum Theodosij occupat.

* στρατηγικὴν βοήθειαν.

† ὡς εἰς φρόνημα τος *Theodosius reuersus ab ecclesia repellitur. Casum suum rursum Constantinopoli apud Atticū expenit. Atticus Theodosium Constantinopoli retinet. Agapeto episcopatum Synadæ confirmat.*

De Iudæo paralytico baptizato: qui in ipso baptismo sanitatem recepit, sacris præsidente Attico episcopo Constantinopolitano. Caput 12.

CÆterùm nec insignium miraculorum, & nationúmque mirificarum expers tempo- C rum eorum status fuit. Iudæus enim quidam multis iam inde ab annis paralyticus, in lecto veluti pondus quoddam iacebat. Et cùm Iudæa precatio omnis & medicorum ars de vita eius animos desponderet, postremò ille rebus omnibus desperatis, diuinum cepit consilium, baptismi Christiani subeundi: illo solo se deinde ad opem & salutem commodo remedio vsurum esse sperans. Hoc vbi Attico renunciatum est, de rebus sacris * more nostro cum instituit, & spem bonam in Christum habere per Euangelium ritè docuit, lectóque ita affixum ad sacrum ferri lauacrum iussit. Ibi ille fide sincera baptismi gratia susceptā, in baptisterio statim morbum reliquit, saluúsque inde prorsus rediit, ita vt deinceps nihil in corpore suo de priore illa, quę longo tempore sedes in eo fixerat, peste paralysis circumferret. Tantam vim omnipotens Dominus, præter opinionem omniū, tum baptismi gratiæ immisit, per quam multi quidē ex superstitione græca ad baptismum complectendum confluxerunt. Iudæis verò, qui semel sibi signa requirenda statuerunt, ne hoc quidem tam euidens miraculum, vt idem facerent, persuasit. Tanta prodigia tum quoque Christus hominibus spectanda exhibuit. Verùm tamen permulti figmis quoque editis, ad improbitatem suam & malitiam rursum veluti suos reuoluti sunt. Non solum enim illi signis admirandis non crediderunt, sed si quibus etiam * nugari mos esset, eos sequentes, opinionem eandem & sententiam complecti animaduersi sunt.

Iudæus Constantinopoli in desperato casu paralyticus per baptismū morbo eo liberatur. Catechesis & institutio sacra ante baptismū.

* χρατηχήσεως ἕνεκεν.

Eo miraculo multi Græci ad christianismum pertracti. Iudæi pertinaciter in incredulitate sua persistunt.

* ἐρεχθείειν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Nouatianorum & Arianorum successione & quæ turbæ Nouatianos quoque exagitauerint, propter Sabbatium, qui illegitimè episcopatum inuasit. Caput 13.

Sabbatius Nouatianus episcopatum affectans à Nouatianorum ecclesia secedit.

NAm Sabbatius ille, cuius antea quoq; meminimus, ordine atque honore suo non contentus: sed episcopatum affectans, cum non haberet apud quos episcopatum gereret, à Nouatianorum ecclesia discessit, sub festi Paschæ obseruationis prætextu. Itaque illegitimos conuentus agere incipiēs, apud Arcadij forum *b*, cui Xerolophi, hoc est, sicei tumuli cognomen est, multùm fuit: ibique facinus aggredi ausus est, grauissimo supplicio dignum. Quum enim in quodam frequenti conuentu partem illam Euāgelicæ lectionis pronunciare deberet, quę dicit: Erat autem dies ludæorum festus, qui dicitur Pascha: diuinis verbis alia de suo attexuit, quæ neque scriptura, neque auris quæpiam vnquam percepit. Quænam verò sunt ista? Execrandus (inquit) est, qui extra azimorum dies Pascha celebrat. Quod dictum ex eo auditum, & ad multos diuulgatum, ad illum ipsum etiam eos qui sinceri apud Nouatianos erant, quodammodo rapuit atque pertraxit. Verùm non diu homini talis profuit cauillatio: nam in deterius ei commentum hoc cessit. Non multo pòst per anticipationem de concepta sententia sua is festum agebat diem, & ad eum ingens confluxerat multitudo. Quum verò in peruigilio solito, pro eo atque conueniebat, sacras cæremonias obiret, rumor ad eos perlatus est dæmoniacus, Sisinium episcopum cum multitudine magna contra eos venire. Proinde ingenti excitato tumultu, quum & nox esset, & angustiæ loci eos premerent, illi inter se conflictati, & supra septuaginta eorum euecti sunt. Quæ sanè res fecit, vt multi à Sabbatio discederent. Non pauci tamen cum eo manentes, agrestem illius opinionem sunt secuti. Porrò Sisinio mortuo, Chrysanthus ad præfecturam Nouatianorū ecclesiæ vocatus est, Marciani, cui Sisinius in episcopatu successerat, filius, qui cùm ab adolescentia in aula Imperiali militasset, & sub Theodosio primùm * Consularis Italiæ, deinde etiam Britanniæ insulæ Vicarius factus esset, in rerumpub. administratione admirationem & laudem meritus erat. Aetate verò iam prouectus, Constantinopolim venit, & præfecturam vrbis ambiens, ad episcopatum est protractus. Sisinius enim è vita excedēs, mētionem eius viri fecerat, idoneum eum esse ad episcopatum gerendum dicens. Quam illius vocem perinde atque certam legem populus eius excepit, atque Chrysanthum inuitum per vim ad præfecturam ecclesiasticam traxit. Cum autē ille profugisset, *e* Sabbatius opportunum sibi id tempus esse ratus, vt quod studebat perficeret, episcopis quibusdam obscuris ad amicitiā suam adductis, vt sibi manus imponerent persuasit, iureiurando quod antea iurauerat posthabito. *d* In consecratoribus eis Hermogenes etiam ille fuit, qui propter blasphema quædam scripta cōposita, ab eo damnatus atque excommunicatus erat. Verùm ne sic quidem Sabbatio ambitiosa episcopatus petitio successit *e*. Populo namque exosus fuit: & quod improbo consilio, omnem E funem mouens, episcopatum consequi contenderet, ab eo reiectus est. *f* Chrysanthus autem rursum inquisitus. Qui in Bithynia, vbi latebat, inuentus, etiam reluctans ad episcopatum est euectus. Is quòd prudens admodū & castus vir esset, ecclesiam Nouatianorū magnis incremētis auxit. *g* Pecuniam enim ipse suam in pauperes erogans, nihil ex ecclesia percipiebat præterquàm *h* duos benedictionis panes quos diebus Dominicis habebat. Adeò autem ecclesiasticæ rei promouendæ studiosus fuit, *i* vt Ablabium nobilissimum oratorem, Troili sophistæ auditorem, sibi adiunxerit, & in presbyterorum ordinem cooptarit: cuius etiam conciones populares, suaues & vehementes, diu excelluerunt. Hic postea Nouatianorum ecclesiæ in Nicæna vrbe præfuit, * Sophisticam etiā tum professus. Sedenim Alexandriæ Nouatianorum ecclesiæ clausæ, & donaria ornamentáque earum publicata fuerant. Nudus etiam Theopompus episcopus eorum erat. Neque illi Romæ melius habebant. ecclesiis enim eis ademptis, in locis obscuris conuentus agebant. Hactenus nanque quum & multis & frequētibus ecclesiis floruissent, per episcopos catholicos illis eis tum adēptis, neque conuentuum cogendorum libertas permissa fuerat. Et cùm ablata eis omnia tum in † indicia ipsi quoque sunt protracti. Constantinopoli verò non eadem passi sunt. Præterquā enim quòd expulsi non sunt, intra vrbem etiam ecclesias cogere eis licuit, propter vnam hanc causam, quòd ὁμοούσιον consubstantiale deprædicarent, sicuti fusiùs antea à nobis est dictum. G Hæc de Nouatianis. Eo tempore defunctus etiā est Dorotheus Arianæ religioni Constantinopoli præfectus, quum ad centesimum & vigesimum vitæ annum peruenissetque quòd strenuè sectam suam tueretur, Ariani ex Antiochia Cōstantinopolim transtulerāt. Cuius successor fuit Barbas, sub quo Ariana religio duos eximios habuit viros, presbiteros ambos alteri Georgio alteri Timotheo nomen erat. Georgius Græcorum magis disciplinis pollebat, Timotheus diuinis literis plus delectebatur. Et ille in Aristotele & Platone semper versabatur: hic Origenē spirans in ore habebat, & sacras literas publicè docens, in Hebræorum quoque lingua desudabat. Timotheus promptus paratúsque fuit de sacris literis respondere: & facilè quæ in diuinis oraculis obscura inuenirentur, soluere & explicare potuit, atque in locis omnibus Origene maximè teste vsus est. Quapropter vtrunque admirati mihi in mentem venit, quomodo scilicet vt Arij dogma sequerētur, animum induxerint, alter Platonem, alter Origenem prorsus spirās. † quòd & Plato secundam & tertiam causam, vt ipse nominare solet, initium essentiæ cepisse nō dicat: * & Origenes vbique in scriptis suis, verbis disertis coæternum patri filiū esse profiteatur. Nihilominus tamen in ecclesia illorum permanserunt, nisi quòd Arianorum religionem sensim & clàm corrigendo in melius traduxerunt. Multas nanque Arij blasphemias in libris suis repudiarunt. De his satis.

Chrysanthus Marciani episcopi filius vir Consularis, & Britanniæ Vicarius, inuitus episcopus à Nouatianis creatur.

** ὑπάτικος τῆς ἰταλίας*

Chrysanthus electionē fugit.

e Sabbatius contra inrisi-ūdi religionē illegitimè episcopus ordinatur.

d Hermogenes Sabbatij ordinator, antea ab eo propter blasphema scripta excōmunic. tus.

e populus Nouatianus Sabbatiū episcopum non recipit.

f Chrysanthus inuitus episcopatum suscipit.

g Episcopi bona exemplū.

h Panes benedictionis.

ἄρτοι εὐλογιῶν.

Troilus sophista.

i Ablabius Nouatianorū Nicæa episcopus.

** σοφιστικὸν Nouatiani nō bene sentiunt Alexandriæ.*

Item Romæ. Iz. quo statu Ariani tum fuerint.

† ἐπαίνῳ δῶρον προσῆγον τὸ Constantinopoli locum suū retinuere.

Dorotheus episcopus Arianus 120. annorum Barbas eius successor.

Georgius & Timotheus Ariani presbyteri docti, alter Platonicus, alter Origenicus.

† Πλάτων τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον αἴτιον ὑπάρξεως ἐκτίσθαι τῆς οὐσίας. Platonem tertiam causam subsistentiæ accepisse negauit. Vnde Iustinus martyr, aliquam rationem Trinitatis sanctissimæ Platonem habuisse opinatus est.

** Secundum Origenem filius patri ὑπερέχειν dicitur. Georgius & Timotheus multa in Arij improbarunt. Theophilus Alexandriæ episcopus meritur.*

Vt post

Vt post Theophilum Cyrillus nepos ex sorore eius sedem Alexandrinam sit consequutus, & de Iudæorum Alexandriæ concitata seditione. cap. 14.

† ἀδελφιδοῦς *Cyrillus eius nepos illa succedit.*

Cyrilli scripta.

QVinto Theodosij Imperij anno lethargico morbo correptus Alexādriæ Theophilus, quindecima Octobris mensis die diem suum obiit. Et quum de episcopatus petitione contentio exorta esset, quibusdam placebat, vt Timotheus quidā qui Archidiaconus eius ecclesiæ erat, episcopus legeretur: alij Cyrillo magis fauebant, qui Theophili † ex fratre nepos erat, prophanarumque simul & sacrarum literarum peritia multis modis omnes superabat: virtutis etiam genere omni, in qualibet laudem & gloriam consecutus, excellebat cuius ad hæc vsque tempora scripta plurima circumferuntur, quorū longè optimū est, quod Thesauros inscribitur, ex omnibus sacrarum literarum scriptis, syllogismorum ratiocinationibus & demonstratio nibus mysterium sanctæ trinitatis ostendens. Aliud præterea, cuius titulus est παγλωφυρὰ, hoc est, scita seu elegantia, in quo ea quæ in veteribus scripturis figuratè dicta sunt, ad Christum & ecclesiam nostram refert. Liber item alius, qui de spirituali cultu titulum habet. Alius etiam ad Palladium, in dialogo de Spiritu sancto compositus. Alius insuper, quem contra Iulianum pro sacro euangelio conscripsit. Alij denique plures, atque etiam epistolæ. Qualis autem is vir fuerit, cùm res Nestorij & tertiæ synodi persequemur, satis liquebit. *a* Enimuerò seditione in populo de episcopi electione mota Thimothei partibus non parum momenti attulit Abundantius, qui tum militarium ordinum dux erat. Tertio verò die, post Theophili scilicet mortē, factio altera quæ Cyrillum designauerat, vicit: *b* & ad episcopatum maiore fastu, profanorū magistratuum more, Cyrillus, quàm decessores eius episcopi, progressus est. *c* Vnde adeò initium sumptum est in ecclesia Alexandrina, vt episcopi magis etiam prophana negocia curarent. *d* Porro Cyrillus iam inde à principio hæresim nullam Alexandriæ publicè collapsus est. *e* Iudæorum quoque gentem inde ob eiusmodi causam exegit. Cùm vulpus omne, vt in summa dicam, sediniosum est, facillimèque ad tumultus bellicos permouetur: *f* tum Alexandrinus populus eis maximè gaudet, & proclinis ad turbas est: ac si exiguam saltem occasionem arripuerit, illico accenditur: nec prius absistit, quàm intolerabilia deciderit mala, & citra sanguinem fusum nō facilè diuini atque componi morum patitur. Itaq; multitudo tumultuari inter se cœpit, non necessitate quapiam abducta, sed propter communē, *g* qua tum omnes prope vrbes inuaserat, calamitatem. Relictis porrò rebus omnibus, studium omne in saltatorum spectaculis ponebant. *h* Sabbati die in theatro ad saltatores spectandos frequentiores conuenerant homines, Iudæis nimirum ocio non ad legem audiendam abutentibus, sed in spectacula potius incumbentibus. Quam ob causam eo die maior inter populi factiones extirit pugna. Et quamus eius rei gratia Alexandrinæ vrbis præfectus, cum instructa * cohorte sua ibi adesset: nihilominus tamen Iudæi imminebant, ve-

a Sedātio Alexandriæ in electione episcopi.

b Cyrillus profane popularis Episcopi Alexandriæ susceptio.

c Episcopi Alexandrini secularia negocia tractare cœpere.

d Cyrillus Alexandriæ hæreses tollit.

e Iudæi vrbe exigit.

f Alexandrini supra alios homines seditiosi.

Tumultus Alexandrini.

g Omnium ea tempestate vrbium cōmunis calamitas.

h Saltatorum spectaculum sabbato Alexandriæ exhibitum.

Iudæi etiam spectaculo huic adsunt.

** τὸ τάγμα*

Iudæi semper Christianis infensi.

luti alteri factioni resistentes. Quorum natio quū infesta semper Christianis est, pietatémque se præstare Deum persuasum habet, si quāpluri morum nobis malorum causa fit: tum eo potissimum tempore, propter eos quos diximus saltatores, plurimùm etiam † aduersus seipsos sunt concitati. Et cùm Orestes Alexandriæ præfectus populo πολιτείαν, hoc est, institutum quoddam ciuile (ita enim descriptiones seu ordinationes publicas nominare mos est) ederet, affuerunt etiam quicunque episcopo Cyrillo fauebant instituta eiusmodi visuri. In his Hierax erat † Iudimagister, tāquam ex Cyrilli doctrina pendens, vt nihil aliud faceret libentius, quam illum vt audiret, & plausus ciere ad illius sentētias studeret. Hunc vbi Iudæorum multitudo conspexit, statim vociferari cœpit, non aliam ob causam illum in theatrum venisse, quàm vt seditionem in populo excitaret. Præfectus Orestes antea quoque præter rationem vsurpatam episcoporum potentiam oderat, quòd illi multa ex publicis negociis quę ad iurisdictionem eius pertinebant, ad se pertrahere volebant. potissimùm autem, quòd tum quoque Cyrillus instituta sibi exactè perspicienda, * curioſitatémque (vt aliquis dicat) in aliena re exercendam statuerat. commotus, *n* rapi cōfestim Hieracem iussit verberibúsque subditum valde afflixit. Quod vbi diminutissimus Cyrillus cognouit, primores Iudæorū ad se accitos, ita vt par erat admonuit: postremò etiam male se eos accepturū esse minatus est, nisi populum cōmonere, & aduersus Christianos plurimùm concitare, desisterent. Minarum denunciatione eiusmodi audita, illi magis etiam exacerbati, plurimas ad perniciem Christianorum excogitarunt fraudes & machinationes. Quarum præcipuam, aliāsque, vt ita dicam, malignitate excellentem (quæ etiam in causa fuit, vt Iudæi Alexandria ejicerentur) ficuti potero exponam. Nam communi consilio coacto, de signo & tessera inter se conuenerunt, vt vnusquisque videlicet annulū è cortice furculi palmę gestaret, & noctu Christianos aggrederetur. Proinde nocte quadam, nonnulli per vrbis vicos procedentes exclamarunt, Christianorum ecclesiam quæ nomē ab Alexandro episcopo habet, ardere. Quod vbi ad illorum aures statim peruenit, alius aliò discurrit, ecclesiæ fuæ opem laturus. Quos Iudæi subitò aggressi occiderūt, à reliquis quidem propter annulorū tesseram manus abstinentes: Christianos autem, in quos incidebant, angulātes. Postquam autē dies illuxit, ex strage ea flagitiū in aperto fuit: & Cyrillus æmulatione percitus, cū multitudine magna ad synagogas eorum venit, eāsque illis ademit, & substantiam eorum omnem multitudini diripiendam dedit, ipsósque simul omnes vrbe expulit. Ita Iudæi, qui ab ipsis vsque Alexandri temporibus vrbem eam incoluerāt, rerum omnium egeni, inde discessere quò quemque fors tulit dispersi. Vnus autem ex eis Adamātius no-

† ἑαυτῶν. *Orestes præfectus Alexandriæ.*

† γραμματέων τῶν παιζόντων διδάσκαλος. *Hierax Iudimagister. Cyrilli studiosus Iudæorum aduersus eum vociferationes.*

Orestes nō bene aduersus episcopos animatus.

** περιεργάζεσθαι. Hierax Orestis iussu rapitur, & verberatur.*

Cyrillus Iudæos ad cōsilia pacata exhortatur.

Exhortationi addit minas.

Iudæi pertinaciores fiunt.

Constituunt inter se tesserā gladiatoriam.

Noctu nam ex insidiis cædē Christianis moliuntur.

Noctu ecclesiā Christianam ardere vociferantur.

Itaque Christiani multi ad eam vocē accurrentes occidantur.

Iudæi per Cyrilli vrbe Alexandrina pulsi.

Adamantius medicus Iudæus Constantinopoli christianus factus, Alexandriā reuertitur.

† *Apud Suidā theologi veteris sententia reperitur* τοῦτο ἀρετῆς ἱερατικῆς οὐδὲν ἧττον συγκλῆσαι, ἢ τὸ ἀσύγκλωστα. *hoc est: Cuidē virtuti episcopali familiam applicare velle, ea coniungere est, quæ inter se maximè natura dissident, & connecti ne queunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine, artis medicinæ peritus, Constantinopolim venit, ibique episcopum Atticum adiit, & Christianorum sacra complexus, multo pòst tẽpore Alexãdriam reuersus, eam vrbem incoluit.

De dissensione Cyrilli contra præfectum Orestem: & vt lapide Orestes in fronte illius sit, & de zelo Nitriensium monachorum. Caput 15.

Orestes Cyrillianum ad imperatorem refert.

Cyrillus quoque sibi apud Theodosium non deest.

Idem Orestem sibi conciliare, sed frustrà, studet.

**προσπολοῦσι. Monachi Nitrienses Alexandriæ contra Orestem pro Cyrillo pugnant, Socrat. lib. 7. cap. 14.*

ORestes autem Alexandriæ præfectus graui-ter id ferens, & pro ingenti detrimento habens, ciuitatem tam præclaram tot hominibus orbari, rem ad imperatorem retulit. Ipse quoq; Cyrillus non cessauit. nam Iudæorum is quoq; absurdam audaciam ad Principem scripsit: nec minus de redintegranda cum Oreste amicitia egit, quod vt faceret, plebs Alexãdrina eũ coẽgit. Postquam verò Orestes orationẽ de gratia reconciliandanon admisit, Cyrillus sacrorũ Euãgeliorũ codicem *protulit, ob reuerentiã eius te Oreste placabiliore vsurum putãs. Cæterùm cum tum quoque ille iram nõ remitteret, atque inter eos implacabile bellum commotum esset, illud euenit. Monachi quidam mõtes finitimos incolentes, & Nitrienses maximè, ardore & æmulatione accensi, eodem modo pro Cyrillo pugnarunt, quomodo & patrum eius defenderant, cùm eos Theophilus præter rationẽ omnem contra Dioscorum & Ammonium armauit. Hi quum plures quàm quingẽti essent, monasteriis relictis Alexandriam venerũt, & Orestem curru vectum in publicum prodire inuenientes, conuicijs eum affecerunt, idolorum sacerdotem & Græcum appellantes, aliisque eius generis contumeliis proscindentes. Ille quòd hæc instinctu Cyrilli fieri existimaret, Christianum se esse professus est, & Constantinopoli ab Attico baptismi mysterijs initiatum. Monachi autem eum ne responso quidem dignari sunt. Atque vnus ex eis, cui nomen Ammonij erat, saxum quoque in Præfecti faciem cõiecit: vnde ille totus sanguine conspersus est. Porrò apparitores militesque eius, paucis exceptis, alios aliò, lapidum ictus metuẽtes, diffugerunt. Quod vbi populus audiuit, ad opem præfecto ferendam omnes confluxere. Itaque monachi saluti suæ fuga consuluerunt. Ammonius autem comprehensus, ad iudicis tribunal ductus est: in quẽ ille lege agi iubens, eò vsque excruciãdum curauit, donec vitam morte commutaret. Rem hãc Imperatori & Orestes & Cyrillus significauit. Cyrillus Ammonij corpus in ecclesia quadam sepeliit, mutato illius nomine. Pro Ammonio enim Thaumasium, hoc est, Admirandum vocauit, eundemq; martyris honore dignatus est: atque in ecclesia libertatem & ardorem illius, qui certamen videlicet pro veriore pietate pertulerit, cum admiratione deprædicauit. Sedesim *permultis popularibus Christianis illegitimus honor tantus esse visus est, præcipitis audaciæ pœnas eum dedisse, & non vi aliqua adductum, quę ei nulla, vt Christum pernegaret, allata esset, moriendum sibi in tormentis esse statuisse, dicẽtibus. Quapropter & Cyrillus paulatim consilio suo absistens, obliuioni Ammonij res mandauit. Verumenimuerò dissidium inter Orestem & Cyrillum non eò tantum indignitatis pro-

Ammonius Orestis faciem saxo vulnerat.

populus Orestis opem fert.

Ammonius à iudice inter tormenta necatur. Idem à Cyrillo in martyres relatus.

An recte pro martyre Ammonius habitus sit.

Quæ res martyrium verum faciat.

**τοῖς ἐκφύλοις.*

cessit: sed accedens aliud isto non minus quod postea accidit, absurditatem eam obliterauit. Quid autem id sit, dicendum.

De philosopha Hypatia, vt à clero Cyrilli sit necata & de vindicta quam Iudæi pertulerunt, propter irrisa Christianorum sacra. Caput 16.

De miseranda Hypatiæ doctissimæ & honestissimæ fœminæ, cædes.

ALexandriæ fœmina quædam Hypatia erat, patrem habens Theonem philosophum, à quo rectè institura, tantum disciplinis excelluit, vt non solum temporis sui, verumetiã qui lõgè antea extitissent philosophos superari: & in Platonica schola à Plotino deducta, successerit. Prompta illa erat, quibuscunq; studiosis, disciplinarum cognitionem proponere. Proinde quicunque philosophiæ amore tenerentur, ad illam veniebant, non tantum propter eam quæ illi inerat honestam grauemque in dicendo libertatem, sed etiã quòd castè & prudenter principes adiret viros. Nec indecorum esse videbatur, eam inter viros mediam adesse. Reuerebantur & obseruabant eam omnes propter excellẽtem pudicitiam: & omnibus illa cum admiratione in ore erat. Aduersus hanc tum se inuidia armauit. Quòd namque frequentius cum Oreste esset, calumniam id ei apud Cyrilli cletũ peperit, perinde atque ipsa, quo minus gratia inter Cyrillum & præfectum coalesceret, impedimento esset. Quapropter ex illis quidam flagranti Cyrillum prosequentes amore, quibus Petrus quidam ex lectorum ordine præiit, redeuntem eam alicunde insidiosè obseruantes, ex curru detraxerunt atque in ecclesiam quæ à Cæsare nomen habet, rapuerunt: atque ibi vestibus nudatam, testarum fragmentis enecarunt. deinde membratim dissectam, in locum qui Cinaron dictus est duxerunt, atque vstularunt. Facinus hoc maximè in Cyrillo & ecclesia eius reprehensum est. Nam à Christi sectatoribus alienæ prorsus sunt inuidiæ, dissidia, contentionis studia, pugnæ, cædes, & quæcunque sunt generis eiusdem. Facta hęc sunt quarto episcopatus Cyrilli Alexandrini, Theodosij autem sexto Imperi anno, mense Martio, cum ieiuniorum sacra celebrarentur. Nõ ita multo pòst Iudæi rursum, quum detestandum in Christianos cõmisissent flagitium dignas persoluerunt pœnas, in loco quodam cui Mestar nomen est, inter Chalcidem & Antiochiam, quæ ad Orontem amnem est sita. Consueto nanque ludicro operam nauantes Iudæi, lasciua proteruitate atque ebrietate extra decorum progressi sunt, & non solum Christianos, sed ipsum quoque seruatorem Christum illudentes traduxerunt: & salutiferum crucis lignum, eósque qui spes suas in eo sitas habent, ridentes, horrendum eiusmodi quiddam instituerunt. Puerum enim Christianũ comprehensum in cruce suspenderunt, eumque ludibrio & sannis primum prosecuti, deinde

Suidas potius Alexandrinorum audacia & tumultu necatã esse putat quàm de ea plura scribit.

Cæsarium dicta esse, auct. Socr. Reprehenditur quàm maximè cædes ista.

Iudæi in ætestar seruatori Christo & Christianis, puero in cruce excarnificato, improbissimè illudere.

† *Hypatiã ista ad stuprum promissis & persuasionibus multis solicitauit iuuenis venustus. Illa verò cum dissuasionibus aliis à capto sui repellere nequiret hominem, pannum mensium suorum protulit, & fœditate inconcessi & libidinosi concubitus commonstrata illum absoluit. Suidas.*

alienatis

Quapropter graues illi ætate impietatis pœnas luere.

alienatis prorsus mentibus, flagris ad mortem A vsque conciderunt. Quid verò postea factum: Multi quidem ab illorum, multi etiam à nostra parte inter se concurrentes depugnarunt, & cõflictus vtrinque grauis factus, adeò vt plurimi trucidarentur. Atque id factum vbi Imperator resciuit, ad prouinciæ rectores scripsit, vt in autores maximè mali tanti, ita vt par esset, animadverterent. Et Iudæi comprehensi, iustas flagitij per ludum commissi soluerunt pœnas multa, ferro, & aliis pœnis mactati.

De Iudæo qui dolo sæpe baptizatus, postquam ad paulum etiam Nouatianorum episcopum venit, lauacro baptismi vite parato, vt subitò aqua euanuerit, Deo importunitatem eam miraculo coarguente. Cap. 17.

CHrysanthus Nouatianorum episcopus, vbi septem annos munus suum administrauit, B vita defunctus, successorem in episcopatu habuit Paulum. Qui quum primum latinarum literarum doctor esset, remisso illis nuncio, ad vitam asceticam se contulit, & philosophorum virorum monastico instituto, præstantiorem quam qui in solitudine degunt, vitam egit. Talis enim erat, quales Euagrius eos esse debere dicit, qui in solis locis versantur, monachos: ad quorum mores vitam quoque suam Paulus composuit, ieiunans continenter, pauca admodum loquens, ab animatorum cibo abstinens, plurimũ neque vino neque oleo vtens, indigentes quam maximè amore prosequens: custodię inclusos, si quis alias, & ipse frequenter, visitans: pro, eis C qui iniuria affecti essent, apud principes viros deprecans: qui etiam non grauatè, quod ille petebat, faciebant, propter insignem quæ in illo erat religionem. Res sub eo accidit digna prorsus quæ obliuioni & silentio non committatur: quam apud Socratem inuentam, ipse quoque historiæ huic apposui. Iudæus quidam Christianismum complexus sæpius baptismum subiit arte quadam & nundinatione vsus, vt aliquid pecuniæ conquireret. Atque vbi ferè ad religiones omnes, Arianorum videlicet & Macedonianorum, baptismo apud eos suscepto, transiisset, neque alij quos deinceps deciperet, reliqui essent, postremò ad Paulum hunc Nouatianorum episcopum venit. Et postquam confictis verbis cupere se, vt manibus illius baptizaretur, dixit, vt desiderio suo satisfieret rogauit. Porrò ille ardorem hominis complexus, non prius ad baptismum eum admisit, quàm more recepto in verbo fidei institutus esset, solitumque etiam ieiunium compleuisset. Ille quum ieiunio eo, quod præter opinionem suam ei impositum erat, præmeretur, frequentius vt voto suo potiretur institit. Paulus ardorem eius videns, mora longiore perturbare illum noluit, & ea quæ ad baptismum pertinent, citè parauit. Veste nanque intigni subornata, & baptisterio aqua, sicuti mos erat, repleto, Iudæum nudum baptizaturus ad id adduxit. Ecce autem ineffabili quadam diuinæ prouidentiæ vi, vnda derepentè euanuit. Vbi verò aqua alia (episcopo ipso & eis qui ibi astabant, rem eam nescientibus, sed aquam per

Paulus episcopus Nouatianus virgregius.

lib. 7. cap. 17. Iudæus aruspice lucri gratia baptismũ iterdem recipiens.

catechesis ante baptismum.

Item ieiunii.

Aqua mirificè semel ar-

Quæ iterum in baptisterio euanescẽs, fraudem Iudæi anabaptistæ indicauit.

† *παρέργως.*

Gratia diuina se etiã apud indignos exhibet.

Vt etiam apud Persas Christianissimus sit propagatus, per Maruthan Mesopotamiæ, & Abdam Persidis episcopos. Cap. 18

EOdem tempore in Persarum quoque regione magna Christianissimus cepit incrementa. Quum namque Isdigerdes Theodosij à patre institutus tutor, & Romanis amicus maximè esset, frequentes extitere causæ, quamobrem inter Romanos & Persas crebræ vltro citróque mitterentur legationes. Itaque necessitate flagitante, Maruthas quoque Mesopotamiæ episcopus, quem paulo antè Cyrioi Chalcedonensis episcopi pedem protriuisse diximus, orator eò est missus. Et postquam is ad Persas venit, propalàm rex eum in magno habuit honore, vt virum Deo charum & multa pietate præditum. Magi vbi tantum honorem Romanæ ditionis episcopo haberi viderunt, qui plurimum apud regem auctoritate valent, apud seipsos macerabantur, variisque cogitationibus æstuabant, ne vnà cum ea qua illum prosequebatur affectione, religione quoque eius complecteretur metuentes. Nam capitis quoque dolorem grauem & diuturnum, quo Isdigerdes afflictus fuerat, Maruthas precatione Deo exorato, statim curauerat: quòd Magi cum omnia tentassent atque egissent, efficere se posse desperauerant. Quapropter dolo regem aggredi statuerunt. Quandoquidem Persæ ignem tanquam Deum colunt, & Magos eos appellant qui elementa in numerum deorum referunt, & rex ex consuetudine perpetuum ignem adorauit, virũ quendam in fossam sub terra eo tempore quo rex aduenire solitus erat, demiserunt, eumque verba hæc Magi proclamare iusserunt: Exire oportere regem quem Deus impium iudicaret, quòd tãtopere episcopum Christianorum Deo charum existimans, amaret. Quod vbi Persa audiuit, Maruthan honestè quidem & reuerenter, omnino tamen à se reiiciendi consilium cepit. Maruthas pro suo erga Deum amore, precationibus, vehementius incumbens, perfacile Persarum dolum edoctus est: & Isdigerdem adiens: Ne ita illudi tibi, air, patere ô rex. Sed sacrarium ingressus, quum ad te perferri vocem senseris, effodi terram iubeto, & dolus ipse statim parebit. Ignis enim vocem edere, vt qui inanimatus

Maruthas Mesopotamiæ episcopus, apud Persas Rõ. legatus in magno est apud regem honore.

Idem capitis dolorem diuturnum in rege precatione diffellit.

Magi Maruthæ aduersantur.

Persæ ignem pro deo colunt.

Magi callido facinore efficere instituunt, vt à se Maruthã rex dimittat.

Latens sub terra homo dissepitus, exire è sacrario ignis regem iubet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit haudquaquam potest: sed fraude humana fabula hæc instituta est. Rex verbis eis obsequitur. Atque vbi rursum in ædiculam eam in qua perpetuus ignis asseruabatur, ingressus, & cadē vox ad eum delata est, illico effodi eum locum iubet, & qui sub terra deum se assimulauerat, mortalis esse deprehenditur. Itaque ira percitus Perfa Magorum genus * decimauit. Qua re ita acta, Maruthæ præceptum est, vt quocunque veller loco, in Persarum terra ecclesiam extrueret. Vnde Christianissimus indies, vt ita dicam, etiam in Persarum finibus liberè propagatus est. Maruthas legatione eo tempore rectè cōfecta, Constātinopolim est reuersus. Et quum iterum Oratorem in Persidem mitti oporteret, denuò legationem eam obiit. Magi autem idem quod antea moliebantur, hoc agentes, vt ne rex eo ficuti prius vteretur, néve apud eum in tanto esset honore. Et arte atque machinatione quadā eo loco intolerandum excitarunt fœtorem, quo rex more suo deambulabat: atque insuper calūniam confinxerunt, fœtorem eum à Christiani episcopi comitibus esse subornatum. Princeps verò Magos, ex eo quod antea fecerant iudicans, & eorum quoque id inuentum esse suspectos habens, studio omni autores eius rei inquisiuit. Atque, vbi illi rursum pessimi illius odoris patratores esse competti sunt, permultos denuò supplicijs subdidit: Marutham autem maiore etiam prosecutus est humore. Proindēque Romanos dilexit, & mirificè amicitiam eorum coluit. Quinetiam amore desiderioque ingēti ductus Christianus fieri voluit, alio Maruthæ facto allectus, quod ille vnà cum Abda Persidis episcopo fecit. Nam orationibus continuis incumbens, à filio eius dæmonem, qui illi molestus erat, propalām expulit.

Dolum cui rex à Maruthā admonitus deprehendit.

** ἐπεκάθαιρε τὸν Χριστιανισμὸν per Maruthā in Perside propagatur.*

Maruthas iterum apud Persas Romanorū legatus.

Deprehēditur iterum Magorū Maruthæ fraus & graniter coercetur.

Maruthas & Abdas Persidis episcopus regis filiū dæmone liberāt.

Vt Abdas templum sacrati ignis demolitus sit, vnde & ipse & alij martyrij certamen pertulerunt, & de acerbissimis tormentis, quæ Persæ contra Christi fideles excogitarunt.
Cap. 19.

SEd Isdigerdes prius vita excessit, quàm omnino Christianus fieret: regnum autem eius ad filium Varanem deuolutum est, qui non eodem quo pater in Christianos animo fuit. A Magis enim, qui illis hostiliter infensi erant, persuasus, quum fœdera cum Romanis icta soluit: tum Christianos qui ibi erant, nouis Persicis supplicijs excogitatis crudeliter persecutus est. Quæ autem belli ibi aduersus Ecclesiā ab initio causa extiterit, paulo altius repetēs exponam. Episcopus Persidis, quem paulo ante Abdam nominatum esse diximus, multis præcipuis virtutis ornamentis refulgens, æmulatione & ardore pro Christo maximè enituit. Quo aliquando in remotiore necessaria vsus, πυρεῖον, hoc est, sacrum focum Persarum demolitus est. πυρεῖον namque apud illos ignis templum, & ignis apud eosdem deus est. Hoc vbi magorum & Persarum rex Varanes intellexit, Abda accito, mediocriter primùm eum, factum id reprehendens, perstrinxit: postea autem sacram etiam ignis ædem † in speciem restaurare iussit. Quum autem ille resisteret, minimeque se id facturum esse confirmaret,

Varanes filius Isdigerdis in regno successor.

Christianos persequitur.

persequutionis eius prima via causa.

Abdas episc. apud Persas Ignis delubrū diruit.

Abdas martyrio affectus.

Ignē Persæ sacrum & æternum vocant.

Q. Curtius.

† ἐπὶ σχήματος.

Ecclesiæ Christianorum in Perside euersæ.

Quod Abdas πυρεῖον diuerit, improbatur.

Paulus Apostolus nihil tale fecit. Quod restituere τὸ μὴ ὂν non potuerit laudatur.

Hoc factum persecutio ecclesiarum subsecutum.

E Varanes ecclesiis Christianorum omnibus incēdium minatus est, minasque eas ad rem ipsam contulit. Ita Ecclesiæ dirutæ prorsus sunt, quum quidem diuinitus ille vir prius necatus, coronā martyrij reportasset. Mihi verò parum rectè facti foci euersio facta esse videtur: quandoquidem à diuo Paulo, quum idolis addictas Athenas venisset, nulla quæ isthic colebatur ara destructa est. Et ille verbis mendacij amentiam arguens, veritatem pro eo induxit, & per aram adeò ipsam homines potius ad veram pietatem manuduxit. Quòd autem euersum ignis delubrum, quum id facilimè facere posset, restaurare noluerit, sed potius quàm id committeret, cædi se obtulerit, hoc ipsum admiror maximè, & multis dignum duco coronis. Idem namque est, ignem ipsum adorare, & famum eius construere. Sedenim ea ex re tempestas coorta, graues & seuos admodum aduersus ecclesiæ alumnos fluctus excitauit. Et ad triginta annos procella eadurauit, Magis ranquam turbulentis quibusdam ventis eam augentibus. Magos autem apud Persas eos vocari diximus qui elementa pro diis colunt. Suppliciorum autem magnitudinem, inuentionesque & formas acerborum tormentorum, non facile lingua clarè expresserit quibus pios homines sunt persecuti. Quibusdam enim manus vtraque securi resecta, nonullis terga excoriata sunt, aliorum capitibus pellis detracta à fronte ad mentum vsque: quorundam corpora tota calamis * dissectis illi operientes, cuspidibusque eorum acuminatis carni infixis, & vinculis solidioribus insuper à capite ipso ad pedes vsque circumligatis, magna vi calamum quemque extrahebant, vinculis ipsis altius carnem subeuntibus: vt tractione tali eam corporis partem quæ cuti propinqua est diuellēres, acerbiores dolores redderent. Sed & fossas magna cura fecerūt, muscarum examina multa in eas demisere, & deinde alimētum eis veræ pietatis alumnos præbuerunt, manibus pedibusque eorum arctiore vinculo constrictis, ne à se illas abigere conari possent. Muscæ autem fame acriore confectæ, sanctorum carnes, intensum admodum & grauem illis dolorem inferentes, vocarunt. Multas verò & alias hisce sæuiores erumnas, pernicioso & veritatis inimico dæmone magistro in rebus eiusmodi vtentes, excogitarunt. Veruntamen generosam virorum illorum fortitudinem non retuderunt. Sua namque sponte illi se certamini, ad * immortalem mortem & sempiternæ vitæ conciliatorem aspirantes, obtulerunt.

Supplicia quibus Christiani apud Persas sunt affecti.

* εἰς δύο διαπρίοντες.

Christiani martyres tormentis omnibus superiores

* ἀθάνατον θάνατον τὸν ἐμὸν.

De Achemenide, & Saane, & Beniamin diaconis: vt ij apud Persas sæuissimè excruciati, martyrij sint adepti coronam.
Cap. 20.

AChemenides quidam apud Persas erat, qui & Hormisdes dictus est, præfecto patre genitus, vir admodum illustris & locuples: quem vbi Christianum esse rex audiuit, in medium produxit, & Seruatorem abnegare iussit. At ille regis imperata non solum iniqua, verumetiam illi ipsi incommoda esse respondit. Cui enim ea necessitas imponatur, vt facillimè vniuersitatis huius

pulcherrima Christiana confessionis exempla.

Achemenides vir illustris, & hereditate Christianismum

apud Varanē rege versatū defendit.

huius Deum abiuret, huic longè facilius fore dixit, regem despicere, atque ad alium trāsire. Regem nanque etiam, homo cùm sit, naturam fatis obnoxiam fortitū esse. Quod si, inquit, animaduertēdum tibi esse in eum videtur, qui dominationem tuam abneget, sceptrumque nihil faciat, rectius multo, vt puto, supplicium pendet, qui rerum vniuersarum Dominum abiiciat. Rex cum obstupescere potius ad tantam viri libertatem debuisset, opes ei adimi, dignitateque insuper priuatum, nudum, & subligari tantum præcinctum, aulici comitatus camelos ducere iussit. Perpaucē interceslere dies, cum rex ex superiore porticu prospectans, præclarum illum virum æstu solis adustum & puluere obsitum vidit: & patris eius gloriam in mentem reuocans, cum reduxit, & linea tunica vestiuit. Et cum labore & erumna illum confectum, humanitateque & misericordia ei exhibita adductum, faciliorem iam eum & propensiorem ad grariam à se ineundam fore putaret: Vel nunc tandem, inquit, errore priore repulso, fabri filium ex animo tuo eūce. Atque ille exardescens, tunicam illam conscissam abiecit. & voce magna: Si huius, inquit, gratia me religionem longè optimam mutaturum putas, ea munus tuum tibi, vnà cum impietate habe. Rex autem tam forti illum animo esse cernens, nudum regia exegit. Alius erat Saenes nomine, qui regi restitit, neque rerum cunctarum Dominum pernegare voluit. Rex ex famulis illius multo deterrimum elegit, potestatemque in mille ministros illi ademptam, ei attribuit, atque etiam huic illum seruire iussit, consorte quoque thori & domina isti coniuncta. Nam ita demum se persuasurum veritatis amatori, vt animum & sententiam suam mutaret, existimabat. Verùm minimè ei consilium successit. Non enim in arena, sed in petra mentis illius domus fundata fuerat. Beniamin etiam diaconum quendam comprehensam custodiæ mancipauit, in qua eō duos exegisset annos, & orator Roma. ex causa quadam apud Persam esset, medium se is interposuit, vt diāconus vinculis solueretur petens. Rex hoc se legato daturum promisit, si modò Beniamis se obligaret, se nulli ex Magis, vt Christianam suscipieret religionem, suasurum esse. Legatus porrò rem eam & quid Persa quæreret, ad Beniamin retulit. Atque ille fieri non posse dixit, vt luce ea quam copiosam recepisset, non fœneraret. Quæ enim pœna ei constituta sit, qui talentum sibi datum defoderet, apertè admodū diuinorum Euangeliorum codicem ostendere. Quam rem ignorans rex, liberum eum esse iussit. Et ille rursum solitum officium suum fecit, eos qui erroris caligine detinerentur capiens, & ad diuinam atque intellectualem lucem adducens. Præteriit annus, & quæ Beniamis agebat, regi indicata sunt: qui eum ad se productum, pernegare quem sincerè prædicaret Dominum iussit. Atque ibi ille ad regem: Quidnam, inquit, commereatur, qui imperium tuum abnegās, ad alium se conferat regem? Mortem, rex ait, & supremum supplicium. Tum Beniamis: Quodnā igitur, intulit, satis dignum homo ferat supplicium, qui vniuersitatis huius Domino seruatore & rectore abiurato, non illi cultum honoremque debitum, sed ex conseruis suis vni præstet?

Saenes quoque mille militum præfecturam & coniugem relinquere, & soli suo seruire, quàm Christum negare maluit.

Beniamis diaconus biennio in carcere trāsegit.

Hanc vinculis erator Romanus liberat.

Christianus homo non potest non superbiendo sua fœnerari.

Verum apud regem Beniamin Christum generosissimè confitetur.

A Verbis hisce rex grauiter commotus, æqualem cum digitis manuum atque pedum calamorum numerum exacui, & vnguibus illius infigi præcepit. Vt verò athletam corona decorandum, tormentum id perinde atque ludum iocumque excipere vidit, calamum alium in cuspidem acuminatum membro eius virili immisit: quem frequentius subinde infigens atque retrahens, incredibilem intolerabilemque illi creauit dolorem. Postquam autem hoc quoque acerbissimū supplicium generosè pertulit, aliud intulit, quod priora illa secundas partes ferre ostēdit. Virgam enim crassiorem afferre, ex parte omni densos ramorum vncos prætendentem, & in se lem decertatoris iniici, ac deinde identidem per eam attrahi & retrahi iussit. Quem cruciatum cum amplius tolerare non posset, spiritum fortis ille veritatis propugnator & athleta reddidit. Infinita verò alia ab audacibus & impiis illis quoque tentata sunt. Quale videlicet & illud est in Iacobo Persa patratum. Is enim cum Christianus antea fuisset, propter intercedentem sibi cum Isdigerde Persarum rege amicitiam, paternam religionem reiecerat. Postquam autem per matrem & coniugem rursus ad fidem Christi admonitus reuertit, & eam rem princeps ægrè tulit, acerbam quandam, & propter nouitatem admirandam, post supplicia multa, subiit mortem. Nam vbi *articulis & iuncturis quibúsque, incommoda & apta totius corporis membrorum conformatione, ex manibus, brachiis, pedibus & suris ei resectis, reliquum nihil quàm vnà cū ventre caput solum habuit, quoniam ne tum quidem fidem in Christum abiecit, & idipsum postremò ferro amputatum est. Minimè verò mirandum, si rerum vniuersarum Dominus feritatem illorum sustinuit. Nam & qui Constantini imperium præcesserunt principes, rabiem suam aduersus veræ pietatis amatores euomuerunt. In primis verò Diocletianus omnium grauissimus, ipso augustæ & venerandæ Passionis die ecclesias sub imperio Rom. vbique omnes euertit. Et nouem elapsis annis, illæ quidem ad priorem florentes rediere statum, ac potius & pulchritudinem & amplitudinem multò præstantiorem recepere. Diocletianus autem postremò disperiit, & cum impietate extinctus est. De bellis autem & persecutionibus hisce, ipse vaticinatus est Dominus. Nec id modò, verumetiam ecclesiæ ipsius inuictum & insuperabilem statū prædixit. Res ipsa hoc testatur. Quodammodo namque pace ipsa nobis bellum vtilitatem affert maiorem. Propterea quòd tentationes istæ, vt ecclesia magis etiam refulgeat, efficiunt. Pax enim molles nos, desides & timidos reddit. Bellum autem, cùm animos nostros acuit, tum rebus præsentibus non affigi non patitur: sed vt eas despiciamus, & fluxa hæc atque caduca pro nihilo habeamus, suadet.

Illustre testimonis per grauissima supplicia martyrū.

Iacobus Persa ex Christiano ethnicus.

Idem denuò christianus.

Iacobi istius luculentissimū martyrium.

membra omnia articulatim, & postremò caput ei resectum.

Deus per longanimitatem suam tyrannos ecclesiæ persecutores sustinet.

Diocletianus vno Soteriorū die omnes Christianorū ecclesias diruit. Sed illæ post nouennium magnificentius sunt restitutæ.

Persecutionē Ecclesiæ prædixit nonnus persecutio ecclesiæ bono est.

* μίαν σκάψαι τῆς ὀλομελείας τοῦ σώματος ἁρμονίαν τμηθεὶς ἀπὸ χειρῶν καὶ βραχιόνων καὶ ποδῶν καὶ κνημῶν.

Vt propter Christianorum persequutionem pace cum Persis fracta, ingens certamen inter Persas & Romanos sit commissum. Quum autem Romani virtute vicis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sent simul & bellum & persequutio Christianorum finem haberet, pace denuò inter Romanos & Persas firmata. cap. 21.

Christiani e Perside ad Romanos persugiunt. Iniuriæ illis Romanis inibi illatæ.

CHristiani apud Persas in tolerandis, quæ aliàs super alias inducebantur, erumnis pressi ad Romanos cõfugerunt, opem eorum petentes, & ne ipsi ita afflicti despicerentur rogantes. Episcopus Atticus benignè supplices eos suscepit. & vt quantum posset eos adiuuaret propensus fuit: & Imperatorem Theodosium pro eis compellans, ad eos vindicandos excitauit. Eo tempore alia quoque acciderunt, vt Romani non mediocriter à Persis affligerentur, propterea quòd Romanæ ditionis hominibus qui mercede in auri fodinis opus ibi faciebant, redire inde non permittebatur, & Romanorum mercatorum merces diripiebantur. Ad quas iniurias Christianorum in vrbem Constantinopolitanam accessit persugium. Et res in bellum euasit. Persa namque legatione missa, persugas sibi dedi à Romanis petiit. Romani autem id facere noluerunt, non modò quòd illos tanquam supplices & precatores seruare voluerint, sed etiam quòd pro religione sua facere quiduis & pati potius parati fuerint, quàm vt eos quibus cùm communem fidem haberent, despicerent. Proinde pace soluta, bellum graue inter Romanos & Persas est ortum, quod paucis perstringere commodum esse visum est. Ardaburius ille ex Imperiali aula cum non ita multis copiis missus dux, per Armeniam in Persidem excurrit, & prouinciam eius quandam Azazenem vocatam vastauit, Aduersus quem à rege Persarum dux alius Narses venit, ingetem secum ducens exercitum. Hic commissa cum Ardaburio pugna, cum ingenti suorum clade victus in fugam se dedit. Ex qua conuersus, per Mesopotamiam Romanorum ditionem, præsidio omni vacuam inuadere, & accepte cladis ignominiam abolere statuit. Verùm consilium quod Narses ceperat, Ardaburium latere non potuit: a qui quàm maxima potuit celeritate, regione Azazena summè vastata, & ipse, Mesopotamiam petiit. Narses quamuis varij generis copias coacerua sset, ingredi tamen Romanorum fines ausus non fuit. E Nisibi autem ciuitate, quę in finibus Persarum & Romanorum sita est, Persis tamen subiecta, hominibus certis ad Ardaburium missis, *b* de conditionibus pugnę committendę, loco & die constituto, certiorem eum fecit. Cui ille renunciari iussit: Romanos, non quando ille vellet, sed quo tempore ipsis commodum visum esset, prælium facturos. Et cum Persam magnis viribus copias suas inuasurum putaret, spe belli omni summoperè in Deum collocata, maximas & ipse vires contraxit. Sedenim diuino auxilio, quo maximè fidebat, adiutum eum esse, inde satis constat. In vrbe Constantinopolitana, in anxia solicitudine quum ciues essent, & addubitarent, cuinam parti victoria arrisura esset, angeli Dei quibusdam in Bithynia, propter negocium certum Constantinopolim petentibus apparuere, eósque ibi annunciare iussere, *c* vt illi precationi admodum incumberent, & animum fortem obtinerent, ac Deo crederent, victoriam Romanorum fore. Illud insuper addentes, *d* indices ipsos inde & nuncios victoriæ, qui Romanis præsentem maximè opem ferant, à Deo missos esse. Quæ res vbi ad aures hominum peruenit, non modò ciuibus ipsis animum addidit, sed etiam militum fortitudinem confirmauit. Itaque vbi bellum, sicuti dictum est, ex Armenia in Mesopotamiam transtatum est, Romani eos qui in vrbe Nisibi clausi atque circũuallati erant, obsidione premẽtes, turres ligneas fecerũt, quæ rotis quibusdam & machinis prouoluræ, mœnibus admouebantur: & ex eis longiore, pro muro, pugna commissa, multi è superiore loco vrbem propugnantes cedebantur. Varanes autem Persarum rex vbi Azazenam regionem excisam, & suos Nisibi inclusos muralium tormentorum vi affligi cognouit, copiis quas tum paratas habebat omnibus, fortunam belli experiri aggressus est. Quum verò Romanorum virtutem metueret, Saracenorum auxiliis vsus est, quos Alamundarus vir fortis & bellicosus duxit: qui quum multa eorum * millia secum adduxisset, bono animo regem Persarum esse iussit, quamprimùm se primo cõflictu Romanos superaturum, atque ipsi vnà cum magna Syrorum vrbe Antiochia subiecturum esse, dicens. Hæc ille quidem iactabat, sed verba eius minimè ad exitum peruenere. Quibus namque rex fidebat, Saraceni, præter † rationem terrore correpti, & per imaginationem se à maximis Romanorum copiis circundatos propelli opinari, atque in magnum tumultum coniecti, ita vt neque quid faciendum eis, quoue effugiendum esset, scirent, vnà cum armis in Euphratem amnem se præcipitarunt. Opinio sanè obtinet, centum ibi virorum millia periisse. Atque hoc sic quidem accidit. Romani verò qui excitatis expugnatoriis vrbium machinis Nisibim obsidebat, quum audisset, Persam magnâ elephantorum multitudinem adducere, & ex de causa metu consternati essent, machinis eis omnibus igne consumptis, ad loca sua sunt reuersi. Cæterùm quot postea prælia sint commissa, & quomodo alius Romanorum dux Areobindus singulari certamine eum qui apud Persas omnium fortissimus habitus est, interemerit: & quomodo Ardaburius septem Persarum ductores insidiis exceptos trucidarit: ádhęc vt Vitianus, alius Theodosij dux, reliquias Saracenorum optimè extinxerit, prætermittendum esse censeo, ne lógius extra propositũ digrediar. Imperator Theodosius res in eo bello gestas, Palladio quodam Hcursore celeri vsus, quamprimùm cognouit. Viris quum corpore fortis, tum animo adamantinus fuit: qui tanta celeritate equo insidens vectus est, vt diebus tribus in fines, qui medij inter Persas & Romanos sunt, peruenerit, totidẽque postea diebus Constantinopolim reuersus sit. Ob eam verò celeritatem, non ad Persarum fines tantum, sed ad reliquas etiam orbis partes, quò eũ Imperator misit, expeditissimè peruolauit. Quapropter aliquando ex præclaris viris quidam, celeritatem eius admiratus dixit: Virum eum tam amplam Romani imperij ditionẽ angustam expedita celeritate sua reddidisse. Ad hanc etiam Persarum rex obstupuit, quòd legatione fungens, multorum dierum iter tam celeriter perficeret. Hæc de Palladio. Theodosius Imperator

Persarum rex per legationes dari sibi profugos christianos ab Imperatore postulat.

Bellum inter Romanos & Persas exortũ. Azazene à Romanis vastatur.

Bellum Persicum.

Ardaburius Roman. dux Narsen Persam vincit & fugat.

a Eidem eunte per Mesopotamiã Romanæ ditioni detrimẽtum inferat, impedit.

Ardaburij cautum responsum.

b Narses insolenter Ardaburio die, loco & cõditiones pugnæ nunciari iubet.

Ardaburius cõfidit Deo.

c Supplicationes belli tempore pro victoria.

d Angeli victoriæ Romanorum nuncij & adiutores.

Socrat. lib. 7. cap. 18.

Romani Nisibim obsident.

Saraceni auxiliares Persarum.

** μυριάδας Sacr.*

Saracenæ insolentia.

Saraceni panico metu correpti, in Euphrate submerguntur.

† ἀλόγῳ φόβῳ.

Romani obsidionem Nisibis soluunt.

Singulare certamen.

Areobindus Rom. dux.

Vitianus Rom. dux.

Victoria penes Romanos est.

Expeditissimus & celerimus cursor. Palladius.

Ardaburius fortissimi erat gestit.

Palladius celeritate sua Romanorum ditionem amplissimã angustã reddidit.

Theodosius

rebus quoque suis secundis de pace cum Persis trãsigit. Helionem in Orientẽ legat.

** πρόκριτον. Maximinũ ad regem mittit.*

*Maximinus ducum Rom. non imperatoris nomine legatione apud Persam fungitur. Barbarus dolus Persarum. *πρὸς αὐτὸν. † ἀβάκατοι Persarum. Perse legationem Rom. ludificantes, ex insidijs Romanos adoriuntur.*

Romani Dei opitulante vnam atque alteram hostium manum concidunt. Immortales Persarũ electi. Vindicta diuina Persæ vltio, qui tantopere in sanctos martyres sæuierint.

Pax Persica.

Quies Christianorũ apud Persas. Πρὸς βαρβαρους.

ERat autem in ciuitate Amidensi episcopus Acacius nomine, quem tum facinus pulchrũ illustriorem omnibus atque clariorem reddidit. Quum etenim exercitus Romanus Azazena regione vastata, supra septem millia Persarum cæpissent, eosq; nullo modo Persæ redimere vellent, atque illi fame paulatim afflicti interirent, eaque res non parum molestiæ regi afferret: Acacius ea cognita, non ita prætermittendam cẽsuit, sed qui sub eo erat, clero coacto: Deus (inquit) noster, filioli, neque discis indiget, neque pocula curat. Egestati enim minimè obnoxius, non edit, neque bibit. Quum igitur multa sint ecclesiæ eius donaria, aurea quidem plurima, multa etiam argentea, quæ benignitate & liberalitate eorum qui se ad eam contulerunt, parauit, vtendum eis censeo ad Persas captiuos redimendos, & famelicos alendos. Hæc atque alia hisce similia loquutus, statim diuina illa donaria conflauit, atque ex eis æstimationem militibus quæ eis visa fuerat, persoluit, & captiuos recepit: deinde alimentis eos abundè refectos, viatico etiam prosecutus, ad regem suum misit. Id episcopi factum, plurimùm persarum regem ad consternationem adegit: quòd Romanis vtrunque hoc studio esset, vt simul & bello & benefactis egregiè vincerent. Dicitur verò, Persam etiam desiderium cæpisse viri eius videndi, vt eius & conspectu frueretur, & colloquio dignaretur. Idque sic imperatoris Theodosij iussu factum esse, fama obtinet. Victoriam hanc tantam postquam Deus concessit, quicunque eo tempore eruditione pollebãt, libros in laudem Imperatoris publicè conscripserunt, eique obtulerunt: alij quidem, vt eloquentiæ vim quam longo collegissent tempore, ostenderẽt: alij autem, vt se in noticiam illius insinuarent: atque alij ité causam aliam prætendentes, Eadem porrò illi virtutis ornamenta testimoniis suis Imperatori tribuerunt, quæ & nos de eo suprà commemorauimus, ex plurimis pauca saltem breuiter perstringentes. Non solùm autem hoc, qui in arte dicendi studium posuerant fecere: sed & ipsa Augusta imperatoris coniunx, heroico versu poëmata marito & principi suo composuit. Etãt enim præclara admodum, & docta. Quandoquidem verò eius memini, in tempore hoc loco me expositurũ puto, quæ ea, & vnde fuerit: & quomodo præ aliis quæ in communionem connubij imperatoris Theodosij veniret, delecta sit. Res sic habet.

Acacius Amidenus episc. donariis ecclesiæ conflatis hostium, Persarum videlicet, captiuos redimit.

Facinus id rex Persarum vehementer est admiratus.

Multi à multis de victoria persica & imperatoris virtutibus compositi libri.

Eudocia imperatrix Theodosij quoque laudes heroicis versibus scripsit.

* *Si necessitas fuerit in redemptione captiuorum, tũc & venditionem sacratissimorum atque arcanorum vasorum vel vestium, cæterorúmque donariorum, quæ ad diuinam religionem necessaria sunt, & hypothecam & pignerationes fieri concedimus. Quoniam non absurdũ est, animas hominum quibuscunque vasis vel vestimentis præferri. L. Sancimus. C. de sacrosanct. eccles.*

De Acacio Amidensi episcopo, vt is ex sacris ecclesiæ vasis numis factis, Persarum captiuos redimens, donum eis remiserit: quæ res magnæ Persis fuit admirationi.

Cap. 22.

De Eudocia Augusta, quæ Athenais est dicta, qualis ea & vnde fuerit, & quomodo matrimonio Theodosio imperatori sit coniuncta: & vt venerit se religionis ergo Hierosolyma profecturam, & de ore magnitudinis admirandæ, aliísque quæ ei accidere rebus.

Cap. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PVlcheria Augusta quòd * honestatis studio- E sa esset, quum imperatoriam ad ætatem maturam peruenisset, vt ei coniugem matrimonio iungeret, deliberauit. Et generis cuiusque & familiæ puellas, eas etiam quæ ex gentibus forma, diuitiis, & aliis dotibus præclaræ essent, dispexit. Atque hoc quum illa sic ageret, per commodè accidit, vt mulier quædam, cui nomen Athenais erat, adhuc virgo, ex Athenarum vrbe ad Augustam veniret. Ea Leontij philosophi filia, & quidem ingentio sissima, omni genere non solum Græcarum, sed etiam Latinarum disciplinarum à patre erudita, tantùm in philosophia effectrice simul & cõtemplatrice, atque ea quoque quę circa dicendi artem, probationésque & confutationes versatur, quantum alius nemo, profecit. In Astronomia etiam, Geometria, & numerorum proportionibus, plus quàm alius ætate sua quisquam, est assecuta. Hanc vbi pater F ita educauit atque instituit, moriturus ille, filios suos Valerium & Aetium bonorum suorũ hæredes reliquit, filiam autem exhæredauit: Fortunam ei & quam ex doctrina consecuta esset, gratiam sufficere dicens. Quum verò ei res esset peranguſta; ad Pulcheriam Augustam de fratrum iniuria conquerens accessit. Illa prudentiam, venustatem & miram in rebus (vt ita dicã) omnibus dexteritatem puellæ quum cognouisset, fratri eam connubio coniungẽdi consilium cepit. Atque vbi ei vt Christianorum sacra coleret persuasit, accito Attico episcopo, ad diuinum baptismum eam in eo quod diximus Stephani protomartyris templo adhibuit: & per eum ipsum baptismum, aliósque item plures modos, in filiæ locum sibi arrogatam, vxorem fratri dedit, pro Athenaide Eudociam cognominatam a. Hæc Theodosio Eudoxiam filiam genuit, quæ Valentiniano Placidiæ filio, Romæ rerum summam obtinenti, & propter affinitatẽ nuptiarum Thessalonicæ, quò ex Occidente venerat, agenti, in matrimonium est collocata. Atque ea Valentiniano filias duas, Placidiã & Eudociam, progenuit. Verùm Eudocia Theodosij comitis, quum desiderio coniugij Eudoxiæ filiæ videndæ teneretur, voto seipsam obligauit, vbi nuptiæ filiæ confectę essent, se Hierosolyma aduituram, vt simul & loca sancta veneraretur, & debitas Seruatori, ob innumerabilia ab eo accepta dona, ageret gratias. Ad quas causas † præclaræ etiam illa ouis occasio accessit, quam ouem, vtpote ingentem & admirandam, festo † luminum die à Phrygisco quodam adductam, quum illi eam ob rem imperator centum numos præbuisset, imperatrici Eudociæ dono dedit: eámque alia deinde simplici animo (* perliberalis enim erat magistro Paulino, qui principi apprimè charus, domi ex podagra decumbebat, misit. Paulinus autem, quod de one factum fuerat, ignorãs, ea perinde atque miraculo quopiam imperatorem muneratus est. Qui postquã eam cognouit, comugem explorando, de ea, an illa ipsa esset, † salutem suam verbis prærendẽs, percontatus est Eudocia verò, quod imperatoris consilium explorandique voluntatem non intelligeret, cum esse negasset, domi suæ illam suauiter pasci dixit. Qua re quum in grauem suspicionem apud imperatorem incidisset, Paulinus quidem statim in Cappadociam relegatus, capitali supplicio est affectus. Ipsa autem ea de causa immenso correpta dolore, vorum Deo nuncupatum solmit, & illico Hierosolyma concessit. Dispositione diuina id profectò factum, vt ibi quicquid esset bonum atque vtile, perficeret. Quid nanque opus est admiratione digna dicere opera, quæ eo loco in sacris templis, monachorũmque domicilijs, atque apud sacerdotes & pauperes, de quibus paulo post referam peregit? Vnum illud in præsentia memoria dignum de ea & Pulcheria recensebo. Quòd nanque natura apertus & simplex Theodosius esset, & omnibus benignè facere cuperet, sæpe etiam literis, quibus minimè oportuit, sententia earum non perspecta, subscripsit. Quæ verò ei diuinitus quasi fidelis custos data erat, in rebus omnibus magnifica moderata, & sapiens Pulcheria Augusta, id ipsum quoque, morem absurdum coarguens, correxit. Syngrapham enim inter eũ & seipsam venditæ coniugis eius raptim compositam ei proposuit, eámque ille scripturę vim nesciens, confestim manus suæ annotatione cõfirmauit. Postridie eius diei imperator cõiugem ad se vocauit, quam Pulcheria se ei redditurã, plurimum negauit: emptionis libellũ, vt testem qui accusari aut reiici non posset, prætendens. Tanta illa prudentia atque festiuitate fuit. Atque illa negligentiam eius arte quadã arguens, moderatione mira improuidam literarum subscriptionem sic in eo emendauit. De his hactenus.

Philoxa-nos.

Athenais Leonty Athenien. philosophi filia doctissima.

Eiusdem fratres.

Athenais à patre exhæredata.

De exhæredatione ea apud Pulcheriam quæritur.

Athenaidem in baptismo per spirituale arrogationem, siue comaternitatem filiã sibi Pulcheria adoptat.

Athenais eu docia cognominata, Theodosio matrimonio iuncta.

Eudocia ex voto Hierosolymitana reli gionis gratia profecta.

a Theodosij & Eudoxiæ filia, Eudoxiæ, Valentiniani tertij cõiunx. Filiæ huius, Placidia & Eudoxia.

† στερφανικιλλ. † τῶ φάτναν ἑορτῶ. * φίλοπεμος ἐκθυσ. † τὸν σῶτηρ ἐαν σωτηρ. ἐα προσβλαβδος. *Paulini cadet Quẽ mira magnitudinis Theodosius*

De Attici patriarchæ episcopali administratione. Et quod is urbanus admodum & facetus, necnon in imponendis rerum nominibus acutus fuerit. Cap. 24.

ATticus autem episcopus Constantinopolitanus, vt ecclesia incrementa sua caperet, mirificè operam dedit. Summa enim prudentia eam administrans, continua doctrina populum ad studium virtutis excitauit. Et ad misericordiã atque largitionem tam procliuis fuit, vt non modò eis qui in parœciis eius erant, egenis prouidendum duceret, sed etiam vicinis Constantinopoli ecclesiis pecuniam multam, ad pauperũ consolationem mitteret. Porrò ex vna eius epistola, quam ad Calliopium Nicænum presbyterum dedit, missis simul trecentis aureis, qualis ea re vir fuerit, satis patebit. Ea sic habet. Calliopio presbytero Atticus in Domino salutẽ. Decies mille in vrbe vestra egenos piorum commiseratione indigere cognoui. Decies mille dũ dico, multitudinem ipsam, non certum pauperum numerum ostendo. Quandoquidem verò certum pecunię numerum ei acceptum fero, qui petliberali manu ritè eam dispensantibus donar, & nonnulli indigent, explorãdorum eorum gratia, qui habent quidem, sed illis non dant, acceptis à me, ô charum mihi caput, trecentis aureis istis, vt voles eos expende. Voles autem eis maximè, qui mendicare erubescunt: nõ illis, † qui in vita ventrem ad nundinationem proponunt. Quum igitur pecuniam largiẽris, religionis hac in parte rationem non habebis: hoc vnum spectans, vt indigentes alas: neque eos preferas qui moribus nostris viuunt. Pauperũ sanè etiam

Eudocia donat.

Eudocia eam Paulino magistro dono mittit.

Paulinus ea Theodosium muneratur.

Eudocia apud imperatorem aliã eam auẽ esse perhibet, & in suspicionem venit.

Eudocia hieros olyma profecta. Theodosius quibus suis literis facile subscribere solitus.

Errorem eum mirificè in eo pulcheria exercuit.

Atticus Constant. episc. in alienos etiam per eleemosynã liberalis.

scriptum Attici ad Calliopiũ Nicænum presbyterum, cui in vsum pauperũ 300. mittit aureos

Quare Deus nonnulles egere patiatur.

Quibus sit danda eleemosyna.

etiam qui longius abessent, ita curam Atticus A gessit. Verùm ille quoque vt quorundam superstitionem minueret, magnopere curauit. Et cum audisset Sabbatium illum, qui propter Paschæ diem Iudaico more celebrandum à Nouatianorum ecclesia secesserat, & gregem sibi suum coegerat, Rhodi, vbi exulare iussus fuerat, vitam finiisse: populares que factionis eius, corpore illius inde translato, circa sepulchrum eius precationes peragere, & veluti viro sancto reuerẽtiam cultumque præstare: noctu hominibus certis missis, cadauer Sabbatij sepeliri in loco alio curauit. Portò sectatores illius vbi tumulũ violatum repererunt, cæremonias superstitionémque suam ad sepulchrum eius posthabuerũt. Et quoniam in nominum inuentione, aptè illis rebus ipsis imponendis, elegans & felix fuit, nauale quod ad angustias Euxini ponti non longè à transitu situm, veteres παρμακία, id est venefi- B cum appellarunt, quòd ipse ibi conuẽtus cogeret, ne locus is infamem obtineret appellationẽ, nomine mutato Ἡρακλείαν, hoc est curam, seu culturam vocauit. Ea suburbiis etiam Constantinopolis aliud, Argyropolim, per mutationem nominis ob causam eiusmodi appellauit. Chrysopolis antiqua nauium statio est, contra Byzãtium, in Bospori initio posita. Multi eius antiquorum historicorum meminere: sicuti Strabo Geographus, Nicolaus Damascenus: & qui Cyri historiam optimè conscripsit, vi eloquentiæ magnus, & historico stylo admirandus Xenophon, in sexto Cyri expeditionis: sed & in primo Hellanicorum, seu Græcę historię libro, vbi de ea hæc quoque memorat, quòd Alcibiades ille muro Chrysopoli munita, * decimarum ac- C cipiendarum sedem ibi constituerit. Quicunque enim mercatores ex Ponto præternauigarent, decimas eo loco mercium præbuerunt. Atticus igitur locum eregione Chrysopoli, commodè cum non mediocri amœnitate situm cernens, Argyropolim eũ nominari oportere dixit: quod verbum regioni statim cognomen indidit. Quibusdam dicentibus, incommodũ esse, quòd Nouatiani intra vrbem Constantinopolim conuẽtus agerent: Ignorare videmini, inquit, quæ sub Constantio & Valente perpessi sumus. Præterea verò testes isti nobis sunt fidei veraces. Quum enim iamdudum ab Ecclesia vniuersali secessissent, nihil illi aliud de fide quàm pœnitentiã nouarunt. Et quum Nicææ aliquando esset, conserendi ibi episcopi gratia, Asclepiadem Nouatianorum ecclesiæ antistitem, senem admodum D conspicatus, quotnam annis episcopatum gessisset, interrogauit. Atque vbi ille quinquaginta dixisset, sermonem excipiens Atticus. Beatus, inquit, es ô pater, qui tam longo tempore bonum opus curaris. Apud eundem Asclepiadem illud quoque intulit: Ego, inquiens, Nouatum quidẽ valde laudo: qui verò ab eo prouenere, eos minimè recipiendo exesse duco. Vocem hanc vt nouam, postquam ille audiit: Quomodo, ait, hoc dicis episcope? Properea, Atticus inquit, illum probo, quòd ad communionem eos qui diis sacrificauerant, non admiserit: id nanque & ipse, si affuissem, fecissem. Nouatianos autem auersor, quòd exiguarum rerum gratia homines à communione excludunt. Ad quæ verba Asclepia-

Atticus superstitiones etiã eradicatas præcidit.

corpus Sabbatij, ad cuius sepulchrum Sabbatiani sacra peragebant, alibi clã sepeliri curauit.

Atticus rectè rebus apta nomina imposuit Chrysopolis. Nauale Constantinopolit. Pro venefico, curationem vocauit.

Epist. administrare bonum opus est. Quatenus Atticus Nouatianos laudarit, Nouatianos autem non item.

Decretum ad mortem.

Quo Nouatiani à catholicis dissidẽt

Tempus mortis suæ præuidit Atticus.

De Alexandro Antiochiæ episcopo vt primus ipse memoriam & nomen diui Chrysostomi in sacros codicillos retulerit, atque Atticũ, itemque alios idẽ facere curauerit, & Ioannis studiosos tranquillitati & paci restituerit: id quod Cyrillus facere detrectauit. Caput 25.

NOuum autem, & admirandum quiddam, quod prius perfecit, quàm defunctus est, ita vt reprehensionem eam qua expetitus est, quòd Ioannis sectatores malè acceperit, à se amolitus, aliis obuelauerit bonis, exponam. Antiochiæ Porphyrius, cuius suprà meminimus, decessit: & sedem ecclesiæ Alexander sortitus est, congruentem episcopatui agens vitam. Monasticis enim antea studiis exercitatus, fortis admodum decertator extitit, consona vitæ facta exhibens, pietatis sanctionisque philosophiæ meditatione, diuitiarum contemptu, eloquẽtia, & mulcis aliis donis atque ornamentis mirificè abundans. Alexander iste eos qui propter Eustathium suos sibi celebrabant conuentus, cohortatione & persuasione tandem reliquo ecclesiæ coetui persuasit, quod Paulinus, & post illũ Euagrius, impedierant) coniunxit, cõuentumque ecclesiarum per vnionem tantum coegit, quantum nũquam aliquis vidit. Eis enim qui idẽ sentiebant, & ex clero & ex populo ipso assumptis, ad illorum venit conuentum atque illis etiam inde, ita vti psalmis atque hymnis Deum laudabant, receptis, cantilenam eandem vno ore concinnè canente, ab ea quæ ad Occidentem versa est porta, vsque ad templum maximum, totum quod in medio est forum, hominum multitudine compleuit: veluti spiritualem quendam amnem instituens, re nulla ad similitudinem, ab eo qui vrbem præterfluit flumine differentem. Quod vbi Iudæi & qui adhuc pauci reliqui erant Græcæ superstitionis sectatores, & Ariani ipsi, fieri fluuiosque vndecunque promanantes in catholicæ Ecclesiæ pelagus inferri viderunt, vehementer ingemuerunt, atque lamentati sunt. Alexander itaque & vita & doctrina optimus, ardore ingenti Ioannis causam fouens, primus illius nomen in ecclesiasticum retulit album: atque ad imperatorem omnesque vbique episcopos, vt idem & ipsi facerent, & ea re pacem certam & constantem ecclesiæ conciliarent, scripsit. Cæterùm quum Atticus quoque episcopus propter Ioannitas ecclesiam esse scissam videret, de Principum sententia ipse quoque mentionem illius fieri in precationi-

Alexander optimus Antiochenæ eccle sie antistes.

Eustathianos ecclesiæ catholicæ conciliauit.

Frequentissimus ecclesiæ conuentus.

Cõiunctio tam Iudæis, Græcis & Arianis dolorẽ grauẽ attulit.

Alexander primus Chrysostomi nomẽ sacris inscripsit, qui codicillis.

Atticus tridẽ Ioannitas ecclesiæ suæ annumerat, & te obitum adea iunxit.

Episcoporum defunctorum in precibus mentio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alij quoque episcopi memoriam Ioannis receperunt. † καθάπερ ἐπὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγενημένων ἱερέων τῆς αὐτῆς πόλεως τὸν βίον.

bus iussit, † quemadmodum id & in aliis episcopis qui vita excessissent, fieri solitum erat. Atque ex eo tempore pax exstitit, donec postea quoque reliquiæ eius vrbi imperanti illatæ sunt. Atticus inuidiam in quam propter diuinum Ioannem deciderat, hoc modo magnificè aboleuit. Nec ille modò id fecit: sed alijs quoque Ioannis memoriam precibus inserere recusantibus, & Cyrillo maximè Alexandriæ præsuli, qui hostiliter Ioannem oderat, quòd ille à Theophilo patruo suo dissensisset, persuasit. Sed non intempestiuum fuerit, historiæ huic epistolas eorum, certioris fidei gratia, annectere: quæ de verbo ad verbum sunt tales.

Epistola Attici patriarchæ imperatiui vrbis, ad sanctum Cyrillum Alexandrinum, in qua eum ille cohortatur, vt nomen beatæ Ioannis sacro albo inscribat.

cap. 26.

charitas & vtilitas publica de seueritate constitutionum semper aliquid remittit. *Ἐπιστολὴ Ἀττικου πρὸς Κύριλλον περὶ τοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἐγγράφειν τὸν μακάριον Ἰωάννην.*

ATticus Cyrillo * felicitatem. Incidimus eò, quòd non putaueramus: & acquiescimus necessitate in eo quod minus ex sententia nostra processit, vtilitatem iustitiæ præponentes. Et cognitionibus nostris ad populi cõcordiam inclinati, canonibus quidè patrum detrimentũ nullum afferimus: exactæ autem verborum obseruationi, vniuersi orbis pacem præferimus. Non ignoro equidem & beatum Paulum, cum * ecclesiasticas ederet constitutiones, sapienter occasionibus prouida dispensatione vtum esse. Scio etiam, qui in sanctorum numero censentur, patrem tuum apostolicum Theophilum, in coniuratione & turba à Græcę superstitionis studiosis excitata, exactam ad breue tempus obseruationem paci posthabuisse. Maximè enim quęque vrbes pelago fluctibus exagitato persimiles, ex sententia ciuium, non tam summa legum & constitutionum obseruatione, quàm † expeditissimis consiliis atque iudicijs, ad pacem & concordiam facientibus, regi atque administrari solent. Qua verò de causa literas hasce scribã, accipe. Nouit sanctitas tua, ac potius illis ipsis oculis, quibus qui in sanctis est, pater noster Theophilus, conspexit, qualis & quam ingens turba, † magnam hanc inuaserit vrbem: atque vt in ea sanctior fides & pietas, ne funditus cruerentur, periclitata sit adeò etiam, vt populus maiore ex parte per factionem scissus, extra muros conuentus egerint: & plerique sacerdotes & collegæ nostri episcopi, à mutua communione desciscentes, bonam plantationem Domini Iesu Christi, parum abest quin euulserint, pacis cõmoditate scilicet aliquantulum distracta. Sed enim multo sanè labore, multo sudore, & periculis multis desperationis plenis, plurima & maxima quæque communium patrum nostrorum atque etiam pietatis tuæ precibus & conspiratione sopita sunt mala. Et turba quidem illa cõquieuit, concordi a verò & serena tranquillitas in orbis vniuersi ecclesijs obtinet. Cùm verò nonnulli nomen tantum beati Ioannis mysticis tabulis inscribi vellent, beatus episcopus Alexander, Antiochenum istum dico, Constantinopolim venit, & multa * orę considenti verba fecit, vehementerque excitare populum voluit, vt vel nobis inuitis, necessariò eius quem dixi-

Alexander Antiochenus epis. constantinopoli hortatur fuit vt Ioannis nomen in sacros tabulas referatur. *ἐκκλησιάσαι.*

mus, nomen ita inscriberetur. Quam rem accuratè prorsus pietati tuæ, ministri Dei religiosissimi diaconi, Petrus & Aedesius exposuerunt. Præteriit tempus longum, & nos * necessitate ea quæ à populari rerũ administratione prouenit, premi incipiebamus, neque tamen quidquã scismatis & dissidij reliquias curabamus: cũ ad nos ex Oriente Dei amantiss. episcopus Acacius literas dedit, religiosissimum antistitẽ Antiochiæ Theodotum à populo, vt nomen Ioannis in fastos referret, coactum esse, vt veniam rei ei quam necessitate ille adductus fecisset, daremus, petens. Et tum bonus ille qui literas ad nos pertulit presbyter, causam aduentus sui indicans, rẽ hanc in vulgus magnæ vrbis propalauit. & sententiam datæ ad nos epistolæ populo vulgauit, adeò vt parum abfuerit, quin tumultu plebis vniuersæ vrbs repleta sit. Ibi verò ego, ibi demum perturbatus, & de rebus maximis diserimẽ summum veritus, piissimum Imperatorem adij. & cũ eo de pace & tranquillo rerum statu egi. Atque ille, nihil esse periculi aut incommodi respõdit, si defuncti viri nomen, tranquillitatis, pacis & populi concordiæ gratia inscriberetur. Itaque ego ea re persuasus (quomodo enim necessitate præuentus id non facerem?) † ne religionis nostræ res, ex multitudinis arbitrio, exemplo vno permisso, penderent, néve vrbem ipsam populari administrationi affuefaceremus, nomẽ id in album referri iussi. Quare, vt equidem puto, neque in sacros canones commisi, neque iudicio patrum fraudem feci. Mentio nanque eius hi cũ defunctis non solùm episcopis, sed & presbyteris, diaconis & laicis ipsis, mulieribúsque, cum quibus omnibus nobis sacerdotij communio, aut earum rerũ quæ in sacra mensa mystice percipiuntur, * participatio nõ est. Magna enim est inter defunctos & superstites differentia: ita vt etiam libri, propter differẽtem eorum quorum memoria conseruatur statum, discreti sint. Nihil enim Dauidi obfuit honorifica Sauli sepultura, neque apostolis Arij impietatis sectator Eudoxius, sub eadem sanctiore sacrificij ara positus: neque Paulinus & Euagrius ecclesiæ, qui schismatis & dissidij duces in ecclesia Antiochena fuere, quòd post obitum, non paucis hinc ab annis, propter populi pacem & concordiam mysticis tabulis sunt inscripti. Quam ob causam ipse quoque Ægypti ecclesijs, ecclesiarum orbis totius pacificandarum gratia, vt mortui illius nomen inscribant, præcipe. Ita enim cùm patrum canones non transgrediore, tum ecclesiarum simul omnium concordiam plurimi facies. Te verò ea nobis, quæ conuenit, relecturum esse, ad communem consensum & & fraternitatem respicientem, persuasum habeo. Fraternitatem, quæ tecum est, omnem ego, quique mecum sunt, saluere iubeo. Ad Cyrillum Atticus hæc scripsit. Rem autem istam magis etiam vrgens, aliam quoque epistolam ad Petrum & Acdesium diaconos eius, hisce verbis dedit. Ad Dei amantissimum episcopum, fratrem nostrum Cyrillum. ita vt decuit, per epistolam scripsimus, ea quæ nomine Ioannis in ecclesiasticas tabulas relato, acta sunt. Nihilo verò minus & ad pietatem vestrã scribimus, quæ melius quàm alij res nostras nouit,

Petrus & Aedesius diacon. *ἀμέλειαν ὑποπτεύσωμεν τῶν ἐπὶ τῆς θρησκευτικῆς ἀνάγκης. Quibus tandẽ rebus adductus Atticus, Ioannis nomẽ in episcoporũ matricula sacra inscriberet.*

Theodotus episcopus Antiochenus, Imperator ipse inscriptionẽ nominis Ioannis in sacris tabulis probauit. * *Non cõuenit, vt populus de causis religionis quiddam constituat.* † *ὅτε μὲν γὰρ νεότης καὶ ἀκολασία τὸ πλῆθος μᾶλλον ἐπιδημοῦσα θρησκείαις ξενικαῖς τὴν πόλιν.* * *μεταδοσις. Non nulli esse eandẽ defunctis & superstitibus communionem. Atticus: argumenta præsenti, vt opinor, conferuens.*

scripturæ sacræ testimonia ad verum & Acdesij diaconos Constantinopolitanos. Reuocat ad se diaconos Atticus propter consuetudinis eorum suauitatem.

« nouit, ad pacem videlicet & tranquillitatem eas A
« euasisse, de sententia præcipuè piissimorum Prin-
« cipum. & omnium deinde Orientalium episco-
« porum, ipsorumque adeò Occidentalium quo-
« que de Ioannue sacris tabulis, non vt episcopo,
« sed qui aliquando episcopus fuerit, inferto, vt
« memoria eius, propter communem orbis vni-
« uersi pacem colcretur. Scribimus autem, ne cõ-
« cordia, vt ita dicam, vbique obtinente, lohs no-
« bis ei non altipulãribus, simul & piissimis Prin-
« cipibus aduersari videamur: & summè necessa-
« rijs rebus nostris, ventis aliquibus aduersis ob-
« ortis, & Ecclesiæ Christi noceamus. De his ha-
« ctenus. In magnum verò desiderium nos profec-
« tio vestra adduxit, quòd non eandem ex eorũ
« qui nunc nobiscum sunt, quam ex vestro conui-
« ctu percipiamus iucunditatem, adeò vt nouitate
« familiaritatis eorum, quæ à consuetudine vestra B
« multum differt, terè perturbemur. Quapropter
« rebus omnibus postpositis, operam date, vt de-
« inceps ad nos recurratis, propter morum, quod
« experti sumus, discrimen, apud nos vehemen-
« tiorem quàm antea reperturi charitatem. Lite-
« ris eiusmodi Cyrillus receptis, quàm maximopere rem
« eã auersatus est, sicuti ex literis eius satis liquet.
Nam quæ Attico rescripsit, sic habent.

Epistola contraria sancti cyrilli ad Atticum, nomen Ioannis admittere detrectantem.

Caput 27.

Cyrilli Alexandrini ad Atticum relationem qui Ioannem pro laico habebat, minimè probat, vt in episcoporum catalogo recenseatur, & canones ecclesiasticos seruandos esse censet. *sacerdotalis dignitas verè tunc est, qui ad eam sunt vocati.* *μὴ μαγικὸν τὸ ἀξίωμα.* *Differentiæ sunt.* *ἐπὶ τοῦ ἁγίου καὶ θείου τῶν ἱερέων διπτύχου.*

LEctis quæ à pietate tua ad me missæ sunt, literis, Ioannis nomen sacris inscriptum esse tabulis intellexi. Vbi verò eos qui inde ad nos venere, interrogam, non in laicorum, sed episcoporum catalogo ascriptum esse audiui. Porrò dispicienti mihi, atque in animo reputanti, an qui hoc fecere, Nicænorum patrum decreta sequantur, & aliquantulum mentis luminibus in magnam illam synodum intendenti, vniuersum sanctorum illorum patrum collegium, quibusdam veluti oculis renuere, & viribus omnibus, quo minus ad rem eam comprobandam accurram, obsistere videntur. Quomodo nanque inter sacerdotes Dei censebitur, illorúmve ferret sortem, cui sacerdotalis dignitas abrogata est? Quomodo verò in catalogo sacrorum ministrorum erit, qui ecclesiasticis mœnibus eiectus est? Aut enim professione nostra indignum est, vt sacerdotij nomen nihil esse, & rem ipsam communem omnibus esse, quæ tamen eis solis qui ad eam vocati sunt, asseruata est dicamus: aut si magnum quiddam est, quod sacerdotalem sunctionem à populi multitudine dirimit, † nõ miscenda quæ misceri non possunt, sed eorum quę diximus quoduis in ordine suo conseruandum, & honore debito cohonestandum nobis erit. Quomodo igitur aut inter episcopos laicus: aut inter germanos & legitimos, qui talis non sit, consistet? Honora, te hortor, eos qui magnarij & splendidarum recteque actarum rerum tulere testimonium, ne contumelia sanctum patrum chorum afficias. Considera eos qui superstites adhuc in vita manent, quomodo rem hanc acceperint. An non illi dolore se omni repletos esse rectè dicant, si in eundem cum eis ordinem, is cui dignitas adempta est referatur? Verùm id D nunquam apud nos autem tot sunt ecclesiæ, quæ de Ioãne decreta obtinere debere cõtendunt. Quibus igitur suffragari æquum est? quinam vt lætentur, Deo placitum est? Illine qui Ioãni patrocinantur, quum tanta designauerit: an qui pœnã homini irrogarũt ei, qui quum alios dolore afficeret, pro nihilo duxit? Quod si cõcordiam ecclesiarum conseruare, minimè contemnendum videtur solue id rogo, quod eam scindit, Mitte gladium in vaginam tuam. Iube ex episcoporũ nomenclatura Ioannis nomen eximi. Nã si parui id facimus, & dicimus, *non* affert dolorẽ apostolorum choro Iudas proditor, in eodem cũ illis ordine census: Iudæ autem nomine in eorum numerũ relato, quo deinde loco Matthias nobis ponetur? Quũ igitur nemo Matthias electo apo-

modo facilius omnibus omnia. *Augustinica ea dicitur.* *præcipua episcoporũ cura.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

suadet nomē Ioānis in alio episc. inducēdum esse.

stolorum choro Iudam ascripserit, maneat & E
« seruetur, horror, post celebris memoriæ Necta-
« rium, secundus laudatissimi Arsacij gradus, ne
« quid per vim perperam & illegitimè inuectum,
« memoriam beati viri explodat. Sed pauci fortas-
« se hoc æquè ferunt, (permitte autem mihi vt li-
« berè quæ volo dicam): Omnes equidem saluos
« fieri optem. Si quis verò imperitia sua ab Eccle-
« sia secedit, & illius constitutionibus refragatur,
« quæ eiusmodi hominis est iactura? An non ipse
« quoque Seruator nos, idipsum docens, & for-
« mam in omnibus proponens conducibilia qui-
« dem ad eos qui ad eum accesserunt locutus est,
« inobedientes autem & renuentes discedere per-
« misit? Atque tantù abest vt aliquam talium ho-
« minum rationem habuerit, vt etiam ad ipsos di-
« xerit discipulos: An & vos abire vultis? Obse-
« quentibus sanè multam nos impendere curam
« æquum est. Aduersarius autem & inobediens, F
« maleuolentiam ipse suam accusat, medicinam
« odio habens. Audiet ille verò iustum iudicem,
« dicentem: Quandoquidem loquutus sum & nō
« obediuistis: & extendi sermones, & animum nō
« aduertistis: & quæ sequuntur. Nos quidem, qui
« docemus, quibusnam rebus aliquis laudem sibi
« apud Deum paret, studiosè admodum id facere
« atque instituere decet, atque cum Paulo resistē-
« tibus dicere, Obsecramus per Christum recon-
« ciliamini Deo. Inobedientes verò potestati Dei
« commendare, illud viurpantes: Medicati sumus
« Babyloni, sed sanata non est: relinquamus eam,
« quoniam peruenit in cœlum iudicium eius. Cō-
« sequens igitur non est, propter aduersos quo-
« rundam sermones, siquidē prorsus aliqui sunt,
« funditùs sanctiones ecclesiasticas conuelli, vt
laicus sacerdotali dignitate enitentibus acceu- G
Quæpax Ecclesiastica probanda. seatur, & honorem eundem consequatur. Neq;
enim hoc communem orbis vniuersi pacem,
« sed concisionem potius quidam vocent. Ego
« quidem tum demum obtinere debere & nomen
« & rem ipsam pacis censeo, cum sanctorum sen-
« tentiis non aduersemur, neque illorum decretis
« repugnemus. Quòd si enim beatus Alexander,
** θεοφόσιος.* « confidentis prorsus oris vir, iuxta pietatis ruæ
Contrà Alexandrii Antiochenum episcopum. verba, aliquos ex religiosissimis fratribus & col-
legis nostris Orientalibus episcopis inani dic-
« torum fuco decepit, & ad huius rei compro-
« bationem raptos pertraxit: non propterea mor-
« bus hic prorsus obtinere, & animas omnū de-
« pascere, sed potius veluti quædam lippitudo, ec-
« clesiæ oculum infestans, à vobis repurgari de-
« bet. Vtilla rursum directè ad patrum decreta H
« respiciens, meritò à Christo audiat: Oculi tui
« columbarum. Accepi & ego à Dei amantissimo,
« qui ad extremam feliciter peruenit senectutem,
« Acacio liceas, in quibus religiosissimum Antio
« chiæ antistitem, vi coactum à quibusdam esse. vt
« Ioannis memoriam celebrarer, asseuerat. atque
« illud præterea apertè commemorat, valde eū vi-
« rum ea in re dolore affectū fuisse, viámque qua
« a tam præfracta audacia liberaretur quæreretur: &
« literas hac de causa à nobis & pierate tua, ne si-
« mul cum quibusdam in eundem errorem duce-
« retur, neve eiusce modi consilia agitantibus ce-
« deret, impetrare voluisse. At nos, qui ad curā &
« medicinam faciendam vocati sumus, (da enim
« hoc mihi, vt pro animi mei dolore, liberè dicere
possim) ne accessio vulnerum fiamus, sed potius
opinionem eam, qua temeritatē aliorum secuti
esse videri possimus, fugiamus. Demiror verò *Videt abunde*
hoc quoque, si Alexander, quem diximus, ad di- *partem quan-*
cendum promptus & copiosus, & qui non par- *dam epistolæ*
uo tempore vobiscū isthic versatus sit, aliquos *Attici de A-*
ad hanc rem suasione sua adducere non potuis- *lexandro.*
se visus est, quàm tabellarius vnus efficere tantū,
sicuti rumoribus fertur, potuit, vt populum cō-
mouerit, causámque tempore longiore sopitam
denuò excitarit. Quod omnino est incredibile.
Verùm sit hoc quoque, & ita factum esse credā-
tur. Sed noui pietatem tuam * præclaram in elo- ** ἀριστευ-*
quentia esse. Docebit ea prorsus quæ opus est, *σαν εὐλογως*
homines ad tumultum excitatos. Vberem habes
sacrarum doctrinarum gratiā. Persuadebis, scio
piissimis etiam Principibus, vt more suo in ca-
nonum decretis acquiescant. Quòd enim veræ
pietatis studiosi & Christi amantes sunt, consti-
tutionibus suis ecclesias administrari permittēt,
paternæque virtutis æmulatores maiorum ex-
empla imitabūtur. Ne igitur Iechonias reiectus
cum Dauide & *Samuele prophetis censeatur: ** Fortè legen-*
neque si quibusdam iniquè placitum est, vt Eu- *dū Salomone.*
doxij reliquias eo quo scripsistis reponerent lo-
co, propterea nos quoque prophanum vt sacrū
in album referamus. Oportuit nanque à nobis
res illius corrigi, non illum nobis præscribere, &
quæ post eum acta sunt constituere. Atque hæc
dicimus, non quòd iacenti & mortuo illi insul-
temus: non enim hoc de Deus: neque quòd a-
lienis, sicuti scriptum est, lætemur malis: non e-
nim hoc Christianorum est consilium & institu-
tum: sed id quod homini condolemus, ad vtilita
tem Ecclesiæ conferimus, canonibus illius nihil
Præstabilius esse ducētes. Si namque illos sartos
tectos conseruate, atque exautoratum inter epi-
scopos cēsere liceret, rectè profectò, qui id quo
minus fieret impedirent, feri atque immites di-
cerentur. Quandoquidem verò altero obtinen-
te, alterum consistere non posse necesse sit sanc-
tiones Ecclesiæ vincant: & ex sacro catalogo,
qui sacrorum minister non est, moneatur. Hoc
enim ecclesias ad pacem seruandam coniungit,
hoc animorum consensum omnem perficit. Ita-
que illud nobis dato, vt purè nos conuentus a-
gere, & cōmunicare cum pierate tua possimus,
atque tu vnius, eiúsque defuncti, amorem, post
eorum qui adhuc viuunt dilectionem, ac potius
post Ecclesiæ sanctiones, habeas.

Vt diuus Cyrillus per visionem diuinam nomen Ioannis susceperit conceptumque antea odium, Deigenitricis intercessione, ei remiserit.
Caput 28.

HÆc quidem Cyrillus de sacro Chrysosto- *Cyrillus poste-*
mo & scripsit & sensit, præsumpto opinio- *a errore: suis*
ni inseruiens, quam dudum patruum suum *de Ioanne ce-*
Theophilum sequutus conceperat. Quoni- *rexit.*
am verò dissidium hoc quidem ex emulatio-
ne, quamuis non secundum scientiam, non
autem ex inuidia, neque diabolica contentione
manauit, non oportere virum & doctrina &
virtute præstantem, hac vna in re claudicare,
quo minus ad summam perfectionem peruenī-
ret, Deo visum est. Homines enim illi erant,
& humanis

& humanis affectionibus obnoxij. Quapropter A
aliquanto post Cyrillus cum magno illo viro, *Eleemosyna*
etiam post eius mortem, in gratiam rediit. erro- *in viros eccle-*
remque suum quum multis alijs concitantibus *siasticis Chri-*
tum maximè Isidoro Pelusiota nunc reprehen- *stiana populo*
sione nunc admonitione eum cohortante, diui- *gratissima si-*
na etiam & arcaniore quadam reuelatione acce- *bi fuisse Atticū*
dente, correxit. Videre namque visus est, seip- *successor.*
sum sacris ædibus expulsum esse à Ioanne, co- *Philippus si-*
mitatu & diuino, qui circa eum erat, satellitio *dites Sisinio e-*
maximè freto: & matrem Domini pro ipso de- *lectioni repre-*
precantem, atque cùm multa etiam alia, tum il- *hendit.*
lud præcipuè quod pro ipsius gloria plurimum
ille decertarit, sicuti dicetur, referentem, vt in sa-
cra templa reciperetur, orare. Hanc visionem
quum diuus Cyrillus cogitabundus in animo
secum volueret, se ipsum quòd in sanctum vi-
rum inuectus esset, damnauit: & deinde ipse
quoque re cognita, ecclesiæ Chrysostomi addi-
ctus, virum eum admiratus est, valdéque eum, B
Cyrillus Ioan- quòd contra illum imprudens prorsus irritatus
nis nomen in fuerit, pœnituit. Proinde diuersum omnino à
sacrum cata- priore consilio faciens synodum prouincialem
logum episc. coegit, & Ioannis nomen simul & ipse & reli-
reponit. qui magnarum sedium antistites, in sacro al-
Falsum est bo proposuerunt. Illi verò minus verè dicere
quòd cyrillus videntur, qui Cyrillum libros alios magni
libros Chrysos- patrix aboleuisse perhibent. Nam si qua scripta
stomi aliquos eius abolenda erant, hæc quæ adhuc extant,
abolerit. quod consilium † institutumque eius in eis ma-
Opera chrys. ximè expressum est, abolita oportuisset: nisi De-
diuina prouī- us vtilitatis hominum curam gerens, ea conser-
dentia conser- uasset. Hoc cum in arcana Nicetæ philosophi,
uata. qui & Dauid dictus est, historia, & apud alios
† τὸ σκοπεῖν item inuenerim, operi huic meo inserēdum esse
δικαίως τε καὶ quoque duxi: ne cui ambigere in mente veniat,
ἐκείνως. quomodo tanta luminaria, inimicitias mutuas
** Ἡσύχιος.* exercentia, ambo ad summam sanctitatem per-
Nicetas philo- uenerint, & Ecclesiæ ✠ columnæ exterint, ini-
sophus, qui i- micitiis huiusmodi nullum illorum gloriæ detri-
dem Dauid mentum afferentibus. De his hactenus.
dictus.

post Atticum ad sedem episcopalem Sisinius est euectus, Philippus Sidites ei postpositus. Qualis si Philippus fuerit. Vt Proclus Cyzicenorum episcopus lectus, ex tandem non receptus, priuatus ecclesiusque Constantinopoli egerit.
Cap. 29.

Attici mors. ATtico autem, quemadmodum diximus, de-
Electus episc. functo, ingens de legendo atque consecrā-
Constantinop. do episcopo contentio extitit: quòd vnusquis- D
Philippus, que prout alicui faueret, ei thronum committi
Proclus, Sisi- cupiebat. Proinde quibusdam Philippus presby
nius, presby- ter ad sacram sedem euehendus esse videbatur:
teri. nonnulli Proclum ei, Chrysostomi discipulum,
præferebant. Erat autem & is presbyter. Com-
muniter verò omnes Sisinium idoneum maxi-
mè censuerunt, Qui ipse quoque presbyteri di-
gnitate enitebat, non equidem Constantinopoli
** Ἐν τῷ Ὀλέᾳ* sed in suburbano eius vico, cui nomen est
suburbana Olea, qui ex aduerso urbi situs est: quo in loco
Constantino- urbs ipsa cum ciuibus omnibus festū diem Ser-
politi regio. uatori Christo, quo in cœlum assumptus ad pa-
trem reuertit, celebrat. Populo vniuerso charus
præcipuè Sisinius fuit, cùm propter virtutis cla-
ritatem, tum ob eximiam in pauperes, supra vi-

De maximarum episcopalium sedium præfectis, atque virtute atque doctrina præstantibus diuinis viris.
cap. 30.

SIsinius postquam in episcopatu nō duos in- *Sisinius epi-*
tegros exegit annos, decessit, castitate vitæ *scopus, minimè*
& pauperum cura, quemadmodum diximus, *mundanus.*
celebris. Moribus affabilis & simplex fuit, à

Universidad de Deusto
Biblioteca

negociis & rerum actionibus abhorrens, quam E
ob causam in eos qui curiosè ſe negocijs immiſcent, acerbior erat, apud quos contrà & ipſe non admodum decentem gloriam eſt conſecutus. Innocentio, optimo vrbis Romæ epiſcopo, Bonifacius ſucceſſit, atque hunc Zoſimus, Zoſimo rurſum admirandus Celeſtinus. Alexãdriæ verò, diuino Alexandro Theodotus in epiſcopatu ſurrogatus eſt, caſtitatis decus & ornamentum, morum vir mãſuetudine (ſi quis alius) & ipſe & præterea exacta viuendi ratione maximè ornatus. Hic ſodalitatē Apollinaris ſciſſam, reliquo orthodoxorum & rectè ſentientium gregi, precibus apud Deum interpoſitis, immiſcuit, vna eccleſia facta. Verùm ſic quoque multi in inſtituto ſuo permanſerunt, habem priſtinã veluti præclarum quiddam retinentes. Hieroſolymis Cyrillo diuinus Ioannes ſucceſſerat. Deinde autem poſt Nepotem, eccleſiæ ibi habenas ſibi commiſſas gubernauerat Praylius, re ipſa ſuo nomini reſpondens: quo mortuo, locum eius per ſucceſſionem Iuuenalis obtinuit. Eis ipſis annis eccleſiam Cyri quoque gubernauit ſapientia & doctrinis magnus Theodoritus, vir in Græcis iuxta & Chriſtianis diſciplinis præclarus, qui libros multos Eccleſiæ vtiles reliquit. Viguit tum etiam Theodorus ille Mopſueſtienſis eccleſiæ antiſtes, qui cùm eccleſiarum omnium doctor fuit, tum aduerſus hæreticorum phalanges fortiter, vt primarium virum decet, rem geſſit: quique cum Diodoro magno familiariter viuens, doctore eo vſus eſt: & ſodalis atque diſcipulus diui Ioannis, pariter cum eo Diodorum audiuit. Sex is & triginta annos contra Arianam factionem aperto Marte pugnauit, & aduerſus Apollinaris prædonum more ſtructas inſidias conſtanter decertauit: * hæreditarium autem Chriſti populum doctrinis optimis & præceptis fouit. Erat huic etiam frater Polychronius, qui optimè vixit, & itidem optimè docuit, vitæ ſcilicet ex æquo doctrina reſpondente. Apamenorum huic eccleſiæ paſtorale munus ſortitus eſt. Eccleſiæ verò Edeſſenæ diuinus ille præſuit Nonnus, qui primariam in vrbe Antiochena luxu perditam Mænadē, verborum perſuaſione adductã, & præter opinionem omnem Deo conſecratam, nympham & ſponſam puriſſimam illi repræſentauit, pro Margarita Pelagiam eam cognominans, in qua certè merito aliquis diuini iudicij pelagus admireretur. Viguit verò tũ maximè quoque in Aſcetica palæſtra præcipuus, & vita monaſtica illuſtris, magnus ille Euthymius, qui ſolitudinem in vrbis formam redegit. Et Simeon qui primus domicilium in columna habere inſtituit: inſuper Nilus, Aſcetes venerandus: Iſidorus Peluſius, & decantatus monachus Marcus, Ioannis magni diſcipuli. Proclus præterea ille admirandus, † quietam degens vitam: & alij quamplurimi, de quibus poſtea dicam.

Episcopi Romani, Alexãdrini, Antiochen.

Theodotus Antiochenus. Apollinaristas ad ecclesiã catholicam reduxit.

Hierosolymitani episcopi.

Theodoritus ecclesiasticus scriptor.

Theodorus Mopsuestien. Theodorus ille Chrysostomi condiscipulus, & Arianorũ antagonista.

* κλῆρον.

Polychronius Apamenus

Nonnus Edessenus.

Diuam Pelagiam is christo lucrifecit.

Euthymius monachus.

Simeon Columella.

Monachi præclari.

† σχολάιος ἄσκησιν.

Vt post Sisinium Nestorius hæreticus episcopus lectus, per arrogantiam turbis & tumultibus complere ecclesiam instituerit. cap. 31.

Sisinio patriarcha defuncto, ſicuti dictum eſt, Sisinij mort. principibus
ſcis qui honores & magiſtratus gerebant, placuit, neminem ex eius eccleſiæ clero epiſcopum creare, propter vanam eorum qui honorem talem temerè, quibus ipſi fauerent, mandatumvolebant, gratiam. Rurſus enim alij Philippo, alij verò Proclo cupiebant: ſed aliunde quempiam deſignare viſum eſt. Erat tum Antiochię Germanicienſis patria, vocalis & facundus Neſtorius: hunc quòd in dicendo promptus & facilis eſſet, Antiochia accercendum ſtatuerunt, qui laudem etiam caſtitatis meruerat maximam. Prærierierãt menſes tres, & ille adducitur, & epiſcopus Conſtãtinopolitanus creatur. Qualis verò is vir fuerit, prima ſtatim eius concio indicauit. Illico nãque poſt conſecrãtionem, decãtatam illam propalàm apud populum, ad imperatorem verba dirigens, emiſit vocem: Da mihi, inquiens, ô imperator, terram ab hæreticis liberam & puram, & ego tibi cœlum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, & ego tibi Perſis delendis adero. Hęc eius dicta multi quidem comprobarunt. Qui verò certò ſciunt animum ex verbis diiudicãdum eſſe, illi mentis eius leuitatem, animum arrogantem & vanam gloriam affectantem, deprehenderũt propterea quòd, quum nondũ quidquam ibi ſaris deguſtaſſet, ad eiuſcemodi productus ſit verba. Ardorem verò & æmulationem deinde pro Eccleſia ſpirans, ędem precatoriam Arianorum demolitus eſt. Atque illi templum ſuum diutum cernentes, igne inſuper conjecto, non id modò, ſed & magnam vicinorum ædificiorum partem conſumpſerũt. Deinde Nouatianos quoque turbare aggreſſus eſt. Non eos verò ſolum, verumetiam qui per Aſiam, Libyam & Cariam, & qui præterea Milesi & Sardis erãt, Quatuordecimanos, quorum multi ſeditione & tumultu propter ipſum concitato interiere. Et quũ Macedoniani Autonium epiſcopum Germenſem, qui eos Neſtorij iuſſu admodum affligebat, percuſſoribus quibuſdam ſummiſſis, qui voluptatem honeſto præferunt, iugulaſſent, occaſionem eam & cauſam arripuit, & eccleſias eis Conſtãtinopoli, Cyzici, & in Helleſponto ademit. Ex quibus nonnulli vi ex adacti, ſe ad ὁμοούσιον conſubſtantialis fidem contulere. Accidit porrò, vt qui aliosita eccleſiis expelleret ipſe quoque eiiceretur, cum derepentè bellum acre aduerſus eccleſias concitaſſet. Id bellum inde ſumpſit exordium.

viros aliunde episcopum præſtulandũ esse videtur.

Nestorius Antiochia accersitur constantinopolim.

Nestorij in prima eius concione verba satis insolentia.

Imploratio brachij secularis.

Vt Nestorius in ipso flagranti crimine per discipulum suum Anastasium si deprehensus, Christum dominum nudum hominem dicere, & sanctam Christi Deiparam matrem Christi genitricem appellare. Et quæ de eo memoriæ prodiderit Socrates ecclesiasticus historicus. Et de prodigio quod in ecclesia accidit.

Caput 32.

ANaſtaſius quidam preſbyter in maximo apud Neſtorium honore fuit, comes profectionis eius, quum ille ſe ad epiſcopatum ineundum conferret. Quo tempore etiam ad Theodorum Mopſueſtienſem diuertit, dogmatibuſque eius auditis, à vera pietate Neſtorius ipſe tranſuerſim actus eſt: quemadmodũ Theodulus in epiſtola ſcribit. Anaſtaſius igitur iſte, acer Iudaicorum dogmatũ & actionum Neſtorij ſuaſor, verba aliquando in eccleſia Conſtantinopolitana ad Chriſti fidelẽ populũ faciẽs, hoc propalàm

Nestorius à vera pietate excidit.

Errorem suũ Nestorius per Anastasium prius protulit.

Blasphemia ista grauiter a populo accepta.

« à diuinitate ſeceſſerit. Ea in re apoſtoli Pauli
« verbo fidem habentes, qui dicit: Etiamſi Chri-
« ſtum ſecundum carnem cognouimus, nunc tamen non cognoſcimus. & rurſum: Quapropter
« relinquentes eum qui de Chriſto rudes inſtituit
« ſermonem, ad perfectionẽ cõtendamus. Turbatali, ſicuti fieri aſſoleat, gliſcente, Neſtorius impietatis dux non ſolùm Anaſtaſium non reprehendit atque inhibuit, verumetiam ſtudioſè laudauit, & dictis eius aſſenſum prorſus ſuum præbuit: eum quem in precio habebat, vt blaſphemiam arguere nolens. Et quòd contendendi ſtudio teneretur, frequentius in eccleſia docuit, & vbique vocabulum Dei genitricis exterminauit, à ſeipſo pleraque illegitimè & ſubrepticiè ſtatuens atque confingens, aperteque animi ſui venenum eructans, ad blaſphemiam ſe dedit. Proinde quæſtione huius rei apud omnes diuulgata, atque alius aliter eam accipientibus, diſſidium in eccleſia ortum eſt: atque homines, ſicuti in nocturna pugna inter ſe ſunt cõflictari, nunc hæc nunc illa affirmantes & negãtes. Neſtorius verò à multis exiſtimatus eſt, Dominum merum hominem eſſe opinari, atque olim Pauli Samoſateni & Photini inter mortuũ dogma renouare, & in eccleſiam ſenſim inducere. In tantum ſanè quæſtio hæc agitata eſt, vt vniuerſali etiam opus eſſet ſynodo. Porrò Socrates, qui eccleſiaſticam hiſtoriam conſcripſit, de Neſtorij opinione hæc commemorat. Ego, inquit, quum edita à Neſtorio ſcripta legerem imperitum hominem eſſe reperi: atq; id ita verè dicere poſſum. Neque enim odio ductus, tenuitatis eius qua alius inferior fuit, meminero: neq; cuiquã gratificatus, quibus alios ſuperauit do-

Nestorius antea laudat.

Dissidium ea de re in populo.

Nestorius Samosateni & Photini hæresim reducere visus.

Socratis de Nestorio iudicium.

* *Blaſphemia Neſtorij in virginem matrem. Apud Suid. eſt, Neſtorium tertium fuiſſe ducem Iudaicæ hæreſis Pauli Samoſateni, & Theodori Cilicis, cumque perpetuum geſſiſſe contra Virginem matrem bellum, qui ſcilicet Theodorum ipſum patrem habuerit, & Cilicem inter maiores ſuos numerauerit.*

** *Firmiſſimè crede, ipſum verbum Deum ſuæ carnis acceptione cõceptum. Auguſtinus ad Petrum cap. 15. Dei verbo ad vnitatem commixtus eſt homo. Idem. O mixtura noua. O temperamentum admirandum! Gregorius Nazanzenus. Non ſeparari fas eſt filium hominis à filio Dei. Auguſtinus. Naſcitur Deus aſſumptioni noſtræ, patitur innocentiæ, moritur vltioni. Hilarius lib. 9. de Trinit. Innouatur natura, ſitque Deus homo. Gregorius Nazanzę. Firmiſſimè crede nõ carnem Chriſti ſine diuinitate conceptam. Auguſtinus. Caro ſine ſemine ex homine, Spiritus cum ſemine ex Deo Tertull. Nouè nasci debebat nouæ natiuitatis dedicator. Id.*

propalàm & apertè dicere auſus eſt, Mariã θεοτόκον, hoc eſt, Dei genitricem nemo vocato. Maria enim homo fuit. Vt autem ab homine Deus gignatur, fieri non poteſt. Dolum hunc quũ primum Euſebius Rhetor deprehendiſſet, eundemque deinde & clerus, & pietate in populo præſtantiſſimus quiſque grauiter ferret, & elocutionem eiuſmodi blaſphemiam eſſe putaret, non paruus tumultus excitatus eſt. Dudum enim de theologia & Chriſti diuinitate edocti fuerant, quòd videlicet ille œconomiæ ſeu adminiſtrationis gratia veluti homo purus, haudquaquam

Nestorius Anastasij verba laudat.

Paulum Samoſatenum, vel Photinum imitatus, merum hominem Dominum dicere: ſed vocabulum ipſum tantum ſicuti lacuam reformidat, idque propter multam imperitiam facit. Quum nanque naturali quadam facundia præditus ſit, probè quidem eruditus eſſe putatur: re autem ipſa indoctus fuit, & veterum interpretũ libros verſare noluit: ſiquidem expedita linguæ volubilitate elatus, animum ad illorum ſcripta non accuratè intendit, ſed ſeipſum omnibus præſtatiorem eſſe duxit. Itaque illud ſtatim ex catholica Ioannis epiſtola, quod in veruſtis exemplaribus ſcriptum eſt, ignorauit: Quòd ſpiritus omnis, qui Ieſum ſoluit, ex Deo non eſt. Nam ſententiam hanc, qui ab adminiſtratione hominis in Chriſto diuinitatem ſegregare voluerunt, ex antiquis exemplaribus ſuſtulerunt. Quapropter & priſci interpretes hoc ipſum indicarunt, fuiſſe nimirum quoſdam, qui epiſtolam eam depraua-

Nestorius veterum scripta paruifecit.

Locus 1. Ioan. 4. bene tractatus.

Eusebius Pamphili de natiuitate Christi.

Brint, hominem à Deo ſoluere volẽtes. Aſſumpta autem eſt à diuinitate humanitas, & iam nõ duo ſunt, ſed vnũquo veteres freti. Maria θεοτόκος, hoc eſt, Dei genitricem dicere non dubitarunt. Sic enim & Euſebius Pamphili in tertio de vita Conſtantini libro, hac de re ad verbum inquit: Nam & natiuitatem qui eſt nobiſcũ Deus, noſtra cauſa ſubire ſuſtinuit, & locus natiuitatis eius in carne nominatim apud Hebræos Bethleem prædictus eſt. Quamobrem etiã Dei amãtiſſima Helena Auguſta, geſtationem vteri Dei genitricis admirandis monumentis cohonestauit, & ſacrum illud antrum multifariam exornauit. Origenes verò & ipſe in tertio Commen-

Dina Helena ſpeluncã vbi Christus natus eſt, exornauit.

Origenes vocabulum Dei, genitrix refellit exposuit.

† *In tantũ ſibimet duæ naturæ in Chriſto vnitæ ſunt atque coniunctæ, vt idem atque idem Chriſtus, Deus & homo aliquando vel aut agat aut loquatur humanas, aliquando diuinas. Auguſtinus. Naturam Dei in virtute reſurrectionis intellige. Diſpenſationem hominis in morte cognoſce. Et cùm ſint vtraque ſuis geſta naturis, vnũ tamen Chriſtum Ieſum memento eſſe, qui vtrunque eſt. Hilarius lib. 9. de Trinit. Videſne Chriſtum Deum & hominem ita prædicari, vt mors homini, Deo verò carnis excitatis deputetur: non tamen vt alius ſit qui mortuus eſt, & alius ſit per quem mortuus reſurgit. Id ibidem. Tametſi Ieſus Chriſtus in partu ac paſſione & morte, naturæ noſtræ rem peregerit, res tamen ipſas omnes virtute naturæ ſuæ geſſit, dum ſibi ipſe origo naſcẽdi eſt, dum pati vult quod eum pati non licet, dum mo-*

Dritur qui viuit. Id.

* *Secundùm id quod Deus eſt, glorificat ſuos: ſecundũ hoc vtique quo Dominus gloriæ eſt, & tamen Dominus gloriæ crucifixus eſt. Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 13. Scimus verbum non aliter ſoluendam hominum mortem, niſi pro omnibus ipſum moreretur. Quia vita erat, & Dei verbum, oportebátque mortem pro omnibus fieri, mortale corpus aſſumpſit. Athanaſius de incarnat. verbi. Vere crucifixus eſt Deus, verè mortuus. Quod nos indignum eſt, mihi expedit. Paſſio Dei vnica ſpes totius orbis, atque neceſſarium decus fidei. Mors Chriſti ſummum Euangelii fundamentum. Filius traditus eſt Dei qui erat in filio hominis, chriſtianorum eſt etiam mortuum Deum credere, & tamen viuentem in æuo æuorum. Sufficiat Chriſtum filium Dei mortuum dici, & hoc quia ita ſcriptum eſt. Tertullianus ſparſim de car. Chri-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

" tariorum in epist. ad Rom. tomo, quomodo Dei genitrix dicatur exponens, copiosè id explicat. Apparet igitur, Nestorium lucubrationes veterum ignorasse. Proinde, sicuti dixi, loquutionē solum oppugnat. (Quin ille non vocabulum ipsum modò, sed prorsus etiam Deum esse, qui genitus est, negauit. Qui enim ex virgine sancta natus est, idem crucifixus quoque est, qui quidē Dominus est gloriæ, quemadmodum Apostolus ait: Si enim cognouissent, Dominum vtique gloriæ non crucifixissent. Nestorius autem inquit: Ne glorieris Iudæe, Deum non crucifixisti. perinde atque Dominus gloriæ crucifixus non esset.)

Socrat negat Nestorium in Samosateni et Photini hæresim incidisse

Quandoquidem quod Christum, non purum hominem dicat, sicut Photinus, aut Paulus Samosatenus, homiliæ seu populares eius conciones editæ docent. Nunquam enim Dei verbi subsistētiam tollit, † sed vbique id in carne subsistere, & carni inesse profitetur. Nec ille, sicuti Photinus & Samosatenus, subsistentiam eius abolet. nam id Manichæi & Montanistæ quoq; opinati sunt ausi. Sic ego Nestorium sentire inuenio, atque id simul & ex libris eius quos legi, & ex sectatorum eius dicti animaduerti. Non paruam verò turbam orbi vniuerso ineptię Nestorij peperere. Hæc Socrates. Et cum ille sic blateraret nugaretur, vt detestandum quiddā in Ecclesia fieret, accidit. Nam primarij cuiusdam magistratus seruī crudeliter ab hero accepti, ad ecclesiam confugēre: & ferrum in manibus habentes, ad sanctiorem sacrificij aram irruēre, emissique inde atque coacti exire, haudquaquā paruere. diuinas ceremonias impedientes: & diebus pluribus strictos & conscantes enses præ se ferēres, vt obuios omnes ferirēt, parati fuere.

Serui armati ad ecclesiam confugere, ibique cæde facta seipsos etiā interemere.

Atque vbi clericū quendā trucidarunt, aliúmq; insuper vulnerarunt, postremò tandem seipsos interemerunt. Porrò ex eis qui affuere. quidam mali ominis esse, templi profanationē & inquinationem, prædixit: poetæ cuiusdam iambos allegans eiusce modi.

Mali ominis loco id factum cōceptum.

" σημεῖα γὰρ ταῦτα γίγνεσθαι φίλοι,
" ὅταν τις αὐτὸς ἐν κακοῖσιν ᾖ μόνος.
" *Assueuit omen ferre triste sanctius,*
" *Si fortè templum polluat piaculum.*

Nec ille prorsus non vera dixit. Cùm enim diuisionem populi & dissidium, tum eius qui seditiosæ eiusmodi discessionis autor esset, abrogationem prædicere visus est. Enimuerò Nestorius non aliis tantum, sed Proclo quoq; per dissensionem aduersatus est. Quum enim ille in ecclesia docens, Nestorio præsidente, orationē in hæc verba conceptam haberet: Virginalis hodie, ô fratres, celebratur conuentus: Exultet natura, choros ducat hominum conditio: Coegit & conuocauit nos sancta Dei genitrix, impollutum decus atque ornamentum virginitatis. Ob eam causam ad contentionis studium delapsus Nestorius, dissidere quàm maximè à Proclo cœpit.

Pia Procli verba Nestorius ferre non potest.

Cyrillus Alexādrinus Nestorium erroris sui admonuit per literas.

De epistolis sancti Cyrilli ad Nestorium. item de duodecim capitibus, in quibus illius carpit peruersam opinionem. vrætera quæ de Nestorio scripserit Celestinus. Cap. 33.

SEd enim diuinus quoque Cyrillus vbi Nestorij blasphemias audiuit, vnam atque alteram ad eum dedit epistolam, in quibus disertis verbis eos qui non apertè Christum Deum profiterentur, sed blasphemiis verbis hominē † deiferum atque organum seu instrumentum diuinitatis esse dicerent, anathema esse proclamauit. Cui Nestorius literis rursus obuiauit, conuiciis simul & blasphemiis rem agens. Eis verò Nestorij literis ingentes hæresis fluctus eructantibus acceptis cum quatuor quibusdā aliis, prouincialem Alexandriæ synodum congregauit, atque ei vtriusque vtrò citróque datas epistolas exhibuit, quarum exempla & synodi ipsius decreta ad veteris Romę episcopum Cœlestinū misit. Ad Nestorium insūper tertiam dedit epistolam, cui multum celebrata illa duodecim capita, vnà cum anathematismis adiunxit: quæ vt hic insererem, æquum esse duxi. Ea sic habent. Si quis non profitetur verum Deum esse Emanuelem, proindéque virginem Mariam Dei genitricem: genuit enim illa carnaliter eum qui caro factus est, Deum scilicet ex Deo Verbum anathema sit. Si quis non profitetur carni secūdum subsistētiam vnitum esse id quod est ex Deo patre Verbum, vnúmque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum simul & hominē anathema sit. Si quis in vno Christo subsistentias diuidit post vnionem, sola eas connectens coniunctione quæ secundum dignitatem siue auctoritatem aut potestatem est, & non potius vnione naturali, anathema sit. Si quis duabus subsistentiis in Christo, voces in Euangelicis & Apostolicis scripris, vel à viris sanctis, vel ab ipso de seipso tributas diuidit, & alias quidē vt homini, extra id quod ex Deo patre est Verbum, propriè conuenientes, alias verò veluti Deo congruentes ei soli quod ex Deo patre est Verbo accommodat, anathema sit. Si quis dicit hominem Christum Deiferum, & nō potius verum Deum esse, vtpote vnum & quidem natura filium, pro eo atque Verbum caro factum est, & & nobiscum † æqualiter de sanguine & carne (extra peccatum) participauit, anathema sit. Si quis dicit Deum aut Dominū Christi esse, quod ex Deo patre est verbum, ac non potius ipsum Deum profitetur & hominem, quum Verbum caro factum sit, secundum scripturas, anathema sit. Si quis dicit veluti hominem Iesum à Deo verbo agitatum, eíque præclaram vnigeniti gloriam circundatam esse, vt qui alius ab ipso existeret anathema sit. Si quis dicere audet, hominem assumptum vnà cum Deo Verbo coadorari

† θεοφόρον. *Nestorius Cyrillo respōdit.*

Cyrillus prouinciali synodo coacta, Nestorij errorē damnauit.

Duodecim Cyrilli capita.

Hic communicatio idiomatum, quam vocant, tolli videtur.

† παραπλήσιος.

* Is *Emanuel, quoniam vnus est filius & Dominus, incarnatum & inhumanatum Dei verbum, vna eius est omnino persona, ipsíque tribuimus & humana propter dispensationem in carne, & diuina propter natiuitatem ineffabilem ex Deo patre. Christus Dei & hominis filius vnitus & gerens homo vniuersa quæ Dei sunt loquens deinde & gerens Deus vniuersa quæ hominis sunt.*

Et vt credatur secundum veritatē factus homo, propria facit humana. Cyrillus de concil. Ephes. Christo pro qualitate generum ac naturarū alium in sacramento hominis necesse est fermonem fuisse nondum nato, alium adhuc moriturō, alium iam æterno. Hilar. libr. 9. de Trinit. operationes omnes non vlli seorsim naturæ, sed personæ vni & indiuisæ tribuuntur. Augustin.

† συναναθεματίζειν.

rari & conglorificari & collaudari, † dicíque Deum debere, sicuti alterum cum altero (particula enim Con adiecta, semper id cogitare atque intelligere cogit) ac nō potius Emanuelem adoratione vna honorandum, & vnam ei glorificationem tribuendam esse, pro eo atque Verbum caro factum est, anathema sit. Si quis dicit Dominum Iesum Christum glorificatum esse à Spiritu, perinde atque aliena virtute vsus sit, & ab illo acceperit, vt efficax contra impuros spiritus esset, & diuina miracula inter homines edere posset, ac non potius proprium ipsius spiritū profitetur, per quem diuina fecit miracula, anathema sit. Si quis pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, sicuti diuina refert scriptura (obtulit enim seipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo patri) si quis inquam pontificem & apostolum nostrum factum esse, non ipsum Dei verbum, quum caro & sicut nos fumus homo factū est, sed tanquā alium propria & peculiari quadam ratione ab eo qui ex muliere est, hominem prætereā si quis eum etiam pro seipso, & nō potius tantum pro nobis oblationem obtulisse dicit (neque enim oblatione opus habuit, qui peccatū non nouit) anathema sit. Si quis non profitetur carnē Christi viuificam & propriam ipsius, quod ex Deo patre est, Verbi, sed alterius cuiusdam ab ipso esse, veluti ei iuxta dignitatem coniuncti, quasi solam diuinam habitationem in ea habuerit, & non potius (quemadmodum diximus) viuificā, quæ Verbi propria facta sit, omnia * viuificare valentis, anathema sit. Si quis nō profitetur Dei Verbū carne passum esse, & carne crucifixum, & carne mortem gustasse, atque primogenitum ex mortuis factum esse, pro eo atque vita & viuificans est, vtpote Deus, a anathema sit. b Cœlestinus Rom. episcopus diuini Cyrilli literis acceptis, & graui præterea de Nestorio fama audita, ad eum scripsit: decem exactis diebus, si adhuc in eadem impietate perseueraret, non amplius eum ad communionem admittendum: sed potius omnino sacerdotū Christi catalogo eximendum: illósque adeo ad communionem recipiendos esse qui propterea ab eo quod pro fide recta stetissent, excōmunicati fuerāt. Porrò non Nestorio modò Cyrillus & Cœlestinus, c sed etiā Ioanni Antiocheno, Theodoti successori, & Iuuenali Hierosolymitano, hæresim Nestorij exponentes, scripserunt. d Ipse quoque Ioannes ad Nestorium epistolam dedit, admonens hominem, ne à patria fidei professione deficeret, sed rectè filium Dei ex sancta Deigenitrice Maria genitum esse profiteretur, neque in duo eum partiretur, neque etiam iuxta progressum † seu profectum Deificatum esse diceret. Apostolicā illi etiam vocem subiciens, quæ est: Misit Deus filium suum factum ex muliere. Et simul illi suasit, ne sententiam ipse suam vt rectā & certam retineret, sed potius quod in cōmune commodum atque vtile esset, sequeretur. Misit insuper ad eum quas Cœlestinus & Cyrillus scripserant literas. e Nestorius sibiipsi * obsequutus est. Et quoniam sciebat ecclesiarum præsules in ecclesiæ turba haudquaquam tacituros, Theodosium permouit, f vt Sacram ad Cyrillū mitteret, in qua multa illi obiiciebat, & multa minabatur, nisi in Nestorij decretis acquiesceret. Et quum talibus literis se illum pessundaturum existimaret magis etiam commotum excitauit. Accepto namque spiritu diuus Cyrillus, ad ipsum imperatorem & eius sorores libellos doctè compositos misit, quibus simul certā rectæ fidei professionem, & peruersam Nestorij vecordiæ opinionem ostendit: tum autem vt synodus vniuersalis cogeretur petit, vt Nestorij res certò in apertum proferrentur.

est pessimum consiliarium sequitur.

Cyrillus synodum œcumenicā ab imperatore petiit.

f Nestorius ab imperatore ad Cyrillū sacrā impetrat, ad eum terrendū.

† *Ineffabiliter & vltra quàm possit mens humana intelligere, verbum humanitati coniunctum, totam in seipsum ita reduxit, vt indigentia vita (τὸν δὲν τῆς ζωῆς) posset viuificare. Cyrill.*

De tertio sancto vniuersali Ephesio concilio, in quo Nestorio episcopatus est abrogatus. cap. 34.

THeodosius imperialibus literis suis in metropoli Ephesō locorum omnium episcopos conuenire iussit, sacram Pentecostes diem, qua conuenirent, constituens. In ea quippe die Spiritus viuificator ad sanctos Apostolos peruenit. Literis ipsis illud quoque adiecit, neminē se vel apud Deum vel apud homines excusaturum esse. qui non statim ad designatam sanctæ Pentecostes diem præstò ibi esset. Qui nanque, inquit, ad episcopalem sactum conuentum vocatus non alacriter accurrit, non bonæ is conscientiæ esse apparet. Nestorius, qui non longè ab Ephesō abesset, cum turba multa statim post festum Paschæ diem Ephesum venit, multos ibi iam congregatos episcopos reperiens. Cyrillus quoque cum suis ante destinatum diem affuit. Quinta post Pentecosten die, Iuuenalis cū Palæstinis episcopis venit. Quibus ita conuenientibus, celebris & magnus ille Euthymius Petro Saracenorum episcopo abeunti præcepit, vt Cyrilli Alexandrini & Acacij Melitinensis omnino sententiam sequeretur, columnas & fastigia rectæ fidei eos esse testatus. Cœlestinus autē Romæ episcopus, propter nauigationis pericula, ipse synodo adesse detrectauit: ad Cyrillum tamen, vt locum ibi suum obtineret, scripsit. Ex quo tempore, fama est, mittam illum & Papæ appellationē, atque vt orbis vniuersi iudex appellaretur accepisse. Quæ deinde omnia per successionem ad eos etiā peruenerint, quibus sorte Alexandrinæ ecclesiæ thronus legitimè obuenisset sacros episcopos. Solus Ioannes Antiochenus antistes cum Orientalibus suis episcopis, longè etiam post diem constitutum, tardius affuit: non dedita ille operæ moratus, sicuti se pluribus verbis excusauit: sed quod tam celeriter episcopos qui sub eo essent, cogere non potuerit. Magna enim locorum interuallis ditionis eius vrbes distant, ab ea quæ olim quidem Antiochia nunc autem Theopolis dicta est. Duodecim nanque dierum itinere, & aliquo * prætereā exiguo, homini expedito & succincto absunt. Tum autem Antiochia ipsa Ephesō originata dierum via maximè distat. Confirmauit ille etiam, ad designatum se non venturum fuisse diem, si à nouo qui dicitur Dominico die collegæ sui in sedibus suis esse perseuerassent. Vbi post diem constitutum dies quindecim præte-

Theodosius concilium generale Ephesium indicit.

Euthymius vetrum episcopum Saracenorum, Cyrilli & Acacij sententiam in concilio sequi iubet.

Priuilegia episcopi Alexandrini a Rom. antistite accepta.

Cyrillus Alexandrinus in synodo Ephesia Romani pontif. mādatum & locū tenens.

Iustinianus Antiochiam post veterem omen auspicatiore nomine Theopolim vocauit.

Nona Dominica.

* μικρόν τι τοῦτο.

* ἡ ἐκ χειρὸς ὁδὸς.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

prima synodi sessio.

† *secundum neotericos* 4432.

Qui in computo Graeco anni huius secundae & tertiae Indictionis interfuerint.

Recta de christi diuinitate & natiuitate sententia.

blasphema & impia Nestorij verba.

Nestorius se à patribus synodi seiungit.

Secunda sessio Nestorius euocatus in synodū non venit.

Nestorius damnatur

Vt tridus post Ioannes Antiochenus & Theodoritus aduenientes, Cyrillum & Memnonem Ephesium episcopali dignitate priuarint: synodus autem ipsos iterum ad suos, rursum episcopatu abire iusserit. Vt Theodoritus contra duodecim cyrilli capita dixerit, huicque rursus Cyrillus respōderit. Vt Nestorium Oasim exulatum ierit. Vt Ioannes & Cyrillus in gratiam reducti idem senserint, & iussu imperatoris Nestorij abrogationem ratam habuerint. Epistola cyrilli, quam per Paulum Emesenum ecclesia Antiochena scripsit.

Caput 35.

POst latam hāc legitimam sententiam, Ioannes Antiochenus cum sacerdotibus & episcopis suis duobus & viginti, triduò à Nestorij condemnatione aduenit. Et re sicuti acta fuerat cognita, Cyrillo valde succensuit, qui sic ad Nestorium exautorandum deproperasset. Et facta à synodo discessione, consilióque cum Nestorio coacto, Cyrillo & Memnoni Ephesi episcopo, sicuti illi videbatur, dignitatem abrogant. Cyrillus & Memnon, postquam libellos suos synodo, quæ cum eis congregata fuerat, obtulerunt, (quamuis Socrates per ignorantiam aliter scripserit) Ioannes vnà cum suis euocatus est, vt rationem de condemnationis sententia, quam illegitimè tulisset, redderet. Vbi verò ille non comparuit, post tertiam citationem, sicuti mos est, Cyrillus quidem & Memnon à sancta vniuersali synodo, à condemnationis sententia præter rationem lata absoluti sunt: & qui eos damnauerant, in † vincula ex decidérunt. Nā & à diuina communione sunt excluſi, & sacerdoralis eis autoritas omnis adempta est, Ioanni videlicet, & qui in partibus eius erant episcopis, in quibus etiam fuit sapiēs ille Theodoritus Cyri episcopus: donec seipsos condemnantes, erratū suum professi sunt. Theodoritus sanè Ioānis vicem ægrè ferens, in Cyrillum inuectus est: confutans etiam, quæ tertiæ ad Nestorium epistolæ duodecim capita Cyrillus adiūxerat, perperàm ea exponendo. Quod quum nō ritè fecerit, Nestorio quàm maximè patrocinari iudicatus est. Aduersus quod scriptum Theodoriti, ea quæ diximus capita Cyrillus doctè totatus est, ea proeo atque decuit interpretando, & latētem in eis sententiam declarando. Hæc omnia quum ab vtraque parte ad imperatorem sint relata, tū episcopi eidē præsto fuere, qui acta factionis vtriusque renunciarūt. Imperator primùm Nestorij condemnationem ratam non habuit. Oriētales enim episcopi Nestorium secum abductum in annum tertiū per vim in episcopatu retinuere. Quarto autem ab illius condemnatione anno, Ioannes Antiochenus iudicium Dei metuēs, & multos præterea prava Nestorij opinione interire videns, Theodosio imperatori, vt quāprimùm eum ex Orientali ditione eiiceret, significauit. Et imperator postquam blasphemiam illius certò cognouit, confestim Nestorium quidem Oasim deportari iussit. Ad Cyrillum autē & Ioannem pie scriptas literas dedit, vt quum inter se consentirent, tum vterque latera aduersus Nestorium condemnationis sententiam cōfirmaret, & dissidio omni ecclesias Dei liberaret. Porrò Nestorius vbi communionem, quæ sibi cum Ioanne Antiocheno intercesserat, in conteu-

Ioannes Antiochenus Ephesum post Nestorij condemnationem venit.

Vt Nestorio se coniungit, & Cyrillo atque Memnoni dignitatem adimit.

Cyrillus & Memnon per synodum leuissimè absoluuntur,

Ioannes autem Antiochenus cū suis excommunicatur.

† *βασιλικὰς*

Vsy Nestorius Theodoritus Cyri episcopus vna cū Ioanne proscripsus.

Idem contra Cyrilli duodecim capita scripsit.

Cyrillus scripsium suum defendit.

Acta synodi ad imperatorē referuntur.

Nestorius Orientales episcopos in episcopali dignitate retinens.

Nestorius quarto condemnationis suæ anno Oasim deportatur.

Nestorij sucata pœnitentia non recipitur.

Ioannes Antiochenus cum Cyrillo in gratiam redit.

Cyrillus ad Ioannem scribit.

De concordia episcoporum Deo agitur.

Principes laudantur.

Commendatur Paulus Emesenus episcopi præscindi studium.

† *ἀδιαβλήτως.*

Gratulatio de vnitate fidei.

contentionem & dissidium euasisse cognouit, A pœnitentia ductus, Mariam θεοτόκον. Dei genitricem vocauit: Dicatur, inquiens, etiam Dei genitrix Maria, & contentiones tristes facessant. Verùm nemo prorsus id cum per pœnitentiam dixisse arbitratus est. Ioannes Antiochenus episcopus impertali iussioni cedens, Paulum Emesenum episcopum Alexandriam ad Cyrillū cum libello misit, in quo germana & sincera fidei professio, necnon amicitiæ conciliatio, & scandalorum seu offendiculorum amolitio expressa est. Venerandus autem ille Cyrillus libello accepto, atque professione fidei ei inserto cōprobata, & veteres sanctos patres, & seipsum ita sensisse confirmauit. Atque epistola ea vehemēter laudata, hisce verbis Ioanni rescripsit.

Letentur cœli, & exultet terra. Dirutū enim est interstitium maceriæ: & quod mœrorē fecit, conquieuit, modúsque discordiæ omnis sublatus est, eo quòd Seruator omniū nostrūm Christus ecclesiis suis pacem conciliauit, & ad eam nos piissimi & Dei amantissimi Principes vocarunt. Qui maiorum pietatis æmulatores optimi, quum ipsi in statu suo certam atque immotā conseruant fidem rectam, tum præcipuā de sanctis ecclesiis gerunt curam, vt simul & præclarā in æuum gloriam habeāt, & quàm celeberrimā imperij sui administrationem reddant. Quibus etiam ipse virtutū Dominus manu liberali bona tribuit: simúlque dat, vt & aduersariis imperent, & victoriam ab eis reportent. Non enim fallit is qui dicit: Viuo ego, dicit Dominus, quoniā glorificantes me glorificabo. Quum igitur Alexādriam venisset Dominus meus, piissimus frater & collega Paulus, animi voluptate & gaudio repletus sum: ac meritò quidem, quòd tātus scilicet vir partes suas vt mediator interponeret & supra vires tantum laborem adiret, vt diaboli inuidiam superaret, ea quæ diuisa erant cōiungeret: & sublatis è medio scandalis atque offendiculis, concordiæ & pacis corona vestras simul & nostras cohonestaret ecclesias. Et post alia. Quòd verò superflua prorsus & importuna ecclesiæ, prætérque causam suscepta discordia fuerit, nunc maximè certior sum factus. ex quo piissimus dominus meus Paulus episcopus libellum † extra calumniæ aleam positum attulit, fidei professionem complectentem: quem à sanctitate tua & piissimis isthic episcopis compositum esse confirmauit. Libellus is quibus conscriptus erat verbis, epistolis adiunctus fuit. Porrò de Dei genitrice, & quæ sequuntur: Sanctis hisce vocibus vestris lectis, ita nos quoque ipsos sentire inuenimus. Vnus enim est Dominus, vna fides, vnum baptisma. Quapropter rerū vniuersarum seruatorem Deum glorificauimus, mutuò nobis congratulantes, quod congruentem cum diuinitus inspiratis scripturis & traditione sanctorum patrum nostrorum nostræ simul & vestræ ecclesiæ habeant fidem. Verùm hæc qui inquirere voler studiosus, in synodi eius actis reperiet.

Qualia se passum esse Nestorius ipse de se scribat. Et vt ad Oasim innumerabilibus toleratis erumnis, postremò corrosa ex consumpta à vermibus lingua, interierit. Cap. 36.

Res Nestorij post condemnationem.

POstquam Nestorius eiectus est, quid postea ei contigerit, vt vitam præsentem finierit, & digna blasphemiarum præmia tulerit, historici non prodiderunt. Et profectò vis temporis obliuionis profundo hæc immersisset, nisi in librum eius incidissem, ex quo historiam eius decerpsit. Itaque ipse blasphemiæ pater, qui non super petra, sed in arena fundamenta fidei suæ iecisset, ad quosdam qui ei obiecerant, nō rectè illum res nouas molitum esse, neque ex Reipub. vtilitate, vt Ephesi synodus ageretur, petiisse defensionem blasphemię suæ sci ipsit, ad eam scilicet necessitatem se peruenisse, Ecclesia sancta in partes duas scissa, dicitās. Et quum alij quidem Mariam ἀνθρωποτόκον, id est, hominis genitricem: alij autem θεοτόκον, hoc est, Dei genitricem dicendam assererent: se mediam excogitasse vocem χριστοτόκον, id est, Christi genitricem. In ea defensione refert, Theodosium propter cōmiserationem, primùm reiectionem eius autoritate sua non cōfirmasse. Vbi verò episcopi quidam Constantinopoli venissent, vt in monasterium suum reuerteretur, permissum ei esse, quod extra Theopolim situm est. Nomen quidem illius non expressit: ab Euprepio tamen appellationem accepisse legi. Stadiis id duobus ab vrbe ea distat: vbi annos quatuor se in honore omni exegisse ait. Deinde commemorat, vt Theodosij sanctione apud Oasim exulare iussus sit, sed eausam exilij primariam celat: quod videlicet tali etiam rerum suarum statu à blasphemia nō desisteriet. Alium quoque librum ad Aegyptium quendam diserius scripsit, in quo de exilio ad Oasim fusius agit. Ex aliis quoque literis colligere est quæ mala propter blasphemias tulerit, quum † inspectorem rerum omnium oculū fallere non potuerit. quas literas ad Thebarum tū præfectum dedit, indicans quando quidem hominibus condignas pœnas non dederit, diuinitùs se iusta vindicta experitū esse, atque in erumnam & captiuitatem miserandam maximè incidisse. Quum verò eum maiores calamitates experiri oporteret, ex potestate quidē Blemmyarum ille dimissus est, (eorum enim captiuus fuerat) Theodosij iussu, qui rediisse eum intellexerat iussionibus, in extremis Thebarum oris, locum ex loco mutans, versatus est. Vbi terra rupta coopertus atque oppressus, vitam hanc pro eo atque blasphemiæ eius cōueniebat, amisit: Arius alter vltimo vitæ suæ actu habitus, qui quidem satis quæ præmia in Deum iactas blasphemias maneant, declarauit. Vterque sanè ex æquo in Christum blasphemus fuit: quē Arius quidem creaturam, iste autem merum hominem esse dixit. Ad quem acta Ephesiæ synodi, quasi Cyrilli versutia & nefanda rerum nouatione instituta sint, reprehendentē, perlibenter dixerim: Cur tandem à Theodosio, qui vicem tuam valde miseratus est: postea nullo relicto venię loco, expulsus es? & tot ostraciſmis atque exiliis mulctatus, turpiter vitam finiuisti, si non de sententia & iudicio diuino Cyrillus, & qui eū eo fuere episcopi decretum suum fecere? Et ambo vos quidem iam ex vita hac excessistis: quo tēpore, sicuti quidam ex prophanis sapientibus dixit, nihil obstat quo minus libera quisque hominū beneuolentia, nullo intercedente aduersario co-

Blemmyarum captiuus Nestorius.

Miserabilis eius mors.

Confertur is cum Ario.

Nestorius fraude Cyrilli se circumuentum esse quæstus est.

Refutatio eius querelæ.

Confertur cū Cyrillo Nestorius.

Euagrius lib. 1. cap. 7.

† *τὸν πάντων ἐφορον ὀφθαλμὸν μὴ λαθών.*

latur. Ac tu quidē vt blasphemus,& hostis Dei E
extremus,ab omnibus damnatus exsille autē ve-
luti quędam Ecclesię tuba,fines terræ personās,
& propugnator Ecclesiæ fortissimus, ab omni-
bus celebratur, & omnibus in ore est. Sedenim
ne crimen falsi apud quospiam sustineamus,age
illum ipsum in mediū producentes, verbis eius
res suas exponamus. Et tu epistolam fac audias,
quibus illam literis,ad eum quem diximus The-
barum præsidem composuisti,ex Ephesis de re-
ligione sanctissima recentibus actis prolatam.
Oasim,quæ & Ibis dicitur, Imperiali sanctione
incolumis Et post quædam verba infert. Quan-
doquidem locus,quem diximus, barbarorū in-
cursione, captiuorum abductione, atque igne,
& cædibus ex ipsis fundamentis diruitus atque
vastatus est, & nos à barbaris derepentè nescio
quo modo misericordiam consequuti,ita liberi
dimissi sumus vt illi attestatione coniunctis mi- F
nis nos terrerēt,& quamprimùm regione ea ex-
cedere,vtpote quam † Mazici post eos, nulla in
terposita mora, occupaturi essent, iuberent, in
ditionem Thebatum, cum captiuorū reliquis,
quos ad nos barbari misericordia moti (quid
sibi voluerint, dicere nequeo) adduxerunt, ve-
nimus. Atque illi quidem ad optata & placita
quisque loca se receperunt. Nos autem ad Panis
vrbem diuertimus,manifestò id indicantes. Ve-
remur nanque. ne quis captiuitatem nostrā cō-
sultam molitionem & fraudē esse dicens,calum-
niosè profugisse nos accuset,& alterius criminis
machinationem confingat. * Ferax enim gene-
ris omnis calumniarum est malitia. Quapropter
amplitudinem tuam rogamus, vt tibi captiuitas
nostra,pro eo atque legibus constitutū est,curę
sit : & ne maleuolentiæ & fraudi hominum ca- G
ptiuum ad iniurias & contumelias dedas, ne vi-
delicet omnibus deinceps generationibus &
ætatibus tragica vociferatio, seu quiritatio in-
ualescat, melius esse vt in barbarorum aliquis
potestate captiuus sit, quam ad Romanorū im-
perium supplex confugiat. Et iuramento inter-
posito,petitionem talem subiunxit: Patere nos
hic ex Oasi reuersos manere sicuti id nobis bar-
bari permisere: vt nunc etiam,quod Deo visum
est,de nobis constituatur. In alia rursum epistola
ad eundem hæc scribit. Siue scriptum hoc, vt
amici,ad magnificētiam tuam, epistolam, seu vt
patris ad filium cōmonitionem accipias, nō re-
fice,te quæso, quæ in eo est, quam fieri potuit
breuissimam de rebus multis narrationem: cùm
Oasis,quæ etiam Ibis dicta est, dudū à Noma- H
dum multitudine,qui in eam excurrerūt, vastata
sit. Et postea. Hæc quum sic acciderint, nescio
qua de causa aut qua arrepta occasione, magni-
ficentia tua nos per barbaros milites ex Panis
oppido ad quandam Elephantinā,quę Thebæ
prouinciæ finis est,deportari curauerit. Et cùm
ad illam per ea quę diximus militaria auxilia ra-
peremur,& maiore itineris parte confecta affli-
geremur, rursum à fortitudine tua iussionē sine
scripto accepimus, vt in ciuitatem Panis reuer-

Epistola Nestorii ad Thebaum præfectum.

Nestorius ex barbarorū captiuitate ad Panis vrbem venit.

Panopolis vrbs & nomus Panopolites apud Plin. est. lib. 5. cap. 9.

* εὔποροϛ διαβολῶν πανοπλία.

Vt ibi sibi manere liceat, petit.

Queritur se sæpius exilii locum mutare coactū fuisse. Elephantina 820 stadiis à Thebis Aegyptiis distat.

† *Apud Stephanum Mazici, Nomades Libyæ sunt. Suid. autem, sub Anastasio vrbes Libyæ excursionibus eorum qui Lazici dicuntur, vexatas scribit, vt fortasse hic etiam Lazici sit legendum.*

mus,casibus confecti, corpore morbo simul &
senio labefactato, necnon manu & latere con-
uulso, in Panis oppidum reuersi sumus, animo
quodammodo viæ laboribus deficientes. Ad-
huc cruciatibus dolorum affligebamur, & ad
aliud rursum fortitudinis tuæ aduolans scriptū
mandatum, ex Panis vrbe in alium ditionis eius
locum translati sumus. Et quum talia aduersus
nos conquietura putaremus, & quid de nobis
* victores Principes statuerent expectaremus,
aliud subitò sine gratia omni, de longinquiore
alio,& quarto iam exilio, mandatum composi-
tum est. Et paulo pòst. Sed acquiesce tandem in
eis quæ facta sunt, rogo,& tot aduersus corpus
vnum exilia decernere desine,& tot calamitati-
bus quæ à magnificentia tua pertulimus,contē-
tus esto. Et nobis per homines,quos conuenit,
sententiam victorum Principum nostrorum ex-
plorare humaniter quæso permitte. Hæc nostra
veluti patris, ad te tanquam filium, consilia
sunt. Sin ea indignè feres,tum tu nunc quoque,
sicuti antea quod placitum tibi est,facito: siqui-
dem sententiam tuam oratio nulla flectere aut
vincere potest. Nestorius igitur in literis quoq,
ipsis, pugnis & calcibus impetit atque insultat,
Imperatoriam etiam potestatem, sicuti vides,
blasphemans: atque tot quoque mala passus,nō
tamē resipiscit. Peruenit in manus meas scriptū
quoddam,obitum eius exponens,quē & ipsum
memoriæ mādare in hac historia visum est. Cō-
memorat enim,lingua eius à vermibus corrosa,
ingemiscentem & lamentantem, ad maiora &
sempiterna supplicia cum pœnas debitas solu-
turum migrasse. Deinde & Theodosius diuino
nutu commotus, sententiis & calculis omni-
bus,impium illum anathemate iugulatum con-
demnauit. hisce verbis in constitutione vsus,
quæ Iustiniani volumini, quod codex nomina-
tur,inserta est,tertia numero, in primo primi li-
bri titulo. Præterea,inquit,sancimus,qui impiā
Nestorij fidem æmulantur, aut nefariam eius
doctrinam sequuntur, vt si quidē episcopi sint,
aut clerici,ecclesiis euiciantur: sin verò laico &
populares, anathemare feriantur. Sed plures
quoque alias constitutiones religionis nostræ
gratia edidit, quæ flagrantem illius erga Chri-
stum ardorem declarant. Hunc impius Nesto-
rius finem vitæ habuit, atque hæc sic in tertia
quam diximus vniuersali Ephesia synodo sunt
acta. Porrò pernicioso Nestorio exautorato,
grauis rursum contentio in Constantinopolita-
næ vrbis ecclesiis mota est. Populus enim de
Nestorij placitis agens,in duas partes abijt. Cle-
rici sanè omnes communi suffragio eum ana-
themati subditum reiecerunt: sic namq; Chri-
stianis mos est sententiam contra blasphemum
ferre,quum eam tanquam † statuæ incisam,om
nibus publicitùs proponere volunt.

* χαλκέιον

In summis & plurimis erūnis Nestorius vt resipisceret, animū inducere no potuit. Lingua Nestorii ante mortē à vermibus corrosa.

Constitutio Theodosij, qua hæresis Nestorii damnatur. Hæc cōstitutio hodie non extat.

Damnat autē Nestorianos hic imperator, & damnato. C. de hæret. & Manich.

Diſſidium in plebe Constantinopolitana de Nestorii condemnatione.

Anathema quid apud christianos sit.

† γλύπτον

Philippus Sidetes et reliqui competitores archiepiscopatus Byz. antiq. Canon de non transferendis epis. &c.

Vt post Nestorium Maximinus, ac deinceps Proclus patriarcha Constantinopolitanæ ecclesiæ præfectus fuerit. Caput 37.

ILlo verò sublato,non mediocris de episco-
pi electione quæstio extitit. Multi enim ad
eum qui dictus est Si densem Philippum respi-
ciebant

ciebant: omnes autem ferè Proclum cathedra ea A
maximè dignum esse iudicabāt. Et exitum suum
consilium horum habuisset, nisi qui multū tum
apud Imperatorem valebant, impedimēto fuis-
sent. Ecclesiasticum canonem perperam præte-
xentes,qui designatum ciuitatis alicuius episco-
pum in ciuitatem aliam trāsferri vetare debeat.
Is est eiusmodi. Si quis episcopus electus in pa-
rœciam,cui destinatus est, non ierit, non culpa
ille quidem sua,sed propter populi retractionem
aut aliam non ab ipso electo prouenientem cau-
sam,is cum dignitate ministerio fungi(vt modò
rebus ecclesiæ,vbi conuentus agit, nihil afferat
turbæ)& acquiescere in eo debet,quod prouin-
ciæ synodus de controuersia in medium produ-
cta iudicans decreuerit. Hic canon publicatus
plebem, quæ Proclum episcopum designabat,
vel inuitam quiescere coēgit. Quatuor menses à
Nestorio exautorato effluxerāt, & ecclesiæ pro- B
curatio Maximiano commissa est,qui in ordine
presbyterorum erat, & in monastica vita vixe-
rat. Religionis hic maximè laudem cōsequutus
fuerat, ex eo quòd propriis sumptibus monu-
mentis constructis, in eis piè defunctorum reli-
quias reponeret. Et propterea quòd doctrina
exigua fuit, alienam à rebus agendis delegerat
vitā. Quam ob causam ecclesia sub eo externis
rerum fluctibus libera,pace multa lætata est. At
que vbi annos duos & menses quinque pacificè
ecclesiam administrauit, septima ieiunij dierum
septimana, ea quæ dicitur Magna quinta die,
mortuus est. Tum verò Imperator Theodo-
sius, & Pulcheria Augusta maximè curam eius C
rei suscepit. Ne enim rursus negotium eis exhi-
beretur de electione episcopi, vnde miscerī ec-
clesiæ res & confundi potuissent,nulla interpo-
sita mora,quum adhuc Maximiani corpus inse-
pultum esset, episcopos quoscunque inuenire
potuerunt, coactos, in thronisare atque in va-
cuam ecclesiæ possessionem inducere Proclum
iussit. Quum namque deliberatum antea de eo
esset, Cœlestinus quoque Romæ episcopus suf-
fragatus ei per epistolas fuerat, ad magnum illū
Cyrillum & Ioannem Antiochenum & Rufum
Thessalonicensem scribens, & modis omnibus
docens nihil obstare,quo minus qui alterius vr-
bis aut sit, aut saltem designatus sit episcopus,
in aliam transferatur vrbem. Proclus igitur in
sede sua collocatus, postea sunus & exequias
Maximiani, omnibus patriarchæ insignibus
vsus,curauit. Sed de hoc quoque pauca quædā
historiæ annectenda duxi. D

Maximianus episcopus Constantinopolitanus.

Obitus eius, ἡ μεγάλη πεμπτή. Magna quinta.

Proclus Maximiani successor. Cœlestinus Rom. pont. eum canone soluit.

De Proclo, qua doctrina, quāue vita fuerit. Et vt illum imperator charum gratūmque habuerit. Et quod idem competenti & debito sermone, res quæ eo tempore præter opinionem hominum mirificæ acciderunt, in Deū autorem referens, apud omnes in admiratione fuerit. Caput 38.

Res præcli episcopi.

APrimo is capillo præceptoribus vsus, in
arte dicendi potissimùm elaborauit. Et post
adolescentiam exactam, in iuuenili admo-
dum ætate,in lectorum ordinem cooptatus,pri-
mùm diui Ioannis Chrysostomi Constantino-
politanam ecclesiam administrātis sectator,mi-
nister, libríque scribendis aditor,& corporis
eius curator fuit. Hic Paulum Ioanni magno in

Exemplū placidi episcopi.

aurem dictitantem, atque arcaniorem epistola-
rum suarum sensum reuelātem, per ianuæ rimas
prospectans vidit. Atque vbi ille in exilio vixit,
ab illius affectione non descisćens, cum succes-
sore eius Attico episcopo fuit, orationum illius
scriba. Quem ille in diuino vitæ instituto pro-
gredientem, in diaconatus gradū sustulit. Dein-
de verò cum in presbyterorum cathedra domi-
num laudaret, à Sisinio, ecclesiæ Cyzicenæ de-
signatus est antistites. Lōgo verò tempore pòst,
quemadmodum diximus, Constantinopolita-
næ ecclesiæ episcopatus ei commissus est. Et
quòd moribus atque institutis placidus maximè
vir esset,quæcunque in Ioanne & Attico eximia
erant, expressit. Malorum tolerantia illis etiam
superior fuit. Atticus namque sæpius etiam eis
qui in fide à se non dissentirent, terribilis esse
visus est. Hic verò & erga illos, & in alios om-
nes placidus & lenis admodum fuit, beneuolen
tia potius quàm vi pertrahere illos ad se in ani-
mo habens. Et quoniam nemini turbarum cau-
sam præbuit,ecclesiæ dignitatem in humanitate
& mansuetudine consistentem, integram con-
seruauit. Hac in parte Theodosium Impera-
torem imitatus, nam & is haudquaquam Im-
periali seueritate, aduersus eos qui supplicia
commeriti essent, vsus est. Iste autem minus
curauit, si quis de Deo non itidem vt ipse
sentiret. Sed doctrinæ iugiter incumbens, pla-
cidè, non violenter, plebem sibi deuinxit,
Qua ex causa & Theodosius magnopere eū est
complexus. Nam & Imperator ipse sacerdotali,
vt ita dicā,animo fuit: eosque qui persequendos
homines esse suaderent, minimè audiuit. Dixerit
verò aliquis quòd & aliis rebus in primis autem
mansuetudine, apertè episcopos eius temporis
omnes longè superarit. Et quod de Mose Nu-
merorum liber dixit, eum supra homines om-
nes in terra longè mitissimū fuisse: id si de Theo
dosio etiam dicas,haudquaquam, vt puto, falla
ris. Vnde quispiam colligat, Deum illo valde de
lectatum, etiam extra bellorū certamina hostes
ei imminentes aboleuisse. Declarauit hoc in Io-
anne tyranno,& qui cū eo excurrerant, barba-
ris. Quæ namq; antiquitùs in vitis iustis accidis-
se audimus,ea quoque præter opinionē omnem
in eo Deus peregit. Cùm enim multi atque adeo
innumerabiles Barbari excurrere & imperatori
atq; Romanis negocium facessere agresti essent,
Imperator,sicuti facere solitus erat, res illorum
Deo cōmisit & frequentius orationibus vacās,
confestim quod petijt, confecit. Dux siqui-
dem eorum Roilas nomine (quod antea quo-
que retulimus) fulminis telo ictus, ex hominī-
bus sublatus est. Et postquam sæua pestis exer-
citum eius inuasit, crudeliter eum est depasta.
Quicquid verò ex eo superfuit, id cœlesti igne
crematum est. Itaque in timorem magnum bar-
bari deciderunt, non tam quòd contra gene-
rosam & fortem gentem Romanorum ad ma-
nus conferendas ire ausi fuissent, quàm quòd
Deo adiuuante, illos tropæa statuere, victo-
riámque reportare deprehendissent. Tum sanè
& admirandus Proclus, in tanta à Deo concessa
victoria, ad populum in ecclesia verba faciēs &
Ezechielis prophetiam ingeniosè & aptè verbis
suis accommodans, in magna fuit admiratione.

Exemplū placidi episcopi.

Theodosius quoque Imperator animi placidiss. fuit.

Deo charus Theodosius.

Precatione Theodosius hostes suos deuicit.

Roilas Scythacum suis diuinitùs oppressus atque extinctus est.

Quidā hanc Rugam nominant.

Ad cœlestem hanc victoriā Proclus pro concione pulchrè Ezechielis verba accommodauit.

Q

« Prophetis talibus verbis concepta est. Et tu fili E
« hominis, vaticinare contra Gog, & principem
« † Ros, Mosoch & Thobel. Iudicabo enim eum
« morte, & sanguine, & imbre demergenti, & la-
« pidibus grandinis. Atque ignem & sulphur pluã
super eum, & omnem exercitum eius, supérque
populos multos qui cum eo sunt. Et magnifi-
cabor atque glorificabor, & notus ero in con-
spectu multarum gentium, & cognoscent quod
ego sum Dominus. Talis quidem Proclus erat,
peropportunus & commodus in omnibus, mã-
suetudine autem & humanitate quàm maximè
excellens.

† Ros) *Hoc sacra Biblia nostra non habent. Reperitur tamen apud Socrat. quoque lib. 7. cap. 43. Nomine autem iste vniuersa Russorum siue Ruthenorum gens, quæ magna ex parte nunc Christiana est, & Slauonica vtitur lingua, intelligitur. Vulgò Russi dicuntur. Nec in Genesi, nec in alio scripturæ loco, ac ne in Iosepho quidẽ, qui omnia Hebraicarum gentium in prima Antiquitatum libro exponit nomina, hæc gens inueniri potuit. Hiero. sup. Ezech. 38.*

De translationibus episcoporum ex sede in sedem aliam & quòd consuetudo ea antiquitus in ecclesiis obtinuerit. Quòdque tali translatio bene instituto ecclesiastico ordini nihil afferat detrimenti, vt modò ea vitè & ordine fiat. Cap. 39.

In Proclo inuidi reprehẽderunt, quòd cum Cyzici episcopus designatus fuerit, Constantinopolitanum susceperit episcopatum.

QVandoquidẽ autem nõnulli inuidia ducti, diuinum virum reprehendunt, ecclesiasticum canonem prætendentes, quòd Cyzici episcopus creatus, in Constantinopolitanæ vrbis thronum translatus sit: æquum esse duxi, pauca quædam de translationibus eiusce modi hic perstringere, vt simul & Proclus crimine absoluatur, & Ecclesia classicum hoc ad certitudinem diuinitùs proditum habeat exemplum, ne cuiuis facere id volenti procliue sit, res Ecclesiæ ritè atque ordine actas, temerè per reprehensionem carpere. Nam qui tum tem hanc taxare conati sunt, vel inuidia ferri, vel ignorare mihi visi sunt, canonum sensum & mentem, atque ea quę variè in ecclesiis per dispensationem & vtilitatẽ seruata sunt & gesta. Diuini siquidem canones, & veteres ecclesiæ antistites liberum esse voluerunt, quotiescunque legitima suaderet vtilitas, ex vrbe vna in aliam episcopum transferre: videlicet si sinceriori pietas, vel ecclesiasticæ fortè tranquillitatis constitutio translationem flagitaret. † Transitionem namque prohibet, non translationem. Hæc enim, id quod præter volũtatem & præter institutũ fit, omnino significat, & vox ea veluti in inanimatis vsurpatur: illa verò, de animatis, & quodammodo de eis dicitur qui per arrogantiam fortè miscendarum rerum gratia, in thronos insiliunt. Eam verò rectè canon, sicuti paulò pòst fusius exponam, inhibet: legitimam autem translationem nequaquã. Nã primus apostolorũ ille princeps Petrus, Rom. vrbis gubernauit ecclesiam: deinde primus etiã Alexandriam * forte transiit. In quibus ecclesiis vbi Linum & Marcum episcopos creauit, alias rursus vrbes adiit. Eusebius autem Pamphili in sexto Ecclesiasticarum historiarũ libro, Alexandrum quendam ecclesiæ in Cappadocia cuiusdã episcopum, Hierosolyma sacrarum locorũ spectandorum & precationis ibi faciendæ gratia profectum, atque à Hierosolymitanis retẽtum, in throno sacri Narcissi adhuc superstitis collocatum esse, & per vitam omnem Hierosolymitanæ ecclesiæ præfuisse, memoriæ mandauit: cuius & nos in quinto Operis huius libro. cap. 10. mentionem fecimus. Quòd verò & multi alij, necessaria vtilitate vocante, in alias transierint ecclesias, satis patet. Ego verò, etsi non omnes, aliquos tamen in historia hac recensebo. Magnus ille Eustathius à Berrœa (quæ est ipsa Chaleb) in Antiochiã translatus est, Constãtino primo Christiano Imperatore imperium Rom. administrante: sub quo & Maximus ex Diopoli Hierosolyma trãsiit, magno Macario succedẽs. Sed & Eudoxius ille, prauæ prorsus contra nomen suum opinionis, ex Germanicia primùm F Antiochiã, & inde postea Constãtinopolim est trãslatus. Diuus Meletius primùm Sebastiæ episcopus est renunciatus, deinde autem cũ magna gloria Antiochiam ad Orontem est vocatus. Itẽ diuus Gregorius Sasimorũ primùm, Cappadocum vrbis, deinde Nazanzi, patriæ suæ, episcopatum sortitus: postea à secunda synodo & Meletio Antiocheno, pro eo atque decuit, in præclaram Constantinopolis sedẽ translatus est. Patris in Achaia Perigenes episcopus designatus est: quẽ vbi ciuitatis eius incolæ non receperũt, Romanus episcopus in thronũ metropolitanæ vrbis Corinthi, vbi sacrorum antistes nuper admodũ vita defunctus fuerat, induci iussit, atque ille ita translatus, pacificè ibi per vitam omnem ecclesiam rexit. Dositheum Seleuciæ episcopum G Alexander Antiochenus Tarsum Ciliciæ transtulit. Reuerentius Arcis Phœniciæ episcopus lectus, Tyrum inde transiens, episcopali ibi munere est functus. Ex Gordo, quæ * in Lycia est, in Proconnesum Ioannes transmissus, magnificè episcopatum ibi gessit. Et Palladius ab Helenopoli Bithyniæ Aspunam transiit. Et alius ex eiusdem vrbis ecclesia episcopus Alexander. Adrianos traductus est. Ex Apamea Asiæ Philippus Eudoxiopolim missus est, cui vetus nomen Salambria fuit. Polycarpus ex Antapristena Mysiæ vrbe, Nicopolim Thraciæ: Hierophilus ex Trapezuntopoli Phrygiæ, Plotinopolim Thraciæ venit. Optimus ex Agdamea Phrygum, Antiochiam Pisidiæ. Troadem Philippopoli Thraciæ Syluanus transiit, de quo admirãdum quiddam memorabo. Is quum artem oratoriam primùm H apud sophistam Troilum didicisset, studium postea omne ad Christianismum transtulit, ascetícámque consectans vitam pallium monasticum nõ rulit. Hunc sibi coniunctum Atticus episcopus, Philippopolis episcopũ declarauit: in qua vrbe postquam triennium exegit, loci eius hybernum rigorem non ferens (exiguum enim & imbecille ei prorsus corpus erat) Atticũ vt aliũ in locum suum episcopũ substitueret, rogauit, non aliam quàm frigoris causam petitioni suæ prætendens. Porrò episcopo allo ei surrogato, Syluanus Cõstantinopoli degens, cura summa monasticã coluit vitã, humilitatis & paupertatis tam studiosus, vt in vrbe frequentissima obambulans, † sparteis sit sandaliis vsus. Eo tempore non

προέδρια Hierosolymitana precationis ergo.

Berræa eadem quæ Chaleb.

εὐδόξιος ὁ κυζικηνὸς

Sebastia.

Syluanus Philippopolis primium deinde Troadis episcopus.

Lituanicum hoc est, sparteis is calceis Constantinopoli vsus.

χρῶτα ὑποδήσας σανδαλίοις.

μεταβαίνειν, & μετάβασιν.

**κλήρῳ μεταβαίνει.*

** Socrat. in Lydia.*

non multo exacto, Troadis episcopus mortuus A
est. Quapropter Troes Cõstantinopoli affuere, episcopum petẽtes. Cùm autem Atticus, quemnam illis antistem designaret, deliberaret, Syluanus visendi eius gratia ad eum venit. Quem vbi conspexit, statim ei Troiæ episcopatum mãdauit, atque ad eum cõuersus: Deinceps, inquit, omnis tibi ecclesiasticæ sunctionis defugiendæ præcisa est occasio. Multus enim Troade calor est, opportunúsque & commodus tibi à Deo paratus est locus. Proinde nihil morare, sed protinus Troiam proficiscere. Itaque Syluanus eò transiit. Atque ibi miraculum insigne manibus editum est, quod profectò dignum est vt commemoretur. In littore Troiano ingens oneraria nauis, quæ magnas columnas ferret, constructa fuerat: Plateam, à latitudine, eam nautæ nominant. Hanc cùm opus esset in mare prouoluere, multi qui funibus eam in vndas traherent, confluxere. Illa verò diebus pluribus moueri loco non potuit: & homines immobilem eius stationem dæmonis efficaciæ ascripserunt. quapropter episcopum Syluanum adierunt, & ab eo vt precationem super ea faceret, petierũt, eam ipsam solam ad commouendam nauim sufficturam esse credentes. Ille pro modestia sua, non ipsius, vt hominis peccatoris, id opus, sed alterius cuiuspiam, in quo diuinum numen cõquiesceret, esse dixit. Vbi verò illi magis etiam ei multa precati instítere, petitioni eorum vix tandem cedens, ad littus aduenit: & oratione peracta, funem vnum attigit, & alios operi ei insistere iussit. Paululum nauis ab illis impulsa est: & illa perinde atque animata esset, celeritate multa prouoluta, ad mare peruenit. Hæc res in prouinciam omnem vulgata, religionem magnã Syluano est attestata. a Et cùm vir optimus esset, quoniam qui sub eo erant clerici, in causis & nugis, vndecunque inter eos qui iudicio contẽderent, prouementibus veluti nundinationem instituerent, † ne quis ex clero postea causam quampiam iudicaret, constituit. Sed supplicantium libellos acceptos, vni ex fidelibus laicis, quem præcipuè iusti & æqui studiosum esse sciret, accito dedit, eíque iudicio causarũ cõmisso, iure contendentium nugamenta reiecit. Hæc de Syluano, quamuis per digressionem, non tamẽ, sicuti puto, ab historia nostra aliena, dicta sint. Deinceps verò multi quoque alij ex throno in thronũ sunt missi. Sicuti sapientissimus iste Proclus Cyzico Constantinopolim est translatus, Cœlestino Romano Papa rem eã cõprobante, epistolis tribus ad Cyrillum Alexandrinum, & Ioannem Antiochenum, & Rufum Thessalonicensem scriptis: in quibus asserit, canonibus nõ obesse, episcoporum ex vrbe in vrbem legitimã eiusmodi translationem. Ego verò ab instituto digredi, eósque qui deinde trãslati ita sint, operi huic annectere cogor: rerum talium studiosis, vt equidem puto, gratificaturus. Præter eos, quos diximus, Zenone imperante, Petrus Mongus, Acacij Constãtinopolitani episcopi suggestione, ab Euchaitis Alexandriam trãsmissus est: sicuti posteà de hoc & aliis, si Deo visum fuerit, dicemus. Anthimus Trapezuntius, sub Iustino Imperatore, in sedem Constantinopolitanã traductus est. Rem hanc confirmat admirãdus etiã

Syluanus naue latũ onerariam immobilem è littore in mare stratione prouulsit. Zosim lib. 7. cap. 57.

† *Syluanus causarum cõtrouersarum iudicium non clero se laicis, ne nundinatione illa vexetur, commisit.*

a *Absurdum clericis est, sinè etiam opprobrio suum, si pergant se vexant, offendere disceptationis esse forensis. l. Rectius C. de Epscop. & cler.*

Actus militiæ (Deo) implicatur vitæ necessarius ei qui se in militiam delegit placeat. 2. Tim. 2. & quæ sequuntur. Constant. Rom. antistes vrbis translationem comprobauit.

Aliæ episcoporum translationes.

Imperium cõstantini & Irenæ. Basilij Macedonis. Leonis sapientis.

Episcopus extumiæ, & castratus.

Romani Seueris.

Nicephori Phocæ.

Basilij porphyrogeneta.

Episcopus eunuchus.

Alexii Conneni.

episcopatuum quorundam vnio.

τὸν σχολάζοντα.

** σχολάζοντα.*

Angeli Isacii, † ἐκ γενετῆς φλωρὸν.

** κατ' αὐτὸν γενόμενος.*

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicephori Callisti Xanthopuli Constantinopolitani Ecclesiastic. Historiæ Lib. XIIII.

mea quatuor sublimium sedium antistites ex trãslatione. ecclesiæ rebus præsse memini. Post magnum enim Arseniũ illũ, Nicephorus Ephesius, & Germanus Adrianopolitanus in Constantinopolitanam ecclesiã sunt transmissi. Multo deinde post, Niphonem etiam ex Hellesponti Cyzico in eandem ecclesiam deductum esse vidimus. Athanasio quoque Alexandrino, qui Nicolao successerat, Gregorius Aegypti episcopus surrogatus est. Antiochiæ quatuor per eiusmodi translationẽ episcopos successisse noui. Post Euthymium namque, ex Tripoli Arsenius trãsmissus, sedem eam sortitus est. Cui Cyrillus Tyrius successit atque huic Pópeiopolitanus Dionysius: Dionysio rursus Cyrillus alius, qui deinceps successorem habuit clarum illum Dionysium Mopsuestienem: atque hic rursum Sophronium Tyrium. Hierosolymis itidem duos per translationem successisse vidimos. nam Sophronio defuncto, in locũ eius Athanasius Cæsareæ Philippi episcopus suffectus est. Cuius sedem Gabriel quidam Cæsareæ Philippi & ipse nuper episcopus renunciatus, dolo rapuit: & paulò post fatis concedens, vel inuitus eã rursus Athanasio priori reliquit. Hæc de episcoporum translationibus, quæ vel antea vel pòst facta esse cognoui, volumini huic annexui. Fortasse autẽ plures alios quisquam inuenerit, qui historias studiosè euoluat. Canon nanque, sicuti à me est dictum, * translationẽ eam rem appellat, & nõ permutationem, aut transitionem: quòd hæc verba de animatis, & eis quæ proprio arbitrio & voluntate mouentur: Transferri autem, & Translatio, de inanimatis, atque eis quæ veluti ab aliis mouentur, dicatur: ita vt transmutatio & transitio eorum sit, quæ ex sede sua in sublimiores inuolant thronos: Translatio autem, eorum qui ipsi inuiti ab aliis aliò producuntur. Id quod & Cœlestinus Romæ episcopus, in suis, sicuti ipse appellat, secretis, capite secũdo, hisce vteus verbis ostẽdit. Si episcopus vtilitatis gratia transferatur, ne id per seipsum faciat, sed fratribus cogentibus. Et rem eam sacræ huius sedis autoritate expediat, non inanis gloriæ, verùm vtilitatis communis aut necessitatis ergò. Eadẽ & Anterius collega eius refert, ita ad verbum dicens. Translationem episcoporum communis vtilitatis aut necessitatis gratia scitote fieri licere, non autem cuiuslibet cupiditate, aut dominationis affectione. Siquidem Petrus doctor & dux noster, ecclesiasticæ vtilitatis causa ex Antiochia Romam translatus est, & inde posteà Alexandriam transiit, vt qui ibi prodesse magis ecclesiæ posset. Eusebius autem ex oppido quodam paruo, Apostolica autoritate Alexandriam est traductus. Atque eodem modo, & Felix ex ciuitate quę ei ciuium electione obtigerat, propter eam qua præditus erat egregiam doctrinam & vitam, de communi episcoporum reliquorúmque sacerdotum atque † Apostolicorũ

** De hac re ipse Nicephorus in Catalogo Episcoporum Constantinopolitanorum. Ἀρσένιος ὁ ἐξ ἐπισκόπου ἐν ἀρχιβύζῃ, τῆς ἐφ' ἑσπέρου Φρυγίας ὁ νικηφόρος, τῆς Ἀδριανοῦ γερμανὸς ἀρχιβύζης. Hoc est: Archimystis optimus Arsenius, Ephesique præsul inclytus Nicephorus, Germanus vrbis Adriani episcopus.

* μετάθεσιν, μετάγασιν, μετάβασιν.

† Alij, populorum.

virorum filio, Ephesum transiit. Non enim ciuitatem ciuitate mutat, qui id nũ cupiditate sua aut vanæ gloriæ studio facit: verùm propter vtilitatem aliquam, aut necessitatem, aliorum autoritate maiore pollentium cohortatione & consilio, ex minore in maiorem vrbem transiit: non inani gloria aut voluntate ipse sua ductus, sed autoritati potẽtiorum obsequutus, aut sede sua expulsus, aut etiam vtilitate loci vel populi permotus: & quidem non arroganter, sed humiliter ab aliis productus. Cæterùm de translationibus istis hæc, iudicio m-o. satis prolixè dicta sunt. Quapropter ad reliquum historiæ contextum reuertamur.

De Iudæis qui in Creta vagati, postea christianismum sunt complexi. Item vt tum vltra flumen Rhenum, gens Burgundionum Christi religionem susceperit: Caput 40.

ET diuinus quidem Proclus ad sacra Ecclesiæ gubernacula consedit, & res ecclesiasticas composuit. Eo autem tẽpore multi in Creta Iudæi Christianorum sacra sunt complexi, per causam eiusmodi. Vir quidam ex eorum genere erat, qui quum per fraudem & dolum vitã peregisset, postremò se etiam Mosen illum esse assimulauit: & cœlitùs in Cretam à Deo propterea missum esse confinxit, vt eius loci Iudæos ipse per mare, perinde atque olim Israelitas per rubrum sinum, duceret. Et passim insulam ipsam anno toto peragrans, vt se illum esse crederent, persuasit: atque vt opes quas haberẽt, pecuniásque & possessiones omnes aspernarentur, cohortatus est: se illos per mare nõ aliter quàm in arida, in promissionis terram ducturum esse pollicitus. Atque illi vanis illius promissis decepti, res operásque suas vbique neglexerunt, & facultates suas temerè quibuscunque diripiendas permisere. Vbi dies constituta aduenit, qua proficisci debebant, ipse quidem confidentia & fastu plenus, eis præiit: illi verò hominem, vnà cum coniugibus & ætate imbecilliore consequuti sunt. Itaque eos in summum quendam scopulum in pelagus excurrentem duxit: atque inde coniicere seipsos in mare, veluti natantes & * vrinantes, iussit. Idque ex illis quidam, statim vt imperatum eis erat, fecerunt neque deinceps apparuerunt. Quidam etiam in præcipitio saxis allisi interierunt. Et vniuersi illi vel in vndis, vel in præcipitibus saxis periissent: nisi Dei prouidentia, vix piscatores & alij mercatura victum quæritantes, Christiani homines, subitò affuissent, eósque modis omnibus extrahentes seruassent, tum primum fortasse qua demẽtia capti essent sentientes. Hi alios, quo minus se in fluctus proiicerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id fecissent, interitum illis indicantes. Qui sanè ægrè in animo rem secum reputantes, & fraudem sine iudicio susceptæ fidei & crudelitatis deprehendentes, vt miserabilem in modũ enatarẽt, sustinuerunt: & tandem Pseudomosen illum comprehendere sunt agressi. Verùm perficere id minimè potuerunt: confestim enim ille disparuit, & magnam suspicionem præbuit pernicioſum quempiam dæmonem sub humana specie gentem eam in exitium produxisse. Proinde multi

Pseudomoses in Creta.

Pollicitatus est, se Iudæos per vndas maris tanquã per continentẽ ducturum.

* ἐγκυβιστῶντας: *sed is ipse multos mortales in perniciem abduxit.*

Pseudomoses iste disparet, quippe dæmon aliquis. Multi Iudæi in Creta Christianismum suscipiunt.

Burgundiones ob Hunnis infestiores, Christianam religionem complectuntur.

de multi Iudæorũ superstitioni nuncio remisso, in Creta Christianam religionem constanter susceperunt. Horum innumera propè fuit multitudo. Simile quiddam aliud quoque eodẽ tempore accidit, quod & ipsum commemorabo. Gens quædam barbara vlteriorem Rheni amnis ripam accolli, Burgundiones dicuntur, tranquillitatis & ocij valde studiosi. Fabri namque tignarij omnes ferè sunt, & ea arte vitæ sumptus tolerant. Porrò Hunnorum natio eis imminens, frequentes excursiones in eos faciebat, & regionem eorum diripiendo vastabat. Multi etiam ex illis cum hostibus pugna congressi, interficiebãtur. Quum ergo propter cladem eiusmodi de rebus suis desperarent, vt Deo alicui res suas cõmitterent, consiliũ cepere: quumque in mentem eis veniret, Christianorum Deũ cultoribus suis vt acerrimum auxiliatorem plurimum opis ferre, de communi omnium cõsensu, ad religionem eius & fidem accesserunt. Quam ob causam & in quadam Galliæ ciuitate episcopum, vt eos Christianorum religionem edoceret, & diuino baptismo dignaretur, obtestati sunt. Ille verò vbi eis septem dierum ieiunium indixit, eósque quæ opus erat de sacris rebus instituit, octauo die baptizatos, vnà cũ episcopo quem eis attribuit, domum redire iussit. Et ex ea re fiducia concepta, contra hostes tyrannidem tantam exercentes processerunt: neque eos spes & expectatio sua fefellit. Nam Vptaro Hunnorum duce ex crapula nimia rupto, de improuiso hostes duce orbatos adorti, multos admodum telis confecerunt: atque ipsi quum trium tãtum millium numerum explerent, decem Hunnorũ millia interemerũt. Ex eo tempore Burgundionum gens ardenti ad Christianismum summè conseruandum amore flagrauit. Ita Deus alia per alia quam sapientissimè dispensat, ptoniẽtiæ arcano longè optimè omnia administrans. Hæc hactenus. Ego verò aliam quoque rẽ memoriæ mandabo, vt cognoscere omnes possint, Deum persæpe etiam per indignos solita consueuisse prodigia exhibere.

Teinnium ex catechesis ante baptismum. Burgundiones Christiani cõtra hostes Hunnos victores euadunt. Vptaro Hunnorum duce crapula erupt. Idem constãtes Christiani.

De Paulo Nouatianorum episcopo, & qua ille admiratione & memoria digna ediderit. Cap. 41.

Incendiũ Cõstantinopoli longè maximũ, quod hodiernum durauit.

EO enim tempore Nouatianorum episcopus Paulus, Chrysanthi successor miraculũ quoddam edidit, & præclaram sibi per id pietatis & amoris diuini apud suos famam parauit.

† * *Tripart. historia & Paul. Diac. habent Thermas Achilleas. Et est thermarum mentio quæ Achilleæ dicuntur, in l. omnes seruitus. C. de aquæduct. Sed nescio an ea lex ad vrbem Constantinopolitanam pertineat, quòd in ea aquæductus Hadriani mẽtio fiat: vt fortasse ibi de aquæductibus Antiochiæ agatur, quam vrbem præcipue Hadrianus exornauit. Nicephori verba hæc sunt:* ὁ ἁγιασμὸς τὸ πλεῖον τῆς πόλεως ἐπέδραμε, ὡς καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀρείων καταλῦσαι. καὶ τὸ δυσεσβὸν ὁ Ἀχιλλεὺς ἐπάυμον ὄν, Ἀχιλλέια καθαρὰ καθαρεῖ καὶ εὐγενεῖς. *h.e. Farra pura ex generosa sua. Aristoph.* ἀγυλλείαν ἀπομέτρει. *h.e primario vectoris pane.* ἀντὶ τοῦ σιτίσεως τῆς ἐν πρυτανείῳ μετοχῆς. *h.e. pro eo quod est, in prytaneo epulari.*

*Nouatiani ex eo tempore quotannis, 17. Augusti mensis die obseruatum templum † sacra celebrantes, celebrem eum locum reddidere: & multos etiam ex Græcæ superstitionis cultoribus in fano eo propter factum id augusto, rem diuinam facientes ad se pertraxere. Aliud itẽ memoria dignum facinus Paulus iste iam moriturus fecit, quod & ipsum non intempestiuè historiæ huic inseretur. Illud namque nobis propositum est consilium, vt ex omnibus quod cõmodum est & vtile, colligamus, & nonnunquã etiam ex serpentibus Andromachen conficiamus. Paulus, sicuti dixi, moriturus, sacerdotum qui sub eo erant, ordine omni accito: Curæ, inquit, vobis sit, dum ego adhuc spiro, vt episcopum designetis, ne in ecclesia vestra, me defuncto, turba aliqua oriatur. Atque vbi illi non sanum reclúmque ea in re se iudicii habere, propterea quòd alius alij pro affectione fauerent, dixerunt, electionémque ei permiserunt, inferens ille sententiam consensumque vestrum in scriptum relatum mihi dare, in eo scilicet vos quẽ ego delegero acquieturos esse, & ego id facere sum paratus. Illi imperata statim faciunt, & Paulus in lecto sedens, charta accepta, Marciani cuiusdam nomen in ea clàm cõscribit: qui presbyter quidem erat, & sub eo * monasticam vitam coluerat, tum autem peregrè profectus fuerat. Paulus postquam ipse sigillo suo chartam obsignauit, idémque & presbyteri alij iussu eius fecere, libellum Marco Scytharum episcopo, qui tum in vrbe erat, credidit, hisce eum alloquutus verbis: Si Deus me diutius in vita manere voluerit, libellum hunc perinde atque depositum asseruatum mihi reddes: sin illi, vt me ad se euocet, visum est, charta resignata, quem ego communi omnium calculo episcopum delegerim inuenies. Vbi ille mortuus est, & triduo post libellus magna multitudine præsente apertus est, legitima ab omnibus etiam Pauli electio iudicata est. Atque illi nulla interpolita mora, homines qui Marcianum adducerent, misere: qui eum Tiberiopoli in Phrygia inuentum, dolo bono vsi, vel inuitum adduxere, &*

a Achilleum Constãtinopolis granarium. Eccl. sia Nouatianorum in medio incẽdio illæsa conseruatur. Pauli Nouatiani episcopi precibus. b Pelargus vrbis Cõstantinopolitanæ regio.

† αὐτόθεν βόσκοντες.

Paulus idem moriturus, prudenter, quibus oportuit consentientibus successorem sibi designat. Prouerb. ἐξ ὄφεως τὴν ἀνδρομάχην ἀλφιτεύειν.

Bonus episcopus posterorũ etiã & tranquillitatis eorum rationem habet.

* h.e. cœlibem vitam.

Marcus Scytharum episcopus.

Marcianus Pauli successor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ecclesiæ throno collocauere. Hæc de Paulo dicta sint.

Vt episcopus Proclus Thalassium præfectum comprehendens, iamiam in Illyricum profecturum, post Firmum Cæsareæ cyrarit episcopum. Cap. 42.

Proclus præter opinionem omnium ex Thalassio Illyrici præfecto episcopum Cæsariensem facit.

EAdem tempestate, decimoseptimo consulatu Theodosij, patriarcha Proclus nouum quiddam præter ecclesiasticam consuetudinem fecit. Quum namque Firmus Cæsareæ Cappadocum episcopus mortuus esset, & Cæsarienses Constãtinopolim, vt episcopus eis deligeretur, petentes venissent, cuinam episcopatum eum committeret Proclus deliberauit. Sabbati dies erat, & commodum tum accidit, vt vnà senatores omnes ad episcopum visendi eius gratia venirent: in quibus etiam Thalassius fuit, vrbium earum quæ in Illyrico sunt, præfecturam gerés. Et iam is inde in Orientem profecturus fuerat, munus sibi ab Imperatore commissum administraturus: quum Proclus subitò manibus iniectis, eum pro præfecto episcopum Cæsariensem creauit. Atque ille etiam contra animi sui sentẽtiam in Ecclesiæ gradum conscendit, eámq; ritè administrauit: quum quidem tam subitum factũ Imperator ægrè ferret, mox tamen id sanctione sua comprobaret. Facinus hoc Procli insolitũ, & auditu admodum mirum est.

De reductione sacrarum reliquiarum sapientissimi Ioannis Chrysostomi. Caput 43.

Idem plebe Cõstantinopolitana petente, corpus diui Chrysostomi, de consensu Imperatoris Constantinopolim perferri curat.

FEcit præterea præclarum aliud quiddã, gloriáque eius prorsus dignum. Quum enim sciret ecclesiam dudum scissam esse, propter abrogatam Chrysostomo dignitatem, consilium quæsiuit, quomodo Ecclesiam à dissidio & seditione conseruaret, & hominum mœrorem consolaretur. Rem eam Dei dudu mirabiliter est aggressus. Quinto patriarchatus eius anno plebs, quæ piè propter Ioãnem tumultuata fuerat, congregata, Proclo persuasit, vt legatione apud Imperatorẽ fungeretur, vt sanctus ille vir ab iniusto exilio reuocaretur, populúsq; & Ecclesia orbitate liberaretur, petiturus. Id Proclus statim non grauatè fecit. Et qui corpus eus adducerent, missi sunt. Tumulus autem immobilis prorsus fuit: Et quum multæ multorum manus ad eum mouendum adhibitæ essent, nihilo magis loco moueri potuit. Quod vbi Imperator cognouit, statim causam eius rei intellexit. Itaq; literis rubrica scriptis, virum sanctum, vt adduci se pateretur, obtestatus est. Literæ ipsæ supra pectus eius positæ, & peruigilium actum, precésque ad Deum fusæ sunt. Ita tumulus se abducentibus facilem præbuit, & sanctus ipse, pondus eius leuius redditum, vnà cum baiulis simul ferre visus est. Literas Theodosij ad eum scriptas, hic referre visum est. Orbis totus doctori, & spirituali patri, Ioanni sancto, & aurei oris patriarchæ, Theodosius Imperator. Corpus tuum itidem vt aliorum mortuum esse putantes, pater honorande, transferre id & adducere ad nos, sicuti filij parentum amantes, desideraumus. Quum autem debitum prorsus honorem, & quantam opus fuit summissionem & modestiam, eam in rem non contulerimus, Imperialis fortasse fastus leges in rebus, quibus

Theodosij literæ ad chrysostomum defunctum, quibus eum Constantinopolim reuocat.

Theodosij cõpater.

nos magis quàm Imperio ipso honestos esse decuit, sequuti: non immeritò voto nostro excidimus. At tu pater patrum verè reuerẽdissime (nunc enim veluti viuentem alloquimur) ad desiderium potius nostrum, quàm ad cœptum tuum spectans, veniam da pœnitentibus, qui longè magis quàm alius quisquam pœnitentiã docuisti, & nos vicissim idoneúmque castigationis, desiderio flagranti errorémq; suum agnoscenti animæ, eo quòd huc vsque reditum ad nos tuum detrectaris, exemplum exhibuisti: redde reipsum nobis quæso, redde. Vt enim longiore mora & dilatione nos amplius etiam affligas, neque commiserationis visceribus tuis, neque amori & expectationi nostræ dignum est: qui non solum corpus & cineres, sed solam etiã vmbram tuam cernere cupimus. Literæ tales fuere. Postquam autem itinere confecto, in litus ex aduerso Constantinopoli ad Chalcedonem cum reliquiis sancti viri peruenere, transiit eò Imperator & senatus Imperatorius: transiit etiã patriarcha, & iudices, magistratúsque omnes. deinde generis & ætatis homines omnis, per fretum io mari perinde atque in continente vadentes, & ad Propontidem os Bospori ardẽtibus funalibus regentes, sacrum tumulum Imperatoria triremis excepit. Tum sanè miraculum quoddam edidit Deus, prodigiis quæ vnquam visa sunt longè maius. Quum enim certa & constans esset in mari tranquillitas, repẽtina subitò exorta est procella, & naues innumerabilis illius classis aliæ aliò diuersæ saluti suæ cõsulentes dispersæ sunt. Ea autem quæ sacrum illud pondus & præclarum thesaurum vehebat Imperatoris triremis, funibus derepentè ruptis, diuina gubernata manu ad viduæ agrum appulit: viduæ inquam illius, propter quam sponsa Christi Ecclesia pastore tanto viduata fuerat. Et rursum post mortem quoque iusto iudicio legitimam ille tulit sententiam, agrum viduæ autoritate sua attribuens atque confirmans: Deo nimirum magnum illum glorificante, & iniquum exilium eius apertè deprædicante. Et quoad eius fieri potuit, petram nauis discidit, quod miraculum hodie quoque cernitur, & egregij illius viri ardorem eximium quouis præcone clarius attestatur. Hoc vbi factum est, serenitas rursum aduenit, & naues aliæ aliunde collectæ, cum apparatu & comitatu maximo, carminibúsque debitis, virum sanctum producentes, in vrbem imperantem deportarunt. Eúmque primùm, circa † Amantium magni Thomæ templum excepit: inde verò in sanctæ Pacis delubrum delatus, postea porrò imperiali curru tumulus vectus, in sanctorum Apostolorum fanum illatus est. Ibi Imperator sacro tumulo chlamide tecto, & fronte atque oculis vnæ impositis, communem supplex precationem pro parentibus fecit. Dudum enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerum adhuc relinquentes. Seorsim verò pro matre quoque precatus est, vt tumuli eius motus atque strepitus consisteret. Triginta enim & quinq; annos iam is quatiebatur, quo tẽpore scilicet & ipsa Ecclesiam concutiebat. Nec ille id non exorauit. Cõfestim namque vrna eius cõstitit. Atque vbi sacer Proclus virũ sanctum

Infertur hoc rificentissime Chrysostomi corpus in vrbẽ Constantinopolitanam.

per tempestatem subitam, corpus sanctũ ad viduæ vrbem salutí agrũ appellit, cuius ab Eudoxia adiptus fuerat, etc.

† περὶ τὸν Ἀμάντιον.

Theodosius pro parentibus suis defunctis precatur ad diui Ioannis tumulum.

sanctum in eundem secum thronum collocauit, plebs circunfusa ore vno exclamauit: Recipe, inquiens, thronum tuum, ó pater. Fertur ipse quoque tum, quæ dudum clausa fuerant, labris rursum apertis, ad populum dixisse, pax vobis: sicuti id circunstantes homines, & Proclus patriarcha, se audiuisse testati sunt. Porrò sacris mysteriis peractis, ad reliquiarum eius repositionem itum est. Et episcopũ manibus magnus antistes ad basim sacræ & diuinæ mensæ, veluti sacer & inuiolabilis thesaurus, conditus est, episcopis episcopus, martyribus quamuis sine sanguine martyr, prophetis Christi & apostolis magna atque aurea Ecclesiæ Christi tuba, omnes omnium aures personans, & pia dogmata & precepta clarè musicis planè modulis accinens. Factum id vigesimoseptimo mẽsis Ianuarij die. Ingenti autem facinore isto, illi etiam qui propter ipsum secesserant, persuasi, Ecclesiæ omnes coniuncti atque vniti sunt. Admirari verò, Socrates ecclesiasticus inquit, mihi libet (vt Nouatianus clàm virum sanctum, vt opinor, perstringens) quomodo inuidia Origenem defunctum impenerit, Ioãni autem pepercerit. Ille namque post ducentos ferè annos, ab obitu suo, à Theophilo excommunicatus est: Ioannes verò trigesimoquinto anno post mortem suam à Proclo in communionem est receptus. Adeò diuersis à Theophilo moribus. Proclus fuit, Sed hęc quomodo & antea acta sint, & adhuc semper agantur, viros prudentes non fugit. De reductione diui Chrysostomi hactenus.

Cadauer Chrysost. in ipse throno collocatum, patrem populo precatur.

Ad basim sanctæ mensæ in diuersis Apostolorum eccle sia id fuisse, declaratur. Socrates tãdem Ioannis omnis prorsus ecclesia contagiuntur. Socrat. de ipsius Chrysost. Conferunt per dissimulationem Ioannes cum Origene. Post fata Origenis inuidia, Ioannes fauor est consequutus. Reliquiæ diui Ignatij Roma Antiochiam translatæ.

Vt etiam sit relatus diuinus Ignatius Roma Antiochiam. Cap. 44.

EIsdem tẽporibus diuinus quoque Ignatius Roma Constantinopolim delatus est. Quũ nãque ille, sicuti ei visum fuerat, in Amphitheatro Romæ in ferarum alius sepultus esset, quæcunque superfuere firmiora solidioraque ossa, condita ibi sunt. Theodosius autem Dei opt. max. præstantissima suggestione, magnopere ingenti atque illustri cum honore ea ad gregem suum referre studuit. Quapropter reliquias eas inde receptas, cum magnifico apparatu post tẽpus longum Antiochiam reduxit, & in eo loco quod cœmiterium vocatur, veneratione magna reposuit, & delubrum ingens dæmonibus olim dicatum, quod ab incolis τυχεῖον quasi Fortunæ templum dicas, vocabatur, in sacrosanctum fanum mutatum, diuino martyri consecrauit: in quo etiam reliquiarum tumulus repositus est, curru Imperiali cum sacro apparatu & satellitio in vrbem eam illatus, vbi quoque anno quolibet publicè & magnificè festus dies est actus, Deo diligentium se memoriam sanctè à funere etiam ipso glorificante. Sicuti antea quoque in Babyla accidit. Deo nanque inuisus Iulianus propterea quòd Daphnæus Apollo oraculum eius consulenti nihil respõdisset (martyre quippe qui in propinquo loco conditus erat, diuina potentia os illius obturante, sicuti id dæmon inuitus confessus est) noua quadam translatione martyrem cohonestauit, vt commodius faciliusque dæmones res suas agerent, quemadmodum Iuliano obscurè polliciti fuerãt. Sed id,

τυχεῖον sive Fortunæ templum, in martyris Ignatij Antiochiæ sedificium. Vbi Babyla martyrum clidem. Deo sanctas suas etiam defunctos glorificat.

Honor martyrum diuinus fuit.

A sicuti videtur, prouidentiæ diuinæ fuit, vt simul & martyrum potentia manifesta fieret, & sacræ eorum reliquiæ longè ab idolorum nidore abessent: & sacro loco repositæ, debito, pro eo atque conuenit honorarentur delubro: sicuti & accidit. Templum enim ei ante vrbem & magnitudine amplum, & forma pulchrum extructum est, in quod etiam eius vrna illata est.

De sanctis septem pueris, qui Ephesi resurrexerunt, ad fidem communis resurrectionis stabiliendam. Cap. 45.

Disputatio de resurrectione mortuorum Constantinop. orta.

SVb idem tempus, disputatio ingens in vrbe imperante, de mortuorum resurrectione extitit, & populo maxima incessit concertatio. Quidam enim, vnà cum Sadducæis, resurrectionem prorsus non esse opinati sunt: quidam au-B tem ægrè quidem, sed crediderunt tamen, defunctos excitatum iri, apertis & irrefragabilibus sacrarum scripturarum testimoniis adducti, alio prorsus & mutato corpore. Vt primum enim corpus illud, quod variis modis solutum abolitumque sit, resuscitetur, fieri non posse: sed præter id aliud nulla precedente materia, diuina, quæ omnia perficit, voluntate denùò restitutũ, vnà cum anima resurrecturum esse existimarunt. Huic tantę ætatis eius hominum ignorantiæ, & de proposita quæstione ambiguitati, qui priusquam existant, omnia nouit Deus, perinde atque medicus optimus, idonea præparauit remedia, vt tempore suo curam adhibens, animarum sanaret imbecillitatem. Itaque ante annos trecentos septuaginta duos, rem fecit, quæ nulla ex parte miraculis antiquitùs ab eo supra naturæ captum editis cedat: quam hoc loco commemorare aggrediar. Ephesi in Ionia septem pueri, corporibus iuxtà & animis fratres fuere, à parentibus per manus eis traditæ religionis nostræ cultores. Tanto verò illi erga Christum flagrarunt amore, vt persequutionem eam quã Decius Romanus eo tempore Imperator grauissimam perquam crudeliter exercuit paruisacerent. Et quum propalàm Christum confessi essent, postea non longè ab vrbe ea secesserunt: & in vicino quodam antro, propter imminens periculum seipsos occultarunt. Eius antri aditũ & fores, persequutores à parte exteriore probè circumuallatas muniuere. Illi porrò præ anxio animi mœrore in somnum sibi profundum delabi visi sunt, atque ita ad annos trecẽtos septuaginta duos dormierunt. Perinde enim atque angeli prouidentia diuina & spiritu sancto obumbrati, & veluti sensu orbati, suaui & molli somno, eo quo diximus tẽpore ita sunt detenti, vt neque corpora neque vestimẽta eorũ diffluxerint. vbi autẽ tẽpore suo sub præsenti, de quo nunc agimus, Theodosij imperio spelũcæ fores recluse sunt è somno illo euigilarunt: vnumque ex eis in vrbem rerum necessariarum comparandarum gratia miserunt. Quum autem is ciuibus Decij numisma proferret, noua atque insolita monetæ forma adducti, in thesaurum eum illi incidisse opinati sunt, inuenemque ad vrbis rectorem duxerunt, neque leuia ei, vt aurum inuentum indicaret, adhibuerunt tormenta. Et postquam flagris abundè concisus, vix apud

Historia septẽ fratrum apud Ephesum dormientium.

Ea mortuorũ resurrectio certissimè indicatur.

Simile quiddam Paulus Diaconus de septem quoque dormientibus in Germania refert, de gestis Langobar. li. 1. cap. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scipsum esset, exclamans: Quis tandem, inquit, imperium nunc obtinet? mihi dicite. Atque illi suauiter & facetè subridentes: Num tu, respondêrunt, Theodosium nunc feliciter imperium administrare ignoras? Tum iuuenis: Bona verba quæso, aiunt non Decius, sed Theodosius Romanum obtinet imperium, qui me & sex alios hucusque multo timore territos per præfectum vrbi speluncam hanc vbi occultaremur, subire coegit, vnde me illi fame perciti ad panes, emêdos præmiserè? His illi verbis auditis consternati, celeriter omnes ad antrum illud accurrerunt, aditúque magis dilatato, lapidibúsque hinc & inde dissectis, in tabulam inciderunt, in qua Decij nomen, ipsorum, in Christi religione profitenda libertas, fuga simul & occultatio, necnon sepulturę tempus percommodè expressum erat. Proinde cum reuerentia debita eos inde duxerunt, & de re omni celeriter Imperatorem certiorem fecerunt. Cæterùm Imperator fidelissimus, vbi eam rem cognouit, quòd semper quæ grata Deo & accepta essent faceret, pietate sua indignum duxit, vel illos ad se transferri curare, vel alios ad eos videndos mittere, ipsum autem domi manere: alterum enim arrogantię, alterum autem socordiæ omnino esse iudicauit. Et rebus omnibus, præ eo vt ad illos veniret, contemptis, quàm potuit celerrimè Ephesum, contendit, atque ibi illorum conspectu se oblectauit, & cum eis colloquutus, & ad satietatem consuetudine eorum vsus est: tum autem in communi etiam mensa cum eis, ita vt par erat, cibum cepit, septemque totos dies cum eis fuit, omne eis curæ & officij genus præstans. Vbi verò etiam longiore rursus somno & obitu sancto in Christo obdormierunt, debito eos prosequutus est honore: & præclaro ea de causa triumpho acto, magnificęque rursum eis in antro repositis, Cõstantinopolim est reuersus. Ea re quæstio de dogmate sopita est. Satis enim constabat, qui vt pueri illi tot annos, veluti noctem vnam nullo corporum detrimento quiescentes supereſſent, effecerit, eosque vnà cum animabus excitarit: eũ quoque potestatis suæ abundantia, omnes homines cum suis, non alienis corporibus, in momento vno, veluti ex somno, tempore suo excitaturum esse. Hæc hactenus.

Imperator Theodosius ad eos videndos Ephesum profectus.

Quæstio Constant. de resurrectione mortuorũ per miraculum istud decisa.

De maximis terræmotibus: & vt propterea in campo supplicationes factæ, quibus cũ imperator & proceres adesset, subitò puer in aerem sit sublatus, ter sanctum hymnum audierit: id quod ita rursum dimissus populo retulit, & statim concidens expirauit. Et vt Theodosius vrbem renouarit, pluráque ædificia Antiochiæ construxerit.

cap. 46.

Terræmotus magni & diuturnus sub Theodosio iunior. lib. 1. cap. 17.

ADhuc Theodosius imperabat, & terræmotus magnus & admirãdus extitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate & temporis diuturnitate facilè superauit. Nam ad menses sex maximè durauit, & non ex interuallo, sed motu continuo omnia concussit, idque per orbem ferè vniuersum: adeò vt non solum in vrbe imperante turres in præceps ierint, & muri sua variis in locis ruptus sit, verumetiam circa Chersonesum, ædificium id quòd μακρὸν τεῖχος, hoc est *Macrõtichos.* longum murum vocant, simul omne concideriit: & innumerabilia vbique locorum, magnorum operum templorumque ædificia pessum ierint. Terræmotus iste Alexandriam quoque attigit. Antiochiæ autem impetu vehementiore imminens præcipua quæque spectacula maximè comminuit. Et innumerabiles accidêre casus, non terra tantum, verumetiam mari. Alicubi enim terra dehiscens, vicos frequentes absorbuit: alicubi fontes non exigui subitò exaruere: quibusdam in locis vbertim aqua profluxit, quę ibi antea esse solita non fuerat. Arbores multæ vnà cum truncis suis radicitùs euulsæ. Aggeres plurimi derepentè existentes, in montes ingentes conformati. Mare terminos suos transgressum, pisces ingentis magnitudinis mortuos veluti funda eiecit. Insulæ plures vnà cum incolis suis submersæ, hodie quoque non apparẽt. Naues vndis confertim decentibus in arida medio mari immobiles consistere visæ. Cladem ex eo terræmotu plurimum sensere Bithynia, Hellespontus, vtraque Phrygia, & Orientis pars maxima: sicuti dictum est. Inuasit quoque Occidẽtis regiones plures. Et quum longo duraret tẽpore, non ea qua cœperat vehementia grassari perseuerauit, verùm sensim de impetu aliquid remisit, donec prorsus conquieuit. Clades ea talis fuit. Byzantij autem in maximum coniecti metum, à ruinis & ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt: & extra vrbem in Campo, qui dicitur, morati sunt, vnà cum Imperatore Theodosio, & patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumque vt propitius eis Gesset & ab imminenti calamitate orbem liberaret, obtestantes. Et quum aliquando motu eo grassante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipsis extirpatum iri verentur, & omnes litaniis & supplicationibus dediti collachrymarent, & ex profundo intimoque animo misericordiam diuinam implorarent: tum miraculum præter opinionem omnium, quod sensum & mentem omnem excedat, subsequutum est. Subito namque è medio inspectantibus omnibus, diuina quadam vi puer in aerem sublimis ad cœlestem vsque tractum, ita vt iam non appareret, sublatus, diuinam vocem qua angelis Deũ laudibus ferre mos est, audiuit: eáque voce percepta, rursum priore per aërem via reuersus descendit: & episcopo Proclo, ipsíque Imperatori & multitudini omni supplicationibus operanti, Deúmque hymnis celebranti, ab angelis canentibus se verba hæc audisse renunciauit: a Sanctus Deus sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Quæ vbi Proclus intellexit, statim ad eum modum populum psallere iussit: b & terræmotus statim etiam constitit, omninóque conquieuit. Imperator porrò Theodosius, & inter fœminas admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculsi, c constitutione Imperiali confestim, vt per orbem omnem diuinus hymnus iste concineretur, decreuerunt. Et ex eo tẽpore Ecclesia Christi eum acceptum non quolibet tantum die vsurpat, sed etiam (vt simpliciter dicam) cuiuslibet carminis & laudis Dei initio, ante omnia pleno ore præmittit. Puer verborum eorum ministerium exequutus, statim vita

Casus varij & admirandi in eo terræmotu.

Puer mirificè in aerem sublatus, & inde remissus.

a τρισάγιον. b. i. ter sanctus angelorum hymnus, Deum tri num & vnũ celebrantium. b Terræmotus conquiescit. c Theodosius vt hymnus talis in ecclesia omni cantatur, instituit.

Litaniis & supplicationibus operantur.

vita defunctus est, & in magna ecclesia quæ Pacis nomen obtinet, conditus. Locus autem in quo ille in sublime actus est, postea ὑψαμάθιον id est diuina exaltatio vocatus est, Notum ventum pro vrbe Constantinopolitana spectans. Imperator vbi terræmotus timore liberatus est, ilico Constantinopolitanæ vrbis muros reficere aggressus est: & maiorum mœnium partem, quæ in ficco loco sunt, per dies sexaginta, in eã quæ nunc cernitur formam Anthemius restauravit, ingenti vrbi amplitudine pomeriis prolatis adiecta. Cyrus autem præfectus vrbi, reliquum qui conciderat, & vi temporis labefactatus fuerat, murum renouauit, atque in sublimem altitudinem, vrbe veluti in nouam redacta formam, construxit. Et quum aliquando imperator in Hippodromo equestre exhibens certamen staret, Byzantij structura Cyri delectati, magnificam illam emisere vocem: † Constanti- B nus condidit, Cyrus restaurauit. Qua ex causa ira percitus princeps, præfecti dignitatem, illo sub prætextu quòd Græcæ superstitionis cultor esset, homini ademit, & substantiam eius omnẽ publicauit. Ille animum despondens, ad ecclesiã confugit: & in sacrum sacerdotum ordinem allectus, Smyrnæorum præfuit vrbi. Smyrnæi vbi illum audiuere Græcorum sacra coluisse, communionem eius sunt auersati. Cyrus autem ad eos in ecclesia talia verba fecit. Viri amici, natiuitatem Dei & seruatoris nostri Iesu Christi silentio colamus, quoniam auditu etiam solo in virgine sancta conceptum est Dei verbum. Ei gloria sit in secula, Amen. Ac deinde gratus ciuibus fuit, & ecclesiam piè gubernauit. Huius quo que opus est templum Dei genitrici dicatum, quod Cyri dicitur: in quo, fama est, & Romanũ C illum cantorem eximium, propter carmina decantata honorem & præmium virtutis à Dei genitrice recepisse. Tẽplum autem id huiusmodi occasione isthic est erectum. Cupressus in eo loco ingens & procera fuit, in qua superioribus temporibus nescio quomodo imaginem Dei genitricis, quidam occultauit. Quum autem multum præteriisset temporis, & imago lateret, ipsa seipsam indicauit. Cupressus enim immenso coruscans lumine perinde atque fax vna ardere visa est, & ingens etiam miraculorum vis ab obscura & latenti efficacia manauit. Vbi autẽ quidam curiositate laudata arborem conscendit, imago ea, vnde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem Ahabens, pulcherrimum & maximum Dei genitrici construxit delubrum. De his hactenus. Verumenimuerò Imperator magnam exhibens liberalitatem, non imperantem tantum, sed & alias restaurauit vrbes, quæ valde dirutæ fuerant. Et alias quidem aliter restituit. Antiochiam verò Mennonium & Zoilum & Callistum, religione nostra admodum præstantes viros, rectores misit, Ibi Mennonius perquàm decenter & magnificè, quod * Psephium dictum est, ab ipsis fundamentis restituit: in cuius loco medio hypæthram & subdialem aulã reliquit. Zoilus autẽ Imperialem erexit porticum, ad Austrum spectantem, in Rufini porticus latere, cognomine suo loco ei relicto. Qui verò mihi cognominis fuit Callistus, præclarum & magnificum vrbi ei reliquit ædificium, quod Callisti porticus nominatur, pro iudicum curia, ex aduerso ei foro vbi pulcherrimæ constructæ sunt ædes, in quibus duces belli habitant. Insuper Anatolius quoque dux, militarium in Oriente ordinum præfectus, eò missus, cognominem sibi porticum, omnis generis materia & arte præcipua exornatam, splendidè excitauit. Hæc etiam si per digressionem historiæ inserta, non tamen studiolis inenarrata aut ingrata erunt.

Vrbium restauratio.

** ψῆφος. à calculi qui ψῆφοι dicũtur, seu suffragius ferendis dictũ videtur quasi comitia Romano more dicas. Antiochiæ restituit psephiũ. porticus Rufini. Extructa porticus Callisti. Porticus Anatolij.*

Vt post Proclum Flauianus, post Cyrillum Dioscorus, ecclesiæ susceperit administrationem. De distidio inter Pulcheriam & Eudociam propter Chrysaphiũ. Item de synodo iterum Ephesi celebrata, & prædatoria cognominata.

Caput 47.

POstea quum diuinus Proclus vndecim annis in Constantinopolitana sede, & admirandus Cyrillus in Alexandrina triginta duobus enituissent, eodem tempore ambo ad immortalem transiere vitam. Sed & Ioannes Antiochenus moriens Domo thronum reliquit: & Leo magnus, Cœlestino ad cœlestem recepto vitam, in veteris Romæ ecclesiam est inductus. Porrò Iuuenalis adhuc superstes, ecclesiis Palæstinæ præfuit. Proclo Flauianus successit, sacrorum donariorum ecclesiæ magnæ custos, dignitate presbyter, vita autem cœlesti præclarus. Post Cyrillum in Alexandriæ throno Dioscorus impietatis officinam instituit: qui quum rebus aliis pessimus fuit, tum diuino Cyrillo & Flauiano inimicissimus, tertiæ synodi decreta non recepit. Et quòd Constantinopolitano Archimandrita † infelici Eutychetæ, & præterea Chrysaphio primario inter Imperiales cubicularios eunucho amicissimè vteretur, vt secunda Ephesi synodus cogeretur effecit, quæ λῃστρικὴ, hoc est, prædatoria dicta est. Eius celebrandæ tale fuit initium. * Chrysaphius iste multum apud Imperatorem autoritate valuit, & quòd consecrationem Flauiani, propter anticipatam opinionem, minus gratam probatamque haberet: Imperatori sub-

Præclariorum ecclesiarum antistites. Flauianus iste in l. quoniam C. de episc. & cler. Fabianus dicitur. Flauianus Proclo successor.

Dioscorus Cyrilli.

† δυστυχὴς εὐτυχὴς. Eutyches abbas. Secunda Ephesia Synodus, Prædatoria dicta. Audet Eunuchus munus benedictionis pro cle

De Cyro isto hæc apud Suid. reperiuntur: Cyrus Panopolites poeta sub Theodosio iuniore vixit. Apud quem præfectus prætorio, & præfectus vrbi, consul & patricius fuit: in admiratione ab Eudocia Augusta, qua poëmatum studiosa erat, habitus. Eudocia autem, quum aula relicta, in Oriente Hierosolymis esset, Cyrus ab aduersariis insidiis circumuentus, in Phrygia Colyeo episcopus factus est, & vsque ad Leonis Imp. tempora duravit. Mentio eius fit l. si quis. C. vt nem. ad suum patroc. lib. 11. Et ad hunc scripta est l. qui sub prætexto. C. de sacros. eccles.

† Conceptum virginis spiritus, non caro, fides non libido, præuenit. credendo, non concumbendo, fœcundata est virginitas. Aug. de trinit. lib. 13. cap. 18.

Eftiene à Flauiano, quod Imperatori mitat petere. Chrysaphius eunuchus. Cur eunuchus iste Flauianum oderit.

** Apud Suidam est plurimum autoritate eunuchos aulicos apud Theodosium valuisse, & res pleraſque ex arbitrio eorum perperam actas esse.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

† τὰς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ τελετὰς, ἀγιάσας εὐλογίας. ut sint sanctificationes Christi.

iecit, vt patriarchæ significaret, quo ille † electionis atque consecrationis gratia benedictionis munus sibi mitteret. Diuus Flauianus panes puros misit. Chrysaphius contra, a aureum benedictionis donum mittendum esse dixit. Cui patriarcha respondit, non esse sibi talium rerum copiam: nisi fortè ad hoc sacris vteretur rempli e thesauris. Ipsum verò Chrysaphium optimè nosse, Ecclesiæ sacra vasa Deo & pauperibus esse consecrata. Atque inde offensio locum habuit, quum eius rei Pulcheria Augusta nihil animaduertisset. b Chrysaphius eam ob rem inuidia percitus, omnem mouit lapidem, vt patriarcham sede sua deturbaret. Quum autem id omnino, Pulcheria summam rerum administrante, fieri non posse videret, Eudociam Augustam, quæ nondum in Palæstinam ierat, solicitauit, eamq; paulatim aduersus mattem Pulcheriam concitans, vt Præpositum illi ademptum sibi asciscere, suadere ei cœpit. c Præpositus enim Pulcheriæ parebat, vt quæ rerum summam administraret. Eudocia non parum Imperatoris tentauit animum, vt Præpositum à Pulcheria abduceret. At ille ab ea persuasus non est, petitionem Eudociæ refellēs: quòd Pulcheria soror eius in imperio genita atque educata esset, & quàm optimè remp. administraret. Postquàm Chrysaphio cœptum id non successit, aliud est expertus, & rursum Eudociæ molestus fuit, Imperatorem vt instigaret, quo ille patriarchæ secretò insinuaret, vt Pulcheriam diaconissam legeret. d Hoc Eudocia quum ageret, frequenti suggestione tandē mitissimum Imperatoris animum flexit. Nam & lapidem aquæ gutta frequentius defluens, excauare solet. Theodosius patriarchæ ad se vocato, G arcanum indicauit. Et ille in mœrorem coniectus, Imperatori quidem quod ei gratum esset, facturus esse visus est: Pulcheriam autem literis secretioribus certiorem fecit, vt nequaquam in conspectum eius veniret, ne scilicet quod & sibi ipsi & illi parum gratum esset, facere cogeretur. d Pulcheria statim quid ageretur intelligens, Præpositum transire ad Eudociam iussit: & ipsa vrbe egressa, ad Septimum tranquillam priuata vitam egit. e Imperator autem & Eudocia Flauiano deinceps, quòd arcanum illud consilium propalasset, maximè succensuerunt. Pulcheria ad hunc modum ejecta, per Eudociæ manus resp. administrabatur. quo tempore etiam suspicionis illius occasio locum habuit, de celebri illa oue, propter Paulinum magistrum, quemadmodum suprà dictum est. Hæc quum sic gererentur, f Eusebius, de quo H in synodo tertia antea diximus (nam primus ipse Nestorij vesaniam deprehendit atque redarguit, si quis alius, & ipse artis Rhetoricæ peritus: itum autem Dorilæus episcopus erat) quòd Eutychetis familiaris esset, de fide aliquando cū eo est collocutus. Atque vbi eum non rectè sentire animaduertit, libellum ea de re patriarchæ Flauiano obtulit. g Flauianus synodo prouinciali Constantinopoli coacta, ad quam quadra-

a Eutyches reuocat Flauianum ad synodum.

b Vitur à Chrysaphio consilium vt Flauianus è sede sua deturbetur.

Chrysaphius per Eudociā frustrà Pulcheriæ præpositū adimere contendit.

c Præpositus aulæ Augustæ.

Struitur ab eodē consiliū aliud vt Eudocia diaconissam creari Pulcheriam curet.

Significatur id ab Imperatore Flauiano, & ab hoc Pulcheriæ.

d Pulcheria Præpositū ad Eudociā mittit, & priuatam in Septimo complectitur vitam.

e Imperator Flauiano trascitur.

Eudocia rerū in aula potitur.

f Eusebius Dorylæi hæresim Eutychetis colloquio deprehendit.

† g Synodus prouincialis Constantinopoli propter Eutychetē coacta.

† *Synodos prouinciales patriarcha & Archiepiscopi olim, quum hoc sic vsui ferret, cogere potuerunt: concilia œcumenica & vniuersalia sine voluntate Imperatoris, minimè.*

ginta episcopi venerant, Eutychetem citauit. Ille porrò primùm sistere se recusauit. Vbi autem coactus aduenit, fœdissimo morbo laborare deprehensus est. In medio enim consessu: h Ego, inquit, ex duabus naturis genitum esse profiteor Dominum nostrum Iesum Christū, ante vnionem. Post vnionem autem, vnam eius esse naturam, & diuinum eius corpus neque consubstantiale nobis, neque eisdem nobiscum perpessionibus obnoxium esse prædico. Quæ verba postquam synodus audiuit, illico quòd ille pœnitētia non duceretur, legitimè & iuxta certum canonum iudicium, i hominem, dignitate ei adempta, reiecit. Ille Imperatorem adiit, & vt causa denuò iudicaretur, perinde atque acta & decreta contra eum facta à Flauiano, confecta essent, rogauit. Itaque Principis iussu alia in suburbano Constantinopolis coacta est synodus, in qua multi etiam alij episcopi, & ex senatu quidam affuere. k Porrò vbi illi acta & decreta legitima esse autoritate sua comprobarunt, Chrysaphius eunuchus, qui idem cum illo sentiebat, quum contumeliam ferre nequiret, iram aduersus Flauianum suam maximè auxit: l & Dioscoro Alexandrino impio illi indicauit, se illi in rebus quę ei placitæ essent, gratificaturum omnibus, si Eutychetem periclitantem defenderet, Flauianum autem & Eusebium Dorilæum oppugnaret. Eodem etiam modo Eudociam Augustam excitauit, quum multa alia, tùm ea potissimum dicendo quæ ei à Pulcheria acerba accidissent, propterea quod Flauianus rem secretò sibi creditā, & rectam tacitamque non seruasset. Hi ambo Theodosium permouent, vt alteram Ephesi synodum, quæ Eutychetis & Flauiani causam disceptaret, celebrari iubeat, sententiarumque ferendarum iudicium Dioscoro impio committat, & eundem synodo præficiat: copias etiam militares, quæ satis sint, mittat, quæ rem iudicatam exequerentur. Vbi id Imperator mandauit, & synodus quæ prædatoria vocatur. Ephesi cōgregata est: præsidens ei Dioscorus, notariis aliis reiectis, suos tātum adhibuit, vt acta ex sententia eius in scriptum referrentur. Affuerunt concilio ei quos suprà nominauimus ecclesiarum antistites, * cum sacerdotibus suis: Leone veteris Romæ pastore excepto, cuius locum Iulius episcopus eò missus obtinuit. Theodosius inter alia, hoc sic verbis eiusmodi sanxerat. Qui antea iudices religiosissimi archimandritæ Eutychetis fuere, adsunto quidem, & tacento. iudicum autem ordinem non habēto: cæterùm communem sanctissimorum omnium patrum sententiam expectanto, quandoquidem de rebus ab eis iudicatis nunc iudicium agitur. Vbi autem de quæstione actum, ab Eutychete petitum est, vt ea quæ de Deo sentiret, apud synodum exponeret, rursum ille, quæ antea quoque dixerat, in medium proferens professus est. E duabus quidem naturis genitum esse saluatorē ante vnionem, post hanc autem vnam ei esse naturā. Dioscorus porrò subinferens: Et nos omnes ait, eiusdem opinionis sumus. Ibi Leonis papæ locum tenētes, illius ad Flauianum & synodum ipsam datas literas legi petierunt. Vt verò Dioscorus eas reiecit, mandatarij transfugium Dioscori impetum animaduertentes, è synodo discessere,

h Eutychetis hæresis.

i Eutyches non respiscens damnatur. Idē ab Imperatore, vt alia constituta Constantinopoli cogantur synodus, imperat.

k Ea prioris synodi decreta comprobat.

l Eunuchus Dioscorum Alexandrinum & Eudociam aduersus Flauianum commouet.

Imperator synodum aliam Ephesi iterum celebrari iubet.

Synodo ei Dioscorus præficitur.

Aulica tales præfici non minè episcopos decent.

* Iuuenalis scilicet, Dominus, &c.

Lex Theodosij quomodo in concilio posteriore.

Ephesio procedendum.

Eutychetis hæresis.

Dioscorus ei succumit.

Literæ Leonis Rom. episcopi restituit Eutychetē restituit. Flauianū & Eusebiū exauctorat. Flauianum vi è synodo eiicit, & male tractat. Flauianus moritur. Huic etiam mortuo Dioscorus calcibus insultat. Episcopi decretis synodi prædatoriæ subscribere cogūtur.

* εἰς ἑαυτὸν γενόμενος. Dominus Antiochensem subscriptionē suā recantat. Domno, & aliis suis episc. dignitate concilio abrogat.

cessere, & Romam recurrere. Dioscorus, cum A factionis suæ popularibus, Eutychetem, reddita ei dignitate in integrum restituit: eam verò Flauiano & Eusebio Dorilæo abrogauit: canonem illum, quem ipse fortè transgressus est, obtendens, nullam aliam fidei formulam, præterquam quæ Nicææ est facta, promulgandam esse statuentem. Porrò Flauianus, vir sanctissimus, post einscemodi illegitimam condemnationem, turbulentis impulsionibus & calciū ictibus à Dioscori & Chrysaphij factione ex synodo ejectus, tertio pòst die vitam feliciter finiit, quum ille ipse Dioscorus calcibus in ventrem etiam veritatis ipsius propugnatoris defuncti insiluerit. Et postridie episcopi, militum qui eos armis sublatis circunsteterant, vi actis aduersus sanctum illum editis subscribere sunt coacti. Cum quibus B & Domnus, Ioānis in ecclesia Antiochena successor, annotatione sua ea tum confirmauit. At idem postea * suæ redditus, quòd illis cessisset, retractauit Dioscoro & principibus ex aula Imperiali viris resistens, & contra decreta, vtpote quæ aduersus ecclesiasticas constitutiones facta essent, vociferans, synodumque impiam appellans, & subscriptionem denique suam reddi sibi flagitans. Verùm synodus ea de causa huic quoque sacerdotalem ademit dignitatē: in qua & Ibas ille Edessenorum episcopus, & sapiens eruditusque Theodoritus ecclesiæ Cyri pastor, præterea Daniel Carrarum, item Irenæus Tyri, & Aquilinus Bibli episcopi exautorati sunt. Decreuit hęc synodus quoque de Sophronio quēdam, qui tum Constantinopolim, visendæ eius gratia, venerat, & alia insuper quæ in actis continentur. Prædatorium Ephesi concilium ad hunc solutum est modum.

Confutatio eorum qui christianorum sacra malignè exagitant: & Græcarū Gentiliumque nugarum traductio.
Cap. 48.

Apologia aduersus eos qui religionem Christianam propter hæreses subinde exorientes, exagitant.

NE verò ex eis quisquam, qui aliter opinantur, & idolis addicti sunt, nos rideat, perinde quasi per res nouas semper aliquid ad fidem afferamus, & apud nos posteriores prioribus derogent. Nos etenim ineffabilem atque incomprehensibilem Dei erga nos benignitatem & misericordiam inquirētes, eamque summopere colere atque magnificare contendentes, eo quòd rem eam assequi non possumus, huc atque illuc nos conuertimus. Nullus sanè eorum qui in hæreses delapsi sunt, illud in consilio præcipuè habuit, vt diuinum numē blasphemus maledicto aut cōtumelia afficeret: sed præstantius quidquam se prolaturum esse, quàm maiores fecerint, si hoc vel illud promulgaret, existimauit. Vniuersi equidem communi omnium cōcordia, quæ † præcipua religionis nostræ sunt, & quæ cultus diuini causam continent, capita, profitemur. Trinitas enim in vnitate naturæ diuinæ à nobis deprædicatur: & ante lucifera superſubstantiali patri genitus Deus verbum, quod natiuitate altera incorruptè propter immensam erga creaturam suam misericordiam carnem assumpsit. Quòd si præterea propter obscuram numinis cognitionem, homines noui quidquam afferunt, non nouum id est: quòd Deus, vt equidem puto, propterea * libero arbitrio locum dederit, vt Ecclesia eius Catholica & Apostolica hinc & inde ad diuersas opinio nes appellans, dicta omnia, pro eo atque decet, captiuet, & ad veriorem pietatem referat, eaque ad vnam rectam planamque viam, veritatis scilicet inuentionem, deducat. Cui sententiæ illud dictum valde consonum ab Apostolo est prolatum: Oportet autem hæreses etiam in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Qua in re ineffabilem quoque Dei sapientiam mirari libet, quæ olim per Apostolum suum prædixit: Virtus enim mea, inquiens, in infirmitate perficitur. Ex eo namque quod propter imbecillitatem verę cognitionis, partes quædam ab Ecclesiæ structura resectæ sunt, dogmata recta & plana per ædificationem constituta sunt, & incrementis maioribus ad cœlestem sublimitatem vniuersalis & apostolica ecclesia excurrit. Qui verò in seductione & errore Græcę superstitionis educati sunt, propterea quòd neque Deum, quidnam sit, neque ineffabilem eius & incomprehensibilem curam atque prouidentiam inuenire velint, alij aliorū inter se, atque ipsi quandoque suas etiam ipsorum sententias refellunt. Et multos varioſque comminiscentes deos, nominibus eos quæ affectionibus, suis conueniant, prosequuntur. Et cùm alios super alios sibi ipsis designant & eligunt, veniam, vt aliquis dicat, impuris libidinibus suis aucupantur. Sic qui apud illos est summus.

Commodum quod ex hæresibus prouenit.

* τῷ ἀυτεξουσίῳ.

Aduersus philosophos ethnicos, & impurissimā eorum idololatriam.

Hominum pater atque deorum.

Cnatura sua in auem versa, fœdi stupri gratia adolescentulum Phrygen rapuit, & pro mercede impuri flagitij poculum ei dedit, potestate illa permissa, vt sibi ille † benevolentiam & amorē propinaret, & vterque simul cum nectare constuprationis probrum & dedecus potaret. Qui insuper multis aliis nefariis sceleribus, quæ etiā nullius precij hominibus concessa non sunt, in varias irrationalium animantium species transformatus, turpiter sibi vitam degendam statuit: & androgynus, ancipitique inter marem & fœminam sexu Deus factus, non equidem in ventre, sed femore vterum * gestans, imperfectum tulit fœtum: vt ea quoque res præter naturam fieret. vnde Dithyrambus seu bis genitus infans prodiit, qui vtrique naturæ ignominiæ inureret notam, muliebri motu saltans semiuir Deus: ebrietatis, crapulæ, vinolentiæ, temulentæ grauedinis, aliorumque inde profluentium malorum autor. Huic Deo altitonanti & ægifero admirandum etiam aliud nomen indiderunt. nam parricidam vocarunt, cui apud omnes homines extremū & primū cōstitutum est supplicium: vt qui Saturnū patrem suū (pro eo atque decuit faciens) quod talem ipsum ille in vitam protulisset, turpiter regno exuerit. Quid verò de meretricia fœditate apud eos in numerum deorum relata dicam? cui tutelarem deam Venerem ipsam Cypriam concha genitam præficiunt. Ea verò, pudicitia veluti piaculo quodam repudiata, absurdis & turpibus flagitiis omnibus ferè delectatur, atque eis ipsis etiam coli atque placari vult: cum qua Mars turpiter se dans, arte & fallacia Vulcani, diis reliquis ludendus atque ri-

Spurci tenuis flagitia.

† προπίνειν τὴν φιλοτησίαν.

Bacchus impuritatis deus.

* κυοφοροῦντι.

Iupiter parricida.

Venus impudica dea.

Mars adulter Vulcanus.

φαλλαγωγία.

Ex Lactantio lib. 1. cap. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pan. Priapus. Sacra bonæ deæ.

dendus tanquam spectaculum exhibetur. Phalli verò, & Ithyphalli, & obscœnitatis omnis domicilia apud illos, quem non merentur risum? Quid Pan ipse, & Priapus, qui præter naturam informi membro cum magna gratia colitur? Quid mysteria & arcana sacra Eleusinę deæ sibi volo? quæ quũ quàm maximè oderim, vno tamen nomine tantum laudauerim, quòd talia ipsi ea esse, quæ sol non aspiceret, iudicarunt: & quum re ipsa se digna patrarent facinora, quòd ea tenebrarum caligine & obscuritate condemnarunt. Verùm nos turpibus hæc cultoribus relinquentes, orationem ad metam constitutam reducamus: quæ reliquæ sunt Theodosij imperij res, memoriæ proditurі.

vt post prædatoriam synodum Theodosius, cognitis quæ ibi gesta sunt rebus, Chrysaphium quidem occiderit, grauiter autẽ in coniugem Eudociã commotus fuerit. Idem sororem Pulcheriam reuocat: quæ Flauianum secum adducens sepelit, & in foro æratio magnificè Dei genitricis templum condit.

Caput 49.

Suggestione Leonis episc. Valentinianus & Eudoxia ad Theodosiũ de synodo prædatoria scripserunt.

POst prædatoriam illam synodum, Leonis papæ mandatarij vix Romam venerant, quum illi quomodo ipsius literæ reiectæ, & iniquæ tetiæ latæ essent, præterea Dioscori & Chrysaphij arrogantem confidentiam, & vt illi diuinum virum Flauianum necauerint, exposuere. Eisque rebus perturbatos Leo, lachrymabũdus Valentinianum Placidiæ filium, Romæ adhuc imperantẽ, & simul Theodosij atque Eudociæ, quæ etiam Athenais dicta fuerat, filiam Eudoxiam adiit, & ab ipsis petiit, vt ad Theodosium literas darent, quibus ille ad vniuersalem synodum aliam cogendam moueretur: in qua synodo, quæ Ephesi præter ecclesiasticas constitutiones perperàm acta fuerant, ritè corrigerentur. Illi à Leone persuasi, statim ad Theodosium scripsere, petitione Papæ literis inserta. Et Theodosius filiæ Eudoxiæ rescribens, hæc quoque verba addidit: Illud verò suauitatem tuam scire volo Flauianum diuino iudicio ex rebus humanis sublatum esse, vt controuersia & contentio sanctarum ecclesiarum omnis conquiescat. Deinde verò Theodosius, vbi re secum perpensa, se Chrysaphij astutia deceptum esse comperit, perquàm grauiter & impietatem in Flauiano perpetratam, & aliis episcopis nefariè illatam contumeliam & condemnationem tulit. Et quum dolori suo mederi non posset, in Chrysaphium legitimum iustumque effudit furorem. Itaque illum primùm dignitate, mox etiam substantia omni spoliatum, in insulam quandam relegauit. Cuius iudicium quòd cœlestis quoque calculus comprobaret, in mari nauigantem assequutus est. Postea coniugem quoque Eudociam per acrem obiurgationem malè admodum accepit, quippe quæ malorum inualescentium causa fuisset. Ad hæc, iniuriam quoque germanæ suæ Pulcheriæ, quæ eius causa Imperiali aula eiecta esset, factam adiecit: atque insuper illam de Paulino suspicionem, & contentionis ouem vehementer eam perstringens, in medium protulit. Illa consilij dubia, quum in magnum esset coniecta metum, vt sibi Hierosolyma petere liceret, petiit: ad quam profectionem se voto nũcupato Deo obligauerat, si in matrimonium collocatam filiam vidisset. Imperator confestim in Septimum misit, & sororem Pulcheriam septimum iam ibi annum agentem reuocauit: quæ quamprimum cum apparatu comitatuque multo in Imperialem aulam redit: Ephesum certis hominibus missis, sacrum Flauiani corpus inde in vrbem imperantem transtulit, atque id per mediam ciuitatem cum obseruantia & pompa celebri illatum, intra adyta sanctorum discipulorum Christi templi splendidè & religiosè reposuit. Postea Iudæorum synagoga † in fabrorum foro, in templi formam redacta, pulchritudineque simul & amplitudine exornata, insignem Dei genitrici ædem sacram construxit. Vbi minoribus aliis adiectis ædificiis, venerandam & sacram Deimatris in ipso sanctioris mensæ tumulo zonam reposuit: & ex eo tempore ea Dei genitricis ædes, * Sacri tumuli nomen est consequuta. Atque hæc quidem sic acta.

Pulcheria è Septimo in aulam Imperialẽ reducitur.

Eadẽ Flauiani corpus Ephes. Cõstantinopolim trãsfert.

templum Deigenitricis cõstructum sub Sancti tumuli nomine.

† ἐν τοῖς χαλκοπρατείοις.

Zona diuæ Virginis.

* ἁγιάσματος

Vt imperatrix Eudocia Hierosolyma petierit: & quæ ibi construxerit ædificia. De vita & conuersatione Palæstinorum monachorum. Vt imperatrix Eudocia è vita migrarit.

Cap. 50.

Eudocia religionis ergò Hierosolymã venit.

EVdocia verò Augusta in sanctam Christi ciuitatem adurgẽs, tandem eò peruenit. Et quum populus ibi ad spectandam eam conflueret, postremò ad verbum illud perquam scitè carmen dictis aliis adiecit:

ὑμετέρης γενεῆς καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.
Et stirpis vestræ me dico & sanguinis esse.

Coloniæ ex Græcia Hierosolymã & in Iudæam missæ.

Subosculatè eò antiquitùs colonias ex Græcia ductas esse significans. Eas qui cognoscere vult, Strabonem Geographum & Phlegontem, & Diodorum Siculum, tum etiam Arrianum, & Pisandrum poëtam præterea Vlpianum, Libanium, & Iulianum sophistas egregios legat. Quo tempore etiam Antiochiam eam profectam, cives ibi statua ærea fabrè facta cohonestarunt, quæ ad posteriora etiam tempora perduraut. Qua re Theodosius permotus, maximam mœnibus partem adiecit, vsque ad portam quæ in Daphnem fert, in latitudinem eis promotis. Eamque suburbanam regionem cernere quisque potest. Nam ad hoc vsque tempus vestigia veteris muri, reliquiis eius se secum admiratione oculis inferentibus, deprehenduntur. Aliis autẽ videtur, à maximo Theodosio mœnia esse dilata. Atque ab eodem in lauacri Valentis, aliquibus ex partibus incendio diruti, refectionem * aurum ducentorum põdo librarum datum esse dicitur. Fama verò est, bis Eudociam Hierosolyma venisse, vbi plurima ad honorem Christi peregit. Nam & multa sacra monasteria excitauit: & lauras, quæ vocãtur, angustas scilicet monachorum cellas, scholasque diuinas condidit, quarum varium quidem est institutum, & varia viuendi ratio: sed hæ ad vnum prorsus pietatis finem spectant. Quidam namque simul eisdem in ædibus viuunt, re nulla quæ homines in terram deprimit, distracti. Apud hos neque aurum est, neque aliud quodpiam metallum: sed neque vestis alicuius propria, neque rerum aliarum quidquam,

Antiochia per Theodosium amplificata. Euagr. li. 1. cap. 20. & 21. Refectio thermarũ Valentis Antiochiæ.

Opera Eudociæ Hierosolymitana.

Diuersa monachorum viuendi studia.

Monachorum cœnobia, in quibus eis omnia sunt communia.

* ἔστιν διακοσίας ὅλκων λίτρας.

† τεσσάρων ἐξομίδια.

quicquam, quod ventrem demulceat. Quod nãque hodie † pallium aut humerale hic fert, eo cras alium indutum conspicias: adeò vt vnius vestem vnam omnium, & rursum omnium vnius esse putes. Omnibus autem communis proponitur mensa, non conditis variisque & exquisitis cibariis, eas quæ sub ventre sunt corporis partes ad lasciuiam irritans, sed paucis quibusdam oleribus atque leguminibus, quantum ad vitam saltem tolerandam satis sit, conuiuas excipiens. Communes itidẽ eis sunt ad Deum supplicationes & preces, quas interdiu, & sæpe etiã nocte tota, cum timore, habitu statuque corporis summisso peragunt. Labore seipsos ita conficiunt, vt viuentes adhuc super terram, mortuos prorsus esse dicas. Ij sæpius in biduum & triduũ ieiunium proferunt. Sunt qui diebus quinque, & longius, cibum non attingunt: eumque tandem necessitate vrgente, & quidem cum parsimonia multa sumunt. Aliqui verò diuerso ab eis qui ita simul viuunt modo, seipsos à multis segregantes, solitarij degunt, exiguis maximè ædiculis se includentes, quæ ea sunt latitudine & altitudine, vt neque directè stare, neque facilè cubare possint, speluncis quibusdam & terræ † cauernis, sicuti Apostolus inquit, incubantes. Nõnulli sub dio cum feris habitantes, aliqui verò occultis sub terra hospitijs viuentes, ibi cum solo colloquuntur Deo. Verumenimuerò aliud quoque genus conuersationis diuinæ ab illis excogitatum est, quod omne virilis constantiæ & fortitudinis specimen longè superat. In solitudinem enim quandam sole adustam se abdentes, & eam solam corporis partem quam naturę necessitas tectam esse vult velantes, non viri modò, sed & fœminæ, eodem inter se vitæ instituto concertantes, nullam reliqui corporis gerunt curam, frigore ingenti atque æstui variisque aëris mutationibus seipsos committentes, algoré iuxtà & calorem tolerant: & quouis loco, ita vt fors tulit, stant & cubant: omnique humano alimento omnino repudiato, herbis quibusdam & radicibus, quas terra sua sponte fert, viuunt: qui etiam ab eiusce modi victus genere βοσκοὶ, hoc est, pabulatores dicti sunt. Illi etiam tempore ipso specie eorũ mutata, feris assimilantur, & mentem quoque à reliquis hominibus alienam obtinent. Quos si quando fortè conspicati fuerint, fugiunt. Quòd si etiam insequentem quempiam sentiant, celerius se in pedes coniiciunt, propter leuitatem prorsus in aëre sublimes volantes. Nonnunquam quoque inaccessa sub terra loca subeuntes, subitò disparent: pluriméque id, si ita vitam ducentes lateant, faciunt. Aliud præterea monastici exercitij genus, quod parum abfuit quin præterirem, cõmemorabo. Id præ aliis meritò primas ferre censetur, & apud paucissimos reperitur. Sunt nanque nonnulli, qui quum per multos virtutis labores eò euaserint, vt ἀπαθεῖς, hoc est, indolentes, & affectionibus perpessionibusque omnibus liberi sint, in mundum recurrunt. Et gestibus quibusdam incompositis † dementes se esse assimulantes, ita vanam contemnunt gloriam, quam extremam tunicam (iuxta Platonem philosophum) anima deponere solet. In ἀπαθείᾳ, hoc est, indolentia philosophantur, sine affectione atque animi cõmotione, in cauA pona, aut si opus sit, in lupanari cibum capiẽtes, & neque conspectum cuiusquam, neque locum aliquem reuerentes. Balnea quoque ingrediuntur, & cum mulierculis sæpe etiã vt natura fert, nudis lauant, & cum eisdem habitant. Adeò verò affectionibus perpessionibusque superiores sunt, vt naturæ vim superent, & tyrannidem in eam exerceant: denique vt neque aspectu neque contactu, neque adeò ab arte petitis osculis, atque muliebribus complexibus, ad eam quę propria naturæ est, concupiscentiam commoueantur. Cum viris illi versantes viri sunt, cũ mulieribus mulieres. Et quũ vtriusque sexus vim obtinere videantur, vnum obtinẽt. Atque vt semel dicam, in hoc vitæ genere, quod captum naturæ superat, virtus naturæ aduersas leges fixit, vt in nulla earum rerum quæ necessariæ sunt, satietas ipsa locum habeat. Ita illi semper esuriunt & sitiunt, temperantiamque & continentiam in rebus omnibus retinere leges eorum iubent. Adeò etiam illæ corpus constringere præcipiunt, vt vi etiam necessitas comprimatur. Tam æqua etiam per exactissimam rationem statera vita eis libratur, vt dum lanx vtraque per diametrum & lineã mediam inter se distat, nullum sentiatur momentum. Et tantopere res inter se contrariæ in eis & extant & miscentur, diuina gratia ea quę misceri nequeunt coniungente, & tempore rursum suo disiungente, vt quod auditu mirum est, in eodẽ corpore & vita simul & mortificatio habitet, quæ natura ratione, & re ipsa inter se maximè sunt, pugnantia. Quum enim affectio quæpiam seu perpessio subrepsit, tum corpus videas mortuum & nihil agens, perinde atque in sepulchro repositum esset. Quum autem egregium virtutis opus peragendum, & preces ad Deum fundendæ sunt, rum robur nouum & corpus mirificè viuidum cernas etiamsi id scnio iam conspectum & * exoletum admodum sit. Vitam vtranque illi, præsentem videlicet & futuram, ita complicant & coniungunt, vt carne prorsus in obitu mortificata atque deposita, semper viuant, & quodammodo cum viuentibus simul consentur, corporum illorum variè curantes, & supplicantium preces ad Deum referentes: itidem vt in priore vita degentes, præterquam quòd rebus necessariis non indigeant, & loco nullo circumscribantur. Omnibus in momento adsunt, omnium voces audiunt, & cum omnibus versantur. Horum opus est frequentes genuum inclinationes & graues rursum stationes, desiderio, solo corpora eorum sustinente, & voluntariam imbecillitatem recreante. Illi athletæ quidam sunt carne carentes, & luctatores sanguinis expertes. Illis conuiuia splendida & delicię summę sunt, assiduum ieiunium: & mensa opipara, vt quoad eius fieri potest, nihil cibi degustent. Quòd si alicunde hospes aduenias, matutino etiam tempore, tam benignè & amanter nouo hospitalitatis genere eum excipiunt, vt nihil aliud eos per vitam, quàm ad eum modum deliciari studuisse, putes: aliud mox rursus ieiunij genus excogitantes, cibumque arbitratu suo capere nolentes, adeò vt res ea omnibus in stuporem euadat, quum ad victum sufficientem tantum eis desit, quomodo tam exiguo alimento viuere possint. Inimici ij sibi-

Parentes ἀπαθεῖς, hoc est, indolentes. Vanæ gloriæ contemptus. Admiranda indolentiæ insistura & exemplum.

† παρεξόφως.

Monachi & eremitæ medio fere solis ictu vincentes, βοσκοὶ, hoc est, pabulatores dicti.

Monachi solitarij.

Monachi ἀπαθεῖς, hoc est, indolentes.

Isunium diuturnum.

* ἐξοροι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsis sunt, voluntatisque propriæ & naturæ destinatione animi iamdudum concepta, proditores, vt in rebus omnibus delicias carnis longè à se reiiciant, & anima eis in statu suo pulcherrimè consistat: quæcunque Deo placita sunt, prudenter deligens atque conseruans. Felices illi prorsus eiusmodi conuersatione & vitæ instituto: longè autem feliciores sua ex hac vita migratione, ad quam illi semper aspirant, ad optatum illum desideratumque videndum anhelantes. Itaque Eudocia Augusta, cum multis id genus monachis collocuta est, & multa (sicuti dictum est) monachorum domicilia & habitationes construxit. Hierosolymorum etiam muros protulit, & renouauit. * Episcopalem præterea domum ibi ex fundamentis ipsis erectam pulcherrimè exornauit, eidemque mille numismatum reditum attribuit. In Phordisiis pauperum domicilium ædificauit, vbi quadringenti sacro morbo laborantes habitarent. Alia item pauperum hospitum & viduarum diuersoria condidit, eisque substantiam suam donauit. Ecclesiis, nosocomiis seu ægrotorum domibus, sacrosanctis ædibus, & monasticis virorum & mulierum domiciliis, † vigesies mille quadringentas & octoginta aureæ monetæ libras dedicauit: præter alios quos aliò conuertit sacros prouentus, & varij generis donaria, quæ sanctis quibusdam locis consecrauit. Et aliquando die festo Paschæ templum ad sanctam Christi resurrectionem celebrandam ingressa, in lucernarum rationem decies mille sextarios olei retulit: & choris memoriam sacræ Christi resurrectionis colentibus, annuum prouentum quadringentorum numismatum constituit. Postremo templum ingens amplitudine & forma præclarum, ex ipsis fundamentis, admirando illi & primo diacono simul & martyri Stephano, stadio vno ab Hierosolymis erexit: quo loco à percussoribus Domini saxis ille obrutus, immarcessibilem coronam reportasse dicitur. In quo templo aliquo post tempore & ipsa, quum ad immortalem emigrasset vitam, condita est, quarto magni Leonis imperij anno, quum hic piam Deoque placiram exegisset vitam. Defuncta autem est ætatis sexagesimoseptimo anno. nam viginti annos nata, Imperatori Theodosio coniuncta est. Et in aula imperiali sub matre eademque Augusta Pulcheria, vigintinouem transegit. Ipsa verò sola absque Pulcheria, imperium annis septem administrauit. Porrò Hierosolymis vndecim transegit. Ex eo tempore quatuor vixit annos, vniuersalis Chalcedonis synodi acta non approbans, sicuti postea dicemus, Postquam autem synodi eius decreta rata gratáque habuit alios etiam transegit quatuor: & tandem mortua est. De qua prophetam Dauidem illud etiam dixisse ferunt, Benefac Domine ἐν τῇ εὐδοκίᾳ, hoc est, in bona voluntate tua Sion. & ædificentur muri Hierusalem. Res Eudoxię Imperatricis ad hunc se habuere modum.

Eudociæ pietatis opera Hierosolymis edita.

** ἐπισκοπεῖον*

Largissima Eudociæ elecmosyna.

† δύο μυριάδας καὶ τετρακοσίας χρυσοκράτους ἔγνωσε λιτραγωμισμένους.

Diui Stephani templum ad Hierosolyma.

Eudociæ mors

De Sancto Symeone, qui primus vitam & stationem in columna inuenit. cap. 51.

Simeones Stylites, siue Columella, qui primus in columna vitæ monasticæ institutum inuenit.

HOc ipso tempore etiam magnus Simeones, sanctæ & celebris recordationis, qui primus stationem in columna inuenit, viguit: & celebre consequutus est nomen, domicilium super columna bicubitale vndequaque habens: quo tempore Domnus sacras Antiochenæ vrbis habenas tenuit. qui etiam ea re audita, quum ad eum venisset, totus consternatus est, & cum eo mystico arcanóque congressu conuenire exoptauit. Conuenerúntque adeò ambo, & † sacrificio immaculato atque incruento peracto, alter alteri viuificam communionem porrexit. Magnus igitur vir iste, etiam in corpore deorsum versum vergente, angelorum viuendi institutum imitatus, rebus negociisque omnibus nuncium remisit: & vi naturæ illata, ad sublimia aspirauit, atque medium inter cœlum & terram domiciliū sibi fixit, vt extra turbam & tumultū omnem positus, Deum glorificaret, & perpetuis cum angelis hymnorum laudibus celebraret. Hinc quidem veluti mediator quidam supplicantium hominum preces ad Deum referens, inde autem affluentem atque immensam benignitatis gratiam illis impertiens. Cuius admiranda opera à multis quidem, qui ex oculis ipsi suis viderunt, memoriæ prodita sunt. Commodè autem & pulchrè ea Theodoritus Cyri episcopus, in * Dei amantium historia est prosequutus. Sedenim vbi terrenus iste angelus, atque etiamnum in carne supremæ illius Hierusalem ciuis & incola Simeones, à nemine antea tritam nouamque planè viam ingressus est, summos montium vertices incolentes patres perbenignè erga eum animati, delectos ex eorum numero quosdam ad eum misere, eique hæc renunciare iussere: Quid sibi vult insolens hæc & peregrina habitatio? cur tritam hanc & à sanctis ferè omnibus calcatam viam relinquens, aliam quandam & prorsus ignotam semitam iniisti? Illud præterea mandatum eis dedere, vt descendere illum, & electorum patrum vestigia sequi iuberent. Ac siquidem promptum se, vt ex columna descenderet, præberet: permittere ei, vt quam vellet viuendi rationem persequeretur, præceperunt. Obedientiam nanque eius, si Deus instituti eiuscemodi dux esset, declaraturam esse censuerunt. Sin cupiditati ipse suæ inseruiret, & contra sibi nitendum esse duceret, neque celeriter statim mandatum huiusmodi exequeretur, pedibus vi arreptum illico detrahere iusserunt. Vt illi ad eum venerunt, & patrum mandatum Hexposuerunt, confestim ille altero pede prolato, ad descendendum, & absque vlla deliberatione & dissensione, ad præceptum eorum implendū promptus paratusque fuit: & gratias illis egit, qui tantam de eo gererent curam, veluti quidquam præter voluntatem & sententiam Dei facere occepisset. Porrò illi eum in instituto, quod sibi proposuerat, permanere sunt passi: potestati eius permittentes, vt quē cepisset cursum teneret. illud insuper adiicientes: Fortis esto, & viriliter age. Videris nanque diuinitùs ad hanc viuendi viam productus esse, antea ignoram. Itaque deinceps magna ille cōcepta fiducia, cœptū id magis est prosequutus. Tam prolixè autem diuina in eo viro enitnit gratia, vt quum Theodosius sanctione quadam Iudæis synagogas in vrbe Antiochena à Christianis eis adeptas restituere

Theodoritus vitam eius descripsit.

** ἐν φιλοθέῳ ἱστορίᾳ.*

Legatio monachorum reliquorum ad Simeonem.

Ratio abeo nouæ ipsius instituti requiritur.

Obedientia Simeonis monachorum patribus exhibita. institutum eius ex Dei sententia ostenditur.

Theodosius auctoritati Simeonis in magnis reipub. rebus obsecutus.

tuere iussisset, & Simeones magna dicendi & obiurgandi libertate vsus, literas ad eum dedisset, princeps is iussionibus suis abolitis, ea quæ sancto viro & Christianis placuissent, fecerit. atque præfecto ei, cuius suasu res ea instituta fuerat, tum dignitatem ademerit: precatoresque maximos ad æreum martyrem miserit, qui illum, vt pro se Deum exoraret, & preces suas secum communicaret, rogarent. Quæ autem ille admiranda ediderit facinora, & quàm commodè cum quibusque colloquutus sit, quis singillatim exponat? quæ si quis nosse velit, eum ad historiam eius legendam remittimus, quam post magnum Theodoritum optimè cognomimis ei Simeon Metaphrastes cōscripsit, nouum quoddam & admirandum in ea ex omnis generis cibariis conuiuium omnibus proponens. In hoc vitæ instituto decertans, quinquaginta & sex eis, quos dixi sanctis viris pro eo atque decet, luculenter & copiosè essent descriptæ: præcipuè quum ad alia quæ instituti promissique nostri sunt referenda nobis properandum sit. Quare vnum saltem quod ab illis prætermissum est, nunc commemorabo. Mandram, sicuti dictum est, monastici exercitij eius locum incolæ nominant, appellatione tali ei à sancto ipso vito imposita. Distat à Theopolistadiis plurimum triginta, ad aceliuem montis verticem sita. Ascensus arduus stadiorum viginti est, vbi & templum viro sancto, in crucis speciem conformatum, & ex quatuor partibus porticibus exornatum, excitatum est. Iuxta porticus eas ex saxo polito columnæ decentissimè constructæ sunt, quæ maximo eos comitante exercitu, ad diuinum illud tuguriolum aduenere, & venerandum illius & vitale cadauer cum reuerentia & comitatu multo (multi nanque etiam ex monasticis philosophis vndiquaque ex vicinis locis, ad sacram corporis illius productionem & pompam eò se contulerant) asseruarunt, nę finitimę vrbes confluentes id raperent: quod illæ inter se, quænam illud sortiretur, decertarent. atque id vix tādem saluum, multis in itinere miraculis exhibitis, Antiochiæ repositum est. Id etiam postea imperator is ab Antiochenis sibi dari petiit. At illi precatoribus ad eum missis, inter alia & hæc precibus suis addidere. Proprerea quod vrbs nostra murum non haberet, qui magno terræmotus impetu corruit: sacrosanctum Simeonis corpus huc adduximus, vt nobis pro muro & vallo esset. Quibus verbis ægrè Leo exoratus, precibus eorum cessit,† & sanctum Simeonis corpus eis reliquit. Quod ibi posterioribus temporibus ad hoc vsque tempus seruatum esse scimus. De hoc mirandum quiddam, qui id viderunt, memorant. Nam capitis eius & barbę capillos non excidisse, neque tempore longissimo intercidisse aiunt: qui vi temporis superata, formam adhuc viri sancti veluti viuentis & inter homines versantis conseruarint. Integra etiam eius dicta est fuisse cutis omnis, atque in fronte præcipuè labore & tempore multo rugosior atque durior facta. Oris item dentes, illis exceptis quos fidelium magnus propter egregium in eum amorem abstulere. Quæ sanè omnia staturam eius & habitum, qualis & quantus Dei homo Simeones fuerit, declarant. Iuxta corpus eius etiam torques ferreus positus est: qui & ipse, quòd constanti illi & forti in certaminibus variis corpori affuerit, honorem eum à Deo consequutus est. Nam quantumuis defunctum Simeonem amans illius, dicam etiam amatum ab illo ferrum, non reliquit, tanquam ab illius pulchra consuetudine refiliens: sed iuxta illum situm est, veluti corpus illius perficiens. Ingens verò mihi cupido incesserat, res eius singillatim recensendi, vtilitatem & mihi commemoranti, & historiam hanc legenti allaturas: nisi ab eis, quos dixi sanctis viris pro eo atque decet, luculenter & copiosè essent descriptæ: præcipuè quum ad alia quæ instituti promissique nostri sunt referenda nobis properandum sit. Quare vnum saltem quod ab illis prætermissum est, nunc commemorabo. Mandram, sicuti dictum est, monastici exercitij eius locum incolæ nominant, appellatione tali ei à sancto ipso vito imposita. Distat à Theopolistadiis plurimum triginta, ad aceliuem montis verticem sita. Ascensus arduus stadiorum viginti est, vbi & templum viro sancto, in crucis speciem conformatum, & ex quatuor partibus porticibus exornatum, excitatum est. Iuxta porticus eas ex saxo polito columnæ decentissimè constructæ sunt, quæ maximo eos comitante exercitu, ad diuinum illud tuguriolum aduenere, & venerandum illius & vitale cadauer cum reuerentia & comitatu multo (multi nanque etiam ex monasticis philosophis vndiquaque ex vicinis locis, ad sacram corporis illius productionem & pompam eò se contulerant) asseruarunt, nę finitimę vrbes confluentes id raperent: quod illæ inter se, quænam illud sortiretur, decertarent. atque id vix tādem saluum, multis in itinere miraculis exhibitis, Antiochiæ repositum est. Id etiam postea imperator is ab Antiochenis sibi dari petiit. At illi precatoribus ad eum missis, inter alia & hæc precibus suis addidere. Proprerea quod vrbs nostra murum non haberet, qui magno terræmotus impetu corruit: sacrosanctum Simeonis corpus huc adduximus, vt nobis pro muro & vallo esset. Quibus verbis ægrè Leo exoratus, precibus eorum cessit,† & sanctum Simeonis corpus eis reliquit. Quod ibi posterioribus temporibus ad hoc vsque tempus seruatum esse scimus. De hoc mirandum quiddam, qui id viderunt, memorant. Nam capitis eius & barbę capillos non excidisse, neque tempore longissimo intercidisse aiunt: qui vi temporis superata, formam adhuc viri sancti veluti viuentis & inter homines versantis conseruarint. Integra etiam eius dicta est fuisse cutis omnis, atque in fronte

Simeones centum & tres annos vixit.

communio, sacrum.

Simeon Metaphrastes, Simeonis ipsius Columellæ vitam quoque composuit.

cadauer eius honorificentissimè Antiochiæ illatum. Euagr. lib. 1. cap. 13.

† preces Antiochenorum ad Leonē imperatorem, vt corpus S. Simeonis Antiochiæ relinquat.

torques ferreus diui Simeonis.

Mandra Simeonis stadiis trigima à Theopoli.

Templū eiusdem ibid.

In eo templo stella emicans, ipso diui patris memoriæ die refulget.

Hanc stellam se vidisse scribit Euagrius, lib. 1. cap. 14.

Memoria sanctorum.

Mulieres templum id non ingrediuntur.

† *Corpus Simeonis vsque ad Euagrij scholastici tempora integrum duruit. Huius caput se cum multis sacerdotibus vidisse scribit Euagrius Episcopum Antiochiæ agente celeberrimo Gregorio, cum Philippicus orientalium copiarum dux præsidij causa sibi sacras Sanctorum reliquias mitti postularet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sancto & magno Euthymio, aliisque qui sanctè pieque vitam exegerunt.
Caput 52.

Euthymius monachus.

SVb eodem imperio magnus etiam ille & inclytus Euthymius in Palæstina excelluit. Qui sub Valente quidem ex * promissione natus, à magno autem Otreio & Acacio Melitinensis ecclesiæ episcopis ritè doctus atque eductus: deinde in presbyterorum ordinem allectus, sacrarum tantum rerum curam gessit. Postea in Palæstina vnà cum admirando Theoctisto in antro quodam virtutis statuit officinam multisque & variis cellis, sanctioris philosophiæ mellis stipandi gratia constructis, ingens condidit monasterium. In tantum autem virtute enituit, vt quum canon esset & formula instituti monastici, tum miraculis etiam edendis præclarum obtineret nomen. Nam Persarum cuiusdam tri- F
Miracula eiusdem. buni filium morbo liberatum ad incolumitatem reduxit, & cœli ianuas aperuit, atque sterili terræ fertilitatem orationibus conciliauit. Effecit etiam, vt ex paucissimis plurimi panes fierent, quibus quadringenti viri refecti sunt: mulieres steriles fœcundas reddidit. Quum sacris mysticis operaretur, lux cœlitùs perinde atque columna affulgens, eum circundedit: veluti voce emissa, quanta vitæ puritate viris esset indicans. Et quo quisque eorum animo esset, qui ad sacram communionem percipiendam accedebant, per arcanam reuelationem perspiciebat, quod clarissimum prorsus sanctimoniæ eius summæ indicium fuit. Migrauit autem vir beatus ad Dominum, quum nonaginta & septem
Euthymius. 97. ann. vixit annos exegit, Leone magno imperãte. Vita moderatus, & moribus perquàm simplex fuit: colore candidus, & ad senectam vsque promissam, eamque densam habens barbam. De quo illud
Mors monachi hypocritæ horrenda. historiæ memorant. Quum monachus quidam moreretur, qui egregiam virtutis & castitatis famam obtineret, impudicus autem prorsus esset, sanctum hunc virum angelum horrẽda specie tridente graui animam illius, crudelem in modum, è corpore extrahentem vidisse: & vocem simul cœlitùs, occulta turpitudinis facinora apertè reuelãtem, audisse. Alium quoque pauperem quendam nudum in solo iacentem ab eo conspectum esse, lacerum prorsus & pannis vilibus obsitum: cuius animam, qui multi ei prãstò aderant angeli, reuerenter euocarint. Cui
Mori mendici optata. Dauid quoque cum summi concentus cithara sua affuerit, carminibus illam veluti demulcens H atque producens. Sub idem tempus alij itidem plurimi floruerunt: qualis ille fuit Theoctistus & Gerasimus, magnorum cœnobiorum præsides, qui ad nouum quendam canonem vitæ suæ rationem instituerunt. De his singula scribendi nunc locus non est. Tum quoque Eudocia Au-
Theoctistus, Gerasimus abbates. gusta, quæ à recta via aberrauerat, veritate rursus cognita ab Eutychianorum factione secessit. Ad Euthymium etiam virtute præclarus Sabbas adolescens adhuc venit, quem vbi ille vidisset, qualis futurus esset clarè prædixit. Eisdem
Eudocia Eutychetis hæreseos reiecta, resipiscit. *Sabbas monachus.* temporibus & Titus Bostrẽsis viguit item bassa, Tatiana, & admiranda Melana. Præterea celebris illa Xena, in qua virtutis perfectionem
Titus Bostrẽsis. Sanctæ quædam fœminæ. satis corona illa insignibus stellis contexta de- G clarat. Decantatus quoque Xenophon ille, qui in senatorum ordine prius fuerat, non minus internis animi doribus, quàm externis diuitiarum opibus enitens. Miserat is Berytum, quæ Phœniciæ vrbs est, disciplinæ & legum discendarum gratia, Arcadium & Ioannem filios suos. Quum autem naufragium eos in mari passos esse intellexisset, ad inquirendos eos vnà cum coniuge sua profectus est. Porrò vbi eos Hierosolymis monasticam exercentes reperit, ipse quoque, & vnà secum vxor, tranquillioris vitæ vestitum sumpsit. Ad eam verò omnes virtutem peruenere, vt à Deo miraculorum edendorum honorem & præmium acceperint. Et quum per vitam placiti Deo fuerunt, tum ea exacta ad illum emigrarunt. Eodem etiam tempore virtutis incrementis longè processit, celeberrimus ille monachus Auxentius, in monte Bithyniæ eo qui
Auxentius monachus. ex aduerso Constantinopoli situs, omnes circumcirca colles altitudine superat.

Xenophon ex senatore monachus.

Berytus olim studiorum iuris ciuilis mater.

Arcadius & Ioannes filij eius monachi. Coniunx itidem eius monachatum complexa.

De sancto Isidoro Pelusiota. Et quæ Cyrillus, & item alij de sacro Chrysostomo scripserunt.
Cap. 53.

NOn virtute tantum egregij tum floruere viri, sed & doctrina factis ipsis consona enituit. Vtraque enim philosophia si concurrat, celerius mentem in sublimè tollit, & bono ei quod desiderio votoque omni expetimus, vnit atque coniungit. Nam veluti duabus alis, cui vtraque illa contigit, vtitur: atque in cœlum euolans, quàm celerrimè progressu pleno peruenit. Quales viros ea tempestas protulit, virtute & doctrina magnam gloriam consequutos. Talis
Isidorus Pelusiota. Isidorus ille fuit, qui in Pelusio monte monachis præfuit: Nilus & Marcus præclari ascetæ, & sapiens item Cyri ecclesiæ antistes Theodoritus, quorum magna in poëtica gloria est. Præceptore ij in vtraq; philosophia magno vsi sunt
Nilus. Marcus. Theodoritus. Chrysostomo. Igitur diuinus Isidorus iam inde ab adolescentia ita in monasticis laboribus desudauit, & ita carnem, animam arcanis sublimioribusque doctrinis fouens, macerauit, vt euangelicam prorsus degeret vitam, & vna animaraque monastici instituti diuineque contemplationis columna, & veluti primarium quoddam exemplum flagrantis æmulationis doctrinæque spiritualis esset. Multa ab eo scripta sunt,
Isidori scripta. variæ vtilitatis plena: potissimùm autem, epistolarum omnis generis diuina simul & humana I gratia referta rum, propè Chiliades decem, in quibus scripturam omnem clarius exponit, & omnes omnium hominũ mores instituit, quippe qui dicendi genere ad docendum accommodato

Vita probata doctrina pietas respondens facilimè summo bonum assequitur.

† Cyri oppidi, vbi Theodoritus ecclesiasticus historicus episcopatum gessit, sæpe in his libris facta est mentio. Situm est in Syria, a Iudæis, quum ex Palæstina à Medorum exercitu in captiuitatem abducti, & à Cyro rege Persarum in patriam restituti essent, vt aliquam illi pro tanto beneficio memoris animi referrent gratiam, conditum. Id admodum aliquandiu neglectum, Iustinianus postea instauravit, muniuit, & exornauit, propter duos Cosmam & Damianum, qui ad id oppidum sepulti erant. Procop.

modato in eis vtatur. Satis quoque ille declarat, A quo ardore erga honestatem, erga Ecclesiam, & eos qui temerè iniuria afficerentur, flagrauit. Multùm præterea in lucubrationibus suis inuehitur in eos, qui non ritè episcopali sacerdotalique munere fungerentur. Et quòd apertè Chrysostomum defenderet, vehementer Arcadium & Cyrillum, atque huius patruum Theophilum perstringit, eorumque sinistras aduersus virum eum susceptas molitiones taxat. Quæ illum eodem cum eis tempore viguisse testantur. Cyrillum sanè quidem vt hominem turbulentum refellens, hæc quoque scribit. * Fauoris quidem affectio acutum non videt, hostilis verò animi odium nihil prorsus cernit. Quòd si vtroque hoc vitio te purgare ipsum & liberare vis, ne violentas sententias extorqueto, sed iusto iudicio causas committito. Quandoquidem & Deo qui omnia priusquam fiant nouit, perhumaniter & benignè placitum fuit, vt descenderet, & clamorem Sodomorum videret, certæ & exactæ inquisitionis nobis proponens exemplum. Multi nanque qui Ephesi tecum congregati fuere, publicè te traducunt, quòd inimicitias tuas persequutus sis, & non ritè atque ordine, iuxta rectæ fidei sententiam, ea quæ Iesu Christi sunt, quæsueris. Theophili, inquiunt, quum ex fratre nepos sit, morem quoque illius imitatur. Quemadmodum enim ille apertam insaniam in sanctum & Deo dilectum Ioannem effudit, ita & iste gloriam eodem affectat modo. Quanuis causæ ipsæ & res de quibus controuersia est magnopere inter se dissideant. In alia rursus epistola, hæc scribit. Terrent me quæ in diuinis scripturis prodita sunt exempla, & quæ opus est necessariò scribere cogor. Siue enim pater, sicuti ipse dicis, iudicium & condemnationem Heli metuo, quòd filios peccantes non coërcuerit: seu filius tuus, qui magni Sauli personam refers, sum, id quod magis agnosco, Ionathæ pœnam trepidus exhorresco, quòd patrem † Pythonissam consulentem non impedierit: & propterea prius ipse qui prohibere id potuerit, quàm qui peccauerat, pater, in bello occidit. Itaque ne ego quoque condemner, & ne adeò ipse etiam à Deo condemneris, contentiones sopito: nec iniuriæ propriæ vindicta, quæ ab hominibus prouenit, viuentem Ecclesiam per astutas actiones fallito, neque ei perpetuam sub pietatis prætexta dissensionem conciliato. Et de Chrysostomo rursum: De diuini Ioannis tragœdia quæris. Eam verò exponere nequeo, D propter rei ipsius insolentiam atque indignitatem. Pauca tamen sic habeto, quæ vicina Ægyptus more suo designauit. Mosen auersata est, Pharaoni mancipata: humiles flagris concidit, laborantes afflixit: ciuitates extruxit, & mercedem operis non persolnit. Et quum in studiis istis se exercuisset, * insano lapillorum amore fla-

Isidorus Chrysostomum defendit.

Isidori scriptis ad Cyrillum Alexandrinum.

* Ἐφοσιώσατο μὲν καὶ ἐξεδόξασεν αὐτὸν ἡ ἁπλότης καὶ ἡ φιλοσοφία. Exemplum diuinum, neminem causa incognita condemnandum esse. Humanissima Cyrilli obiurgatio.

Aliud eiusdem ad eundem scriptum.

† Ἐγγαστρίμυθον.

** Hortatio à studiis.

Isidori verba adscripsit Theophilum pro Chrysostomo.

* Λιθομανῶν ἔρωτι συνελήφθη.

** Ἐίγε φρίττουσι γυναῖκες, τὰς τῶν τεθνηκότων ψυχὰς ἐξεκαλοῦντο. μιᾷ δὲ αὐτῶν ἐχρήσατο σαοὺλ ὅπως ἀνεκαλέσατο τὴν ψυχὴν σαμουὴλ τὸν προφήτην. hoc est, Ventriloqua mulieres mortuorum animas euocabant, quarum vna vsus est Saul, vt animam prophetæ Samuelis euocaret. Suid. ἐγγαστρίμυθος. ὁ γρόμματις τὰ ὄντα. idem.

grantem, aurúmque veluti Deum colentem, produxit: Theophilum quatuor administris, seu potius desertoribus suis circumuallatum, qui Deiamantem Deúmque deprædicantem virum hostiliter opprimeret, quum quidem illi eas quas aduersus cognominem meum gesserunt inimicitias, occasionem & causam impietatis suæ arripuissent. Sed domus Dauid confortatur: Sauli autem, sicuti vides, infirmatur: quanuis ex vitæ huius tempestate ille euaserit, & ad cœlestem tranquillitatem transierit. Idem verò mirificam Chrysostomi dictionem laudibus vehens, hæc quoque ad Ophelium grammaticum scribit. Celebris Ioannis linguam, dictionisque venustatem, & sententiarum densitatem, non aliis dico (parum enim hoc fortasse apud multos esset) sed ipsi Libanio, qui apud omnes in eloquentia præclarus habetur, magnæ admirationi fuisse, indicio est Libanij ipsius epistola, ad illum etiamnum iuuenem, quum orationem in imperatorum laudem habuisset, scripta: in qua non ipsum modò felicem esse prædicat, qui sic dicere potuerit: verumetiam principes ipsos quos laudauit beatos putat, quòd laudatorem illi talem nacti sint. Ea sic habet. Libanius Ioanni. Orationem tuam prolixam & pulchram accepi, & viris qui & ipsi orationes conscribunt legi. Nullus in eis fuit, qui non exiluerit, & vociferatus sit, eáque omnia fecerit, quę per stuporem consternati solent. Me illud delectat, quòd dicendi artem, quam agendis in foro causis exhibere potuisti, ad huius generis orationes conferre maluerit: téque beatum iudico, qui tantopere principes laudibus ornare potueris: nec minus fortunatos illos esse puto, & patrem scilicet qui dederit, & filios qui acceperint imperium, quòd laudatorem talem sint consequuti. Hæc Libanius. Plutarchus verò orationem dilucidam & facilem verè & germanè Atticam esse censet. Sic enim, inquit ille, oratores dixerunt. Gorgias autem Leontinus primus vitium hoc in orationes ciuiles, sublime & figuratum dicendi genus affectans, inuexit, & perspicuitatis luminibus obstruxit. Vitium hoc etiam admirandum Platonem contigit. Quòd si hac in re Plutarcho credendum est, multis modis alios omnes præclarus superat Ioannes, qui in orationibus suis Atticismum refert, & perspicuitatem ita, vt haud sciam an alius quisquam magis, retinet. Hæc diuinus Isidorus.

Isidorus de phrasi & stylo Chrysostomi.

Libanius orationem Chrysi laudat.

Stylus Chrys. Atticismum refert.

De sancto Nilo: de Marco monacho, & de Theodorito Cyri episcopo.
caput 54.

ADmirando autem Nilo patria Constantinopolis fuit, cuius etiam propter egregiam generis nobilitatem præfectus fuit. Potentia autem & opibus affluens, ascetica illis præstitit vitam: quippe qui ad exemplum diuini Dauidis, ad domum Dei abiici, quàm in tabernaculis peccatorum habitare maluerit. Et quum eloquentiæ vi polleret, diuinæque gratiæ netuis validus esset, scripta varia quæ vitæ monasticæ exercitium instruunt, reliquit, verbis & sententiis ita compositis, vt lectoris animum gra-

Nilus ex præfecto vrbis Constantinopolit. monachus factus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

εἰς ἑαυτὸν ἕτερον ἴδεμονι. Suid.

tia incredibili recreent. Scripsit quoque diuino. E
rum patrum in monte Sina obitum martyrium
facundia & affectu tanto, vt satis inde colligere
liceat, quàm eximia doctrina iuxtà & virtute vir
is fuerit: vbi etiam suas & filiorum res paucis
commemorat, miserabiliter veluti in tragœdia
captuitatem eorum exponens, quum barbari
Blemmyæ excursione sua cædem ingentem fe-
cere: quod opusculum tanquà spirituale quod-
dam oblectamentum, studiosis reliquit. Alios i-
tem libros optimos edidit, spiritualis gratiæ nõ
expertes: inter quos primas eum ferre puto,
quem ad Græcæ superstitionis sectatores scri-
psit. Et rursum qui ab eo ad Eulogium compo-
siti sunt. Capita autem collegit aliqua quidem
fusius, multa autem compendiosius tractata, in
quibus spiritualem fructum, perinde atque ne-
ctar aut ambrosiam aliquam, oculis subiectum,
ita vt facilè percipi posset, proposuit. Quem vita
defunctum, Iustinus posterior inde translatum,
in fundamento sacrationis mẽsæ, in eo quod ab
ipso, Petro & Paulo apostolorum principibus,
ad Orphanotrophium constructum est, templo
reposuit. Ipse quoque Marcus in monastica
priusversatus, multa post se reliquit scripta. Eo-
rum qui ad nos peruenerunt, libri octo sunt, v-
niuersalium affectionum numerum æquantes:
& alij triginta & duo, in quibus vias totius asce
ticæ vitæ omnes prosequitur, ad quæ loca fece
dendum, & quomodo ad voluntatem Dei gres-
sus dirigendi sint: quomodo etiam homo dæ-
monum tentationes superet, mentemque re-
purget, atque ad veterem dignitatem progre-
diatur, & cum Deo cœleste institutum sectatus
viuat. Theodoritus verò natione quidem Sy-
rus fuit, sectator autem magni Ioannis Chryso-
stomi, illumque sibi quasi primarium exemplar
stylo conformãdo proposuit. Etenim
fluidus admodum & copiosus, in elocutione
facilis, & Atticam gratiam redolens. Lucubratio
nes ab eo compositæ hæ sunt. Enarrationes in
vetus testamentum, cuius etiam obscurorum
locorum expositiones in peculiarem contulit
librum. Opus aliud in sedecim Prophetas, aliud
itidem in Psalterium de Prouidentia liber alius,
alius in Apostolum. Aduersus hæreses omnes
volumen, quod mendacij & veritatis discrimen
inscripsit. Liber quem contra duodecim capita
Cyrilli conscripsit. Item Ecclesiastica historia.
Et rursum φιλόθεος, hoc est, Deiamantium hi-
storia in qua institutum eorum qui ætate sua vi-
tam sanctè transegerunt, persequitur. Libri tres
de diuinis dogmatibus in dialogo conscripti.
Legi præterea supra quingentas eius epistolas,
Græco sermone optimè compositas. Hæc de
Theodorito. Quæ autem ei acciderint, postea
indicabimus.

Marci monachi scripta.

Theodoriti scripta.

De Synesio Cyrenensi episcopo: & quam in opinionem obtinem, ad sacerdotalem prouectus sit dignitatem.
cap. 55.

De Synesio qui episcopus factus est ex philosopho.

CVm his & Synesius, cuius magna toto ter-
rarum orbe gloria est, floruit: qui, si quis-
quam alius, & ipse ætate ea doctus fuit. Tantum
verò operæ nauauit philosophiæ Platonicæ, &
adeò ad summum eius peruenit fastigium, vt cũ
non solùm Græci homines, verumetiam Chri-
stiani sint admirati, qui de rebus nulla affectio-
ne infecti sincerè iudicant. Huic tanto viro, qui
præterea placidus & modestus esset, Theophi-
lus Alexandrinus, vt salutarem susciperet rege-
nerationem, persuasit: postea verò etiam, vt idẽ
sacerdos vngeretur, cum eo egit. Atque ille ad
alia quæ Christiani profitentur, promptum se &
facilem præbuit: Platonicis autem sententiis se-
ductus, resurrectionis doctrinam primùm mi-
nimè recepit, nefandam eam & detestandam esse
iudicans. Et quanuis ea esset opinione, Ecclesia
tamen, vt sacerdotij obiret munus, homini per-
misit. Quæ hoc tum fecit, illa certa coniectura
adducta, quòd propter reliquas eius virtutes,
cum etiam aliquando tandem flexum, resurre-
ctionis professionem comprobaturum, diui-
namque gratiam rem illi tantam deesse, qui mul
tis magnisque primariis donis enitet, passurã
non esse putaret. Neque illa opinione & spe sua
falsa est. Paulo namque pòst, resurrectionem &
credidit, & professus est, certam hanc esse, maxi-
mèque conuenire Ecclesiæ ipsi sentẽtiam. Qua-
lis autem & quantus vir fuerit, testantur quæ
ab eo post sacerdotalem susceptam dignitatem,
perquam eleganter scriptæ sunt epistolæ: & alij
insuper libri, qui concinna ipsa compositione,
dictione, & sententiarum frequentia, scripta alia
omnia longè post se relinquunt. Lucubrationes
ab eo editæ hæ sunt. Epistolarum volumen cen-
tum & sexaginta. Theodosio iuniori de imperio
administrando dicatus liber, doctrinam & for-
mam reip. ab imperatore regendę complectens.
Opusculum de Insomniis. Ad Pæonium de dono
liber. De prouidentia libri duo, quos Aegy-
tios nominat. Item laus calui cij. Et hymni qui-
dam ad Deum perquàm scitè ab eo compositi.
Cæterùm ego, qui veritatem proferre studeo, e-
pistolam ipsius hic apponam, quam ad fratrem
† Euopium dedit: vnde intelligere licet, de qui-
busnam rebus illi ambigenti, per *commodam
dispensationem sacerdotij dignitatem susciperc
permissum est. Ea est talis. Inconsideratus sanè
essem, nisi multam haberem Ptolemaidis ciui-
bus gratiam, qui me honore eo, quo me ipsum
indignum puto, honestum esse volunt. Verùm
non ausim magna tribuãt, sed potius an ea à me
recipienda sint, deliberare conuenit. Quòd si e-
nim homo diuino propè fruatur honore, siqui-
dem iustus sit, dulcissimum percipiat fructum:
sin dignitate ea longè sit indignior, acerbam fu-
turæ pœnæ sustineat expectationem. Porrò non
nouus hic, sed vetustus admodum est metus, †
ne quid in Deum committam, honorem ab ho-
minibus ferens. Ego sanè qui meipsum noui, i-
neptiorem omnino cõperio, quàm vt sacerdo-
tali dignitati gerẽdæ idoneus sim. Proinde apud
te de animi mei motibus & cogitationibus agã.
Non enim alium habeo, apud quem id rectius
faciam, quàm te, percharum mihi mecúmque e
ducatum caput. Te nanq; æquũ est participẽ esse
curarũ meatũ, ac noctu vigilantẽ deliberare, &
interdiu cogitantẽ considerare, vt & boni mihi
aliquid cõtingat, & mali quicquam effugiã. Ac-
cipe igitur quo loco res meæ sint, quæ tibi eti-
am maiore ex parte cognitæ sunt. Fasce exiguo
sublato, pulchrè mihi videor hucusque philo-
sophiam

Difficile fuit platonico philosopho resurrectionẽ mortuorũ credere.

Synesius vt philosophus studijs & ludis deditus. Ardua res illi & diuina episcopatus.

† γλυκυθυμίας.

scripta Synesij.

† Al. Euoptium.

* κατ' οἶκο νομίαν.

Epistola Synesij ad eundem fratrem, qui à Theophilo Alexandrino episc. Ptolemaidis Cyrenaicæ regionis designatus esset. Episcopalem dignitatẽ diuini honoris esse putat, & se ea indignũ esse censet.

† μή τι τοῦτ' ἀμπλάκω, θεὸν ἀμπτάμενος, πατρὸς ἀρχὸς πανεφορίαν. Fraternæ charitatis officium.

Vxorem legitimã propter presbyteri seu episcopi magistratum dimittere non vult.

sophiam ipsam pertulisse. Quum verò ab homi A que cum illa veluti mœchum clandestinam cõ-
nibus non prorsus perperàm in ea versatus esse fuetudinem habiturum. Alterum enim minimè
censeat, laudatum à quibusdam, ampliore nunc pium, alterum minimè legitimum est. Quin po-
honore me ornatum esse volunt, qui de idoneis tius & volo & opto, plures mihi & probos
animi mei viribus iudicare non possunt. Vereor nasci liberos. Hoc ipsum electionis autorem &
autem, ne si per ineptam ambitionem dignitatẽ principem ignorare nõ oportet. Sciant id amici
oblatam recipiam, neutrum cõsequar: videlicet etiam nostri Paulus & Dionysius, quos legatos
neque laudem ex honore contempto, neque hanc ob causam à populo lectos esse audio. Illã
gloriam ex dignitate minus rectè gesta. Rẽ ipsam verò rem Theophilo non significari. sed in me-
sic mecum considera. Rebus duabus semper tẽ- moriam tantum reuocari opus est. De ea autem
pus omne tribuo, studiis & ludo. Literis vacãs, pluribus dicam cum qua quidem vna quisquã
& præcipuè diuinis, solus sum. Ludo operam alia omnia collata parua esse iudicet. Difficile
dans, quam plurimos admitto. Nosti enim quũ est, atque adeò fieri omnino non potest, vt ani-
à libris exurgo, totum me in ludis esse: à ciuili- mus dogmata, quæ per eruditionem & scientiã
bus autem curis & natura & animi destinatio- in certam necessariãmque persuasionem euase-
ne abhorrere. Sacerdotem autem oportet esse rint, fluctuare, & in dubium vocari sinat. Nosti
virum diuinum, & ad ludum omnem perinde porrò, philosophiam admodum diuulgatis istis
atque Deum difficilem & durum, qui vt propo B Christianorum aduersari opinionibus. Itaque
situm institutumque suum teneat, innumeros haud vnquam adducar, vt * posterius animum
in se plurimorum conuersos habet oculos. Ad quàm corpus gigni credam, neque mundum
quos nulla, vt certè parua peruenit vtilitas, ni- ipsum & partes eius alias interituras esse dicam.
si aliquis probè instructus & cordatus sit, & à Resurrectionem deprædicatam † sacrum quid-
† suauitate animi omni alienus. Rem diuinam dam, & minimè vulgandum esse duco: neque
faciens non priuatim solus esse potest, sed in conceptis vulgi opinionibus assentiri possum.
communi conuentu inter plurimos versatur, Mens philosophia exculta verum perspicit. Ea
quum legis doctor sit, & nihil aliud quàm quod necessitate adducta, mendacium permittit. Et
legitimum sit sonet. Negotia eum gerere opor- habet rationem seu proportionem suam lumẽ
tet, quæ simul omnes tangunt. Quæ enim ad veritatem, & oculus ad † mentem. Quatenus
communia omnium sunt, vnum ipsum cu- ergo oculus lumine copiosiore in deterius abu-
rare opus est, nisi criminibus omnibus obnoxius esse velit. Quomodo igitur non maximi for tatur aut lippis tenebræ commodiores sint ha-
tissimique animi sit, tantum curarum molem ita ctenus mendacium quoque populo vtile esse,
ferre, vt mens non obruatur, & extincta in ani- & veritatem noxiam eis puto, qui aciem mentis
ma particula diuina non negligatur, si quis tot in euidentem rerum claritatem intendere ne-
studiis & actionibus variis destineatur. Neque queũt. Quod si sacerdotes nostri hæc mihi per-
ignoro esse quosdam, qui hoc præstare possint: C mittũt, potero sanè ego quoque sacerdotis mu-
& felicem eorum naturam atque beatam, ip- nere fungi, qui domi quidem * Philosophiæ in-
sosque verè diuinos viros esse censeo, qui quũ cumbo. in publicum autem progressus, sermo-
in multis humanis versentur negotiis, non ta- nibus & colloquiis hominum delector, a neq;
men diuini numinis cura excidant. Ego verò docens neque dedocens, sed in anticipata opi-
meipsum, qui in vrbem descendere & per vrbẽ nione quemque persistere permittens. Sin illi
deambulare soleã, rebus inuolutũ quæ ad terre- sacerdotem ita animatum & opinionibus ma-
nas curas trahunt, atque inquinationibus reple nifestum esse oportere dicant, omnibus me palã
tũ esse, quarum non facilè quisquã magnitudinẽ ostendere intermiserim. Quid enim rei est po-
dixerit, scio. Nã quæ ad natiua & propria alium- pulo cum philosophia? Rerum quippe diuinarũ
de aduenium piacula, in accessionis rationem veritatem minimè vulgari oportet. Populus au-
conferuntur. Corporis robur mihi non est, in- tem more & assuetudine alia indiget. Rursum
teriora animi bona non rectè se habent. Ab ex- igitur & sæpius repetens dicam, nulla cogente
ternis etiam aliqua ex parte distituor: tum autẽ necessitate, neque arguere neque argui sapientis
conscientiæ mœrorem ferre nequeo. Et quo- esse. In sacerdotum autem ordinem cooptatus,
tiescunque me quispiam rogat, diserris verbis non committam vt dogmata præter animi sen-
statim dico, Sacerdotem in rebus omnibus ma- D tentiam assimulem. De his Deum, de his homi-
ximè à probris debere esse alienum, quippe qui nes testes inuoco. Veritas Dei propria est, apud
aliorum quoque sordes expiet. Verumenimue- quem in rebus omnibus inculpatus esse volo.
rò illud quoque literis ad fratrem datis inserere Hoc vnum tantum non dissimulo. Quando qui-
conuenit. Permulti enim epistolam hanc legẽt, dem ioci & ludorum studiosus sum: ita vt iam
& ea gratia illam potissimùm dictaui, vt quum inde à puero crimẽ illud sustinuerim, plus quàm
res ipsa nota omnibus fiat, tum vtcunque ea decerem. † armis me & equis delectatum esse, tri
procedat, & apud Deum & apud homines, nec stis quidem ero. Quid enim cum charissimos
minus apud ipsum patrem Theophilum culpa canes feras nullas persequi, & sagittas à teredi-
caream. Siquidem quum res meas in medium nibus exesas esse videro, faciã aliud? Sed tamen
protulerim, & potestati eius quicquid velit de constantiam, si Deus voluerit, obtinebo: atque,
me statuẽdi permiserim, quomodo crimini ali- quamuis à curis alienus, macerabor, * causa-
cui obnoxius sim? Mihi & Deus ipse, & leges, rúmque & negociorum quantumuis graue mi
ipsaque sacra Theophili manus vxorem dedit. nisteriũ hoc, Deo confisus, sustinebo. Dogmata
Quapropter omnibus prædico, testatúmq; esse autem per dissimulationem non tegam, neque
volo, me illam prorsus deserturum non esse, ne- mihi mens à lingua dissentiet. Hoc sic quum &

Platonicas sententias cũ Christianis dogmatib. pugnantes, retinendas sibi esse censet. † ἱερὸν ἀπόρρητον.

* ψυχὴν σώματος οὐχ ὑγρὸν γενομένην. Al. πρὸς λήμνην. ad lippitudinem. Et rectius.

philosophia quandoque admittit mẽdacium.

* φιλοσοφῶν † φιλομυθῶν

* εἰ μὴ διδάσκων. ἀλλ' ὑδὲ μέσοι μεταδιδόσκων. μὴν δ' ἐων ἐπὶ τῆς παρόλης ἕως.

† ὁπλομαχανες ἔστε πορεύειν μαθεῖν.

* δικαίων καὶ πραγμάτων λέγειν τοιμῶν

turisdictio episcopalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" monis illius de me occasionē relinquere volo, E
" me, quòd qui fuerim ignoratus sim, electionis
" suffragia rapuisse. Cæterùm Dei amantissimus
" pater Theophilus, quum me norit, postquam
" mihi se id scire significauerit: sic tandem de me
" consilium, quid statuat, capiat. Tum enim aut in
" institutum eo viuere me & philosophari patie-
" tur, aut postea vt me in iudicium vocet, vel sa-
" cerdotum ordine moueat sibi ipsi potestatē nō
" relinquet. Aliæ insuper opiniones & sententiæ
" omnes nugæ fuerint. Veritatem enim satis scio
Reformidat epi/copatum Synesius. Deo esse gratissimam. Sedenim sacrū caput tuū,
atque in primis veritatis tutorem & inspectorē
Deum testor, ægrè mihi esse. Quomodo enim
" nō sit, quum quodammodo è vita solita in vi-
" tam aliam transeundum mihi sit? Quòd si rebus
" his inpublicū prolatis (latē enim eas & premi
" nolo) is cui potestatem hanc concessit Deus, in F
" ordinem sacerdotum me legerit, subibo eā ne-
" cessitatem, & veluti diuinum decretum suscipiā.
† κακοδαι- Sic enim existimo, si vel imperatore, vel infelici
μονος αυγο- † Deóque inuito Augustali quopiam iubente,
υστάλιός τινος imperata non facerem inobedientiæ pœnas me
τάξεως δ' daturum esse: * Deo autem ipsi volentes nos pa-
ἐθελοντὴν rere conuenit. Sin me ad sacrum obeundum mi-
θεοῦ τυγχά- nisterium non admittit Deus, ab ipso statim ini-
νειν. tio in me rem diuinissimam veritatem ipsam cō-
" plecti neque per id quod illi maxime repugnat,
" mendacium scilicet, iunctionem ipsius suscipe-
" re decet. Fac igitur vt scholastici hæc sciant, &
" ad illum referant. Synesius quidem hæc scribēs,
" apertè sacerdotalem dignitatē auersatus est, sed
" tamen sacrum munus non effugit. Hæc ego eo
" consilio hic adieci, vt scire possimus quæ variè
† κατ' οἰκο- " † per dispensationis rationem Ecclesia egerit,
νομίαν, hoc non illa leges certas statuēs, sed pro vt * tempus
est, per dispen- ferret, quæ decerent & commoda essent faciēs.
sationem, Ec- Hæc de eximio philosopho Synesio. Multi verò
clesia se quā- præterea alij tum philosophati sunt, * doctrina
doque tempo- simul & virtute celebres: quorum omnium mē-
ribus accom- tionem facerem, nisi me longè ab instituto di-
modat. gressurum esse scirem.

De Valentiniano, qui Romæ imperauit. De gente Gothorum: in quas nationes sit diuisa, & quæ tenuerint loca. Præterea de Bonifacio, Aetio, & Aspare ducibus: & vt Libya occidentalis Vandalis subdita fuerit. Caput 56.

Τοῖς κατὰ τὸν τόπον ἀκκεῖται τὰ παράλληλα.

Valētinianus certius orthodoxus.

POrrò Valētinianus Placidiæ filius, & Theo-
dosij genet (nam Eudoxiam filiam eius, quā
ei Eudocia genuerat, in matrimonio habuit)
Occidentalis imperij habenas obtinens, haud-
quaquam à sanis ecclesiæ dogmatibus defciuit,
verioris pietatis atque religionis acer sectator.
Quòd autem in cōsuetudine & vita quotidiana
nullum certum seruaret modum, multisque vte-
retur impostoribus, atque incantationibus gau-
deret, & aliis eiusce modi vitijs transfuerim age-
retur, non solùm Britaniam. Hispaniam & Gal-
lias, quæ imperio eius ademptæ fuerant, recu-
perare non potuit: sed Libyam etiam omnem
& Aphricā perdidit, quindecimo imperij sui an-
no, ob causam huiusmodi. Duo belli duces Cō-
stantinopoli fuerunt, Bonifacius & Aetius: quos
Theodosius imperator ad Valentinianum, qui
hoc pepererat, misit. Quum autem Bonifacio Oc-

Bonifacius dux Libyæ occidentalis præficitur.

Is tanquam perduellionis reus apud imperatorem per calumniā ab Aetio duce defertur.

cidentalis Libya prouincia obtigisset. Aetius id
æquo animo ferre non potuit: sed inuidię stimu
lis actus, calumniam aduersus eum cōcinnauit,
ad rebellionem eum spectare, imperatoribúsq;
parū fidum esse, criminatus. Hoc sic clām apud
imperatoris matrem Placidiam, vt prouincia ei
adimeretur suadens egit. Atque interim etiam
longè alia ad illum scripsit: videlicet ne prouin-
cia, si principes eum reuocarent, decederet. De-
latum enim eum apud illos esse, necessitatémq;
illi eam incumbere, vt fraude eorum pereūdum
fibi esset, affirmauit. Literis talibus Bonifacius
acceptis, Aetio, quem sibi verum & fidū amicū
esse putabat, credidit: & quamuis sæpius ab im-
peratore reuocatus, haudquaquam tamen vt
prouinciam relinqueret, iussionibus eius paruit.
Quapropter principes Aetio, tanquam homini
fido & benevolo, qui dudum hostilem illius
animum iudicasset, fauerunt, & cum eo contra
Bonifacium dolum texuere. Ea tempestate plu-
rimæ maximæque Gothicæ gentes, in septen-
trionali parte ad Istrum passim dispersæ erant.
Inter quas præcipuæ quatuor iudicio ipsarum
celebres fuere, Gotthites scilicet, Visigothi,
Gepides, & Vandali, non alia re quàm nomi-
nibus solis inter se dissidentes. Omnes enim lin-
gua vna, & eodem viuendi instituto vtebantur,
detestandam a Arij doctrinam sequentes: sicuti
in historia Valentis commemorauimus. Hi Ho-
norio & Arcadio imperantibus Danubiū trans-
gressi, in finibus Romani Orientalis imperij cō-
sederunt. Gepides quidem, qui in duos populos
diuisi sunt, b Longobardos & Abares, orā eam
quæ ad Singidonem & Sirmium est, incoluere:
Visigothi autem, Alaricho, de quo suprà dixi-
mus, duce, Romam & Italiam populati, atque
in Galliam inde profecti, cùm omnia isthic in
potestatem suam redegerunt, tum Constantinū
Britannię tyrannum occiderunt. Porrò Gotthi,
qui antea Pannoniam, eíque circunquaque vi-
cina loca occupauerant, Theodosij junioris de-
cimumnonum annum imperantis permissu, in
finitima Thraciæ regione habitarunt. Atque vbi
isthic annos quinquaginta octo transegere. Ze-
none Romanū imperium administrante, atque
iubente, Theuderichi principis eorū ductu inde
transeuntes, Occidentale occuparunt imperiū.
Vandali verò Alanis sibi & Germanis, qui nunc
Franci dicuntur, coniunctis, * Gongidiscum

a Gothi dudum Ariani.

b Longobardi Abares.

Migratio istarum gentium ab istro.

Theuderichus Gotthus.

Germani & Franci idem.

Alii Madegiscli vocant.

Bonifacius se Vandalis in Hispania coniungit.

† Alij Gizerichum nominant.

Vandali ex Hispania in Aphricā transeūnt, eāque occupant.

Hdūcem tum habentes, amnem Rhenum transie-
runt, atque in Hispania sedes fixerūt: quæ prima
ab Hesperio Oceano Europe regio est. Bonifa-
cius igitur Occidentalē Libyam obtinens, vbi
quæ contra eū struerentur intellexit, profectus
inde fretum traiecit, atque in Hispania cū Van-
dalis fuit: & quod Gongidiscus vita defunctus
fuerat filios eius Gontarem & † Genserichum,
qui paternū regnum administrabant, vt cōmu-
niter secum bellū gererent, hortatus est: Hespe-
riam Libyā eis se daturū pollicitus, in tres ita di-
uisam partes, vt cuique eorum pars vna forte
cederet. Siue autem ob hanc, seu aliam ob cau-
sam bellum motum est, frater certè vterque se
ei coniunxit & eiusmodi societatis conditioni-
bus acceptis, Vādali freto transmisso, ex Hispa-
nia in Aphricam venere: eámque ab Oceano
ipso ad Tripolim vsque in ditionem suam re-
degere.

degere. Cæterum illis digressis, e Visigothi ex A
Gallia in Hispaniam profecti, eam cepere: postea
verò Galliam etiam rursus occupauere. d In se-
natu imperiali Bonifacij amici quidam dolum
Aetij, quem adversus illum struxerat, Placidiæ
& Valentiniano indicarunt, epistolámque illam
ad Bonifacium ab eo scriptam exhibuere. Illi ad
tantam fraudem & improbitatem Aetij conster-
nati, apud illum quidem se quicquam eius rei
scire dissimularunt: e ad Bonifacium verò iusu-
randum in scriptum relatum, quo * iniuriarum
præteritarum omnium oblitionem induxerūt,
misere. Interea Gontare mortuo, Vandalorum
regnum ad vnū Genserichum peruenit. Bonifa-
cius imperatoris iuramento recepto, bellū Van-
dalis intulit. Nam exercitus ingens Roma simul
& Byzantio, Aspare duce, qui Bonifacio auxilio
ferret, missus fuerat. Et pugna forti cōmissa, vi-
ctoria Vandalis fauit: & Romani deuicti fuga sa B
luti suæ consuluere. Bonifacius autē cum Aspare
& aliis qui se fugæ cōmiserant, Romam saluus
peruenit, atque ibi conceptam de se suspicionē
diluit. At Libya, quæ & Aphrica dicitur, omnis
in potestate Vandalorum fuit: Genserico solo,
quemadmodum dictum est, regnum apud eos
obtinente. Ita à Vandalis Aphrica occupata est.

e Visigothi Hispaniam simul & Gallam obtinēt.

d Apud imperatorem Valentinianum Aetij dolus aduersus Bonifacium detegitur.

* ἀμαυρίας κρατοῦσι.

e Bonifacius imperatori cō ciliatus, præliū cum Genserico cōmittit, & vincitur.

De Attila, Alarico, & Giserico Gothis: & vt ab eorum expeditione bellica, vetus simul & noua Roma sit liberata. Et de aliis bellis, quæ Varij scriptores memoriæ commendarunt. Cap. 57.

Genserichus regem Aphricæ se nominat.

GEnserichus, vbi Vandali ad tātas vires per-
uenere, & tantū terræ atque maris sibi sub- C
iecere, regem se primus renuncianit: & non ve-
terem solum, sed & nouam ipsam Romā, & qui
ei imperauit Theodosium afflixit. Theodosius
insolentem barbarorum audaciam non ferens,
classem maximā mille cētum & septuaginta na-
uium instruxit, eíque Areobindum & Germanū
præstantissimos belli duces præfecit: qui quum
in Sicilia essent, Genserichus sibi metuens, ad
Theodosium legatos, qui de pace cum eo age-
rent, misit: & classis Aphricam præternauigauit,
quid imperator faciendum statueret, expectans.
Verūm cum necessitas alia superuenisset, Theo-
dosius pacē cum Genserico fecit, & classem re-
trocedere iussit. Attilas enim Gotthus ex Gepi-
dum gente originē ducēs, Numedij filius, apud
quem Hunnorum imperium erat, cum multorū
millium exercitu simul contra vtrunque impe-
rium bellū mouit, expeditione & impetu incre-
dibili & veterem & nouā Romam potestati suæ D
subiicere aggressus. Et quòd vir fortis & confi-
dens admodum esset, Thraciam ingressus vasta-
uit: vrbibúsque omnibus quæ vel maritimæ, vel
incontinenti sitæ essent, subactis, ad Athyrā am-
nem vsque omnia depopulatus est. Aduersus
quem, cum copiis non pœnitendis Theodosius

Areobindus Germanus, classis præfectus.

Attila Hunnorum regis expeditio aduersus vtrunque Rom. imperium.

Genserichus orators de pace faciēda ad Theodosii mittit.

Omnia castella & ciuitates in potestatem redigens præter Adrianopolim & Heraclearn, Bizyen.

Theodosius pacem ab Attila auro redimit. eidemque tributū pendit.

Attilas contra Attilam Theuderichū Gotthum sibi coniungit.

Attilas cæsus. Et Theuderichus.

a In campis. Catalaunicis siue Gottalaunicis, Egnat. Aliter hæc ab aliis historicis commemorantur.

* μυριάσχισος.

Theodosij victoria de Persis.

Areobindus Gotthus Ardazanē persam monomachia vicit.

† ἔφιππον καὶ ἀνόπλον. Cyrus et claudianus poetæ.

sub hoc principe Venetia mediis in aquis habitari cœpta. Egnat.

Summa præfectura. Præfectura aulæ. Theodosij structura.

Asparem & Areobindū misit. Postquā autē At-
tilas quotidie viribus validior factus est, Theo-
dosius ei sexies mille auri libras, vt ditionis suæ
finibus excederet, se daturū, atque insuper mille
minarum stipendium annuum pensurū esse pol-
licitus est, si deceterò forte sua contentus quie-
túsque esset. Ille auro eo accepto, Thraciam re-
liquit. Vbi autē vi magna in fines veteris Romæ
irrupit, Aetius, quē antea diximus, primū Romę
dignitatis locum tenens, & barbari insolentiā
non ferens, ad Theuderichum Galliam admini-
strantem, quanuis Romanis pro eo atque suprà
diximus, inimicū, se contulit: magnisque & va-
riis promissis barbaro persuasit, vt ingētes vires
suas cū copiis suis cōiungeret. Itaque ex impro-
uiso Attilam vltra Danubium castra habentem
aggressus, ingentem a cædem fecit, multáq; ho-
minum millia interemit. Vbi eriam † Attilas
hasta confossus interiit, sicuti & ipse Theuderi-
chus sagitta ictus occubuit. Ita ope diuina eo tē-
pore & vetus & noua Roma Gotthorū impres-
sione liberata est. Et Genserichus * solus natio-
nibus eis imperauit. Verūmenimuerò plurimi
quoque alij motus sub Theodosio in Oriēte &
Occidente extitere, quos retrestribus & nauali-
bus copiis oppressit. A Persis quoque magnam
illam quam retulimus reportauit victoriā: qui-
bus etiam quum legationē ad se misissent, pacē
concessit. Quo bello Ardazanes Persa & Areo-
bindus Gotthus singulari certamine congressi,
prælium diremere: & Gotthus Persam in æquo
campo † equo insidentē & cataphractum vicit,
& occidit. Ea pax ad longū durauit tēpus, vsque
ad duodecimum videlicet imperij Anastasij an-
num. De quibus rebus cùm multi alij scripserūt,
tum eleganter eas in compendiū redegit * Eu-
stathius Epiphanien sis Syrus, qui etiam Amidę
expugnationem descripsit. quo tempore Clau-
dianus & Cyrus poetæ floruere. Cyrum verò
fama est summum etiam præfecturæ honorem
gessisse, qui præfectus aulæ antea dictus erat, &
Occidentalium copiarū dux fuerat, Carthagine
à Vandalis capta, quum Genserichus barbaros
eos regeret. Plurima porrò & magnifica ędificia
in vrbe imperante & alibi imperator iste cōstru-
xit, & Alexandriæ maximum templum erexit.

† *Certamen & prælium hoc, cuius post hominum memoriam simile nullum reperitur, circiter nonam diei horam cœptum est. Et vtrinque centum & eleginta millia hominum cecidere, Gotthorum rege cæso, & Attila fugato. Romani Aetio duce vicere. Diacon.*

Attilas deinde viribus recuperatis, Aquileiam expugnauit, Honoriam Valentiniani germanam vxorem sibi dari postulauit. Atque insuper aliam Udiconem nomine duxit: nouisque nuptiis crapulæ & vino indulgens, in Pannoniis mortuus est. Cass. Diac.

* *Eustathius Epiphanien sis compendium, siue Epitomen Chronicam nouem tomis condidit, ab Aenea vsque ad Anastasium imperatorem. Suid.*

De obitu Theodosij iunioris, vt in monumēto patris sui sit sepultus, in celeberrimo sanctorum Apostolorum templo. Caput 58.

ET quum obitus eius appropinquaret, Ephe
sum venit, diuum Ioannem illum cœlibem
& euāgelistam honoraturus: templúmque illius

Universidad de Deusto
Biblioteca

per reuelationem diuinam Theodosius successorem suum videt.

ingressus, orationi sese dedidit: in qua etiã, quis ei in imperio Romano successurus esset edoceri se à Deo petiit. Quod vbi per visionem ei Deus ostendit, Cõstantinopolim rediit. Nec ita multo pòst exercitu ex bello aduersus Attilã gesto, reuerso, vrbe egressus est, vt equitatione & venatione se recrearet. Atque inter equitãdum equo delapsus, a spinæ vertebrã luxauit. Quapropter lectica in vrbem relatus est. Atque vbi se moriturum esse sensit, cum Pulcheria sorore secretò ad se euocata, de Martiano b Tribunitio loquutus est: Deo gratum placitúmque esse dicens, vt ille post se Romanam administraret ditionem. Et ille quidem quum hæc dixisset, mortuus est. Nondum autem imperatoris morte comperta, Pulcheria Martianũ accersit, virum prudentia & grauitate morum præclarũ, & senio iam venerandum, & consilio de imperij successione cũ eo cõmunicato: Te, inquit, ego ex senatu, omni præ cæteris imperio dignũ iudico. Proinde iurisiurandi religione interposita, te vitæ & potestati, maximè autẽ virginitati meæ, quã à prima adolescentia Deo consecraui, non insidiaturum esse, imperium ipsum cape. Postquam ille quod Augusta volebat peregit, patriarcha Anatolio, qui Flauiano successerat, & senatoribus conuocatis ad Septimũ, statim eũ imperatorẽ creauit. Theodosius autẽ postea mox in paterno c monumẽto Romani lapidis repositus est, in dextra sublimi sanctorũ Apostolorum templi porticu: in qua porticu, eodemque lapide, pater quoque Arcadius, & mater Eudoxia, necnõ auus Theodosius siti sunt. In sinistra autem quę ex aduerso est porticu sacri eius templi, Iouinianus iacet. Mortuus est imperator Theodosius, annos quinquaginta & vnũ natus: ex quibus quadraginta & duos maxima cũ pietate imperauit, ita vt vitam ipse & administrationem suam tanquã imperij formam posteritati reliquerit. Complectitur decimus quartus iste liber annos quadraginta duos, quum à mundo condito quinquies d millesimus noningentesimus sexagesimusquintus, à diuina autem Domini natiuitate quadringentesimus & sexagesimus ageretur annus.

Libri istius anni. d Secundum neot. 4431.

Theodosius in venatione equo delabitur. Idem moritur. Pulcheria de uolũtate Theodosii morituri Martianũ imperatorem renunciat. Anatolius patriarcha Flauiani successor.

DIVÆ ANASTASIÆ HISTORIA: EPISTOLA ANASTASIÆ Martyris ad Chrysogonum.

SAncto Christi confessori Chrysogono. Anastasia salutem. Etiamsi quàm maximè patet meus simulacra coluit, mater tamẽ Flauia peruitã suam omnem Christiana, simulatque me in lucem protulit, Christianam etiã fecit. Post obitum autem eius viro importunissimo sum coniuncta. Cuius coniugiũ tandẽ gratia Dei effugi, quum diu noctúq; Christũ obsecrassem, vt me ab impuro idolorũ cultore liberaret. Is sanè deinde substantiã meam omnem cum idololatris, aliisque execrandis hominibus consumpsit, & me tanquam veneficã & sacrilegam in grauissimum coniecit carcerem: in quo tẽporanea hæc mihi vita disperiit, neque quidquam præter animam reliquũ est. Quapropter, vt cum bona Dei spe moriar, precor. Et quanuis in confessione Christi mei glorier, valde tamen mihi dolet, impurum illũ bona mea, quæ seruis Dei, ita vt optabam, donata oportuit, dæmonum cultoribus impẽdere. Itaque te famule Christi Dei oro, vt etiam atque etiã Deũ pro me obsecres, vt siquidem hoc sic cõstituit Deus, in Christũ Publius vir meus credat. Sin minus, vt ille quidem in errore suo pereat, ego autẽ ab eo liberer. Melius nanq, mihi fuerit vt moriar, quàm vt filium Dei abnegẽ, & credentibus in eum offendiculo sim. Ipsum autem omnipotentẽ Christum testõ inuoco, quum à seductione & fraude hac liberata fuero, me sedulò & constanter cũ sanctis cõuersaturã, & curam illorũ, ita vt cœperam, ad finem vsque gesturã esse. Vale serue Dei, mei memor.

Chrysogonus Anastasiæ salutem.

LAboranti tibi in vitæ huius procellis, qui in fluctibus ambulauit, auxiliũ ferat, vt diaboli vim verbo eius opprimas. Magno ergo animo, vt quæ in medio mari versaris, Christo, vt te visitet, crede: atque ad te ipsam conuersa, vnà cum propheta exclama, dicẽte, Vt quid tristis es anima mea? &c. Duplicata enim Dei gratiæ vis tibi exhibebitur. Nam & temporalia hæc exuberabunt, & cœlestia adiicientur. Deus autẽ eos auersatur, qui eũ de bonis non cõpellant. Siquidem gratia eius tenuis nõ est. Caue verò illud te perturbet, quòd piè tibi in Christo viuenti, contrà quàm speraris, res eueniant. Non enim in errorẽ seduxit, sed te explorat Christus. Neque certa est ab hominibus opitulatio, sicuti tu existimas, Scriptura dicente: Maledictus homo qui confidit in homine, & benedictus qui sperat in Deo. Fac igitur generosè, vigilãter, & prouide lapsum peccatúmque omne effugias, & consolationem à Deo implores: cuius mandata serua. Iam enim tibi salutis tempus aduenit, & perinde atque in nocte coliginosa, præclara lux Dei illucescet, atque post tempestatem tempus lætum & serenũ arridebit: & sicuti omnibus aliis, qui propter Deum affliguntur, temporalem tibi præbebit patientiam, per quam sempiternam percipies mercedem. Vale in Domino, & pro me ora.

Chrysogono confessori Christi, Anastasia salutem.

QVãdoquidem finis adest corpori meo, ora pro me, vt ille animam meã suscipiat, propter quem afflictiones istas perfero. Vale.

Ancilla Dei Anastasiæ Chrysogonus.

SAtis manifestum est, lucem abscondere tenebras: sic etiam post infirmitatem aduenit salus, & post mortem vita dignis conceditur. Eundem sanè & secundæ & aduersæ humanorũ negotiorum res habent finem, vt scilicet neque humiles ad mœrorẽ se deiiciant, neque superbi gloriãtes efferantur. Vnum nanque est mare, in quo corporis nostri decurrũt nauigia, atque ea ab vno gubernantur rectore. Quorum igitur naues carinis firmis probè munitæ sunt, nullo detrimento cursum per vndas tenent. Infirmæ autem etiam absque fluctibus cælo tranquillo periculum incurrunt. Non longè enim à pernicie & interitu absunt, quæ ad salutis portum nõ contendunt. At tu condemnationis expers ancilla Dei, tota anima tua crucem conserua, ac te ipsam ad salutem para, vt in Martyrum Christi numerum referaris. Vale.

ECCLE-

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSQVINTVS.

De Marciani imperio. Quæ signa præcesserint, imperium ei portendentia: quibúsque is fuerit moribus.

CAPVT I.

MARTIANVS A esse, per coniecturam colligere licuit. Militauit vbi firma Imperij sui fundamenta iecit præstãtiorem se, quàm de eo spes concepta fuerat, præbere perseuerauit. Verùm age si videtur de eo, quis & vnde fuerit, & quomodo ad imperium peruenerit, referamus. Celeberrimus Martianus iste, sicuti & Priscus rhetor inquit, genere Thrax fuit militari patre genitus. Quo mortuo, quum ipse paterna sibi studia sequenda statuisset, Philippopolim se cõtulit, vbi rectè se nomen militiæ daturum iudicauit. Quum autẽ in itinere eo esset, in cadauer recens cæsi hominis incidit, quod temerè in terra proiectum iacebat. Restitit ad id paulisper, quòd præter reliqua egregia ornamẽta, quibus abũdè pollebat, humanitate quoque & misericordia excelleret: & casum hominis miseratus, pro eo atque conuenit, corpus eius sepulturæ mandauit. Vbi autem eum nonnulli in cadauere humando occupatum esse conspexerunt, magistratibus Philippopolitanis rem eam indicarunt: qui deinde illum aduenientem comprehenderunt, & cædis quæstionem cõtra eum instituerunt. Porrò quum res verisimilis esse videretur, & coniecturæ ab initio eius conceptæ, plus quàm oratio Martiani crimen obiectũ negantis, & veritas ipsa, valerẽt: homicidij ille pœnas dedisset, nisi quidam diuino nutu cædis patratorẽ in iudicium produxisset: qui capite suo sceleris supplicium pendẽs, Martiani caput seruauit. Iudicio eo præter opinionem absolutus, ad ordinem ibi militum sacramentum dicturus venit. Atque illi virum eum esse egregiũ ex aspectu & signis pluribus iudicantes, perbenignè susceperunt, in ordinémque non postremum militaribus legibus legẽre, dignitate ei præclara viri cuiusdam iam defuncti, cui Augusti nomen fuerat, concessa, & nomen eius sic quodammodo in album militum relato Martianus, qui & Augustus. Vt inde satis liqueat vnà cum appellatione etiam purpuram Augusti ad eũ peruenisse: perinde atque cognomen tale in eo absque dignitate ipsa manere noluerit, & rursum dignitas quoque non aliud ad magnificentiam nomẽ requireret: ita vt idem in vno conueniens, simul & nomen proprium & cognomen fieret vna videlicet appellatione & dignitatem & nomẽ indicante. Et hoc quidem primum omen & indicium in Martiano fuit, quod eum ad imperiale dignitatem conscensurum esse portendit. Accidit autem aliud quoque, vnde imperaturum eũ

Secundum futuri imperii prodigium in Martiano.

Martianum sibi Genserichus amicitia fide obstringit.

Martianus Philippopolim petens, in cadauer hominis paulo ante cæsi incidit, et id sepelit.

Ex propterea cædis reus fit.

sed tandẽ percussore comperto absoluitur.

Omen futuri imperij Martiani.

Martiano diu in catalogum militum vestitur, per errorẽ quidem sed non sine futuræ dignitatis omine. Augusti nomen tribuitur.

Aspar Patricius. Genserichus Vandalus.

Tertium omen imperii Martiano designati.

Tatianus & Iulianus Martiani patricij

Præclara Martiani virtutes.

Tatianum sibi fœderatum habet. Ille Martianum ad bellum Vandalicum hortatur.

Martianus Asparem Vandalis bellum inferre iubet.

Asparis ad Martianum oratio.

Martianus Asparis consilium reiicit

Universidad de Deusto Biblioteca

penuſtim liberalitate ſua ſubleuare poſſet.

Iudicium Pulcheriæ, quæ Martianum imperatorem legit, ab omnibus comprobatur.

Formidabilis etiam maximè habitus eſt, non tam exemplis pœnarum editis, quàm expectatione & metu ſuppliciorum. Quæ virtutes fecere, vt non hæreditatis ſucceſſionem, ſed virtutis mercedem Imperium acceperit, ſenatu ipſo & omnibus fortunæ cuiuſque hominibus calculis ſuis Pulcheriæ Auguſtæ ſententiam cõprobantibus. Quæ in aula quidem imperatoria cum eo vixit, & vnà imperiũ adminiſtrauit: cœlebs autẽ ad ſenectutem & mortem vſque permãſit, Martiano ei fidem per iuriſiurãdi religionem datam ſeruante. Poſtmodum & Valẽtinianus, qui Romanam vrbem regebat, vbi de virtute eius certior eſt factus, ſuffragio ſuo imperium ei confirmauit. In primis verò illud Martianus ſtuduit, vt vnum & communem ab omnibus, ſublatis è medio hæreſibus, Deo offerret cultum, & eccleſia per coniunctionem vnita ſententiam & religionem vnam coleret.

Martianus eccleſiam diſſidentem contiugere ſtudet.

Quibus de cauſſis ſancta vniuerſalis ſynodus quarta, Chalcedone in Bithynia ſit coacta. Cap. 2.

Agitur de œcumenica ſynodo cogenda.

HOc illum ſic animo agitantem, literis inſuper ſuis Leo Papa excitauit, vt in vniuerſali concilio, de atroci iniuria quã Entyches & Dioſcorus fidei Chriſtianæ & celeberrimo viro Flauiano irrogare auſi fuiſſent, inquireretur. Acceſſerunt etiam, quicunque ab illis contumelia affecti fuerant, vt de eorum cauſa iudicaretur petentes: maximè verò ex omnibus Euſebius Dorylæi antiſtes, ſolicitatione ſua eã rem egit, inſidiis Chryſaphij, qui Theodoſij iuribus abuſus eſſet, & ſibi & Flauiano propterea dignitatem ademptam eſſe memorando: quòd Chryſaphio Flauianus aurum electionis conſecrationiſque ſuæ nomine petenti, paupertatem ſuam prætendens, & illi auaritiam *a* quodammodo exprobrans, ſacra eccleſiæ vaſa obtuliſſet. Adiecit is illud quoque, Chryſaphium eandem cum Eutychete complecti religionem. Et quod maximum eſſet, Flauianum à Dioſcoro crudelẽ in modum prædatorio conſeſſu eiectum, calcibus proculcatum, & enectum eſſe. Earum rerũ gratia imperatorum literis, locorum omniũ epiſcopis cõuocatis, ſynodus Chalcedone eſt coacta, quæ quidem primum Nicææ conuenerat: quò etiam Romanæ vrbis epiſcopus Leo, per Paſcaſinu & Lucentij *b* & aliorum miniſterium, literas miſerat. Sed ea Chalcedonem Bithyniæ eſt tranſlata, quòd Imperator ipſe ſynodo ei adeſſe veller, magnum Conſtantinum imitatus: cũ quo quàm maximè de gloria concertans, ſacrum illum conuentum duplicauit, pro trecentis decem & octo, ſexcentis triginta ſex patribus coactis. Zacharias quidem Rhetor affectione adductus, Neſtorium quoque ad concilium hoc vocatum eſſe ſcribit. Sed quòd aliter ſe res habeat, illud clariſſimè indicat, quòd vbique ferè à ſynodo anathemate mactatus fuerit. Et apertius etiam hoc oſtẽdit Euſtathius Beryti epiſcopus, ad Ioannem epiſcopum, & alterum Ioannem preſbyterum de ſynodi actis ſcribens, in quibus hæc etiam verba ſunt: Prodierunt verò illi denuò, qui Neſtorij reliquias quærunt, & aduerſus ſynodum vociferati ſunt: Quam ob

Plin. Dorilæũ vocat. lib. 5. cap. 29.

a προὸς ἐντροπήν.

Flauiani ædes.

Synodus Chalcedonenſis.

Leonis Rom. epiſcopi mandatarij.

b Et Bonifacij preſbyteri Euagr. lib. 2. cap. 4.

636 Patres in concilio Chalcedonenſi fuere. Alii tantum 630. numerant.

Neſtorius ei nõ interfuit.

c παρὰ λείψαν. νδ.

E cauſam viri ſancti anathemate feriuntur? adeò vt indignatus imperator, ſatellites illos longè reijcere iuſſerit. Quomodo igitur ſynodus eum euocarit, cuius defuncti reliquias illi quæſiuerũt, colligere nequeo.

Deſcriptio templi ſanctæ & celebris martyris Euphemiæ, quod Chalcedone à primis fundamentis eſt conſtructum. Caput 3.

SYnodus poſtquam Chalcedonem peruenit, in ſacro Euphemię martyris inclytæ fano coacta eſt, quod Chalcedone conſtructum eſt, & duobus maximè ſtadiis à Boſporo abeſt, in loco peramœno & molliter accliui ſitum, ita vt ambulationis laborem, qui in martyris templum aſcendere vult, non ſentiat, & facile ſtatim in baſilicam eam veniat: & ex edito loco oculos circumagens, ſubiectum campum omnem herba tenera vireſcentem, atróque frugum prouentu fluctuantem, & omnis generis conſitas arbores habentem, adhæc colles pulchrè ſe in ſublime attollentes, & nonnullos ſenſim ſeſe incuruantes denſamque comam prætẽdentes cernat. occurrant etiam illi variæ maris vndę, aliæ quidem paulatim ſerenitate & trãquillitate purpurea reſonantes, placidéque & ſuauiter littori colludẽtes: quædam autem ſtrepẽtes fluctibus & tumeſcentes, æſtu verò ipſo concharum teſtas, algas & quaſcunque alias res leues circumuoluentes, & facilitate plurima collidentes. Templum verò ipſum è regione vrbi cõſtructum, ita iacet, vt ex ſitu ipſo colligere facile ſit, vrbis tantæ aſpectu id conſpicuum amœnumque eſſe. Tribus autem ingentibus ſtructuris ædes hæc ſacra diſtincta eſt: quarum vna hypæthra & ſubdialis aula eſt, in magnam longitudinem extenſa, & frequentibus columnis ornata: ſecunda æqualem cũ illa habet, paucioribus tamen columnis, amplitudinem & longitudinem, vna hac re ab illa varians, quòd recto è coctili latere contecta eſt. Ad cuius Boreale latus, qua parte ſol oritur, ædes rotundior erecta eſt, multa arte elaborata, columnis & ipſa materiæ magnitudinis & coloris eiuſdem, veluti in choro in circuli formam ſtantibus, templi interioris partem cohoneſtans. Super quibus porticus ſublimis eadem ſub teſtudine conſtructa eſt, vbi cuiuis diuinæ rei myſticiſque ſacris adeſſe, atque etiam ad Orientem cõuerſo † precationem ad Martyrem ipſam facere licet. Intra porticum ipſam ſacrarium aliud longè pulcherrimum, vbi martyr poſita eſt, in tumulo longiore, quem nonnulli etiam Longum vocãt, argento arte diffuſo pulchrè admodum ex omni parte incluſum, & ad præcipuam pulchritudinem redactum. Cæterùm quæ olim ſemper martyr ea ediderit miracula, Chriſtianis omnibus conſtat. Loci namque eius perſæpe epiſcopum, in ſomnis ſeſe ei exhibens, aut alium etiam quempiam præclarè viam agentem, obiter templum eius ingreſſum, vt miraculorum talium fructum perciperent, eſt cohortata. Quod vbi in vrbe Conſtantinopolitana innotuit, vniuerſæ eò populi turbæ ſunt profectæ: ipſe etiam Imperator, & qui ſacras eccleſiarum habenas regũt, quiq; honores & magiſtratus alios in republica gerunt, vt quæ ibi peragerentur, viderent.

Atque

Diuæ Euphemiæ Chalcedone templum & loci eius amœnitas ſumma.

Euagr. lib. 2. cap. 3.

Intelligit vrbẽ conſtantinopolim, cuius vrbs Chalcedon quaſi ſuburbanus vicus eſt. De qua plin li. 6. cap. vlt.

Chalcedon libera, eraſtis ante dicta, dein Compſa poſtea.

Caterum epidum, quòd locum eligere neſciſſent, ſeptem ſtadia diſtante Byzantio, tanto ſcilicet omnibus modis ſide.

† πρὸς ἀνατολὰς τοπῳ δεῶ.

Miracula ad ſepulchrũ ſanctæ Euphemiæ edita.

Vide in Vranium mirificũ & ἀλεξιφαρμακον.

Atque etiam inſpectantibus omnibus, epiſcopus Conſtantinopolitanus cum ſacerdotibus ſuis templum id, vbi martyris corpus repoſitum eſt, viſit. In tumuli læuo latere feneſtella quædã admiranda eſt, operculo quàm maximè obfirmata, per quod ferramentum longiuſculum, cui in extrema parte ſpongia alligata eſſet, immittebant, ſpongiámque ipſam in ſacroſanctis martyris reliquiis obuolutam, & guttis cruore illius delibutis refertam, extrahebant. Hanc vbi plebs cõſpexiſſet, homines ſtatim in terram inclinati, vociferatione maxima Deum honorabant, miraculóque eo ſtupefacti manus ſuſtollebant. Tãtus autem inde profluxit vbertim humor, vt nõ ſolum Imperatores & epiſcopi, populúſque qui ibi congregari ſolitus fuit, affatim eo perfruerentur, verumetiam quocunque quiuis vellet locorum de eo aliquid ſecum auferret. Neque guttæ tempore ipſo defecere, neque diuinus ille ſanguis aliqua ex parte mutatus eſt, ſed is ſemper colorem ſuum ſummè rubrum conſeruauit. Facta hæc non certo aliquo tẽporis curriculo, ſed pro eo atque epiſcopi ipſius vitæ morũmq; ſanctitas ferret. Sic enim fertur, quum is qui eccleſiam gubernaret, præclarè viueret, & virtute exornatus eſſet, frequentius miraculum hoc exhibitum eſſe. Quum autem antiſtes ſacrorum talis non eſſet, rarius eam rem tam admirãdam, nec tam facile à martyre proceſſiſſe. Hoc ſic factum eſſe noui. Sedenim quod neque dies neq; tempus vllum intercipit, ſed perpetuò omnibus fidelibus ſimul & infidelibus affluit & accedit, id nũc dicam. Si quis in ſacrarium id, vbi tumulus & ſanctæ martyris reliquiæ perinde atque theſaurus nunc repoſitæ ſunt, veniat, odor immenſus & naturæ captum, odoreſque omnes quos ars humana conficit, ſupergrediẽs, ad eum perfertur. Eum ſiquidem qui ex prato verſicolore colligitur, longè ſuperat: neque alicui eorũ ſimilis eſt qui ex bene olentiſſimis rebus profluit. Tum autem neque ei par eſt, quem vnguẽtarius odoribus ſuauibus ad certum modum tẽperatis miſcet: verùm multis modis qui inde redditur præſtantior eſt, vim & poteſtatem eius à qua redundat declarans.

Color ad monumentum eiuſdem mulcteptimus.

† * *Et ipſa concilia, quæ per ſingulas regiones vel prouincias fiunt, plenarium conciliorum auteritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedere ipſáque plenaria ſæpe priora poſterioribus emendari, cum aliquo experimẽto rerum aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine vlla typho ſacrilegæ ſuperbiæ ſine vlla inflata cernice arrogantiæ, ſine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum ſancta humilitate, cum pace catholica, eũ charitate Chriſtiana, Aug. de baptiſmo, contr. Donatiſt. lib. 2. cap. 3.*

Acta Synodi & vt epiſcopatus Dioſcoro, eiuſque ſectatoribus abrogatus ſit. Cap. 4.

IN hoc ſacro martyris delubro, quam ex Nicæa tranſiiſſe diximus, congregata eſt ſynodus, trigeſimo à tertia ſynodo, à mundo autem condito quinquies milleſimo noningenteſimo & ſexageſimo ſexto anno. In dextra tẽpli parte Romani, Byzantij & Antiocheni: in ſiniſtra, Alexandrini & Hieroſolymitani: medio autem in-

Synodi in templo diuæ Euphemiæ conſeſſus.

A ter hos loco Principes & Senatores conſedere. Et quum ea quæ Eutyches Conſtantinopoli & Dioſcorus Epheſi nouandarum rerum ſtudio deſignauerant, in medium producta eſſent, Dioſcorus ad rerum actarum ignorantiam, qua ſe excuſabat, confugit. Et quòd obiecta ſibi crimina effugere nequiret, animi dubius fuit: Vbi verò veritate in apertum prolata, neceſſitate apertam cauſæ dicendæ declinare non potuit (nam qui in prædatoria illa ſynodo ei aſſederant, eum redarguerunt, dolúmque eius & illatam ſibi per Imperiales minas vim & neceſſitatem oſtenderunt) in ruborem magnum & probrum coniectus eſt. Atque equidẽm qui violentiæ eius adminiſtri fuerant, venia petita in gratiam ſunt recepti, & ex ſiniſtro in dextrum latus tranſiere, quorum vnus Iuuenalis Hieroſolymitanus fuit.

Dioſcorus Alexandrinus non hinc ſtat.

Iuuenalis Hieroſolymitano culpam deprecanti gratia facta.

B Dioſcorus autem, quod aliud ex alio ei obiceretur crimen, quum veniam à iuſtis illis iudicibus conſequi non poſſet, in ſynodum venire ſuperſedit. Poſtquam verò Synodus canonem ſequuta, ter illum citauit, & ipſe dicto audiens nõ fuit, communibus omnium ſuffragiis, ipſo Dei amante Imperatore præſente, & ipſum & Eutychetem exautorauit, & anathemate iugulauit. Deinde decreta ſanctarum vniuerſalium ſynodorum, ſtabiliendæ fidei gratia edita, eius videlicet quæ Nicææ, & Conſtantinopoli, & Epheſi primùm coacta eſt confirmarunt. Tertio porrò confeſſu admirandi Cyrilli ad Neſtorium datas epiſtolas in ſua retulerunt acta: quibus epiſtolam etiam Leonis Papę ad diuinum Flauianum, & libellum inſuper quem idem Leo ad ſynodũ

Dioſcorus propter contumaciam & Eutyches damnatus.

Acta ſynodi Chalcedonenſis.

† *

Libellus Leonis Rom. Pontificis.

C & Imperatorem Martianum dederat, columnã orthodoxiæ ſeu rectæ fidei appellatum, coniunxere. Leo namq; iſte rebus Eutychetis & Dioſcori cognitis, prouincialem ſynodum Romæ coegerat, in qua vtrumque, & eos præterea qui illorum ſequerentur opinionẽ, reiecit: actáque eius concilio Chalcedonenſi & Imperatori miſerat, videlicet vt eos ipſos qui confuſionem commixtionémque duarum Chriſti naturarum inducerent, illico citra prætextum & exceptionem omnem damnarent. Exhortatus quoque fuerat, doctrinis hiſce ædificari & ſtabiliri eccleſias docens, ſi homines ſcirent vnum Chriſtum ſubſiſtentia Deum eſſe perfectum, patri & eundem hominem perfectum nobis conſubſtantialem, ita vt in ipſo citra commiſtionem, citra mutationem, citra alterationem, & citra confuſionem, duæ naturæ diuinitatis & humanitatis vnitæ, quæ ſcilicet in eo cognoſcuntur, & in eo verè ſunt, conſiderentur.

Leonis ad Imperatorem Martianum & concilium Chalcedonenſe ſcriptum.

† παρὰνει δίδασκα.

† Epiſtolæ beati Leonis papæ ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum textum aut vnum iota ſi quiſquam idiota diſputauerit, & eam non in omnibus veneabiliter acceperit, anathema ſit. Gelaſ. papa diſt. 15 Sanctæ Rom. eccleſia.

De miraculo quod ad monumentum ſanctæ euphemiæ accidit, ſuper deciſione duplicis fidei decreti orthodoxorum & hæreticorum. Cap. 5.

QVum autem eadem de re diſputatio magna excitata eſſet, (inexpugnabilis namque & contentionis maxime ſtudioſa improbitas eſt)

S

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martyrium sanctæ Euphemiæ.

spiritui sancto & egregiis illis qui conuenerant E virís placuit, vt decretum fidei in libello describeretur, & controuersiæ iudicium atque decisio laudatissimæ martyri & virgini Euphemiæ committeretur. A maioribus illa suis, ciuis & alumna vrbis Chalcedonensis fuit. Sub impio autem Diocletiano, pro detestandi cuiusdã præsidis tribunali consistens, Christum Deum esse & Dei filium clara voce deprædicauit. Quapropter plurimis primum cruciatibus excarnificata & bestiis tandem obiecta, vrsæque morsu enecta, certamine pro Christo peracto, coronam recepit: & diuinum corpus eius integrum atque incorruptum asseruatum apud ecclesiam Chalcedonensem marmoreo tumulo repositum est, talia edens prodigia, qualia paulo antè commemorauimus. Itaque immaculato & sacro corpori eius veluti sincero iudici, orthodoxi & re- F ctam sententiam obtinentes, simul & qui aliter opinarentur, fidei suæ arbitrium committentes, vtrique seorsim fidei formulam in libellum suũ relatam, & chartam vtramque clausulis atque sigillis obfirmatam, ad martyris pedes deposuere. Et nocte proxima precationibus consumpta, postridie venerunt, & monumẽti operculo remoto, spectaculum nouum rectóque iudicio dignum conspexere. Nam orthodoxorum rectéque sentientium libellus perquàm tenaciter victricis illius martyris manibus continebatur: alter autem tanquam res vana & nullius precij, temerè ad pedes illius proiectus iacebat. Posteaquam verò post cœlestem hunc calculum adhuc impudentia contra veriorem fidem pugnaret, condemnatio amplius etiam vt valde legitima confirmata est: & qui decretis G Synodi consentire noluerunt, ij ignominiam & probrum, à Deo & hominibus sunt consequuti. Hæresis ipsius dux Gangram exul abductus est. Qui autem à Dioscoro condemnati proscriptique fuerant, de Synodi sententia & Imperatoris consensu reuocati sunt. Atque vbi alia etiam pleraque acta sunt, decretum Synodus hisce conceptum verbis promulgauit.

Iudiciũ fidei Christianæ Catholici atq; etiam hæretici ad arbitriũ martyris Euphemiæ defuncta referunt.

condemnatio hæreticorum.

Decretum fidei sanctæ vniuersalis quartæ Synodi. Caput 6.

1. quoniam venerabilis. C. de episc. & cleric. l. quicunque in hac. C. de hæret. & Manich. Senatusconsultum Concilij Chalcedonensis.

« « « *ὁμοουσίους. Aduersus negantes virginem matrẽ θεοτόκον.*

DOminus & saluator noster Iesus Christus, fidei doctrinam discipulis confirmans, Pacem, inquit meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Vt nemo à veræ pietatis dogmatibus dissonet, sed ex æquo omnes veritatis doctrinam prædicent. Et postea sancto Nicæno symbolo, & centum atque quinquaginta san- H ctorum patrum decreto lecto, intulerunt: Satis igitur ad perfectam veræ pietatis cognitionem & confirmationem est, sapienter conceptum & salutare istud diuinæ gratiæ symbolũ. De patre etenim & filio & spiritu sancto absolutam doctrinam continet, & inhumanationem Domini cum fide eam recipientibus astruit. Quandoquidem autem veritatis inimici, qui abolere per hæreses suas prædicationem contendunt, inani loquentiam peperere: & nonnulli sacrosanctam Domini nostra gratia susceptam † administrationem adulterare, & vocem hanc θεοτόκος Dei genitrix pernegare ausi sunt: aliqui verò confusionem mixtionémque inducentes, vnam esse carnis & diuinitatis naturam consideratè fingunt, diuinámque vnigeniti naturam per confusionem perpessioni obnoxiam prodigiosè asserunt: hæc ipsa nunc sancta & magna vniuersalis Synodus, omnem illis fraudem & machinationem aduersus veritatem præcludere volens, & integritate firmitatémque veteris doctrinæ vindicans, in primis statuit, vt sanctorum trecẽtorum patrum fides inuiolata constet. Deinde & eorum qui in vrbe Imperante aduersus Spiritus sancti hostes posterioribus temporibus conuenerunt, centum quinquaginta patrum, de Spiritus essentia doctrinam, autoritate sua confirmat: quam illi patres omnibus notam esse voluerunt, non vt aliquid quod maioribus ignotũ fuisset, inducerent, sed vt spiritus sancti naturã- * quædam de illius * potestate obtinere volentes, testimoniis in scriptum relatis, clarius promulgarent. Propter eos verò qui œconomiæ & administrationis mysterium deprauare audent, & qui ex Maria virgine natus est, merum hominẽ esse imprudenter & conuicioscè dicunt, beati Cyrilli, qui Alexandrinæ ecclesiæ pastor fuit, synodales epistolas ad Nestorium & Orientales episcopos datas, quod rectè scriptæ sint, quũ ad Nestorij væsanam dementiam refutandam, tum ad sententiam salutaris symboli, eis qui eam pio ardore requirunt, declarandam, recepit: quibus epistolam quoque maximæ vrbis veteris Romę antistitis, beatissimi & sanctissimi archiepiscopi Leonis, ad eum qui in sanctis est archiepiscopum Flauianum, refellendæ Eutychetis maleuolentiæ gratia scriptam, quæ beati Petri confessioni conuenit, & aduersus perperam & malè sentientes, quasi quædam communis & publica † columna est, ad dogmata recta confirmanda, meritò coniunxit. Nam aduersus eos qui administrationis mysterium in duos filios distrahere conantur, pugnat: & eos qui vnigeniti diuinitatem perpessioni obnoxiam esse dicere audent, sacris conuentibus excludit. Tum autẽ eis quoque qui in duabus Christi naturis mixtionem & confusionem comminiscuntur, resistit. Eos præterea qui cœlestis aut alterius cuiusquam essentiæ esse deliranr, quam ex nobis sibi assumpsit serui formam, proscribit. Eos denique, qui duas quidem ante vnionẽ Domini naturas profitentur, vnam autem post vnionem faciũt, anathemati subiicit. Itaque patrum vestigiis insistentes, vnum atque eundem profitemur esse filium, Dominum nostrum Iesum Christum: & vna voce omnes deprædicamus perfectum eundem in diuinitate, & perfectum eundé in humanitate, Deum verum & hominem verum, eundem ex rationali anima & corpore, consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis æqualem absque peccato, ante secula quidem ex patre secundum diuinitatem, in extremis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem, ex Maria virgine & Deigenitrice secundum humanitatem genitum, vnum & eundé Iesum Christum filium & Dominum vnigenitum in duabus naturis † inconfuse, immutabiliter, indiuise, insegregabiliter cognitum atque deprædicatum: haudquaquam naturarum

Dei genitricẽ esse, & naturas duas in domino Saluatore confundentes. Synodus Chalcedonensis confirmat decreta concilij Nicæni & Constantinopolitani.

Item epistola Leonis Rõ. ad Flauianum Constantinopolitanum.

† ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως, γνωριζόμενον.

« naturarum differentiam vnione tollente, sed A « proprietatẽ potius vtriusque naturæ conseruãte, quæ in personam vnam & subsistẽtiam vnam « concurrit: non veluti in duas personas diuisum aut diuisum, sed vnum & eundem filiũ vnigenitum Deum Verbum Dominum nostrum « Iesum Christum: quemadmodum antiquitùs « Prophetæ, & ipse de seipso nos docuit Chri- « stus, & symbolum patrum nobis tradidit. His « igitur cura & diligentia omni à nobis constitutis, sancta & vniuersalis Synodus decreuit, « vt nemini liceat aliter sentire, aut fidem aliam « proferre, vel conscribere, vel componere, vel alios docere. Quicunque autem ausi fuerint fidem aliam componere, aut proferre, aut docere, aut symbolum aliud eis tradere qui ex Græca « superstitione & Iudaismo, vel alia quacunque B « hæresi conuertere se ad veritatis cognitionem « voluerint: eos, siquidem episcopi aut clerici fuerint, ab episcopatu & clero alienos: sin autem « monachi aut laici fuerint, anathemati subiectos esse debere.

Non esse edendas nouas fidei formulas.

De reliquis rebus, quas Synodus statuit. Caput 7.

Alia Synodi Chalcedonenses actiones.

POst hæc Imperator Martianus, qui Synodo interfuit, vbi ea quæ par erat, pro concione dixit, in Imperialem est reuersus aulam. Synodus autem controuersiam, quoque quæ Maximo Domini in ecclesia Antiochena successori, & Iuuenali Hierosolymitano episcopo, de prouinciarum finibus intercessit, ritè & ordine decidit. Adhęc & Theodoritus, & Ibas, thronos C suos receperunt. Constitutum etiam ibi, vt sedes nouæ Romæ, secundas à veteri Roma, ab aliis autem thronis primas ferret. Plurima insuper alia in concilio hoc acta, quæ omnia initio altius repetito, in fine huius tomi, pro eo atque potero oratione persequar, vt quiuis clarius res ibi gestas cognoscat. Importunũ nãque quodammodo esse duxi, si in præsentia eas referrem, ne historiam perpetuam interpolarem. Qua etiam de causa fusius ea nunc tractare nolui. Proinde qui exactè synodi istius res cognoscere cupit, compendiosam illam narrationem, quę ad finem quindecimi huius libri adiecta est, legat. Nunc porrò ad historiam continuandam progrediar.

Secundus Rõ. antistites episcopus Constantinopolitanus cæteris primatum obtinet.

De seditione Alexandriæ, propter Proterij successoris Dioscori electionem coorta. Cap. 8.

SYnodo huic interfuere ex veteri Roma Pascasinus, Lucẽtius, & Bonifacius, Leonis Romani antistitis locum obtinentes. Interfuit & Anatolius nouæ Romæ episcopus, Maximus Antiochiæ ad Orontem. Iuuenalis Hierosolimorum, & ipse Dioscorus Alexandriæ, præsules: qui, sicuti diximus, exautoratus, & ad exiliũ damnatus, Gangrensem regionem in Paphlagonia incolere est iussus. Porrò episcopatum Alexandrinum communi synodi consensu diuinus Proterius sortitus est. Et quum in thronum suum reciperet, ingẽs multitudini incessit certamen, turba, & tumultus, vulgus in varias scindens sententias. Quemadmodum enim eiusmodi temporibus euenire solet, alij fortiter quæ maxima pars erat, nouum pastorem defendebant: aliis Dioscorus ecclesiasticæ prouinciæ administrandæ idoneus magis esse videbatur. Et res in magnum discrimen processit. Priscus namque orator in historiis suis, se eo tempore scribit ex Thebæorum prouincia Alexandriam *Plebs furens magistratus fugat.* venisse, & turbam ingentem vidisse, seditionem aduersus magistratus mouentem: & quum milites inhibere eam contenderent, pro telis, saxis ipsis, quæ ex tẽpore passim iacẽtia rapuit, vsam, illos fugere compulisse, ad templum quod olim Serapidis nomen habuit. Fuit autem Serapis, Iupiter, aut Nilus, aut † Apis quidam in vrbe Memphitica vir, qui famis tempore de suo Alexandrinis frumentum subministrauit. Et verò defuncto templum & statuam sacrarunt, in quo etiam bos insignia quædam & notas habẽs nutritus est, in agricultura, quantum coniicere licet, signum atque indicium: quem ipsum Apim quoque, eodem scilicet cum hero suo nomine vocabant. Hominis autem istius tumulo, qui Græcè σορὸς dicitur, in templum translato, Sorapim statuam eius nominarunt, aut Serapim etiam, per literarum mutationem. Cuius templũ pulcherrimum fuit, & simulacrum longè maximum, maximéque horrendum, ex varia materia ita compactum, vt vtraque manu vtrunque parietem attingeret. In medio verò simulachro * templum aliud erroneum fuit, in quo effigies alia ærea nõ magna suspensa erat, cuius capiti ferrum immiserant. Et quum in tecti laqueatibus magnetem lapidem iuxta perpendiculum collocassent, sublimem eã in aërem ita promittebant, vt neque terram, neque tectum ipsum attingeret. In hoc ipsum templum populus magistratus compulit, & deinde viuos captos igne concremauit. Quæ res vbi ad Imperatorem est delata, duo millia militum eò misit, qui secundo vẽto sexto die ad magnam Alexandriæ vrbem appulerunt. Ii petulanti insolentiã in coniuges & filias Alexãdrinorum vsi, grauioribus eos quàm quas antea experti fuerant, affecere ærumnis. Plebs autem indignè eas ferens, à Floro tãdem, qui rem militarem administrabat, tum autem ibi vrbanas quoque res curabat, quũ ad * Circenses ludos spectandos congregata esset, petiit, vt quæ ei ablata fuerat, frumenti solitam largitionem relinqueret, balneáque & theatra, aliáque res quibus in tam dissoluto & perturbato ciuitatis statu abstinere cogebatur, redde- D ret. Quod ille, sicuti vulgus voluerat, pollicationibus interpositis se facturum recepit. Atque ad eum modum seditionem sensim sedauit. Res Alexandrinæ sic habebant.

Secundũ Proterium Alexandriæ episcopum & ejusdem sedis lectum, seditio et tumultus ea de causa Alexandriæ exorsus.

† * *Vnde factum est, vt in quodam templo lapidibus magnetibus in solo & in camera, proportione magnitudinis positis, simulachrum ferreum aeris illius medio inter vtrumque lapidem, ignorantibus quid sursum esset & deorsum, quasi numinis potestate penderet. Aug. de ciuit. lib. 22. cap. 4. Democrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat, vt in eo simulachrum eius è ferro pendere in aere videretur. Interceßit mors & ipsius & Ptolemæi, qui id fieri iusserat. Plin. lib. 34. cap. 14*

Coercio plebis. Florus vrbis Alexand. præfectus.

Per ademptionem frumenti plerunque lasciuiens populus coercetur.

† ἀνὰ τὴν ἱππόδρομον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monachi quidam in Palæstina clerum synodi Chalcedonensem fugiunt.

Theodosius monachus sedem Hierosolymitanam fraudulenter Iuuenali absente, occupat.

Is alias quoque ecclesias episcopos illegitimos mittit.

Seuerianum Scythopolis episcopū necat.

Theodosius maleficus. Euag. lib. 2. cap. 5.

Petrus παρεισακτος.

Gaza episcopus.

Athanasij diaconi Hierosolymitani libera ad Theodosium ista vox.

Athanasij martyrium.

Dorotheus Palæstinæ præfectus.

Theodosius ecclesiasticum tyrannus manus Dorotheo effugit.

vt in Palæstina quoq; scditio extiterit, à Theodosio quodam monacho excitata: qui etiam Hierosolymorum inuasit sedem, Iuuenali expulsi, & quæ sub eo acciderint. Item de Athanasio diacono cōfessore. Cap. 9.

NEc verò in Palæstina tranquillitas fuit. Si quidem monachi quidam, qui synodo interfuerant, & diuersa à decretis eius sentiebant, quum Hierosolyma venissent, proditam esse fidē clamitarunt, lamentantes, & monasticum ordinem cōcitare atque impellere satagētes, vt quæ in synodo ritè acta erant, rescinderent. Vbi autē Iuuenalis sedē suam recepit, atque illi eum vt synodi acta aboleret, & anathemati subiiceret, cogere voluere, in Imperatoris vrbem concessit. Turbæ totius duæ Theodosius monachus quidam erat. Hic Eudocia Augusta (adhuc enim in vita erat) in partes suas rapta, & sodalitate monachorum omni sibi cōciliata prædonis & sanguinarij hominis more, quòd Iuuenalis (sicuti diximus) Constantinopolim petierat, Hierosolymorū thronum occupauit, adiutoribus ea in re vsus, qui synodi constitutionibus aduersabātur, & Eudociæ gratificabantur. Et quū episcopi nondum à synodo reuersi fuissent, alios ipse delectos, in vrbes quasque misit. Seuerianum autē Scythopolis episcopum, quòd maleuolentiæ illius suffragati nollet, oppido exactū interemit. Magnam quoque mouit persequutionē in ciuitate sancta, aduersus eos qui communicare cum eo nolebant. Quosdā namque tormentis excruciauit, aliquibus substantiam ademit, aliorū ædibus ignē iniecit, ita vt vrbs à barbaris capta esse videretur. De quo postea monachorū ordo ad Alcisonem literas dās, illud scripsit: quòd quum vt maleficus & episcopo suo infidus deprehensus esset, monasterio suo expulsus, & quia Alexandriæ quoque rebellis Dioscoro fuerat, quòd verberibus multis affectus, tanquam homo seditiosus per vrbem ibi camelo insidēs traductus sit. Idem quoque Palæstinæ vrbes circumiens, eas vt sibi episcopos legerent, coegit. Quorum vnus etiam fuit Petrus, ex Iberia oriundus, Gazæorū ciuitatis, cui Maiumæ nomen est, episcopus. Adeò vt Athanasius quidam in diaconorū ordinem cooptatus, in media ecclesia Hierosolymis cum multa dicendi libertate, iniquitatis abominatione throno sanctissimo insidēte, vocem illam præclaram emiserit: Desine Theodosi tantam cædē committere, desine Christo bellū inferre, & gregem eius in prædonum morem è diuino ouili eiicere, & aliquando tandem beneuolētiam erga verum germanumque pastorem nostrum cognosce. Hæc quum diceret, à satellitibus Theodosij arreptus, & ex ecclesia tractus est. Atque insolentis petulantiæ & cruciatuū genus omne propter Christū perpessus, & flagris multis concisus, postremò etiam ferro vitā amisit. Cadauer eius ex pedibus per vrbem omnem raptum, canibus tādem esca proiectū est. Porrò Dorotheus, qui Palæstinam prouinciam ab Imperatore acceptam administrabat, & tum apud Moabitidem bello aduersus barbaros occupatus erat, vbi ea quæ in vrbe sic gerebātur cognouit, celeritate summa cum exercitu forti rebus præsentibus consulturus accurrit. Cæterùm Theodosij & Eudociæ satellites, portis clausis, non prius eum admisere, quàm eis pollicitus

Fames. Alimentum aerium.

Manna Fruges quotannis terræ proueniens.

Iuuenalis in integrum restitutus.

Dæmon contentionum & dissidiorum autor.

Confusionem meditatam quorundā locutionum, & sectarum dissectionisque causam & occasionē vnius literæ mutationi, & duabus præpositionibus eius, hoc est, in & ex, apud Homines contentiosos, adsecubit.

† ὅτε τῆς συμφορᾶς εἰς θεότητα μεταβαλοῦσι, ὅτ' αὐτῆς θεότητος εἰς σωμ. καὶ πάθη.

* καὶ τὰ τοιαῦτα.

Temporis eius casus fatalis.

Pestis grauis.

attulit, & fami subuenit. Eo enim anno quo fruges non prouenerunt, alimento aëreo eos fouit, sicuti olim veteribus Israelitis fecisse memoratur, manna illis (quod dicitur) cœlitùs demittēs. Proximo autē anno vt fruges sua sponte excresceret, effecit. Hæc mala Palæstinam etiam, & plurimas alias regiones peruastarunt. Et calamitates eiusmodi Orientalem orbis partem omnem peragrarunt.

De Valentiniani cæde, qui Occidentalibus imperauit: & de Eudoxia coniuge eius, liberisque eiusdem. Et vt Gēserichus vrbem Romam ceperit. Item de eis qui post Valentinianū per successionem Romæ imperarūt.

Actij præfecti vrbis Rom. cædes.

Valentiniani Imp. Occidentalis vita.

Valentinianus Aetio cæso, gaudet extrema sibi ipsi manū inijcit aurit.

Maximus tyrannus Valentinianum necat, & vxorē coniugē Eudoxiam constuprat.

* ἐν γὰρ τῷ ἁμαρτάνει τις, ἐν τούτῳ καὶ πατεῖται.

† τὸ ἀλόχευτον.

Valentinianus à Thrasila percussore in campo Martio cæsus est. πόρ. Cassiod.

Ad tyrannū Maximū vltricem dum Eudoxia Genserichum ex Africa Romā inuitat.

Maximus cæditur.

Roma à Genserichō capitur & diripitur.

Genserichus Eudoxiam cū liberis & spoliis amplissimis Romā in Africam transfert.

Eudocia Eudoxiæ filia Honoricho Genserichi filio nubit.

Placidia Olibrio patricio. Occidentales Imperatores.

a Al. Liberiū vocant.

Auitus. Maiorianus. b Diaconus Auitum placentiæ episcopum fatum esse scribit.

c Al. Seuerianum nominat. Seuerus.

Anthemius Martiani gener.

Olibrius. Glycerius. Nepos Oreſtes. Augustulus.

d Idem Glycerium Vercellensem episcopum ordinatū dicit.

e Secundum alios ab Vrbe cōdita circiter annū 1221.

Odoacer rex.

A neque vnum quidem annum tyrannide potitus esset, interemptus est: Genserichus verò vbi cū ingentibus copiis aduenit, Romam cepit. Qui quòd barbara mente & instabilis atque inconstans esset, Eudoxię fidē non seruauit: * sed vrbe direpta, spectaculisque eius incensis, in Libyam reuersus est. Eudoxia secū & duabꝰ eius filiabus Eudocia & Placidia captiuis abductis. Multa quoque inde ecclesiastica & preciosa abstulit vasa, inter quę non pauca etiam Hebraica fuere, quæ Vespasianus & Titus Hierosolymis vastatis Romam secum attulerant. Genserichus maiorem natu filiā Eudociam filio Honoricho matrimonio iunxit. Placidiā autem, quòd Olibtio patricio Senatus Romani principi, qui tū vrbe Roma capta Byzantij profugus erat, desponsatam esse cognouisset, vnà cum matre Eudoxia, cultu magno & regio comitatu tradito, Byzantium, Martianum placaturus, misit. Qui vehemēter ira aduersus eū percitus fuerat, cùm quòd Romam incendisset, tum quòd sic in Imperiales liberos illusisset. *a* Olibrius, Martiano iubente, Placidiam vxorem duxit. Verùm post Maximū Romę *b* Auitus rerū potitus est mensibus octo, qui vbi vitā fame finiuit, Maiorianus biēnio imperium tenuit. Postquam autem is ab Recimero Romanę militiæ duce dolo cæsus est, *c* Seuerus tres annos ibi imperauit. Post hūc Anthemius, cui Martianus filiam suam despōdit, Occidētalibus Romanis id per legationē petentibus. Vbi verò & hic, quum Christianissimus esset, fraude peremptus est, Olibrius à Recimero Imperator renunciatus est. Huic successit Glycerius. Atque illi rursum vbi annos quinque dignitatem eam gessisset, Nepos, qui *d* Glycerium apud Salonas Dalmatiæ vrbem episcopum fecit. Sed & hunc Oreſtes imperio spoliauit. Cui Romulus filius, qui & Augustulus dictus est, successit, vltimus Romanorū Imperator, à Romulo primo rege *e* mille trecentis & tribus exactis annis. Post hūc Romanorum Imperium Odoacer inuasit: qui † Imperiali cognomine reiecto, regem se primus vocauit. Quo tempore & Leo magnus ex hac vita migrauit.

* *Quum Genserichus Carthaginem (ex quo annis 585. in ditione Ro. fuisset) anno Domini 441. cepisset, cuius cladis mentio sit l. 1. in princ. C. de of. præf. Præt. tandem Romam quoque, anno Domini 457. fœdissimè vastauit. M. Varro vectium se Romæ, in augurio non ignobilem, & ingenis cuiuis parem, audiuisse scribit, dicentem: Quoniam CXX. annos incolumis præteriisset populus Ro. ad M.CC. peruenturum. Quidam eruditi tempus direptionis istius Vandalicæ, cuius Iustin. meminit C. de off. PP. Afric. designari per Varronis verba putant. Alij potius ad Totilæ vastationem referunt, quæ sub Iustiniano accidit.*

† *Circiter hæc tempora Paulinus Nolæ episcopus, multos à Vandalis captiuos redemit, & tandem viduā filium, seipso in seruitutem date, liberauit. Diac. Odoacer, quod bellicosus esset, id nomen à vastandis & excindendis agris accepit. Sicut & apud Vandalos fuit Bohemos, rex Odoacrus, vir fortissimus, anteà Premislaus nominatus. Fuit autem Odoacer Herulus, sub quo Romani maiestas imperij in occidente serò admodum ad Francos permeuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt imperatrix Eudocia pulcheriæ Augustæ sit conciliata, & de iunione Eudociæ, Eudoxiæ filiæ.
Caput 12.

Eudocia Pulcheriæ conciliatur.

EVdocia Augusta in Palæstina adhuc degens, de filiæ Eudoxiæ, maritique & liberorum eiusdem rebus certior facta, ad extremam confecta est animi anxietatem. Proinde funem omnem, vt in prouerbio est, monens, per Valeriam & Olibrium patricios Pulcheriæ reconciliata est: à qua etiam petiit, vt eis qui in captiuitate essent, opem ferret. Et quum pax inter Genserichum & Martianum facta esset, Eudoxiam Genserichus, & Placidiam Pulcheria petente, sicuti dixi, Byzantium misit. Iunior autē Eudocia apud maritum Honorichum in Aphrica mansit, cum quo sedecim annos vixit, eidémque filium Hul-F derichum genuit. Porrò quum parum grata ei esset viri comunctio, qui Arianam profitebatur religionem, arte manus eius elapsa, & auiam Eudociam imitata, ad sancta loca concessit, & sepulcrum illius longè pòst exosculata est. Vbi & ipsa non diu vixit: sed somno beato sopita, iuxta auiæ tumulum in præclaro & ipsa reposita est monumento. Quidquid autem ei erat facultatum, id pauperibus & sanctæ Christi * resurrectioni consecrauit.

Eudoxia cum filia Placidia Byzantium missa.

Hulderichus Honorichi filius.

Iunior Eudocia Hierosyma quoque visit.

* *In cuius honorem templum Hierosolymis constructum fuerat. Euagr. lib. 2. cap. 5.*

Vt procuratione & arte Pulcheriæ, Eudocia sanctam quartam approbarit synodum, persuasione Symeonis Stylitæ siue Columellæ & magni Euthymii inducta. *Caput 13.*

Eudocia senior ab errore Eutychianæ ad orthodoxiã reducitur.

PVlcheria Augusta quamprimùm Eudociæ reconciliata est, fratres & filiam eius hortata est, vt crebras ad eam darent literas, quò ab Eutychetis & Dioscori opinione desciscret, & sanctæ Catholicæ ecclesiæ communionem amplecteretur. Literis eiusmodi Eudocia acceptis, quum etiam beata Basila semper ei, vt eadem secum in religione sentiret, molesta esset: metuens illa, ne id non ex sententia Dei faceret, faciēdum sibi esse putauit, vt de ea re ad diuinos patres referret, qui se de vero pietatis cultu certò edocerent. Proinde loci eius episcopo Anastasio accito, ad sanctum Symeonem Stylitem seu Columellam per illã scripsit, qui tum virtutibus suis orbem illustrabat. Ad eum literis quoque manu

Symeonis Columellæ ad Eudociam litera.

" suæ conscriptis, conscientiam suam reuelauit: complexuram se esse, quod ille decreuisset, pollicita. Sanctus autē vir ille ad eam in hæc verba rescripsit. Sciro filiola, quòd diabolus virtutum tuarum diuitias cernens, te expetiit vt cribraret sicuti triticum. Et exitiosus ille Theodosius " vas & instrumētum mali illius factus, Deiamāti " animæ tuæ tenebras offudit, eámque conturba- " uit. Sed confide. Non enim deficiet fides tua. " Ego quidem illud valde admiratus sum, quòd " quum fontem apud teipsam haberes, eúmque " ignorans, longius aquam hauriendam peteres. " Habes igitur diuinum virum Euthymium: hu- " ius doctrinam & præcepta sequere, & salua eris. " Literis lectis, Eudocia minimè se negligētiæ de- " dit: verùm ad se Euthymium in eam quam re- cens construxerat turrim euocauit. Atque vbi ille venit, incredibili repleta voluptate, & ad pedes eius prouoluta, magnum exclamans: Nunc, inquit, cognoui, quòd Dominus indignam me aduentu & præsentia tua visitauit Sanctus verò vir benedictionem ei impertiit, & attentiorem decæterò esse iussit. Quæ namque, inquiens, accidêre res tristes & duræ, non aliam ob causam accidisse eas tibi scito, quàm quòd cum impio Theodosio communicare sustinueris. Itaque contendendi, quod præter rationem suscipitur, studio prorsus posthabito, in tribus sanctis vniuersalibus synodis, in ea videlicet quæ primùm Nicææ aduersus impium Arium, deinde quæ contra Macedonium Constantinopoli, & quæ rursum Ephesi prima aduersus Nestorium coacta est, conquiesce. Tum autem decretum etiã quod in concilio Chalcedone cõgregato factum est, recipere te: & Dioscori communione reiecta, ad Iuuenalem Hierosolymitanum accedere, & quę in ecclesia solita tibi sunt facere oportet. Hæc postquam ille dixit, & precationem pro ea ad Deum fudit, in Mandram suam reuersus est. Eudocia autem ciuitatem sanctam petiit, & in Ecclesia catholica quæ fas est peregit. Magna porrò vnà cum ea multitudo ex plebeiis & monachis, qui Theodosij errorum sequuti fuerãt, sacram communionem perceperunt. Qui verò exemplum eius imitari noluerunt, solita adhuc ipsius Eudociæ munera receperũt, sed * propter receptam affectionem tantum, nõ etiam ob sententiæ & opinionis conuenientiam & coniunctionem. Postquam autem vniuersali se dedidit G ecclesiæ Eudocia, omni animi propensione cõsternata, opiniones illorum non ritè conceptas est, admirata. Et non longè pòst puluere hoc in terris relicto, vt dixi, felici & beato obitu ad Deum migrauit.

Sacrosanctæ quatuor vniuersales synodi.

Eudocia cum Catholica ecclesia sentit & communicat.

* αὐτοπαθείας ἕνεκεν, ἀλλ' οὐχὶ τῆς ὀρθοδοξίας.

Eudocia mortuæ.

De piis Pulcheriæ Augustæ operibus. & de tribus quæ maximæ Dei genitrici construxit templis: vno, sanctiloculi, in ærario fori: altero, quod ὁδηγῶν, id est viæ ducum dicitur: tertio, cui nomen Blachernæ. Et quæ memoriæ prodiderit Iuuenalis de sanctæ abdormitione sanctissimæ Dei genitricis, deque eiusdem fasciis sepulchralibus. *Caput 14.*

CEleberrima hæc Pulcheria multas per vitam præclarè res gessit, multa publica hospitum & pauperum condidit domicilia. Aduenarum etiã sepulchra & alia ædificia construxit, piæ mentis eius indicia: in quibus etiam est martyris Laurentij delubrum. Tria quoque Dei matri ex ipsis fundamentis templa erexit. Quorum vnum est, in Chalcopratcio, siue fabrorũ foro. † Sacri tumuli nomen habẽs. In hoc veluti thesaurum, Dei genitricis deposuit zonam: de qua paucis libro proximo capite secundo mentionẽ fecimus. Hoc in tẽplo, vt quarto quoque hebdomadis die peruigilii & supplicatio ad lucernas & lãpades fieret, constituit, quã & ipsa pedes frequentare solita erat. Secundum templum ὁδηγῶν, viæ ducum est, vbi Antiochia missam Verbi matris imaginem dedicauit, quam diuus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc viuẽte, & tabulã ipsam videntẽ, gratiãmque adeò illi formæ suæ imminente. Hæc imago primùm

Pulcheriæ ex diuina imagine matris Christi, quam Lucas apostolus pinxerat, Hierosolymis missit. Theodosius lector.

Pulcheria Augustæ operã dat templis erectis beatæ virgini.

De reliquiis vestis eiusdẽ. Imago Dei genitricis à diuo Luca picta.

primùm in loco qui Tribunal dicitur, fuit: vbi ea, quæ nunc quoque fiunt, miracula peracta sunt. Porrò in templo isto, vt tertio quoque septimanæ die peruigilium itidem & supplicatio perageretur, curauit: quod ad hunc vsque diem seruatur. Tertium autem Verbi matri incredibiliter pulchritudine & omnis generis materia ornatum consecrauit templum cui Blachernæ cognomen est: quo abundè per ambitionem quãdam & liberalitatem decorato, Martiano Romani Imperij sceptra tenente, magnopere vnà cum eo operam dedit, vt modis omnibus venerandum, immaculatum, Deiferumque illius tabernaculum inueniret, & in ecclesia ea reponeret. Itaque Iuuenalem Hierosolymorum archiepiscopum, & Palæstinos episcopos, qui cõcilij celebrandi causa Chalcedonem venerant, accitos interrogauit, an diuinum Dei genitricis templum & sacrosanctum tabernaculum adhuc apud Palæstinos in eo tumulo, quo primùm repositum esset, reperiretur: velle se id inde translatum, in templum hoc eius inferre, vt imperantis verbis * custodia esset & præsidium. Quum enim & verbis ipsa & templum illi dicatum esset, æquum esse dixit, vt sacrum etiam eius tabernaculum ab eis non abesset. Ad quæ verba Iuuenalis respondit: In sacris diuinitúsque inspiratis scripturis obitum sanctæ semperque virginis Dei genitricis Mariæ minimè referri. antiquissima autem & verissima omnino traditione receptum esse, instante illius obitu, Apostolos ex ipsis orbis terrarum finibus, vbi ad prædicationẽ obeundam dispersi erant, sublimes in aëre Hierosolyma venisse, visione auspicatiore hymnos diuinarum potestatum exauditos esse: & absque strepitu aliquo, mirifico planè modo, Verbum & filium eius aduenisse, atque in manus suas diuinum illius spiritum suscepisse. Sacrosanctum autem corpus illius angelica simul & Apostolica hymnodia elatum, in tumulo quodam, in regione Getzemani repositum esse, & in tertium vsque diem eo loco carmina angelos perpetua in honorem & laudem Dei genitricis cecinisse. Et cùm eodem tertio die, is qui in obitu virginis matris choro Apostolorum non affuerat, aduenisset, & sacrum illum cœtum, vt tumulum recluderet, quo & ipse Verbi matri debitum supremumque persolueret honorem precibus summoperè solicitasset, atque sigillo ablato sepulchrum apertum esset, sacrum illius corpus prorsus repertum non esse: sed sepulcrales illius fascias tantum suo loco intactas atque inuiolatas, per inde atque corpus ea paulo ante reliquisset, repertas, & quidem inenarrabili odoris suauitate redolentes: eaque illos abunde afflatos, signaculo rursum tumulo impositio abiisse, ad miraculum tantum conservatos, atque illud solum, pro eo atque decebat, animo secum meditatos, illum ipsum Deum Verbum & Dominum gloriæ, qui subsistentia sua pro beneplacito suo, eo quem neque verbis neque intelligentia assequi liceat modo, carnem ex ea suscipere, & deinde post ineffabilem illam vteri gestationem & partum, virginitatem illæsam conseruate dignatus sit, illum in quam ipsum, etiam post obitum, & ex vita hac migrationem, mirificè immaculatum, impollutum, & modis omnibus

De obitu Dei genitricis Mariæ, eiusdemque funere & assumptione.

* Φυλακτήριον.

A sanctum corpus eius ante destinatum quoque & communem omnium resurrectionem, immortalitate co honestasse: eoque per angelorum ministerium in loca quædam cœlestium regionum lucidissima, & à corruptione allenissima, translato, honore præcipuo prosequutum esse, ne vnà cum reliquis vel celebertimis laudatissimisque hominibus resurgeret. Porrò cum discipulis ibi tum affuisse addidit, sanctissimum illum Timotheum, Dionysium Areopagitam, magnumque diuinum & sapientem Hierotheum: quemadmodum hac de re Dionysius ipse in suis ad Timotheum de beato Hierotheo scriptis testatus sit, cuius testimonium libro secundo, capite vigesimosecũdo, à nobis est relatum. Hæc vbi Iuuenalis dixit, principes ipsi ab eo, vt sanctum eum tumulum, vnà cum sacris vestibus probè obsignatum ad se mitteret, rogarunt: eúmque ita à Iuuenali transmissum, in maximo quod ab eis constructum est Blachernarum templo, piis consecrarunt atque deposuerunt manibus proximè ad sacram diuinámque mensam. Factum id Martiano adhuc superstite. Venerada enim vestis eius aliquanto pòst, sub Leone est allata: & in rotundo templo, quod Leo magnus ædificauit, collocata est, sicuti in historia eius dicemus.

Tumulus beatæ Dei genitricis.

Vestis eiusdẽ.

De obitu Pulcheriæ & Marciani: & vt post eum Leo magnus Romanorum imperator sit promulgatus.
caput 15.

BEata Pulcheria sexto Imperij Martiani anno, illustri post se relicta laude & gloria, & virginitate sua ad extremũ vsque finem integra conseruata, quum post plurima maximáque benefacta, substantiam suam omnem Dei templis & pauperibus dedicasset, in fata concessit. Donationem eam Martianus gratam habuit, facultatesque illius quæ plurimæ erant, distribuit. Ipsa autem in templo diuorum Apostolorum cõdita est. Postea annis duobus non omnino exactis, Martianus quoque inter homines esse desiit, multa religione & sanctitate vir: vt qui in supplicationibus publicis aliis præierit, & maximam indigẽtibus pecuniam præbuerit: si quis alius, & ipse Christianissimus Imperij administrationem veluti monumentum vitæ piè agendę hominibus omnibus reliquit. Eo imperante, in Romana ditione tranquilla pax fuit, ita vt tũ aurea existimarentur esse secula. Cæterùm eo ad meliorem vitam translato, communi Senatus calculo, Leo * Tribunitius, Thrax ipse quoque genere, Imperator Romanorum salutatus est, & à patriarcha Anatolio diademate coronatus. Hic Maceles cognominatus est, quòd Asparem ex militiæ ducibus maximum, qui eum ad Imperium euexerat, & patrem eius Ardaburium, propter imperium affectatum, interemit.

Pulcheriæ mors.

Martiani obitus.

Martiani pacifici principis illud præclarum verbum fuit: Diem in pace esse possimus, arma nõ induamus.

* ὁ ἀπὸ τριβούνου.

Leo eius successor.

Cognomẽ eius Maceles.

Ignatius Asparem & Ardaburium fratres facit.

Vt rursus Alexandriæ seditione orta, ab eis qui non assentiebantur sanctæ quartæ synodi decretis, Proterius Alexandriæ episcopus occisus sit, & per vrbem pedibus tractus, instinctu & dolo Timothei Ælluri, qui episcopalem sedem occupauit. Et vt isto à Leone pio expulso, Alexandrini alium Timotheum legerint, cognomento Salophaciolum. Et vt Anatolio mortuo,

Gennadius sedem Constantinopolitanam obtinuerit. Caput 16.

Tumultus Alexandrinus contra synodum Chalcedonensem & Proterium episc. Alexandrini plebis in primis ad seditionem est proclivis.

ALexandriæ autem plebs ipsa, atque etiam primores viri Dioscoro addicti, Chalcedonensis synodi decretum non susceperè: & Martiani obitu cognito, furore multo rursum adversus Proterium concitati sunt, ardorem eo expellendo plurimum ostendentes. Populus quidem vbique vniversus facilè ad iram impellitur: & materiam quamque quam sors offert, veluti scintillam atque fomitem tumultus arripit. Alexandrina autem plebs ad res eiusmodi non minus procliuis & prompta est, ex innumera quæ vndequaque confluxit multitudine coacervata. Proinde præter rationem omnem audacia vtitur, & impetu dæmoniaco effertur. Aiunt quippe, cuiuis liberum ibi esse, quacunque temere arrepta caussa & occasione, populum celeriter ad seditionem intemperiis quibusdam excitare, & quocunque velit ducere. Et maxima ex parte iocis † Iudicrisque rebus populus, sicuti inquit Herodotus, de Amasside scribens, deditus est. Plebs ea, quantum ad hanc partem pertinet, talis est: in rebus autem aliis haudquaquam contemnenda. Quum igitur eo impetu irati ferrentur homines, illa etiam temporis opportunitate, oblata quòd Dionysius Orientalium copiarum ductor apud interiorem Aegyptum esset, Timotheum quendam cognomento Aelurum, ad episcopalem euehere dignitatem constituerunt: qui monasticam egerat vitam, & deinde presbyter ecclesiæ Alexandrinæ factus fuerat. Et quòd magnopere in Chalcedonensem synodum inueheretur, idoneusque ad res miscendas esset, atque episcopatum mirificè expeteret, fuligine nigróque colore oblitus, noctu circum monachorum cellas obambulauit & quemque per calamum scirpeum excauatū nominatim euocauit: atque illi quum eum audirent, ipse se ex spiritibus administris vnum esse assimulauit, & cœlitus propterea missum omnibus dixit, vt admonitu eius à cōmunione Proterij discederent, & Timotheum Aelurum in episcopali sede collocarent. Adhuc Proterius episcopatum gerebat, & munere suo fungebatur, quum Timothei partiū studiosi in ecclesia magna, quæ de Cæsaris nomine dicta est, congregati, Aelurum ipsum patriarcham Alexandriæ designarunt. Consecrarunt eum, Eusebius Pelusij, & Petrus ex Iberia ortus, Maiumæ, quod Gazæorum nomi oppidum est, episcopus, quibus dignitas sacerdotalis à Proterio dudum adempta fuerat. Qua de re certior factus Dionysius dux, maximis itineribus Alexandriam venit, seditionis recens etiamnum incendium restincturus. Timotheus sibi, ne è throno deturbaretur, metuens, seditiosos quosdam ex populo Alexandrino homines aduersus Proterium irritauit, qui illum audaci furore pleni aggressi sunt, & episcopum tantum, quum ad sacrosanctum baptisterium confugisset, crudelem in modum (ô diuina vindicta) ferro in viscera eius adacto, vt imperata Timothei exequerentur, contrucidarunt: & deinde ex fune suspēsum, passim per viam publicam rapuerunt, cadaueri eius vt homines furibundi insultantes, atque cum contumelia illudentes, & quòd Proterius necatus esset clamitantes. Et postquam id per vrbem omnem distraxere, postremò igni etiam vstularunt, cinere qui superfuit in aërem disiecto, vicerībúsque eius crudis (nā & ab hoc facto nō abhorruere) degustatis. Vnā cum Proterio alij prēterea sex idem certamen obiere. Hæc res vbi ad piissimum Imperatorem Leonem est delata, nō ille rursum synodum cogendam esse duxit, sed † circularibus per orbem literis ad ecclesias missis, quibus sententiam suam inseruit, opinionem episcopum quenque suam rescribere sibi iussit, cùm de Chalcedonensis synodi constitutionibus, an sequi illas vellent: tum de electione & consecratione Aeluri, quæ ita, sicuti dictum est, facta esset, reprehenderēntne eam, vt quæ minus legitimè processisset, an episcopatum illum gerere permitterent. Leo hæc sic ad omnes vbique episcopos scripsit. Illi autem, quanquam locorum intercapedine inter se dissiti, simul tamē omnes, quum supra mille essent, suffragiis omnibus Chalcedonensem synodum comprobarunt, decrerúmque eius egregiè confirmarunt: Timotheo autem, vt qui illegitimè in thronum insiluisset, eisdem calculis dignitatem abrogarunt, diserisque verbis hominem excommunicarunt. Ille ad hunc modum condemnatus, & Alexandria electus, Gangram, quò etiam magister eius Dioscorus deportatus fuerat, exulatum missus est. Aelurus iste multa diuini Cyrilli scripta nondum vulgata, dogmatibus suis adulterinis aspersis deprauasse dicitur. Eo autem abducto, Alexandrini Timotheum alium, eiusdem Proterius complexus fuerat sententiæ virum, ecclesiæ suæ episcopum legunt: quem quidam Basilicum, quidam autem Salophaciolum cognominarunt. Qui propterea quod plebs ejus gratia tumultum exciuerat, Canopi degebat. Eodem tempore quum Anatolius simul & vita & episcopatu in vrbe imperante defunctus esset, in locum eius Gennadius substitutus est: atque huic postea Acacius, qui ea in vrbe pupillorum domicilio præfuit.

Tumultus Alexandrinus contra synodum Chalcedonensem & Proterii epis. Alexandrini plebis in primis ad seditionem est proclivis.

† παιγνίμων

Dionysius Orientis dux.

Timotheus Aelurus impostura mirifica monachos angelum se esse assimulans, à Proterij communione abstraxit.

Aelurus, vita adhuc Proterio, episcopus Alexandrinus creatur.

Admiranda hæreticorum in orthodoxos crudelitas.

Sex martyres Proterij sectatores.

† ἐγκύκλια γράμματα. *h. e. circulares literæ Leonis ad episcopos omnes.*

Episcopi omnes Leonis rescribentes, Chalcedonensem synodum laudant, & Aelurum damnant.

Aelurus Gazæ exulat.

Idem cyrilli librorum depravator.

Timotheus Salophaciolus Alexandriæ episcopus.

Byzantij Anatolio succedit.

Gennadius Gennadio Acacius.

Episcoporum & clericorum Aegyptiorum libellus supplex, de ecclesiarum suarum rebus, & de Proterio & Timotheo. cap. 17.

MIhi verò molestum non erit, & difficile, Aegyptiorum episcoporum & Alexandrini cleri ad Leonem missas preces, Proterij ferè historiam omnem complectentes, atque etiam circulares Leonis literas hic apponere. Preces illorum hisce conceptæ fuere verbis. Ad piissimum Christianissimum, & à Deo renunciatum victorem, triumphatorem, & Augustum Leonem, episcoporum Aegyptię diœcesis omnium, & maximæ vrbis Alexandriæ ecclesiæ clericorum preces. Non immeritò, qui cœlesti gratia quasi quoddam donū orbi huic datus es, quotidie secundum Deum reipub. consulere, Imperator omnium sanctissime, pergis. Et post alia. Quum tranquilla pax orthodoxi rectéque sentientis populi apud nos & Alexandrinos esset, Timotheus rursum seipsum statim post Chalcedonensem sanctam synodum, presbyteri dignitatem

Aegyptiorū epis. supplicatio ad Leonē Imperatorem.

Aelurus cum suis rectè damnatus.

tatem tum gerens, ab vniuersali Ecclesia & fide A segregauit atque resecuit, cum quatuor aut quinque tantum e episcopis pauciſque monachis, Apollinaris eiusque sectatorum prava opiniene & hæresi infectis. Quam ob causam canonicè & legitimè à diuinæ memoriæ Proterio & vniuerso Aegyptio conuentu ita illi sunt exautorati, vt Imperatoris indignationem, & soli exilij causa vertendi condemnationem, meritò sint experti. Et post pauca. Et migratione ad Deum per sanctum obitum Martiani Imperatoris ille comperta, veluti is * qui legibus solutus suo ipse arbitrio viueret, impudenter aduersus eum blasphemis & maledicis vocibus ferociens, & sanctam vniuersalem Chalcedonensem synodum perficta prorsus fronte anathemati subiiciens, ex plebe venali & incomposita multitudinem ad se pertraxit, bellúmque contra sacros canones, ecclesiasticas constituriones, rempublicam B & leges ipsas cepit, & in sanctam Dei ecclesiam seipsum cōiecit: quum illa tum pastorem & doctorem suum haberet, sanctissimum patrem nostrum archiepiscopum Proterium, quum stata sacra & conuentus solitos peragētem, tum preces in supplicationibus ad omniū nostrum seruatorē Christum pro pio Imperio & Christianti palatio vestro fundentem. Et deinde. Et quum vna interessisset dies, & amantissimus Dei Proterius, sicuti mos est, in episcopali æde sua esset, assumptis secum duobus episcopis & clericis, qui legitimè exautorati & ad auxilium pariter damnati fuerant, Timotheus, consecrationeque ab eis accepta, quum nullus prorsus ex diœcesi Aegyptia rectè sentientium episcoporum adesset, (id quod moribus in eiusce mo- C di Alexandrini episcopi electione fieri solet) archiepiscopalem cathedram, sicuti ipse existimauit, occupauit, adulterium manifestè inferre ecclesiæ ei ausus, quæ suum sibi haberet sponsum, rem diuinam in ea facientem, canonicéque & legitimè munus suum obeuntem. Et post alia. Nihil aliud facere beatus ille vir potuit, quàm vt locum daret iræ, iuxta id quod scriptum est, & ad sacrosanctum confugeret baptisterium, illorum qui ei ad cædem patrandam imminebant fugiens impetum. In quo loco barbaris etiam ipsis & feris hominibus omnibus, qui venerationem & cultum eius, scatentémque inde gratiam ignorant, metus incessit. Sedenim homines illi qui consilium cœptúmque Timothei ad exitum suum perducere contendebant, ne in incōtaminato quidem illo templo salvum eum esse D seu nauium gubernatores, episcopum perunt, & passi, neque religionem reueriti sunt vel loci, vel temporis. Agebatur enim tum salutiferi Paschæ festi dies conuentus. Sed neque sacerdotalē exhorruerunt functionem, † quæ media intercedit inter Deum & homines. Interfecerunt igitur hominem innocentem, & crudeliter ipsum vnà cum sex aliis mactarunt, & reliquias eius vndequaque conuulneratas per omnia ferè ciuitatis loca, ferum in modum tractas atque raptatas, miserabiliter traduxerunt: sine misericordia omni corpus quod iam plagas non sentiret, discruciantes: & in frusta eo concisso, bestiarum more viscera eius degustarunt, quem * mediatorem se nuper inter Deum & homines habere existimarunt: postremóque quidquid ex eo superfuit, id igne concrematunt. & cineres ventis differendos permiserunt, feritatem belluarum omnem longè superantes. Atqui malorum istorum omnium auctor sapiens, si Deo placet. Timotheus fuit. Porrò Zacharię Rhetori de his in historia sua scribenti, aliter hæc referre libuit: tumultum videlicet Alexandriæ per Proterium potius excitatum: neque populum hæc, sed ex militum ordine quosdam ausos esse. Fidémque verbis eis astruit per epistolam quandam à Leone ad Timotheum missam: quam rem indicaturus atque vindicaturus aliquis etiam à Leone missus sit. Literas circulares ad omnes vbique episcopos Leo dedit, ad ipsum etiam Constantinopolitanæ vrbis antistitem Anatolium, eósque qui monastica vita emiuerunt, sententiani eorum (quemadmodum dixi) de synodo Chalcedonensi Timotheique consecratione requirens: Ægyptiorum episcoporum libello supplici, precibúsque insuper eorum qui vel Proterij partium, vel Timothei factionis erant, sicuti ad eum missæ fuerant, adiunctis. Circulares literæ Leonis in hanc sententiam scriptæ erant.

Zachariās Rhetor hæc aliter retulit.

Epistola Leonis ἐγκύκλιος, hoc est circularis, ad Anatolium & reliquos episcopos de Synodo Chalcedonensi contra Timotheum Aelurum missa. Caput 18.

IMperator Cæsar Leo, pius, victor, triumphator, maximus, † semper colendus Augustus, Anatolio episcopo. In votis quidem pietati meę fuit, vt vniuersæ orthodoxæ, rectéque sentientes & sanctissimæ Ecclesiæ, nec non vrbes sub Imperio Romano omnes quiete altissima fruerentur: neque quidquā, quod statū illarū & tranquillitatē turbare posset, intercederet. Quid autem nuper admodū apud Alexādrinos acciderit, sanctitatē tuā iā nosse credimus. Vt verò plenius de rebus omnibus, & quæ causa tanti tumultus & confusionis extiterit, certior fias, exēpla precum quas religiosissimi episcopi & clerici ex Alexandriæ vrbe & diœcesi Aegyptia, aduersus Timotheum in vrbe Constantinopolitana pietati meæ obtulere: atque itidem supplicum libellorum exempla, quos à Timotheo internūcij eius Alexandria aduenientes serenitati nostrę in comitatu nostro dederunt, ad pietatem tuam misimus: vt quid actum sit, ab eo quem diximus Timotheo, quem sibi populus Alexandrinus, & qui ibi magistratus gerunt, ciuesque & nauclerī, aliis quoque de rebus quas supplicationū complectitur contextus: adhæc, de synodo Chalcedonensi, cui nequaquam quidam assentiuntur, quemadmodum libelli adiuncti ostendunt, clarius sanctitas tua cognoscere possit. Itaque pietas tua, orthodoxos omnes & sanctos episcopos, qui nunc in vrbe hac imperante degunt, & religiosissimos clericos confestim ad se conuocet, & rebus omnibus cum cura & fide tractatis atque deliberatis, quandoquidem hoc tempore Alexandrina ciuitas turbulenta, & status eius tranquillitásque nobis maximè curæ est, nobis sententiam suam de Timotheo ipso, & concilio Chalcedonensi, timore humano omni, gratia etiam & odio semoto, solum omnipotentis Dei

† ἀειπρέπτατος τῶν βασιλέων. *Circulares Leonis ad episcopi literæ. Hoc literarū earum exemplum ad Episcopum Constantinopolitanum datum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

metum ob oculos ponens, significet. Scitis nanque, nos omnes de negocio tanto immaculatæ Diuinitati rationem esse reddituros. Vt in eo de re omni literis vestris abundè edocti, congruentem & debitam sententiam ferre possimus.

Quæ Leo de sancta quarta Synodo ad omnes vbique monachos, & ad ipsum Symeonem Columellam scripserit: & epistola eiusdem sancti Symeonis pro eadem Synodo.
Caput 19.

AD hunc modum Leo ad Anatolium, & omnes vbique episcopos scripsit. In eandem sententiam quoque literas dedit ad illustres monachos, & qui vitæ sanctitate præclari erant alios, mores suos ad vitam spiritualem dirigentes: inter quos celeberrimus omnium fuit Simeones ille, qui primus stationem super columna inuenit, cuius antea etiam meminimus: præterea Varadatus, & Iacobus Nisibenus, quorum etiam Theodoritus in Dei amantium historia mentionem facit. Porrò Leo Romanus episcopus primus Chalcedonensi synodo comprobata, electionem atque consecrationem Timothei vt illegitimam improbauit: cuius epistolam Leo Imperator Timotheo Aeluro per Silentiarium misit. At enim Aelurus ad Imperatorem rescripsit, Leonis epistolam refellens, & Chalcedonensem synodum quàm maximè reprehendens. Episcopi reliqui, itidem vt Papa fecerunt. Solus Amphilochius Sidites ad Imperatores scribens, Timothei quidem consecrationem damnauit, synodi autem Chalcedonensis decretum non recepit. Quæ omnia à Zacharia Rhetore in historiam sunt relata, qui Amphilochij etiam epistolam ei inseruit. Non episcopi verò solum, sed & celebris memoriæ Simeones de his rebus epistolas duas dedit, alteram ad Imperatorem Leonem, alteram ad Basilium episcopum Antiochenum: quam quòd breuior sit, hic apposui, verbis hisce conscriptam. Domino meo piissimo & sanctissimo, Dei amanti Basilio archiepiscopo, peccator & humilis Simeones in Domino salutem. In tempore nunc dicere possumus Domine: Benedictus Deus, qui non reiecit precationem nostram & misericordiam suam à nobis peccatoribus nō remouit. Acceptis enim sanctitatis vestræ literis, ardorem & veram pietatem Dei amantissimi Imperatoris nostri erga sanctos patres, & certam stabilemque eorum fidem admiratus sum: quam pietatem ille & antea exhibuit, & etiam nunc exhibet. Atque hoc quidem donum non ex nobis ipsis, quemadmodū etiam sanctus Apostolus dixit, sed ex Deo est, qui illi eam animi alacritatem propter orationes vestras indidit. Et post pauca. Proinde & ego humilis & tenuis, atque adeò abortiuus monachus, Imperiali eius cellitudini institutum meum de fide sanctorum patrum, qui Chalcedone sexingenti triginta sex conuenere, in qua persisto, & per quam confirmor, vtpote quæ à spiritu sancto manifestata sit, significaui. Quod si enim duobus aut tribus in nomine eius conuenientibus, medius inter eos est Saluator: quomodo ad tot & tam sanctos patres ille aduenisset, nisi ab initio cum eis spiritus sanctus fuisset? Et pòst alia. Itaque fortis esto, & in vera pietate viriliter age, quemadmodum & Iesus Nauæ filius, seruus Domini, in populo Israelitico. Clerum religiosum, qui sub sanctitate tua est, omnem, & benedictum fidelissimumque populum verbis meis consolare. Quapropter, sicuti dictum est, Aelurus quidem Alexādria electus est. Timotheus autem alter, qui & Salophaciolus dictus, & ex Proterij partibus erat, pro eo in ecclesiam inductus. De his hactenus.

Præclari monachi. Simeones stylites. Varadatus. Iacobus Nisibenus.

Amphilochius Sidites chalcedonensem synodum non recipit.

Simeonæ Columellæ literæ ad Basilium episcopū Antiochenum, de pietate Leonis Imperatoris, & synodo Chalcedonesi.

ἐκπεφευγότων μοναχῶν.

De horrendo qui sub Leone accidit terræmotu, & diluuio, aliisque item orbis calamitatibus: & de puluere qui è cælo decidit.
cap. 20.

LEone iam alterum annum imperante, ingens terræmotus & fremitus vsque adeò extitit, vt multæ quidem in locis omnibus ruinæ consequutæ sint, Antiochia autem omnis ferè concuteretur. Clades ea veluti proœmium futurorum malorum fuit, propterea quòd ciues ipsi à diuinis legibus alieni tāquam beluæ feri animis essent, & vecordiæ intemperiis omnibus agitarentur. Grauissimus enim qui vnquā fuere omnium terræmotus vrbem eam inuasit, quingentesimo sexto ab ea condita anno, decimoquarto mensis Septembris die, quarta noctis hora: ab eo terræmotu, qui ibi sub Traiano fuit, trecentis quadraginta septem annis exactis. Ille nanque quum centesimo vigesimo nono † suis legibus, vt libera repub. ea vrbs vteretur, illam afflixit. Iste autem sub Leone quingentesimo sexto anno eam oppressit, sicuti hoc à studiosis repertum est. Et domos eius ferè omnes disiecit, quum quidem populosissima foret: ita vt in ea solitudo nulla, aut locus quispiam inhabitabilis aut neglectus esset. Magnificentissimè autem exornata fuerat, propter ambitiosam multorum principum liberalitatem, qui operibus ibi extruendis inter se concertarunt, & de gloria superare alij alios conati contenderunt. Concidерunt igitur Imperiales ædes vna atque altera: aliæ periculum euasere, vnà cum vicino lauacro, quod sanè vrbem † incommoditate pristina liberauit, propterea quòd reliquæ balneæ violenta inundatione ei incommodassent. Disiectæ quoque quæ pro Imperatoriis ædibus fuere porticus, & quod eis impositum erat tetrapylum. Prætereà Hippodromi pro foribus turres, & quædam eis insistentes porticus. In veteri autē vrbe domum aut porticum vllam non attigit. Concussit insuper & Traiani & Seueri & Adriani lauacra. Plurima item ædificia & porticus in ea quæ Ostracina dicitur vicinia, atque etiam quod vocatur Nymphæum: quæ omnia copiosissimè Ioannes Rhetor in historiis suis refert. Terræmotus istius gratia, & propter ædificia diruta, Imperatorem ferunt vrbi ei mille auri talenta tributi annui remisisse, multam quoque pecuniam ad publica ædificia renouāda dedisse. Eadem tempestate Thracia etiam & Hellespontus, Ionia omnis, & quæ vocantur Cyclades insulæ concussæ sunt. Ædificia plura in Gnido & Cocollapsa. Constantinopoli verò & in prouincia Bithynia imbres immensi, in tertium & quartum

Terræmotus graues præcipuè Antiochiæ.

causa eorum, impietas hominum.

Antiochiæ multos perantlit terræmotus ἀντοχίσας.

cladis eius vrbis ex terræmotu.

ἀχρηστίας ἀπεπλάσεν.

Ioannes Rhetor.

Liberalitas Leonis principis erga Antiochenos maxima.

Casus fatales varij & admirandi.

quartum diem iugibus aquis cœlitùs in flumi- A
num morem decidentibus durauerunt: montes in planiciem deciderunt, vici maximi diluuio disparuerunt. Ex ingenti purgamentorum copia in quibusdam lacubus insulæ extiterunt: sicuti in Boane, quæ ad Nicomediam est, accidit. Alia præterea multa euenere. Signa quoque in cœlo conspecta. Nubes enim tubæ specie ad dies quadraginta visa est. Quo tempore cinere etiam Constantinopoli, nubibus in ignem versis, pluit, qui cinis palmi minoris propè altitudine in tegulis iacuit: id quod euidentissimum indicium imminentis incēdij fuit. Itaque cum tremore omnes vrbe egressi, Deum precibus placarunt, ignea pluuia Deum abolere velle omnia dicentes. Porrò Deo ad misericordiam conuerso, flamma extincta, & cinis horrēdus in terram delatus est. De hoc Procopius etiam Cæsariensis alicubi memorat, ex Bebio eum monte ortū habuisse scribens, vnde ille quum plurimus redditus esset, vento violento in sublime actus, eo loci vbi ille conquieuit, deciderit. fortasse autem & Deus illum ita in sublimi aëre iactatum, in ea loca quæ pœna coercenda erant, coniecit. Terræ quem diximus motu ita ingruente, Imperator Leo sibi metuens, circa sanctum Mamantem tabernacula posuit, ad sex menses ab vrbe ingredienda abstinens, eoque modo se diuinam iram declinaturum existimans.

Boane insula.

Pluuia cinerea.

Leo mensibus sex extra vrbem sub tabernaculis mansit.

De Constantinopolitano incendio.
cap. 21.

TVm quoque maximum incendium Constantinopoli grassatum est, quod illi maiorem quàm terræ motus intulit cladem. Initium sumpsit in parte maritima, quam Bosporum seu Bouis transitum, incolæ nominant: quum pernicioſus quidam dæmon lucubrationum horis mulierculæ victum labore manuum quærenti assimilatus, lucernam ad rerum omnium venalium forum, fallamentorum aliquid empturus, siue etiam mulier verè exitioso dæmone agitata illa fuerit (nam dicere id non possum: vtrunque sanè fertur) detulisset. Lucerna igitur alicubi posita est, & mulier ipsa abiit. Ignis autem nescio vnde stuppa correpta, ingentem prouoluit flammam, & ædificium id illicò consumpsit, atque inde ad vicina serpens circumquaque quàm facilimè proxima tecta depastus est, nec illæ tantum quæ facilè ignem concipiunt ædes, verum etiam quæ è lapide secto, amplitudine & altitudine ingenti constructę erant domus, conflagrarunt. Incendium id liberè, in quæcunque incidisset, ædificia consumēs, in quartum vsque durauit diem. Adhibita quidem est aduersus ignem omnis generis defensio, sed vis eius illam modis omnibus superauit, adeò vt media pars vrbis omnis à Septentrione Austrum versus prorsus conflagrarit, in longitudinem quinque, in latitudinem verò decem & quatuor stadiorum spacio, neque quidquam in medio de publicis priuatisque porticibus & ædificiis relictum est. Columnæ quoque & durorum natura lapidum materia, perinde atque sarmenta quædam, quæ facilè accenduntur, arserunt. Clades ea ex parte boreali, vbi etiam nauale vrbis est, à Bosporo ipso ad vetus vsque fanum, quod ab Apolline cognomen habuit, ex australi verò regione à Iuliani portu vsque ad præclarum ædificium templi eius, quod Concordiæ dicitur, processit. Medius inter hæc locus à Constantini foro, vsque ad id quod Tauri forum dicitur, fuit. Itaque quæ inter ea quæ diximus in medio fuere ædificia, deforme & miserandum facta sunt spectaculum. Quęcunque enim ad sublimem amplitudinem & formam extructa, & ad incomparabilem exornata magnificentiam, maximo commodo publica & priuata ædificia fuerant, omnia simul subitò in aceruos & hiatus vastos & inuios redacta sunt, varij generis materia in cumulum vnum congesta, & priore facie rerum adeò mutata, vt neque ædium ipsarum incolæ quid fuerit, quóve loco quæuis prius opera steterint, discernere potuerint.

Incendium sub Constantino Constantinopoli quatriduanum.

τὸ πῦρ ἐπὶ πλεῖον.

Constantini forum. Tauri forum.

De sancto Martiano, magno ecclesiæ Constantinopolitanæ œconomo. Et de sancto Daniele Columella, aliisque quibus monastica vita insignes fuerant.
Caput 22.

COrripuit quoque incendium id sanctæ Anastasiæ templum, quod Marcianus celebris vir, sumptibus suis erexit: & item sanctæ Pacis delubrum, ad mare situm. Eo enim tempore præclarus vir iste claruit, operibus nouis enitens, humanitateque & misericordia maximè insignis: & qui virtute eò processerit, vt etiam mortuos excitarit. Sed alia quoque is templa præclara & magnifica Deo construxit. Tū porrò ignis carpere iam sanctæ Anastasiæ templum instituerat, sed ei ille obstaculo fuit. Quum enim iam flamma serpens ecclesiæ appropinquaret, accepto in manus sacro Euangelio, per tegulas in tectum conscendit, precibusque & lachrymis Deum implorauit. Ignis autem ad eum accedēs, veluti virum sanctum reueritus, atque in sublime sublatus, & in arcus speciem admodum incuruatus, ædem eam intactam prorsus reliquens transiliuit. Cum hoc eo tempore Daniel quoque floruit, qui ad Transitum perquàm diu stationem super columna pertulit. Is ex Simeonis Mandra prodiit, cuius precibus & cohortationibus adiutus, eximia subiit certamina, & pietatis exercitium supra naturæ captum, Boreæ continuè expositus, peregit: quapropter etiam ab agonothete siue certaminis muneratione ingenti gloria est condecoratus, à quo exitiosorum dæmonum expulsionem, & variorum morborum sanationem accepit. Ad quem sæpe etiā in tenui habitu veniens Imperator obstupuit, benedictionemque ab eo & communionem precum petiit. Perliberaliter quoque magnifica prope columnam construxit ædificia, templum item & domicilium circa virum sanctum monachorum statuit, & † columnam ipsam extulit, omniaque adeò viro sancto factus est. Incendij eius tempore, Daniel ex columna tādem digressus, in vrbem venit; atque in eius presentia ignis confestim extinctus conquieuit. Sub Basilisco verò, qui à religione excidit, & Chalcedonensem Synodum contempsit, ardore inde ductus rursum descendit, & cum Acacio Constantino-

Sanctæ Anastasiæ templi precibus Marciani viri sancti, illæsum ab incendio permansit. Mortuorum resuscitatio.

Daniel stylites.

miracula Danielis. Daniel à Leone Imperatore admodū cultus.

† ἀνέλυσε τὸν ναόν. *Incēdium ad Danielis adventum constitit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Daniel liberè Basiliscum tyrannum propter hæresim aburgauit. Olympius. Auxentius. Σκηνολογος.

Varadatus. Iacobus Nisibenus. Huius miraculo puella lauantes canuerunt.

politano antistite ecclesiasticos conuentus egit, E monachorumque ordine omni cum multitudine ipsa plebis assumpto Basiliscum adut,& cum eo liberrimè colloquutus est.Idem fecit Asceterum præstantissimus Olympius.* Tum quoque viguit Auxentius * Exscholaris, vitam nudam in monte eo qui ex aduerso Constantinopoli situs est,sicuti antea dixi, monachus agens. Qui inde descendens, Synodo affuit, & plurimum momẽti recto dogmati attulit. Inter monachos clari etiam maximè fuere Varadatus, & Iacobus Nisibenus: cuius quàm egregium vitæ institutum fuerit, satis declarat miraculum quod in puellis Græcam superstitionem sectantibus, dũ in fonte lauarent,edidit. Quæ quòd dicto Iacobi audientes non essent,canuerũt: & fons statim exsiccatus est,quem quidem ille precatus vndis repleuit.puellas autem canas per vitam omnem reliquit. Illud scire conuenit, non hunc esse Iacobum illum,qui aduersus circulares literas scripsit.nam is Constantij temporibus fuit: iste autem temporibus hisce viguit, prodigiis & miraculis præcipuis spectatus,sicuti Theodoritus in Dei amantium historia inquit. Cui etiam arcam sepulchralem fieri, idem Theodoritus curauit.

De parœchialibus ecclesiarũ muneribus, quæ effertoria dicimus.

Accidit autem vt prior morereturTheodoritus: verumtamen sic quoque magnus Iacobus in ea est conditus. Martianum, quem diximus, Gennadius Constantinopolitanus ecclesiæ œconomum & dispensatorem legit,quum ex Catharorum siue Purorum hæresi ad ecclesiam trãsiisset,qui quum id munus obiret, quæ in ecclesia quaque muneris loco offerrentur, ea vt loci cuiusque clerici ferrent, constituit, quum ad id tempus ecclesia Catholica † seu vniuersalis dona eiusmodi omnia tulisset. Quo tẽpore primus etiam Leo cõstitutione lata, vt dies Dominicus ab omnibus absque labore omni per ocium transigeretur, festusque & venerabilis esset, quemadmodum & diuis Apostolis visum est,præcepit.Constituit quoque, vt qui in cleri ordinem lecti essent, à solo præfecto prætorio iudicarentur.

† *Hanc nunc parochialem & curatam vocamus. L. omnes iudices. L. Dies festos C. de fer.*

* *Scholares in sacro Palatio militantes dicebantur, sicuti & pars eorum Domestici Scholæ Nam militantium quoque schola est. Hinc rubrica est de Priuilegiis scholarum. C. lib. 12. Et exscholaris, qui militare in aula desiit: sicut exrex, exconsul, exquæstor, &c. dicitur.*

De Gennadij patriarchæ virtutibus. & de rebus quæ temporibus eius præter opinionem & fidem acciderunt admirandis. Caput 23.

Miraculum in pictore, qui Saluatorem, quis forma pinxit.

GEnnadio isto episcopatum gerente, pictor quidam Seruatorem habitu & forma Iouis pingere ausus, facinoris eius mercedem tulit. Nam manus eius exaruit: quam quum ille crimen id publicè confiteretur, Gennadius restituit.Illud verò notandum, verius esse, Seruatorem nostrum capillum molliter inflexũ & subcrispum,eumque minus densum habuisse,sicuti in historiis colligitur. Gennadius iste ad Eleutherium martyrem, de clerico illius quodam, quem vt dissolutè viuentem criminabatur, epistolam dedit verbis hisce compositam: Sancte martyr Dei Eleutheri,miles tuus incompositam degit vitam:quapropter aut tibi ille corrigẽdus, aut tu ab Ecclesia reiiciendus es. Et clericus ille statim mortuus est.Idem Gennadius nullum sacerdotem consecrauit,qui non prius psalterium sedulò in ore habuisset.In episcopatu huius,Studius quidam vir præclarus, Roma Constantinopolim peruenit,& diuo Præcursori templum erexit, in quod monachos ex domicilio eorum qui ἀκοίμητοι,hoc est Insomnes dicuntur,induxit. Horum domicilium Marcellus diuinissimus constituerat,in quo perpetuis carminibus nunquam non hymni Deo canerentur, sodalitate monachorum eam ob rem in tres cœtus diuisa. In ea Mandra Ioannes quoque Calybetes monachum egit. Ea tempestate Timocles etiam & Anthimus * Tropariorum poëtæ floruere, qui suas vterque sodalitates habuere. Et qui Chalcedonensis synodi decreta cõprobabant,Anthimi conuentus frequentabant, qui etiam perui-gilium inter eos instituit.Atqui hostili erga eum erant animo,Timoclem sequebantur.Admirandum etiam quiddam aliud, quod Gennadio accidit,exponam. Quum enim noctu ad sanctius sacrificij altare astaret, & preces ad Deum pro mundo funderet,spectrum quoddam dæmoniacum visum est: quod crucis signo ab eo repulsum,humana voce ita illi respõdet. Illo quidem viuo,fecessurum atque quieturum, postea verò modis omnibus Ecclesiam perturbaturũ. Quod Gennadius metuens, postquam Deũ plurimùm deprecatus fuisset,ex hac vita migrauit. Et Acacius orphanotrophus seu pupillorum curator, thronum recepit.Tum quoque euenit,vt duo episcopi,quorum alter rabie Arij infectus, à docendi & disputandi arte instructissimus, alter virtute,religione & recta fide ornatissimus erat, de doctrina religionis concertarent. Porrò orthodoxo & rectè sentienti visum est,verborum contentione relicta, ad rem ipsam descendere, & veritatem explorare:videlicet vt rogo ingenti accenso,se in ignem coniicerent.Quod vbi Arianus detrectauit, orthodoxus igni se commisit,atque inde cum impio sermonem conferens disputauit, saluusque etiã vestibus intactis permansit. Archisynagogus quoque inter Iudæos quidam cum pueris duobus in tumultu concitato,perinde atque is autor eius fuisset, correptus, crudeliter à viro consulari excruciatus est, multis hominibus præsentibus. Is autem inter tormenta varia illud tantum vociferatus est: O H Deus sancti Sergij adiuua me. Sancte Sergi, tu nosti. Iudices porrò fingere & assimulare hæc Hebræum putantes,ad ignem, vt viuus combureretur,qui verba ea protulisset,condemnarunt. Et ecce in media flamma equites duo candidis induti stolis apparentes, horis multis illum ab igne intactum conseruarunt: & multitudo in flammam insiliens,hominem inde eripuit. Qui deinde baptizatus,Sergius nominatus est:atque ille non minus mente quoque illuminatus,substantia sua quam multam habuit vendita, in pyræ eius loco amplissimum Sergio martyri templum extruxit: vbi capite raso reliquam, iuxta Dei beneplacitum,exegit vitam. Idem duo eius fecere pueri, nominibus suis in Sergij & Bacchi nomen mutatis.De his hactenus.

Epistola miri-fica Gennadij ad Eleutherium martyrem studiosi.

Sodalitas monachorum in somnium.

Ioannes Calybetes.

** Tropos etiã nunc homines nostri dicunt.*

Tropariorum poëta Timocles & Anthimus.

Spectrum dæmoniacum Gennadio apparet.

Disputatio episc. ex igne.

Miraculum in Archisynagogo Iudæo in flamma ignis diuinitus conseruato.

Diui Sergij templum. Idem monachi faciũt.

De

De venerãda sanctissimæ Dei genitricis veste, vt ea Hierosolymis allata, in rotundo atque acuminato templo, cuius nomen est Blachernæ, sit reposita. Cap. 24.

Vestis diuæ virginis à Palæstina Constantinopolim deputata.

LEone imperante,venerãda immaculatæ Matris vestis Constãtinopolim hoc modo perlata est.Hãc sicuti diximus, mater Dei ad filium migrans,mulieri Hebrææ cœlibi seu viduæ reliquit,quæ etiam vsque ad illud ipsum tẽpus incorrupta permansit, & multa miracula edidit. Postquam autem Candidus & Galbius germani fratres patricia dignitate præditi, Hierosolymia profecti,omnia ibi loca perlustrarunt & exosculati sunt, atque inde etiam in Galilææ partes venerunt, & thesaurum hunc apud Iudæam quandam asseruatum repererunt,consilium eius auferendi ceperunt. Et Hierosolymorum vrbe peragrata,& sancto quoq; loco salutato, ex Palæstina discessuri, arcam eadem longitudine & latitudine qua illa erat, in qua diuina Deimatris vestis repolita erat,fieri curarunt:eámq; vacuam solito ornamento coopertam,per fraudem in loco suo deposuerunt: alteram autem illam cum sacrosancta veste receperunt, & cum ea quã celerrimè Constantiopolim recurrerunt, in suburbanã regione, cui Blachernæ nomen erat,occultare diuinum thesaurum volentes. Quandoquidem verò rem tentare quæ fieri nequiret visum sunt,ingratis etiam eam ad imperatorem retulere. Atque ille incredibili elatus voluptate, rotundo in eo loco vbi asseruabatur constructo templo, cum magna veneratione sacram aream in eo collocauit:vbi nunc quoque venerãda illa vestis integra seruatur,veluti inuictũ perpetuũm que vrbis præsidiũ, quæ varios repellit morbos & miraculis quæ in ea fiunt,naturam & vim tẽporis superat.Pulcheria quidem celebris imperatrix, ingens sub Marciano Deimatri condidit templum, vbi sepulchrales fascias reposuit, Leo autem magnus aliud construxit,in quo magnificè vestem illius consecrauit.

Blachernæ. Rotundum Dei genitricis templum. Leo extruxit templum,in quo vestis ea reposita.

De templo sanctissimæ Dei genitricis ad fontem & vt is fons admiranda miraculo Leoni oblatus repertus sit. Caput 25.

Templum diuæ virginis ad fontem.

LEo iste aliud quoque templum virgini matri in loco qui Fontis nomen habet, erexit, vbi densæ & ingentes cupressi, pratum etiam teneris refertum floribus, quasi quidam paradisus amœnus & pulcher, fons insuper pellucida & potabili aqua tacitè scatens: & vt semel dicam, quæcunque sacrum templum decerent, omnia erant. Vtrunque hoc delubrum pro vrbis mœnibus constructum est:alterum in Blachernis ad maris littus, alterum autem ad eam quæ dicitur Aurea porta quæ ad arcis finem est, vt vtraque ædes inexpugnabile vrbi propugnaculum esset. Abest ab vrbe regio hæc stadio vno, dores quas terra habere potest omnes obtinens,antiquitùs matri Dei consecrata. Optimum ibi est cœlum locus ipse variis consitus arboribus, platanorũ prouentu plurimo & cupressorum proceritate perquàm amœnus fuit. Herbam protulit mollẽ & copiosam, diuersi generis floseulos præten-

dentem,toris commodam.nec minus pascuis vtilem,Fons vbertim & pellucidè profluens, quũ loco ipsi gratiam ingentem & amœnitatem præbuit,tum pulchrum eum & conspicuum reddidit. Diuinæ præterea gratia aquæ ipsi indita, ad miraculorum edendorum prouentum efficacem eam præstitit. Interceſſit tempus longum,& cœnum paulatim vndæ aggestum fontem obruit, initiúmq; quà vnda profluret obstruxit. Arborum etiam densitas,aditu ad fontem obstructo, quum diuturnitas insuper rẽporis accessisset,obliuione locum obduxit, ita vt limus vliginosus esset,& humore tantũ renui dignosceretur. Verumenimuerò Leo iste, quum nondum diuino notu imperiali dignitate exornatus,priuatus degeret,& circa eum locum alicubi deambularet, in hominem cœcum tota via errantem incidit: & vicem eius miseratus (erat enim vir bonus, misericors,& in rebus omnibus consideratus & prouidus) manu eum duxit:oculi ei vicem præstans,gressúmque eius per loca plana dirigens,si quid in itinere spinarum aut duri esset,quod incedentem offendere posset,remouit. Atque ille quidem hunc ducebat,hic autem sequebatur.Et iam itinere aliquãto confecto, prope cœnosum hunc locum venerãt: cœcusque ille siti plurimũ conficiebatur, & quin cõcideret parum aberat, ita humor omnis in eo æstu vehementissimo exaruerat.Itaque Leoni valde institit, ab eóq; crebrius contendit,vt siti eius mederetur,& vię laborem in vmbra quapiam aliquantulum recrearet.Erat hoc inenarrabilis cognitionis & sapientiæ Dei,quæ mirificè omnia instituit. Ille igitur misericordia erga pauperem motus,densam syluam omnem perlustrauit,& si quis aquę humor ibi scateret,scrutatus est. Vt verò post fatigationem multam infecta re ad illum rediit, & anxiè admodum quiritaretur, quòd misero illi in tali casu nihil solatij conferre posset, vocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad se delatam audiit,quæ diceret:Non ita anxietate te macerari oportet Leo,ecce aqua propè est.Proinde noua hac voce cõsternatus, denuò vndam inquirere instituit.Sed & ipse cœcus prorsus fuit. Circum eam enim versabatur,minimè tamen eam videbat: quòd & syluæ densæ opacitas ei obstaret, & cœnum profundiùs illum inde remoueret, Quapropter partim indignans,quòd quem manu duxerat cœcus ærumnam eam pateretur: partim vocem eam in animo fixam considerans, & aquam rursum inuestigans, denuò eam ipsam exaudiit suaue quiddam & facerum cœlitùs sonantem vocem. Nam & de nomine eum compellauit, & imperialem dignitatem primo quoque ei tempore aduenturam certò denunciauit, ita inquiens:Leo imperator, densum hunc & vmbrosum lucum ingressus,turbidam aquam hauri, eáque sitim hominis ægri refice: & limum cœnosum manibus cape,quo cæci oculos inungas. Quæ verò sum, dudum hunc obtinens locum, eóque me oblectans, mox scies. Tu fac vt ædem hic mihi sacrã construas, in qua identidem verser, & suauiter deambulem: in qua etiam precantibus omnibus, locúmque hunc cum ardore & fide certa adeũtibus, optata præstem omnia. Neque quidquam est prorsus,quod mihi aduersetur, & non

Leo adhuc priuatus cæcũ hominem in via ducens, in fontem mirificum incidit.

Leoni cælitus imperium promissum.

Templum vei genitrici condere iubetur.

T

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exeunt fontis cæno oblitus illuminatur.

cõtinuò potestati mæ cessurum sit, etiamsi dæmon sit, aut morbus qui omnem superet medicinæ cõtam, aut aliud quidquam quod, factura non sim, dummodo rite pieque sit petitum. Verbis eis Leo parens, cœnum & vndam ad cæcum patum id iam curantem, vt in quo spiritus prope extinctus esset, attulit: & oculos eius luto, nõ secus atque Seruator illius à natiuitate cæci, liniuit: deinde etiam aquâ præbuit, oculos attrectanti. Ecce autem maiestas & magnificẽtia tua, ô Dei genitrix, se exhibet, & misero illi aqua turbida & lutum Siloë fit. Confestim enim visum recipit, & diuturnas abiicit tenebras, oculis præter spem omnem, solem, seu potius cœnum & lutum inspiciens. Sicuti nanque sol primùm, qui visui lucem primus dat, ab eo cõspicitur, sic tum lutum, quod lumen illi subministrarat, primùm ab eo est conspectum. Qua in re illud etiam admirandum fuit. Nã quod oculis valentibus maximè aduersatur, id tum natura & vi sua deposita, salutare est factum.

Lutum oculis salutare.

Descriptio sacri templi, cui Eudocia nomen inditum, à Leone conditi.
cap. 26.

Structura templi Virginis matris ad cõtem.

LEo postea, pro eo atque ei Dei genitrix prædixerat, ad imperiale sublatus fastigium, statim pro tanto illius in se beneficio ei gratiam rependit. Et loco eo repurgato, & fontis vena altissimè inuestigata & restituta, quidquid erat cœni & terræ aggestæ circiendum curauit: & fonte ipso circunquaque structura solida probè munito, delubrum Dei matri constituit, & ædificium ipsum supra fontem statuit. Structura ita cõparata est, vt non minus ædificij subter terram lit, quàm super terram emineat. Nã iudicio meo ex ipsius terræ fundamentis excitata est, & in quadrangulum ita coagmentata, vt eam formam ædi sacræ præstet, qua aliquatenus longitudo latitudinem superet, & longitudini quę assis rationem habeat, latitudo quadrãris proportione respondeat, sed ædificij muri sub terra nihil habent varietatis: quam primũ autem supra terram eminent, statim variant. Nam in quatuor porticus conformantur, quarum duæ, cõtra Orientem altera, & Occidentem solem altera, in vacuum aërem sublimes feruntur: alteræ duæ vtrinque proximis suffultæ parietibus coniunguntur, eisque incumbunt. E superiore parte structura quædam apsidum & arcuum molliter ædem ipsam attollens circumit, & porticibus quibusdam ęquis inter se spaciis distantibus sulcitur, quæ spacia veluti inter columnia luminis immittendi gratia instituta sunt, per quę lux immensa in fontem influit, & splendoris abundantia lumine multo locum omnem illustrat. Super his tholus in sublimè eminet, cum testudine rotunda & alta, paulatim sese deorsum versum incuruante, & aliquantulum in sublimè euadente: cuius tam prolixa est pulchritudo, vt cœlo relucenti & igni ardenti similis videatur. Superiorem sacri adyti partem, aliud supra fontem ipsum ædificium terminat, firma porticu exornatum, vt formæ pulchritudinem, † longitudine altero tanto latitudinem superante adimpleat. Gradus etiam quosdam architectus, viginti-

τὸν πέτρα γόνιμα ξυγκλείσιν ἑτεραμείψατο δὲ τὴν θέσιν κεῖται τῶ δόμω, ὡς συμβαίνειν τετράπλευρόν που εἶναι τὸ ἄντρον.

†ἑτερομήκη *Fons mirificus.*

Quinque opinor, ex vtraque parte aptissimè construxit, qui facilem ad fontem ipsum descensum præbeant: cancellis marmoreis additis, qui & pulchritudinem aliquam operi afferant, & descendentes, ne lubrico humoris labantur, manducant. Gradus alij directè accliues sunt, alij verò aliquantulum incurui. Testudo summa, seu potius vertex ipse templi auro puro prolixè exornatus est: atque is luce per frequentia specularia immissa, & marmoris quo parietes incrustati sunt fulgore vibrato, veluti coruscans templum omne tanquam fulgure illustrat. Fons in medio serè templo est. parum enim id abest. Latitudo eius bis senum pedum, vndam habet iugem, frigidam & pellucidam. Structura marmorea quadrangulari continetur, cuius labrum aquantibus percommodum est. Intra id eis quos diximus pares gradus sunt, quidam semicirculi figuram, alij quadratam formam referentes: seni vtrinque qui deorsum versum ad fontem quemuis ferunt. Mediocris præterea phiala paululum excauata ad os fontis stat, hydriam statim excepturа. Habet ea foramina quædam, vt effluenti latici locus sit. Hunc cauũ aliud in solo pro fontis influxu excipit, quod aquæ effluere latagenti meatum exitumque ex parte omni præbet. Cuniculus per mediam ædem protenditur, aditum diuidens, probè vbique munitus. Caua supernè duo habet: alterum lapide rotundo cõstructum, in medio templi loco: alterum ad adytum appropinquat, labrum longius quàm latius habens: vnde etiam sacrum illud & lustrale lutum vasculo in coclearis formam facto illi hauriunt, quibus id ministerium commissum est. Aquæ ipsius per incredibilem mistionem mirifica est tẽperies. neque enim supra modum gelida est, & à tepiditate multùm abest: ita vt eam omnigenam & qualem quisque velit esse contingat, non secus quàm decantatum illud Manna. Est autem pellucida maximè, & leuis, spiritus aura sacro quodammodo extenuata. Et quod alia omnia superat, res quoque contrarias vnda hæc curat. De quibus enim ægritudinibus frigore homines affligentibus ars medicorum curandis desperauit, eis statim in illa medicinam inuenias. Tale delubrum Leo Deimatri erexit, atque id Fontem nominauit: opus si videas, insigne: præstantius certè quàm vt verbis explicari queat. In fontis vnda, ea quam diximus gratia enituit. Postea verò alij quidam ędificiorum accessionibus locum eum exornarunt, pulchritudinem adiecti tiam ei addentes, & decentiorem illi amœnitatem adiicientes: quemadmodum & Iustinianus post modum maximam & pulcherrimam extruxit domum, gratiam eam pro beneficiis acceptis virgini Matri referens. De miraculis quæ ad fontem ipsum quamplurima edita sunt, librum conscripsimus, à piis quibusdam viris, vt hoc faceremus, excitati. Vnde etiam ea quæ de fonte diximus, in opus hoc transtulimus. Sed iam ad reliquam historiam progrediamur.

Vt Leo mille & centum naues contra Genserichum miserit, Basilisco coniugis suæ Verinæ fratre classi præfecto, qui instinctu & consilio Asparis & Ardaburij classem hostibus prodidit: & vt Aspar & Ardaburius

daburius à Zenone Isauro trucidati sint. Quam ob causam Ariadna Leonis filia in matrimonium data, is gener eius est factus.
cap. 27.

Genserichus Vandalorum rex.

GEnserichus Vandalorum rex, qui Aphrica, quemadmodum à me dictum est, potitus, ad magnas peruenit opes, post Martiam obitũ, ditionem Romanorũ excursionibus plurimùm afflixit: vrbium omnium, præterquàm Carthaginis, mœnia diruit. Et quidquid pecuniæ & agri occidẽtales Libyes habuere, id illis ademptum, popularibus suis dedit subditilque suis, tributa tributis accumulando, apprimè grauis fuit. Quibus erumnis incolæ pressi, profugerunt. Porrò quum id Leo ægre ferret, ex ditione sua omni mille & centum naues contraxit, armisque & copijs non pœnitendis impositis, eas aduersus Genserichum & Vandalos misit. In eam classem mille & ducenta centenaria auri pondera impendisse, eidemque supra septem millia remigũ attribuisse dicitur. Decem ei cum imperio Basiliscum præfecit, coniugis suæ Verinæ fratrem germanum: qui quod oculos † ad Imperium adiecisset, Asparem sibi & Ardaburium conciliauit. Nam per eos se facilimè, quod volebat, confecturum esse putabat. Vt autem ipsi ad imperialem dignitatem peruenirent, fieri omnino non potuit, propterea quod Ariani essent, quorum religionem Byzantij vehementer detestabantur. Verùm vt imperium aliis concederent, in procli ui eis erat: quemadmodum & Leoni fecerant, qui quum curator eorum esset, sine sanguine ad imperium eum extulerunt. Atque ille imperio potitus, quòd ab eis regeretur, grauiter tulit. Et ipsi, quòd Ecclesiam sibi turbandam esse constituissent, in multis necessariis rebus ei aduersari sunt, & plurima eum perperàm agere dixerunt: superatum etiam iri asseuerantes à Genserichо, quòd minus sanam coleret religionem. Multo enim Genserichi opinionem, qui Arij dogma profitererur, Deo gratiorem esse quam Leonis ipsius: quem malè facere, quòd Nicænã & Chalcedonensem fidem defenderet, non recte putabant. Atque vt vera dicere viderẽtur, clàm cum Basilisco congressi, sceptrum imperiale ei se tradituros polliciti sunt, si Genserichо victoriam concederet. De quo quum eis conuenisset, Basiliscus cum classe omni in Aphricam nauigauit, & in colloquio Genserichо, pro eo atque cum Aspare pactus fuerat, classem statim prodidit. † Itaque militibus somno sopitis, Genserichus illam incendit: & quum vehementior ventus flãmam in sublime tolleret, naues aliæ ab aliis ignẽ conceperunt: & Vandali contis imminentes, si qui milites ex incendio eo profugerent occiderunt. Ex classe tãta ne vna quidem nauis reliqua fuit. Basiliscus ægrè cum paucis admodum profugiens, Byzantium venit, & ad magnam ecclesiam confugit. Cuius soror Verina Augusta eum periculo liberauit, & Perinthum Thraciæ, vt ibi

Imperatem classem Leo in Aphricã contra Vandalos misit.

Centenaria pondera auri, plus hoc est, centum librarum.

Classis dux Basiliscus.

Basiliscus classem Vandalis prodit. Aspar et Ardaburius fugiũt.

† *Procopius, vel per ignauiam, vel per proditionem Basiliscum rei bene gerendæ occasionem & victoriam amisisse scribit. De classe Rom. exercita, mentionem nullam facit. De bello Vandal. lib. 3.*

filio Asparis Patricio Ariadna Leonis filia matrimonio iungitur. De Asparis & Ardaburij cade.

degeret misit. Leo imperator Asparem & Ardaburium ad se accitos, vt quum ab absurda eos opinione abduceret, tum ab insidiis imperio struendis auocaret. Quapropter Ariadnam filiam, quam ex Verina susceperat, filio Asparis consuli & patricio in matrimonium collocauit. Cæterum illi pro semel concepta malicia, dolos contra Leonem texere non desierunt. Quod vbi Constantinopolitani cognouerunt, contra eos concitati sunt, & in Hippodromo conuiciis eos acerbè prosciderunt. Illi plebẽ metuentes, Chalcedonem, exercitu eos omni consequente, trajecerunt: & in templum Euphemiæ martyris cõfugerunt. Imperator patriarcha ad eos misso, se fidem eis seruaturum esse, si ex Ecclesia ea discederent, pollicitus est. Ipsi verò se loco eo excessuros, nisi imperator ipse adesset, negarunt. Proinde Leo eò concessit, & viros eos præter rationem ad se pertraxit, & ad mensam suã adhibuit: & alia præterea multa, iniuriarum amnestiam illis pollicitus, fecit. Alia autem ex parte Zenoni Isauro, qui fidus ei maximè esse videbatur, vt is illis per balneas in imperialem regiam venientibus, subito impetu capita resecaret, præcepit. Aderant illi, & Zeno Ardaburio primùm caput amputauit. Quod vbi Aspar vidit, indoluit: & magna voce exclamãs, Dignum (inquit) fert exitium senex canus, qui frustra gloriatus est, neq; vnquam admonitioni meæ audiẽs fuit. Perstæpe enim ei dixi: * Prius Leonem deuoremus, quàm ille nos sibi in prandio apponat. Hæc vbi dixit, & ipse ferro cæsus vitam amisit. Filium autem eius, patricium illum, à filia sua Ariadna per repudium seiunctum, in exilium misit: & Ariadnam Zenoni, vtpote qui insidiatores sustinuisset, coniugem dedit. Zeno ille ab incunabulis Aricmesius nominatus fuerat: verùm vnà cum imperatoris filiæ coniugio id nomen mutauit, & Zeno appellatus est: nomine eo à quodam, qui apud Isauros ad magnam peruenit gloriam, sumpto. Huic ex ea quam dixi Leonis filia, Leo minor progenitus est.

* φάγωμεν λέοντα πρὶν ἡμᾶς αὐτὸν δειπνῆσαι.

Filius Asparis Patricius exulat. Ariadna Zenoni nubit. Leo minor.

De Martyrio Antiochenо episcopo. De Petro Cnapheo, qui primus ter sancto hymno addidit: Qui passus es pro nobis. Et de successoribus eius, Stephano & Calãdione. De cæremoniis à Cnaphee in ecclesia institutis. De Iuuenali & Anastasio & Martyrio, Hierosolymitanis episcopis.
Caput 28.

ZEno simulatque imperatoris gener factus est, in Orientem missus est: in qua profectione, Petrus cognomine Cnapheus eum sequutus est templi sanctæ Basilæ martyris apud Chalcedonem Bithyniæ presbyter. Is vbi cum illo Antiochiam venit, & sedes episcopalis ibi erepla cuit, Zenoni persuasit, vt sibi in episcopatu eo recipiendo adesset: quem tum Martyrius gerebat, Maximi, qui quartæ synodi suffragiis dignitatem eam consecutus fuerat, successor. Et quũ Martyrius in vrbe imperiali, necessitate id flagitãte, diutius moraretur: Petrus tumultus Antiochiæ non minimos excitauit, res pleraque apud plebem per confusionem miscens, & insolita quædam aduersus fidem inducens: quódq; maximũ est, omnes eos qui Deum crucifixũ & pas-

Zenone adiuuante Petrus Cnapheus, vi uente adhuc Martyrio episcopo sedem Antiochenã inuadit. Cnapheus hymno ter sancto, clausulam illam, Qui crucifixus es pro nobis, adiicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum esse non crederent, anathematis fulmine ia-
ciens. Atque vbi opinionem suam confirmauit,
ter sancto illo hymno accessionem istam, Qui
crucifixus es pro nobis, tandē adiecit. Quæ ver-
ba ad hunc vsque diem apud Theopaschitas ob-
tinent. Quibusdam etiam hominibus ex Apolli-
naris partibus sibi ascitis, multa aduersus Mar-
tyrium episcopum molitus est, & populum per
varia dissidia in partes plures diduxit. Martyrius
Antiochiam rediit, & multitudinem seditionem
aduersus se & veram de Deo sententiam mouere,
Zenonemque quàm maximè Cnapheo fauere
reperit. Atque vbi post frequentem cohortatio-
nem persuadere illis, vt sententiam talem muta-
rent, non potuit, populi publicitùs concione
conuocata, episcopatum deposuit, verbis hisce
in præsentia omnium vsus. Clero rebelli. & po-
pulo inobedienti, & ecclesiæ contaminatę, nun-
cium remitto, sacerdotalem mihi reseruans di-
gnitatem. Hoc vbi ille dixit, & secessit, Cnaphe-
us in Antiochenum thronum insiluit. Chalce-
donensem synodum plurimum proscidit, atque
omnes accessionem illam tersanctī hymni vsur-
pare coegit. Quę res postquam est ad piissimum
Leonem delata, cōtinuò Cnapheum ad exilium
condemnauit. Id verò vbi ille cognouit, fuga sa-
luti suæ consuluit, & in domicilio Insomnium
monachorum clàm latuit. Cnapheo Stephanus
substitutus est, quem Antiocheni pueri, quòd
scilicet Cnapheo adhuc addicti essent, acuris ca-
lamis veluti cuspidibus iugularūt: & in amnem,
qui vrbem eam præterfluit, coniecerunt, sicuti
Ioannes Rhetor tradit. Stephano in episcopatu
Calandion, qui tum Constantinopoli propter
negocium certum erat successit. Hic quartam sy-
nodum defendens, neminem prius ad commu-
nionem admittebat, quàm Petrum Cnapheum
& circulares quę postea à Basilisco tyranno edi-
tæ sunt literas, anathemati subiecisset. Idē Cna-
phei actionibus resistens, accessioni illius in eo
quem diximus hymno, præmisit, Christe rex.

Theopaschitæ.

Martyrij episcopatu abeūtis graviter dicium.

Cnapheus in exiliū agitur.

Apud Insomnes latet.

Stephanum Antiochiæ episc. pueri trucidant. Calandium eius successor.

Petrum Cnapheum quatuor ista Ecclesię Ca-
tholicæ commodissima reperisse dicunt: * vt sa-
crum vnguentū in populi totius præsentia cō-
secraretur: vt ad vesperam sanctorum Theopha
niorum vnda in sacrum lauacrum infunderetur:
vt symbolum sanctum, quod semel tārum antea
magno & sancto Parasceues die dici solitū fuer-
at, in synaxi & conuentu ecclesiæ quouis de-
cātaretur: & vt in precatione omni Dei genitrix
nominaretur, † & diuinum eius nomen inuoca-
retur. Paulo pòst vbi Iuuenalis in extrema sene-
ctute Hierosolymis diem suum obiit, episcopa-
le eius munus Anastasius sortitus est. Cui deinde
successit Martyrius.

* Ἦλθε μὲν οὖν καὶ τοιοῦτον Petri Cnaphei quatuor in ecclesia utilia inuenta.

Theophania eadem quæ Epiphania.

† καὶ τοῦτο τὴν θείαν κλῆσιν ἐπικαλεῖσθαι. Anastasius & Martyrius episcopi Hierosolymitani.

† *Hodie quoque Græci & orientales christiani precationi cuiuis intercessionem τῆ θεοτόκῳ, hoc est, Dei genitrici inserunt.*

Vt Leo magnus satis concesserit, Leonem minorem imperij successorem relinquens. Et vt paulo pòst hac quoque vita defuncto, pater Zeno filij imperium susceperit, diademate ab ea accepto.

caput 29.

Leo senior moritur.

LEo magnus imperator, Zenonis & Ariad-
næ filiæ filium Leonem minorem Cæsarem
primùm, deinde etiam imperatorem Romanorū
renunciauit, manibusque ipse suis imperij insi-
gnia ei contulit. Zenonem enim, quòd in reli-
gione variaret, Imperatorem legere dignatus nō
est. Deinde Leo morbo oppressus, Byzantij im-
perium vnà cum vita deposuit, quum id annis
decem & septem administrasset. Post quē Zeno
purpuram sumpsit, vt Leonis gener: quòd eum
Verina, Leonis coniunx, imperij socium Leoni
adhuc tenero, qui etiam patri imperij insignia
imposuit, asciuerit. Porrò quū Leo minor post
annum vnum decessisset, Zeno solus Romano-
rum imperium gubernauit, minus feliciter. Quæ
verò sub eo acta sint, & quæ eo tempore acci-
derint alia, Deo opitulante, ea quæ sequuntur,
ostendent. Quindecimus iste historiarum liber
vigintiquinque complectitur annos, quum ab
orbe condito quinquies * millesimus nonin-
gentesimus nonagesimus, à natiuitate Domini
quadringentesimus octogesimusquintus agere-
tur annus. *

Leo minor ūidem.

Zeno pater Leoni filio in imperio succedit.

Libri huius anni.

* secundum nost. Chronologos 4459.

* *Leone Imperatore aliquando Eulogio philosopho tessęram frumentariam dari iubente, ex cubicularijs eunuchis quidam, militibus largitionem talem dari debere, dixit. Ad quem conuersus Leo: Vtinam, inquit, in sit temporum meorum status, vt mihi liceat stipendia militum in literarum magistros conferre. Suid. Apud quē etiam de Malchi sententia est, grauem ciuium prouinciarumque suarum Leonem istum compilatorem fuisse.*

Breuis & succincta expositio sanctæ vniuersalis quartæ Synodi actorum, ad finem huius tomi est apposita, vt historia ordo citra confusionem conseruaretur.

Caput 30.

SANCTÆ VNIVERSALIS
quartæ Synodi Acta.

AMundo cōdito quinquies * millesimus no-
ningentesimus sexagesimus sextus agebatur
annus, quum diuina & sacra vniuersalis quarta
Synodus, in prouincia Bithyniæ Chalcedone,
in Euphemiæ martyris templo est congregata.
Leonis veteris Romæ episcopi locum ibi obti-
nuere Paschasinus & Lucentius episcopi, & Bo-
nifacius presbyter. Episcopatum Constantino-
politanum tum Anatolius administrauit, Ale-
xandrinum Dioscorus, Antiochenum Maxi-
mus, Hierosolymitanum Iuuenalis: qui in Sy-
nodo ea vnà cum aliis episcopis affuere. His ac-
cessere magistratus, & qui in Senatu summo pri-
mas gerebant dignitates. Vbi omnes conside-
runt, statim Leonis mandatarij dixere, Dioscorū
illis assidere non debere. Hoc enim à Leone sic
constitutum esse: alioqui se, si id facere cogeren-
tur, ex conuentu eo abituros. Senatus, quánam
de causa id fieri deberet, rogauit. Atque illi res-
ponderunt: Dioscorum reum agi, proindéque
iudicis personam eum sustinere, Romano anti-
stite non permittente non posse. Hæc vbi dicta
sunt, & Dioscorus de Senatus sententia medi-
um cepit locum: Eusebius Dorylæi episcopus
affuit, & quas imperiali obtulisset celsitudini
preces, legi publicè petiit, hisce vsus verbis. In-
iuria affectus sum à Dioscoro, iniuria affecta est
fides.

* Secundum nostros chron. 4435. Anno domini 457.

Maximianum ecclesiarum episcopi.

Romani pontif. auctoritas. Non potest fides in concilio esse reus & iudex. Actio Eusebij Dorylæi episcopi contra Dioscorū Alexandrinum, Eusebium suppli catio præcipibus exhibita.

" fides. Episcopus Flauianus cæsus, & vnà mecum
" iniquè ab ipso exauctoratus est. Iubete rogo sup-
" plicem meam libellā legi. Quod vbi permissum
" est, supplicatio lecta est, in hęc verba cōscripta,
" Libellus Eusebij episcopi Dorylæi, qui suam &
" orthodoxæ fidei, & qui in numerum sanctorum
" relatus est, Flauiani episcopi olim Constantino-
" politani, causam agit. † Cōsilium institutumque
" imperialis vestræ potestatis est, vt quum aliis o-
" mnibus subditis, tum eis maximè qui in ordine
" sacerdotum allecti sunt, iniuria affectis, curam
" eorum gerentes, dextram porrigatis. Qua in re
" diuino numini, pio cultu obsequimini, à quo
" imperiū vobis & orbis potestas tradita est. Quū
" igitur præter æquitatem & rationem omnem,
" ea quæ in Christum est fides, & nos, grauem ac-
" ceperimus iniuriam à religiosissimo magnæ A-
" lexandrinæ vrbis episcopo Dioscoro, ad pietatē
" vestram confugimus, vt ius nostrum consequa-
" mur petentes. Res tota in hoc sita est. In ea quæ
" proximè in metropoli Ephesiorū celebrata est
" synodo (vtinam autem celebrata non esset), nec
" orbis terrarum tumultu & malis multis replere-
" tur) bonus Dioscorus, nulla iusticię, nulla timo-
" ris Dei habita ratione, quòd eadem cum vesano
" & hæretico Eutychete opinaretur & sentirer,
" multis ille quidem tum ignorus, sed postea seip-
" sum manifestauit & prodidit, opportunitatem
" nactus per institutam à me aduersus opinionis
" suæ popularem Eutychetem accusationem, &
" promulgatam contra eum à sanctæ memorię &
" quietis Flauiano episcopo sententiam, multitu-
" dine turbulentorum dissolutorúmque hominū
" contracta, & potestate pecunia sibi comparata,
" piam orthodoxorum rectéque sentientiū, quan-
" tum in eo fuit, religionem afflixit, & prauam Eu-
" tychetis monachi opinionem confirmauit, quæ
" iam inde ab initio à sanctis patribus est condem
" nata. Quādo igitur non parua sunt, quæ ille ad-
" uersus fidem in Christum & nos delignare au-
" sus est, ad amplitudinem vestram prouoluimur,
" obsecrantes, vt amplitudo vestra sanctione sua
" ipsum religiosissimum Dioscorum causam di-
" cere de criminibus sibi à nobis obiectis iubeat:
" necnon monumenta & acta contra nos ab eo e-
" dita in sancta Synodo legi mandet, per quę pro-
" bare possumus, illum longè ab orthodoxa & re-
" cta fide alienum esse, & hæresim impietatis ple-
" nam confirmasse, nobisque imquè dignitatem
" ademisse, & grauem iniuriam intulisse: vt diuinis
" venerandisque mandatis vestris ad sanctam &
" vniuersalem piissimorum episcoporum synodū
" datis, ab ipsis de nostro & Dioscori causa inqui-
" ratur, & actiones omnes ad pietatis vestræ co-
" gnitionem, sempiternæque sublimitatis vestræ
" arbitrium referantur. Atque hoc sic consecuti,
" orationes perpetuas ad Deū, pro æterno vestro
" imperio piissimi Principes fundere non inter-
" mittemus. Itaque Dioscoro inxtà & Eusebio ita
" petente, acta Ephesina in medium producta & le-
" cta sunt. Ex quibus constitit, epistolam Leonis
" publicè lectam non esse: quum quidem, vt id fie-
" ret, multi semel atque iterum postulassent. Dio-
" scorus causam eius rei dicere iussus, semel atque
" iterum se, vt id fieret, præcepisse dixit: testéque
" Iuuenalem Hierosolymorum & Thalassiū Cæ-
" sareæ primariæ vrbis Cappadocum episcopos
" laudauit, qui secum synodo ei præfuissent. Iuue-
" nalis se sacrum id, quod synodo præiret, scriptū
" legi iussisse testatus est, postea autem neminem
" eius mentionem intulisse. Thalassius autem pro-
" fessus est, se vt id legeretur non obstitisse: sed ne-
" que tantum sibi autoritatis, vt solus ipse legi id
" iuberet, vsurpasse. Quum actorum lectio conti-
" nuaretur, episcopi quidam voces quasdam quasi
" fictitiæ assimulatęque essent, reprehenderunt. Et
" Stephanus Ephesi antistes interrogatus, quinam
" subscriptores aliorum etiam nomina subscrip-
" sissent, Iulianum Lebedi episcopum † postremū
" eos subscripsisse dixit, & Crispinum: subscripto-
" res verò Dioscoro id non permisisse, sed subscri
" bentium digitos inhibuisse: ita vt etiam, ne res
" omnium fœdissimas paterentur, periclitati sint.
" Idem Stephanus subintulit, vno eodémque, quo
" Flauiano dignitas abrogata est, die, subscriptio-
" nem etiam factam esse. Ad quæ Acacius Ariara-
" thiæ episcopus addidit, omnes in chartam purā
" subscriptionis annotationē retulisse, vi adactos,
" quod militibus armatis cincti fuissent. Porrò
" quum quædam voces aliæ legerentur, Theodo-
" rus Claudiopolis episcopus neminem ea verba
" protulisse retulit. Quum lectio per capita pro-
" grederetur, locus quidam complectebatur, Eu-
" tychetem dixisse: & eos qui dicunt, carnem
" Domini nostri Iesu Christi de cœlo descendisse. Et
" Eusebium contrà intulisse, quòd ille dixerit qui-
" dem hoc verbum, de cœlo: verbum autem, † A
" quo non addiderit. Et Diogenem Cyzici episco
" pum instituisse, vt à quo tādem diceret: sed eis vt
" amplius quærerent, permissum non esse. Adhæc
" ea ipsa acta indicant, Basilii Seleucię Isaurorum
" episcopum sic dixisse: Adoro vnum Dominum
" nostrum Iesum Christum, filium Dei, solum De-
" um verbum, qui post incarnationem & vnionē
" in duabus naturis cognoscitur. Ad quæ verba
" Ægyptij magna voce clarè exclamarint: Qui in
" diuisibilis est, cum ne quis diuidat, vnum filium,
" non duos dicere conuenit. Orientales autē sub
" hęc vociferati sint: Anathema in eū qui dispertit,
" anathema in eū qui diuidit. Eadē acta inferunt,
" Eutychetem interrogatum esse, an duas esse in
" Christo naturas diceret. Illumque respondisse:
" ex duabus quidem naturis Christū se nosse ante
" vnionem, post vnionē autem naturam eius vnā.
" Sub hæc Basilium dixisse: Nisi post vnionē duas
" naturas, quæ segregari & confundi etiā non pos
" sint, profiteretur, confusionem eum prorsus &
" commixtionem asserere. Sin adderet incarna-
" tam & inhumanatam, & itidem, vt Cyrillus, in-
" carnationem & inhumanationem intelligeret,
" idem eum nobiscum dicere. nam aliud quiddam
" esse diuinitatem ex patre, aliud quiddam huma-
" nitatem ex matre. Quum autē interrogati essent,
" cur condēnationi Flauiani subscripsissent? acto-
" rū * commentarij Orientales exclamasse produ-
" Omnes peccauimus, omnes veniā petimus. Le-
" ctio eorundem actorū procedens rursum osten-
" dit, episcopos interrogatos esse, quānā de causa
" Eusebium in conuentum non admiserint. Et ad
" id Dioscorum respondisse: Ipidium commo-
" nitorium produxisse, & asseuerasse, Theodo-
" sium imperatorem, ne Eusebius publicè quid-
" quam & liberè diceret, statuisse. Idemque Iu-
" uenalem Hierosolymitanum dixisse acta de-

Tupr. lib. 14. cap. 47.

Acta Synodi Ephesinæ prædecessoris in cōcilio Chalcedonensi lecta

† ὑστερον. Vnde.

Eutychetis hæretica opinio.

* Chalcedonensium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarant. Cæsariensem autem Thalassium retulis- E se, quod admittendi eius potestatem non habuerit, neque ea quæ Principes damnassent, rescindendi. Tum autem non hanc esse fidei, de qua agere propositum esset, defensionem. Ad hæc, acta asserunt, Dioscorum ea quę fiebant reprehendisse, & dixisse: quomodo nunc Canones seruantur, quum Theodoritus quoque in concentum venerit? Senatum autem respondisse, quòd accusatoris locum obtineret, propterea illum ingressum esse. Dioscorum porrò intulisse: Atqui in episcopi † subsellio ille sedet. Et rursum Senatum imperialem intulisse: Et Eusebium & Theodoritum accusatorum vices gerere, sicuti & Dioscorum rei partes sustinere. Atque vbi acta synodi posterius Ephesi celebratę omnia, vnà cum sententia contra Flauianum & Eusebium lata, lecta, & ad clausulam illam ventum F esset, ibi Hilarius episcopus dixit, Orientales episcopos & qui cum eis erant, vociferatos esse, anathema in Dioscorum: hac ipsa hora Dioscorum Christus condemnauit: Flauianus à Dioscoro exautoratus est: tu illum Domine sancte vindica, tum illum orthodoxe imperator vindica: Viuat, viuat in multos annos Leo: viuat diutissimè patriarcha. Sub hæc vbi reliqua quoque lecta esset, quæ alios quoque episcopos in Flauiani & Eusebij condemnationem consensisse declararunt, laudatissimos principes in hùc modum verba fecisse. De orthodoxa recta & Catholica fide postea frequentiore conuentu coacto, certiorem inquisitionem fieri debere decernimus. Quandoquidem verò Flauianus piæ memoriæ, & Eusebius Dorylæi religiosissimus episcopus, per commentariorum lectorum testimonium & voces ipsas eorum, qui tum synodo illi principes præfuere, lapsos se esse, perpetámque illis dignitatem qui in fide hallucinati non fuerint, abrogasse confitentes, iniquè condemnationem eam factam esse probarunt: æquum nobis esse pro eo atque Deo placet, si diuinissimi & piissimi Domini nostri accesserit calculus, videtur, vt eadem pœna Dioscorus religiosissimus Alexandriæ episcopus, & Iuuenalis religiosissimus episcopus Hierosolymorum, & Thalassius reuerendissimus Cæsareæ episcopus, & Eusebius religiosissimus * Ancyrę episcopus, & Eustathius religiosissimus Beryti episcopus, & Basilius religiosissimus Seleuciæ Isauorum episcopus, qui cum autoritate ab eis vsurpata, synodo præfuerunt, afficiantur: videlicet, vt per sacram hanc synodum, iuxta Canones, episco- H pali excidant dignitate. Reliqui verò omnes qui illos secuti sunt, diuinæ Maiestati cogniti sunt. Ad quæ verba Orientales exclamarint: Hoc iustum est iudicium. Illyrici autem vociferati sint: Omnes errauimus, veniam omnes poscimus. Et Orientales rursum: Hoc iustum est iudicium: Christus Dioscorum exautorauit, Christus martyres vindicauit. Hic Senatum, episcopum quę- que fidei suæ professionem in scriptum referre iussisse: quibus etiam is, vt scirent, indicarit, Dei amantissimum imperatorem, iuxta formulam à trecentis decem & octo, & rursum à centum quinquaginta patribus editam, & iuxta epistolas sanctorum patrum Gregorij, Basilij, Hilarij, Athanasij, Ambrosij, & duas illas Cyrilli, quæ in priore Ephesia synodo publicatæ essēt, credere, & religiosissimum Romanæ ecclesiæ antistitem Leonem Eutychetem damnare. Conuentu seu congressu eo soluto, aliū rursum institutum esse, in quo soli sanctissimi episcopi confederint. Eis libellum alium de se & Flauiano conscriptum, Eusebium Dorylæi antistitem obtulisse, in quo Dioscorū eo etiam nomine criminatus sit, quòd idem cum Eutychete sentiret, cuius rei gratia & Flauianus & ipse ab eo exautorati essent. Addidisse quoque pleraque verba, quæ tum dicta nō essent, commentarius actorum * esse asperſa. Et quòd subscriptiones in charta pura factæ essent. Petiisse insuper vt communi eorum qui sic congregati essent suffragio, quæcunque in posteriore Ephesia synodo acta essent, autoritate eis omni adempta, perinde atque acta non essent, abolerentur, ipsis dignitas restitueretur, & impiis illud dogma anathemate ingularetur. Post libelli lectionem eundem postulasse, vt aduersarius quoque adesset. Ibi episcopos inter se colloquutos, adesse eum debere statuisse. Actium primicerium inter notarios reuersum, ad eos dixisse, accessisse se ad Dioscorum, sicuti etiam ad reliquos. Illos autem dixisse, venire se propter aduersariorum insidias non posse. Ibi colloquium rursus habitum, & decretum esse, vt Dioscorus, prius quàm cōsessus fieret, quæreretur. Eo verò non inuento, Anatolium nouæ Romę episcopū dixisse, æquitatem & iusticiam, vt ille adesset, efflagitare. Itaque quæsitum esse, & qui ad eū missi erant reuersos, hoc sic eum dixisse renunciasse, Insidias sibi fieri. Sin ei tutò venire permitteretur, paratum se vt in sanctam Synodum veniret, esse, Himerium illud addidisse, quum à Dioscoro digressi essent, Boethum eis & magistro diuinorum officiorum obuiam venisse, cum quo episcopi ad Dioscorū reuersi, habere se dixerint, quod cum eo ex scripto agerent. Quod vbi lectum esset, Dioscorum hęc verba dixisse Actorū liber refert: Quum de meipso deliberarim, & id quod vtile cōmodúmque est considerarim, hoc sic respondeo: quandoquidem in proximo consessu magnificentissimi considentes Principes in consilium iere, & multa post multas interloquutiones decreuere: & nunc ego in consessum aliū, ad * ea quæ dicta sunt reuocanda atque abolenda euocor, ad magnificentissimos qui proximè Synodo interfuere Principes, & sacrum Senatū, vt de iisdem rebus denuò inquiratur, prouocor. Ad quæ verba, acta Acacium ita respondisse testantur: Nō ita sancta & magna Synodus sanctitatem tuam adesse iussit, vt ea inducantur, quę in præsentia magnificentissimorum Principum & sacri Senatus acta sunt. Sed nos ad te misit, vt in consessum eius venires, & ab eo sanctitas tua nō abesset. Ad quem Dioscorus: Modò, inquit, mihi dixistis, Eusebium libellum contra me obtulisse. Quod si id factum est, iterum peto, vt de rebus meis in Principum & Senatus præsentia disquisitio fiat. Et aliis quibusdā huiusmodi verbis interpositis, alios rursū missos esse, qui Dioscorum, vt rebus agendis adesset, accerserent. Quod vbi factum esset, reuersos illos, hisce eum verbis vsum esse retulisse: Antea quoque pietati vestræ indicaui, valetudine aduersa me correptum esse, & petere, vt magnificentissimi Principes

† ἐν τῷ βήλῳ. *Euagr.*

Vociferationes synodi aduersus Dioscorum.

Sentētia principum virorū laicorum in synodo aduersus Dioscorū, &c.

Pœna talionis.

* *Amenia. Euagr. sed perperam.*

Adclamationes episcopaum sententiis variantium.

Sessio secūda Actio Eusebij aduersus Dioscorum.

* *secunda Ephesia synodi.*

Dioscorus per internuncios in soloū episcoporum consessum aliquoties vocatur.

Dioscori responsum.

* *sic lexicum. Idem ad principes & senatorios viros laicos pronunciat.*

cipes & sacer Senatus nunc quoque rerum in- A quisitioni & iudicio adsit. Quum verò valetudo mea inualuerit, diffundi ob eam causam diem postulo.

Commentarij actorum porro indicant, Cecropium Dioscoro dixisse: Nihil eum antea de valetudine allegasse. Proinde illum, pro eo atq; deberet, canonibus satisfacere oportere. Cui rursum Dioscorus responderit: Semel se dixisse, Principes adesse debere. Sub hæc Rufinum Samosatenum episcopum retulisse: Canonicè Synodum atque consessum institutum esse, ad quē si veniret, liberum ei, vt quæ vellet diceret, fore. Et quum Dioscorus, an rebus agendis etiam Iuuenalis & Thalassius & Eustathius interessent, rogaret: nihil illos ad rem id pertinere, respondisse. Ad quæ verba Dioscorum acta subintulisse tradunt: Imperatorem Christianissimum † B exhortabor, vt Principes viri, & qui * mecū de causa decreuerunt, adsint. Tum verò eos qui missi ad eum fuerant dixisse: Eusebium solū eum accusare, & omnes adesse debere. Atque ibi Dioscorum, eos quoque præstò oportere esse, dixisse, qui vnà secum iudicis munere functi essent. Nihil enim, inquit, mihi priuati negocij aut criminis cum Eusebio est, quod non cum aliis qui mecum condemnationis sententiam tulerunt, commune sit. Et quum eius rei gratia diutius internuncij apud eum morati essent, Dioscorum tandem hisce verbis eis respondisse: Semel vobis quæ dicenda erant dixi, & quod amplius dicam non habeo. Quæ vbi ad episcopos fuissent relata, Eusebium, cum vno Dioscoro, neque cum alio quopiam iudicium sibi esse, dixisse: Dioscorúmque tertiò etiam citari postulauisse. Ibi tum Actium significasse, paulo antè quosdam, qui se clericos esse dixissent, & alios ab Alexandria laicos & populares homines, libellos sibi aduersus Dioscorū obtulisse, eósque pro confessus foribus vociferantes astare. Dedisse autem libellum primum Theodorum Alexandrinæ ecclesiæ diaconum, deinde diaconum alterum † Ischyrionem nomine, & Athanasium presbyterum Cyrilli ex fratre nepotem, & item Sophronium: in quibus libellis blasphemum illum esse, & per vim pecuniam hominibus extorsisse, & de * corporalibus insuper quibusdam supplicātes retulerint. Sub hæc, tertiò Dioscorum, vt se sisteret, citatum esse. Et eos qui ad illum missi fuerant, reuersos, verba eius memoriæ mandata retulisse: Dioscorum scilicet dixisse, Abundè satis se antea respondisse, neque D iam quod insuper diceret habere. Atque vbi internuncij ei identidem institissent, & ille eadem sæpe verba repetiisset, Pascasinum episcopum dixisse: Tertiò etiam euocatus Dioscorus haudquaquam comparet, propterea fortasse quòd eū conscientia mordeat: episcopósque eum interrogasse, quidnam is commeritus esset? Et quum illi in canones eum commisisse dixissent, Proterium Smyrnensem episcopum proloquutū esse: Quum Flauianus cæsus est, nihil tum ordine legitimo de eo est actum. Et Leonis veteris Romæ antistitis mandatarios in hæc verba sententiam dixisse, commentarius Synodi perhibet. In lucem producta sunt, quæ Dioscorus, qui magnæ Alexandrinorum vrbis episcopus fuit, adnersus canonum sanctiones & ecclesiasticas cō- stitutiones facere ausus est, per inquisitionem in cōcessu primo institutā, & per ea quæ hodierno die sunt acta. Illeenim, vt multa omittamus Eutychetem opinionis suæ popularem, canonicè & legitimè ab episcopo suo, eo scilicet qui inter sanctos degit, patre nostro & archiepiscopo Flauiano, exautoratum, autoritatem sibi ipsi arrogans contra canonum sentētiam, prius etiam ad communionem admisit, quam pius & Dei amantibus episcopis Ephesi assederit. Sedenim sedes Apostolica, aliis gratiam de rebus quas contra voluntatem & sententiam eius admiserunt, fecit: atque illi ad hunc vsque diem sanctissimum archiepiscopum Leonem, & sanctā vniuersalem ecclesiam sequi perseuerarunt. Quamobrem in communionem etiam suam ipsos, vt eiusdem fidei cultores, recepit. Iste autē ad præsens etiam tempus se glorioſe de rebus eis iactitat, propter quas anxiè eum lugere & summisse terram spectare oportuit. Ad hæc epistolā quoque beatissimi Papæ Leonis legi non permisit, ad beatissimum Flauianum ab eo scriptā, quum quidem de ea legenda, ab eis qui illam attulerāt admonitus, iureiurando interposito, lectionem eius pollicitus esset. Quapropter ea non lecta, per scandala & offendicula sanctissimæ in orbe ecclesiæ plurimum cepere detrimēti. Nos verò, tametsi talia ausus sit, de prioribus tamen eius impiè factis, vt misericordia eum, sicuti & alios Dei amantissimos episcopos, qui nō eam quam sibi vsurparunt iudicandi habuere potestatem, dignaremur, † prospeximus. Quandoquidem autem ille priora facinora posterioribus flagitiis superauit, & excommunicationem aduersus sanctissimum & piissimum magnæ Romæ archiepiscopum Leonem dictare & promulgare ausus est, atque insuper libellum contra illum criminibus iniquis plenū sanctæ & magnæ Synodo obtulit: semel denique iterum ac tertio à piis episcopis canonicè citatus, dicto audiens non fuit, conscientia scilicet ipse sua ictus, multósque ritè atque ordine à pluribus Sinodis dānatos contra leges & constituriones suscepit, sententiam ipse aduersus seipsum ecclesiasticis sanctionibus variis modis proculcatis tulit. Proinde sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus magnæ & veteris Romæ Leo, per nos & Synodum præsentem, vnà cum ter beato & celeberrimo Petro Apostolo, qui est petra & basis Ecclesiæ Catholicæ, fundamentúmque orthodoxæ & rectæ fidei, episcopalem ei abrogauit dignitatem, & ab omni sacerdotali ministerio alienum esse decreuit. Itaque sancta hæc & magna Synodus, de eo qui dictus est Dioscoro, iuxta sententiam canonum, calculis suffragiisque suis, quòd ei videbitur, statuet. Hæc omnia, quū autoritate sua Anatolius, Maximus, & cæteri episcopi, præter eos qui vnà cum Dioscoro exautorati fuerant, confirmassent, relationem de omnibus rebus Synodalem ad Martianum imperatorem missam, esse acta dicunt. Cui sententia quoq; qua Dioscoro dignitas abrogata est, adiuncta fuerit de verbo ad verbum sic habens, sicuti etiam ipsi Dioscoro est insinuata. Scitote propter sacrorum Canonum contemptum, & quam sanctæ isti vniuersali Synodo exhibuisti

† ἐν τῷ βήλῳ. *Euagr.*

† παρακελεύεται.

† ἐπιτρέπει δὲ ἐκκλησιάζειν.

† *Sine Ischyram.*

† περὶ σωμάτων.

Præiudicium mandatariorū Rom. pontif. quo Dioscorus damnatur.

Pœnitentibus episcopis gratia facta.

† ἐπιτετιμωμένον.

Sententia Synodi Chalcedonensis, qua Dioscorus est condemnatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" inobedientiam, propterea quòd præter crimina E
" alia, de quibus manifestò conuictus es, tertiùm
" à sancta hac & magna Synodo, iuxta sacros Ca-
" nones citatus, vt ad dicendam causam adesses,
" non comparueris, decimotertiò vertentis huius
" Octobris mensis die à sancta & vniuersali Sy-
" nodo exautoratum, ab episcopatu & omni ec-
" clesiastica * cõstitutione alienum esse. Post hæc,
" vbi de his rebus literæ ad episcopos Alexandriã
" scriptæ, & edicta contra Dioscorum composita
" fuissent, finem etiam suum cõgressum istum ha-
" buisse. Cæterùm quum rursum conuenissent, de
" recta fide tractatum, & ne formula vlla alia con-
" ciperetur, decretum esse: & posteaquam res Eu-
" tychetis finem suum accepissent, & ab episcopo
" Rom. per constitutionem conformatæ essent,
" quam etiam omnes comprobarint, omnes eadẽ
" se dicere, sæpiusque reperire, exclamasse. Post- F
" quam etiã principes postulassent, vt patriarcha
" quilibet vnum aut alterum episcopum ex diœ-
" cesi & administratione sua designaret, quo vi-
" niuscuiusque sententia manifestò apud omnes
" proferretur: Florentium Sardensem episcopum,
" episcopis vt re deliberata id faceret permitten-
" tibus, & Cecropium Sebastopolis episcopũ, sic
" postea verba fecisse. Fides ritè à trecentis decem
" & octo sanctis patribus in formulam redacta,
" & rursum à sanctis patribus Athanasio, Cyril-
" lo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, atque
" nunc denuò à sanctissimo Leone cõfirmata est.
" Rogamus igitur, vt sanctorum trecentorum de-
" cem & octo patrum, sanctissimique Leonis
" scriptum legatur. Id vbi factum esset Synodum
" vniuersam exclamasse: Hæc orthodoxorum re-
" ctèque sentientium fides est: ita omnes credimus: G
" Papa Leo sic credit: Cyrillus sic credidit: Papa
" fidem sic exposuit. Porrò colloquio & delibe-
" ratione alia habita, vt etiam quæ centũ & quin-
" quaginta patres ediderunt, legerentur, lecta ea
" quoque esse. Ad quæ Synodus rursum exclama-
" uerit: Hæc omnium nostrũm est fides, hæc or-
" thodoxorum est fides: ita omnes credimus. His
" dictis, Actum archidiaconum progressum, in
" manibus se habere diuini Cyrilli ad Nestorium
" Epistolam, dixisse, quam manibus suis patres E-
" phesi confirmarit. Et aliam item Epistolã ipsius
" Cyrilli ad Ioannem Antiochenum itidem vt al-
" teriam illam confirmatam: eásque publicè legi
" petur. Item igitur in cõsilium, & vtrunque scri-
" ptum publicè lectum esse. Epistola prior hisce
" verbis cõposita fuit. Religiosissimo & piissimo
" collegæ Nestorio Cyrillus. Blaterant, vt audio,
" nõnulli, de suspicione mea, quam de pietate tua
" conceperim: & id crebrius faciunt, solicitè ad-
" modum, vt cum magistratibus propterea con-
" grediantur, opportunitatem obseruãtes, & for-
" tasse alicubi auribus se tuis inseruire putantes.
" Et post pauca. Sancta igitur & magna Synodus
" profitetur, inquit ipsum qui ex Deo & patre na-
" tura genitus est, filium vnigenitum, ex vero Deo
" Deum verum, lumen de lumine, per quẽ pater
" condidit omnia, descendisse: incarnatum & ho-
" minem factum, & passum esse: resurrexisse tertia
" die, ascendisse in cœlos. Quę & nos sequi opor-
" tet, doctrina simul & exemplo illud nobiscum
" reputantes, quid sibi velint verba hæc, Deũ ver-
" bum incarnatum & hominem factum esse. Non

*θεσμῶν.

Non esse componendas nouas fidei formulas.

Symbolum Nicænum cõfirmatum.

Secundæ vniuersalis Synodi decreta comprobata.

Epistola beati Cyrilli ad Nestorium.

enim dicimus, Verbi naturam trãsmutatam car- *Duæ natura in vna Chri-*
nem factam: sed neque in totum hominem ex *sto.*
anima & corpore constantem, versam esse. Ve-
rùm illud potius, carne rationali anima animata
sibiipsi secundum subsistentiam vnita: Verbum
eo, qui verbis exprimi & intelligẽtia percipi ne-
queat, modo, hominem factum, & filium homi-
nis dictum esse. Atque ad quidem non iuxta vo-
luntatem aut beneplacitũ solum, sed neque ve-
luti per solius personæ assumptionem, & quòd
diuersæ ad vnionem veram cõuenerint naturæ:
verùm quòd vnus ex vtriusque Christus & fi-
lius factus sit, non quòd naturarũ diuersitas per
vnionem sublata sit, sed quòd illæ nobis potius
vnum Dominum & Christum & filium ex diui-
nitate atque humanitate ineffabili & inenarra-
bili ad vnitatem cõcursu perfecerint. Et rursum *Incarnatio Saluatoris.*
post pauca. Quandoquidem verò propter nos
& nostram salutem, vnita sibiipsi, iuxta subsistẽ-
tiã, humanitate processit, ex muliere, carnaliter
etiam gentus esse dicitur. Non enim primùm
communi more ex sancta Virgine homo genitus
est, & deinde in eum Verbum peruenit: sed
id ex vtero ipso vnitum, carnalem natiuitatem
subiisse dicitur, vtpote carnis suæ natiuitatem
propriè sibi ascisces. Sic ipsum dicimus passum *Passio. Resurrectio.*
esse, & resurrexisse, non quòd Deus verbũ pro-
pria sua natura passum sit, aut plagas aut clauo-
rum fixuras aut vulnera reliqua exceperit. * Di- *ἀναθὲς τὸ θεῖον.*
uinitas enim perpessioni obnoxia non est, pro-
pterea quod etiam incorporea est. Quoniã verò
corpus, quod propriè eius factũ est, passum est,
propterea verbum ipsum pro nobis passum esse
dicitur. Nam † id à perpessione liberum, in cor- † *τὸ γὰρ ἀπαθὲς ἐν τῷ παθητῷ σώματι.*
pore perpessioni obnoxio fuit. Alterius porrò
epistolæ partes pleræque antea in hoc opere in-
sertæ sunt. In ea autem dictum quoddam est, à
Ioanne quidem Antiocheno prolatũ, à Cyrillo
verò suffragiis omnibus comprobatum, qui sic
inquit. Virginem sanctam, θεοτόκον, hoc est Dei *Epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum.*
genitricem profitemur, propterea quòd Deus *Virgo Maria θεοτόκος.*
verbum ex ea caro & homo factus sit, & ab ipsa
vsque conceptione assumptum ex ea templũ sibi
vnioerit. Euangelicas verò & Apostolicas voces *Verba scriptura de Christo.*
de Domino, diuinos illos viros scimus partim
communiter veluti de vna persona protulisse
partim verò tanquam de duabus naturis discre-
uisse. Et alias quidẽ magnificè, sicuti Deum de-
cet, iuxta diuinitatem Christi: alias autem sum-
missè & humiliter, secundum humanitatẽ eius
tradidisse. Quibus intulit: Sacras hasce voces ve- *Gratulatio de cõcordia fidei.*
stras vbi legimus, sicuti & nos ipsos, sentire vos
comperimus. Vnus enim Dominus, vna fides,
vnum baptisma. Itaque rerum vniuersarum ser-
uatorem Deum glorificauimus, alteri alteris con-
gratulantes, quòd congruentem diuinitùs inspi-
ratis scripturis, & traditioni sanctorum patrum
nostrorum, nostræ simul & vestræ ecclesiæ ha-
beant fidem. Hæc vbi lecta sunt (acta Synodi
habent) Synodus exclamauit: Omnes ita cre- *Acclamatio-*
dimus, papa Leo ita credit: Anathema in eũ qui *nes assentientis*
vel diuidit, vel confundit. Hæc ipsa Leonis ar- *synodi.*
chiepiscopi est fides, Leo ita credit, Leo & Ana-
tolius ita credunt: Omnes ita credimus: & Cyril
lus ita credidit. Sempiterna est memoria Cyril- *Leonis epistola recta.*
li: epistolæ Cyrilli ita sunt, sicuti sentimus, sicuti
credidimus, sicuti credimus. Leo archiepisco-
pus

pus ita sentit, ita credit, ita scripsit. Atque vbi de A
Leonis epistola legenda colloquuti essent pa-
tres, sicuti in Græcum sermonem translata fue-
rat: & ipsam lectam esse commentarius refert,
camque de verbo ad verbum actis annexã. Post
cuius lectionem episcopi vociferati sint: Hæc
ipsa patrum fides est, Hæc ipsa Apostolorum fi-
des, omnes ita credimus. Nos orthodoxi & re-
ctè sentientes ita credimus, Anathema in eum
qui ita non credit: Petrus per Leonem ista pro-
tulit: Apostoli ita docuerũt: piè & verè Leo do-
cuit: Cyrillus ita docuit: Leo & Cyrillus ad eun-
dem modum docuerunt: Anathema in eum qui
non ita credit: Hæc vera est fides, orthodoxi ita
credunt: hæc fides est patrum. Cur hæc Epheſi
lecta non sunt? Dioscorus hæc suppressit. Illud
quoque in actorum commentariis reperitur.
Postquam pars quædam epistolæ Leonis lecta B
est, hoc complectens: Et ad naturæ nostræ debi-
tam culpam luendam, natura diuina ei quæ per-
pessioni obnoxia est, vnita est, vt quod ita sana-
tioni nostræ affine commodumque esset, vnus
& idem mediator Dei & hominum Christus Ie-
sus mori ex altero posset, ex altero prorsus non
posset. De hac voce Leonis Illyricos atque iti-
dem Palestinos episcopos contendisse: & eum
qui dictus est. Actum archidiaconum sanctissi-
mæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, sententiam
aliam Cyrilli, hisce verbis compositam protu-
lisse. Quandoquidem propriũ eius corpus, gra-
tia Dei, quemadmodum inquit Apostolus Pau-
lus, pro omnibus mortem gustauit, oppetisse
mortem pro nobis ipsum (Verbum scilicet) di-
citur: non quòd id periculum mortis adierit, C
quantum ad naturam ipsius pertinet (nam hoc
dicere, aut sentire, attoniti stuporis est) sed quòd
sicuti modò dixi, cato eius morte gustauit. Rur-
sum ad epistolæ Leonis dictum, quòd sic habet:
Operatur nanque vtraque forma, cum alterius
communione, quod ei propriũ est: Verbo qui-
dem, id quod Verbi est, perficiente: corpore au-
tem, quod corporis est, absoluente. Atque illud
quidem in eo miraculis relucet, hoc autem in-
iuriis & contumeliis subiacet. Ad hoc inquam
dictum Illyricis & Palæstinis rursum ambigen-
tibus, Actius aliud Cyrilli capitulum legit, quod
sic habet: Quædam sanè voces quàm maximè
Deum decent, quædam autem rursus homini
conueniunt, quædam porrò medium obtinent
locum, filium Dei Deum simul & hominem esse
significantes. Post hæc, de alia epistolæ Leonis
parte, quos diximus, episcopi addubitarunt, cu- D
ius hæc sunt verba. Etiamsi enim in Domino
Iesu Christo Dei & hominis persona vna est,
aliud tamen illud est, ex quo in vtroque com-
munis est iniuria & contumelia: & aliud, ex quo
communis consistit gloria. Ex nobis enim in eo
est minor patre humanitas, ex patre autẽ æqua-
lis ei cum patre diuinitas. Ibi tum Theodoritus
æqua lance verba ea ponderãs, beatum quoque
Cyrillum de verbo ad verbum hæc dixisse retu-
lit. Et homo factus, eo quod eius proprium fuit,
non mutato, id quod erat permansit, & alterum
in altero habitat, videlicet natura diuina cũ ho-
minibus. Sub hæc, amplissimi principes, si quæ
adhuc reliqua esset controuersia, interrogarũt:
& omnes, minimè se ambigere dixerũt. Deinde

Vociferationes similes Leonis scriptum cõprobantis.

Particula epistolæ Leonis reprehensæ.

Cyrilli verba Leonis verbis respondentia. Leonis dicta.

Hos Theologi quidam Communicationem idiomatum dicunt.

Cyrilli simile dictum.

Aliud Leonis scriptum.

Item Cyrilli simile.

Atticus Nicopolitanus episcopus Synodi senatusconsulta inserendum refert. Principes viri nomine imperatoris synodo præsunt.

Atticus Nicopolitanus episcopus permitti sibi postulauit, vt in diebus paucis, animo trãquillo & quieto, Dei & diuinorum patrum decretum in constitutionem referre posset. Epistolã quo-
que Cyrilli ad Nestorium dari sibi petiit, in qua illum Cyrillus, vt duodecim capitibus suis, ita vt alij omnes fecissent, assentionem suã præbe-
ret, admonuit. Et principes collocuti, dierum quinque tempus ei concessere, vt cum Anatolio Constantinopolitano antistite congrederetur. Et episcopi omnes faustis acclamationibus hæc laudarunt, vociferantes: Nos sic credimus, Om-
nes ita credimus, & Leo. Sic credimus, Nemo nostrũm ambigit. Nos omnes subscripsimus. Deinde verba hæc dicta sunt: Non necesse est vt omnes conueniamus. Cæterùm quoniã equũ est, ambigentium fidem confirmari, religiosissi-
mus episcopus Anatolius ex subscriptoribus deliget, quos ad ambigentes docendos iudica-
uerit esse idoneos. Ibi Synodus intulit: A patri-
bus petimus, vt patres Synodo restituant, vt vo-
ces & preces orthodoxorum ad imperatorẽ re-
ferant: Omnes peccauimus, omnibus venia de-
tur. Tum ecclesiæ Constantinopolitanæ clerus exclamauit: Pauci vociferantur, non Synodus hoc dicit. Post quos Orientales dixerunt: Aegy-
ptium in exilium. Illyrici autem exclamarunt: Omnium imperator misereatur, oramus. Et Orientales: Aegyptium in exilium. Et quum cõ-
trà ex æquo Illyrici vociferarentur, Constanti-
nopolitani exclamarũt: Dioscorum in exilium, Aegyptium in exilium. Hæreticum in exilium, Dioscorum Christus exautoravit. Et Illirici rur-
sus: Omnes peccauimus, omnibus gratiã facito: Dioscorum Synodo, Dioscorũ ecclesiis redde.
Et quum alia quædam in eundem modum fie-
rent, confessus quoque in finem suum cepit. In proxima deinde sessione, postquam Senatus per interloquutoriam sententiam, vt decreta conci-
lij in constitutionis formam redacta legerẽtur, statuit: progressus Constantinus secretarius, ex scheda hæc recitauit: Posteaquam Synodus or-
thodoxæ & catholicæ fidei gratia coacta est, post vsam amplius etiam exactam & accuratam ma-
gis inquisitionem & deliberationem fieri debe-
re, censemus. Et quia Flauianus diuinæ memo-
riæ antistes, & Eusebius religiosissimus episco-
pus, ex actorum commentariorũ, qui lecti sunt, testificatione, & dictis ipsis quorundam qui Sy-
nodo tum celebratæ præfuerunt, quique hallu-
cinatos se esse, & perperam dignitatem eis ab-
rogasse, qui nihil à fide aberrauerint confessi sunt, iniquè condemnati esse probati sunt vide-
tur nobis. pro eo atque Deo æquum esse placet, quatenus hoc etiam diuinissimus & religiosissi-
mus noster Dominus arbitrabitur, vt eadẽ pœna mulctentur, Dioscorus religiosissimus Alexan-
driæ episcopus, & Iuuenalis religiosissimus Hie-
rosolymorum episcopus, & Thalassius religio-
sissimus Cæsareæ Cappadocum episcopus, & Eusebius religiosissimus Ancyræ episcopus, & Eustathius religiosissimus Berytì episcopus, & Basilius religiosissimus Seleuciæ Isaurorũ epis-
copus, qui tum Synodo præierunt: videlicet vt iuxta sacros canones ab episcopali dignitate sint alieni. Qui verò illorum autoritatem sunt sequuti, eos diuinæ maiestatis cognitioni per-

Voces variæ episcoporum. Dioscorũ vel damnari vel recipi in gratiã volentium.

Sententia & pœnatalionis in Dioscorum & factionis eius populares.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola Leonis Ro. episcopi cũ prima & secunda Synodo decretis concordat.

mimus. Et post quarundam sententiarum lectionem, episcopi qui ibi congregati erant, interrogati sunt, an fidei trecentorum decem & octo, & rursum centum & quinquaginta patrũ, Ioannis Papæ consonæ essent? Tum Anatolius Constantinopolitanus episcopus, & reliqui, quàm maximè epistolam Leonis cõcordare cum eis qui dicti sunt patribus respondérũt: & consessum eam omnes manuum suarum annotatione roborarunt. His ita actis, Synodus vniuersa exclamauit: Omnes assentimur, omnes comprobamus, omnes idem credimus, omnes idem sentimus: Omnes ita credimus, Patres Synodo reddantur, subscriptores Synodo reddantur: Viuat Imperator Augustus, Viuat Imperatrix Augusta. Patres Synodo reddantur: qui idem nobiscum credunt, synodo reddantur. Viuat in multos annos Imperator. Qui nobiscum in sententia concordant, Synodo reddantur. Multos annos viuat imperator. Omnes fidei suscripsimus. Sicuti Leo, ita & nos sentimus. Sub hæc, interloquutoria sententia ita promulgata est: Reruli mus ad diuinissimum & pissimũ Dominum nostrum de eis, & sententiam pietatis eius expectamus. Religio autem vestra & de Dioscoro, cui dignitatem † amplissimæ celsitudine nobilique ignorantibus abrogastis, & de quinque istis pro quibus precati estis, denique de rebus in Synodo hac gestis vniuersis, Deo rationem redder. Sententiam eam acclamationibus episcopi probarunt, dicentes Dioscorum Deus exautorauit, Dioscorus iustè dãnatus est, Dioscoro Christus dignitatem ademit. Postquam à Martiano responsum allatum est, quo episcopis quid de exauthoratis illis statuerent, permisit, G sicuti hoc à principibus indicatum est, Synodus hoc sic ad verbum dixit: Roganus eos vt ingrediantur, Synodo qui eiusdem nobiscum sententiæ sunt restituantur, Synodo qui cum ea idem opinantur reddantur, ad Synodum qui Leonis epistolæ subscribunt, reuertãtur. Postea supplices episcoporum Aegyptiæ diœcesis libelli Martiano oblati, lecti sunt, in quibus præter alia hęc fuere. Quemadmodum trecenti decem & octo in Nicæna vrbe patres promulgarunt, ita & nos sentimus: & anathemati subiicimus hæresim omnem Arij & Eunomij, & Manetis & Nestorij & eorum qui dicunt carnem Domini nostri de cœlo venisse, & non ex sancta Dei genitrice atque perpetua virgine Maria assumptam esse iuxta similitudinem omnium nostrũm, absque peccato. Adhæc Synodus exclamans dixit: Cur Eutychetis etiam dogma anathemate non feriunt? Epistolæ Leonis subscribere debent, Eutychetem & dogmata eius anathemate iugulãtes: Leonis epistolæ consentiant: Illudere nobis & discedere volunt. Ibi tum Aegyptij episcopi dixere: Multi sunt in Aegypto episcopi: neque nobis, vt eorum personam qui absunt sustineamus, integrum est. Et Synodo supplicarunt vt eis, quoad Archiepiscopum suum haberent, expectare liceret: sententiam & authoritatem illius, iuxta Synodorum consuetudinem, sequuturis. Si enim præter eius consilium qui eis præiret, statuere aut facere quicquam inanimum inducerent, malè se à prouinciæ suæ episcopis acceptum iri, dixerunt. Et magna inter eos & Synodum contentione mota, vix tandem eis, vt quoad episcopus eis designaretur, expectarent, concessum est. Deinde preces monachorum quorũ eis necessitas chartis aliquibus subscribendi imponeretur, donec synodus vniuersa, quam imperator ipse cogendam sanxisset, congregata esset, & ipse decreta eius ritè in scriptum relata legisset. Eis lectis Diogenes episcopus Cyzici dixit. Barsumam vnum inter eos qui ibi conuenissent esse, qui Flauianum iugulauerit. Ipsum enim, σφάξον, hoc est, jugula exclamasse: neque tum legitimè, quod in supplici libello nominatum inserrus non esset, in synodum venisse. Ad hæc verba episcopi omnes exclamarunt: Syriam omnem Barsumas vastauit, & mille nobis monachos induxit. Atque vbi synodus colloquuta, H eos qui conuenissent, synodalem cõstitutionem præstolari iussit: monachi, vt libelli ab eis cõpositi legerentur, postularunt. Quorum pars quædam erat, vt Dioscorus, & qui cum eo erant episcopi, in consessum admitterentur. Cæterùm ad petitionem eam episcopi omnes exclamarunt: Anathema in Dioscorum, Dioscorum Christus exautorauit. Monachos hosce eiice: contumeliã synodi tolle: vim synodo illatam tolle: probrum synodi tolle. Arque aduersum ea monachi contrà vociferati sunt: Monasteriorum contumeliã tolle. Et quum synodus rursum vociferationes suas repeteret, per interloquutionem reliqui illorum libelli legi sunt iussi: qui dictabant, non rectè Dioscoro dignitatem ademptam esse: & quæstione de fide proposita, disquisitione opus esse, atque illum in consessum venire debere. Sin minus, vestimenta se excussuros, & ab episcoporum qui ibi cõuenissent communione secessuros esse, dixerunt. His verbis auditis, Aetius archidiaconus canonem de eis legit, † qui seipsos segregarent, atque vbi contentio inter episcopos orta est, & monachos, qui partim Dioscorum & Eutychetem anathemate mactarunt, parum id facere recusarunt, per interloquutoriã statutum est, vt Fausti preces, & aliorum monachorum, clarius, quo exaudiri possent, legerentur: quæ preces hoc complectebantur, vt imperator rogatus eos monachos recipere non dignaretur, qui rectis dogmatibus aduersarentur: inter quos Dorotheus etiam Eutycherem orthodoxum & rectè sentientem vocauerat, & ab eis in principum præsentia variæ de Eutychete opiniones sunt productæ. Postea in consessu Hquinto, Principes omnibus satis liquere dixerunt, ea quæ de fide essent constituta. Et Asclepiades Constantinopolitanæ ecclesiæ diaconus in medium processit & synodi * decretum legit, quod hic referre visum nõ est. Et nonnulli quidem reluctari sunt, plurimi autem assensi. Postquam variæ vociferationes editæ sunt. Principes dixerunt, Dioscorum rem tulisse, propterea se Flauianũ exautorasse. quòd duas naturas esse dixerit: decretum autem hæc verba, Ex duabus naturis, habere. Ad quæ Anatolius intulit, non propter fidem Dioscorum damnatum esse, sed quòd Leonem in † excommunicationem conieceris, & ter citatus non comparuit. Atque ex eo tẽpore Principes, vt sententiæ epistolæ Leonis decreto interereretur, iusserunt. Quum autẽ episcopi

Aegyptij episcopi orthodoxiam profitentur.

Eutychetis tamen hæresim idem non damnant.

Interloquutoria principum sententia.

† τῆς θειότ. ἱερωσύνης.

Restituuntur episcopi damnati, præter vnum Dioscorum.

Monachorum querundam supplicatio.

Barsumæ percussor Flauiani.

Synodi clamor cõtra Dioscorum & deprecatereti eius monachos.

Decretum Synodi lectum, ab omnibus approbatur.

* Ἐδόκει τοῖς ἁγιωτ. Θεσ.

† περὶ τῶν ἀφορίζειν ἑαυτούς.

Preces contra Eutychetem.

* ὅρος.

Decreti Synodi lectio.

Cur Dioscorus damnatus sit.

† ἀκοινωνησίαν ἐπιτιθέναι.

Post Nicænã, formulã aliã fidei nõ edendam.

episcopi respondissent, decretum & formulam A alium postea consessum ventum est, & in eo canones composiu. Deinde autem conuentu alio coacto, vnà cum aljis Maximus Antiochenus & Iuuenalis Hierosolymitanus cõedit. Ibique constitutum, vt Antiocheno antistiti vtraque Phœnicia, & Arabia ipsa: Hierosolymitano autem, tres Palestinæ prouinciæ parèrent. Atque hæc ab episcopis & principibus stabilita sunt. In sessione noua, de Theodorito Cyri episcopo actum, qui assurgẽs anathemate Nestoriũ dãnauit, verbis hisce. Anathema in Nestoriũ, eũmq; qui sanctam virginem Mariam Dei genitricem non dicit, & qui in duos filios diuidit vnum filium vnigenitum. Ego etiam decreto & Leonis epistolæ subscripsi. Itaque de cõsensu omnium, sedem suam recepit. Rursum in congressu alio, Ibas Edessæ episcopus, vt de rebus eius dispiceretur, obtinuit. Lecta eius est epistola, quã Photius Tyri & Eustathius Beryti episcopi in iudicio oppugnarunt. Sententia eius rei in proximã sessionem dilata. quæ postquam vndecima est coacta, pluribus episcopis præsentibus, nõnulli quidem vt sacerdos tantum esset, statuerunt: alij verò, vt episcopi dignitatem etiam obtineret, iudicarunt: aduersarios eius pro foribus esse, & vt ingredi eis liceret petere, dicentes. Quæ de eo acta & decreta erãt, lecta ibi sunt. Quum autem principes ea legenda esse censerent, quæ Epheſi de eo ipso constituta essent: episcopi illis responderunt, quæ in posteriore Ephesia synodo gesta essent, vt pro irritis haberentur, iudicatum esse: electione & consecratione Maximi Antiocheni sola excepta. Qua de re preces Imperatori obtulere, vt ille sanciret, ne quid earum rerum quæ Epheſi secundò actæ essent, obtineret: synodo, quæ ibi primùm sanctissimo Cyrillo Alexandrino pastore præeunte celebrata est salua. His ita dictis, Ibas synodi iudicio episcopatum suum recepit. Porrò cõsessu duodecimo Bassiani Epheſij episcopi res agitata est: & tum vt ille episcopatu abiret, eúmque Stephanus reciperet, decretum est. Id per alium quoque conuentum confirmatum. Sessione tredecima, de Nicomediensi Eunomio & Nicæno Anastasio actum, qui de finibus prouinciarum suarum administrandarum inter se contẽdebant. Coactus quoque decimusquartus consessus, in quo de rebus Bassiani est tractatum. Et postremò omnium synodus Constãtinopolitano throno ius illud tribuit, & confirmauit, vt alterum statim à Romana sede locum & ordinem is obtineret. Atque ita finem suum synodus accepit.

Canones ecclesiastici.

Decretorum posteriorisEphesiæ synodi abolitio.

Ibas Edessenus itidem.

Nassiano Ephesio episcopo episcopatus abrogatus.

Constantinopolitanus antistes secundus Rom. episcopũ primatum obtinet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSSEXTVS.

De Zenonis imperio: & quòd is, quum indoctus esset, & dissoluta prorsus vita, multa Rom. imperij perdiderit loca.

CAPVT I.

QVÆ sub Martiani & Leonis piorũ imperatorũ rerum administratione in ecclesiis acciderunt sic se habuere. Zeno autem postquã Imperiũ accepit, non rectè se eorũ summã gubernare posse putauit, nisi voluptatib⁹ omnib⁹ eũ potestate summa perfrueretur. quibus adeò se à primis, quod dicitur, carceribus corrumpẽdum permisit, vt nihil prorsus esset, quod impetum eius in facinora teterrima inhibere posset. Ita siquidem turpibus flagitiis se contaminauit, vt existimaret, si clàm intra regiæ penetralia scelera patraret, obscurum id & minus generosum esse. Sin publicitùs & apertè in conspectu omnium absque pudore omni flagitiosus esset, id demum Principe & imperatore dignũ esse censuit. Quod ille sic seruiliter admodum & periculosè arbitratus est. Ego verò dixerim, non ex eo verum imperatorem, qui legibus solutus, † arbitrio ipse suo viuat, quòd alius imperet, æstimari: verùm si in seipsum potius potestatẽ exerceat, neque praui quicquam animum suum subire sinat: vnde ille aduersus fœditatem & turpitudinem inuictus, & à libidine omni alienus, perinde atque animata virtutum effigies, cines subditósque suos vniuersos ad imitationem sui pertrahat. Zeno igitur quum voluptatibus sese dedidisset, ignorasse mihi videtur,* seruũ se omnium fœdissimum, aut mancipium, propter momenta ea quibus ad deteriora semper paulatim raptus est, factum esse: non aliter quàm seruus quispiam inutilis, subinde dominos mutans. Et habuit is certè dominas voluptates plures quã numerari possent eo quòd perpetuò sibi inuicẽ succedentia scelera eum haudquaquam ad finẽ peruenire passa sint: & voluptates quibus in præsentia deditus erat, nunquam constiterint, sed veluti initium & igniculus succedentis libidinis fuerint, sempérque deteriora alia facinora inuitarint & conciliarint. Id quod sic necessariò procedit, quoad imperator vere quispiã euadat, & † turbulẽtum voluptatũ statum ita sibi captiuum subiuget, vt deinde illis imperet, & haudquaquam tyrannide illarum prematur. Alioqui accessionibus libidinum tacitis & voluptatum illecebris deliburus, veluti seruus miserrimus improbæ dominæ ad extremum vsque momentum seruit, donec tãdem suppliciis infernalibus dedatur. Talis ab ipso statim initio & ingressu imperij Zeno fuit, vir incompositus, dissolutus, intemperãs, & corruptus. Quã ob rem & ei qui sceptrum illi tradidit, honorem debitum piis operibus non tribuit, & imperium malè administrauit. Proinde populi subditi omnes in Oriẽte simul & Occidente afflicti sunt. Nam qui ab ipsa Agar originem ducunt populi Mesopotamiam vastarunt. Thraciam autẽ innumera Hunnorum, qui antea Massagetæ dicti fuerant, & tũ Istrum transierant, multitudo, nemine obsistẽte, liberè percurrit. Si quid verò ex illorum direptione fuit reliquum, id ipsum Zeno per vim abstulit, qui non minus quàm barbari ipsi hostiliter eam inuasit. Nec ille longinqua modò loca detrimentis affecit, verumetiam domum suam per absurdas fœdásque voluptates vastam dedit.

Zeno imperator flagitiosus.

Verus imperator qui sit.

† αὐτοκράτωρ.

* τρίδουλον ἄιχιστον δι ρυάλοιον.

† ἡδονῶν ὀχλοκράτφας.

Agareni Mesopotamiam vastãt, Hunni Thraciam.

De tyrannide Basilisci, Vt Zeno imperio sit exutus: & Vt Timotheus Aelurus, & Petrus Cnapheus, recuperatis sedibus suis, quartam Synodum oppugnarint. Cap. 2.

PAruo siquidem elapso tempore, Basiliscus Verinæ Augustæ frater, aduersus eum consurrexit. Ille verò nihil quod virum & Imperatorẽ deceret, sed illiberale & summissum quiddam cogitans (desperata enim prorsus quædam res est, libidinibus dedita impietas, effœminatũ satis animum, eo quod voluptatibus victa manus dat, indicans) & Verinæ dolum suspectum habens, per aduersam tempestatem celeriter in Isaurorum regionẽ, Ariadnam coniugem quæ à matre tandẽ fugerat, & qui præterea fidi ei erãt, secum habens, se contulit. Porrò Basiliscus imperio tanquam spolio quodam sine sanguine arrepta, Imperiale sibi ipsi imposuit diadema, & Marcum filium suum Cæsarem creauit: exercitúmque ingentem ad Zenonem Seleuciæ apud Isauros, in qua vrbe sicut prius in lucem editus fuerat, ita tum profugus latebat, obsidendũ misit, & bellum id aduersus Zenonem gerendum Illo & * Trocundo cõmisit. Atque vbi res suas, sicuti ipsi videbatur, probè constitutas esse putauit, minus sibi legibus parendum esse duxit. Ac nisi contrà quàm Leo, & qui ante eum imperauerant, fecerant, rempub. administraret, ne imperandum sibi quidem existimauit. Ad eã rem autem eum maximè coniunx nomine Zenonis, quam etiam Augustam dixit, incitauit. Cum qua aduersus fidei professionem bellum cepit. Ac primùm quidem ad quorundam Alexandrinorũ legatorum petitiones, Timotheum Aelurum ab exilio, in quo decem & octo annos vixerat, reuocauit: quum Acacius Orphanotrophus & pupillorum curator, post magnum Gennadium Constantinopolitanæ ecclesiæ præesset. Aelurus autem vrbem Imperialem venit, atque ibi cohortẽ hominum dissolutorum secum trahens, magnificè processit: atque asino insidens, ex Imperiali palatio templum supplicationum gratia petiit. Cæterùm quum iumentum id casu quodã procidisset, ipse pede fracto, cum ignominia indè est profectus. Petrum quoque Cnapheum Basilicus ex Insomnium monasterio, vbi abditus latebat, accinit: & Aeiuro quidem Alexandrinum, Cnapheo autem Antiochenum rursum thronum, Timotheo qui Proterio successerat, & sacro Calandione pulsis, concessit. Isti quamprimùm sedes eas receperũt. armis strenuè sumptis, quartam Synodum anathemati subiecerunt. Multis præterea aliis Basiliscus licentiam multam permisit, quoscunque ecclesiastica opinionibus aduersari satis posse sciret. Prius autem quàm thronos suos Aelurus & Cnapheus reciperent, quum adhuc Constantinopoli essent, Basilisco persuaserunt, vt ad episcopos vniuersos † circulares daret literas, quibus concilium Chalcedonense, & Leonis libellum, per anathema damnaret. Qui illis facilè obsequens, ita scripsit.

Zeno profugus Seleucia Isaurorum latet.

Basilisci tyrannis.

Marcus filius eius.

Illus & Trocundus aduersus Zenonem mittũtur.

Basiliscus sceleroſus.

* fort. legendũ Leontia, infra cap. 13. Zod.

Timotheus Aelurus ab exilio reuocatus.

Acacius episcopus Constantinopolitanus Aelurum pẽdfrangit.

Cnapheus ab exilio redit.

Isti Chalcedonensium Synodum damnãt.

† πρωτοσπαθαρίου καὶ μαγίστρου.

† *Zeno Imperator suis vltrò, in castellum quod Cõstantinopolim accolæ nominant, casu quodam profugit. Itaque ad fugæ comites cum alto gemitu: Ludibrium, inquit, Dei prorsus est homo, qui me quoque sic ludificat. Vates quidem consulti, mense hoc iulio ex necessitate quadam me Constantinopoli esse oportere, responderunt: & ego me in vrbem Constantinopolitanam venturum esse putaui. Nunc verò fugiens & destitutus ab omnibus, tumulum hunc miser teneo, castello vrbis cognomine reperto. Suid.*

Circulares Basilisci litera aduersus sanctam quartam synodum, procuratione Timothei & Petri scriptæ. Caput 3.

Basilisci circulares literæ ad orbem aduersus Chalcedonense cõcilii, & Leonis Rom. epistolã Tomum.

IMperator Cæsar Basiliscus, pius, victor triũphator, maximus semper colendus Augustus: & Marcus, illustrissimus Cæsar: Timotheo religiosissimo & Dei amantissimo magnæ vrbis Alexandrinorum archiepiscopo, atque omnibus per Orientem & Occidentem sacerdotibus Dei. Quascunque, qui ante nos fuere piissimi Imperatores, qui beatam, immortalem, & viuificam Trinitatem rectè coluere, protecta & Apostolica fide sanxere leges, eas veluti toti mundo salutares, non modò tempore vllo negligi & aboleri nolumus, verum etiam perinde atque constitutiones proprias promulgamus. Er quum veram pietatem, flagrantemque erga Deum & Seruatorem nostrum Iesum Christũ, qui nos condidit, & ad tantam gloriam extulit, ardorem studiis rebúsque humanis omnibus præferamus, atque insuper coniunctionem gregis Christi salutarem ipsi ciuibúsque & subditis omnibus firmúmque adeò fundamentũ atq; inconcussum Imperij nostri murum esse credamus, meritò certè diuino mentis zelo permoti, vnionem sanctæ Ecclesiæ imperij nostri primitias Deo & seruatori nostro Iesu Christo offerentes, constituimus, vt fundamentũ firmamentúmque † felicitatis humanæ, hoc est trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui Niceæ olim cum sancto Spiritu in conuentu ecclesiastico congregati fuere, Symbolum, quod nos atque omnes qui ante nos fuerũt certa fide profitentes, baptismum suscepimus, solum in omnibus sanctissimis Dei ecclesiis obtineat, & ab orthodoxo rectéque sentienti populo vsurpetur: quippe quod solum veræ rectæque fidei contineat autoritatem & decretum, satisq; cùm ad omnes in vniuersum hæreses abolendas, tum ad vnionem summam sanctarum Dei ecclesiarum conciliandam valeat. Et ad diuinum istud Symbolum confirmandũ robur suum habeant, ea quæ in imperante hac vrbe aduersus eos qui in sp. ritum sanctum blasphemi fuere, à centum quinquaginta sanctis patribus, tum autem quæ etiam in metropoli Ephesiorum aduersus impium Nestorium & sectatores eius sunt acta. Ea autem quæ vnionem & ordinem bonum sanctarum Dei ecclesiarum, & pacem orbis totius turbant, videlicet Tomum Leonis, & omnia quæ Chalcedone per formulam seu decretum fidei, aut editionem symboli, aut expositionem, aut doctrinam, aut disputationem, per res nouas, aduersus id quod diximus sanctum sanctorum trecentorum decem & octo patrum symbolum dicta & acta sunt, sancimus, vt & hic & vbique in ecclesiis omnibus à sanctissimis vbicunque fuerint episcopis, apud quos reperta fuerint, anathemate feriantur, atque igni tradantur: propterea quòd hoc sic etiam ab eis qui ante nos fuere, & nunc pia & beata quiete fruuntur, Constantino & Theodosio minore Imperatoribus de hæreticis dogmatibus omnibus constitutum est. Hæc sic abolita, prorsus ex cea, quæ vna & sola catholica Apostolica & orthodoxa Ecclesia est, eiiciantur: vtpote quæ sempiterna & salutaria trecentorum decem & octo, atque etiam centum & quinquaginta, qui professionem de sancto spiritu promulgarunt, & eorum etiam qui Ephesi congregati fuere, sanctorum & beatorum patrum decreta tollũt. Neque prorsus cuiquam vel sacerdoti, vel laico & populari homini diuinam sancti symboli cõstitutionem violare aut transgredi liceat. Præterea autem, vnà cum rebus omnibus Chalcedone aduersus sacrum symbolum nouatis, anathemate iugulandam censemus hæresim eorum, qui non profitentur filium Dei vnigenitum ex Spiritu Sancto, & sancta Dei genitrice sempérque virgine Maria verè incarnatum & hominem factum esse: sed aut de cœlo venisse, aut per phantasiam atque imaginationem hominem existimatum esse, prodigiosè blaterant. Omnem denique hæresim aliam, & si quid aliud tempore, modo, & loco orbis vniuersi quocunque vel verbis, vel sententijs aduersus sacrum symbolum nouatũ est. Sed enim cùm Imperiali prouidentiæ maximè conueniat, nó præsentibus modò, verumetiam futuris temporibus consulere, & ciuibus subditisque accurata deliberatione de certa tranquillitate prospicere, statuimus, vt sanctissimi vbique episcopi sacris hisce circularibus literis publicatis subscribant, verbísque diserris declarant, soli diuino trecentorum decem & octo sanctorum patrum

Confirmatur Niceni Symbolum.

Decreta item Constantinopolitana synodi comprobantur. Ephesina itidẽ.

Tomus Leonis & Chalcedonensia Decreta damnãtur.

* ἀφορισμὸς εὐλογίας.

Hæreses omnes dãnantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" symbolo assentiendum esse: quod autoritate sua E
" centum & quinquaginta sancti patres confir-
" marunt, sicuti decreto etiam suo postea, qui in
" Metropoli Ephesia conuenere piissimi patres
" censuerunt, quod videlicet soli sancto trecento-
" rum decem & octo patrum symbolo & fidei
" decreto assentiri conueniat. Atque vt anathe-
" mate configant actiones Chalcedonenses om-
" nes, & ex ecclesiis prorsus eiiciãt, veluti ortho-
" doxorum populorum offendiculum, totiúsque
" orbis & nostræ felicitatis impedimentum. Eos
" porrò, qui post diuinum hoc scriptum nostrũ,
" quod ad exoptatam ab omnibus sanctæ Dei ec-
" clesiæ vnionem conciliandam ex sententia Dei
" promulgatum esse persuasum habemus, aut si
" vnquam fuerint, vel in disputatione, vel in do- F
" ctrina, vel in scripto qualicunque tãdem tem-
" pore & modo & loco, Chalcedone aduersus
" hidem rès nouatas proferre, aut saltem nomina-
" re, vt turbarum & seditionis in sanctis Dei ec-
" clesiis & in Romana ditione omni autores, &
" Dei salutisque nostræ hostes, iubemus iuxta
" constitutiones dudum ante nos ab eo qui in
L. Ariani. C. de haret. & manich. " beata & sancta quiete est Imperatore Theodo-
" sio aduersus eiuscemodi maleuolentiam latas,
" & sacro huic circulari scripto nostro adiun-
" ctas, siquidem episcopi aut clerici sint, dignita-
" tem amittere: sin monachi, aut laici & popula-
" res, exulare, honorúmque vniuersorum publi-
" cationi & vltimis subiacere pœnis. Ita namque,
" quæ semper à pietate nostra adorata est sancta
" & ὁμοούσιος consubstantialis, quæ res vniuersas
" condidit, atque viuificauit. Trinitas, etiamnum
" à nobis, per eorum quæ memorauimus zizã-
" niorum abolitionem, rectarúmque & Apostó-
" licarum sancti symboli traditionum confirma-
" tionem, culta animabus nostris subditíq; om-
" nibus placabilis & propitia erit, nobiscúmque
" semper manebit, & res humanas pacabit.

De ijs qui circularibus Basilisci literis subscripserunt. Epistola Asianorum episcoporum, sanctam quartam synodum perstringens. Caput 4.

Episcopi plurimi circularibus istis subscripserunt.

CIrcularibus istis non modò Timotheus & Petrus, quos diximus, consenserunt: sed Anastasius etiam, qui post Iuuenalem Hierosolymitanam tenuit sedem, facillimè subscripsit, & quamplurimi alij ecclesiarum antistites, quin H
" gentis non pauciores, qui omnes Leonis tomũ,
" & Synodum Chalcedonẽsem repudiarunt. De-
" clarat id verum esse, libellus supplex ab Asia-
Asianorum episcoporum Ephesi congregatorum scriptum, circulares Basilisci laudantium. " nis episcopis Ephesi congregatis, ad Basiliscum
" scriptus, qui ad verbum hæc complectitur. Mo-
" dis omnibus piissimis & Christianissimis Do-
" minis nostris, Basilisco & Marco, perpetuis
" victoribus, Augustis. Et post pauca. In rebus
" omnibus lõgè piissimi & Christianissimi Prin-
" cipes declarastis, cum inuisa & hostili fide vos
" egregiè bellum gerere. Et post alia. Horrendum
" profectò quoddam, quod eis imminet iudiciũ,
" & diuini, ignis ardor, & iustus serenitatis vestræ
" motus, aduersarios ad pedes vestros abiiciet:
" qui potentem Deum & fide confirmatum im-
" perium vestrum superbæ vindictæ telis petere
" audent, & tenuitati nostræ multis modis non
" parcentes, calumniis & mendaciis sycophanti-
" cis nos semper perstringunt, quasi vi & neces-
" sitate quadam adacti, diuinis vestris & Apostó-
" licis circularibus literis subscripserimus, quum
" id cum lætitia & alacritate omni fecerimus. Et
" postea. Ne igitur alias quàm sacras circulares
" vestras literas edere atque proponere velitis.
" Atque illud quod diximus scitote, orbem om-
" nem rursum euersum, & parua ea visum iri, quæ
" in Chalcedonensi synodo accidêre mala, quæ
" quidem infinitas etiam illas patrarunt cædes, &
" orthodoxorum iniquè atque iniustè sanguinem
" effuderunt. Et post pauca alia. Attestamur corã
" Saluatore nostro Iesu Christo, liberam esse &
" innocentem pietatem vestram: à qua iustam &
" canonicam & ecclesiasticam aduersus illos, &
" maximè contra eum qui impiè episcopatum in
" vrbe Imperante gerere multis modis deprehen-
" sus est, condemnationis & exautorationis sen-
" tentiam ferri petimus.

De Eutychianis: quæ ad hos fecerit verba Timotheus. De Paulo Ephesi episcopo. Et de prærogatiua patriarchatus eiusdem vrbis, quam ei quarta synodus ademit, Timotheus verò Aelurus restituit. Cap. 5.

Eutychiani in Aegypto monachi Aelurum capta laudant.

CIrcularibus istis publicatis, vt Zacharias inquit, qui Eurychetis opinionem somniabant. & monasticam sectabantur, per- G
inde atque in lucrum & commodum per circu-
laria scripta. & Timothei honorem inexpecta-
tum incidissent, celeriter ad eum accurrerunt: &
" cum eo colloquuti, vbi Dei verbum nobis
" iuxta carnem. & rursum patri iuxta diuinitatem
" ὁμοούσιον consubstantiale esse audiuere, ad loca
" sua reuersi sunt. Idem memoriæ prodidit, Timo-
" theum ex vrbe descendentem, veluti Alexan-
" driam nauigaturum, Ephesum appulisse, & Pau-
Paulus per Aelurum sedem Ephesiam recuperat. " lum in throno episcopali collocasse: qui antea
" quidem à prouincialibus episcopis, quemad-
" modum antiquo more receptum erat, conse-
" crationem susceperat, sede autem sua deturba-
" tus fuerat. Et Ephesiorum etiam vrbi antiqua
" patriarchatus iura, quæ ei Chalcedonensis Sy-
" nodus ademerat, restituisse: atque ibi eis rebus
" peractis, Alexandriam venisse. Vbi statim om-
Multi in Aegypto etiã Aelurio resistunt. " nibus persuasit, vt Chalcedonensem Synodum
" anathemate condemnarent, sicuti antea quo-
" que à me est dictum. Multi etiam ei restitêre: &
" ab eius factione pleriq; alij, & in primis Theo-
Theodosius Theodosius prædo ecclesiasticus. " dotus ille, vnus ex eis qui à Theodosio Ioppæ
" consecrati fuerant, resiluere. Theodosius au-
" tem ille est, qui prædonis more, quum Iuuena-
" lis Byzantij esset, Hierosolymorum ecclesiam
" occupauerat.

Vt Acacius Constantinopolitanus & Daniel Columella Basilisco persuaserint, vt contrarias prioribus pro sancta synodo circulares conscriberet literas. Caput 6.

HÆc vbi sic Basiliscus egit, Acacio quoque vt circulares eius literas reciperet, & Synodum

Acacius Constantinopolitanus episcopus, Daniel Columella, & populus vrbis Constantinopolitanæ, magnis animis Basilisco, circulares eius reuocantes, resistunt. nodum Chalcedonensem anathemati subii- A
ceret, per vim instituit: quum id iam tres ma-
gni throni fecissent. Illum verò vehementer
indoluisse, seque ipsum & thronum suum,
atque etiam sanctiorem sacrificij acam pulla
veste obduxisse, opinio est. Qui deinde, plebe &
monachorum Constantinopolitanorum ordi-
ne congregato, strenuè tyranno restitit. Quo tẽ-
pore etiam Daniel ille magnus ex columna des-
cendit, & cum Acacio ecclesiasticos conuentus
egit. Basiliscus motum plebis vrbanæ veritus,
in ædes Imperiales ex templo reuersus est, & Se-
natui indixit, ne molestiam Acacio exhiberent,
quod multitudo ad incendendam vrbem parata
esset. Daniel verò plebis & monachorum mul-
titudine assumpta, ad tyrãnidem accessit, & pro-
palàm liberè apud eum de rectis dogmatibus
disseruit. Ille igitur ab Acacio & Daniele coa- B
ctus, circulares priores literas abnegauit, & cõ-
stitutionem quæ circulares eas surreptitiè im-
petratas prorsus induceret atque aboleret, edi-
dit, & eam priori illi contrariam in orbem vul-
gandam misit, qui aliter longè quàm circulares
illæ scriptæ fuerant, composita, Synodum Chal-
cedonensem defendit. Cæterùm Zacharias, qui
rem eam omnem affectibus ductus conscripsit,
in historia sua contrarias prioribus circulares
literas prætermisit: quas ego alicubi inuẽtas hic
apponam. Earum verba hæc sunt.

Contrarias prioribus Circulares Basilisci literas publicat.

Contrariæ circulares Basilisci literæ. Caput 7.

" IMperatores Cæsares, Basiliscus & Marcus.
" Fidem Apostolicam & orthodoxam, quæ iã
" inde ab initio in Catholicis ecclesiis vsque ad
" nostri Imperij tempora obtinuit, & sub impe-
" rio nostro obtinet, atque adeò in perpetuum
" obtinere debet, in quam etiam baptizati sumus,
" quam & credimus, eam ipsam solam inuiolatam
" atque inconcussam obtinere, & obtinentẽ per-
" petuò celebrari in omnibus orthodoxorum ca-
" tholicis & Apostolicis ecclesiis, neque quidquã
" aliud requiri debere sancimus. Proinde quic-
" quid sub Imperio nostro actum editúmque est,
" siue circulares literæ seu scripta alia quæcunque
" tãdem ea sint, professionis fidei aut ecclesiasticæ
" constitutionis gratia promulgata, irrita & abro-
" gata esse iubemus. Nestorium & Eutychetem,
Nestorius & Eutyches damnantur. " nec non hæreses omnes, & eos qui idem cum D
" illis sentiunt, vniuersos anathemate condem-
" namus. Decernimus quoque, de fidei causa ne-
" que Synodum cogi, neque quæstionem aliã in-
" ferri, sed hæc quæ approbamus firma & incon-
" cussa manere: Prouincias etiã reddi debere san-
" ctissimo & religiosissimo patriarchæ & archie-
" piscopo Acacio, quarum antistitum electionem
Iurisdictio Vicariatus Constantinopolitanæ sedis interdum restituitur. " & consecrationem Imperantis huius & inclytæ
" vrbis thronus habuit: ita videlicet, vt Dei aman-
" tissimi qui nunc sunt episcopi, in sedibus suis
" permaneant: neque post obitum illorum, præ-
" iudicium aliquod aduersus iura electionis sacri
" throni imperãtis huius & inclitæ vrbis creetur.
" Atque diuina hæc sanctio nostra vim sacræ cõ-
" stitutionis habens, ne cui in dubium aut cõtro-
" uersiam vocetur. Hæc sic acta.

Vt Zeno in imperium suum sit restitutus, Basiliscus autem interierit. Caput 8.

Duces Basilisci Zenoni coniliantur

POrrò Basiliscus quòd aduersus fidem libel-
lum gereret, odium omnium incurrit. Quod
vbi cognouere, quibus Zenonis obsidio com-
missa fuerat, iuramento interposito se fidos illi
futuros, Zenoni conciliati sunt: eoque recepto,
Zeno Thecla protomartyri Seleuciæ Isauro-
rum tẽplum condidit. ad vrbem Imperantem ire contenderunt: cùm
quidem dona ab eo partim iam accepissent,
partim se accepturos esse stipulati essent. Ferunt
sanè quidam protomartyrẽ, quæ multũ & stre-
nuè decertauit, Theclam, arcanis, quibusdam vi-
sionibus illi restitutionem Imperij confirmasse.
Basiliscus Harmatium ducẽ aduersus Zenonẽ in Thraciam cuntem mittit. Quapropter Zeno vt martyri de eiusce modi de-
nunciatione gratiam referret, in metropoli Se-
leucię, delubrum amplitudine maximum & pul-
christudine præstantissimum condidit, quod
multo auro & Imperialibus donariis exorna-
uit. Basiliscus de Zenonis motu certior factus,
† Procopius Harmatium nominat. consobrinum suum † Harmatium copiarum
in Thracia ducem, qui progressum illius impe-
diret, aduersus eum misit, eumque iureiurando
Basiliscus Harmatii filius Harmatius quoq; ad partes Zenonis transit. sanè quàm horrendo, ne se vnquam Zenoni cõ-
iungeret, obstrinxit. Harmatius cum Zenone
ad Nicæam congressus, in eum illum coniecit
metum, vt frustra se rem quam conficere ne qui-
ret, aggredi putarit: nisi donis ac pollicitationi-
bus Harmatium, se videlicet Basiliscum filium
eius Cæsarea tænia exornaturum esse, expugna-
ret. Atque ita hũc quoque iurisiurandi religione
parui facientẽ, Zeno aduersus Basiliscum in par-
tibus suis habuit. At Basiliscus his rebus cogni-
† Alij Zenobiam vocant. Zeno Constantinopolim redit. Basilisci cædes. Basiliscus Harmatii filius Cæsar. ctis, statim sententiam mutauit: & Imperiali co-
rona sacræ mensæ imposita, supplex ipse cum †
Zenonide ad baptisterium confugit. Zeno con-
festim Constantinopoli exceptus, primùm ec-
clesiam magnam, deinde cum apparatu & co-
mitatu maximo Imperialem regiam ingressus
est. Basiliscus autem quum viginti mẽses in Ro-
mano imperio tyrãnus fuisset, in Cappadociam
moriturus missus est: atque in mãsione quadam
seu * militari diuersorio, cui Acusi nomen est,
cum vxore & liberis interfectus est. A Zenone
statim Circenses ludi editi. Deinde is, pro eo at-
que paulò antè se facturum iurauerat, Harma-
tij quidem filium Basilisceum ad Cæsaris digni-
tatem extulit: postea autem Harmatium, quòd
eum non magis sibi, quàm Basilisco fuisset, fi-
dum fore arbitraretur, iugulari iussit: filiũ porrò
eius Cæsarem sacerdotẽ fecit, qui deinde multo
pòst ecclesiam Cyzicenã optimè administrauit.
Basiliscus ex Cæsare sacerdos fit, & episcopus Cyzicenus Harmatius cæditur.

* *Basiliscum tyrannum cum vxore & filiis, Zeno in Cappadociam misit hyemis tempore, eòsque neque veste neque cibariis tunari iussit. Vnde breui se inimicem complexi, collacrymantes miseri perierunt. Procop. Hic inexplebilis auaritiæ fuit. Nam & ab ecclesiarum antistitibus pecuniam exegit: & à tenuibus opificibus, manum labore vitæ sumptus tolerantibus, exactionẽ non abstinuit. Quapropter ob eiusmodi exactiones lacrymis plena erant omnia. Sub Leone is pro Rustico copiarum militarium dux lectus. Suid.*

Episcopi Asiani libellum pœnitentiæ ad Acatium mittunt, de synodo eum placantes. Caput 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ZEno simulâtque in Imperium restitutus est, per constitutionem scriptam quamprimũ, quicquid à tyranno Basilisco per circulares literas cõtrà fidẽ nouatum fuerat, abrogauit. Quod vbi Asiani episcopi intellexerunt, missis ad Acacium Constantinopolitanum episcopum pœnitentiæ libellis, gratiam sibi fieri petierũt: illa deprecatione vsi, quòd non sua sponte, sed vi maxima adacti circularibus subscripsissent. Eámq; rem non aliter se habere, & se Chalcedonensi Synodo assentiri, atque iuxta eius decretum & antea credidisse, & nunc credere, iuramento cõfirmarunt. Episcoporum scriptũ hoc erat. Acacio sanctissimo & piissimo sanctissimæ quæ apud imperantem Constantinopolim, nouã Romã, est Ecclesiæ patriarchę. Et post pauca. Rectè sanè ad nos venit, qui locum etiam vestrum obtinebit. Et rursum. Per libellos supplices significamus, subscripsisse nos non ex animi sententia, sed necessitate coactos, literis tantum & verbis, non autem animi destinatione. Circularibus illis assentientes. In acceptabilibus enim precationibus nostris, annuente Deo, quæ à totius orbis luminaribus trecentis decem & octo, & rursum à centum quinquaginta sanctis patribus accepimus, adhæc quæ à diuinis patribus Chalcedone cõgregatis, piè & rectè constituta sunt, ea credimus. Hæc episcopi scripsere. Siue autem Zacharias, qui hæc affectibus ductus cõscripsit, sycophãticè hoc illis impegit, seu ipsi episcopi, quòd præter animi sententiam circulari constitutioni subscripserint, quum ita ad Acaciũ scriberent, mentiti sunt, dilpicere & pronunciare certò non possum. Hæc certè sic habuere.

Asiani episcopi resipiscẽtes.

Circulares priores Basilisci literas antea laudatas damnant.

Euagr. lib. 3. cap. 9.

Vt Zeno Petrum Cnapheum, & item alios Antiochia expulerit, & calandioni episcopatum eius commiserit. De reductione reliquiarum sancti Eustathij Antiocheni.

Caput 10.

ZEno Petrum Cnapheum, vt qui à Basilisco reuocatus esset, Antiochia expulit, & Calãdioni Stephani successori episcopatum restituit. Paulum etiam Epheso exegit, Nestorium item Tarso, & Cyrum Hierapoli, Romanum Chalcedone, Samosatis Eusebium, Mopsuestia Iulianum, Paulum Constãtia, & Andream Theodosiopoli. Calandion autem neminem ad communionem admittebat, qui non prius Petrum & circularia Basilisci anathemate confodisset. Ac de Zenonis voluntate & cõsensu, diui Eustathij qui Philippis apud Macedones in exilio vitam finierat, reliquiæ cum reuerentia multa Antiochiam reductæ sunt: quas cum lętitia summa ciuitas ea, ad decimum octauum ferè lapidẽ extra vrbem effusa excepit. Atque illi qui ad longum vsque tempus ab ecclesia secesserant, annis centum elapsis, ecclesiæ tandem prorsus vniti sunt.

Cnaphei & aliorum subintroductorũ episcoporum expulsio.

Eustathij cineres Antiochiã perlati: ecclesia ibi ex ea perfectã que vnio.

Vt Alexãdriæ Timotheo Æluro Petrus Mongus successerit. Mongo Timotheus Salophaciolus, huic porrò Ioannes Tabennesiotes, huic autem rursus Petrus Monggus, eis qui Proterium sectati fuerant, ad se receptis, & Zenonis Henotico, hoc est, conciliatorio seu pacificatorio edicto comprobato, successerit.

Caput 11.

CONstituerat Zeno Timotheum quoque Aelurum Alexandria eiicere. Postquam autem ad multam eam senecturem peruenisse, & iam non longè à sepulchro abesse cognouit, consilium mutauit. Atque ille paulò pòst ad inferorum migrauit iudicium. Alexandrini autem potestate sibi & autoritate vsurpata, pastorẽ sibi delegerunt impietate Aeluro longè deteriorem, Petrum cognomento Moggum, quem vnus & alter, sicuti ferunt, episcopi cõsecrarunt, quibus legitimè dignitas adepta fuerat. Quod vbi Zeno resciuit, eos qui illum episcopum legerãt, morte mulctauit. Timotheum autem Salophaciolum, Proterij successorẽ, qui Canopi sicuti diximus degebat, in sedẽ suam restituit, cui Moggus diebus triginta sex incubauerat. Ac Timothe⁹ quidem Imperatoriis literis thronum suum recuperauit. Breui verò pòst, consilium quidam ceperunt, legatum ad Imperatorem mittendi Ioannẽ presbyterum Tabennesi oram, qui œconomus templi honorandi præcursoris & Baptistę creatus fuerat: vt vbi episcopus eorũ inter homines esse desisset, Alexandrini potestatem episcopi quem vellent eligendi haberẽt. Qui legatus vbi compertus est sibi ipsi episcopatũ procari, quẽadmodum Zacharias inquit, postquam Imperatori iurauit, haud vnquam se Alexandriæ thronum recepturum esse, domum reuersus est, & Imperator constitutione, vt post obitum Timothei, Ioanne excepto, cathedram episcopalem Alexandriæ, quem ibi clerus legisset sortiretur, sanciuit. Non multo pòst Timotheo defuncto, Ioannes pacta conuenta & iusiurandum parui pendẽs, pecunia quibusdam, vt idem Zacharias ait, corruptis, ad episcopatum cõscendit. Quod vbi factum est, Zeno illum quidem reiici iussit, suggestione autem Acacij scriptum ad Alexandrinos, quod ἑνωτικόν, hoc est, vnionis conciliatorium vocauit, deditiin quo præcepit, vt thronus Petro Moggo reddatur, siquidẽ ille scripto ei subscribere, & Proterij sectatores recipere, quartámque Synodum approbare vellet. Hanc rei eius dispositionem, de Acacij sententia (sicuti dixi) constitutam, Pergamius, qui nuper admodum Aegyptiæ prouinciæ præfectus declaratus fuerat, Alexandriam pertulit. Is postquam eò peruenit, & Ioãnem Romam profugisse cõperit, cũ Petro Moggo colloquutus, vt Henoticum Zenonis scriptum reciperet, ei persuasit: & eos præterea ab ecclesia secessissent. Ille tomo ei statim subscripsit: & quum Alexandriæ publicus populi cõuentus celebraretur, quia Henoticum Zenonis omnibus placuit, eos quoque qui propter Proterij partes secesserant, admisit. Atque vbi orationem non ita longam ad populum habuit, quam ad ecclesiasticum plebis conuentum composuerat, postea etiam Zenonis constitutionem multitudini recitauit, hisce verbis compositam.

Aelurus moritur.

Petrus Moggus ei Alexãdriæ succedit.

Eo reiecto, Timotheus Salophaciolus episcopatum Alexandrinum recepit, Ioannes Tabennesiotes se episcopatum Alexandrinum non recepturum esse iurat.

Idem tamen Salophaciolo mortuo episcopus fit.

De Zenonis edicto, quod henoticum, hoc est, pacificatorium est dictum, neque retiens neque comprobans Chalcedonensem Synodum. Cap. 12.

IMperator Cæsar Zeno pius, victor triumphator, maximus, semper colẽdus Augustus: Alexan-

Petro Moggo episcopatus Alexandria restituitur.

Vnio ecclesia Alexandrina.

Zenonis henotica constitutio ad Alexandrinos.

« Alexandrinis, & qui per Aegyptum & Libyam A storum vnà cũ Eutyche, quòd diuersa ab eis
« & Pentapolim sunt religiosissimis episcopis & quæ dicta sunt sentiant, anathemate ferimus:
« clericis, & monachis & laicis. Cùm Imperij nostri initium & conseruationem, tum autẽ opes
Imperium cõseruatur per orthodoxam fidem. atque armaturam inexpugnabilẽ persuasum habeamus esse, solam rectam & veram fidem quã
Symbolum Nicænum. diuina inspiratione Nicææ trecenti decem & octo sancti patres congregati promulgarunt, &
« Constantinopoli centum quinquaginta itidem
« sancti patres coacti confirmauerunt, diu noctúque precationibus studiis legibúsque nostris
« omnibus hoc agimus, vt per eam vbique locorum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ eccle-
« sia incrementa capiat, quæ incorruptibilis & immortalis sceptrorum nostrorum mater, & pij
« populi nostri in pace & religionis diuinæ concordia persistentes, acceptabiles pro imperio
Commeditates cõsentientes & conscribit Christianæ fidei. nostro preces vnà cum Dei amãtissimis episcopis & piissimis clericis & Archimãdritis & monachis fundant. Cùm enim magnus Deus & Saluator noster Christus Iesus, qui ex sancta virgine & Dei genitrice Maria incarnatus & natus est, glorificationem & sacrum cultum nostrum
Insidias diabolus ecclesiæ tendit per sectas & dissidia intestina. consentientem laudauerit, benignéque susceperit, tum gentes hostiles conterentur atque extinguentur, & omnes colla sua Imperio secũdum Deum nostro summittent: pax etiam, &
« quæ ex pace prouenient bona, cœli salubritas,
« frugum vbertas, aliáque quæ hominibus commoda sunt, liberaliter suppeditabunt. Itaque
« quum fides irreprehensibilis & vos & imperiũ
« Romanum sic conseruet, preces nobis à piis
« Archimandritis & eremitis, aliísque venerandis
« viris oblatæ sunt: qui cum lachrymis nobis sup-
« plicarunt, vt vnionem in sanctissimis ecclesiis
« heri & membra membris coniungi, quæ hone-
« statis pietatíque inimicus ab annis plurimis se-
« gregare est conatus, curaremus. Qui quidem
« inimicus bene nouit, si integro & cõiuncto ec-
« clesiæ corpori bellum inferat, victum se iri. Qui
« etiam effecit, vt infinitæ gentes & generationes,
« quas tot annorum tempora ex hac vita subdu-
« xerũt, partim absque lauacri regeneratione ob-
« ierint, partim sine diuinæ communionis perce-
« ptione ad ineuitabilem illam omniũ migratio-
« nem transierint: & vt cædes innumerabiles pa-
« tratæ sint, ita vt sanguinis vnda nõ solum terra,
« verumetiam aër ipse contaminatus sit & infe-
Vnam Nicænã fidei symbolũ obtinere debet. « ctus. quæ omnia quis est qui non in melius mutari exoptet? Quapropter scire vos volumus,
« neque nos, neque quæ vbiqi locorum sunt ec-
« clesias, aliud symbolum, aut doctrinam aut formulam fidei, aut fidem etiam, præterquam quod
« (sicuti dictum est) à trecẽtis decem & octo sanctis patribus editum, & à centum & quinqua-
« ginta, quorum mentionem etiam fecimus, sanctis patribus comprobatum est sanctum symbolũ vel habuisse, vel habere, vel habituros esse,
« neque aliquos qui habeant scire: atque si quis
« etiam habeat alienum illum putare. Nam id solum symbolum, quemadmodum diximus, Imperium nostrum conseruare confidimus. Et populi vniuersi, qui salutarem consequuntur illu-
Confirmatum à quindecim Constantinopolitanis, & Ephesia priore. « minationem, hoc solo recepto baptizãtur. Hoc etiam sequuti sunt sancti patres Ephesi congregati, qui impium Nestorium & opinionis eius postea sectatores cõdemnarunt, quem sanè Ne-

Duodecim Cyrilli capita.

Vnum solummodo Christũ Dei Patris Verbum cum propria carne cognoscimus. Cyrill.

» †† »
» »
» »
» *a* ἀναμάρτητος. *b* προσθήκην τοῦ συμβόλου.
» »
» »
» »

Vt Calandion in exilium sit actus, & Petrus Cnapheus in eius rursum insilierit sedem: & de inconstantibus ac versipellibus Petri Moggi moribus. Cap. 13.

Calandion in exilium mitti fert.

PORRÒ Calandion Antiochenus antistes ad Acacium & Zenonem scripsit, & Petrũ mœchum vocauit, quum propter ea quæ de illo accidissent, tum quod Alexandriæ anathema in sanctam quartam Synodum coniecisset. At Calandion, quòd per eam causam, occasionem arripuit, vt Illi & Leontij & Pamprepis, qui à Zenone defecerant, & tyrannidem affectabant, partes foueret, ad Oasim exilij causa incolendam damnatus est. Atque ille quidem sic rursum Antiochia eiectus: Petrus autem Cnapheus fraude in negocio peragendo vsus, in desideratam sibi Antiochenam sedem rursum inductus est, post- quam henotico Zenonis subscripsit. Dedit is ad Petrum Moggum Alexandriæ episcopum, & vicissim ab eodẽ accepit synodales literas. Martyrius itidem Anastasij Hierosolymis successor, ad eum more recepto epistolas eiuscemodi misit. Coniunctus quoque ei est, qui Constantinopolitanam gubernabat ecclesiam, Acacius. Verùm non multum intercessit temporis, & nõnulli qui Petri Moggi partium fuerant, quum eum cõsilium mutasse viderent, à communione eius secesserunt: quòd ex eo scilicet tempore Chalcedonensem synodum in ecclesia anathematis sententia damnasset, & Timothei cadauer effodisset. Eam rem vbi Acacius Constantinopolitanus audiuit, grauiter factum id tulit, & magnopere est perturbatus: adeò certè, vt quosdã Alexandriam mittendos duxerit, qui rei veritatem cognoscerent. Eos verò Petrus postquam diligenter inquisitos adesse resciuit, certiores fecit, nihil se earum rerum admisisse: & multitudine quadam contracta, attestationes conscripsit, quæ indicabant, Petrum nihil earum quæ audirat essent rerum fecisse. Ille verò re ipsa veluti cothurnus quidam, aut Proteus Pharius atque Euripus, versipellis scilicet homo fuit, & sibi ipsi non constitit: verùm pro eo atque ei visum esset, semper se temporibus & rebus ipsis accommodauit. Et aliquando quidem Chalcedonensem synodum comprobauit, aliquando autem perinde atque palinodiam canens calculis omnibus reiecit, & anathemate condemnauit. Ex literis autem eis quas ad Acacium Constantinopolitanum episcopum, qui dolum eius per inquisitionẽ scrutatus est, dedit, qualis fuerit, liquebit. Scripsit autem in hæc verba.

Illus, Leõtius, Pamprepes, tyrannidem affectant. Petrus Cnapheus Antiochenam sedẽ recipit.

Petrus Moggus synodum Chalcedonensem damnat. Idẽ sepulchri Violator.

epistola Petri Alexandrini ad Acacium missa, imperantis vrbis episcopum. Cap. 14.

Literæ Moggi ad Acacium Constantinopolitanum.

ALtissimus Deus remunerabitur sanctitati tuæ labores & sudores tantos quos tot annorum curriculis, fidei sanctorum patrum professione conseruanda subiisti: quam sanè assiduè prædicans confirmasti. In ea symbolum quoque « sanctorum trecentorum decem & octo patrum « rectè positum reperimus: in cuius scilicet pro- « fessione baptizati, & antea credidimus, & nunc « quoque ei credimus. Id quod etiam compro- « barunt centum & quinquaginta sancti patres, E qui Constantinopoli congregati fuere. Itaque quum assiduè omnibus in recta via præeas, per vnionem sanctam Dei coniunxisti Ecclesiam: & nobis certissimis argumentis persuasisti, nihil » esse contra hæc actum in sanctissima vniuersali » synodo Chalcedonẽse celebrata: quippe quę cũ » sanctis Nicænis patribus concordet, eorũque » decretum confirmet. Et quum in actis Chalce- » donensibus noui nihil reperissemus, sponte no- » stra illis assensimus & credidimus. Cęterùm cer- » tiores facti sumus, monachos quosdam, qui cõ- » iunctioni nostræ fraternæ inuident, de iniuriis » criminibúsque quibusdam ad vos retulisse, qui- » bus tamen illi non facilè sanctitatem vestram » permouẽre. Primùm, quòd reliquias eius qui in » sanctis est patris nostri beati archiepiscopi Ti- » mothei in locum aliùm transtulerimus: quod » factum neque Deo placet, neque legibus cõue- » nit. Deinde, ad conuicium aliud quod non con- » fictit, & priore illo deterius est, peruenere. Quo- » modo nanq; anathema iaculari in sanctã Chal- » cedonensem synodum potuimus, cui credidi- » mus, & quam confirmauimus? Non latet autem » pietatem vestram populi nostri feruor & leui- » tas, & monachorum etiam ad nouas res spectã- » tium motus: qui quum in animo habeant, cum » quibusdam consulta animi destinatione impro- » bis ab Ecclesia resilire, populum secum auelle- » re conãtur. Porrò vestris adiuti precibus, re de- » liberata, rationem quæ mederi malo imminenti » posset, inuenimus, nihil sanctæ Chalcedonensi » synodo, in qua nihil noui scimus esse actum, de- » rogantem, vt simul ea ipsa ratione & simplici- » bus per persuasionem satisfaceremus, & eos » qui nobiscum conuẽtus agunt, per apologiam » defenderemus. Id vt diceretur, curauimus. † At- » que in eo quum toti essemus, mox etiam prohi- » buimus. Certiorem verò sanctitatem vestrã fa- » cio, ne nunc quidem cessare eos qui semper zi- » zania seminant, monachos: & tanquam instru- » menta sibi ascisce re quosdam, qui monasteria » non incolunt, sed passim vagantes, rumores » varios contra nos & ecclesiasticam Christi pa- » cem & tranquillitatem spargunt: neque nobis, » pro eo atque decet, canonicè quicquam in san- » cta Dei catholica ecclesia facere permittunt. Il- » lúdque sedulò agunt, vt nobis populus huc po- » tius præeat, quàm pareat: & facere id quod Deo » non placet, studeat. De sanctitate autem vestra » nobis persuademus, eam omnia ad * sacratissi- » mum orbis terrarum dominum relaturam: cu- » raturámque esse, vt constitutio à serenitate eius H » edatur, in qua de ecclesiastica pace, ea quæ & » Deum ipsum & Imperatorem deceãt, & in qui- » bus omnes acquiescant, præcipiat. Atque hæc » cothurnus ille Petrus, homo inconstans & ver- » sutus, fraudulenter ad Acacium scripsit. »

Laudat Nicænam fidem.

Item Chalcedonense concilium.

† τὸ ἀπολιθ- γαν τοῦτον καὶ ἀφεθὲν καὶ τὸ πολιτευόμενος παρὰ τοῖς καθ- Consultò hæc sic obscurè dictum.

Ioannis Tabennesiotæ Alexandriæ episcopus Romam profectus, Felici Rom. episcopo persuaserit, vt is Acacio repentè & inconsultò episcopatum abdicaret. Caput 15.

IOannes autẽ Alexandriæ episcopus Tabennesius, cuius antea quoq; fecimus mẽtionẽ, quum inde profugisset, Romã venit, & turbam conciuit: *Ioannis Tabennesiotæ actus Romæ.*

Simplicius Ep. episcopus.

conciuit: propterea se throno suo excidisse dicens, quòd Leonis doctrinam & Chalcedonensem synodum defenderet: aliumque qui ab his prorsus diuersum sentiret, in locum suum substitutum esse. Querela ea permotus Simplicius Romæ post Leonem episcopus, ad Zenonem illegitimam Ioannis electionem reprehendens scripsit: eique Zeno, non aliam illum ob causam sede sua expulsum esse, quàm quòd periurij cõpertus esset, rescripsit. Postquam Simplicio Felix successit, non intermisit Ioannes molestus illi esse, de Petro, quem Acacius Constantinopolitanus prius tanquam hęreticum reiectum, tum admodum complecteretur, referens. Et quum frequentiùs ei instaret, tandem Felici persuasit, vt literas statim ederet, in quibus Acacio, quòd cum Petro Moggo communionem haberet, dignitate abrogauit. Quas literas contra ecclesiasticam traditionem compositas, sicuti Zacharias scribit, monachi quidam ex Insomnium sodalitate, Acacio obtulerunt. Acacius autem non recepit.

Felix Rom. episcopus. In dignitatem literis suis Acacio abrogat.

Euagr. lib. 3. cap. 18.

Porrò Zacharias rem ipsam vt acta est ignorare, & summam tantum eius, ita vt referri eam audiuit, exponere videtur. Ego verò illam certò mihi compertam commemorabo.

Quæ propter Acacium inter Felicem & Zenonem acciderint. De Cyrillo, contuberny Insomnium monachorum præceptore & duce. Vt Rom. legati & Acacius Constantinopolitanus à synodo Rom. dignitatibus suis priuati sint. Caput 16.

IOannes libellos supplices Felici aduersus Acacium, quòd præter rationem cum Petro communicaret, & res pleraſque alias non ex præscripto sanctionum ecclesiasticarum ageret, dedit. Et Felix ad Zenonem Vitalim & Siminum episcopos misit, cum mãdato & decreto huiusmodi, vt Chalcedonensis synodus calculis omnibus obtineret: Petrus, vt qui non sanam coleret religionem, Alexandria eiceretur: & Acacius Romam aliquos mitteret, cum Ioanne in iudicio, si quam haberet actionem, experturus, aut causam dicturus, & legitimam actionũ suarum rationem redditurus. Prius autem quàm Vitalis & Siminus Roma Constantinopolim venerũt, sodalitatis Insomniũ præfectus Cyrillus ad Felicem Papam scripsit, moram eius tantam accusans, per quam tot res nouæ in ecclesiasticis cõstitutionibus inducerentur. Literis eius acceptis, Felix legatis suis scripsit, ne quid prius agerent, quàm Cyrillum cõuenissent, & ab eo quid agendum esset cognouissent. Dedit quoque alias ad Zenonem literas, quibus illum de synodo Chalcedonẽsi, & de ea quam in Aphrica Honorichus cõcitauerat, persequutione admonebat. Quin & ad Acacium scripsit maximam eum nouatarum in Ecclesia rerum causam esse dicens. Zeno eadem quæ antea Felici rescripsit, Ioannem scilicet frustra illi molestiam exhibere, qui haud quaquam se thronum ecclesiæ Alexandri- C næ conscensurum esse iurauerit, iurisiurandi religionem violarit, episcopatum per sacrilegium arripuerit, & alia grauia facinora admiserit. Nec Petrum Moggum, inquisitione nulla præeunte ad sedem peruenisse, sed illum prius quam eam acceperit, manibus suis fidei Nicænorum patrũ quam comprobarit subscripsisse: cuius fidei vestigiis Chalcedonensis etiam synodus innitatur. illud quoque † iuramẽto interposito verbis hisce Zeno scripsit. Debent certò & pietas nostra, & qui dictus est sanctissimus Petrus, vniuersæque adeò sanctissimę ecclesię, recipere & colere Chalcedonensem sanctam synodum, quæ cum professione fidei Nicænæ synodi concordat. In rerum istarum actis, eius quem nominauimus Cyrilli aliarumque in vrbe Imperiali Archimãdritarum, atque etiam Aegyptiæ diœcesis episco- D porum & clericorum, ad Felicem cõtra Petrum, & eos qui cum eo communicabant, veluti hæreticos, datæ epistolæ reperiuntur. Et nonnulli ex Insomnium monasterio Romam profecti, apud Felicem de Simino & Vitali questi sunt, quòd ad aduentum vsque eorum Byzantij clàm & occultè Petri nomen in sacris codicillis fuisset, atque ex eo tempore ad eum vsque diem esset, & quòd propalàm ferretur, contra canones Vitalim & Siminum cum Petro & Acacio commercium & communionem habere Aegyptiorum quoque epistolæ eadẽ significabant. Et præterea, Ioannem quidem orthodoxum esse, rectèque sentire, & sedem secundum canones recepisse: Petrum autem à duobus tantum qui eandem prauam opinionem sequuti fuissent, consecratum esse, eundemque post Ioannis discessum nihil rerum grauium aduersus orthodoxos agere intermisisse. Hæc omnia quum Acacius ex eis qui Byzantium Roma venerant cognouisset, tantum abest vt autoritate sua rebus huiusmodi, quum facile posset, interceserit: vt etiam administrum se Petri actionum præbuerit, & ferè omnes cum illo communicare coẽgerit. Quæ omnia adauxit, & vera esse confirmauit Simeones ille ex Insomnibus ad Felicem missus, qui apertè Simmum & Vitalim quod cum hæreticis communicassent conuicit, quódque ipsis præsentibus propalàm Petri nomen ex sacris tabulis promulgatum esset, quum ne per prætextum quidem grauiter sed id illi ferre ostendissent. Quapropter factum, vt permulti ex simplicioribus ab hæreticis seducti sint, qui à Romana etiã sede receptum esse Petrum dixerunt. Addidit & illud Simeones, quum variæ quæstiones in medium productę essent, Vitalim & Siminum cum nullo orthodoxo colloqui, aut per literas ei respondere voluisse, neque eos etiam de rebus in religione nouatis accuratiùs disquisiuisse. Monachorum quoque dicta presbyter quidam Syluanus, qui cum Vitali & Simino in vrbe imperante fuerat, comprobauit. Tum autem & Acacij epistola ad Simplicium producta est, quæ ostendebat Petrum dudum vt noctis filium exautoratum esse. Quas ob causas Simino & Vitali sacerdotalis dignitas abrogata, & ipsi lõgissimè à communione sancta repulsi sunt. Et communibus suffragiis synodus Romana hæc sic ad verbum decreuit, Petrum hæreticum, qui olim per sententiam, episcopali cathedra ei adempta,

Vitalis & Siminus episc. Rom. Pontificis Legati apud Zenonem in Ioannis causa.

Cyrillus Insomnium monachorũ præfectus.

Literæ Felicis ad Zenonem.

† *Item ad Acacium. Responsum Zenonis ad Felicem.*

† *Honorichus rex Vandalorum, plusquàm trecentis triginta quatuor episcopis in exilium pulsis, eò quòd Arianus esset in Catholicos admodum sæuit. Vict.*

Acacius nimium Moggo addictus.

Simeones Insomnis ad Felicem missus.

Vitalis & Siminus propter & Petrum & Petri sectatores & perperam obitam legationem damnati.

Synodus Romana Moggii damnat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acacium mēdacii arguit.

damnatus, proscriptus, & anathemate cōfossus est, ecclesia Romana non recipit. Cui quidem si aliud nihil quod obiiceretur esset, illud sufficeret, quòd quum ab hæreticis consecratus sit, orthodoxis præesse non potest. In sententia ea illud quoque fuit: Acacium Constantinopolitanum maximo crimini obnoxium esse, res ipsa indicauit, propterea quòd ad Simplicium scribens, Petrum hæreticum appellauerit, & id Imperatori non indicauerit: quum certè id, si Zenonem diligeret, facere debuerit. Proinde sicuti apparet, cōmodi sui desiderio Imperatorem complectitur, fidem autem non complectitur.

De seditione propter Moggum, quòd is quartam synodum anathemati subiecerit, Alexandria orta. Et de Felice Rom. atque Acacio Constantinopolitano episcopis.
Caput 17.

Moggus Alexandria insolentissimè se gerit, orthodoxiam damnans.

ACacius dissidium quod interuenit tollere, & vnionem inducere volens, ad episcopos & clericos Ægyptios, atque ad ipsum Petrum scripsit. Sed enim quum id malum Alexandriæ magis magisque inualesceret, Petrus quibusdā episcopis & Archimandritis, vt secum communicarent, persuasit: & in acta Chalcedonensia, Leonisque tomum, atque eos qui Dioscori & Timothei scripta non reciperent, anathemata comcecit. Eos verò qui ei non parebant, monasteriis suis exegit. Quæ omnia postquàm Zeno ex Nephalio quodam qui Alexandria Constantinopolim venerat, intellexit, magnopere conturbatus, ex satellitibus Cosmam quendam Alexandriam misit, qui admonitionibus omnibus G illi placitus esset, ostenderet, iussit. Hæc vbi Flauitas cognouit, auro multo templi custodem, qui idem princeps Imperialium cubiculariorū erat, corrupit, vt in charta pura nomen eius annotaret, eámque rursum Imperatoris sigillo obsignaret. Hoc vbi factum est, atque vbi constitutum ieiunij præteriit tempus, sigillo in charta sublato, de repentè Flauitas ingenti gloria, perinde atque à Deo designatus esset, affluens, correptus est, & magnifico saltu in patriarchæ thronum is conscendit. Verùm enimuerò piaculum id omnipotens prouidentia non diu latere passa, illusionem eam scenicámque actionem quā primùm in apertum produxit. Infelix enim ille quum non totos quatuor menses in sede ea trāsegisset, morte repentina ex hominibus sublatus est: quum ne dimidiam quidem partem † muneris eius, quo episcopalem dignitatē redemerat, corradere potuerit. Argentarij hæredibus eius instituere, & pecuniam nuper admodum mutuò datam exegere. Atque illi quòd soluendo non essent, Zenonem adiere, eique vt eos ab acerbis illis creditoribus liberarer, supplicarunt, & rem ipsam secretò ei ipsi qui de illa inquirebat, indicarunt. Zeno ea audita, obstupuit: & postquam non Christum, sed Chrysum, hoc est aurum potius, Flauitæ nomē in libello illo adscriptisse cognouit, iudicium reuera & iusticiam iuxta psalmum fecit: atque eunuchum quidem, qui sibi diuinam existimationem & gloriam arrogasset, tolli, pecuniam autem creditam ex substantia eius dissolui argentarijs iussit. Ipsam verò ecclesiam episcopis permisit, vt illi suffragus suis quem

Cosmas ad pacificationē instituendam Alexandriā à Zenone missus. Cosmas auticus nihil ibi agit, nihil itidem Arsenius militum dux.

Zeno ipse Chalcedonensem synodum nō probauit. Acacius exauteratur.

† * *Acacius contrà relicis nomen in sacro albo inducit, & moritur.*

† * *In ecclesiasticis censuris & excommunicationibus, causa in primis valet. Origen. Cùm aliquis exit à veritate, à timore Dei, à fide, à charitate, exit de castris ecclesiæ, etiamsi per Episcopi vocem minimè abiiciatur. Sicut è contrario aliquis nō recta iudicio foras mittitur: sed si antè non exiuit, id est, si non egerit vt meretur exire, nihil læditur. Interdum enim qui foras mittitur intus est: & qui foris est, intus videtur retineri. 24. quæst. 3. Aug. Custodi intus innocentiam tuam, vbi nemo opprimit causam tuam, prænalebit in te falsum testimonium, sed apud homines. Nunquid apud Deum valebit? vbi causa dicenda est. Quando Deus erit iudex, alius testis, quàm conscientia tua non erit. Inter iustum iudicem & conscientiam tuam noli timere nisi causam tuam. 11. quæst. 3. Quid obest homini, quòd ex illa tabula vult eū delere humana ignorantia, si de libro viuentium nō deleat iniqua conscientia? Aug. ibid.*

F

De Flauita Acacij successore, vt is dolo malo sedem episcopalem inuaserit.
cap. 18.

Flauitas cùm successor. Euagrius habet pirauitas.

POst hunc Flauitas Constantinopolitanum suscepit episcopatum: vir, qui quidem presbyter esse visus sit, sed vsque adeò ad audaciam & improbitatem summam peruenerit, vt id quod dicturus sum facinus, satis, qualis is fuerit, indicare possit. Zeno chartam puram in sacro reposuit altari, atque in charta alia per scriptum Deo supplicauit, vt per angeli manū, quæ in hominum conspectum non veniret, nomen eius adscriberet, quem cœlesti calculo Constantinopolitanæ ecclesiæ hierarcham præfectum vellet. Atque ob eam rem quadraginta dierum ieiunium indixit: & Deum omnes orare, vt qui

Per sycophanticam impostūram episcopatum is consequitur.

Repentina Flauitæ mors.

† τὸν ἕκτον τῆς ὑποθέσεως καὶ ἐφιστάσεως.

Sycophantis Flauitæ iudicatur. Redit in autorem sceleris, iussu Zenonis in dicio.

Canonica episcopi Euphemij electio.

quem idoneum esse procurationi ei iudicarent, A eligerent. Sic citra moram omnem, Euphemius ecclesiæ presbyter, vir clarissimus, orthodoxæ fidei & virtutis omnis studiosissimus, ecclesiæ gubernandæ præfectus est.

De literis synodalibus Flauitæ, Petri & Felicis, & de Euphemio, qui post Flauitam episcopatū gessit.
Caput 19.

QVum Flauitas adhuc thronum obtineret, synodales ad Petrum Alexandrinum epistolas dedit, & eiusdem generis literas ab eodem accepit, in quibus eadem de Chalcedonensibus actis, anathemati ea subiiciens, scripsit. Quum autem Flauitas ex rebus humanis excessit, quatuor tantum mensibus episcopatu gesto, & Euphemius ecclesiam administrandam suscepit, vt ei Petri ad Flauitam Synodales literæ redderen- B tur, acciditin quibus vbi res Chalcedonenses anathemate damnatas comperit, perquàm est conturbatus, & se à communione Petri subduxit. Apposuissem hic & Petri & Flauitæ literas, nisi me prolixitas illarum absterruisset. Et Flauitas ad Felicem scribens, se communionis illius esse, Petri autem coniunctionem auersari, significauerat. Idem ad Petrum literas dans, fecerat: communionem se illius recipere, Felicem autem reiicere insinuans. Quas literas vbi Felix à piis quibusdam ad se perlatas accepit, legatos Flauitæ cum contumelia Roma expulit. At Euphemius simulatque episcopatum iniit, nihil moratus, suis ipse manibus in sacris tabulis Moggi nomen expunxit, & Felicis appellationem reposuit: atque in sacro suggestu consistens, synodales more recepto epistolas Romam ad Felicem dedit. Porrò Papa scripta quidem illius recepit, & Euphemio veluti orthodoxo fauit, sed illum in episcopalem communionem non admisit, propterea quòd Acacij quoque & Flauitæ nomen in sacro libro non induxisset.

Flauitas in epistolis suis synodalib. Διλογίας, hoc est, bilinguis, simulque albus & ater.

Legati eius de causa contumeliæ Romæ exacti. Euphemius Constantinop. episc. Felicis nomen in sacro codice reponit, Moggi manū eximit. Et tamen à Felice in communionem episcopalem nō recipitur.

Vt petro Moggo Athanasius, & cnapheo palladius successerit, deque eorundem successoribus.
cap. 20.

ET quum Euphemius & Petrus inter se dissensuri, & synodos in prouinciis suis, alter aduersus alterum, propter Chalcedonensem synodum congregaturi essent, Petrus Alexandriæ è vita excessit, eique Athanasius cognomento Celetes siue Hermiosus, in episcopali throno D successit. Atque is quum multa quoque experiretur, vt dissidentia membra coniungeret, nihil tamen egit. In multas namque & varias opiniones discesserant. Non multo verò pòst, & Petrus Cnapheus Antiochiæ defunctus, Palladium successorem habuit. Cuius suffragator etiam fuit Anastasius Dicorus, qui post Zenonem Romanum malè administrauit imperium. Porrò Athanasius synodalia scripta ad Palladium mittens, eadem & ipse quæ Moggus de Chalcedonensi synodo retulit. Idem fecit Ioannes quoque, qui post eum Alexandrinæ præfuit ecclesiæ. Sed & Palladio Antiocheno mortuo, & Flauiano procurationem eius sortito, Solomon quidam Antiochiæ presbyter Alexandriam cum synodali-

Successor Moggi Athanasius.

Cnaphei Palladius. Athanasij Ioannes.

Palladij Flauianus.

bus literis missus est, solitas rursum eiuscemodi epistolas à Ioanne ad Flauianum allaturus. Ea quoque scripta idem de synodo pronunciabāt. Huic verò Ioanni Ioannes alter Alexandriæ successit, de quibus paulo pòst dicemus. Nam ad aliquod vsque Anastasij imperij annos, ad hunc modum res ecclesiarum processere. Euphemiū namque ille expulit. Hæc verò ita ordine exponere, quo facilius intelligerentur, coactus sum. Et ecclesiæ quidem tum sic se habebant. Nos autem orationem ad alia conuertamus.

Ioannis Ioannes alter.

Ab omnibus hisce Chalcedonensi synodus exagitatus.

De Theuderici Scythæ vastatione, & vt is interierit.
Caput 21.

THeuderichus Scytha magnis comparatis opibus, aduersus Zenonem arma cepit. Et cum copiis in Thracia coactis Romanam ditionem ingressus, obuia quæque diripuit, & vsque ad os Euxini peruenit. Atque ille Imperialem etiam ferè cepisset vrbem, nisi ex necessariis eius quidam vitæ eius insidiati fuissent. Quas veritus, retrocessit. Neque ita multum intercessit temporis, quum vitam etiam finiuit, per causam huiusmodi. Hasta expedita patrio more pro tabernaculo eius sublimis collocata erat. Quum autem corpus exercere deberet, equum adduci iussit, atque moræ impatiens, ex terra in illum insiluit. Quòd autem ex pascuis & equitio is nuper admodum venisset, ferocitatemque spiraret, necdum Theuderichus rectè ei insedisset, priores pedes in sublime iactans, posterioribus tantum institit. Theuderichus autem cum equo concertans, neque freno cohibere eum potuit, (ne scilicet fera super eum resupina concideret) neque satis certò aut firmiter illi inhæsit. Atque quum ita cum equo huc atque illuc in gyrum verteretur, nescio quomodo hastam illam concussit, & illa obliquè in eum illata, latus eius vulnerauit. Ex quo vulnere lecto affixus, vbi viscera eius ex conuulsione & inflammatione commarcuerunt, breui vitam amisit.

Gothos autor pro scytha habuit.

Theuderichi Gothi mors.

* *Theodoricus Theodemiri filius, Ostrogothorum rex, à Zenone patricia & consulari dignitate est exornatus. Blond. Idem Odoacrum vicit & Italiam obtinuit.*

De Marciani tyrannide, Anthemij qui Romæ obtinuerat imperium filij: & vt idem Marcianus captum sacerdotali dignitate sit decoratus.
cap. 22.

POst hunc aduersus Zenonem bellum mouit Martianus, Antemij qui non multo antè Romæ imperauerat, filius, Leontiam Leonis Romani Imperatoris Zenonis soceri filiam in matrimonio habens. Is enim ad se magis quàm ad Zenonem Imperium pertinere putabat: quod minorem natu Leonis filiam, quam illi Verina imperij tempore genuit, coniugem haberet: Ariadnam autem Leo adhuc priuatus ex vxore sua fustulisset. Eam ob causam Martianus ad tyrannidem spectauit. Et pugna ad Imperiale palatium commissa, cædes vtrinque facta ingens, & victoria Martiani fuit. Atque ille & sceptro potitus esset, & palatium occupasset, nisi rem in crastinum distulisset. Celerrima namque aquila

Bellum inter Martianū & Zenonem.

Martianus vitæ flor victoria & temporis opportunitate vsus non est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

καιρος, hoc est occasio rei benegerendæ facile amittitur. Occasionis pictura.

est, temporis opportunitas & occasio: quæ ad pedes aduolans, capi à quopiam potest: sin aufugiat, in altum aerem sublimis sublata, eos qui se persequuntur ridet, neque vt ad eos redeat, in animum inducit. Proinde quicunque imagines vel pingunt, vel fingunt, occasioni caput humanum tribuentes, comam in fronte demittunt, occipitium autem ad ipsam vsque cutim tondent: subobscurè quidem, sed sapienter admodum indicantes, si ea à tergo tardius nos sequatur, coma prolixiore teneri fortasse comprehensam posse: sin præcedat, minimè prehendi facillimè auolantem, neque persequenti quicquam quo teneatur præbentem. Id tum Martiano accidit. Quum namque tempus opportunum neglexisset, nanciscì id deinde haudquaquam potuit. Postridie enim diei eius à suis desertus, solus ad sacrorum Apostolorum templum supplex confugit: vnde per vim extractus, Cæsaream Cappadocum missus est: & paulo pòst inter monachos quosdam latitare & fugam meditari deprehensus, Tarsum inde Ciliciæ abductus est, vbi capite raso presbyteri dignitate est cohonestatus. Quam rem Eustathius Syrus rhetor, qui hæc conscripsit, sanè quàm eleganter memoriæ prodidit.

Martianus à suis desertus, ad Ecclesiam confugit.

Idem tandem presbyter fit. Eustathius rheter.

De Illi & Leontij tyrannide, & de structuris atque ædificiis Ammiani.
Caput 23.

Verinæ obitus.

IDem Eustathius quoque refert, Zenonem socrui Verinæ variè insidias tetendisse, & postremum eam Tarsum in Ciliciam relegasse: quæ postea quum in Papirij castello esset, quo tempore Illus & Leontius, quibus ipsa Imperij insignia contulerat, tyrannidem exercuerunt, vitam ibi finiuit. Historiam Illi Eustathius quoque stylo tersо prosequitur: quemadmodum videlicet is Zenonis insidias effugerit, & Zeno cum qui ad Illum necandum percussor summissus fuerat, iugulari præceperit: capitis supplicium pro eo quòd Illi cædes ei non successisset, veluti multam reportantem. Zenonem deinde rem eam consultò premere volentem, Illum Orientalibus copiis præfecisse: illum autem Leontio [& Pamprepe in societatem ascitis, tyrannidem in Cilicia apud Tarsum arripuisse. Adhæc, Eustathius idem addit, nihil illis tyrannidem profuisse, eo quòd Theuderichus Gotthus cum ingentibus prouincialibus simul & externis copiis aduersus eos à Zenone missus sit, cuius etiam iussu miserandum in modum sint occisi: condignam ab eo, quòd illum in Imperium restituissent, gratiam ferentes. Addit Rhetor idem illud quoque: Theuderichum, quem Zeno consulem & Thraciæ ducem renunciauerat, vbi insidias sibi ab eo strui sensit, aduersus veterem Romam exercitu duxisse. Odoacrum bello vicisse, & regia veste sumpta, regem se dixisse: multas præterea Occidentales gentes absque prælio, item Vandalos, magnam vrbem Romam, & (vt semel dicam) Hesperiam plagam omnem cepisse, atque ditioni suæ subiecisse. Sunt qui dicunt, Zenonis suggestione ea Theuderichum egisse. Eodem tempore & Mammianus, vir cruditi honore clarus, & senatorius in Daphne, qui suburbanus Antiochiæ lucus fuit, ædificium construxit, quod ab illis Antiforum dictum est. Intra vrbem autem Imperiales duas porticus magnificè admodum, magni precij & varij coloris lapidibus exornatas condidit: inter quas Tetrapylum medium ingentibus columnis & ære conspicuum statuit, solo lapide Proconesio constrato. Hæc hactenus.

Res Theuderichi Ostrogothi, cuius mors paulò antè descripta est.

Hesperia.

præclara Mammiani apud Antiochiam ædificia.

De obitu Zenonis, & electione Anastasij Dicori.
cap. 24.

ZEno finem vitæ sibi appropinquare videns, ex eis qui futura prædicere existimantur, Maurianum quendam, quisnam post eum (liberos enim ex lumbis suis procreatos nò habebat) imperaturus esset, consuluit. Qui respondisse dicitur, ex Silentiarijs aliquem, non imperiù mo, dò, sed & vxorem eius recepturum esse. *b* Zeno autem, quòd Pelagium designari putabat, virũ præclarum & sapientem, ferro eum cædi iussit: atque insuper alios etiam nihil commeritos, necari curauit. Et morbo comitiali correptus, quòd vim eius non ferret animam egit, Pelagij nomen in ore habens. Fertur etiam, quòd eum Ariadna coniunx odisset, quum epilepsiæ doloribus distenderetur, & speciem defuncti præberet, viuum adhuc ab illa sepulcro inclusum esse. Alij verò tradunt, quum ex ebrietate sensum omnem amisisset, in tumulum coniectum esse: & postquam ad seipsum per sobrietatem redijsset, in ipso monumento exclamasse, vitam se solam, non etiam Imperium petere, paratumque esse cuiuis iureiurando interposito eo cedere: neminem autem illum ea dicentem, propterea quòd cõiunx Ariadna id prohibuisset, miseratum esse. Hic ad hunc modum vitam finiuit, quum decem & septem annos in Imperio tyrannidem exercuisset. Quibus annis Basilisci etiam menses cõnumerati sunt. *c* His ita gestis Longius Zenonis frater, quòd ad magnam potentiam peruenisset, Imperium se sibi vendicaturum sperauit. Verùm ille opintone sua falsus est. *d* Nam Ariadna vnà cum Senatorum ordine, *e* Anastasio * Dicoro, qui nondum in Senatum lectus, adhuc in Schola Silentiariorum erat, Imperatoriam imposuit coronam. Eustathius, cuius paulò antè meminimus, scripsit, ab initio Diocletiani tyranni imperij, vsque ad finem Zenonis, & designationem Anastasij, intercessisse ducentos & septem: ab eo autem tempore quo Augustus monarcha factus est, quingentos triginta duos annos & menses septem: ab Alexandri Macedonis regno, annos octingentos triginta duos, menses septem à Romulo porrò annos *f* mille & quinquaginta duos, menses septem: & à Troia capta mille sexingentos octoginta sex annos, menses septem: à diuina Domini incarnatione, annos quadringentos & nonaginta duos: ab ipso denique Adamo annos quinquies mille *g* noningentos octuaginta quatuor.

a Zenone primo ecpe incendiũ sæuissimum fuit, in quo præter maximam vrbis partem cõflagratam, centum & viginti millia librarũ dispersere. Et in his & Homeri poëmata integrum draconis ilio, pedum aureis literis descriptum. Egnat. Annotatio est de Zenone ex Suida in fine huius libri.

b Zeno vnico aliquot liberos nec at, successorem se suum sublaturũ præsentiebat.

c Longinus Zenonis frater frustra ad imperij aspiratio Scholæ Silentiariorum.

d Anastasius Dicorus vna cum imperatrice.

e Ariadna Imperium nomen accepit.

* Dicorus cognominatus est à discoloribus oculorum pupillis, quæ χῶραι dicuntur, quarum dextra nigricans sinistra cærulea fuerit.

De ecclesiarum eius temporis statu, qua quæque fuerit de Chalcedonensi synodo opinione, & de exilio Euphemij Constantinopoli. Cap. 25.

Anastasius

ANastasius diademate sumpto, quum nondũ A scripsit: deinde post hunc & Macedonium, cui matrimonium contraxisset, Ariadnam vxorem duxit: & Epidamnum patriam suam, quæ nunc Dyrachium dicitur, vt natale solum honore prosequeretur, pulcherrimè exornauit, & validissimè muniuit. Et primùm Longinum magistrum, aulicorum scilicet ordinum præfectum, Seleuciam, vbi ortus fuerat, misit: deinde reliquum etiam Isaurorum genus eiecit. Atque ipsum Longius, & qui cum eo relegati fuerant, indignè ferentes, ad tyrannidem aspiraruntt: sicuti postea dicemus. Anastasius quum pacificus esse, neque quidquam rerum nouarum in Ecclesiæ statu excitare vellet, plurimumque studij in eo collocaret, vt sanctæ Christi ecclesiæ tumultibus, & verborum contentionibus, disputationibus, & dissidiis ecclesiasticis simul & ciuilibus omnibus sublatis, homines in multa tranquilli- B tate viuerent, & subditi populi pacati essent: euenit, vt temporibus eius Chalcedonensis Synodus, neque propalàm per ipsum constitutionibus Imperialibus edendis promulgaretur, neque etiam reprobaretur. Verùm sicuti quibusque ecclesiarum præsidibus videbatur, ita de ea sentiebant. Nam qui eam fortiter defendentes propugnabant, non verbum vnum in eius decretis, ac ne syllabam quidem, aut literam, aut apicem saltem loco moueri aut mutari passi sunt, & per libertatem magnam à commercio & cõmunione aliorum resiliere: adeò vt ne in ædes quidem suas eos admitterent, qui ea quæ rectè ibi decreta essent, non reciperent. Fuere autem qui eam non tantum non approbarẽt, sed etiam publicè vnà cum Leonis tomo anathemate iugularent. Alij de henotica Zenonis constitutio- C ne itidem faciebant, atque à seipsis inter se dissidebant: ita vt quidam duas naturas in Christo, quidam vnam dicerent: atque ij quidem literis insidiosè compositis, per fraudem deciperentur: ij autem pacem sibi consectandam esse putarẽt. Id malum eò processit, vt Ecclesia quælibet in factiones suas diuideretur, & episcopi à consuetudine mutua abhorrerent. Proinde in multas sectas, Orientales Occidentalesque atque etiam Libycæ partes dissectæ sunt. Neque enim Oriẽs consentire cum Occidẽte neque rursum Libya conciliari hisce voluit. Et quod omnium indignissimum est, neque ipsi inter se Orientalium ecclesiarum antistites ad communionem conueniebant, neque Europæi atque Occidentales, D neque etiam Libyci episcopi conuentus inter se agebant: nedum cum eis qui extra regionum suarum fines essent, congrederentur. Tanta cõfusio mentiumque caligo orbem vniuersum incessit. Porrò Anastasius tametsi tranquillitatem sibi conseruandam esse proposuerat, neque mutare quicquam in Ecclesiis voluerat, inconsulta tamen eorum temeritate, qui ad res nouas spectabant, permotus, quoscunque præter morem nugas agere, & vel impudenter Synodum sanctam damnare, crudeliterque anathemate configere, vel rursum apertè eãdem & clarè in sacris templis deprædicare intelligebat, è thronis vtrosque deiiciebat, inhumaniterque exigebat, atque ad eum modum permulti episcopi multati sunt, & in primis, sicuti antea etiam diximus, Constantinopolitanum ille Euphemium pro-

Longinus magister aulæ Imperiali exaltatus.

Libertas professionis fidei sub Anastasio.

dissidia ecclesiarum.

Anastasium asserores & defensores & oppugnatores Synodi Chalcedonensis è thronis suis deturbat. Euphemij & Macedonij episcoporum Constantin. prosecutio.

Macedonio Constantinopolis episcopo, vt & in sede sua sit expulsus, & quem vitæ finem habuerit. Item de episcopis Alexandrinis.
Cap. 26.

VErumenimuero veluti † Patroclus, prætextus hic ab Anastasio contra eos obtendebatur, quòd res nouas in ecclesias inducerent, sed quæ occultè Anastasium malè habebant, longè alia erant: præclara scilicet Euphemij pietas, & quòd is antea Anastasium ecclesia excluserat, propterea quòd opinionem de se præbuisset, contagione Dioscori infectum esse: & quòd turbam concitare volens, comminatus Euphemio esset, se illi accepta à Zenone potestate caput tõsurum, cathedramque eius euertisset. Præterea quum Ariadna purpuram Anastasio circundaret, Euphemius sacrorum antistes animo forti restiterat: neque prius se quæ statæ cæremoniæ postulant facturum esse dixerat, quàm ille graui iuramento in scriptum relato confirmasset, fidem se inuiolatam seruaturum: neque quicquã rei nouæ Imperij sui tempore in ecclesiam illaturum, necnon Chalcedonensem synodum ex animi sententia reliquis tribus additurum esse. Consenserat conditionibus his, & eas in scriptum retulerat Anastasius, & sub hæc cæremonias solitas in eo episcopus peregerat. Non longè verò pòst Euphemium adortus Anastasius, libellum eum ab eo repetiit: & quòd eum ille non reddidit, solum exilij causa vertere iussus eò. Vitæ quoque eius ita insidiatus est, vt ex familiaribus Euphemij quidam nomine Paulus, vir procerus, & † humeris ipsis superextans, quod aduersus eum dispositum circumferebatur ferrum, exceperit. Atque hunc, ob eum modum, & ob talem causam in exilium egit, quum quidem id populus ægerrimè ferret. Macedoniũ autem, cui Euphemius syngraphá stipulationis suæ crediderat (nam ei sacrorum quoque donariorum custodia commissa fuerat) in sacram fustulit cathedram. Fecerat autẽ ea quæ dicta sunt Euphemius, quum ob eas quas commemorauimus causas, tum quòd * Manichæorum hæresim Anastasius multis fouere visus esset, quippe cuius etiam mater eam ardore ingenti consectaretur. frater quoque eius, Anastasij scilicet auunculus Clearchus, Arianismi compertus fuerat. Quapropter & Manichæis & Arianis purpura sua Anastasius lætitiam attulit, mutationem aliquam futuram expectantibus. Macedonius vbi episcopalem thronum conscendit, ab eo quoque promissi sui scriptum Anastasius recipere contendit: contumeliam iniuriamque sibi fieri ratus, si libellum suum qui vitam eius redarguebat, post se relinqueret. Cæterùm quum & ipse itidem vt Euphemius, constanter ei aduersaretur, & fidei omninò proditionem esse, si libellũ eum redderet, existimaret, fortiterque prorsus contra eum contenderet, varia Anastasius iniit consilia, vt & hunc è sede deturbaret: tentauitque adeò omnia, vt quod conabatur efficeret. Sed enim quum quod faceret non haberet, hæreticorum consessu collecto, per vim Macedo-

† Prouerbialiter hoc dictum. Erasmus Rotterod. in prouerb. Patroclì occasio. Causa odij Anastasij in Euphemium.

† ὑπερωμίας.

Anastasius Manichæus.

* Eutychianæ quidè hæresi eum adhæsisse constat.

cur Anastasius Macedonium sit persequutus.

Fabricius Bibliotheca Graeca vol. X p. 1244. Secundum neotericos à mundo condito 4470.

mittit, vt Synodum Chalcedonensem damnaret, cogere voluit. Quod vbi multitudo sensit, ad eum locum accurrit, & apertè exclamauit: Martyrij tempus adest, Nemo longiùs à pastore abistat. Et conuicia in Imperatorem coniecit: Manichæum, qui imperio indignus esset, vocans. Et Anastasius sibi metuens, ad fugiendum paratus fuit: Macedoniumque quæsiuit, quem antea se neque respecturum esse adiurauerat. Macedonius cum libertate multa Anastasium, veluti rei ecclesiasticæ hostem obiurgauit. Atque ille tum in verbis eius acquieuit: seque placabiliorem prębens, summisit. Postmodum autem propter animi improbitatem accusatores aduersus eum mercede conduxit. Et præstò fuere adolescentuli quidam, qui non minus seipsos quam Macedonium per sycophantiam calumniosè detulere, & flagitium obscœnum & fœdũ mendaciter produxere. Sed enim postquam in continenti illorum confictam calumniam Macedonius, tunica subducta, virilibus se carere ostendens, conuicit, ad concilium aliud fraudis plenum confugit. Nam per Celerem aulæ præfectum libellum confici iussit, in quo duæ Synodi reliquis duabus omissis conscriptæ erant, eumque se recipere professus est. Quę res à Macedonio approbata, & quòd præterea henotico Zenonis is subscripsisset, reprehensione nõ caruit. Quamuis postea quum in Dalmati monasterio esset, in oratione quadam omnibus pietatem consectantibus, offendiculum id & crimen obiectum diluit, disertis verbis sanctam quartam Synodum comprobans: & eos qui illam non reciperent, hæreticos vocans. Anastasius Celere magistro ad se euocato, per eum clàm Macedonium ex throno deduxit, & Euchaitem in exilium misit. Senatus & populus Constantinopolitanus eam ob causam in magno fuit mœrore. Nam & vitæ sanctitatem & doctrinæ sinceritatem in Macedonio admirabãtur, & pietatis studio dignitateque sacerdotali is valde enitebat, vt qui à Gennadio eductus atque doctus fuisset, cuius etiam ex, † fratre nepos fuit. Contra sectatores eius postea grauis persequutio orta. Quidam enim exilio, nõnulli relegatione, aliqui accusationibus iniquis, alij bonorum publicatione afflicti sunt. Multi etiam qui fuga sibi consuluerunt, Romam peruenerunt. Imperator illico Chalcedonensium actorum libellum, quẽ Macedonius discedens in sanctiore ara deposuerat, per Calopodium quendam furtim sublatum concidit, atque igni tradidit: & Macedonio qui fugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, quum quidem nondum diuino regenerationis lauacro initiatus esset. Calandió vbi hominem eum, & latentem in eo maleuolentiam ex signis & coniecturis quibusdam cognouit, ab ecclesia eum proscripsit. Vbi verò Calandioni Petrus Cnapheus successit, Xenaiã ille non solum recepit: verum etiam nondum baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis episcopũ creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbi tandem se episcopatum viro nondum baptizato mandasse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo consecrationem. Xenaias iste primus (ô audacem animum, & os impudens) vocem illam euomuit: Christi, & eorum qui illi placuere, imagines † venerandas nõ esse. Itaque impietatis

Criminatores in Macedoniũ ab Anastasio subornati.

Hos facile ille refellit.

Alium criminis pretextus contra Macedonium quæsitus, quasi synodum Chalcedonensem nõ coprobarit.

Macedonij exilium.

† ἀδελφιδοῦς.

Persequutio sectatorum Macedonij.

Hunni ex Caspiis claustris erumpentes.

Macedonij cædes.

* τῶν ἁγίων τὸν ἅγιον θέντων πλάνων.

Macedonius Anastasium ad tribunal Christi euocauit.

Timotheus Macedonij successor.

Anastasius in exiliũ mittit episcopos, Flauianum Antiochenũ, Heliam Hierosolymitanũ, Ioannem Alexandrinum. Idem ergo Ioannem Tabennesiotam ingressus.

† Κύλων, ὁ δερμὸς εἰς σωφροσύν. suid. hoc est, ad rem veneream calidus.

De Xenaia Hierapolitano, & Flauiano Antiocheno episcopis, narratio.
cap. 27.

Xenaias ex sciopo natus presbyter.

DE Flauiano Antiocheno hęc memorię prodita sunt. Xenaias quidam erat (Philoxenũ græca lingua rectè vocet) genere Persa, & fortuna seruus, peridoneus sathanæ minister: qui sub Calãdionis episcopatu, quum ab hero suo profugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, quum quidem nondum diuino regenerationis lauacro initiatus esset. Calandió vbi hominem eum, & latentem in eo maleuolentiam ex signis & coniecturis quibusdam cognouit, ab ecclesia eum proscripsit. Vbi verò Calandioni Petrus Cnapheus successit, Xenaiã ille non solum recepit: verum etiam nondum baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis episcopũ creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbi tandem se episcopatum viro nondum baptizato mandasse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo consecrationem. Xenaias iste primus (ô audacem animum, & os impudens) vocem illam euomuit: Christi, & eorum qui illi placuere, imagines † venerandas nõ esse. Itaque impietatis

Idē episc. nõdum baptizatus.

Hic imagines Christi & sanctorum eius venerari prohibuit.

† μὴ δεῖν προσκυνεῖν.

† * *Multi sacerdotum culpam zelo Dei persequi præsentur, sed dum indiscretè id agitur sacrilegia facinus incurrunt: & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis in deterius cadunt. 24. quæst. 3. Apud Deum & eius ecclesiam neminem potest grauare iniqua sententia. Aug. 21. quæst. 3.*

Tumultus monachorum cõtra Synodum Chalcedonensem. Antiochiæ. aliorum monachorum cædes. Alius ibidẽ monachorum tumultus.

impietatis istud mancipium magno cum tumultu, multis sibi ex prima Syrorum gente ascitis, & non exigua ex Cynegico siue Venatico monasterio multitudine assumpta, vnà cum innata sibi improbitate in vrbem peruenit: & Flauiano vim maximam intentauit, vt Chalcedonensem Synodum & Leonis tomum ille anathemate dãnaret. Quod quum Flauianus se facturum non esse confirmaret, & monachi ei contrà imminerent, populus episcopum suũ periclitari audiẽs, pro se quisq; statim vt potuit consurgens affuit, & cædes tanta monachorum facta est, vt corpora eorum propter multitudinem in Orontem amnem, vt vndas eius pro sepulcris haberent, coniecta sint. Ad hæc etiam isto non minus accidit malum. Monachi nanque in * Cœlesyria Flauiano valdè addicti, propterea quòd is in vicino quodam loco, cui Tilmognus nomen erat monasticam egisset viram, turba ea cognita, Antiochiam se contulerunt, Flauianum omnibus modis defensuri. Atque ibi tum non minor accepta clades. Propter hunc igitur & illũ casum, Flauianus fraude quadam in exilium abductus est, petram quãdam præruptam & sublimem in Palæstinæ finibus incolere per vitam iussus. Hæ causæ sunt, quam ob rem tanti viri Macedonius & Flauianus, sedibus suis exacti sint. De quibus etiam monachi Palæstini ad Alcisonem scribentes, hæc verbis hisce commemorant.

* *Dicitur hæc etiam secunda Syria.*

Exilium Flauiani.

Quæ Monachi Palæstini ad Alcisonẽ de Macedonio & Flauiano Antiochenis scripserint: & de ecclesiarũ eo tempore confusione. *Cap. 28.*

Palæstinorum monachorum ad Alcisonẽ scriptum.

PEtro vero defuncto, rursus inter se dissidere cœperunt Alexandria & Ægyptus, & Libya: & factio quælibet suos sibi conuentus egit. Reliquus etiam Orieus ab aliis ecclesiis segregatus „ est, quòd occidentales non aliter communicare „ cum eo voluerint, quàm si Nestorium, Eutyche „ tem & Dioscorum anathemati subiiceret, eis„dem̃que Petrum Moggum & Acacium adderet. „ In hoc statu quum ecclesiæ orbis vniuersi res „ essent, qui germani Dioscori & Eutychetis se„ctatores fuere, ad maximam paucitatem redacti „ sunt. Et quum res illorum eo recidissent, vt quã„primum in terra defecerent, ampliusque non ex„tarent, Xenaias re ipsa nomini suo respondens († alienus quippe prorsus à Deo) nescimus quo consilio, qualve aduersus Flauianum inimicitias vindicans, sub obtẽu fidei, sicuti plerique aiũt, contra eum commotus, veluti Nestorianum ea „ lumniosè criminari cœpit. Atque vbi ille Nesto„rium vnà cum opinione sua anathemate confo„dit, ex eo tempore rursum ad Dioscorũ, Theo„dorum, Theodoritum, Iban, Cyrum, Eleutheri„um, & Ioannem transit, & nescimus quos alios „ insuper & vnde collegit. Quorum quidam verè „ Nestorij dogma profitebantur: quidam autem „ eius hæresis suspecti, anathema in Nestorium „ contorserant, & in ecclesiæ communione ac„quiescebant. Eis ita collectis ad Flauianum: Ho„sce, inquit, omnes Nestorij cõtagione infectos, „ nisi anathemati subdideris, Nestorianus es, vtcũ„que vel decies millies illum vnà cum dogmate „ suo anathemate confodias. Per literas quoque „ Dioscorianos & Eutychianos permouit, eisque

In rebus Flauiani & Xenaiæ.

† ὁ τοῦ θεοῦ ξένος πάντως.

A persuasit, vt sibi patroni aduersus Flauianũ adessent: secum perituri, vt ille non in Synodum, sed in eos quos diximus viros anathema iacularetur. Eis verò Flauianus episcopus diu multùm̃que restitit. Sed enim vbi alij quoque contra ipsum cum Xenaia coniuncti sunt, Eleusinus videlicet quidam secundæ Cappadociæ, Nicias Laodicęę Syrorum, atque alij aliunde episcopi, quorum * pusillanimitatis erga Flauianum causam, non nostrum sed aliorum potius est exponere: tandem per eos ipsos se illos ad pacem adductucturum esse arbitratus, contentioni ei cessit, & „ in scripto anathema in eos qui dicti sunt viros „ coniecit, atque id ad imperatorem misit. nam & „ hunc quoque contra eum veluti Nestorianum „ commouerant. Verùm Xenaias hisce non con„tentus, rursum anathema in ipsam Synodum, & „ eos qui duas naturas & carnis & diuinitatis in „ Domino profitentur, iaciendum à Flauiano pe„ tiit. Atque vbi ille ei nõ paruit, vt Nestorianum „ rursus criminarus est. Et cùm de his rebus multa „ agitata essent, & patriarcha formulam fidei com„ posuisset, in qua Synodum quidem propter Ne„ storij & Eutychetis condemnationem, non autẽ „ vt vim decreti & doctrinæ fidei haberet, recipi„ endam esse profitebatur: rursum eum, vt qui oc„ cultè Nestorianus esset, aduersarij, nisi anathe„ mati etiam Synodum ipsam, & duas naturas car„ nis & diuinitatis in Domino profitentes subii„ ceret, criminari cœperunt. Adduxerunt illi quo„ que multa verborum fraude in sententiam suam „ Isauros: & scripto de fide edito, in quo Synodũ „ vnà cum eis qui duas naturas aut † proprietates „ in Domino esse dicũt, anathemate condemnarũt. „ Itaq; à Flauiano & Macedonio secesserunt: & eũ „ aliis se coniunxerunt, qui scripto ei subscripsere. „ Interea etiã ab Hierosolymitano antistite de fide „ scriptum exegere, qui id compositum ad impera„ torem per ipsos Dioscorianos misit. Atque id il„ li, anathema complectens in eos qui duas natu„ras dicunt, proferunt. Ipse autem Hierosolymita„ nus episcopus deprauatum id ab eis esse asseue„ rat, aliudque scriptum sine eiusmodi anathe„ mate producit. Neque id mirum, siquidem scri„ pta patrum quoque adulterarunt: & multos A„ pollinaris libellos per inscriptiones ipsas Atha„ nasio & Gregorio mirifico illi & Iulio attribue„ runt, per quos maximè ad impietatem suã mul„ tos pertrahũt. Efflagitarunt verò à Macedonio „ etiam scripram fidei formulam quam ille quo„ que edidit: solam se trecentorum decem & o„ cto & rursum centum & quinquaginta patrum „ fidem nosse confirmans. Nestoriumque & Euty„ chetem, atque eos qui vel duos filios aut Chri„ stos opinantur, vel naturas diuidunt, anathema„ te feriens: neque Ephesiæ à qua Nestorius dam„ natus est, neque Chalcedonensis quæ Euty„ cheti dignitatem abrogauit, synodi mentionem „ faciens. Quam rem monasteria Constantinopo„ li ægrè tulere, & ab episcopo Macedonio defci„ uere. Interea Xenaias & Dioscorus multis sibi „ ascitis episcopis, superbi & intolerabiles fu„ cti sunt: motusque aduersus eos, qui in ana„ thema non consentirent, graues concitarunt: „ inter quos, si qui illis prorsus non cederent, eos „ modis omnibus in exilium pellere sunt conati. „ Atque ita tandem Macedonius & Flauianus, „

X

* μικροψυχίας.

† ἰδιότητας.

De Helia Hierosolymitano.

Hæretici studiosè libros veterum depranarunt.

De Macedonio Constant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Ioannes insuper,* Palti episcopus, solum exi- E nonnulli in sententiam eorum abducti sunt, in
lij causa verterunt. Hæc hactenus.

* Euagr. habet lib. 1. cap. 31.

Vt post Flauianum impius Seuerus sedem Antiochenam inuaserit. De eiusdem vita, & vt confestim Synodum Chalcedonensem anathemate maculauerit.
Caput 29.

FLauiano ad hunc modum exacto, Seuerus impius & ἀκέφαλος, hoc est, nullius capitis vir, alter omnino improbitate Eutyches, aut Dioscorus, Antiochenum conscendit thronum: qui Sozopoli Pisidiæ ortus, Beryti legum scientiæ & actionibus forensibus operam dedit. Atque vbi Christianam addidicit doctrinam, confestim animo mutato, baptismi lauacro initiatus est, in Leõuj illustris martyris templo, quod in maritima regione Tripolis in Phœnicia situ F est. Et deinde monasticam vitam in domicilio quodam inter Gazam & Maiumã oppidum coluit: vbi Petrus etiã ille ex Iberia, qui episcopus Gazæ declaratus, vnà cum Timotheo Aeluro proscriptus est, eodẽ vitæ genere cultu, celebrẽ de se famã posteris reliquit. Porrò Seuerus sermonem primum disputando cum Nephalio cõtulit, qui eiusdem cum illo opinionis antea fuit, naturam vnam in Christo professus: postea autem & ipse Chalcedonensem synodum, & eos qui duas naturas perhibent, tutatus est. Et quum se confidentius arrogantiúsque Seuerus in disputationibus gereret, vnà cũ popularibus suis, aliisque etiam plurimis, eandem opinionem cõsectantibus, monastico domicilio suo à Nephalio electus. Atque ille inde in imperialem concessit vrbem, Imperatori supplicaturus, vt sibi atque suis, qui cum eo pulsi fuerant, phronistetia sua restituerentur. Ita factum, vt in imperatoris & Senatorum notitiã peruenirent: sicuti hoc qui Seueri vitam conscripsit, refert. Ioãnes porrò qui † cum illo iudicio contendit, scriptum reliquit: Seuerum, cùm consecrari deberet, iuramentum in scriptum relatum imperatori Anastasio obtulisse, à quo die throno Antiocheno potirus esset, haudquaquam se synodum Chalcedonensem anathemati subiecturũ esse. Eumque eo ipso quo consecratus est die à sectatoribus suis instigatum, pro concione ex ambone anathema in eã iecisse: idemque disertis verbis, cum synodales literas scriberet, fecisse. Qua de re literæ illæ quas diximus, ad Alcisonẽ scriptæ, hæc referunt.

Leontius martyr.

Petrus monachus.

Seuerus à Nephalio monasterio pulsus.

† ἀκέφαλος αἱρεσίς τις ἦν τὸ πάλαι ἔξαρχος, *hoc est, Acephalorum, id est, capite carentium haresis quædam est cuius autor Seuerus fuit. Suid.*

Ex literis ad Alcisonem missis excerpta verba, de impio Seuero. *Cap. 30.*

SYnodales Timothei Constantinopolitani episcopi hic in Palæstina receptæ sunt: Macedonij autem & Flauiani condemnatio recepta non est, sicuti neque synodalia scripta Seueri. Quin illi etiã qui eas huc attulere, cõuitiis atque contumelijs, pro eo atque cõuenit, affecti, vrbe profugerunt: propterea quòd aduersus eos populus & monachi commoti essent. Ac res in Palæstina quidem sic se habuere. Antiochiæ autem

Scriptum monachorum Palæstinorũ ad Alcisonẽ, de statu Syriæ & Palæstinæ ecclesiarum.

Seuerus consulto periurus † ὁ αὐτῶ Δίαχρι-σμος. *Nicephorus* μετὰ ταῦτα ὁ Δια-κρισμός, *Theodorus lector, lib. 1.*

quibus etiam est Marinus Beryti episcopus: qui dã autem necessitate & vi adacti, eisdẽ Seueri synodalibus literis, anathema simul & in synodũ, & in reliquos qui duas naturas aut proprietates carnis & diuinitatis Domini profitentur, cõplectentes, assensere. Aliqui porrò, quoniam vi & metus causa assensi fuerant, sententia mutata errorem reuocarunt: inter quos sunt, qui sub Apamea censentur episcopi. Quidam verò omnino eis non consensere, in quibus sunt Iulianus Bostrensis, & Epiphanius Tyrius, aliique (vt dicunt) episcopi quidam. Sed enim Isauri nunc respicientes, cùm priorem suum condemnant errorem, tum Seuerum factionisque eius populares anathemate iugulant. Alij qui sub Seuero sunt episcopi & clerici, ecclesiis relictis fugerũt: quorum vnus etiam est Iulianus Bostrensis, & Petrus Damascenus, qui hic sũt. Sed & Mamas, qui vnus ex Dioscorianis est, duas naturas ab initio (incarnationis Verbi, sed postea vnam tantum naturam) profitentibus à quibus etiam Seuerus transfugisse ductus est, cùm illorum antea præfractam temeritatem condemnasset. Et post quædam. Monasteria autẽ quæ hic sunt, & Hierosolyma ipsa, in recta fide Deo duce concordant, aliæque etiam plurimæ cum episcopis suis vrbes, pro quibus omnibus, atque item pro nobis, Domine sanctissime & reuerẽdissime pater noster, ne in tentationem incidamus, sac ores.

Qualia de Seuero, cui episcopatus ademptus est, ipse Epiphanensis Euagrius scripserit. *Cap. 31.*

QVæ verò de Seuero Euagrius Epiphanensis memoriæ mandarit, verbis hic eius apponam. Scribit enim ad hunc modum. Quandoquidem literæ istæ Palæstinorum monachorum Apameno s episcopos à Seuero resiluisse ostendunt, age afferamus huc, quod à patribus per manus acceptum, quanuis hucusque in historiã relatum non sit, ad nos peruenit. Cosmas patriæ nostræ Epiphanię episcopus, quam Orontes alluit, & Seuerianus vicinæ Aretusæ antistes, cùm ad synodales Seueri epistolas perturbati essent, & se à communione eius disiunxissent, libellum quo illi dignitatem abrogarunt, ad eum, cùm adhuc Antiochiæ episcopus esset, miserunt. Eum libellũ Aureliano primario ecclesiæ Epiphaniẽsis diacono ad illum perferẽdum dedẽre. Atque H is, quòd Seuerum & episcopatus tanti amplitudinem metueret, vbi Antiochiã venit, muliebri habitu sumpto, Seuerũ adiit, delicatius molliusque incedens, ac gestu omni fœminã se esse assimulans: & supplicis more lamentans, atque ex animi penetralibus cum gemitu illum obsecrãs condemnationem accedenti illi dedit: & per cõsequentem hominum turbam omnibus deceptis, prius per fugam saluus euasit, quàm Seuerus quæ in libello scripta essent, legit; nihilominus tamen Seuerus libello accepto & sententia eius intellecta, in sede sua vsque ad Anastasij obitum permansit. Postquam Anastasius rem eam, sicuti Seuero acciderat, cognouit (memoriæ enim tradendum per humanum aliquod Anastasij factum) Asiatico Asianam Libanesiæ in Phœnicia procurationem gerenti mandauit, vt

Seuero Cosmæ Epiphanitæ, & Seuerianus Aretusius, episcopi, libellum exauctorationis acta pia insinuant.

Cosmam

" Cosmam & Seuerianum ecclesiis suis, propter A
" missum Seuero condemnationis libellum, eiceret. Qui postquam in Orientis partes peruenit, multosque mortales Seueriani & Cosmæ dogma defendere, & ciuitates suas fortiter illos tueri reperit, ad Anastasium retulit, sine sanguine fuso viros eos thronis suis expelli non posse. Et Asiatico Anastasius rescripsit: nihil se, etiamsi magnum & eximium quicquam sit, procedere & obtinere velle, si vel gutta sanguinis effundenda sit. Atque hæc quidem non multo pòst sic acta sunt.

De Helia Hierosolymitano episcopo, vt propter Synodum Chalcedonensem imperatori restiterit. Et vt magnus Sabbas ad imperatorem missus, inter ipsum & Heliã offendiculo sublato transegerit. *cap. 32.*

IMperator autem Palæstini quoque throni episcopo Heliæ, Passarionis filio, qui Salustio B Martyrij successori successit, vt cum Chalcedonensis synodi obtrectatoribus communicaret, instituit. Helias autem, quòd grauis inter ecclesiarum antistites seditio esset (Romani nanque à Byzantiis dissidebant, quòd Acacium in sacrum album retulissent: Byzantij autem Alexãdrinos auersabantur, quòd illi Dioscori communionem admisissent, & synodum Chalcedonensem anathemate prosequuti essent: Palladius verò Antiochenus quæ grata imperatori essent faceret synodum eam auersatus, & Alexandrinorum acta, quę Anastasius comprobabat, complexus) Helias inquam quum tanta rerum confusio esset, cum solo Euphemio communicandum sibi esse statuit. Atque vbi ille propter fidem orthodoxã, sicuti dictum est, proscriptus esset, & Macedonius episcopatum eius recepisset, proscriptioni Euphemij, quod contra canones facta esset, haudquaquam assentiri voluit: Macedonij autem, vt qui sanam deprædicaret doctrinam, communionem admisit. Quandoquidem verò Palladij Antiochiæ successor Flauianus, sanę addictus doctrinę, idem cum Helia & Macedonio sensit, * fortissimus in impietate tyrannus iram continere, & tantorum virorum concordiam ferre non potuit: sed furore feruens, & quã maximè ferociens, Macedonium vrbis imperantis pastorem, per eas quas diximus calumnias etiminationes, cum ignominia Ecclesia eiecit, & D episcopalem thronum Timotheo tradidit. Meditatus ille quoque est, quomodo Flauianum & Heliam in exilium mitteret. Tum verò temporis, vt eos Timotheo coniungeret, operam dedit. Et illi communicandum sibi quidem esse cum Timotheo, qui orthodoxæ doctrinę assentiri videbatur, statuerunt. Macedonij autem exilium minimè ferre potuerunt: vt quod per violentam potius dominationem, quam ecclesiæ sanctionem decretum fuisset, sicuti etiam ante eum in Euphemio acciderat. Quam ob causam imperator aduersus illos furiosè excanduit, eáque res magnos ecclesiis motus creauit. Anastasius Sidone contra diuinos eos viros Orientalium & Palæstinorum episcoporum conuentum coëgit: cui præfuêre Cæsareæ Cappadociæ Soterichus, & Hierapolis Xenaias, verè à Deo alienus, episcopi qui vehementer in synodum Chal

* ὁ τὴν αὐτοβλασφημίαν ὑπὲρ πάντας τυραννῶν τυραννῶν.

Anastasius Synodum Sidonam contra Flauianũ & Heliã cogit.

Helias per Sabbam monachũ sibi imperatorem reconciliat.

cedonensem inuecti sunt, ac si qui alij, & ipsi vt Eutychetis & Dioscori res in Oriente obtinerent, studuerũt. Huius rei certior factus Helias, Hierosolymitanus hierarcha, vt imperatori cõciliaretur, consilium cepit, precatore vsus Sabba illo, qui in pietatis exercitio & diuinæ philosophia magnus extitit. Hic cum eiusce modi ab Helia literis ad Anastasium venit. Heremi incolas, & cum illis Sabbam, solitudinis caput, oratores pro ecclesiis ad Celsitudinem tuam mittimus. Tu verò, ô Imperator, diuinos eorum labores atque sudores reueritus, finem, quod contra ecclesias susceptum est, bello imponito, neque eladem hãc vlterius progredi sinito. Curæ nanque tibi esse, vt quæ Deo grata sint facias, qui tibi diadema concessit, persuasum habeo. Ille vt potuit, animo constanti cum imperatore congressus, tumorem illius aduersus Palæstinum antistitem conceptum sedauit. Et synodus aduersus Heliam & Flauianum à Sotericho & Philoxeno congregata, nihil egit. Isti autem postea inuidia flagrantes, apud imperatorem viros eos, quasi illum conuitiis proscidissent, & actiones eius risissent, per calumniam detulerunt. Et cùm potestatem sibi in patriarchas homines detestandi sumpsissent, quid dicere attinet, quę mala lachrymis & luctu prosequenda patrarint? Tum quidem ea in Flauiano fecere, quæ suprà paucis exposuimus. Atque insuper eum sede sua eiecerunt, impium Seuerum ei substituêres. Qui postquam in ecclesiam Antiochenam peruenit, infinita quæ verbis exprimere non sit, mala, à communione sua abhorrentibus, intulit.

Calumnioſè apud imperatorem Flauianus & Helias deferuntur. Flauiani exilium.

De dicendi libertate magnorum & sanctorum monachorum Sabbæ & Theodosij cœnobiarchæ, reliquorũque in Palæstina monacherum sanctam Synodum defendentium. *Cap. 33.*

C

EXperti virum eum sunt, quum monachi in Palæstina omnes tum eorum præsides maximè, Euthymij magni discipuli, quorum immensa & numerum propè superans multitudo fuit. Summè enim eo tempore in regione ea monasteria floruêre, quæ à præfectis egregiis luminaribus gubernabantur: Euthymium præclarum dico, & Theoctistum magnum & Theodosiũ cœnobiorum principem, & Sabbam solitudinis cuius certamina diuinosque labores retulissem, nisi me ab instituto argumento digressurum esse scirẽ: quum opere illi peculiari propter copiam & amplitudinem rerum maximè indigeant, quæ tamen manifestæ satis sunt, & linguis ecclesiisque omnibus celebrantur. Proinde nobis venia debetur, si eas fusiùs non commemoramus. Et tum quidem Sabbam & Theodosium illi vi adorti sunt, si eos in partibus suis haberent, omnia se confecturos rati. Atque vbi animos eorum tentarunt, præclarus ille virtute Theodosius suggesti[illegible] cõscendit, ac veluti dux quidam & imperator, [illegible] concione monastica phalange aduocata, po[illegible] quã multitudini filẽtiũ manu designauit, voce maiore sublata, hoc sic tonitrus in morẽ detonuit: Si quis quatuor synodos quatuor Euangeliis nõ exæquat, anathema. His verbis dictis, perinde atq; angelus quidã multitudine in stuporem coniecta, cum silẽtio

Seuerus Catholicorum persequutor.

Egregij monachi. Euthymius, Theoctistus, Theodosius, Sabbas.

Præclarè hi Chalcedonensem defenderunt Synodũ, Theodosij gratiæ dictum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus inſpectantibus per mediam turbam E proceſſit: & homines omnes cum animi cõſternatione viri eius tanquam egregij in bello ducis conſilium factumque, quo ſanctas quæ dictæ ſunt ſynodos ſacris libris accenſendas eſſe, veluti lege lata ſtatuit, admirati ſunt. Et literas ad imperatorem dantes, certamen ſe de eis ad ſanguinem vſque ſubituros: neque etiamſi quid acciderat, ſe vllo modo à patrum traditionibus diſceſſuros eſſe, indicarunt atque confirmarunt. Deinde circumquaque ciuitates peragrantes, veluti inuicti belli duces omnibus facti ſunt omnia, homines confirmantes, ad fortitudinem cohortantes, ſocordiam excitantes, hæreticam inſaniam præuenientes, prædicantes, denique Dei verbum idem, ſimul Deum quidem & hominem, vnam verò eius ſubſiſtentiam ſiue perſonam eſſe, natura vtrumque horum, diuinitatem videlicet & humanitatem habentem: id quod ſynodus quoque Chalcedonenſis docuit, quæ etiam hæreticorum ex vtraque parte errores declinauit. Eo enim quod perſonam vnam profitetur, Neſtorij veſaniam repudiauit. Quòd verò duas naturas deprædicat, Eutychetis & Dioſcori contractionem reiecit. Non enim illa iuxta Neſtorij opinionem in filios duos & totidem ſubſiſtentias vnum Chriſtum diuiſit: ſed neque itidem vt Eutyches & Dioſcorus, atque etiam Seuerus, in vnam naturam diuinitatem & humanitatem vnius Chriſti confudit. Quum namque iſtorum quilibet longiùs quàm oporteret procederet, miſerandum in modum eò reciderunt, vt Neſtorius quidem diuiſionem, Dioſcorus autem contractionem, atque ille quidem duos filios, hic verò ne vnum quidem propriè profiteretur. Siquidem Neſtorius confuſionem metuens, * σχέσει, hoc eſt habitu tantum aduentitio, ſiue autoritate acquiſita, diuinitatis vnionem cum humanitate factam eſſe dixit: ita vt cum naturis duos filios & ſubſiſtentias duas prædicaret, atque vnum quidem filium ex patre peculiariter genitum: alterum autem qui ex virgine natus ſit, gratia modo honorem adoptionis filialis ſortitum eſſe. Infelix autem Eutyches & Dioſcorus, atque item Seuerus, qui ſe poſtea illis coniunxit, abſurdam Neſtorij ſententiam refellere volentes, malum malo medicati ſunt, & ſtultè ad abſurdiorem hæreſim deflexerunt, naturam vnam diuinitatis dico & humanitatis, dicere, & quantum in eis ſitum eſt, naturam diuinitatis perpeſſionis expertem ad perpeſſionem deducere auſi. Si enim concedamus vnamH eſſe, quæ duæ in Chriſto diuinitatis & humanitatis concurrerunt, naturam, iuxta illorum deliramenta, particeps prorſus etiam mortis fuerit diuinitas. Verùm oſiſtis obturat Petrus Chriſti diſcipulorum coryphæus, qui Chriſtum pro nobis paſſum eſſe dicit carne, non adiiciens etiam diuinitate. Tametſi enim diuinitas Chriſti iuxta ſubſiſtentiam carni vnita eſt, haudquaquam tamen paſſionis particeps fuit. Quomodo enim hoc fieri poteſt, cum diuinitas † perpeſſionem

Chriſtus θεὸς ἄνθρωπος. carne paſſus.

Chalcedonẽſis ſynodi doctrina. Contra Neſtorij & Eutychetis hæreſes.

* σχέσει μᾶλλον εἴπτον ἀσθενείᾳ. Vtiſta ſint cõtraria naturæ, τῇ φύσει.

† In abſtracto, vt dicitur: ſecus in cõcreto.

* ἡ σχέσις ὅτι τῶν πρὸς τί λέγεται οἷον πρὸς πατέρα υἱὸς, hoc eſt, habitus de eis dicuntur, quæ inter ſe inuicem relationem habent: ſicuti ad patrem filius, & contrà. Suid.

prorſus nullam in ſe admittat? Rectè quoque ſynodus pro autoritate ſua ſtatuit, duas naturas Chriſtum eſſe, inconfuſa, immutabili, atque inuariabili ratione vnitas: & in vna ſubſiſtentia Dei verbi incarnati coli, eundem ante ſecula ex patre iuxta rationem diuinitatis: & rurſum eundem in extremis diebus nouo naturæ humanæ modo ex ſancta virgine genitum, æqualem patri & matri, iuxta vtranque ſubſtantiam, vnigenitum ſecundum patrem, & primogenitum ſecundum matrem, per quem ſibi multos in baptiſmo in filiorum iura adoptauit pater. Hæc illi paſſim circumeuntes docuerunt. Imperator autem impius ira accenſus, ad exilium eos condemnauit: quoadusque in illum breui incuitabile illud exilium, iſtam videlicet ex hac vita migrationem, vindicta diuina decreuit, per quam ingentes Eccleſiæ fluctos conquieuere: atque illi ab exilio reuocati, ex erumnis ad optatã quietem rediere.

* * Et aliud eſt, in carne dicere paſſum: aliud ſimpliciter paſſum dicere naturã diuinitatis. Cyrill. Monachi iſti ſancti ab Anaſtaſio in exilium acti.

* * *Verbum quippe Dei ἀπαθὲς impaſſibile carne aſſumpta, παθητὸν paſſibile factum. Nec enim alius ſe carnem exuit (Coll. 2.) niſi Dei filius, qui carnem ſe induit. Amb. lib. 2. de fid. Et nihil paſſus eſt, qui non verè paſſus eſt. Tertu. Deus natus in homine. Hilarius. Deus natus in homine, mortuus reſurrexit. Hieronymus. col. 2. Si Chriſtus Deus & homo vnus eſt, ſicuti & eſt: cur eum formidas dicere paſſum, quem non formidas credere vnum? Virgil. lib. 2. Rectè credimus & prædicamus cum Apoſtolo Deum crucifixum & mortuum in humana natura. Idem. Sed, & in ipſis iniuriis agnoſce diuinitatem. Ambroſius, vbi ſupra. Ipſe gloriæ Dominus paſſus eſt carne. Cyrillus. Eccleſiæ fides ſcit in Chriſto diſpenſationem, ſed neſcit diuiſionem. Hilar. lib. 10. Deifilius hominem aſſumpſit, & in illo humana perpeſſus eſt. Hæc medicina hominum tanta eſt, quanta non poteſt cogitari. Auguſt. de agon. Chriſt. Verbum Dei incarnatum ſuſpenſum eſt ſuper lignum. Iren. lib. 5.*

Rurſus de Helia & Ioanne hieroſolymitanis patriarchis: & vt per reſipiſcentiam Ioannes, recepto ſaniore dogmate, & in eos qui quartæ ſynodi decreta non complecterentur, contorto anathemate, in communionem à ſanctis patribus ſit receptus.

Caput 34.

VErùm nondum de eo dicẽdum eſt: priuſquã enim id accidit, Seuerus in throno ſedit, tyrannidemque aduerſus veram pietatẽ grauiſſima quæque faciens exercuit. Mittebat autẽ is more recepto ad patriarcham Heliam epiſtolas ſynodales: quæ cùm ab eo propter ingentem impietatem non reciperentur, ad irã rurſum princeps commotus eſt. Atque is magnam armatorum manum Hieroſolyma, aduerſus eos qui Seuero aſſentiri, & Synodalibus eius ſubſcribere nollent, miſit, eóſque ſedibus ſuis pelli, atque vim etiam, ſi opus eſſet, afferre eis iuſſit. Porrò cùm Helias admodum premeretur, impietate ita ſæuiente, admirandi illi viri, monachis rurſum collectis, eos qui à Seuero & imperatore miſſi fuerant, tumultuanter ex eccleſia eiecerunt. Atque vbi poſtea alia quoque eorum multitudo confluxit, in illorum conſpectu, magna cum fiducia, eos qui cum Seuero communionem habebant, anathemati ſubiecerunt. Imperator verò

Seueri eccleſiaſtica tyrannis.

Monachi catholici Hieroſolymis Heliã aduerſus Seuerum & militarem manũ ſtrenuè defendunt.

rò amolliri à ſe hoc tantum dedecus volens, Olympium quẽdam, cui militares in Paleſtina copias attribuit, aduerſus eos miſit: qui imperatã pro imperiali potellare, Eccleſiaſticis ſanctionibus neglectis, exequeretur. Hic ſimulatque Hieroſolyma venit, diuinum Heliam ſede epiſcopali eiecit, atque in eius locum Ioannem quendam Martiani filium, cum Seuero quidem communicantem, ſynodum autem Chalcedonẽſem deprædicantem ſurrogauit. Qua de re certior factus Sabbas, & quæ cum eo erat ſacra cohors, in ſtadium rurſus procurrit. Atque quòd Olympius rem ipſam tandem ſecum in animo conſideranſ reti oceſſerat, cũ Ioanne patriarcha Sabbas colloquutus, ei ſuaſit, vt ſe à Seueri communione abſtineret, & Chalcedonenſem ſynodum vel cum ſanguinis effundendi periculo tueretur. Quod ille etiam partim perſuaſionibus reuerenter ſuſceptis, & pactis conuentis cum Olympio initis neglectis, fecit. Ea verò re imperator offenſus, Olympio magiſtratum ademit, & in Palæſtinam ducem Anaſtaſium in illius locum ſuffectum miſit. Qui vbi eò peruenit, præter rationem exequi ea quæ imperator vellet, in animo habens, Ioannem ſtatim, ne verbo quidem cum eo communicato, in carcerem conjecit: eumque vi vt ſynodum Chalcedonenſem deſpiceret, atque Seueri communionem amplecteretur, cogere aggreſſus eſt. Ioannes, quod cum Zacharia Cæſareæ Palæſtinæ antiſtite ſecretò colloquutus, audierat tempore flagitante † opportuna fraude res gerendas eſſe: Ducẽ ſe quod ille vellet, facere paratum eſſe, pollicitus eſt, ſi modò poſt duorum dierum curriculum è cuſtodia emitteretur: ne ſcilicet, inquit, videamur vi, non perſuaſione adducti, id quod imperatori placitum eſt, facere. Atque id ita factum. Et patriarcha cuſtodia liberatus, monachorum cohortem in templum primi diaconi Stephani, vt præfactam hæreticorum temeritatem frænaret, conuocauit: atque aliud quoddam domo cõſilium, quo rerum gerendarum ſpectaculum conſpicuum magis fieret, attulit. Nam Dux ipſe aduenit, vt illo nimirum teſte præſente ſynodus aboleretur atque damnaretur. Ioannes ſuggeſtum conſcendit, ex vtraque parte Sabbę & Theodorij propugnatorum fidei manibus vtriſque ſuffultus. Atque vbi ſe paululum continuit, & multitudinem etiam muſſitare audiuit, minus ſanam fidem anathemate condemnari debere, fiducia plenus eiuſcemodi protulit verbum: Si quis Eutycheti & Neſtorio & Seuero & Soterichо Cęſareæ Cappadocum epiſcopo aſſentitur, anathema. Si quis quatuor vniuerſalium Synodorum dogmata non ſequitur, anathema. Dux vbi eam quaſi fabulam perſpexit, multitudinis impetum metuens, bene ſecum actum eſſe, quòd ſuga ſaluti ſuæ conſuleret, putauit. Patres autem ipſi, cùm ſcirent imperatorem ea re audita iratũ fore, epiſtolam libertatis plenam ad eum dedere: in qua cùm illum arguebant, tum dogmatis ſui certitudinem aſtruebant. Abſurdum quippe etiã eſſe ſcripſere, cùm Hieroſolymitani eſſent, vndè dogma ipſum tanquam è fonte profluxiſſet, ſi tum primùm † tanquam ſeri diſcipuli, id quod optimum eſſet, diſcere deberent. Scire ſe quidem, à trecentis decem & octo patribus Nicææ promulgatam fidem: tenaciſſimè autem alia quoque tria concilia, vt quæ prioris illius veſtigiis inniterentur, retenturos: neque quicquam, etiamſi duri aliquid accidat, ſe de primis traditionibus remiſſuros: ſed eas ad ſanguinem vſque, ſi opus ſit, defenſuros eſſe. Patriarcha Ioannes vnà cum ſanctis illis viris, poſtquam non breuiſſimo tempore ſuperuixit, Petrum eccleſię ſuæ & pietatis ſimul ſucceſſorem habuit, virum præclarum. Heliam dicunt cum beato Sabba colloquutum, & longè à Conſtantinopoli diſſitum: cum Anaſtaſius mori deberet, migrationis eius horam prædixiſſe. Res Palæſtinæ ad hunc ſe habuere modum.

Olympius dux Paleſtinæ. Heliæ poſto Ioannes ſubſtituitur. Sabbas Ioannem ad orthodoxiam addu cit. Olympio Anaſtaſius dux ſuffectus.

Ioannes Hieroſolymitanus, contra Anaſtaſij ducis ex ſententiam orthodoxiam pro concione deprædicat, ſcriptum iſtorum ſanctiſſimorũ monachorum ad imperatorẽ.

Christianæ doctrinæ ſont.

Petrus Ioãnis Hieroſolymis ſucceſſor. Heliæ morte Anaſtaſij prænidit.

De Timotheo Conſtantinopolis, de Symmacho & Laurentio Romæ epiſcopis, De ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli feriis, De Theudericho Scytha. Item de Denterio & Alamundaro Saracenorum ducibus.

Cap. 35.

TImotheus autem Conſtantinopolitanus epiſcopus, magnopere à Macedonio, qui ante eum epiſcopatum geſſerat, diſſenſit: qui & ipſe, veluti cothurnus, facillimè animum ad ea quæ hominibus placita eſſent, conuerteret: nũc quidem Chalcedonenſem ſynodum complectens, nunc autem contrà eandem anathemate configens. Quid verò is in * Studij monaſterio fecerit, commemorare libet. Monaſterij eius curator diem ſuum obiit: atque ibi Timotheus, vt alium illi præficeret præfectum, aſſuit. Et quum is qui procurationem eam ſuſcipere debebat, aſſeueraret, iuriſiurandi ſe religione ne ſuffragiũ aut electionem præfecturæ eiuſmodi ab eo ſuſciperet, qui non ex animo Chalcedonenſi ſynodo aſſentiretur, obſtrictum eſſe: Timotheus in eum per damnationem anathema, qui ſynodum eam non reciperet, coniecit. Atque ita, qui deſignatus fuerat, electionem ratam habuit. Ibi tum primarius eius diaconus progreſſus, conuiciis Timotheum inceſſit, quòd non in vna ſententia perſiſteret, verùm nunc huc, nunc illuc, adinſtar Euripi, per animi æſtum & fluctuationem ſe conferret. Rem eam diaconus ad Imperatorem retulit, qui Timotheum accitum grauiter obiurgauit. Et ille vt probrum hoc aboleret, diuerſam prorſus à priore ſententiam publicè promulgauit, & anathema in hominem quemque, qui Chalcedonenſem reciperet ſynodum, torſit. Nonnulli vt Macedonium, perinde atque trecentorum & decem octo illorum ſymbolum non comprobarit, calumniarentur, Timotheum hunc, non Petrum Cnapheum inſtituiſſe dicũt, vt in ſynaxi & conuentu eccleſiaſtico quouis, ſymbolum id diceretur, quod antea ſemel tantũ anno quolibet paraſceues paſſionis ſanctæ die in eccleſia legi ſolitum fuerat, ſicuti ſuprà di-

Timotheus conſtantinopolita cothurnus.

Is ſynodum Chalcedonenſem cõprobat.

Idem mox eandem damnat.

Symbolũ Nicænum antiquitùs ſemel tantũ in anno Paraſceues die cantari ſolitum in eccleſia.

* *Studius* δυνάστα *celebre templum & monaſterium condidit, quod Studitarum cognominatum eſt. vt conſulatum geſſit. De quare verſus illi ſunt editi:*

Magnificam poſt quam conſtruxit Studius ædem,
conſulis accepit mercedis nomine honorem. Suid.
Στούδιος ἄγλαον οἶκον ἐδείματο, χαρπαλίμως δὲ
Οὐγκλείου μίσθωτο μισθὸν ἔλαν ὑπατηίδα βάθρον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ximus, quum episcopum † primas religionis no E
stræ institutiones docere oporteret. Hæc de Ti-
motheo. Tum verò apud veterem quoque Ro-
mam ingens confusio & turba excitata est, talem
ob causam. Vir quidam Festus nomine, Senator
Romanus, propter reipub. Romanæ vtilitates
quædam Constantinopolim profectus, & cum
Anastasio colloquutus est. Atque vbi ex animi
sententia negotium cõfecit, postea etiam ei sup-
plicauit, vt ibi Petri & Pauli apostolorum me-
moria, maiore reuerentia & cultu, sicuti Romæ
fieri soleret, celebraretur. Ea enim nulla cura, at-
que vt ita dicam, sicuti fors tulisset culta antea
fuerat. Anastasius petitioni eius non grauatè cõ-
sensit, & constitutione promulgata sanxit, vt ma
gnificè ab omnibus conuentus ecclesiasticus in
Apostolorum eorum honorem ageretur. Ab eo
tempore conuentus eius celebritas magna cepit F
incrementa, atque ingenti cum lætitia est frequẽ
tata. Et quòd adhuc in ecclesia Constantinopo-
litana Macedonius eniteret, per Festum quem
diximus, is synodalem epistolam ad episcopum
Romanum Anastasiũ, vt ille magis ac magis sy-
nodum Chalcedonensem confirmaret, dare de-
creuit. Sed id imperator Romanus quum resci-
uisset, impediit. Et Festus in secreto colloquio
imperatori, Anastasium, Romanum antistitẽ se
facilè adducere posse, vt Zenonis Henotico as-
sentiretur, & manu sua subscriberet, significa-
uit. At vbi Romam rediit, Anastasium episcopũ
decessisse comperit. Proinde operam dedit, vt
vel per speciem & simulationem, ea quam polli-
citus fuerat, subscriptio perficeretur. Itaque qui-
busdam pecunia corruptis, præter receptũ mo-
rem effecit, vt illi Laurentium quendam Roma- G
num episcopum legerent. Populus autem alium
creandum decreuit. Ita seditione orta, eodem
tempore duo designati sunt antistites. A pluri-
bus nanque Symmachus diaconus, à parte autẽ
altera Laurentius episcopus destinatus fuerat.
Verùm seditio ea quæ ad triennium † non sine
cædibus, rapinis, aliisque calamitatibus, quæ in
eiusmodi tempora incidere solent, duravit, so-
pita est.* Nam Theuderichus qui tum Romam
obtinebat, etiamsi Arianus esset, synodum ta-
men episcoporum coëgit, & Symmacho episco-
patum confirmauit. Laurẽtio autem pulso thro-
num Nuceriæ attribuit. Porrò Laurẽtius haud-
quaquam quietus esse voluit, sed episcopatum
Romanum affectans populum ad seditionem
concitauit. At Symmachus sacerdotali quoque
homini abrogata dignitate, in exilium eum mi-
sit: atque ita Romæ seditio quieuit. De Theu-
dericho huiusmodi quiddam historiæ tradunt.

Celebratio memoriæ sanctorum apostolorum Petri & Pauli.

Schisma in ecclesia Romana.

Duo ibi facti episcopi, Laurentius & Symmachus.

Seditio Romana.

Malum id sopitum. Theuderichus Arianus a-

† *In dissidio isto potissimum sæuitum in sacerdotes, & virgines sacras. Blond. Diacon. Trasamundus Vandalorum rex in Africa CCXX. episcopos catholicos in Sardiniam relegauit, quibus Symmachus Romanorum episcopus subsidia eleemosynæ suppeditauit. Diaco.*

* *Theuderichus rex Romam vetũ omnium tenuit: mitis, affabilis in plebem liberalis: populo annonam donauit, captiuos redemit, ciuitatu ædificia restituit. In Italia oppida pleraque extruxit & ornauit. Cassiod. Blond. hic est, qui Tetricus Veronensis, seu Dietrichus à Berna nominatur.*

Ministrum is quendam saniorem fidem sectan-
tem, efflictim amore insano prosequebatur, & *massum suum propter defectionem à fide iugulauit.*
ad voluptatem eo abutebatur. Et ille, vt quæ
grata placitáque ei essent faceret, ab τῷ ὁμοουσίῳ
consubstantialis fide descisces, ad Arianismum. *πνεῦμα ἐξ ἀγαπᾶτο τῷ ἀρχοντι.*
Quod vbi Theuderichus comperit, caput illi *Denterius Arianus baptismi verborum præuaricator. Miraculum aquæ dissipatæ. Cum barbaris victis Romani pacem faciunt.*
quem tantopere amauerat resecuit, inquiens: Si
Deo fidem synceram non seruasti, quomodo
mihi qui homo sum, conscientiam sanam præ-
stabis? Eadem tempestate episcopus quidam A-
rianus, cui nomen Deuterij fuit, in vrbe Con-
stantinopolitana, Barbam quendam quum bap-
tizaret, veluti Domini traditionem abolens,
præter morem receptum dicere ausus est: Bapti-
zatur Barbas, in nomen patris per filium, in spi-
ritu sancto. Ecce tibi autem, vnda quæ in sacro
lauacro erat, de repentè disparuit. Et Barbas in-
de profugiens miraculum id omnibus promul-
gauit. Eodem tempore Scenitæ barbari incur-
sionem in Mesopotamiam fecerunt, Armeniam
quoque & vtramque Phœniciam populati sunt.
Imperum verò in fines etiam Palæstinæ Alamũ-
darus Saracenorum Phylarchus, & † Zarethas
præterea persarum dux fecerunt. Qui malè ex
parte omni à Romanis ducibus accepti, postea
cum Romanis pace facta quieuere. Alamunda-
rus Christianorum quoque sacra suscepit. Seue-
rus tum Antiochenum adminstrabat episcopa-
tum, qui ex episcopis suis duos ad Alamunda-
rum, vt cõtagione sua eum inficeret, misit. Deus
autem illum præueniens, fecit, vt ille à rectè sen-
tientibus & Chalcedonense concilium com-
probantibus, per initiationem meliore religio-
ne imbueretur. Porrò qui à Seuero submissi fue-
rant. Phylarchum transuersum agere, & ad pro-
fessionem veræ doctrinæ contrariam abducere
contenderunt. Atque ille mirificam quandam
fabulam, qua dicta eorum conuinceret, confin-
xit literas se accepisse dicens, in quibus esset, Mi-
chaëlem archangelum nuper admodum vita de-
functum esse. Quum verò illi talem eam rem es-
se dicerent, quæ prorsus fieri non posset: subin-
ferens Phylarchus, Et quomodo (inquit) purus
Deus more nostro crucem suscepit, si non dua-
rum naturarum fuit Christus Deus noster, quã-
doquidem ne angelus quidem pati aut mori pos
sit? Porrò Seueri sectatores cum dedecore tur-
piter indè abscessere. Hic status ecclesiarum vbi-
que fuit, quãdiu Anastasius imperium obtinuit: *Anastasius vivens in sacro codice expunctus, Hierosolymis quæ anathema usubiectus.*
quem propterea quòd synodo Chalcedonensi
aduersari quidam iudicarent, ex sacris exemerũt
libris. Hierosolymis verò, quum adhuc super-
stes esset anathemate cõdemnatus est. Cæterum
ab instituto alienum non fuerit, si ea quæ sub
imperio eius gesta esse comperi, & digna me-
moratu sunt, operi huic annexuero.

De rebellione Longini Isauri, alterius que Longini. De administratione regni Persarum Perozæ, Blasi, & Cabadæ, vt cum Romanis pacem fecerint. cap. 56.

LOnginus Zenonis frater fuit, vt suprà dixi-
mus. Hic ab Anastasio in patriam relegatus,
exercitu quindecim millium ex Isauris colle-
cto, aduersus illum aperto cum eo Marte con-
gressurus

Conon Apamenus episcopus bellator.

Longini & Theodori tyrannorum cædes.

Longinus Selimuntius & Indes tyranni capti in triumpho Constantinopoli traduntur.

Ioannes Cyrus dux.

† *Hunc Scythã, seu potius Gothum fuisse, ait Euagr. lib. 3. cap. 35.*

Isaurica pensio in fiscum redacta. Nephtalitæ Hunnis Perozem regem Persarum capiunt, deinde etiam in bello cædunt.

Procop. Euthalitas Hunnos vocat, hoc est albos.

Quapropter apud eũ quidã pro Euthalitis Lucullus legunt. lib. 1. de bell. Persic.

Vindicta iurisiurandi violati.

Cabades Persarum rex. Lex de communione vxorum.

Blasis seu Blases eius frater.

Cabades beneficio vxoris è carcere euadit, & regnũ opt. Nephtalitarum recuperat.

Conon Apamenus episcopus, qui ab Anastasio
Longini & Theodori tyrannorum cædes.
relegatus fuerat, tum Conon ille Apameæ apud Sy-
ros episcopus fuit. Is episcopali functione mili-
tari munere commutata, Isauris Isaurus in bello
præfuit. Postremò verò prælio commisso, quum
Isauri internecione cæsi essent, Lõgini & Theo-
dori capita Constantinopolim allata sunt. Quæ
Imperator hastis prælõgis infixa, in loco eo qui
Ficorum nomen obtinet, & aduersõ Byzantio
est, sublimia collocari iussit, vt gratum Constã-
tinopolitanis esset spectaculum, qui quamplu-
rimis ab Isauris affecti fuerant malis. Longinus
verò alius quoque Selimuntius cognominatus,
& cum eo Indes quidam, qui diu tyrannidem
exercuerant, captiui à † Ioanne militiæ duce, cui
Cyrti, hoc est, gibbosi seu incurui cognomen
erat, ad Anastasium missi sunt.

Periucundum ij imperatori & Byzantiis spe-
ctaculum præbuere, quum grauibus catenis vin
cti tyranni, in triumphum & maxima hominum B
frequentia, per circum maximum & vias publi-
cas traherentur. Vndè in imperatorium ærariũ
Isaurica, quæ antea vocabatur, pensio illata est.
Erat autem ea quinque millium minarum, quæ
barbaris istis quotannis pendebantur. Persarũ
quoque res Perozes Nephtalitis Hunnis bello
illato, inglorius in regnum suum rediit. In an-
gustiis enim quibusdam, vbi eos persequebatur,
agmine eorum conferto, circumuentus, & exitu
earum omni præsidio clauso, ab eis captus est.
Itaque ad necessitatem eam redactus, pacem ab
illis periit. Nephtalitarum autem dux non prius
conditiones pacis admisit, quam Perozes cor-
pore inclinato adorationis ei honorem præsti-
tit, & sponsione vnà cum iuramento interpo-
sito confirmauit, nunquam se Nephtalitis bellũ
illaturum esse. Et ille vel inuitus rem eam, quæ
præter rationem esset, temporis necessitate ada-
ctus fecit, & cum dedecore maximo domum
reuersus est. Postea verò ignominiam eam non
ferens, & contra iurisiurandi religionẽ, cũ exer-
citu contra eos profectus est. Et quum illi rur-
sum insidias ei struxissent propter iusiurandum
violatum cæsus est. Et Persæ Cabadæ, minori
natu filio eius, regnum tradidere. Quod quum
ille administraret, lege lata, vt communes omni-
bus vxores essent, constituit. Quam ob causam
Persæ regno Cabadæ abrogato, in custodiam
insuper eum coniecerunt: & Blasum, alterũ Pe-
rozæ filium, regem crearunt. Cabadæ in carcere
vxor eius, quæ debuit officia, præstitit. Et quòd
ea venusta forma esset, carceris custos pulchri-
tudine eius victus, & amore caprus, inseruire ei D
& quod illa vellet facere constituit. Illa autem
quoniam casta erat, & virum amabat, custodis
amorem ei indicauit. Ille porrò eam voluntati
amatoris obsequi iussit. Flagitium id vbi pera-
ctum est, liberiùs ad maritum deinde mulier
accessit, conuenientem ei curam præstans. Erat
Cabadæ amicus quidam quàm maximè charus,
qui per vxorem ei insinuauit, paratos se in loco
certo equos & viros habere, cum quibus si fu-
gere vellet, facile regnũ recuperare posset. Vbi
nox aduenit, Cabades coniugi persuasit, vt ve-
stem illa suam indueret, atque in carcere consi-
deret: ipse verò habitu illius sumpto, eam ipsam
se esse probè assimulauit, & custodia egressus
est. Id vbi factum, Cabades Scæ ductu (ita enim
amicus ille nominabatur) quã celerrimè saluus
ad Nephtalitas peruenit. Quorum princeps illi
& filiam matrimonio coniunxit, & exercitum
attribuit, quem in Persas, regnum suum recu-
peraturus, duceret. Cabades vbi Persas præter
expectationem subitò aggressus est, regnũ multo
propè labore recepit: fratrem Blasum cepit, ex-
cæcauit, & carceri inclusit. Et quòd Cabades
vir sagax atque industrius esset, regnum postea
quàm tutissimè tenuit. Et anno administrationis
suæ vndecimo, pacé primùm cum Romanis fe-
cit: deinde verò, vbi mutuam ab Anastasio pe-
cuniam accipere voluit, atque Anastasius ei re-
spondit, cautionis syngrapham eum, si pecuniã
recipere vellet, dare debere, absque ea ne vnum
quidem obolum accepturum esse: eam ob cau-
sam pacis fœdus rupit, & aduersus Romanos
bellum suscepit. Inter Persidem & Indiam op-
pidum fuit, Tzundadaer nomine. In eo Cabades
maximam pecuniæ vim, preciosósque & pellu-
cidos lapillos clàm asseruari intellexit. Eis vt
vnà cum oppido potiretur, nihil intentatum re-
liquit: sed quo minus quod volebat efficeret,
dæmones, qui thesaurum eum custodiebant,
obstirere. Et postquam Persicas euocationes &
impostúras expertus, dæmonibus videlicet locũ
eum firmissimè obtinentibus, nihil egit, per In-
dæos rem expedire aggressus est: atque vbi per
eos quoque optatis votisque suis potitus non
est, per Christianos tandem se quod conabatur
confecturum esse arbitratus est, quos aduersus
dæmones potestatem recepisse audiuerat. Itaque
Christianorum, qui apud Persas erat, episcopũ
ad se vocauit. Qui ea de causa synaxi & conuẽtu
ecclesiastico popularium suorum coacto, & † C
diuinis sanctificationibus perceptis, eisdémque
Christianis qui ibi cõuenerant datis, signo cru-
cis qui locum eum incolebant dæmones exegit,
& Cabadæ statim sine labore vllo oppidũ tra-
didit. Quare cõsternatus Persa, primo subsellio
episcopum Christianorum cohonestauit, quum
ad id vsque tempus Iudæi & Manichæi sedes
primarias obtinuissent. Atque ab eo tempore,
vt deinceps quicunque vellent, Christianorum
sacra colerẽt potestatem liberam omnibus per-
misit: quos ille antea excruciauerat, adeò vt etiã
multis membra & partes eas per quas vox edi-
tur, ademerit: qui tamẽ illis quoque sic amissis,
non minus quàm antea, clarè sunt locuti.

Hunc Seosen Procopius nominat.

Pax Romanorum cum Cabade.

Cabades bellũ aduersus Anastasium ob denegatam sibi pecuniam mutuam suscepit.

Idem oppido Tzundadaer cum maximis opibus, quibus dæmones incubabant, christiani episcopi opera, potitur.

Synaxis christiana.

† μεταδοχέων τῶν θείων ἁγιασμάτων, μεταδούς τε τούτων καὶ τοῖς ὁμοιοπιστοις. *Cabades ex persecutore protector Christianorũ fit. Miraculum. Christiani linguis eis excisis clarè loquuti.*

De persarum pugna, de Theodosiopoli & Dara oppidulis. Et de sacris reliquiis Bartholomæi & Barnabæ apostolorum.
Caput 57.

SEd enim, sicuti diximus. Persæ pace violata, *Persarum aduersus Rom. bellum.*
fines suos transgressi sunt, & primùm Arme-
niæ bellum intulerunt: & Theodosiopoli oppi-
do capto, ad Amidam vrbem indè peruenerũt,
intra duos illos amnes sitam: quam etiam expu-
gnarunt, & Anastasius postea impensis magnis
recuperauit. Si quis autem plenius atq; exactiùs
obsidionem expugnationémque eius vrbis co-
gnoscere velit, is Eustathium Syrum legat, qui
sanè quàm luculenter res eas conscripsit, atque
vbi historiam ad id tempus duodecimũ scilicet
imperij Anastasij annum, produxit, ad locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

communem profectus, eũ plurimis esse cœpit. E
Anastasius imperator Daras munit, & Anastasiam nominat.
Postea imperator locum quendam Daras nominatum, qui & ipse intra duo flumina in Mesopotamia, ad Romani imperij fines, nostræ & Persicæ ditionis terminus, situs est, firmis mœnibus munivit, & in vrbis formã redegit. Aedificiis variis, templis, ædibus magnificis, imperialibus porticibus, lauacris publicis, aliisque præterea structuris, quibus celebres vrbes lætantur, excitatis. Locum autem eum à Datio nomẽ accepisse fama est, quòd illum ibi Alexander Philippi filius posteriore pugna denicerit. Vrbe ea condita, postquam indè discessit, in somnis ei Bartholomæus Apostolus assistens, per oraculũ commissam sibi à Deo mœnum eorum tutelã esse significauit. Anastasius verò visionem eam
D. Bartholomæi ossa apud Daras reposita.
Corpus sancti Barnabæ inuentum.
Item Euangeliũ Matthæi.
Metropolis Cypri * κεκλήσεως.
F ad rem ipsam cõtulit, nam reliquias illius repertas, ibi reposuit. Sub eiusdem imperio corpus etiam Barnabæ Apostoli in Cypro, sub arbore quæ * Siliqua dicitur, inuentum est: super cuius pectore sacrum & diuinum Euangeliũ Matthæi euangelistæ repertum fuit, ipsius Barnabæ manibus scriptũ. Hac de causa primùm Cyprij metropolim liberi inris sui habuere cœperunt: neque deinceps sub Antiochia, cui antea subiecti fuere, centi sunt. Confirmauit id ius postea magis Iustinianus, propter coniugem suam Theodoram, cui Cyprus patria fuit: quemadmodum etiam patriæ ipte suę Achrido honorem habuit, quam primam Iustinianam vocauit. Eo etiam tempore Immeres, gens bellicosa, sub ditione Persarum, ad extremos Noti fines habitantes, Christianissimum complexi sunt: & missis ad im G peratorem oratoribus, episcopum, & alia quæ eos habere oportuit, acceperunt. Ii vnà cum regina Austri ad Solomonem visendum venisse dicti sunt. Et quum ab origine Iudæi fuissent, longo pòst tẽpore ethnici & gentiles facti sunt. Tum verò ex Iudæis & Gentibus mixti, ardentibus animis religionẽ Christianam susceperũt.
Achrida primò Iustiniana Iustiniani patria.
Immeres ad Christiani facti.
Regina Austri Solomonem visit.

De tyrannide Vitaliani. De Hunnis, qui ex angustiis Caspiis proruperunt. Et de insula Rhodo. Caput 38.

Vitaliani tyranni aduersus Anastasium bellum.
TYrannus item alius, natione Thrax nomine Vitalianus, bellum Anastasio intulit: qui Thracia ab Vlyssopoli & Anchialo vastata, Imperantem quoque vrbẽ capere est conatus, vagam Hunnorum multitudinem secum ducens. Aduersus quem Hypatius dux, vt impetum progressumque eius moraretur, missus, à suis proditus, & ab illo captus, ingentique pecunia ab Imperatore redemptus est. Cyrillus deinde copiis militaribus præfuit. Et quum æquo Marte pugnatum esset, & aliquoties nunc hi nunc illi fugissent, per socordiam suorum, quamuis ipse dux hostibus superior esset: tamen & ipse in potestatem illorum peruenit, atque ita tyrãnus vsque ad Ficos ipsas, locis omnibus vastatis atque euersis, peruenit: ingenti illa spe concepta, Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperium arreptурum esse. Vbi Vitalianus ad Ficos castra posuit, Martinum Syrum aduersus eum Imperator cum copijs maritimis misit, & quum exercitus vtrique non longè inter se abessent, in aciem non descenderunt, sed lenia tan-
Hypatius & Cyrillus Romani duces, ab eo capti.
Martinus Syrus dux vectẽ rem aduersus eum gerit.

tum prælia commiserunt. Tandem verò ad eas quæ vocãtur Bytharia, nauali pugna inter se cõgressi: Vitalianus * puppi impulsa, quàm maxima potuit celeritate, copijs suis magna ex parte amissis, fugit: eúmque sui tanta velocitate sunt consequuti, vt postero die nullus prorsus hostis vel ad vrbem, vel ad transitum appareret. Vitalianus Anchiali paulisper moratus, tyrannidem postea reliquit, & sua sponte quietus fuit. Aliud quoque Hunnorum genus, Caspijs angustijs superatis, Romanorum ditionem ad Orientẽ vastarunt: & Rhodus eo tempore tertium etiã intempesta nocte teræ motu ingenti quassata est.
* χρύσιον χρυσοτέμενος.
Vitalianus tyrannide suspersedet.
Hunni Caspij.
Terræ motus Rhodi.

De muro cui nomen Longo, quem Anastasius construxit, ab ponte Euxino ad Thracium vsque mare porrectum. Caput 39.

ANastasius idem, opus maximum & illustre memoriáque prorsus & imperiali magnificẽtia dignum perfecit, quod μακρὸν τεῖχος, hoc est, Longum murum appellauit, ad Thraciã exornandam constructum. Constantinopoli ducentis octoginta plurimùm stadijs abest, & ad vtrũque pertingit mare, instar freti, ad quadringenta viginti stadia excurrens, & Cherronesum peninsulam in insulæ propè formam redigens. Facilè etiam quosuis trajicere volentes, ab eo quod os Ponti dicitur in Propõtidem & Thracium mare deducit: & barbaros effundi atque excurrere ex partibus eis, quæ supra Euxinum Pontum sunt, tum autem ex Cholchide, & à palude Mæotide, præterea ex locis quæ supra Caucasum sunt, atque eos etiam qui per Europam sparsi sunt, prohibet.
Plin. lib. 4. cap. 11.
Macrontichos Anastasii opus.

* *Opus hoc ab vrbe Constantinopoli distat miliaribus sexaginta. Habet in longitudine miliaria quinquaginta, in latitudine pedes octo. Suid.*

De turpi & impio portorio Chrysargyro, hoc est, aurargenteo dicto, quod pro imperialis virtute, ex imperio Romano Anastasius sustulit. Caput 40.

ALiud insuper operum eius longè præstantissimum, & diuinũ illud facinus est, quòd ex Romanorum imperio tributum, quod antiquitùs χρυσάργυρον, id est Aurargenteum dictum est, omninò sustulit. Quam rem pro dignitate oratione exequi, Thucydidis linguæ atque eloquentiæ sit. Ego verò eam non verborum vi H sed facto ipso egregio confisus exponam. Imperium Romanum, quod tanta amplitudine & magnificentia exornatum est, antiquitùs portorium instituit, absurdum admodum, miserabile, Deoque inuisum: non Romanis tantis illud & tam egregio illorum Imperio, verumetiam fœdissimis quibusque barbaris indignum. Quod nescio quo modo ad eius vsque tempora perconniuẽtiam toleratum, ipse Imperiali omninò animo expugnans totum aboleuit. Quod quum multis aliis, velut id quod citra exceptionẽ deberetur, qui stipe mendicata vitam tolerabant:
Euagr. lib. 3. cap. 39.
† *Anastasius portorium Aurargenteum sustulit, quod sub splendida appellatione omnium fuit fœdissimũ.*

tum etiam eis mulierculis impositum erat, quæ A vndecunque & vbicunque in solarum occultarũmque regionũ vrbis lupanaribus prostabant, & florem ætatis, quibuscunque ex locis venirent, petulantibus viris, propter quæstum prostituebant: adeò, vt non modo naturæ ipsi, verum etiã reipublicæ administrationi iniuria inferretur. Quum enim lege constituta, pensio ea tribueretur, apertè illa potestatem permissam esse omnis, vt quæ facere vellet, & quæ facere nefas esset, clamitabat. Et detestandum atque impurũ vectigal istud, quarto quoque anno quum quidem non minima tributorum pars esset, ad principem referebatur magistratum: quem qui gerebat, inter præclaros viros censebatur. Eam indignitatem, quæ tanquam execrandum piaculum per res nouas in Romani imperij administrationem surrepsit, vbi Anastasius cognouit, exactionis ejus libris, vt rem eam omnem quasi B quoddam holocaustum Deo offerret, in ignem conijcit, flagitium tantum suppressit: & sanctione, ne cui post ipsum imperatori in rerum publicarum administratione vetustum probrũ renouare liceret, cauit. Postquam id fecit, indignari se eam ob causam assimulauit: & seipsum stultitiæ arguit, qui inanis gloriæ captatione, tãtum vectigal antiquitùs institutum perperã abrogasset: neque in animo secum pericula imminentia, & tot tantáque quæ in milites erogãda essent, stipendia reputasset. Proinde, consilium suum premens, tributum id, quod diximus, se renouaturum esse pollicitus est: & apud familiares suos, pœnitere se facti neque habere quo errorem commissum corrigeret, quandoquidem libri in quibus eiuscemodi exactio descripta fuisset, cremati essent, per simulationem finxit. Ibi illi ab eo ita decepti, non vultus fictione, sed C reipsa, de tributo eo & nefandi flagitij mercede perturbati, doluere: neque se consilium, quo iacturæ ei mederentur, habere præ se tulêre. Ille eos ad loca omnia ire iussit, vt si qua commẽtariorum combustorum exempla in † catholicis, & vniuersalibus exactionis tabulis extarẽt, scrutarentur: & sumptibus eam in rem impẽsis, homines passim qui exempla eiusmodi comportarent, dispositi: videlicet, vt si quis talis inueniretur commentarius, ad ipsum afferretur, quo diligenti & accurata deliberatione res disponi atque ordinari posset. Postquã autem nõ paruo interposito tempore, illi quos ad inquirenda exempla talia miserat, reuersi, ea quæ inuenerant attulêre: magnopere Anastasius, quod voto suo potitus esset, lætatus est. Et per fraudem aliam, quomodo, & vbi, & apud quos ea inuenissent, D & an aliud aut simile quidquam adhuc alicubi reliquum esset, percunctatus est. Illi magno studio se ea comportasse asseueraruntt: & iuramento, nullam reliquam chartam in omni imperij ditione, quæ indicare portorium id posset, extare cõfirmarunt. Itaque Anastasius rursum chartas illas congestas in flammam coniecit, & cinerem eatum aque conspersum, in aërem sparsit, vt res ea penitus aboleretur, neque post vstulationem eam vel puluisculus & reliquiarum aliquid, aut vmbra etiam literæ alicuius, de re tam nefaria apud posteros extaret. Verumenimuerò ne, dum factum hoc tantopere efferimus, igno-
† τὸν τῆς χρυσαργύρου τελωνικῆς τυραννίδος ἐπιφορον.

rare videamur, quę veteres etiam affectibus ducti, hac de re scripserunt, ea ipsa huc afferam, demonstraturus ex ipsorũ verbis falsa esse, quæ de nefanda hac exactione memoriæ mandarũt.

Digressio ad Zosimum: quæ is in imperatorum omnium celeberrimum Constantinum per blasphemiam acerbè & amarulenter detorserit. Caput 41.

ZOsimus enim, superstitioni Græcæ quàm maximè addictus, in Constantinum imperatorem, veræ pietatis propugnatorem, & fidei ducem, quòd is ab idolorum cultu ad Christianorum fidem, detestanda eorum execratione relicta, transiit, malè animatus, per blasphemiam scriptis mandauit, eum primum exactionem τῶ χρυσαργύρῳ Aurargentei tributi inuenisse, & vt quarto quoque anno fœdissimum id vectigal penderetur constituisse. Verùm non hæc ille tãtum maledicta in pium, magnisque dotibus ornatum Principem coniecit, sed etiam alia plurima intoleranda eundem † contra artes & scitias omnes fecisse, & Crispum filium crudeliter interfecisse. Faustam item coniugem suam balneo ad summum calefacto inclusam enecasse dicit. Et quum tanti flagitij expiationem apud sacerdotes Græcos quæsisset, neque inuenisset, in Aegyptium quendam virum, ex Iberia venientem, eum incidisse, & ab eo quòd Christianorũ fides peccatorum omnium abolitionem induceret, audiuisse: proindéque animum statim mutauisse, patriam opinionem & idolorum (vt ille inquit) cultum reiecisse, & Christianorum sacra suscepisse, refert. Cæterùm falsò hæc Zosimum, calumnia imperatorem magnum suggillare volentem, scripsisse, per confutationem veram ostendam. Sed de Aurargenteo vectigali primùm dicam.
Defensio Constantini imperatoris contra vituperatores ipsius.
Zosimus falsò fœditatem talem in autorẽ Constantinũ retulit.
Aliæ eiusdẽ Zosimi in Cõstantinum calumniæ.
† κατὰ πάσας ἐξευρεῖν τύχης. h. e. contra omnes omnium fortunas aliquid excogitasse. suagr.

Refutatio eorum quæ de apostolica Constantino Zosimus dixit. Caput 42.

IN historia, homo exitiose, memoras, quòd ille vrbem aliam Romanæ similem condere volẽs, primùm inter Troadem & Ilium locum, veluti operi instituto idoneum, cæperit, fundamenta iecerit, & murum supra terram extulerit. Postquam autem Byzantium commodius esse comperit, consilio mutato, vrbem eam celeriter mœnibus firmis cinxerit, magnisque turribus opere longè latéque producto, & tam pulchris porticibus, aliisque ædificiis ita exornarit, vt Romæ re nulla cederet, quæ tantorum ornamentorum & amœnitatum paulatim annis plurimis incrementa cepit. Refers etiam, publicè eũ frumenti tesseras, & auri multum, eis qui se eò contulissent, ad priuatarum ædium structuram donasse. Inter alia hæc quoque sic scribis. Constantino mortuo, ad Constantium filium eius, post fratrum eiusdem obitũ rerum summa peruenit. Atque vbi Magnentius, & Britãnio tyrãnidem arripuere, persuasione Constantius Britanionem in potestatem suam redegit. Quum enim ex vtraque parte exercitus coacti essent, Constantius pro cõcione, militibus patris erga eos sui liberalitatem in memoria reuocauit, eũ
Calumniarũ talium refutatio.
Amplissimũ Zosimi de egregia Constantini liberalitate & munificentia testimonium.

quo bellis multa gessissent, maximis ab eodem E
principes laudatissimus et liberalissimus nefarium portus instituere non potuit.
cohonestati donis. Id verò vbi milites audiuêre, detracta Britanioni purpurea veste, in priuati hominis habitu eum ad Constãtium abduxêre. Atque is nihil se indignum passus, sed à Constãtio seruatus est, quum in illum & patrem eius maledicta multa iecisset. Itaque te rogo, quem liberalitate & munificentia tanta gauisum esse scribis, quomodo rursus eundem tam sordidũ & auarum fuisse dicis, vt tam detestandũ, Deóq; inuisum portorium, insolito nouóque modo in Romani imperij administrationem inuexerit? Ego certè quidem colligere id nó possum. Clarissimè etiam tibi ostendam, neque Crispum filium, neque coniugem Faustam, ab eo necatum esse: neque etiam eundem vel cum Aegyptio eo fuisse, vel religionem nostram, postquam eã est complexus, ab eo accepisse. Eusebiũ Pamphili F audi, qui illorum tẽpore viguit, & cum eis plurimùm fuit, consuetudine & amicitia eorũ admodum vsus. Tu nanq; † audita duntaxat summatim scribis, non veritatem ipsam: qui longo pòst tempore, sub Honorio & Arcadio, quibus historiam tuam dedicasti, & fortasse post eorum etiam tempora, longiùs vixeris. Quæ verò Eusebius, qui cum Constantino & Crispo vixit, in octauo Ecclesiasticæ historiæ suæ libro de eis scribat, audi. Plurimùm intercessit temporis & imperator Constãtinus, quum uitam omnẽ per summam erga ciues & subditos suos mansuetudinem & beneuolentiam, & acceptissimã Deo pietatem trãsegisset, filio suo Constantio, imperatore Augusto, in locum suum substituto, iuxta communem omnibus naturæ legem decessit.

† μόλις ἀκριβογράφως ἐκφαίνεται μέντοι.

Constantinus Crispum filiũ non necauit Eusebius Pamphili testimonium.

Et post alia, Huius filius Constantius, quẽ primùm venit, Imperator summus & Augustus ab exercitu, & multo antea ab ipso * imperatore omnium Deo renunciatus, æmulatorem se in doctrina & professione nostra paternæ pietatis præstitit. Et ad finem historiæ eius, hæc quoque dicit. Qui verò omni veræ in Deum pietatis virtute enituit, maximus victor Constãtinus, cum Dei amantissimo & rebus omnibus patri similimo filio Crispo Cæsare, in Orientem venit. Quomodo Eusebius, qui post Constantinum superstes fuit, Crispum tantopere laudasset, si à patre is interemptus fuisset? Et Theodoritus, qui post Eusebium res ecclesiasticas cõscripsit, circa vitæ finem, Constãtinum Nicomediæ cõmemorat regenerationem suscepisse: quã propterea distulerat, vt ea in Iordane amne potiretur. Cuius hæc verba sunt. Trigesimus imperij eius præterierat annus: & anno insuper & mensibus paucis exactis, Nicomediæ Bithynorum agens, ægrotare cœpit. Quòd verò probè, quàm incerta humana vita esset sciret, sacri baptismi donum recepit: quem ad id vsque tempus propterea distulerat, quòd eum in Iordane fluuio suscipere concupiuerat. Hæc Theodoritus.

* παμβασιλέως θεοῦ. Constantinus ante mortem Nicomediæ baptizatus. testimonium Theodoriti.

Ad hæc, hominum omnium maximè † execrãde, detestande, nocentissime, impurissime, sceleratissime, adiicis: Imperium Romanum ab eo tempore quo Christiana religio floruit, prorsus intercidisse atque interisse. Tu verò vel nihil prorsus eorum quæ per historias memoriæ mãdata sunt, legisse: vel tua sponte excæcasse te ipsum, ad veritatem perspiciendã, videris. Quod nanque verbis tuis maximè est contrarium, per Christianorum videlicet fidem Romani imperij res multis modis maxima cepisse incrementa, facilè quis inuenerit.

† ὠκαταίρα τε, ἐξαγιστε, μιαρὲ καμπρίλατε.

Zosimus idem redarguitur: & probatur, quòd aduentu in terras Christi, res Romana maxima incrementa ceperit. Cap. 45.

ILlud te considerare oportuit, vnà cum aduẽtu Seruatoris nostri Iesu Christi, Macedonũ regnum à Romanis omninò sublatum esse: & Albaniam præterea, & Iberiam, Colchos etiam & Arabes seruitutis cõditiones à Romanis accepisse: C. insuper Cæsarem, post centesimam octagesimamtertiam Olympiadem, Gallos, Germanos & Britanos ingentibus bellis superasse, & iugum illis seruitutis imposuisse, eundémque Romanæ ditioni, ad eas quas prius habebat, quingentas populosas vrbes adiecisse: quemadmodum illi qui hæc conscripserunt, ad memoriam posteritatis trãsmisere. Qui Cæsar primus, post Consules, monarcha & princeps vnus declaratus est ea re veluti præiens & viam sternẽs, vt Romani imperij ciues & subditi ex plurium deorum cultu, & turbulento reipublicę statu, ad vnam, quæ sola obtineret, religionem, per appropinquantem Christi monarchiam adducerentur. Cuius rei gratia & Iudæa omnis, & vicinæ circumquaque regiones, Romano imperio ita subditæ sunt, vt tum primùm census actus, & descriptio facta sit, in qua & Christus ipse ascriptus est, vt prophetia de ciuitate Bethleẽ, apertè exitum suum haberet, quã de ea luctuosus Hieremias hisce verbis prædixit: Et tu Bethleẽ terra Iuda, haudquaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim progredietur dux, qui pascet populum meum Israël. Post ineffabilem verò Christi Dei nostri natiuitatem, Aegyptus quoq; in potestatem Romanorum peruenit, Antonio & Cleopatra, in quam postremam Ptolemæorũ regnum incidit, ab Augusto Cæsare prorsus deuictis: sub quo & Dominus noster Iesus Christus natus est. Antonio Cornelius Gallus ab Augusto in regiones Aegypti missus successit, & primus post Ptolemæos Aegyptum prouinciam administrauit, sicuti hoc Historici testantur. Quas verò clades Persæ acceperint à Ventidio, Corbulone & Neronis ducibus, atque item à Seuero, Traiano, Caro, Cassio, Odænatho Palmyreno, & aliis, & quoties Seleucia & Ctesiphon, atque etiam Nisibis, quæ nunc huc nunc illuc transiit, capta sit, & quomodo Armenia & aliæ vicinæ prouinciæ in Romanorum peruenerit ditionem, vnà cum aliis, tu quoque in historiis tuis exponis. Quomodo autem alia dicã, quæ tu scribis sacratissimum Constantinũ præclarè gessisse: quum is pietatem nostram professus, rempublicam Romanorum administraret? Arque etiam quas, quantásque clades Iulianus, tuus maxime † choreis ducendis sodalis, & eorundem tecum orgiorum sacerdos, pertulerit? qui sanè innumera atque intoleranda Romano imperio vulnera inflixit, atque ea incurata post se reliquit. Num verò quidquam eorum, quæ de vniuersitatis huius interitu prædicta sunt, vel initium cœperit, vel finem habiturum sit, maius id pro-

Contra Zosimum, Romanum imperium vnà cum religione Christiana quàm maximè floruisse.

Monarchia christi.

Gallus Aegypti præfectus.

† θιασώτης

id profectò est, quàm vt tu de eo iudices. Verùm A age, si tibi videtur, qui hæc dicis, consideremus, quomodo & qui Græcam superstitionem sunt professi, & qui Christianorum sacra coluere imperatores quisque vitam aut imperium amiserit. An non primus monarcha, qui vnus sibi imperium vsurpauit, C. Iulius Cæsar dolo cæsus est? An non Caium alterum Tiberij nepotẽ milites quidam ferro necarunt? Quid Nero? num ille à familiari quodam non iugulatus est? Galba sanè & Otto & Vitellius eadẽ sunt passi: qui tres sedecim tantum menses imperarunt. Titum, frater germanus Domitianus occidit. An non ille rursum à Parthenio & Stephano miserandum in modum trucidatus est? Quid? Commodum à Narcisso peremptum esse negabis? Pertinaci verò & Iuliano nõ idem accidit? Antoninus Seueri filius, an fratrem Getam non necauit? Non ille à Martiale idem est passus? Macrinus nónne ad * Byzantium veluti ad mancipium raptus, ab exercitu suo interemptus est? Aurelius Antoninus † Semeæ filius, vnà cũ matre iugulatus est. Eadem fortuna fuit successoris eius Alexandri, qui itidem cum matre Mammæa peremptus est. Quid de Maximino dicã, quem exercitus suus interemit: aut Gordiano, qui insidiis Philippi sublatus, in * commune domicilium abiit? Tu verò ipse de Philippo & Decio memora, vt ab hostibus trucidati sint: atque etiam de Gallo & Volusiano, quique milites sui vitam ademerũt. Nũ Aemilianus nõ eundem exitum habuit? Nónne Valerianus, quum in Persarum potestatem peruenisset, captiuus ab eis ductus est: án non Galienus dolo cæsus: & post hunc Carinus quoque interemptus, Diocletiano imperiũ reliquit? qui imperij sibi socium Maximianum asciuit. Ex quibus Maximianus Herculius, ac deinde filius eius Maxẽtius, & postremus omnium Licinius, fœdissimam obiere mortem. Ex quo tempore autem, qui gregi Christi præfuit, celeberrimus Constantinus imperiũ suscepit, & cognominẽ sibi vrbem magnificentissimè constructã Christo & matri eius dicauit, ipse dispice, si quis princeps imperialem dignitatem consequutus, lõgissimo tempore vel à familiaribus & domesticis, vel ab externis interemptus est. Aut si vnquam tyrannis, quàm legitimum imperium, potentior fuit. Iulianum excipimus, tuum vatẽ, sacerdotem, canephorum, & imperatorem: & tuũ etiam Valentem. Fidem enim tibi habeo, qui optimè ea oratione exequutus es, quæ illi Christianis intulerunt mala. Quapropter etiam vterque condignas impietatis tulit pœnas. De alio verò ne tu quidem ipse simile quidquam dixeris. Ego autem Basiliscum etiam addam, qui motum aduersus Zenonem concitauit: cui ille non tyrannidem modò sed vitam etiã ademit. Hæc quanuis fortasse minus ad historiam Ecclesiasticam pertinere videntur, vtilia tamen admodum & † instituto operi commoda esse, & loco huic maximè conuenire puto: propterea quòd historici græcæ superstitionis cultores, consultò & * malitiosè veritatem oppugnantes, propter Christianæ religionis odium, perperam & falso pleraque scribunt. At nos ad reliquam Anastasij historiam reuertamur.

Idololatræ imperatores quasi omnes, præsertim verò tyrannorum eruentus exitus.

* Eutrop. apud Archelaidem Chalcedonem Mesopotamiæ. Alii hanc eiusmodi aliam eiusmodi vocant.

† διαστρέφει τὸν τρόπον καὶ τὰ πράγματα.

De vectigali, quod nouum Anastasius instituit, vnde multæ aerumnæ sunt subsequutæ. Caput 44.

POrtorium χρυσάργυρον, Aurargenteum, ad cum quem diximus modũ, Anastasius abolenit, & imperiali prorsus animo sustulit. Alia verò contrà, se indigna instituit: χρυσοτέλειαν videlicet, id est, pensionem auri: & populos suos vectigales, bellicis impensis per nundinationem vẽditis, supra modum grauauit: exactionémque † tributorum curialium abrogãdo, in quibusq; ciuitatibus eos qui vocantur Vindices constituit. Marini Syri, sicuti dicunt, suggestione, qui primariam apud eum gessit dignitatem, quam Præfecturam aulæ antiquitùs nominarũt. Quapropter factum, vt vectigalia magna ex parte B intercederint, & ciuitates minus floruerint. Antiquitùs namque, qui nobiles & claro loco nati erant, in earum album referebantur, eósq; vrbs quælibet in curiis senatorum loco habebat atque constituebat.

Anastasius exactionibus plurimis, subditis fuit grauis fuit.

† Συλευτῆρες φόρου. Vindices. præfectura aulæ.

* *Anastasius in imperio Romano aristocratiã, hoc est, optimatus administrationẽ instituit, magistratus & honores vẽdidit, iniustis hominibus pepercit. Et ad insatiabilem pecuniæ cupiditatem cõuersus, prouincias expilauit. Ad insolentem nouúmque morem, quem induxit, viri boni sunt consternati. Barbaros nanque imperio immentes, non armis propulit, sed pacem auro mercari solitus est. Defunctorum bona curiosè inquisiuit, & publicam passim omnibus conciliauit inopiam. Suidas.*

C *Vt Anastasio, ter sancto hymno adiicere volente illud, Qui crucifixus es pro nobis, tumultus à populo sit concitatus: vsque adeò, vt is timore perculsus, imperiũ deposuerit. Et vt paulo post Anastasius vitam finierit.*
Caput 45.

OMnium autem malorum, quorum ipse autor fuit, illud extremum erat, quod propter accessionem illam, Qui crucifixus es pro nobis, quam & ipse ter sancto hymno additam voluit, ingens exorta est seditio: perinde atque religionem christianam euertere homines vellẽt. Eius dogmatis Petrus Cnapheus autor fuit, sicuti dictum est. Seuerus autem in Macedonium, qui paulo antè hierarcha Constantinopoli fuit, & in clerum eius rem eam confert, ad Soterichum scribens, quum nondum in episcoporum ordinem cooptatus esset, sed in aula imperiali eo tẽpore versaretur, quo cũ eis quos antea diximus, monasterio suo est exactus. Coniectura autem est, talium aliarúmque calumniarum gratia, Macedonium è throno suo deiectum esse. Quòd verò præter causam in virum eum inuectus mẽtiatur, satis ea quæ dicentur ostendent. Postquã enim Macedonius ab imperatore dissentire cœpit, permultum imperator ei infidiatus est. Proinde etiã eos qui à Macedonio descíuerant, turbulenter congregatos, in Archangeli tẽplo tersanctũ carmẽ cum adiectione ipsa canere iussit. Idem mox proximo Dominico die in templo magno ab eis factum, quum illi etiam baculos eò intulerunt. Populus autem flagranti ardore exitus, turpiter illos ecclesia expulit. Imperator postea apertè monachis desertoribus & trãsfu-

Anastasius imperatori clausulã, Qui crucifixus, &c. ter sancto hymno additã voluit. Supr. cap. 35. eo. Macedonium clausulæ eius adiicièdæ autorẽ nõ fuisse.

Imper. Anastasius Macedonium grauiter persequutus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tumultus Constantinopolitanus aduersus imperatorem Anastasium propter adiectionem clausulæ, Qui crucifixus, &c.

Ibi Anastasius imperium deponere paratus.

gis, & principibus etiam viris, vt indignas contumelias in episcopum impudenter cõcerent, præcepit. Quorum vnus erat Iulianus Halicarnassi in Caria episcopus, & Seuerus etiam tum monachus: simul & fidei, & Macedonij, eorúmque qui secum erant hostes. Quomodo igitur eum, quem tyrannico more accessionis eius gratia, iniuriis contumeliisque afficere voluerũt, rectorem eius esse dicemus, & ducem confusionis tantæ in ecclesia recipiemus? Porrò quũ imperator accessionem eam propalàm hymno addere vellet, populus impatienter id ferens summopere animi discruciabatur. Et multi magistratus in periculum maximum inciderunt, multáque insignia ædificia incensa sunt. Atque in Marini Syri ædibus monacho cuidam deprehẽso homines nonnulli caput amputarunt, eúmq; adiectionis eius suaforem esse dixerunt: & capite contro in sublimè sublato, publicè per ludibrium exclamarunt, illum ipsum Trinitatis hostem esse asseuerantes. Eò verò tumultus iste magnitudinis processit, consilio remedióque omni proculcato, vt & imperator ipse tam graui periculo permotus, absque corona & cõsueto imperiali habitu, in Hippodromum procurrerit: & per præcones populo denunciarit, paratum se esse imperio cedere. Satis verò se scire, fieri omnino non posse, vt vniuersi dignitatem eam, quę plurimos minimè ferret, capesseret. Vnum autẽ prorsus oportere esse, qui sibi succedens, & administrationis habenas tenens, Imperium gubernaret. Quod vbi populus Constantinopolitanus audiuit, subitò veluti diuino quodam momento animum mutauit: & imperatori statim, vt coronam imponeret, seditionem se soluturũ, & deinceps quieturum esse pollicitùs supplicauit. Perbreui autem deinde Anastasius tempore vixit, paulo pòst defunctus, quum viginti septẽ annos, menses tres, & totidem dies infeliciter, & cum animæ suæ exitio, imperium Romanũ administrasset. Cõtinet sedecim* iste historiæ liber annos quadraginta quatuor, & menses tres: quũ à cõdito mundo sexies* millesimus trigesimus quartus, à diuina autẽ Domini natiuitate quingentesimus vigesimus nonus ageretur annus.

Anastasii mors.

Anni huius libri.

† *Fulmine afflatus post 38. vitæ annum.*

* *Sicuti recentiores volunt 4496.*

DE ZENONE IMPERATORE.

ZEno Romanorum imperator, non eà à natura, quæ Leo ante eum fuit, crudelitate: neque ita vrsi sed-

litus est, vt placari semel commotus nequiret, quod Leo facere consueuerat. Ambitionẽ & liberalitatem in rebus multis præ se tulit. Et res pleraque, vt gloriam & admirationem hominum sibi pararet, ex ostentatione magis quàm ex animo fecit. Rerum gerendarum experientiam non habuit: neque artes eas, quibus certò ac tutò imperium administratur, tenuit. Lucris & auaritiæ nõ itidem, vt Leo, efflictim inhiauit, neque aduersus copiosos & locupletes homines calumnioſè crimina cõfinxit: nõ tamen prorsus à cupiditate pecuniæ vacuus fuit. Sanè quidem non male Principe Romani vsi fuissent, nisi Sebastianus, qui secũdum Zenonem potestate plurimùm valuit, quocũque vellet, illum duxisset. Is perinde atque in foro quodam venalia habebat omnia: neque quidquã in aula esse, de quo non cauponaretur, passus est. Proinde magistratus omnes vendidit, suam sibi, suam etiam imperatori emungens à mancipibus pecuniam. Quòd si quispiam adueniret, qui paulo plus pretii dinumeraret, is præcipuus habebatur. Neque in palatio imperiali quidquam fuit, quod ille, si emptorem inuenisset, non vẽdiderit. Zeno ipse si quando honorem dignitatémve alicui familiarium suorum contulisset, Sebastianus tanquã πολιτοκάπηλος, hoc est, reipublicæ caupo quidã, eam ab illo paruì redemptam, alijs pluris vendidit, imperatori aruscationem huiusmodi acceptum ferens. Zenonis huius filius, cui etiam in imperij administratione successit, siue Zeno, vt apud Suidam est, siue Leo, vt alij scribunt, nominatus, in spem imperij natus, adolescentulus admodum ad dignitates est euectus. Hunc in exercitijs corporis pater, quo maturiùs adoleſceret, educari atque instituì curauit. Quapropter illum iuuenem, qui cũ potestate et imperiali aula fuere, vt assẽtim reip. bonis perfrui addiſceret, sybaritica crapulæ & ingluuiei assuefecerunt, lenocinantes pueris, eúmque ad illicitos & abominandos concubitus, quos nominare fas non est, erudientes. Itaque cum vita quotidianæ consuetudine summum bonum in voluptatibus & fastu collocaret, & in ipsa imperij expectatione inflatam arrogantiam vultu gestúque corporis exhiberet, sublimis incedere, collum altius sustollere, & (vt semel dicam) homines omnes tanquam mancipia despicere cæpit. Enimuerò quæ animaꝛ respicit diuina Prouidentia, tanta eius, quæ vel natura insita, vel institutione ei instillata erant vitia cernens, æquum esse res hominum miseratæ iudicauit, vt ante diem præfatum decederet. Quod sanè ita est factum: quum ille in profluuiũ, quod non senserat, ventris, diebus aliquot lectum ipse suum percacans, incidisset.

ECCLE-

STORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSSEPTIMVS.

De imperio Iustini primi, & vt ab eo interfecti sint Amantius eunuchus, Theocritus, & Vitalianus.

CAPVT I.

Iustinianus imperator Iethus.



VÆ quidem sub Anastasio ecclesiis accidere, talẽ habuere modum. Vbi verò Anastasius ad infima concessit iudicia, Panemi mensis, qui apud Romanos Iulius dicitur, die nono, Iustinus Thraciã patriam habens, purpuram sumpsit, ordinum aulicorum dux, à custodibus corporis Imperatoris, quibus præfuerat, præter spem omnem princeps declaratus. Multi verò tum opibus & copijs, necnon Anastasij cognitione ad magnam processerant gloriam, qui imperium tantum suscipere possent, quique id adeò pro rerum omnium licẽtia ad se pertraherent. Præter alios Amantius Imperialiũ cubiculariorum præfectus fuit, qui ingentes sibi opes comparauerat. Porrò quum ipsi qui virilibus careret, ad tantum Imperium aspirare minimè liceret, † Theocrito cuidam quo amico maximè vtebatur. Imperij coronam imponere conatus est. Et Iustinum hunc accitum pecunia ingenti tentare eos iussit, quicunque Theocrito purpuram circundare vellent & possent. At hic sibi ipsi imperium quærens, statim pecunia populum corrupit, eorúmque qui Excubitores dicuntur, beneuolẽtiam auto redemit. Et purpura sumpta, Amantium primùm & Theocritum è medio sustulit: deinde & alios quoscunque idoneos ad Imperij fasces suscipiẽdos esse putabat, occîdit. Vitalianum autem, qui sub Anastasio ad tyrannidem aspirauerat, in Thracia agentem, cũ honore multo ad Imperialem vrbem accersit, opes eius, spectarámque militarium artium industriam, & præclaram insuper apud omnes famam suspectam habens: & illud simul maximè per timorem in animo voluẽs, quòd hominem Imperij amore teneri sciret. Cæterùm cum probè nosset, non aliter illum tolli posse, nisi se ei amicũ esse assimularet, personámque haud contemnendam imponeret, ducem illico maximorũ ordinum legit: * Præsentes lingua Latina ordines eos vocat. Indies porrò illecebra & fraude maiore vtens, ad consularem quoque dignitatem eum euexit. Eò amplitudinis vbi peruenis-

† *Al. Theocritianum nominant.*

Cædes Amantij & Theocriti.

Item Vitaliani.

Præsentium ordines.

Supra lib. 16. cap. 35.

* *Quod Proconsuli legatus, id ferè Imperatori præsens fuit. Iul. Capitolinus in Aelio Vero. Filia suo vxorì præsentis filiã iunxit, nuptiis celebratis exẽplo priuatorum. Idem id Marc. philosopho.*

set, quum versari in aula Imperiali necesse haberet, ad quandam in media aula lanuam dolo occiditur: dignas opinor, scelerum pœnas luens, quibus antea in Romanum imperium per præcipitem audaciam illuserat. Hæc paulo pòst acta sunt.

Qui ea ætate sacris administrandis summarum sedium fuerint episcopi. De Seuero, Paulo, & Euphrasio, Antiochiæ episcopis. Caput 2.

ECclesiis eo tempore præfuerunt Romæ, Hormisdas post Laurentium & Symmachum: Hormisdæ autem Agapitus, huic porrò Agathon episcopus successit. Byzantij post Macedonium, Timotheus: post Timotheum, Ioannes Cappadox thronum est sortitus. Alexandriæ post Ioannem Dioscorus ecclesiam rexit. Hierosolymis, post Ioannem qui Heliæ successerat, Petrus adhuc sedẽ obtinebat. Antiochiæ verò, Seuerus Flauiani successor thronum per tyrannidem tenebat, plurimùm in Chalcedonensem synodum inuehens. Is cum ita animatus esset, quotidie (vt ita dicam) anathemati Synodum eam subiecit: potissimùm verò in eis quæ Enthronisticæ siue synodales dicuntur epistolis, quas ad loci cuiuslibet patriarchas mittebat. Vnus autem eas Ioannes, qui priori Ioanni Alexãdriæ successerat, atque item Dioscorus & Timotheus, recipiebant per quos nugamenta Cmulta aduersus Ecclesiam sunt inducta, & populus in innumerabiles opiniones diuisus. Sedenim Imperator fidelissimus primo Imperij sui anno, seuerum commeritas petulãtis verborum lubricitatis pœnas pẽdere, linguámque eius radicitùs exscindere iussit. Rei ei, sicuti de eo fama percrebuit, Irenæus præfuit, militarium ordinũ Antiochiæ dux. Quod sanè verũ esse, literis suis Seuerus ipse confirmat, Irenæum videlicet pœnam sibi eã tumultus cõcitati gratia molitũ esse. Ad amicos enim quosdã Antiochenos scribẽs, exilium suum fugámque cõmemorat, & quàm plurima in Irenæum scommata & cõuitia iacit, propterea quòd diligentius ille custodibus dispositis hominẽ, ne ex vrbe Antiochena profugeret, seruarit. Noui ego quosdam qui scribũt, à Vitaliano pœna hac Seuerũ esse affectum, quum primas adhuc apud Iustinum ferẽs, linguã illius ab eo petiisset: quòd scilicet in scriptis suis Seuerus, conuitiis læpe illum impetisset. Verùm thronũ Antiochenum deseruit Gorpiæo mense, quem Septembrẽ Romani vocant. Eius discessu in sedẽ eam Paulus cõscendit, qui perinde atque ille aduersus quartam Synodum occultè per rabiem latrauit. Ac tum quidẽ ille Synodum eam

Primatiarum ecclesiarum episcopi. Alium Ramanorum põtificium catalogum texunt Latini.

Seuerus synodi Chalcedonensis oppugnator, & distidij multi auctor.

Huic lingua, Iustino iubente, excisa debuit.

Euag. lib. 4. cap. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacri successor vanus, huius Euphrasius apud Antiochenos.

publicè est professus: paulo pòst verò sua sponte E ab ecclesiis subduxit, & ad communem deinde locum vitæ finita abiit. Et post hunc Hierosolymis veniens Euphrasius, episcopatum Antiochenum suscepit.

Vt iterum Antiochia à terræmotu sit afflicta, vbi etiã Euphrasius episcopus ruinis obrutus est: cui successit Euphrœmius. & de aliis vrbibus, quibus damnum à terræmotu est illatum. Caput 3.

Incendium & motus terræ Antiochiæ.

QVo tempore multa simul & frequẽtia Antiochiæ incendia veluti præiere motibus futuris, & proœmia fuere eorum quæ illam cõprehensura erant malorum. Tempus enim non ita multum intercessit, quum septimus Iustini F imperij ageretur annus, mensis decimus. Artemisio mense, cui apud Romanos Maij nomen est, vigesimonono die, meridie maximè vigente, motus terræ vnà cum concutiente ebullitione vrbi incumbens, eandemque funditùs quassans, deformem & horrendam reddidit: & quicquid in ea eximium fuit, in solum coniecit. Ad quam cladem fulmen quoque accessit, ita vt ea mala calamitatem inter se diuisisse videretur. Bonam enim ciuitatis partem terræmotus & concussio solo æquauit. Si quid verò clades eæ intactũ reliquissent, ignis imminens consumpsit, atque in cinerem & pulnerem admirando prorsus modo redegit. Porrò quomodo & quanta mala ciuitas, ea sit perpessa, quásue ædes & publicas porticus, aliáque illustria eius opera, incẽdio simul & terræmotui quasi † succisiuum opus consumenda præbuerit: insuper quam admirandæ & orationem omnẽ excellentes erumnæ diuinitùs ad casus eiuscemodi accesserint, Ioãnes Rhetor singulari cum affectu oratione venusta exponit, historiæ suæ calamitate tali finem imponens. In multis hisce cladibus Euphrasius quoque episcopus, ædificiorum ruinis oppressus interit: videlicet ne quis ex idoneis, qui curam prouidi in tantis malis vrbis eius gererent, viris relinqueretur. Sedenim quæ omnia inspicit diuina Prouidentia, quæque vindictæ gladios miserationis oleo exacuit, atque ante plagas ipsas remedia instruit, atque adeò ab ipsa statim (vt ita dicam) desperatione benignitatem profert, Orientalium copiarum Imperatoris mandato præfectum Euphræmium excitauit, solitudinemque H pro ciuitate omni suam ita declarauit, vt nihil eorum quæ opus esset, per Euphræmiũ prorsus præmitteret. Hunc Antiocheni curæ & administrationis eius admiratione episcopum deligunt. Atque ille sedem eam perinde atque præmium aliquod atque remunerationem tantæ suæ procurationis, à Deo reciperet, non repudiauit. Post menses autem triginta, grauissimas rursus à terræmotu pertulit eadem ciuitas ærumnas: quum deinde à Iustiniano debitam consequuta est curam seu prouisionem, & Theopolis, hoc est, Dei ciuitas nominata: Vnusquisque enim ciuiũ Christi nomen pro foribus inscribens, eo modo terræmotũ dispulit, quum Deus religioso cuidã homini oraculo hæc verba foribus inscribere præcepisset: Christus nobiscum: state. Eiusdem Iustini Imperij tempore

Cladis maxima eius vrbis.

† παρήχηται.

Euphrasij episcopi interitus.

Prouidentia diuina in mediis malis opem benignè fert.

Euphræmius Orientis præfectus, episcopus Antiochenus eligitur.

Alius terræmotus Antiochiæ.

Antiochia Theopolis nominata.

Terræmotui in locis aliis.

Epidumnus etiam, quæ nunc Dirrachium dicitur plurima à sæuis terræmotibus sustinuit dãna. Et item Corinthus, quæ in terra Græcia sita est. Idem verò & Anazarbus, quæ secundæ Ciliciam genti præest, pertulit. Quas vrbes magna pecunia Iustinus restaurauit. Sub eodẽ imperio Edessenorum quoque felix ciuitas, quæ maxima simul & populosissima in prouincia Osroenorum est, mirifica Scirti, qui eam præterfluit, amnis exundatione in tantum est afflicta, vt quum multa ædificia secum conuulsa ille abstraxerit, tum infinitam hominum multitudinem absstulerit atque submerserit. Quos postquam vnda rapuit, confestim instar torrentis, per mediam vrbem profluens euanuit. Quod vbi malum conquieuit, tabula marmorea apparuit, hieroglyphicis literis hæc significans:

Saltabit eius saltum saltator acerbum.

Visa verò eadem tempestate est † Gigãtæi generis mulier quædam, cuiusuis hominis statura excellens: longitudini ei proportione latitudo etiam respõdebat. Porrò Imperator Antiochenis atque aliis calamitatibus in mœrorem coniectus capitis diademate posito, & pulla veste sumpta, luctui se dedit: & vrbs vniuersa cum eo pullata, & ipsa eorum quæ acciderant malorum causa luxit. Imperator verò non solùm Antiochiam, sed & Edessenorum ciuitatẽ, atque Anazarbum, impensis Imperatoriis splendidè restituit. Anazarbus & Edessa ex fundamentis ipsis tanta magnificentia sunt restauratæ, vt vtraque etiam Imperatoris ipsius appellatione sit cohonestata. Quando quidem verò tantæ cladis, G quæ Antiochiæ accepta est, meminimus: cur nõ alia quoque digna memoratu, quæ tum acciderẽ re, præsenti inferimus historiæ, ex rerum gestarum scriptoribus excerpta?

Edessæ clades ex ammis ingẽti exundatione.

Exipsas σκιρτήσει τε χαλκὸς σκίρτημα πολλαπλᾶς χαντοχύσεις.

† *Mulier gigantea. restitutis. concussarum terræmotu vrbium.*

De sancto Zosima miraculorum editore, & Ioanne Chuzicita. Caput 4.

ERat tum temporis Zosimas quidã nomine, ex maritima Phœnicia oriundus, Sidam patriam sortitus, quę non minus quàm viginti stadiis ab Tyriorum vrbe distat: qui magnis certaminibus cælestem meditabatur viram. Hic diuturno ieunio, aliisque studiis, quibus Deum delectari par est, toto illum pectore complexus, non solum ad summum indolentiæ fastigiũ peruenit: verumetiam donum id, vt futura perinde atque præsentia videret, à Deo consequutus est. Fuit autẽ Cæsareæ, quæ caput gentis Palæstinorum est, apud virum præclarũ, prudentia atque eloquẽtia insignẽ, dignitate quoque atque aliis rebus quæ hominis vitã cohonestãt præstantẽ, necnõ generis nobilitate admodũ illustrem Arcesilaum nomine. Quum igitur eladem Antiochia ex motu terræ acceptura esset, prolixè Zosimas illachrimãs, & ex intimo animo ingemiscens, sumpto alicunde in manus † ignis catillo, circumquaque obambulãs, locum omnem suffitu impleuit. Deinde humi prouolutus, precibus Dei opẽ imploranit. Quũ verò Arcesilaus adesset, & quidnam sibi res tã turbulenta velle, interrogaret: propalàm ille, † reuereri se Antiochiam fatali tum casu concidentẽ, fragorémque eius aures suas circumsonãtem, sentire dixit. Arcesilaus

Euagr. lib. 4 cap. 7. Zosimas vir sanctus eladem Antiochenum præuidit.

† πυρείου.

† ἐλίσσετο

cesilaus autem vnà cum iis qui tum ibi præstò A erat, verbis eiuscemodi præter omnem opinionem auditis, stupefactus, horam eam notauit: & postea ea ipsa hora, qua hoc Zosimas, diuino afflatus numine prædixerat. Antiochenam vrbẽ in maximas concidisse ærumnas comperit. Pluta verò & alia quæ opinionem omnem superant, virum hunc fecisse dicunt: quæ singula commemorare, quoniam numerum exuperant, temporis huius non est. Vnum tamen aut alterum exponere conabor. Eodẽ tẽpore vnà cũ magno hoc viro vir quidã viguit nomine Ioannes, virturi illi non multũ cedens, in casa monastica cui Chuzica nomẽ erat, ad torrentẽ in parte Septẽtrionali vię publicæ, quę Hierosolymis egressos Hierichontẽ defert, sita. Hic quũ dudũ antea in ea quam dixi Cæsarea Palæstinæ episcopatum gessisset, monasticã tum, & rebus mundanis omnibus carentem consectabatur vitam. Cuzicithes igitur iste tum vbi Arcesilai, quem diximus, coniugem, alterum sibi oculum radio textorio excussisse inaudiuit, nulla interposita mora, fœminam eam visurus accurrit. Et postquam pupillam illi excidisse, & oculum in modum liquoris diffluere vidit, vnum ex comitibus spongiam quàm celerrimè afferre, & humorem diffluentem in locum suum cogere, spongiamque ipsam quantum posset fasciola colligare iussit. Aberat autem domo Arcesilaus, & cũ Zosima in phrontisterio sive monastico tugurio, quod ad vicum Sida cognomine situm erat, & à Cæsarea stadijs propè quingentis distabat, conuersabatur. Colloquenti verò ei cum Zosima, celeriter domo accurrentes famuli, casum vxoris renunciant. Quo derepentè audito, ille in prolixiorem incidit luctum, & capillos vellens in aërẽ iactitabat, & mœrorem cohibere non poterat. Causam eius conturbationis Arcesilao commemorante, sermonemque suum gemitu frequenti interpolante, Zosimas cognoscit, Arcesilaum ita miserabiliter affectum statim reliquit, & in ædiculã vbi illi mos erat, pro eo, atq; par est, seorsim cũ Deo colloqui, currit. Atq; paulo pòst inde egressus, veluti lætus & exultans, vultu subridenti & Hilari Abi (ad Arcesilaum inquit) Abi. Chuzicitæ gratia data est, & vxorcula tua modis omnibus valet: quòd nequaquam obesse illi, propter Chuzicitæ præsentiam, casus acerbus potuerit. Neque id falsum fuit. Nam eadem in re vterque miraculum pariter edidit, Nouum præterea Ioannem istum peregisse vitæ genus ferunt, ita vt cuniculatim meatum quendam tortuosum sub terra effoderit: ibique turbam frequentem auersans, quietem consectatus sit. De Zosima autem illud quoque memoriæ proditum est. Ibat vir sanctus aliquando Cæsaream, asellum secũ trahens: cui res quasdam necessarias gestãti, subitò institit leo. Atque is iumento rapto aufugit. Cõsequutus autẽ eum per syluã est tardiore gradu senex. Leo, quoadusque ad eum Zosimas peruenit, asini carnibus interea exsatiatus, discedere ab eo parabat. Porrò Zosimas hianti ore hilariùs leonem inspiciens: Atqui, inquit, ô amice, mihi ea vis nõ est, vt humeris asini clitellas portare valeam, qui eò ætatis peruenerim, & egestate emarcuerim. Subeundum igitur tibi onus est, & naturæ prærogatiua reiecta, contrà quam

Ioannes Chuzicites monachus.

Miraculum Zosimæ & Ioannis illi cõmune.

Leones in cuniculis terræ habitantes.

Zosimæ leo seruus paret, & clitellas gestat.

B ALter verò tum quoque enituit Zosimas, nõ ille quidem solitariam degens vitam, sed in quodam Palæstinæ cœnobio inter monachos commune certamen persequens. Quem sacerdotio fungentem, rem diuinam arcanorum mysteriorum Ægyptiacæ illi fecisse aiunt. Illi inquam Ægyptiacæ, quæ tantopere primùm carnis voluptate diffluxisse dicitur, vt nihil prorsus carnalis petulantiæ intentatum reliquerit: eoque vitiosæ libidinis peruenerit, vt eam verbis eloqui nemo possit. Deinde verò ad summam virtutem ita euasisse, vt altera ab altera illustraretur. Sed enim vt illa in Ægypto prognata, & quo vitæ genere vsa, multos libidinis magnitudine in potestatem suam ceu mancipia redegerit: & vt diuino nutu ad sacrosanctum lignum venerandum excita, in viam se dederit, atque inde diuertens Iordanis quoque flumen transierit, & in C interiorem solitudinem se abdiderit, neque cum quopiam homine præterquam vno isto Zosima colloquuta sit, ciboque simul & vestitu abstinuerit: denique vt inter precandum in sublime sublata, cum Zosima hoc verba contulerit, vitámque hanc finierit: & de diuina communione participauerit, necnon vt illi leo sepulchrum effossum parauerit, & vitæ ipsa exemplum pœnitentiam agere volentibus commodissimum reliquerit: Sophronio, qui olim Hierosololymitanam sedem antistes exornauit, memorandũ relinquemus, qui eleganter sanctæ eius fœminę & Zosimæ vitam descripsit. Mihi namque ad alia exponenda properanti, his immorari non licet. Cæterùm paulo ante hoc tẽpus, Theodora illa inter fœminas admirãda, illustris fuit, quam * ad Alexandrinæ vrbis regionẽ Nonam animo magno monasticæ vitæ certamẽ pertulisse fama est. Fraude enim quadã furtim in stuprum adducta, posteaquam se diuinum numẽ læsisse cognouit, diuitias omnes atque generis splendorẽ mãdato Dei posthabens, & sub virili habitu muliebria occultans, eã quæ supra naturã est vitam exegit. Eámque rẽ ita contexit, vt crimen etiã illud subierit, quasi pueri procreati pater fuisset. Quã illa apertam calumniam ita fortiter sustinuit, vt puerum perinde atque ipsius esset, mandata sua monasticáque cella expulsa receperit eundémque coacta tenerum, quoad in virum euasit, educauerit: quum crimine se, exigua corporis parte exhibita, liberare potuisset. Illa verò ad finem vsque sexũ, sicuti instituerat, celare perseuerauit.

Sophronius Hierosolymitanus vitam eius describit.

Theodora sub virili habitu in monastica vita pœnitentiam egit.

* κατὰ τὸ τῆς ἁλεξανδρείας ἔαρος.

Calumniam sibi intentatã patientissimè tulit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maximis etiam gratiarum donis est cohonesta- E ta, adeò vt & feris imperarit, eámque de rebus quibuscunque precátem Deus exaudierit. ad quem tandem, laborum suorum præmia receptura, migrauit. Eam porrò migrationem monasterij præfecto ostendit autor ipse & conciliator bonorum, † ascensum videlicet quendam mirificum, & domum longè splendidissimam, per quam Theodora ipsa à comitatu & satellitio illustri producebatur.

† ἀναβαθμόν.

Quæres in ciuitate Negra acciderint, & de sancto Arethæ martyre. Caput 6.

Arethas martyr. Negra ciuitas Arabiæ, martyrio defuncta.

EAdem tempestate & Arethas martyr certamen pro Christo obijt, in ciuitate cui Negræ nomen est. Ei ille toti à maioribus ipsis Deo dicatæ præfuit. Sita verò est alicubi ad fines Arabiæ felicis. Hanc rebus plerisque florere, & quæ Deo grata essent facere, humani generis inimicus minimè ferens, fœuam aduersus eam concitauit procellam. Namque in Iudæum quendam illapsus, Mosen quidem patrem & legislatorem se habere gloriantem, re autem ipsa prorsus à legibus & iure naturæ abhorrentem, atque in finitima Homeritarum regione tyrannidem exercentem, contra eam, quam dixi, consurrexit vrbem. Ac posteaquam illam adortus, omniaq; expertus nihil egit, quòd simul & mœnibus munitissimis, & militum virtute, quos in vrbe habebant, tyrannum ciues repellerent, ad veterem patris sui † armaturam, mendacium scilicet ipsum, se conuertit: & amici personam sumpta, pacem cum illis pepigit, atque vt sibi cum paucis videndæ vrbis gratia eam ingredi liceret, petijt, iureiurando per patrij Dei nomen interposito, nihil se mali aut cogitaturum, aut facturum. Illi verò sunt assensi. At vbi tyrannus intra muros acceptus est, non diu moratus, persona & figmenti scena posita, cum Christi ouibus lupus est congressus. Et postquam periculum ciues à Christo auertendi fecit, atque à scopo cõsilij sui aberrauit, alios tandem ferro, alios autẽ igni & tormentis variis, ciuitatem videlicet vniuersam holocaustum Deo obtulit. Inter quos Arethas genere fissimus martyrij recepit coronam. Egregium quoque ibi virilis animi specimen edidit alius quidam, mulierculæ vnius, ex eis quæ ad pyram accensam rapiebantur, filius. Hunc etenim tenerum adhuc, tyrannus retinens, distrahere à matre conabatur, demulcens illum, & quicquid ad animum adolescentuli alliciendum faceret, obiiciens. Ibi verò puer matrem aspiciens, femur tyranni momordit, & ad illam procurrit, atque ita vnà cum matre sacrificium suaueolens per litationem ad Deum est transmissus. Ac ciuitas quidem vniuersa ad hũc modum ferro & igni Deo est oblata, & veluti pulchra & irreprehensibilis sponsa immortali coniuncta sponso. Verumenimuerò quum vniuersitatis huius Deus libẽter admodum sanguinem illorum reciperet, nõ tamen sustinuit, quin debitas tam impiæ & flagitiosæ crudelitatis pœnas sumeret. Porrò Dunaan ipse (hoc enim tyranni nomen erat) ciuitate ita capta, nõ animaduertit, se murum quoque illam ad sempiternam transmittere, sibiipsi autem cum probro temporaneam hanc adimere vitam, miserãdúmque in modũ se ad perpetua deiicere supplicia. Postquam enim Iustinus quæcumq; Homerites aduersus vrbem eam fraudulenter instituisset, & contra sanctos facere perrexisset, intellexit, ob factum id vehementer commotus, & ira percitus est. Ilicet ad Elesbaam Aethiopum ducem Christianorum sacra apprimè colentem scribit, ad legitimam illum vindictam de periuro illo & impio æmulatione sancta sumendam concitans: vt apparatu belli omni & expeditione militari, quæ regem deceret, illum quidem contereret, pœnam autẽ cõdignam pro cæsis Christi ouibus exigeret. Ille porrò sua quoq; spõte, pro suo in Christum amore ad id propensus, auxiliis ab Imperatore non pœnitendis, ex militaribus quæ in Oriente & Aegypto erant copiis, acceptis, armatura crucis se instructum munit, & aduersus Hebræum ducit. Atque terra marique cũ exercitu hostem, cuius ditio plurima ex parte maritima erat, adortus, fortiter admodum cum eo signa confert, & virtute maiore in prælio victor euadit, hostémque vnà cum multis aliis genere sibi coniunctis viuum capit, & omnes eos ferro cædit. Et præterea oppidi eius regione omni expugnata, atque prorsus deuastata, gloriã sibi princeps inclytus parit sempiternam. Cæterùm quum beatus ille Elesbaam probè sibi conscius esset, belli se socium auxiliatorémque habuisse rerum omnium Deum, cuius ope internecione aduersarium crucis Iudæum cõcidisset: Quod quidem, summe Imperator, inquit, tibi pro eo atque par est, pro subministrato mihi tãto auxilio reddam, non habeo. Quod vero mihi est regnum (id quod apud omnes habetur charissimum) tua gratia hodie depono. Atque cum hisce verbis purpura diademateque abiecto, sacram ædem ingressus est. Et capite raso, asperáque monachorum lacerna sumpta, in angustam quandam cellam, ita vt per vitam omnem adiri non posset, se abdidit. Ibique pane solo & oleribus quibusdam pro cibo vsus est: & deinde vita sanctè finita, ad felicem & sempiternam transiit mansionem. Verùm, ne talia multa mihi recensenti, ad prolixiorem magnitudinem institutum excrescat opus, ad reliquam historiam exponendam reuertor.

puer martyr, qui cum matre cremari maluit, quàm in tyranni blanditus acquiescere.

Iudæus Homerites pseudomoyses.

† παροπλίαν

Elesbaan dux Aethiopum, nutu Dei & Iustini instinctu, pseudomoysen Dunaan bello vlciscitur, & Christianum sanguineo vindicat.

Elesbaam monachatũ suscipit.

Vt Iustinianus magnus imperio suscepto, professionem & fidem Chalcedonensem defenderit. Theodora verò coniunx eius, magis ad partes eorum qui vnam naturam Christo tribuunt, fuerit inclinata. Cap. 7.

ANnum octauum, & præterea mensem nonum, diémque tertium in Imperio Iustinus agebat, in extrema iam constitutus senecta, atque ad rerum publicarũ administrationẽ minimè idoneus erat, præterquam quòd morbo etiã quodam graui distinebatur. Iustinianum igitur sororis suæ filium, patricium, ducémque summum, Imperij sociũ legit. Iustinianus more solẽni Augustus declaratus primo Aprilis mẽsis die, anunculũ prima deinceps Augusti (cum enim is extremum diem suum obiit) amisit, cum quo menses quatuor imperauit. Integrum autem imperij

Iustinianus Iustini in imperio successor.

imperij Iustini tempus annorum nouem triũque dierum fuit. Iustinianus porrò vbi Imperio toto solus potitus est, synodus Chalcedonensis Iustini sanctionibus in omnibus vbique ecclesiis obtinebat, quemadmodum suprà à me dictum est. Adhuc tamen in quibusdam prouinciis res ecclesiasticæ propter turbas in statu suo non erant. Potissimum verò id mali in vrbe Imperiali, & Alexandria ipsa obseruabatur: vbi etiã non ita liberè prorsus iactabatur. In vrbe imperante post Epiphanium, qui Ecclesiæ annis sedecim præfuerat, & Ioãni scholastico (is autem annum vnum episcopatum gessit) successerat, Anthimus Trapezunte translatus, nulla gloria episcopatum administrabat. Alexandriæ verò Dioscori, quem diximus, successor Theodosius, sacra curabat. Vterque verò, & Anthimus & Theodosius, vnam naturã in Christo esse, post vnionem opinabantur. Verùm Iustinianus magno animo Chalcedonensem synodum defendebat, sanctionibúsque eius admodũ addictus erat. Coniunx autẽ eius Theodora, eos qui vnã profitebantur naturam, idipsum magis veritati consentaneum esse arbitrata, tuebatur. Si quãdo enim de fide oboritur controuersia, non modo parentes à liberis, & contrà, sed etiam coniunx à marito suo, & vir à coniuge per seditionẽ dissentit. Iustinianus sanè & Theodora, nescio quo pacto (forsasse autem ex compositio) opiniones diuiserant, ita vt ille quidem duas naturas in Christo post vnionem profitentes propugnaret, hæc autem vnam asserentibus naturam adhæreret. Neque sibi inuicem quidquam concedere videbantur: Iustinianus scilicet in Chalcedonensibus decretis fortiter admodum persistens, eáque defendens: Theodora verò aduersæ maximè parti addicta, quæ eis quæ naturam vnam deprædicabant, multam curam præstabat, neque nostrates interim prorsus negligens. Illis verò tum ingentem impendebat pecuniã, cósq; quàm maximè adiuuabat.

Episcopi Constantinopol. Epiphanius Ioannes, Anthimus Alexandriæ, Dioscorus, Theodosius. Iustinianus Chalcedonẽsem tuetur sanctum.

Theodora Augusta cõtra nititur.

Vt Seuerus reuocatus sit. De epistolis eius. Et vt Anthimo pernicies corruptelámque suam communicauerit. Et vt in omnibus ecclesiis quarta synodus laudata sit, & prædicata. Caput 8.

CVius quum ea esset sententia, sæpius illa Iustinianum aggressa, vix tandem ei persuadet, vt Seuerum Constantinopolim euocet. Circumferuntur hodie quoque Seueri ad Theodoram Augustam & Iustinianum ipsum epistolæ, per quas ostendit, quum primùm quidem ille profectionem ad eos suam, ex quo Antiochenam reliquit sedem, distulerit, postea autem ad Imperantem peruenerit vrbem: se & Anthimũ eadem sensisse, eandémque secum de diuino numine opinionem illum obtinere reperisse: séque illi etiam, vt thronum suum relinqueret, persuasisse. Scribit autem hæc quoque ad Theodosiũ Alexandriæ episcopum, in quibus literis gloriari etiam videtur, quòd in eam sententiam eum ipsum Anthimum adduxerit, vt eiusmodi detestanda dogmata temporaneæ etiam isti gloriæ supremæque cathedræ præferret. Sed & Anthimi hisce de rebus, atque itidem Theodosij ad Severum & ad Anthimum epistolæ extant: quas eam ob causam prætermisi, ne ingentem talium scriptorum copiam in hoc opere accumularem. Enimuerò quod cum Imperatore non consentirent, sed contra illius iussiones venirent, & Chalcedonensem Synodum non reciperent, vterque & Anthimus & Theodosius è sedibus suis deturbati sunt. Itaq; in Alexandrina Zoilus, in Cõstantinopolitana autem Menas successit. Accidit tum, vt in ecclesiis omnibus Synodus Chalcedonensis clarè prædicaretur, & vt nemo illam vel anathemate vel calumnia expetere auderet. Qui verò aliter facerent, omnibus modis adigebantur, vt pedibus in eandem sententiam irent, in eáque conquiescere cogerentur. Promulgauit quoque constitutionem Iustinianus, in qua Seuerum vnà cum aliis anathemate ferit: & præterea quicunque illi addicti essent, opinionémque alienam complecterentur. Atque eosdem etiam grauibus pœnis subiicit. Ita factũ, vt timore omnes percellerentur, & cunctæ vbique ecclesiæ idé sentirent, neque postea schisma sine dissidiũ aliquod in ecclesiis reliquum esset: sed vt omnes omnium ditionum patriarchæ inter se conuenirẽt, & locorum quorumque episcopi duces suos sequerentur, propalámque per orbem vniuersum in ecclesia quatuor tantum Synodi celebrarentur: prima, Nicæna trecentorum decem & octo patrum: secunda, Constantinopolitana: tertia, Ephesia prior: quarta, Chalcedonensis. Coacta verò est quinta quoque Iustiniani iussu, de qua loco suo dicemus.

Zoilus Theodosii Alexandriæ successor. Anthimi Cõstantinop. Menas. Chalcedonẽsis synodus comprobatur. Constit. 42. Nouell.

I. Reddentes honorem. §. Suscipimus autem. C. de summa Trinitate.

C *De synodis, quæ contra Anthimum, vetrum Seuerum, & Zoeram sunt coactæ. vt sancta quarta synodus vbique locorum sit comprobata. De Agapeto, Agathone, & Ioanne, Romanis episcopis. vt is Byzantium venerint. Cap 9.*

ILlud notare conuenit, eum quem diximus Anthimum Epiphanij successorem, verbo quidem sanctam quartam Synodum recepisse, reuera autem abominatum esse atque damnasse. Et quum comprobare eam, atque anathemate eos iugulare, quos illa reiceret, adigeretur, & id ipsum facere differret, alias ex aliis causas moræ confingens: interea accidit, vt Agapetus veteris Romæ hierarcha Constantinopolim veniret. D Qui quum de Anthimi rebus inquireret, multósque ab Archimandritis eius vrbis, & ab aliis libellos oblatos acciperet: illi ne in conspectum quidem admisso, episcopatum abrogauit. Cuius calculũ monasteria etiam Palæstinæ, & Petrus Hierosolymitanus antistes, necnõ reliqui ecclesiarũ præfecti cõprobarunt. Hũc Anthimum post Agapeti obitũ synodus Constantinopoli coacta, atq; ipse etiã † Agathon, Agapeti in ecclesia Romana successor adhuc superstites, cohortati sunt, vt pœnitentiæ libellũ exhiberet, eáque quæ in illum dicta essent, falsa esse probaret, atque ita ad priorẽ episcopatum suum Trapezuntẽ rediret. Porrò quum ille latitaret, & Synodus iterũ atque tertiò illũ comparere, & causam dicere, obiectáque sibi crimina cõfutare, & priorem sedem Trapezunte recipere propalam iuberet, atque ipse propter timorem

Agapetus Ro. antistes Constantinopoli Anthimum exautorat. Nam ibi apud Imperatorem Iustinianũ Theodorici siue Theoderichi legatus fuit.

† *Latine dicitur Bonifacius.*

Synodus Cõstantinopolitana prouincialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De historiis Procopii Cæsariensis. Quæ de vesica pugnatis scribat. De seditione & tumultu populari Constantinopoli moto: quæ seditio vixit, hoc est, Vince, dicta est. Caput 10.

NOn intempestiuum verò fuerit, reliquas etiã Iustiniani Imperatoris res gestas memoratu dignas, neque prorsus ab ecclesiasticis rebus abhorrentes, in historia ista recensere, & quoad eius fieri potest contexere: quæ à Procopio Cæsariensi eleganter admodum & doctè in temporum suorũ historia sunt conscripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis stylum accedentia composuit: quorum vnum Persica nominauit, in quatuor partes diuisum opus: Secundum pari diuisione, Gothica: quæ scripta, bella ab ipso Iustiniano & Bellisario in orbe Romano feliciter gesta complectuntur. Tertiũ † Aedificia inscripsit, magnificè admodum cõmemorans, quæ opera Iustinianus construxerit: templa scilicet, regias, oppida & vrbes, pontes, atque alia ad publicum vsum spectantia. Quartum opus, * recractatio est earũ orationũ, quas apud Iustinianum laudibus eum vehẽs habuit, quasi quædam palinodia seu recantatio minus rectè ab eo dictorum Bellisarii res describens, cuius comes in expeditione bellica illi subseruiẽs fuit, primùm commemorat, quomodo Cabades Persarum rex, Chosroæ filiorum suorũ natu minimo regnum relinquere volens, in adoptionem eum Romanorũ Imperatori dare statuerit, quo iuueni certius firmiúsque regnum esset. Quod vbi illi non successit, Proclo impediente, qui apud Iustinianum quæstoris dignitatem gerebat, inimicitias grauiores contra Romanos suscepit. Et bellum Procopius inter Romanos Bellisario duce & Persas gestum, elegantia mira optimè exequitur. Primùm, vt Bellissarius vnà cum Hermogene exercitus ductore Persas ad Daras & Nisibim vicerit, scribit. Et victoriæ eorundem trophæa in Armenia erecta attexit. Item Alamundari Scenitarum barbarorum ducis, bello aduersus Romanos ab eo moto, res gestas. Qui Timostratum Rufini fratrem vnà cum plurimis aliis comitibus eius captum, postea ingẽti pecunia redemptum, reddidit. Perquam † miserabiliter autem memorat ipsius Alamundari & Azareti aduersus Romanorum imperium expeditiones: quemadmodũ copiis eorum militaribus per vim in regionem suam redire contendentibus, in Euphratis ripa Bellisarius occurrerit, atque cum eis prælium cõmiserit. Et quomodo Bellisarij milites, quòd cõsilio eius parẽre noluerint, Paschalium feriarum diebus instantibus sint concisi. Quomodo denique Rufinus & Hermogenes perpetuam, quæ dicitur, pacem cum Persis fecerint. Deinde seditionem popularem Byzantij ortam subiungit, quæ cognomen sortita est Νίκα, Vince: quòd tesseram eam in ipso conflictu perduelles habuerint, vt eo signo se earundem partium fectatores cognoscerent. Quo tempore Hypatius & Pompeius Anastasium genere contingentes, populo cogente, tyrannidem affectarunt. Sed ij postea plebe, Narsæ & bellisarij ductu, victa, Iustiniani iussione capita amiserunt. In eo tumultu Procopius triginta millia hominum ex plebe concidisse dicit. Per quos, addit, odio Iustiniani incensum esse vetus Sapientiæ Dei templum, quod † longiusculum fuit. Id Constantius olim funditus à Constantino constructum, & à se absolutum, Deo sacrauerat. Quapropter illis tantam impietatem patrare ausis, permissione, vt opinor, Dei, quale id deinceps futurum esset scientis, Iustinianus post victoriam, partim vt illos vlciscereturpartim vt de eorum coacteuata cæde Deum placaret, templum id ab ipsis fundamentis excitatum, ad eam quæ nunc cernitur, amplitudinem perduxit.

Agathon Rom. pontifex Menam Constantinopolim vocauit, vnne Latini nonifacium nominare videntur. Constit. 42. Nouell. Anabaptistæ damnatio. a Altera synodus Constantinopoli prouincialis. Acta eius aduersus Seuerum, Petrũ, Zooram.

** ἀφορτουγιάτ. Synodus Rom. prouincialis.*

Euphemius, Macedonius, Flauianus, defuncti etiam, in integrum restituti.

Restitutio eiusdem.

† *Vetera Pelusiacum Arabia est ad rubrum mare pertinens, & odoriferam illam ac diuitem, & beatæ cognomine inclytam. Hæc Carabanum & Sabæorum, & Scenitarum Arabum vocatur, sterilis, præterquam vbi syriæ confinia attingit, nec nisi Casio monte nobilis. Plin. lib. 5. cap. 11.*

Res Vandalorum. De Honorichos: & eius temporis martyribus. De Cabaone Mauro, & quæ pro Christianis egerit. cap. 11.

Res Bellissarij contra Vandalas gestæ. Vandali, Gõdisclus, Gõtaris, Genzerichus. Honorichus persequutor catholicorum plus quã 354. episcopos eruendos solũ exilij causa vertere coegit. Diac. Christiani catholici exacti quoque eorum linguas diserte loquuti. Ex dicta, vt supra. Gratia miraculorum per precatum sup primitur. Cabaones. Libyes infideles. ea quæ christianis sunt religiose facientes, ipse Dei Vandalos deserit.

IDem Procopius res Belli Tarij Vandalicas cognitu dignas mirificè admodum exequitur. Arcadio nanque & Honorio imperantibus, sicuti suprà dictum est, Vanda li & Alani cum rege suo Gongidisclo Hispania occupata, inde in Libyam Occidentalem transierunt, eandemque possederunt. Gongidisclus vbi fatis concessit, Gontaris & Genzerichus filij eius in regno successerunt. Altero porrò ex his, Gontari scilicet mortuo, ad vnum Genzerichum summa rerum Vandalicarum peruenit. Hic Carthagine principe Aphrorum vrbe, sedem regiam constituit. Ac deinceps Romã quoque cepit: & mortuus est, quum regnum vnde quadraginta annis obtinuisset. Reliquit autem is filium Honorichum: qui Arianam religionem propugnans, Christianos Nicæna decreta fortiter defendentes, in Libya crudeliter tractauit, Arriique opinionem profiteri coëgit. Qui verò mandatis eius parẽre nollent, eos innumeris affecit supplicijs, igni & aqua & aliis acerbissimis tormentorum generibus è vita tollens. Erant verò, quibus etiam linguas ferro rescidit: quos se Procopius, quum Constantinopolim venissent, vidisse ait, atque per colloquium conuenisse, haud aliter, quàm qui nihil tale passi essent, verba facientes. Horũ linguæ ex ipso vsque gutture excisæ erant: vocẽ autem tam claram & articulatam edebãt, vt miraculum nouum spectantibus atque audientibus exhiberent. Meminit quoque eorũ in quadam constitutione † Iustinus. Ex his, Procopius inquit, aliquanto pòst duo quòd lubricitate lapsi essent, & rem cum fœminis habuissent, vocem prorsus amiserunt, martyrij gratia amplius apud eos manere nolente, sed propter illorum degenerationem ab eis desciscente. Recenset præterea aliud quoque admiratione dignum, quod Deus eo ipso tempore fecit, in hominibus, non illis quidem sacris nostris initiatis, sed qui tamen tumquæ sancta essent, facere delegissent. Scribit nanque de Cabzone quodam Maurorum, eorum qui circa Tripolim sunt, duce. Cabaones igitur iste (illius enim qui hæc perquàm iuculenter commemorat, verbis vtar) postquam Vandalos bellum aduersum se mouere audiuit, hæc fecit. Primùm ciuibus subditisque suis præcepit, vt ab iniquitate omni & cibo qui ad delicias faceret, abessent, omniúmque maximè se à congressu mulierum abstinerent: & binis castris positis, in alteris quidem ipse cum viris in armis fuit, in alteris autẽ mulieres inclusit, mortis supplicium minatus, si quis fœminarum vallum ingressus esset. Sub hæc exploratoribus Carthaginem missis mandauit, vbi Vandali in expeditione militari in templum christianorum aliquod per iniuriam contumelioſe quidquam facerent, vt ipsi quidem, ea quæ fierent, spectarent: postquam autem Vandali ex eo loco decessissent, diuersa & contraria omnia in delubrum id, vnde illi abissent, facerent. Illud etiam eum dixisse ferunt, se quidem Deum quem Christiani colerent, ignorare: consentaneum verò & par esse, siquidem, quod diceretur, fortis potensque esset, vt quum contemptores numinis sui vlcisceretur, tum cultores tueretur. Itaque speculatores, postquam Carthaginem venerunt, per ociũ ibi quieuere, Vandalorum apparatum belli spectantes. Vbi verò exercitus eorũ Tripolim versus iret, viliori habitu sumpto, subsequuti sunt. Porrò Vandali die primo in Christianorum templis manserunt: & inductis in ea equis & iumẽtis aliis, nihil de iniuria contumeliáque aliqua reliqui quidquam fecere. Et lasciuia libidinéque sua vsi, sacerdotibus quos arripuissent, colaphos impegerunt, & plagis multis in tergo affecerunt, subseruireque eos sibi coëgerunt. Postquam verò celerrimè inde discesserunt, Cabaonis exploratores, quæ ipsis mandata erant, fecere. Templa nanque confestim repurgarunt, & purgamentis aliisque rebus, quæ ibi minus sanctè posita erant, cum cura & diligentia electis, ritè omnia dispoſuere, lucernas omnes incendêre, sacerdotes veneratione ingẽti coluere: & humanitate alia omni prosequuti sunt. Argentum quoque mendicis, qui circum sacras ædes confidebant, dederunt. Hoc pacto illi Vandalorum copias sunt sequuti. Et ab eo tempore in profectione & itinere totũ Vandali ad hunc ipsum modum peccarũt. Speculatores verò peccatum eorum correxerunt. Sed enim quum Vãdali iam non longè ab eo, quem petebant, loco abessent, præuertentes eos exploratores, Cabaoni omnia ea quæ & Vandali & ipsi in Christianorum templis fecissent, retulerunt, atque hostes iam propè adesse renunciarunt, quibus ille rebus cognitis, pugna cum illis est congressus. In eo certamine multi Vãdali, sicut ipse inquit, interfecti sunt: multi ab hostibus capti, pauci sanè ex eo exercitu domum reuersi sunt. a Hæc Trasamundo Vãdalo à Mauris acciderunt: qui non multo pòst vitam finiit, quum viginti & septem annis Vandalorum genti præfuisset: b ante hunc autẽ Gundanus Honorichi filius. Genzerichi autem nepos, duodecim. Honorichus verò octo annos regnum administrauit. Trasamundus iste eximia forma, animique magni vir, ad Theudericum Gothorum regem legationem, Amalasunthan sororem eius in matrimonium sibi petens, misit. Ille verò mille quoque dedit armatos, atque

Vandali in orthodoxos & eorum templa contumelioſiſſimos.

a Trasamundus Vãdalus orthodoxorũ hostiũ acerrimus, in Aphrica 220. episcopos in Sardiniã relegauit, quibus Symmachus Rom. antistite electo, synodũ quotidianã summisit. Diac.

b Gãdamundum alij Gãdaliyn dum vocant, crudelem catholicorũ persequutorem.

Legatio Theuderichi regis ad Iustinũ pro Arianis.

** Alij hunc etiam Theodatum dicũt.*

a πρωτοθρόνου. *Prærogatiua sedis Romanæ præ Constantinopolitana.*

b Potiùs legẽdum Theodosium.

* *Ioannis papæ collega in legatione ista fuere Agapitus & Patricius cõs. Theodorus & Importunus. Sed à Iustino episcoporum hæreticorum restitutio denegata est. Bland. Ioannem, cæterósque legatos Theuderichus Ravennæ post reditũ in carcere fame occidit. Idẽ. Deinde 58. die Theuderichus profluuio ventris diem suum obiit. Idem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

insuper quinque alia virorum millia, quæ satellitum ordinem implerent. Hoc autem defuncto, c Hulderichus Honorichi ex Genzericho prognati filius regnauit, vir mitis, & Christianis minimè grauis, & qui haudquaquam facilè ad bellum mouēdum excitaretur. Gelimer autem quidam genere ei propinquus, tyrannidi incumbens, Hulderichum, postquam septem annis regnasset, regno exuit. Is quòd ad res gerendas industrius esset, Gotthorum gentem attriuit.

c Hulderichus Gelimer hunc Vandalis regē constituerunt: & Hulderichum, Aderam, & Euaginem, in custodiam inclusere.

Thrasamundus decessurus Hulderichum, quem alij Childerichum appellant, sacramento iurisiurandi obstrinxit, ne Catholicis vnquam faueret, nam propensum cum ad illos complectendos esse animaduerterat. At ipse regno potitus, episcopos orthodoxos ab exilio reuocauit, etsique ecclesiæ reformandas demandauit. Quæres et apud Vandalos Arianos fraudi fuit. Diacon.

Vt Bellisarius Vandalis deuictis, triumphum maximum constantinopoli egerit. Et de sancto martyre Cypriano. Item de Maurorum gente atque origine eius.
Cap. 12.

VErū enimuerò Iustinianus Christianos, qui ibi ita affligebantur, miseratus, exercitum coēgit. Suggestione verò Ioannis præfecti aulæ, consilium expeditionis eius mouendæ mutauit. In somnis porrò mandatum accepit, ne à cœpto desisteret. Vindictam enim Christianorū à Vandalis victoriam reportaturam esse, ei dictum est. Itaque magno animo cōcepto, citciter æstiuum solstitium Bellisarium ad bellum Carthagineuse conficiendum misit. Atque vbi prætoria nauis ad littus, quod ad imperialem domum est, constitit, & vrbis episcopus Epiphanius, pro eo atque par est, preces solennes dixit, quosdam etiam milites recens baptizauit, atque in prætoriam nauim Bellisarium produxit, imperatori res de Cypriano martyre, non oratione tantum, sed etiam memoria digna renunciata est, de qua Procopius hæc ad verbum refert. Cyprianum virum sanctum maximè omnium Carthaginenses venerantur, eique templum magnificum pro vrbis mœnibus ad littus maris statuerunt. Atque præter cultus alios quos ei exhibent, festum quoque anniuersarium diem celebrant, quem diem Cypriana nomināt. Et eodem, quo festum eum conuentum, nomine, tempestatem quandā procellosam appellare solent nauræ: quādo qui demin id tempus incidere consueuit, quo tempore Libyes festum hunc diem celebrandū semper lege statuerunt. Hoc templum Vandali sub Honoricho rege catholicis Christianis per vim ademptum euertēre, electis inde cum multa cōtumelia sacerdotibus, & deinceps id vtpote Arianis commodum, restāurarunt. Quum autem vicem eam dolerent atque deplorarent Libyes, persæpe Cyprianum ferunt in somnis quibusdā apparentē dixisse, Christianos minimè de se solicitos esse debere: ipsum enim se tempore suo vindicem atque vltorem fore. Eam rem vt auspicatum omen Imperator accepit. Et prædictio hæc oraculatis in Bellisarij tempora rectè incidit, quo duce Carthago Romano imperio subiecta est, nonagesimoquinto anno, postquam templum id Christianis est ademptum. Eo bello Vandali omnino sunt expugnati, & Arianorum opinio ex Libya electa. Christiani autem templa sua recuperarunt, iuxta Cypriani martyris prædictionem. Ad hæc Procopius illa quoque memoriæ posteritatis commendauit. Bellisarium, vbi de Vādalis victis trophæa statuisset, Byzantium redijsse cum spolijs & bello captorum hominum multitudine ingenti: in quibus & Gelimer illorum dux fuit. Triumphum egit Bellisarius in Hippodromo, in quo quū alia multa admiratione digna, tum præcipuè donaria ingenti vi pecuniarum æstimata, portata sunt: quæ donaria Genzerichum antea diximus Romæ conuasasse, quum ibi in regiam receptus esset, & tepla inuasisset. Quo tempore scilicet Eudoxia Valentiniani, qui Occidentale gubernauit imperium, coniunx, sub Maximo tyranno, postquam simul & virum per cædem amisisset, & in castitatem eius illusum esset, cum euocauit, ductum ei atque ingressum in vrbem Romanam pollicita. Ibi verò ille & Romam igni vastauit, & Eudoxiam cum duabus filiabus ad Vandalos abduxit. Eo ipso tempore vnà cum aliis eximiis vrbis ornamentis etiam donaria quæcunque Vespasiani filius Titus, captis Hierosolymis, Romam pertulerat, & Solomon quondam Deo, quem in primis coluit, dicauerat, Genzerichus rapuit. Quæ quidem omnia Iustinianus Christum Deū nostrum mirificè honorans, Hierosolyma, vbi prius quoque confecrata fuerat, remisit. Dicit insuper idem Procopius, Gelimerē tum in Hippodromo vbi imperator præsidens triumphi pompam spectabat, humi proiectum patria lingua illam Solomonis sententiam protulisse: Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Aliud quoque Procopius recensēt, quod nemo præter eum ex antiquis scriptoribus memoriæ prodidit miraculi admirationem omnem excedens. Dicit nanque, Mauros Occidentalem Libyæ gentem, antiquitùs Palæstina expulsos, in Occidentali ea Lybiæ ora consedisse, eos verò esse, quos Gergesæos sacræ literæ, & Iæbusæos vocant: aliasque insuper gentes, quas Iesus Nauæ filius deuictas domibus suis eiecit. Hanc rem veram maximè esse, vetusta quadam inscriptione confirmat, quam se ille legisse testatur, Phœnicum compositam literis ad fontem quendam, vbi duæ quoque columnæ ex cādido lapide excitatę fuerint. Literarum sculptura eò aduenientibus hęc proponebat: Nos sumus, qui à facie Iesu prædonis filij Nauæ profugimus. Ac de his quidem ad hunc ille modum scribit. Libya verò in potestatem Romanorum redacta, annua vectigalia, sicuti & antèa, in ærarium intulit. In eadem Libya Iustinianus centum & quinquaginta oppida cōstruxisse dicitur, quæ partim ante id tempus non extiterant, partim vetustate collapsa fuerant. Ea verò magnificētissimè restituit, summopereque ornauit, priuatis simul & publicis structuris, mœnibus, & diuersis aliis beneficiis, per quæ & vrbes illustrantur, & diuinum numen maximè placatur, aquæ ductibus quoque, qui vtilitatem simul & amœnitatem abundè ciuitatibus afferrent. Eorum nonnulli tum primùm, quum antea non fuerint, constructi sunt: nonnulli verò quum aliquando quidem fuerint, sed postea corruerint,

Expeditio Iustiniani aduersus Vandalos. Copias militares episcopus ad mare producit & precatione prosequitur.

Sanctus Cyprianus clades Vandalorum prædixit. Cypriana, dies apud Libyes festus. Cypriana ita tempestas.

Victoria de Vandalis. Aphrica intra tres menses subacta. Diacon.

Triumphus Bellisarij, in quo Gelimer est ductus. Spolia Romana à Vandalis recuperata.

Mauri Palæstinorum infidelium colonia.

Iesus seu Iosue filius Nauæ seu Naue. Palæstinos sedibus suis eiecit.

Libya in potestatem Romanorum denuò redacta.

De rebus in Italia à Bellisario & Narsē gestis: & varia Romanæ vrbis per hostes occupatione. De Syluerio & Vigilio episcopis. Item de eu gentibus, quæ Christianam susceperē fidem. Et de Narsa ducis imperatoris artibus, & erga Deum pietate.
Cap. 13.

corruerint, tum temporis ad vetustum reductiA sunt statum.

POrrò quæ in Italia quoque gesta sint, referemus, quæ & ipsa Procopius in historiam retulit. Postquam Theuderichus, sicuti suprà à nobis dictum est, Romam recepit, & Odoacrum tyrannidem ibi exercentem sustulit, rerumque Romanarum potitus decessit, Amalasuntha vxor eius, communis filij Atalarichi tutelam suscepit, & regnū virili animo administrauit. Cæterum quum prouidè rerum curam gereret, primaB Iustinianum ad bellum aduersus Gothos sumendum excitauit. Quum nanque insidiis ab eis expetita esset, Oratores ad imperatorem misit. Sedenim filio Atalaricho in tenera adhuc ætate extincto, Theudatus Theuderichum genete attingens, Occidentis imperium sumpsit. Qui postquam Bellisarium Imperator in Occidentem misit, regno cedēs, literarum doctrinis magis quàm rebus administrandis incubuit, ad res bellicas tractādas minimè idoneus. Copiis Occidentalibus tum Vittigis præsuit. Bellisarius, vt Italiam est ingressus, Vittigis quidem Roma relicta, inde discessit: Bellisarius verò vrbi appropinquans, à ciuibus est in eam receptus, fores omnes & corda insuper ipsa Romanis ei patefacientibus: maximè verò Syluerio throno eius C præsidente, eam rem suadente atque procurāte, qui ad Bellisarium. Fidelem, qui Atalarichi assessor & consiliarius fuerat, legauit. Ita absque certamine Roma in ditionem Romanorum, post annum sexagesimum, mense Decembri rediit, vndecimo impecantis Iustiniani anno. Scripsit & illud Procopius, vbi postea Gotthi denuò Romam oppugnarunt. Bellysarium Syluerium episcopum suspectum fuisse: quapropter eum in Græciam transtulerit: Vigilio autē antistiti thronum ecclesiæ commiserit. Memoriæ prodidit Procopius idem, eisdem temporibus, quum Anastasius imperium obtineret, Herulos Istrum transiisse: atque eos postea vniuersos liberaliter à Iustiniano tractatos. & ingentibus pecuniis allectos, Christianorum religionem suscepisse, & vitam ad humanitatem mutasse. Ad hæc, Bellisa-D rij reditum ex vrbe Romana in vrbem Constantinopolitanam refert. Atq; vt ille Vittigim, perinde atque mancipium quoddam inter spolia Romæ secum duxerit: & vt† Totilas imperium Romæ arripuerit, atque vrbs ea rursum in potestatem Gotthorū redierit. Deinde vt Bellisarius in Italiam reuersus, Romam rursum receperit: atque inde, Persico bello in Oriente orto, ab imperatore reuocatus sit. Recensēt quoque, Abasgos tum Christianissimum complexos esse, fecisque ad humaniorem viuendi morem composuisse. Et Iustinianum imperatorem eunuchum gentis eorum, Ephratam nomine ad eos misisse, qui prohiberet de cætero quenquam ea parte corporis qua viri sumus, apud eos ferro naturæ iniuriam inferēte priuari. Siquidem plurimi qui in principū cubiculis versantur ministri, * quos eunuchos siue cubicularios vocare solemus, ex gente ea erant. Tum verò etiam Iustinianus Dei genitrici templum in Abasgorum regione, pulchritudine atque amplitudine præstans ædificauit: sacerdotes ei attribuit, & alia quę ad cultum diuinum faciunt, ritè constituit. Vnde populo ei accidit, vt accuratissimè in Christianorum dogmate exerceretur. Scribit item, quomodo populi Tanaim amnem accolentes (vocant autem loci eius homines Tanaim, maximæ quoque paludis Mæotidis vsque ad Euxinum pontum in longum excurrentem tractum) ad Iustinianum legatos miserunt, vt episcopum illis daret, supplicantes: quorum ille precibus reipsa annuerit, & episcopum illis libenter miserit. Admodum verò terse illud etiam idem recensēt, quomodo Gotthi Mæotidis accolæ, Iustiniano imperium administrante, plurimas excursiones in Thraciam fecerint. Præterea, vt sæui terræmotus in Græcia fuerint, & Bœotia, atque Achaia, & finus Crissæus ad extremum concussus sit: loca plurima sub numerum minimè cadentia, & vrbes similiter in præceps ierint, & solo æquatæ sint. Plerisque in locis terra submersa pessum ierit, atque alicubi quidem chasmata rursum coierint: alicubi verò hiatus perpetui ad hoc vsque tempus permanserint. Quale quiddam etiam ciuitati Ciliciæ Pompeiopoli acciderit. Quum enim terra diuisa vrbem eam cum incolis omnibus vniuersam absorbuisset, vox ex infima voragine exaudita est, hominum eis qui superstites circum ea loca relicti essent, supplicantium, vt se grumna ea liberarēt. Commemorat etiam, vt Narses eunuchus à Iustiniano copiarum militarium dux electus, expeditionem in Italiā susceperit, ac Totā vicerit, deinde verò & Teiam, & vt vrbs Roma quintùm capta sit. De Narse, qui familiariter cum eo vixēre, illud perhibent: ita ipsum ex diuino numine pependisse, atque id omnis generis pietate coluisse, & virginem eandemque Dei genitricem ita veneratum esse, vt illa manifesto ei apparens, quando præliū committendum esset, præciperet: neque illum facilè prius in aciem descendisse, quàm tempus opportunum ab ea cognouisset. Plures insuper alias & maximas, Narses res gessit, qui Busselinum & Silduandum bello vicerit, & regiones vsque ad Oceanum omnes Romano imperio subdiderit, quas res potissimùm, post Procopium Agathas rhetor in literas retulit.

Theuderici mors.

†

Administratio regni mulieris.

Atalarichus seu Adelbichus immaturè perit.

Theudatus regnat. Roma ex Gothorum manibus à Romanis recuperata. Syluerius episcopus Rom. Vigilius ei successus. Heruli christiani facti.

† *Totilas ita flammis Romā vastauit: vt in ea homines habitare non possent. Itaque ferarum habitaculum est*

† *Amalasunthā siue Himmelsuitham, alij filiam Theoderici fuisse scribunt, vt Diaconus suprà cap. 11. eodem. Amalasuntha soror Theoderici Trasamundo, Vandalo nupsit.*

† *Imperator multa ad eos adiuuandos & educandos multis donauit, restitutósque liberaliter pecunia prosequutus est. Diacon.*

* *Procopius de bello Persico libro secundo. Vbi de Iberū finibus & monte Caucaso agit: Hic gentes, inquit, quum alia multa, tum Alani & Abasgi habitāt. Insuper Zecchi, & post eos Hunni, qui & Saberi dicūtur. Quipostea populi Hungariam & Bohemiā occuparunt.*

Idem Badiulla dictus. Abasgi christiani fiunt. Christianismus homines ad humanitatem componit. Ephratas Abasgus eunuchus. Cōstitutio qua eunuchismus prohibetur. Tractus Tanais amnis Christianismū suscipit. Gotthorū excursiones in Thraciam. Terræmotus. Chasmata.

† Τὰ θεῖα ἐξ ἐμέτου. *Pompeiopolis in Cilicia ex-τα-ράσσ-ου, hiatu terra absorpta.*

Narsa eunuchi ducis res gestæ in Italia Teia Gotthorū dux. Apud Agathiam si dicuntur Bultinus & Sindual. Alij hunc Sualdum nominant.

VI. Chosroes per inuidiam pace fracta, Romanum inuasit imperium. Et de Antiochiæ, aliarumque vrbium hostili occupatione. Cap. 14.

Chosroes Persarum rex bellum contra Rom. mouet.

IN historia Procopij illa quoque sunt: Chosroen, vbi Romanorum in Libya & Italia res bello gestas cognouisset, ad ingentem inuidiam commotum esse: & prætextus contra Romanos fingentem, quod fœdera violata & pax perpetua soluta esset, dixisse. Ac primùm quidem Iustiniani oratores ad Chosroen misisse, qui significarent, nullam se causam præbuisse, vt quæ pacta esset pax perpetua, frangeretur: neque quidquam detrimenti conuentis intulisse, proindéque petiisse, vt de rebus controuersiis disquisitio fieret: & causæ quæ in medium prolatæ essent, pacatis consiliis amicè componerentur. Chosroes verò, quòd grauem, qua in animo suo flagrabat, inuidiam non ferret, nihil quod rationi conueniret, respondisse: verum exercitu maximo ex populis suis coacto, Romanorum ditionem adortum esse, decimotertio imperij Iustiniani anno. Describit igitur, quomodo Chosroes Surum ad Euphratem situm oppidum, expugnatum ceperit, ciuibus partim per pacta conuenta allectis, partim per arma deuictis, quippe qui improbè se gesserit, & pacta minimè seruarit, dolo magis quàm belli iure ciuitate ea potitus. Quomodo etiam Berrhœam incensam igni vastarit. Item quomodo inde Antiochiam peruenerit, in cuius tum throno Euphemius enituit: qui, quum ei quod agebat, nihil ex sententia procederet, Ecclesiam reliquit, eamque profugiens vnà cum vicinis ædificiis seruauit, sacris donariis ordine publicitùs propositis, vt redemptionis essent ecclesiæ precium. Præterea perquàm miserabiliter commemorat, quomodo à Chosroe Antiochia sit capta, qui omnia ibi ferro concidit, & incendio vastauit. Deinde quomodo in suburbanum Daphnæ lucum, & in vicinam Seleuciam venerit: & vt ad Apameam quoque applicuerit, Thoma tum ibi episcopatum administrante, & vita & doctrina illustri viro. Quem vnà cum Chosroe, apud quem legatus erat, dicit equorum certamen in Hippodromo, præter receptum morem, sapienter spectasse: vt illum scilicet tali officio mitem placatumque prorsus redderet. Eum quum facetè admodum Chosroes interrogasset, An ille se ad hunc modum in vrbe sua videre vellet: veritatem rebus omnibus præponentem respondisse dicit, quòd non libenter eum visurus esset. Quod dictum quum Chosroes propter veritatem plurimi fecit, tum antistitem eum mirificè est admiratus.

Præco. lib. 2. belli Persici. Bellum Persicum.

Gaptum Surii.

Berrhœa, apud Procopium Euphemius dicitur Rom.

Antiochia. Lucus Daphnæ. Seleucia.

Thomas Apamenus episcopus cum Chosroe ludos Circenses, vt eum ciuitati suæ placaret, spectauit.

a Thoma episcopi apud Chosroem in tempore liberè dictum.

De miraculo, quod Apameæ ad salutiferũ crucis signũ accidit. Cap. 15.

POsteaquam verò ad hunc locum peruenimus, aliud quiddam recensebo, præsenti historiæ conueniens quàm maximè. Quum Apameni vrbem Antiochenam iam incensam esse audiuissent, Thomam, quem dixi, episcopum à Chosroe reuersum obsecrarunt, vt præter solitum morem viuificum crucis lignum proferret, atque in medium proponeret, vt postremùm intuerentur exoscularenturque vnicam eam hominum salutem: & quasi viaticum, adorationem illius, ad meliorem illam vitam migraturi, sumerent. Annuit precibus eorum Thomas, & lignũ vitale protulit, certis productionis eius indictis diebus, vt vicini quoque fluerent, & medicina salutari perfruerentur. Quum autem omnes cõuenissent, totis manibus Thomas sublato in sublimè ligno, maledictionis amuleto, sacram ædẽ circumit: quod statis tantum supplicationum diebus fieri consueuit. Porrò Thomam procedentem magna vis resplendentis ignis subsequi visa est, non adurentis quidem ignis, sed qui locum vnde ille iret, comburere putaretur. Neque id semel aut iterum, verùm sæpenumero accidit, quod antistes locum omnem circumiret, & multitudo congregata illum, vt idem sæpius faceret, rogaret, quo crebius videlicet diuino fulgore frueretur. Ea res futuram Apamenis salutẽ portendit. Et miraculi eius imago atque monumẽtum ad Basilicæ testudinem summam, omnibus nouitatem rei testificaturum, propositum est. Quod quidem vsque ad Ardaamani & Persici belli tempora integrum permansit: quo tempore vniuersa vrbs, & Ecclesia ipsa, vastata est, & cum ea imago simul conflagrauit. Atque hæc quidem sic acta. Chosroes verò recẽs initorum pacificationis pactorum rursum oblitus, denuò quoque eadem hostiliter fecit, leuitati quidem morum & inconstantiæ eius conuenientia, virum autem præclarum ac regem precipuè haudquaquam decentia.

Apameæ ad lio tempore vastatio. Euagr. lib. 4. cap. 26.

Chosroes bellũ contra pacta conuenta redintegrat.

De re mirifica Edessæ, supra opinionem & fidem omnium, ab imagine Domini Dei & seruatoris nostri Iesu Christi non manu facta, gesta. cap. 16.

INsuper etiam Procopius memorat ea, quæ à veteribus quoque de effigie Christi memoriæ sunt prodita, quæ Augaro Edessæ principi est missa. Et quomodo Chosroes ea, quæ de illa fama increbuerant, quòd scilicet Edessa nunquam in potestate alienigenarum futura esset (id quod in literis ad Augarum missis non reperitur: quẽadmodum ex Eusebij Pamphili historia cognoscere licet, qui epistolam eam legit & ad verbum operi suo inseruit, & nos quoque in secundo tomo exposuimus) falsa esse conuincere voluerit. Apud fideles quidem ita & canitur, & creditur: res ipsa quoque prædictionis eius fidem, quòd vera maximè sit, & sibiipsi consentiens, confirmat, Chosroes nanque maximo impetu vrbem adorrus, atque omnia ferè expertus, innumerabilibúsque tentat is viis, tandem aggerem tantum excitauit, vt ciuitatis etiam mœnia superaret: aliásque infinitas præterea molitus artes & fraudes, cum probro tamen re infecta inde discessit. Quæ verò is contra vrbem eam tentarit, pro eo atque potero, exponam. Lignorum multam vim & materiam aliam quæcunque facilè ignem concipit: milites suos, aliis rebus relictis omnibus ad vrbem aggerere iussit. Atque vbi id dicto citiùs factum, & materia circumcircà cõstructa est, tertiam deinde ingessit, & aduersam aciem contra vrbem duxit: & celeriter propugnaculis in strue lignorum & aggere collocatis,

Edessa contra vim externã oppugnata, per imaginem saluatoris est seruata.

Oppugnatio vrbis Edessenæ.

Defensio eiusdem.

Qui aggestũ dicuntur.

† ἄκρατα πολλὰ μηχανήματα συνίστων καὶ ἐξ ὧν καὶ χῶμα ἐγίνετο τοῦτο ἦν, Aggere bellica est multitudo e lapidibus & ligni & terra excitatum. Suid.

Defensores ad imaginẽ christi ἀντίγραφα Augaro missam confugiunt.

INstitit & hinc, iugum seruitutis imponere contendens. Et postquam mœnia est aggressus, & vrbem expugnare coactus: de salute deinde vrbis, vt ea seruaretur, vtrinque ab obsidẽtibus simũl & obsessis, hinc inde verba sunt facta. Postremò inter vtrosque conuenit, vt sacris templorum donariis ciuitas redimeretur. Quibus & crux, quam Iustinianus & Theodora eò miserant, est annumerata. Et iam ab vrbis eius antistite, aliisque qui cum eo missi fuerant, ad Chosroen omnia deportata fuerant. Atque ille, num præterea in vrbe quicquam reliquum esset, interrogauit. Affuit ibi quidam, verum dicere solitus: & Chosroæ, alia quædam pauca admodum in vrbe à ciuibus occultè asseruari renunciauit. Ac auri quidem vel argẽti reliqui nihil esse, sed alterius longè præstantioris & Deo dicatæ materiæ in qua ossa Sergij martyris asseruarentur, vnam sublongam ex argento fabrefactam restare. Hoc vbi Chosroes audiuit, illico exercitum omnem ad excidendam vrbem ex castrorum munimentis eduxit. Confestim verò innumerabiles propugnatores supra vrbem apparere, seque ad eandem defendendam parare, atque per muros vbique discurrere visi sunt. Porrò vt hoc, qui ad oppugnandum missi fuerant, viderunt, euestigiò ad Chosroem reuersi, quum defensorum ciuitatis multitudinem, tum timorem suum, qui eos exarmasset, stupefacti commemorarunt. Chosroes autem, vbi curiosè omnia scrutatus, valdè paucos vel † immaturæ vel exoletæ ætatis homines in vrbe esse, robustis omnibus è medio sublatis comperit, rem eam sublimioris alicuius potestatis, & martyris præcipuè esse suspicatus est. Ac timore correptus, Christianámque religionẽ magnopere admiratus, statim obsidionem soluit, atque in ditionem suam reuersus est. Fama verò obtinet, Chosroen istum paulo ante obitum, sacris nostris initiatum, atque ad diuinum lauacrum admissum esse. Sedenim & pestem eam quæ tum grassata est, ita vt potero prosequar, quæ omnem (vt ita dicam) terrarum orbem depasta est, quinquaginta & duos annos, quod auditum nunquam est, in terris fœuiens.

Salutem Sergiopolis episcopus sacris ecclesiæ donariis redimit.

Permartyrem Sergium vrbs Sergiopolis defensa.

† ἀώρους καὶ ἐξώρους

Chosroes mira cuius diuinis adductus, christianismũ suscipit.

De sæuissima eius temporis pestilentia & contagione, quæ orbem quinquaginta & duos annos incessit. Caput 18.

Aquæ diuinitus ignem alit & auget.

CApta à Persis Antiochia, biẽnio pòst morbus pestilens obortus est, aliqua quidem ex parte ei quem Thucydides describit persimilis: aliquoverò modo multum ab eo dispar. Ortum cepit ex Æthiopia: vniuersum verò propè peruasit orbem, veluti incedens, & sensim transiẽs, ita vt neminem ferè eius temporis hominem intactum præterierit. Quædam ciuitates adeò sunt à morbo eo occupatæ, vt vacuæ prorsus ab incolis fierent. Fuere quas leuius carperet, & statim inde transiret. Nec ille certa quapiam periodo grassatus est: neque vbi grassari exorsus est, eundem cursum tenuit: verum quibusdam in locis in principio hyemis sæuire cœpit, in aliis vero tempore, in nonnullis æstate prima. Alicubi autumno iam progresso: in quibusdam oppidis partem aliquam attigit, à reliqua autem absti-

ἐπιδήμιος, *hoc est, populi & communis morbus in toto orbe perquàm diuturnus.*

nuit. Et videre erat in ciuitatibus peste hac affe E ctis, domos prorsus omnes consumptas: in aliis vnam atque alteram ad vastitatem redactam, reliquas verò intactas. Fuerunt homines qui certius deprehenderent, quæ ædes nunc immunes à luis ista fuissent, eas proximo deinceps anno so Lis illam sensisse. Illud verò in hoc malo nouum esse visum est, quòd si ciues aliqui earum vrbiū quas pestis inuasisset, alio migrassent, soli ipsi ea corriperentur, qui ex infectis scilicet iam vrbibus inter intactos versarentur. * Porrò malum hoc potissimum sæuiit eis cyclorum periodis, quos Epinemeses Græci, hoc est depastiones vocant. Internecione autem propè interiere homines secundo πεντεκαιδεκαετηρίδος, hoc est, eius qui annos quindecim complectitur cycli anno. Et variæ erant pestis huius ægritudines. In quibusdam enim à capite incipiens, oculos sanguinolentos, & faciem tumentem efficiebat. Deinde gutturi incessens, vitam adimebat. Quosdam ventris profluuium inuadebat. In aliis bubones etiam extabant, & acres accedebant febres. Moriebantur intra biduum & triduum, perinde atque nihil paterentur, ratione & valetudine in vigore suo permanentibus. Nonnulli verò mētis impotes moriebantur. Item carbunculi exorti, homines celeriter inflammarunt & extinxerunt. Erant qui semel atque iterum malo eo capti & liberati, postea tanquam postliminio correpti peribant. Diuersa etiam fuit contagio, rationem excedens omnē. Nonnulli enim morbum ex conuersatione tantùm & consuetudine ægrorum contrahebant, alij solo contactu illorum mortem sibi creabant. Erant qui quum in domum saltem prospexissent, inficiebantur: aliis id in foro contingebat. Nonnulli qui periculum euaserant, ex pestilentibus vrbibus excedentes, contagionem morbi ad integros & valentes transmittebant. Quidā verò peste ea correpti prorsus non sunt, quāmis familiariter cum multis ægris vixissent: & non solùm eos ipsos ægros, verùm etiam ex peste ea defunctos homines contrectassent. Multi nanque erant, qui magno studio vt morerentur agebant, propter liberorum aut totius familię internecionem. Quam ob causam ægrotis immixti, cum morbo ipso quodammodo colluctabantur. Nihilo tamen magis, pro eo atque cupiebant, ex hac vita migrabant. Lues ista, sicuti dixi, ad quinquagesimum secundum annum, pestilentias priores omnes longè post se relinquens, grassata est. Philostratus pestem sui temporis, quæ quindecim H durauit annos, admiratur. Sed illam hæc multis modis superauit. Ego verò ad reliquam historiam reuertor, reliquas Iustiniani res commemoraturus.

Et tempore eo Dionysius abbas nouum cyclum magnū inchoauit.

Euagr. quoque hac peste se infectum fuisse scribit lib. 4. cap. 39.

Παραλειπεται δε χειδον ουλιβωνε τοις ανθρωποις εν τω δευτερω ετει της πεντεκαιδεκαετηρίδος τῶ κυκλῶ.

εποπτεμησις.

* ἐπινέμησις, depastio. Iliad. 6. Πάντακε βοσκεται γαῖαν ἐπινεμέες τε καὶ ἕρπει, *hoc est, omnia quæ terrā depascunt, quæve pererrant. Depastiones & grassationes huiusmodi pestilentiæ & morbi epidemici atque populares (Cyprianus mortalitatem vocat) sicuti eluuiones exustionesque terrarum tempore certo accidere solent.*

Quæ Euagrius historicus de inexplebili pecuniarum cupiditate Iustiniani scripserit. Cap. 19.

QVæ autem de eo Euagrius narret adiiciam, ne ipse in tantum imperatorem inuectus esse videar. Sic enim ad verbum de eo ille loquitur. Iustinianus inexplebilis auaritiæ fuit, & alieni vsqueadeò appetens, vt ciues subditósque omnes auro venales habuerit: & magistratibus ipsis, vectigaliumque mancipibus, atque aliis insidias nulla de causa aduersus homines fuere solitis, vēdiderit. Quàm plurimis autem, quibus essent diuitiæ & possessiones, causa aliqua & prę textu præter causam & prætextum omnem per colorem quempiam confícto, bonorum omnium mulctam dixit. Ac si qua mulier se assimulasset meretricium quæstum facere, & oculum alicui Venereæ consuetudinis gratia adiicere, illico in leges committebatur. Atque ea vbi Iustinianum ad societatem tam turpis lucri asciuisset, opes eius qui per eiusmodi sycophantiam deceptus esset vniuersas, ipse in domum suam congerebat. Pecuniæ verò prodigus etiam, multas sacras ædes & templa vbique constituit, aliásque pietatis causa domos ad affectæ vel imperfectæ ætatis, & cum variis morbis conflictātium virorum & mulierum curam, ædificauit: ingentibus, vnde illi fouerentur, eis reditibus attributis. Alia quoque innumerabilia pietatis opera Deo placentia fecit: siquidem ea ex propriis autoris, qui de suis ipse puris factis fructū ferat, facultatibus procedant. Hæc quidē Euag.

Ex Euagr. de Iustiniani immani auaritia, & immensa prodigalitate.

ἐπιφθαλμισατω.

προστιθεις ομμα.

ἑξόρων τε καὶ ἀφρων.

Descriptio Augusti templi Dei Verbi Sapientiæ, quod Iustinianus Deum sanctissimè colens instauravit. Caput 20.

GIVstinianus porrò multa delubra passim in orbe terrarū pulcherrima excitauit: potissimùm autem Constantinopoli præclarissima templa, præstanti forma & magnitudine constituit. In quibus ingens illa & incomparabilis, neque vnquam antea visa basilica est, augustum Sapien tiæ * verbi Dei templum maximum sanè illud, atque decentissimum, & quod orationis vim omnem longè supergrediatur. Eius structuram ex Procopio hoc loco inserere visum est: cuius verba hæc sunt. Homines aliquando gregarij & leue vulgus Christianorum, ecclesiam incendere ausi sunt. Sophiam Byzantij templum id, commodissimè cognomen hoc Deo tribuentes, vocant. Permisit id hominibus nefariis, vt impietatem tantam patrarent, quod præuiderit ad quātam pulchritudinem fanum id aliquando restitutum, peruenturum esset. Iraque ecclesia exusta tota tum iacebat. Iustinianus autem ita eam aliquando pòst expoliuit, vt si antea quispiam cognouisset, & descriptionem ædificij nunc extantis ossēdisset, in votis habiturus quilibet fuerit, vt ecclesia prorsus disperiret: quo ea forma, in quam est in præsentia redacta, conspiceretur. Artifices nanque imperator ex prouinciis omnibus omnes euocauit, atque in primis Anthemium Trallianum † architecturæ & artis mechanicæ, quæ ingenio & manu fit, non tantùm inter eos qui sua ætate, sed etiam qui superiori-

Hoc facite vobis amicos de Mamona iniquitate, &c. Luc. 16. Iquidam male intelligendo rapiunt res alienas, & aliquid pauperibus largiuntur, & putant se facere quod præceptum est. De iustis laboribus faciendis eleemosynis. Exeo quod habetis dare. Noli velle emere quod non habes, sed da quod habes, & habebis. Et alibi. Et quibus Christi erogamus dico. Aug. serm. 35 de verb. Dom. in euang. secundū Luc.

* *De structura templi Sophiæ Constantinopolitani.*

† *Anthemium Trallianum, Isidorum Milesium architectos nobiles.*

bus

bus temporibus ædificiis accuratè & commodè A sed quod oculis perspicere eam non sit, consternati inde discedunt. Porrò si quidem auro testudo summa tecta est, amplitudinem pulchritudine temperans. Tum aurem lapidum splendor cum auri fulgore concertans, excellit. Ex vtraque parte porticus duæ sunt: vtriusque culmen, tholus, & aurum, tectorium est. Harum altera quidem viris orantibus, altera autem mulieribus idem facientibus cessit: neque prorsus quidquam inter se variant, aut differunt. Quis verò sublimiores gynæ comitidis stationes exponat? aut varias enumeret porticus & columnis frequentibus conspicuas aulas, quibus templum hoc circundatum est? quis columnarum & lapidum enumeret aptam & conuenientem speciem, quibus sacra ædes exornata est? In pratum se quispiam floribus vernans incidisse existimet. Admiretur namque meritò, aliorum quidē colorem purpureum, aliorum verò viridantem, in quibusdam autem puniceum florere. In nonnullis candidum fulgere videat. Insuper verò in quibusdam obstupescat, quos aduersantibus inter se coloribus, in modum pictoris, natura ipsa variè cohonestarit. Porrò templi eius donaria omnia, quæ vel ad vsum sacrorum parata, vel ex argento & lapillis magni precij fabrefacta sunt, accuratius persequenti, eloqui omnino non est: quæ Imperator duntaxat iste dedicauit. Ex vna autem re tantùm, coniectura, qui hæc legent, opes ecclesiasticas colligere potuerunt. Sanctitas etenim templi huius sacrarium, quòd soli sacerdotes adeunt, † quadragies mille argenti libras continet. Ex arcubus, quos loros mechanici vocant, vnus Orienti soli obuersus, nondumque perfectus, magnitudine sua bases columnarum pressit. quæ pondus tantum non ferentes, derepentè quodammodo disruptæ, non ita multo pòst pessum ituræ videbantur. Et Anthemius atque Isidorus ea re perterriti, ad Imperatorem eā retulerunt: neque quidquam ex arte spei reliqui habuerunt. Imperator autem diuinitùs edoctus, statim eis arcum absolutum iri pollicitus est. Ipse etenim, inquit, in seipso assurgēs, inferioribus columnarum basibus non egebit. Ita arcus certa firmitate in sublimi suspensus, experientia ipsa veritatem inuentionis Iustiniani confirmauit. Atque hoc quidem sic hac in parte elaboratum est. In aliis verò arcubus Meridiem & Boream ventum spectantibus, tale quiddam accidit. Lori qui vocantur, per ædificationem nouam mole magna in sublime tollebantur. Eis verò inferiora ædificia prella laborabant, & columnæ quæ eò loci erant, lapides paruos perinde atque expolirentur, ex sese iactos reddebant. Rursum igitur animos desponentes mechanici, propter casum eum Imperatori periculum tale renunciarunt. Tum ille huic malo remedium illud excogitauit. Laborantium enim ædificiorum partes summas, & arcus ipsos adimere, atque in præsens quidem seponere, postea verò rursum imponere, quum structuræ humor induratus euanuisset, præcepit, Illi imperata fecēre. Ædificatio verò ipsa deinceps firma stabilisque constitit. Restaurauit quoque Iustinianus sanctorum Apostolorum templum, quod nulli primas vult concedere. In eo Imperatores & antistites recepto more sepeliuntur.

Sanctitas templi sacrarium.

ἐξ ὀφαλμοὺς τεταρτημορίου ἀποκρίνεται.

ἐκ τῶν ἐξ ἀλύσεων.

Euagrius.

Ingens vis argenti in templo isto.

† μυριάδες τεσσαρες λίτρων.

Iustinianus architecturæ peritissimus.

Diuorum Apostolorum ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De imperatoris eiusdem amore potius quàm furore, erga Cyanem seu cæruleum colorem.
Caput 21.

ATque hæc quidem præclara, atque præclarorum longè præclarissima sunt Iustiniani Imperatoris, opera. Verùm in eo, quòd beluinam feritatem omnem excedit, siue errore, seu ingenij timiditate (dicere id enim nequeo) fuit: initium ex seditione ea quæ Νίκη id est, vince, dicta erat, imitium ducens. Mirificè nanque alteri populi factioni, Cyaneæ inquam, addictus fuisse visus est adeò sanè, vt non solùm eos interdiu in media vrbe cædes aduersariorum facientes legitima pœna facinoris exigenda, non cohibuerit, sed præmiis etiam prosequutus sit. Proinde homicidæ plures facti, & impunitas cædiū aucta. Audebant illi etiam domos aduersę partis ingredi, & pretiosas sepositásque ciuium res diripere, ita vt illi salutem suam auro redimere cogerentur. Si quis verò ex magistratibus non dico cohercere, sed inhibere tantum facinora eiusmodi voluisset, ne vita is periclitabatur. Quapropter quidam Orientis præfectus, quoniam nonnullos scelere tali res nouas molientes cōprehendisset, & neruis proteruitatem eorum castigasset contumeliosa pompa per mediam vrbem tractus, neruis est concisus. Et alium quendam Callinicum nomine, Ciliciæ præsidem: quòd in duos percussorum istorum, Paulum & Faustinum, qui interficere eum conati fuerant, animaduertisset, in crucem egit, pœnas ab eo, rectè prudenterque sacti, & legum conseruatarum, sumens. Itaque qui diuersę factionis erant, quòd possessiones suas relinquere coacti essent, & à nemine prorsus reciperetur, sed veluti quędam detestanda piacula vrbe expulsi essent, prędonicam exercebāt: & itineribus obsessis, ex insidiis viatores adoriebantur & cædebant, nihilque adeò quòd non committerent malorum omittebant: & quotidie ad homines interficiendos atque dispoliendos, flagitiáque alia peragēda, audaciores fiebant. Sæpenumero autem ad factionem alteram conuersus, & in ipsos lege agere iussit: supplicisque eos subdidit: quos antea vbique facinora impia committere, & grauissima quæque flagitia de barbarorum more patrare permiserat. Cæterùm exactè hæc commemorare, neque temporis huius est, neque orationis nostræ quæ assequi ea non potest: Et hæc ipsa satis esse possunt, ad reliquas Imperij huius, quæ hic non recensentur, res coniectura colligendas.

Iustinianus factioni populi constantinopolitani Cyaneæ aduersus Prasinam nimium addictus. Licentia & impunitas gladiorū. Iustinianus iniquissimè in magistratus cædes Cyaneorum coercētes animaduertit.

Per indignitatem eam Prasini ad latrocinia exercenda quoquo sunt adacti.

Apud Suidam est, Iustinianum imperatorem literas planè ignorasse, ἀλφάβητον, hoc est, alphabeti imperitum fuisse.

*De Barsanuphio monacho. item de Simeone propter Christum * fatuo.*
cap. 22.

SVb Iustiniano multi in multis orbis partibus diuini, & vita & miraculis ab eis gestis admirandi viri floruere, in quibus vnus etiam Barsanuphius Ægyptius genere fuit, qui in carne minus carnalem egit vitam in phrōtisterio quodā, quod in præfectura Gazæ situm erat. Hic quum prodigia multa edidisse dicitur, tū in tuguriolo seipsum inclusisse, atque ibi vltra quinquaginta annos ita vixisse creditur, vt neque à quopiā visus, neque re quapiam terrena visus sit. Quæ quū de eo fama vulgata essent, eisque Salustius Hierosolymorum episcopus fidē non haberet, postquam persodere domunculam, vbi homo Dei habitabat, iussit, ignis alicunde exortus omnes consumpsisset, nisi sibi fuga consuluissent. Alius quidam vir Simeones nomine, apud Emesam, nouam quandam & insolitam vitam egit. Qui enim & sapientia omni & gratia plenus esset, dementem se esse adsimulauit, & vanam gloriam tanquam veram ignominiam reiecit. Sanctus igitur vir iste diu solitarius vixit, larens prorsus: neque cuipiam, vt cognosceret, quādo, aut quomodo preces ad Deum funderet, aut quo tēpore, & quibus cibis vel vteretur vel abstineret, additum ad se permittens. Persępe verò etiā in plateis versans: mēte excidisse, neque quicquā consistentis pectoris, solertiæ, & sagacitatis habere visus est. Aliquando incōposite in cauponas insiliens, cibis se quos reperisset famelicus implebat. Quòd si quis cōsilio eius intellecto, vel obseruantiam vel honorem ei exhiberet, indignatus ille quàm celerrimè ex eo loco discedebat, ne id quod celatum volebat, deprehenderetur, virtusq; eius manifestaretur, veritus. Et ille quidem ita se propalam atque in medio foro gessit. Habuit autem familiares etiam quosdā, quibuscum quandoque fuit, scena & simulatione posita. Cuidam ex iis ancilla erat, quæ à quopiam per libidinem constuprata, vbi partus institit tēpus, ab heris patratorem probrosi facinoris eius & patrem pueri indicare coacta est. Illa per calūniam, Simeonem clandestinè secum cōsuesse, seque ex eo grauidam esse dixit, & rem ita se habere iuramēto confirmat: idque si opus esset, in faciem illi se dicturam promisit. Hoc vbi ad aures Simeonis peruenit, factum ipse quoque non negauit, carnem scilicet, se quoque circunferre, lubricam peccandi procliuitatem insitā sibi esse dicens. Postquam autem eo nomine sermones apud omnes de eo increbuerūt, & ipse, sicuti videbatur, pudore perculsus esset: silicet per fraudē, sub verecundiæ prætextu seipsum subduxit. Et iā fatalis & constituta pariendi dies aderat, & muliercula sedili solito insidebat, doloresque vehementes exoriebantur, cruciatum intolerabilem afferentes. Ac misella vltimum discrimē adibat, neque fœtus prodibat: cūm in tempore ipso Simeonem aduenientem, vt preces ad Deum profunderet, mulierculæ aliæ rogarunt. Ibi ille propalàm non prius fœtum solem aspecturum esse, quàm mater patrem clandestinū proderet, prædixit. Quod vbi fœmina professa est, & patrē verum nominauit, confestim infans maternis locis exiliit, veritate ipsa quodāmodo obstetricis illi officium exhibente. Alio insuper tēpore Simeones iste in ædiculam mulieris impudicæ ingressus, foribus clausis, solus cum sola manens, aliquantum temporis extraxit: deinde ostio aperto profugit conspectum omnium, ne quis eū conspiceret, vbique cursu citato vitans. Quo facto, opinionis nō bonæ causam de se præbuit. Quapropter qui hoc viderant, mulierē conuenerūt, diligēterque quid sibi illius ad eam ingressus & tam

Euag. habet Eustachium. Salustius episcopus Hierosolymorum. Sanctus Simones propter Christum fatuus. Contemptus vanæ gloriæ.

Meretricula grauida sputi Simeonem insimulat. Simeones crimen de industria non refellit.

Partus ipse & veritas culpam Simeonis redarguit. Sufficiens Simeones varijs occasionibus hominibus sese exercuit, qui omnibus eleganti simum patiūque atque dese præbuit.

tam diuturna mora voluerit, percontati sunt. Ibi F illa adiurauit, se in tertium vsque diem penuria rerum necessariarum, præter aquam, nihil degustasse. Illum autem, qui hoc cognouisset, cibum ad se, & vini aliquantulum attulisse. Deinde ianuis clausis, mensam apposuisse, cibum capere iussisse, dapibus eam repleuisse: & reliquiis earum recepta, abiisse. Quum terræmotus maximus regionem eam concussurus esset, (quo tempore, præ ciuitatibus aliis, vrbes Berytus, Biblus, & Tripolis cladem ingentem acceperunt) lorum manu circumagens, & quàm plurimas in foro statuas diuerberans, ad alias: State (inquit) vos breui namque saltare debetis. Et cùm viri eius factum nullum ociosum aut † frustraneum esse iudicaretur, qui ei res affuere, animis suis quasnam statuas præteriens non pulsasset, considerarunt. Nam illæ ipsæ terræmotu impetu summo ingruente corruerunt, concussionis eius * opus primarium factæ. Multa præterea ab eo memoria digna sunt gesta, quæ scripto F alio alibi sum prosequutus.

Idem terræmotum prænidit. Berytū & aliarū vrbium excidium.

† κάρφος.

* ἔργον.

De Thoma, qui & ipse vitam tacitam extra hominum strepitum est complexus.
cap. 23.

Thomas monachus sibi ipsi, & Anastasio qui eum contumelijs afficiebat, mortem prædicit.

IN Cœlesyria alius quidam, cui Thomæ nomen fuit, in eodem vitæ genere decertauit. Qui Antiochiā ventre solitus (illius enim ecclesiæ censebatur) annuis alimentis receptis, in mansionem suam ibat. Hunc Anastasius ecclesię eius minister & œconomus, quòd frequenter molestus ei esset, manu in facie verberauit. Eam rem quum illi qui cum eo erant, ęgrè ferrent ipse neque Thomam dixit de cætero quidquam ab ecclesia accepturum, neque Anastasium daturum esse. Et vtrunque iuxta prædictionem eam accidit. Anastasius siquidem postridie eius dici vita defunctus est: & Thomas ad tugurium suum reuertens, postquam in Daphnes suburbanum vicum peruenit, in ægrotorum hominum diuersorio, ad meliorem illam vitam migrauit. Cadauer illius, eius loci incolæ in communi aduenarum monumento reposuerunt, alio atque rursum alio cadauere illi superingesto. Postquam verò Deo ministrum suum cohonestante, corpus ipsius, identidem ea re tentata, semper superiorem tenuit locum, cadaueribus reliquis diuina quadam vi longè admodum ab ipsius corpore semotis, miraculi eius spectatores, ad Euphemium episcopum rem retulerunt, H qua ille ita vti erat cognita, publicam atque honorificam funeris pompam indixit, & corpus magnificè Antiochiam tulit, atque cum gloria multa in cœmiterio sepeliit. Qua cadaueris translatione ille etiam pestilentem, qui tum grassabatur, morbum dispulit. Huius Thomæ anniuersariam memoriam magnificentissimè, festum diem agentes, Antiocheni celebrarunt.

Thomæ istius sepultura honorifica. καὶ ἐπιλοιπὰ τὰ τοιαῦτα. Polyandrium aduenarum.

Supra Euphremium.

Cœmiterium.

Vt Magnus Sabbas, & Theodosius Cœnobiarcha sub Iustiniano vitam finierint.
Cap. 24.

Theodosij monachi mors.

IVstiniano adhuc imperium administrante, & magnus ille Sabbas, & præclarus Theodosius, eremi præsides, superstites erant. Verùm prior Theodosius ad Deum transiit. Sabbas autem nonagesimum tum agens annum, ab Aeliensi antistite legatus iterum Constantinopolim ad Iustinianum, in tenui atque imbecilli admodum senecta fluctuans, profectus est. Samaritani nanque Iuliano quodam rege sibi creato, plurimas Christianis superbè iniurias tulerant. Ecclesias per sacrilegium compilatas igni vastauerāt: eos qui secundum Deum piè viuendum sibi statuissent, post multa & inenarrabilia supplicia conciderant: & circum vicos discurrentes, atque sanctorum monumenta violantes, in ignem coniiciebant. Ea verò circa Neapolim acciderant maximè, cuius episcopū ense occiderant, & presbyteros quosdam comprehensos, & deinde in frusta dissectos, vnà cum quibusdam martyrum reliquiis in sartagine frixerant, à nulla prorsus temeritate & contumelia contra Christianos abstinentes. Quæ vbi Iustinianus intellexit, multa manu cum illis congressus, quum alios multos, tum Iulianum ipsum occidit. Captus quoque Syluanus quidam Scytopoli, & igni crematus, per quàm acerbam vitæ catastrophen subiit: vir qui plurimùm per effrenatam petulantiam in Christianos illusisset, & diuina vindicta ad id tempus conseruatus esset, vt debitas ad eum modum persoluere pœnas: quemadmodum & diuinus Sabbas ei prædixerat. Arsenius autem quidam nomine & dignitate illustris, eius quem diximus Iuliani a comes, Constantinopoli erat, & calumnias quasdam falsò aduersus Palæstinos suebat, perinde atque tyranno multis in rebus adiutores fuissent. Horum gratia Sabbas, sicuti dictum est, orator rursum Constantinopolim venit. Eum verò veluti angelum, & cœlestis Hierusalem ciuem, cœlitus venientem, perquam celebri pompa Imperator excepit: quidquid in vrbe illustrium esset virorum, ipsumque adeò Epiphanium patriarcham obuiam illi mittens. Porrò vbi longè aduenientem Imperator agnouit, eximiam capiti eius coronam imminere vidit: quod & ipsum Anastasius olim, quum ad eum veniret, conspexit. Itaque illi occurrit, & benedictione accepta, sanè quàm libenter cum eo fuit & facillimè quod is volebat fecit. Qui inde reuersus & ipse ad æternam immortalemque vitam, condigna laborum præmia recepturus transiit.

Iudæi duce Iuliano in christianos crudelissimè grassati.

Rebellionis pœnas pendit Iulianus, Item Syluanus.

Diuus Sabbas monachus orator & deprecator Palæstinorum apud Iustinianum. ὁ σχόλυβος.

Magno cum honore Imperator eum excipit.

Sabbæ mors.

De miraculo insigni, quod puero Hebræo à sanctissima Dei genitrice accidit.
Cap. 25.

ANthimo verò quemadmodum dixi, episcopali throno in vrbe Imperiali deiecto, & Mena pro ipso ab Agathone papa electo atque consecrato, miraculum quoddam Constantinopoli, dignū quod memoretur, accidit. Quod sanè ita vt potero exponam. Consuetudo à multo tempore Imperanti vrbi fuit, vt quum plusculum de partibus immaculati diuinique corporis Domini & Dei & seruatoris nostri Iesu Christi reliquum esset, sacerdotes pueros † incorruptos: ex eis qui ad præcep-

Apud Euagrium Anthimo throno Cōstantinopolit. electo, Epiphanius episc. creatum, & Epiphanio Mena successisse, scriptum est lib. 4. cap. 36.

† ἀφθόρους.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reliquiæ Eucharistiæ pueris innocuæ Constantinopoli dari solitæ.

tores in ludum literarium eunt, accerserent, qui E piscopatum eius comprobasset. Quapropter etiam ecclesiastica deturbatus est cathedra. Dicebatur enim, quantum alius nemo, Origenis dogmata vulgare. Hoc verò repudiato, Eustochius in sacram sedem conscendit. Illud nō prętereundum, Roma à Gothis iterum capta, Vigilium profugientem Constantinopolim venisse. vbi quum ab Imperatore magnificè esset acceptus, ad vnionem se ecclesiam reducturum esse, ita vt * tria quoque fidei aduersantia capitula anathemate iugularet pollicitus est. Eò verò insolentiæ progressus est, vt & Menam à cōmunione quatuor mensibus exclusserit. Idem sanè & Menas aduersus illum fecit. Sedenim Iustinianus rebus huiusmodi ad iram commotus, qui eum comprehenderent misit. Vigilius autem sibi metuens, ad Sergij martyris aram confugit: & sacris ibi fistulis implicitus, non prius inde extractus cessit, quàm illas euertit. Erat namque magnus, & corporis statu vastus. Postea verò quum eius rei Iustinianum pœniteret, partibus suis interponente imperatrice Theodora, Vigilium suscepit: atque ille rursum Menam ad communionem admisit. Quo tempore encænia vigesimonono Iunij die templi sanctorum Apostolorum sunt celebrata, & sacrę Apostolorum reliquiæ in curru aureo à Mena circumuectæ. Hoc ipso anno Menas decessit: & Eutychius, sicuti diximus, thronum eius recepit, qui monachus & presbyter, necnon † antistitis Amasemi responsorum dandorum minister fuit.

* τὰ τρισὶ κεφάλαια τῆς τρίτης συνόδου

Vigilius ob ea damnatus, quam decessor eius sylverius, ea de causa, indignatione Augustæ Constantinopolitana, in exilium actus est. vid. Encænia ecclesiæ sanctorum Apostolorum. Circumuectio sacrarum reliquiarum.

† τοῖς λοιποῖς τοῦ ἁγιωτάτου πάπα.

De sancta magna quinta vniuersali Synodo. Caput 27.

ITaque episcopatum veteris Romæ administrante Vigilio, nouæ autem primùm Mena, deinde Eutychio: Alexandriæ Apollinari, Antiochiæ Domino, Hierosolymorum autem Eustochio: quum eis etiam adesset Gregorius Agrigentinus, vir vitæ sanctitate, eloquentia, & veritatis doctrina omnibus propè superior: Imperator Iustinianus sanctam quintam Oecumenicam synodum, episcopis ecclesiarum omnium euocatis, cōgit, eiusmodi ob causam. Eustochius Hierosolymorum episcopus, quum permulti in Palæstina, qui Origenis dogmata profiterentur, florerent, potissimumque ibi ea secta in noua quæ dicebatur Laura, obtineret, magno studio vteos inde abigeret, egit. Proinde ea ipsa quam diximus noua, Mandra occupata, illos veluti communia & profana piacula ecclesia exegit. Illi autem vndequaque dispersi, multos ad partes suas pertractos, vt auxilium eis ferrent, rogarunt. Et non paucos auxiliares habuere socios. Maximè verò eos defēdit Theodorus, cognomento Ascidas, Cæsareæ Cappadocum episcopus, idemque Iustiniani imperatoris assessor, consiliarius gratus illi & fidus maximè visus: quippe qui ob res dextrè ex sententia Principis agendas ei placeret. Hic vbi, quantum potuit, aulam Imperialem commouit, impietatémque quæ nefanda omnia flagitia excelleret. Eustochij rem in Palæstina actam, vocauit, in vrbem Imperantem cum Eustochio præcipuè euocantur, Rufus magni Theodolij, & Conon

Eutychius episcopus Constantinopolitanus. Sancta quinta vniuersalis synodus Constant. cuncta. Causa conuocandi talis congressus. Theodorus Ascidas Eustochij aduersarius. Origenis dogmata.

Rufus & Conon abbates.

Conon magni Sabbæ mansionis præfectus, eremi vterque dux; quum phronti steriorum quibus præibant causa, tum propter virtutem suam maxime. Venere cum illis alij quoque, non multum eis gloria cedentes. Postquam patres ibi in loco vno conuenere, causam in primis Origenis, Didymi & Euagrij, in medium protulere: videlicet quòd Græcorum opiniones rectis ecclesiæ doctrinis perperam illi immiscuissent: easque opiniones tollendas esse censuere. At Ascidas ex altera parte Theodori Mopsuestienſis, & Theodoriti, & Ibæ Edesseni opiniones produxit, Deo hoc sic quàm sapientissimè disponente, vt hinc & inde noua & profana dogmata longius reiicerentur. Prima conflictatione facta, quæsitum est, An tum demum iam olim defunctos anathemate ferire liceret, Ibi vbi Eutychius, Mena adhuc superstite, vir sacrarum literarum summè peritus, minus tamē celebris, quòd B episcopo Amaseno, quemadmodum dictum est, à responsis esset, eos qui in conuentu congregati erant, † non modò non recta, sed ridenda etiam atque contemnenda sapere videns, disertis verbis, neque consilio, neque deliberatione vlla eam rem egere dixit: propterea quòd & Iosias rex non tantum viuentes dæmonum sacerdotes olim iugularit, sed & eorum qui longo antè tempore mortui fuerant, sepulchra effoderit. Quod verbum bene ab eo dictum esse, omnibus videbatur. Iustinianus certè virum ob id admiratus, Mena eis diebus defuncto, in Imperialis vrbis thronum extulit. Porrò Vigilius, etiamsi ei scripto interueniente, cum Eutychio conueniret, assidere tamen illi noluit: sed is Synodo finita, quemadmodum à me dicetur, Constantinopoli Romam profectus, in itinere satis concessit. Synodo, sicuti dixi, coacta. Iustinianus, quidnam de rebus Theodoriti, Mopsuestienſis, & Theodoriti, eiusdémque scriptis, quæ aduersus duodecim capita sancti Cyrilli composuit, & præterea de Ibæ ad Marim Persam missa epistola dicerent, interrogauit. Atque vbi multa Theodori & Theodoriti dicta lecta, & clarè satis demonstratum est, non tum solùm, verùm antea etiam dudum Theodorum Mopsuestienſem ab ecclesia proscriptum, & ex sacrarum tabularum albo eiectum esse, hæreticosque etiam post eorum mortem damnandos esse: nulla interposita mora, Theodorum ipsum, & præterea quæcunque Theodoritus contra duodecim diui Cyrilli capita & rectam fidem scripD sisset, atque insuper Ibæ epistolam, anathemati subiecerunt, decreto in hæc verba compositō. Quum magnus Deus & saluator Iesus Christus, iuxta Euangelicam parabolam. Et deinceps. Condemnamus verò, & anathemate confodimus, præter alios omnes hæreticos, à sanctis " quatuor conciliis, & à sancta catholica & apo- " stolica ecclesia condemnatos, atque anathema- " te iugulatos, Theodorum etiam, qui Mopsue- " stiæ episcopus dictus est, impiaque eius scripta: " & quæ impiè quoque Theodoritus aduersus " rectam fidem, & duodecim capita eius qui in " sanctis est Cyrilli, & contra priorem sanctam " synodum Ephesiam: denique, quæcunque idem " Theodoro & Nestorio patrocinatus scripsit. Adhæc anathemate ferimus impiam etiam epiA stolam, quæ ab Iba ad Marim Persam conscripta esse dicitur. Et post verba pauca, quatuordecim capitula de recta & irreprehensibili fide exposuerunt. Hæc quidem sic acta. In secunda autem sessione, postquam ab Eulogio, Cononе, Cyriaco, & Pancratio, monachis Hierosolymitanis, libelli contra impia Origenis, qui & Adamantius dictus est, dogmata, & contra impietatis & seductionis eius sectatores oblati & lecti sunt: Iustinianus rursum Synodum de eis sententiam dicere iussit, libellis quoque qui Vigilio papæ de eis rebus scripti erant, in medium prolatis. In quibus erat, Adamantio studio fuisse, vt Græcis nugamētis & Manichæis zizaniis, Apostolicorum dogmatum impleret puritatem. Synodus itaque rem decernēdam ad Iustinianum, post exclamationes in Origenem, & qui itidem vt ille seducti essent, factas retulit. Quarum quę- dam in hæc concepta erant verba, sicuti ea ex commentariis Synodi istius excerpsimus. Qui animum obtines cœlestis participem generositatis, Christianissime Imperator. Et deinde. Effugimus igitur, effugimus istam, quam ignoramus, externam vocem, & tanquam furem atque prædonem eiusmodi hominem anathematis laqueis arctè districtum atque suffocatum, extra sacra ecclesiæ mœnia abiecimus. Et post pauca. Actorum verò nostrorum, ex eorū lectione, vim cognoscentis. Hisce coniunxerunt capitula, quæcunque Origenis sectatores professi sunt: quæ capitula cōsensionem simul & dissensionem eorum, atque etiam multiplicem errorē ostendunt. Quintum ex iis capitulum est, blasphemiarum C certarum quarundam eius quæ noua Laura dicta est, personarum hisce verbis scriptum. Theodorus Ascidas Cappadox dixit: Quando nunc apostoli & martyres miracula edunt, & in tantum sunt honorem, si in restitutione & instauratione rerum Christo æquales non fuerint, qualis eorum restitutio futura est? Iidem monachi perquàm diligenter etiam Dydimi & Euagrij & Theodori alias plures blasphemias, ex eorum perperàm scriptis libris collectas, ad Synodum retulerunt: quas omnes anathemate conciderūt, ordinecque omnes exposuerunt. Quibus capitalia addiderunt, quæ Origenis studiosi ex scriptis eius excerpta profitentur: in quibus & hæc furiosus ille docet: Ante corpus ipsum anima est, quæ quidem in cœlis peccata cōmiserit. Ad hæc. Cœlum, solem, lunam, stellas, & aquas quæ suD pra cœlos sunt, animatas, & rationales quasdam virtutes esse. Præterea quòd in resurrectione, corpora hominum rotunda & orbiculari specie excitabuntur. Et quòd omnium impiorū hominum, ipsorumq; etiā dæmonū tormenta, finem habebunt. Quòdq; impij & dæmones in priorē suum ordinem & statum restituentur. Insuper quòd pro dæmonibus quoque Christum crucifigi, atq; idipsū sæpius seculis futuris pati oportebit, à spiritibus malignitatis, qui in cœlestibus sunt. Verū omnes illius blasphemias singillatim exponere, longū fuerit. Illud porrò scire oportet hunc ipsum esse qui insano * Maneti, & Sabellio, Ario & Eunomio, atq; reliquo malè sentientiū choro, primus in scriptis eorū zizania aspergendi seminandiq́ue autor fuerit, vt qui finibus certis terminatam vim Deum habere, filium pa-

Secunda sessio. Iudicium de Origenu RIZ Saniis.

Vociferationes Synodi aduersus Origenem, ad Iustinianum.

Blasphema Theodori cap padocis vox.

Absurda & impia Origenis dogmata.

Origenistæ quoque Adamum & paradisum dixere incorporeum Psellus.

Origenes hæreticis propè omnibus materiam erroris præbuisse creditus.

* μανίχαιος.

Puer Iudæus, qui reliquias etiam Eucharistiæ percepérat, mirifice in igneo & candenti furno saluus conseruatus.

Puer & mater eius christianissimum suscipiunt.

† ἐκ συγγενοῦς ὡς παιδοφόνου ἀσεσυλόητον.

Apud Ficor vt parricidā in cruce egit.

Euagr. pater, qui puerum in fornacem ardentem coiecerat, parricidij pœnas dat.

Vigilius Rom. antistes.

† *Maximarum ecclesiarum episcopi.*

Episcopi Hierosolymitani.

Vigilius Pontifex Rom. Constantinopoli fuit.

De episcopis magnarum tum temporū vrbium, & de diuidio Menæ & Vigilij episcopi Romani. Cap. 26.

EO tempore Romæ ecclesiam regebat Vigilius, post Syluerium, qui Agathoni successerat, episcopus creatus. Constantinopoli verò synodi tempore Menæ successit Eutychius. Menā porrò Anthimus, hunc autem Epiphanius præcesserat. Alexandriæ post Theodosium thronoH sicuti dictum est, deiectum, Zoilus episcopus surrogatus, superstes adhuc erat. Atque vbi is paulo pòst decessoribus suis est aggregatus, apollinaris cathedram eius accepit. Apud Antiochenos, in locum Euphræmij Dominus substituitur est. Hierosolymis autem, post Martyrium & Salustium, & Heliam suo respondentem nomini Ioannes episcopatum administrauit. Post hunc rursum Petrus ille admirandus, & post Petrum Macarius, cùm Imperator nondum e-

† *Syluerius papa, Theodoræ Augustæ iussu, quòd Anthimum Constantinopolitanum episcopum hæresis damnatum restituere noluerit, in Pontiam insulam relegatus, ibi oppetit mortem. Diac.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tre imporem, & rursum spiritum filio inferiorem: Filium creaturam & germen patris, atque per omnia filium patre minorem, eundemque merum hominem & creaturas coæternas esse Deo, dixerit. Alia denique huius generis absurda prorsus & aliena, impiè per blasphemiam effunit, Platonicis opinionibus simplicem Apostolicorum dogmatum syncerit atem miscens atque confundens. Sed ex ipsis anathematismis, quos in eum Synodus contorsit, qualis is vir fuerit, manifestò patebit. Qui de verbo ad verbum sic habent.

De blasphemiis Origenis, & anathematismis, quibus est à synodo mactatus: & de quibusdam ecclesiastica ceremoniis. Cap. 28.

† ὕσια σφάλωνάς. SI quis dicit, aut sentit, hominum animas † veluti prius extantes, intellectuales mentes siue naturas & sanctas virtutes præexistere, contemplatione verò diuina exfatiatas atque in deterius prolapsas, & quòd in eis charitas Dei refrixerit, inde ψυχὰς, id est, animas quasi refrigescentes nominatas, & pœnæ gratia in corpora demissas esse, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, animam Domini præexstitisse, vnitamque esse Deo verbo ante incarnationem & natiuitatẽ ex virgine, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, prius formatum esse corpus Domini nostri Iesu Christi in vtero virginis sanctæ, & deinceps vnitum esse ei Deum verbum, atque animam, vt quæ prius exiterit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, omnibus cœlestibus ordinibus assimilatum esse Dei verbum, ita vt ipsi Cherubin factus sit Cherubin, & ipsi Seraphin factus Seraphin, omnibusque adeò supernis virtutibus prorsus esse exæquatum, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, in resurrectione rotundæ & orbicularis figuræ hominum corpora exsciturũ. neque confitetur † erectos non excitatum iri, anathema sit. Si quis dicit, cœlum & solem & lunam & stellas & aquas quæ supra cœlos sunt, animatas quasdam esse & materiales virtutes, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, Dominum Christum in seculo futuro pro dæmonibus, quemadmodum & pro hominibus, crucifixum iri, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, virtutem Dei terminatam esse, eamque tantum in creatione condidisse, quantum complexa sit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, temporanea esse dæmonum & impiorum hominum tormẽta, finemque ea tempore aliquo habitura, siue restitutionem dæmonum aut impiorum hominum futuram, anathema sit. Anathema sit Origenes, qui & Adamantius dictus est, & hæc promulgauit, vnà cum detestandis eius & execrandis dogmatibus, & hominũ omni qui hæc sentit aut asserit, aut aliqua ex parte quocunque prorsus tempore ea defendere audet: In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen. Post Synodum Imperator troparium, a seu cantilenam, cuius initium est, Vnigenitus filius & verbum Dei, composuit, atque eam ecclesiæ inter psallendum viurpandam tradidit. Ea porrò ad hoc vsque tempus, veluti lege insolubili frequentatur. b Idem Imperator tum primùm e Seruatoris exceptionem

τὸν τρόπαιον. a Cantilenas à Iustiniano cõpositas.

b Vide Natalis Christi in dies e festus dies τῆς ὑπαπαντ

toto orbe terrarum festo die honorare instituit, sicut Iustinianus de sancta Christi natiuitate fecit. Atque non ita longo pòst tempore, Mauricius sacrosanctæ Dei genitricis dormitionem quindecimo Augusti mensis die celebrari præcepit. Patriæ quoque suæ Achrido præcipuum honorem habens Iustinianus, Archiepiscopali dignitate eam decorauit: ecclesiamque ibi liberam, quæ ipsa sibi caput esset, cum plena potestate constituit, & primam Iustinianam mutato nomine vocauit. Quemadmodum & in insula Cypro postea secundam d Iustinianam, eandemque Archiepiscopalem, parem ei cum Achrido honorem tribuens, fecit, in coniugis suæ Theodoræ Augustæ inde ortæ fauorem. Porrò Achrido vrbs est in excelso tumulo constructa, prope lacum maximum, qui Lychnedus nominatur, antiquitùs autem Dasfarites vocatus est. In eo maxima vis piscium capitur. † Drinus verò fluuius se inde quoque proluit, septentrionem versus fluens. Ex cultioribus etenim quę ad Deabolim sunt partibus manans, & quem diximus lacum secans, & quasi Alpheus quidam pelagus scindens, atque ad Arethusam fontem sensim marinis aquis innatando contendens, circa Boreale latus inde profluit, & ad paludis finem, eis quæ ab incolis Strudę dicuntur, inuentis, eisque ipsis sibi coniunctis, maximus euadit fluuius. Deinde sead Occidentem inclinans, in Orinum se effundit, circa castellum * Hilissum nomine, quod totius Bulgariæ antiquitùs metropolis fuit. In eo etiam olim sedes regia Bulgarorum constituta fuerat. Verùm hæc hactenus.

τῆς, *hoc est, exceptionis Domini, prius ab instituto. est is idem qui Purificationis dies.*

d *Prima Iustiniana olim Achrido dicta.*

Dasfaritæ populi Thraciæ, Stephano Illyrici populi. Item assumptionis Mariæ Iustiniana prima, Iustiniana secunda archiepiscopalis sedes.

† *Drinus Illyrici fluuius. De vtraque Iustiniana, ad finẽ libri huius, ex Procopio annotatio est.*

* *Quid sibi legas Clissum.*

De Bulgaris ex Suida annotatio est ad finem libri præsentis.

†† ὁμονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀπαθῶς ἐνανθρωπήσας, σταυρωθεὶς τε, ὦ ἄφθιτε ὁ θεὸς θανάτῳ θάνατον πατήσας, εἷς ὢν τῆς ἁγίας τριάδος συνδόξως ἀξόμεθα. Hoc patrem, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα σῶσον ἡμᾶς. τοῦτ' ἔστι: *Vnigenitus filius & verbum Dei, qui qui immortalis esset, dignatus est propter salutẽ nostram incarnari ex sancta Dei genitrice & semper virgine Maria: & immutabilis ratione homo factus, & crucifixus, christe Deus, morte mortem proculcasti. Et qui vnus es sanctæ Trinitatis, & conglorificetur cum patre & sancto spiritu, salua nos.*

Vt Iustinianus recta fide excidens impatibile ante passionem Domini nostri corpus fuisse professus sit. cap. 29.

PRæteriit interea temporis aliquid, & Eutychius, quòd Imperatori resisteret noua quędã inducere volenti, è throno decurbatur. Ioanni verò ex vico cui Sirmis nomen est, in Cynegyca regione, non longè ab Antiochia sita, ortũ ducenti, sedes ea committitur. Quæ verò nouæ istæ res fuerint, quas Imperator inducere constituerat, quamobrem etiam Eutychius episcopatu expulsus est, dicere pergam. Nondum multum secuti dictum est, à quinta Synodo præterierat

Eutychij expulsio. Ioannes eius successor.

Non fert diabolus tranquillum ecclesiæ statum.

rierat tempus, & vetus zizaniorum sator, quòd A nem ceperit, non id fimis gratia, sed * per œconeminquam tranquillum ecclesiæ statum cernere posset, vt eam perturbaret, deprauata rursum dogmata quasi quasdã machinas ei admouit. Quum namque Seueri doctrina ex ecclesia reiecta, & qui illam secuti fuerant, atque etiam Origenis & Didymi & Euagrij, aliorũmq; alienа atque absurda dogmata, necnõ ante hos Anthimi & Petri & Zooræ impiorum hominum opiniones, anathemate cõfossæ essent: Seueritę, quos diximus, à Iuliano Halicarnasseo & Gaino progressi, sub pietatis prætextu cum quibusdam fortiter congressi, eis persuasere, quòd ea quam ex virgine Saluator Christus assumpsit caro, ante passionem incorruptibilis fuerit. Quorum ista fuere verba. Nos quidem per necessitatem naturæ, affectiones eius, famem scilicet & sitim, & reliquas circũferimus: Christus verò, vtpote B qui sponte sua passus sit, non itidem atque nos, naturæ legibus subseruit. Aduersus quæ verba, pij homines retulerunt. Quamuis spontanea Christi passio * fuerit, æqualem tamen nostræ fuisse. Quomodo verò posset, quod qualicunq; tandem modo pateretur, id incorruptibile propriè, & nõ corruptibile, † perinde atque de nobis ipsis loquimur, dici? Ad quod illi rursum: Quomodo vos corpus Christi incorruptibile post resurrectionem, & nobis ὁμοούσιον, hoc est, consubstantiale dicitis: eodem modo & nos incorruptibile id ante resurrectionem dicentes, ὁμοούσιον cõsubstantiale nobis esse confitemur. Contra hæc nostri rursum intulerunt: Tametsi corpus Dominicum incorruptibile post viuificam resurrectionẽ confiteamur, nõ natura tamẽ id incorruptibile esse dicimus, sed gratia. At- C que vbi illi contrà dicerent: Quòd etiam ante resurrectionem per diuinam gratiam incorruptibile fuerit. Nostri rursum: Ea quæ de Christo dicuntur hoc minimè admittere, respondent. Ante resurrectionem namque & esuriisse & sitiisse, atque alia passum esse dicitur. Quomodo autem id quod talibus perpessionibus subditũ esset, incorruptibile esset? Post resurrectionem sanè nihil quidquam talium perpessum esse legitur. Quapropter satis inde manifestũ esset, ante resurrectionẽ corruptibile fuisse Domini corpus, post resurrectionem verò extitisse incorruptibile. Quòd namque cibum post resurrectio-

Aphthartodecitarũ hæresis.

†† *Disputatio de ea hæresi.*

ἐπίσης ἡμῖν σωματικὰ. † κατὰ ἀνατροπήν.

Imò natura etiam eius gratia quadammodo secundum Augustinum naturalis etiam iuxta hominem fuerit. Et in ille inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Colo. 2.

†† *Aphthartodecitæ isti non satis perspexerunt sacramentum assumptionis hominis, quod sacramentum Dei vocat hilarius: non item minoratienem & exinanitionem verbi Dei, formámque serui, non exaltationẽ & glorificationem hominis Christi eiusdémque primogenituram ex mortuis. Pater miserauit filium medico citra angelos, ad terras demittendo: gloria tamen & honore coronaturus illum, in cælos resumendo. Tertull. aduer. Praxeam. Vt recedente infirmitate agnoscatur diuinitas. Ambr. primogenitus mortuorum Dominus, & in suum suum recipiens pristinos patres regenerauit eos in vitam Dei. Ipse initium viuentium factus, sicut Adã initium morientium factus est. Propter hoc & Lucas initium generationis inchoans, in Adam retulit: significat quòd non illi hunc, sed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. vide lib. 3. cap. 35. et ideo primogenitus vocatur, quia in ipso primo deificati sumus. Cyrill. in thesaur. lib. 10.*

* κατ' ὀλιγωρίαν τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι σαφῶς. *Quomodo & cur post resurrectionem Christus cibũ gustauerit. Factum id quoque per συγκατάβασιν & accommodationem propter disciplos. Corruptis in sacris literis duo significat.*

* φθορᾶς.

Iustinianus quoque in ea hæresi fuit.

Iustinianus inter imperatores, secundũ Constantinũ, Christianissimus.

Documenta pietatis Iustiniani.

in ergà Deum

niani.

βεώσεων.

† τὸ πρῶτον τῆς εἰς θεὸν γνησίας καὶ ἐναβεστάτης προθυμίας, πᾶσιν ἀριδήλως φαιδρύνας.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem tamen via regia excidit. Recepit Ioannes Catilina. Vigilij in sede Rom. successor. Latini historici pelagium habent. Primariarum ecclesiarum antistites. edicto & vi Iustinianus in sententiã suã clerum omnẽ adducere conatus est, sed frustra.

imperator à recta planáq; & regia via dilapsus, atque insuetum diuisque Apostolis & patribus intactum iter ingressus, in spinas & tribulos incidit. Et quum Ecclesiam in sententiam suã adducere vellet, consilio opinionéque sua falsus est: quod rectam publicámque viam septo firmissimo Dominus ita communiisset, vt non facile quiuis inuadere eam & destruere posset. Tũ autem & Vigilius minimè pedibus in Iustiniani sententiam ingressus, quum Italiam peteret in itinere mortuus est. Ioannes autem qui & Catilinus dictus est, principis Apostolorum episcopatum sortitus est. Cæterùm Catilino Ioanne in veteri Roma, Ioanne autem cui patria Sirimis fuit, in noua Roma, Apollinari Alexandriæ episcopatum administrante: apud Theopolitanos verò post Dominũ Anastasio, qui ex Sina móte progressus est, antistite lecto, & Hierosolymis Macario in thronum suum reducto (restituit nanque hunc Iustinianus, quum Origenem & Didymum & Euagrium anathemati subiecisset, post Eustochij exautorationẽ) edictũ (ita enim latinè dicitur) idem imperator scripsit, in quo corpus Domini incorruptibile, & in quod irreprehensibiles etiam perpessiones non caderent, vocauit: ita Dominum ante passionem edisse dicens, sicuti & post resurrectionem ederit, quòd non minus ab ipsa corporis in vtero Dei genitricis conformatione id mutationis aut alterationis alicuius, in spontaneis istis & naturalibus perpessionibus, quam post resurrectionem pro eo atque sanctissimum esset, capax non fuerit: & quod idem corpus, incorruptibilitatem ipsam non post passionem, tantum, id quod catholica ecclesia profitetur, verùm etiam ante passionẽ: ab ipsa vsque diuina seminisque expertè conceptione obtinuerit. Vt verò in sententiam suam sacer ordo in Oriente simul & Occidente leuẽ & futilem iret, vi adhibita cogere cœpit. At vniuersi oculis in Anastasium Antiochenum coniectis, vt ab eo quid facto opus esset discerent, cupidè expectabant. Per quam illi causam, primã eius constrictationem sapienter repulerunt.

De *Anastasio Theopolis episcopo Sinaita.* *Caput* 30.

Anastasius Antiochenus episcopus optimus.

ANastasius iste diuinarum rerum peritus maximè fuit. In morum autem & quotidianæ vitæ integritate, tam accuratæ obseruantiç, vt & H leuiculis quoque negociis moderationem adhiberet: & non modò in rebus grauibus, & ad diuinum numen pertinentibus, sed etiam in minimis à constanti certóque proposito haudquaquam transuersim excideret. Mentis verò habitum quàm optimè temperauit. Non enim facilè admodũ adire se passus est, ne temerè quos minimè oporteret, ad se admitteret: neque austerus adeò & tetricus fuit, vt se difficilè aditu eis quibus deceret, exhiberet: & cum tempus feriæ rei agendæ esset, in parato aures habebat, & lingua eius fluminis instar scatebat, celeriterque quæ ei proponebantur soluebat. Porrò in negociis ociosis, & ad rem minus pertinentibus, simul & aures prorsus obturabat, & linguam frenabat, ita vt quum orationem rationis tẽpestiuo modulo metiretur, tum sermone quandoque silentium eius præstabilius esset. In hunc perinde atque in propugnaculum quoddã Iustinianus impegit, omni illum arte aggressus, rectè hac secũ, vt illi videbatur, ratione deliberata, eum si concussisset, nõ difficili opere se orbem omnem in potestatem suam redacturum, vera & germana dogmata euersurum, & Christi gregem in captiuitatem abducturum. Anastasius verò fidei petra firmiter est nixus, & adeò aduersus imperatoris impetũ diuina prorsus sublatus mẽte subsistit, vt propalàm disertis verbis, demõstrationes quoque arte maxima compositas adhibendo, illi dixerit, corruptibile fuisse ante passionem Domini corpus, naturalibúsque & irreprehensibilibus obnoxium perpessionibus. Idque ita & sacros Apostolos tradidisse, & diuos patres I sensisse atque prædicasse. Quę sanè omnia etiam ad monachorum primæ & secundæ Syriæ ordinem, qui illum de eis consuluerant, manifestè & liberè rescripsit, omnes vt ita sentirent, confirmans, & quasi quidam aliptos ad certamen pro pietate obeundum excitans. Dictúmque illud quod vas electionis protulit, omnibus subiiciẽs atque proponẽs: Si quis vobis, præterquàm accepistis, euangelizauerit, anathema sit. Illi porrò omnes in eadem sententiæ æmulatione perstiterunt. Quam ob causam, vt sibi ita resistentem in exilium ageret, Iustinianus consilium cepit. Id verò vt Anastasius audiuit, compositam statim orationem, in qua † argumẽtis cum aduersariis congrederetur, Antiochenis, vt ea se defenderent, si opus esset, obtulit. Ea autem verborum G elegantia & enthymematum densitate est confecta, necnon dictorum ex sacris literis depromptorum vbertate, ad rem ipsam ita accommodata, vt maximam autor libri eius consequutus sit admirationem. Sed scriptum id, quòd Deus meliori quadam ratione ecclesiæ suæ cõsultum voluerit, editum non est.

Anastasius fortiter animo magna Iustiniane in hæresi aphthartodocitarum refellenda restitit.

Scriptũ Anastasij aduersus eam hæresim.

† ὁλοπαθητῶν λόγον.

Vt Iustinianus mortuus sit, & de opinione & fide eius. *Caput* 31.

Iustiniani mors.

IVstinianus namque, quum Anastasij sacerdotúmque eius, qui eodem cum illo ardore flagrabãt, exilij libellum dictaret, inuisibili ictus plaga, ex vita hac excessit, triginta & octo annis, mensibúsque octo in imperio transactis: quum quidem Aphthartodocitarum opinionem non aboleuisset, quippe qui sententiam ciusmodi ad honorem Dominici corporis magis facere existimauerit. Nonnulli certè quidem veniam illi concedunt, neque eum ob talem opinionem, itidem vt hæreses alias, ab ecclesia proscribendum esse dicunt. Id ex præfatione sextæ Synodi magis liquet, quæ Iustinianũ beata* quiete dignatur, verbis ciusmodi. Quandoquidem sanctæ & œcumenicæ duæ Synodi, quæ in imperante hac & religiosa vrbe coactæ sunt, altera quidem Iustiniani diuinæ quietis temporibus, altera vero sub piæ memoriæ imperatoris nostri Constantini clementiæ tuæ parentis, &c. Sedenim acta quoque eius concilij, quum mentio eius faciẽda est, semper eum qui in sanctis est Iustinianum dicunt. In quibus & scholium siue brenem annotationem inueni, quod Ioannes Chalcedonis † filius, quum Constantinopolitanæ prę-

De fide & pietate eius iudicium, ex Actis sextæ vniuersalis Synodi.

* μακαριότητι λέγεως.

Constantinus pogonatus.

† ὁ τῶν Χαλκηδόνος.

Memoria Iustiniani anniuersaria celebrata, & interpellata.

Iustinianus Eutychij restitutionem moriens mandauit.

esset ecclesiæ, Alexij Comneni ætate, in ipso Dei A verbi Sapientiæ templo, quotannis magnificè memoriam eius celebrari. populi vniuersi concione ad rem diuinam coacta. Memoria eius Ephesi quoque in delubro discipuli eius * qui supra pectus Saluatoris recubuit, culta: quod delubrum ipse Iustinianus construxerat. In quacunque verò ille demum apud Deum & homines est existimatione, tum quidem hanc etiã ob causam illum sacrum Eutychium, atque alios plures throno expulisse aiunt. Cæterùm moriturus, sicuti diuus Constantinus Athanasij, ita & hic Eutychij restitutionem in testamento Iustino successori suo mãdauit. Equidem opinor, non autem decerno, propter alia ipsius egregiè & rectè facta, & præstantem in diuinum numen æmulationem, piámque in omnibus religionẽ, interueniẽte quoque mirifico Dei verbi Sapiẽtiæ tẽpli opere, si quid tum in eo est desideratũ, B id infinita Dei misericordia resarctum & contectum iri.

* *Metaxa sericum villosum dici videtur, quod velutum vulgò vocant. Quadam ex parte hanc dictionẽ referunt Bohemi, qui sericum tale Axamit appellant. Metaxæ mentio fit l. lotas. C. de murileg. & gynæciar. lib. 11. & metaxariorum negociatorũ l. fin. C. de vigesim. Series vsus è Persis ad Græcos huc tempore transiit, iampridem desiit. Egnat.*

† *Designabat is mulieres vterum gestantes, scortatores, adulteros, auaros, magnanimos. Quapropter spiritum pythonis habere creditus est. Andreas quidã Italicus circulator eum habuit, & circumduxit.*

De *Auxumitis, vt Christianum cultum susceperint: & de aliis quibusdam.* *Cap.* 32.

Auxumitæ Indis propter Romanorum tumultus impeditum Homeritas bello aggressi vicerunt.

EO verò adhuc imperium gubernãte, Auxumitus, mitarũ Indorũ rex, Græcorum sacrorũ consectator, prælium cum Homeritis Indis, Iudaicam religionem colentibus commisit, belli eius causam Romanis præbentibus. Per Homeritas enim, qui Aegypto appropinquãt, merces vltro citróque datæ & acceptæ, ad Auxumitas inferebatur. Porrò quum ab Homeritarũ principe Damno, Romani insidiis expetiti essent, vt profectio ad Auxumitas impediretur, accidit. Quare ad animi acerbitatem commotus Auxumita, bellum contra Homeritas mouit, voto Christianorum Deo nuncupato, illorũ se sacra suscepturum esse, si victoriam ab Homeritis reportaret. Itaque conflictu facto, victor fortiter euadit, ipsúmque illum Damnum viuum capit: & votum Deo Dauid Auxumita persoluens, ad Iustinianũ legatos mittit, vt quæ solennia Christianis essent, ipsis præstaret.

Auxumitæ Christianismũ complexi.

Iustinianus autem valde ea re delectatus, delectum virum sanctum, episcopum eis dedit: qui plurimis bonis operibus gentem eam omnem subegit, & baptizauit. Atque ex huiusmodi sanè causa interiores etiam Indorum populi Christianismum sunt complexi. Et tum primùm inde metaxa Constantinopolim est allata. Prodigia D quoque quamplurima Iustiniano imperante extitere. Ingentes terræmotus, cõcussiones & hiatus, stellarum faces admirandæ, atque exustationes maris, quod propè ad quatuor miliaria in Thraciam excurrit. Et catellus cæcus nouas quasdam res peragebat, atque cuilibet suum tribuebat, & arcaniora quædam signis commonstrabat. In Pontifices etiam, quos admodum de

Metaxa primùm ad Rom. allata.

Fatales casus & prodigia.

De *Iustini iuniori imperio moribúsque eiusdem.* *Caput* 33.

Sepultura Iustiniani.

VErumenimuerò eiuscemodi opinioni addictus eam ob causam turba & tumultu plena omnia relinquens, ad alterum illũ rerum statum Iustinianus transiit: & in magnifico monumento, ab ipso lapide Sardio in Apostolorum templo constructo, sepultus est, ad dextram eã ædẽ ingredienti partem. Nepos verò ex sorore eius C Iustinus iunior, cui imperialis aulæ administratio credita fuerat (curatorem Palatij Romanorum lingua vocat) purpureã vestem & reliqua imperij insignia sumpsit: quum nõdum quisquã præter familiares eius, vel Iustiniani mortẽ, vel ipsius successionem nosset: quoadusque derepentè in Hippodromo apparuit, quæ imperatorum essent, more solito acturus simul & passurus. Atque vbi res, ita vt ei videbatur prosperè succederet, neque quisquã per res nouas rebus eius resisteret, in aulam reuerticur: & primam scripto iussionẽ promulgat, qua omnibus vbique episcopis & sacerdotibus exilium, in quod præterea acti fuerant, quod periculum pro recta religione adiissent, remisit: eósque sedes suas recipere, & religionem more solito colere, neque quicquam postea de fide nouare præcepit. Hoc ille sic vt dignum erat, & imperatorem decebat, peregit. In rebus cæteris nihil quod monarchæ esset, habebat. Nam intemperanter maximè & dissolutè viuens, deliciis & voluptatibus vacabat. Supra modum verò & iste, perinde atque ananculus, turpi lucro victus, aliena appetebat. Et non modò publica commoda illicita mercede venalia habebat, verumetiam de sacerdotiis idem facere haudquaquam verebatur. Nam & hæc venum exposita, quibusuis precio vili vendebat.

Sodomitarum coercio.

Quadragesimali tempore in penuria piscium, Iustinianus carnibus homines vesci iussit.

Populus tamẽ pius ab esu carnium abstinuit.

Clerus ab exilio reuocatur.

Ignauia & auaritia Iustini.

Sacerdotiorũ mandatio.

VT *Iustinum cognatum suum, item Aetherium & Addæum, homines impios & pernicioso, occiderit.* *Caput* 34.

Iustinus dux Iustini imperatoris cognatus.

ET quum natura timidus esset, ferocẽ se magis exhibebat, perpessioni vtrique turpissimè obnoxius. Itaque cognatum suum Iustinum,

El. Val. Iustinus iunior eius successor.

cunis præclara vulgo fama erat, virum bellicis E artibus,aliorúmque honorum gradibus illustré, acquit,qui ad Istrum excubabat,& excursionibus Abarum ibi obuiam ibat. Abares autem Scythæ sunt, ἀμαξόβιοι hoc est,in plaustris degentes, & campos qui vltra Caucasum sunt,incolentes.Inde autem confertim vniuersi ab Hyperboreis Turcis,à quibus malè accipiebantur, pulsi,fuga sibi consoluere:& ad Bosporum,Euxini Ponti littoribus relictis,vbi multæ barbarę gentes confederant, pleræque à Romanis seditibus suis exactæ, vrbes quoque, castella & naualia,quum vel † milites veterani vacationé militiæ obtinuissent, & loca ea recepissent, vel imperatores colonias eò deduxissent, constructa erant, venere: & inde expeditionem contra eos qui illis obuij fierent,barbaros susceperе,donec ad Istri ripas venientes,ad Iustinianum imperatorem legationem misere. Ex eis locis Iustinus, quem dixi,euocatus est,perinde atque particeps fieri cum nouo imperatore † pactorum conuentorum,imperióque frui deberet. Quòd nanque & genere & * mũdana ista vanitate pares essent, ex æquo etiam ad vtrunque imperium pertinebat. Post multas namque disceptationes, tandẽ illis conuenerat, vt qui imperij administrationẽ consequeretur,alteri proximum honorem concederet,ita vt is ex secũdis imperij partibus primas præ aliis ferret.Adueniente igitur eo,multa benignitate,sicuti præ se tulit, erga hominẽ imperator est vsus: eundémque vt ducem insignẽ, & genere sibi propinquum, varia humanitate tractauit. Deinceps autem causas quasdam cõmentus, paulatim quos ille milites satellites & corporis custodes habebat,illi detraxit,progrediqué eum in publicum vetuit: & postremò in celebertima Alexandriæ vrbe domi clausum,ita vt in lecto iacebat, in multa nocte miseranda cæde sustulit. Hanc generosus ille vir beneuolæ propter cognationem affectionis,plurimarúmque ab hostibus victoriarum mercedem tulit. Neque verò prius & ipse Iustinus & coniunx eius Sophia conceptam aduersus illum iram remiserunt, aut expectatione grauium malorũ liberati sunt, quàm caput ipsius allatum inspexerunt:cui etiam pedibus proculcato,per risum illuserunt.Non multũ interceſſit temporis,quum & Aetherium simul,& Addęum,principes senatus, qui res magnas sub Iustiniano administrauerant,lęsæ maiestatis legibus interrogat.Atque Aetherius quidẽ in quæstione grauiter tortus, voluisse se veneno imperatorem tollere, confiliique eius conscium, atque in rebus omnibus socium sibi fuisse Addæum,cõfessus est.Hic autem graui iureiurando se nihil earum rerũ scire confirmauit. Verùm vtrique caput amputatum.

Abares à Turcis Hyperboreis pulsi, ad Istrum permittente Iustiniano confugere.

† τῶν στρατιωτῶν ἀποικιῶν γεγονότων. *Abarum nomen adhuc in Hungaria retinet,Sabatio. D. Martini patria. Hic quoque Bauaros nomen sui accepisse verisimile est.*

† τῶν στρατιωτικῶν.

* τῶν κατὰ κόσμον καιρότητα. *Iustini ducis cades.*

† *Sub Iustino Narses eunuchus, apud eum Sophia Augusta criminante delatus, & ad pensa ancillarum vocatus est. Quam ille indignitatem non ferens,Langobardas ex Italiam allexit. Qui deinde Roma mortuus est.Langobardi Pannonia Hunnis Auila relictis, à quibus Hungaria denominata est relicta, in Italiam venerunt,rege Alboino ducente: & Veronam,Vincentiam,Mediolanum,&c. per deditionẽ receperunt.Blond. Et ab Alboino rege vsque ad Desyderium per ducentos & quatuor annos tenuerunt.Ignat.*

Imperator cũ cõiuge sua caput eius illudit.

Aetherij & Addæi virorum non bonorum cades.

Vindicta diuina exẽplaris.

Rara antea dentẽ scelestis. Differunt pœnæ lentæ sæpe fiunt.

De edicto literis,de fide publicato, quod Iustinus ad omnes vbique misit ecclesias,ne quid in professione fidei nouaretur. cap.35.

IVstinus autem edictum derepentè compositũ,ad Christianos ditionis suæ omnes misit, vt nihil in ecclesiis nouarent: sed antiquis patrum decretis insistentes,rectè diuinũ numen colerent atque adorarẽt. Scriptum de fide hisce fuit verbisconceptum. In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei nostri: imperator Cæsar Flauius Iustinus,fidelis in Christo, clemens, maximus,benefícus,Alanicus,Gothicus, Germanicus,Anticus,Francicus,Herculicus, Gepidicus, pius,felix, gloriosus, victor, triumphator, semper colẽdus Augustus. Pacem meam do vobis, inquit Dominus Christus, verus Deus noster: pacem meam relinquo vobis, idem promulgat hominibus omnibus. Id verò aliud non est, quàm vt in eum credentes ,in vnam & eandem Ecclesiam conueniant, cõsentientes quidẽ animis in recta Christianorum sententia: auersantes autem eos qui contraria dicunt aut opintur. Primaria namque salus hominibus omnibus constituta est, ipsa rectæ fidei cõfessio.Quapropter & nos Euangelica præcepta,& sanctorum patrum sacrum symbolum siue doctrinam consectantes, vt ad vnã eandémque Ecclesiam & sententiam simul accedant, omnes cohortamur,credentes in Patrem & Filium & Spiritum sanctum,Trinitatem ὁμοούσιον cõsubstantialem, Deitatem siue naturam & essentiam verbo & reipsa vnam. Vnam etiam virtutem & potestatẽ & ἐνέργειαν, hoc est, efficaciam in tribus subsistentiis

Iustini scripta de fide christiana, & credita confessio.

Iustinus fidei formulam ad omnes mittit.

H | *Salus credentium mysterium Trinitatis est. Hieronymus. Deum esse multis notum est. Sed quod pater sit, & filium habeat,paucis. Augustin. Pater manifestauit nomen tuum hominibus, & c.Ioan.17. Et creditur à nobis sine confusione coniuncta sancta Trinitas,sine separatione distincta. Augu. εἷς θεὸς ἐν τρισὶν καὶ τὰ τρία ἕν. Vnus Deus in tribus, & tria hæc vnum, vnus Deus pater,ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia: & vnus spiritus sanctus,in quo omnia sunt,ex quo & per quem & in quo, non naturas dissecantibus, verùm vnius & inconfusæ naturæ proprietates designantibus. Atque id ex eo clarè patet, quòd in vnum rursus colliguntur. Ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia: ipsi gloria in secula, Amen. Greg. Nazanz.*

stentiis seu personis professentes, in quas baptizati sumus,in quas credimus, & quibus professione addicti sumus. Vnitatem siquidem in trinitate,& trinitatem in vnitate adoramus,distinctionem simul & vnionem, præter opinionem omnem, habentem. Vnitatem quidem secundũ essentiam siue Deitatem,Trinitatem verò secundum proprietates siue subsistentias seu personas. (* Distinguitur nanque indistinctè, vt ita dicamus: & coniungitur distinctè. siquidem vnum est in tribus ipsa Deitas: & tria, in quibus Deitas est, seu, quod certius dicitur, quæ Deitas sunt, vnum) Deum patrem, Deum filium, Deum spiritũ sanctũ,quum persona quæq; per seipsam spectatur, a mentis ipsius sensu,quæ insegregabilia sunt,segregante:Deũ vnum tria hęc simul b mentis acumine intellecta. propter eundem morum,& naturam eandem. Quandoquidem peropus est, & vnum Deum profiteri, & tres subsistentias siue proprietates prædicare.

« Cõfitemur verò ipsum vnigenitum filium Dei,
« Deum verbum, ante secula quidem, & absque
« tempore ex patre genitum,nõ factum. In extremis autem diebus, propter nos, & propter nostram salutem,descendisse de cœlis:& incarnatũ ex Spiritu sancto, & domina nostra sancta gloriosa Dei genitrice & semper virgine Maria, & ex ipsa natum esse. Qui est patri & spiritui sancto æqualis. Non enim quartæ,per incarnationem vnius,ex sancta Trinitate Dei verbi,personæ accessionem suscepit Trinitas sancta: sed est vnus & idem Dominus noster Iesus Christus, consubstantialis patri & Deo iuxta diuinitatem, & idem consubstantialis nobis secundũ humanitatem: passioni obnoxius carne, & passionis idem expers diuinitate. Nãque nõ alium Deum verbum, quod miracula edidit, & aliud quod passum est, nouimus: verùm vnum & eundem confitemur Dominum nostrum Iesum Christũ
« Dei verbum incarnatum, & perfectè hominem
« factum: necnõ vnius & eiusdem miracula simul
« & passiones,quas volũtariè carne sustinuit,propter nostram salutem. Non enim homo aliquis seipsum pro nobis tradidit: sed ipse Deus verbũ
« immutabili modo homo factus, spontaneam
« simul passionem & mortem pro nobis carne
« subiit.Atque dum Deum ipsum esse cõfitemur,
« nõ inficiamur eum etiam hominem esse. Et hominem ipsum confitentes, Deum ipsum quoq;
« esse negamus. Proinde vnum & eundem ex
« vtraque diuinitatis scilicet & humanitatis natura compositum, profitentes Dominum nostrũ
« Iesum Christum, vnione confusionem non inducimus. Nõ enim quòd secundum nos homo factus est,propterea Deus esse desinet. Neque sanè quòd Deus natura est, & in eum similitudo nostræ naturæ non cadit, propterea homo esse negabitur. Verùm quemadmodum in humanitate Deus, ita nihilominus in sublimitate Deitatis homo permanet:vtrumque verò in eodem est,& vnus Deus simul,& homo,ipse Emanuel. Porrò eundem confitentes in diuinitate perfectũ: atque etiam in humanitate perfectum, ex quibus etiam compositus est,diuisionem aut sectionem in partes, vna eius * compositæ subsistentia, non inducimus. Differentiam verò naturarum,quam vnio nõ tollit,indicamus. Nam A neque natura diuina in humanam est versa, neque humana natura in diuinam mutata. Intelligentiæ autem acie vtranque considerãte, & potius vtraque in propriæ naturæ fine & ratione existente, factam quidem vnionem dicimus,secundum subsistentiam:ipsa verò secundum subsistentiam vnio ostẽdit Deum verbum, hoc est, ex tribus Deitatis subsistentiis subsistentiã vnã, non præexistenti homini vnitam esse,sed eam in vtero dominæ nostræ sanctæ & gloriosæ Dei genetricis semperque virginis Mariæ, sibi ipsi ex ea condidisse in propria subsistentia carnem nobis ὁμοούσιον consubstantialem, & eisdẽ perpessionibus per omnia obnoxiam, absque peccato,anima rationali & intellectuali animatam † Inipsa nanque† subsistentiam habuit, & homo B factus est.Et est vnus atque idem Dominus noster Iesus Christus,qui cum patre & spiritu sancto conglorificatur. Cæterum ineffabilem eius vnionem considerantes, rectè naturam vnam Dei verbi incarnatam carne, quæ anima rationali & intellectuali est animata,profitemur.Rursum differentiam naturam contemplantes, eas duas esse dicimus. diuisionem nullam introducentes.Vtraque enim natura in eo est.Vnde vnũ & eundem profitemur Christum: vnum filium, vnam personam,vnam subsistentiam, Deum simul & hominẽ. Omnes verò qui aliter vel sentiunt, vel sentiunt,anathemati subiicimus alienos eos esse à sancta Dei catholica & Apostolica † ecclesia iudicantes. Itaque quum recta & à sanctis patribus nobis prodita dogmata sic prædicentur,vniuersos vos vt in vnam & eandẽ catholicam & Apostolicam Ecclesiam conueniatis, hortamur,seu potius rogamus. Non enim graue nobis est, quanuis in fastigio imperij collocati simus, Christianorum omnium consensionis atque vnionis gratia,eiusmodi verbis vti: vt vna ab omnibus laus & glorificatio tribuatur Deo magno, & Seruatori nostro Iesu Christo. De cæterò autem,ne quis causam aut occasionem vllam de personis aut syllabis (siue fidei formulis) per intestina dissidia contendendi capter, quoniam ad vnam & eandem rectam fidẽ & sententiam syllabæ(seu formulæ) producunt consuetudinis & statꝰ eius. qui hucusq; in sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia obtinuit, & per omnia citra innouationem aliquam firmus stabilisque deinceps in tẽpus omne permanebit. Edictum hoc omnes vbique episcopi C & sacerdotes catholici comprobarunt, rectè promulgatum esse dicentes. Qui verò se ab Ecclesia segregauerãt, in schismate & dissidio persistentes,haudquaquam cum ea vniri voluerũt: non aliam quidem ob causam, quàm quòd ad finem scripti disertis verbis adpositũ esset, etiã temporibus futuris professionem fidei talem absque rebus nouis stabilem conseruatum iri.

De magnarum vrbium episcopis,& Gregorio Theopolis antistite. Caput 36.

IVstinus, postquam Ioannes cui Sirimis patria fuit,vitam simul & thronum imperantis verbis morte abiecisset. Eurychium ab exilio, sicuti Iustinianus testamento iusserat,reuocatum, in ecclesiam suam restituit.Qui quatuor exactis

Duæ naturæ Christi in vnã cœuntes dominationem & deitatem. Theologus. Anathema in hæreticos. Cohortatio ad vnionem & concordiam fidei.

Personæ hic eorũ accipiendæ,qui fidei professiones cõposuerunt.

Hæretici in sententia sua persistunt.

Eutychius ab exilio reuocatus.

† ἕνωσιν τὴν πρὸς ἡμᾶς

* ἐκ δύο φύσεων ἑνωθείσης. * ἐκ δύο φύσεων συνθέτου.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huius Constantinopolis successor fuit Ioannes ieiunator.

pro Bonoso. legendum puto Benedicto.

Maximarum ecclesiarum episcopi.

Anastasij Antiochenj exilium.

Causa exilii libere nimis dictum.

Gregorius episcopus Antiochenus, vir magnus.

annis, Ioannem ἀσιτητὴν, hoc est ieiunium, successorem habuit. Vbi verò Ioannes etiam Catilinus in veteri Roma sedem vacuam reliquit, & ad vitam illam migrauit, Bonoso episcopatus gubernacula mandata sunt. cui Ioannes alius, atq; huic rursus Pelagius successit. Post Apollinarim autem Ioannes Alexandriæ in pastoralem conscendit thronum, & huic deinceps surrogatus est Eulogius. Hierosolymis episcopatum denuò post Eustochiũ gubernauit Macarius. Post eum hierarchicam cathedram sortitus est Ioannes, qui puram & inopem vitam in Insomnium monasterio optimè egerat. Apud Theopolim autem Iustinus Anastasio Domini successore pulso, Gregorium substituit, nullis tum in ecclesia nouis rebus motis. Imperator verò crimen illud Anastasio obiecit, quòd sacram pecuniã in alios, quàm episcopum deceret, conferret sumptus, & quòd conuitio & maledicto imperatorem ipsum petiisset. Quum nãque interrogatus à quodam Anastasius esset, cur ita profusè pecuniam sacram dilapidaret. & non potius in vsus decentes eam impendens, ita vti opus esset, dispergeret: diserte per cauillationem dixisse fertur, ne à communi pernicie Iustino auferretur. Fama autem vulgatum est, propterea illi Iustinũ infensum fuisse, quòd pecunias ei petenti, ille dare noluerit. Affinguntur præterea viro ei alia quædam à nonnullis, qui imperatoris cœptum tegere aut excusare voluerunt. Postquam Anastasius episcopatu abiit, Gregorius sicuti dictũ est, sedem eam accepit: cuius magna est in poëtica laus. A primis enim capillis, in monasticis exercitatus studiis, strenuè ad summos gradus, quum nuper admodum se in eo lanugo prima exhibuisset, contendit. Primùm verò Byzantij monasterio præfuit, vbi etiam ab initio vitam rerum omnium expertem degere cœpit. Postea Iustino iubente, pastorale munus in monte Sinæo suscepit: in quo à Scenitis barbaris obsessus, non minimis circumuentus est periculis. Quibus etiam, vt pacificationem iniret, suasor autorque fuit. Apud hoc quum res magnas peregisset, in sacram deinde prouectus est cathedrã. Animo & consilio in rebus omnibus optimo fuit: & ad quodcunque negocium se conuerteret, id quàm facillimè cõficiebat. Metu minimè perturbabatur. Potestatibus autem, vt facilè illis territus cederet, flectendum se haudquaquam præbuit. Liberalis quoque, & admodum munificus, magnificè pecunias largiebatur: vsqueadeò, vt quocunque, pro eo atque opus esset, progrederetur, quàm plurimi homines eum stiparent atque sequerentur, eorum etiam quibus nihil cum eo intercederet consuetudinis, & qui nihil ad eum pertinerent. Alij insuper qui eum prodiisse audissent, vel vidissent, ad eum cõsluebant, & honorem mundanis dignitatibus debitum, præ viri eius obseruantia, secundo loco habebant, auidè sua sponte & videre & audire eũ cupientes, etiam de rebus non magni momenti plerunque verba facientem. Erat siquidem ad arcanum desiderium eorum animis, qui illum quomodocunq; cõueniebant, inferendũ quàm maximè idoneus, aspectu admodum admirandus, in colloquiis valde iucũdus: & si quis alius, & ipse ad id quod deceret cognoscendum acutissimus, & ad faciendum quàm facillimus. Ad consilium aliis dandum, atque ad re domesticas & externas diiudicandas, prõptissimus. Quapropter multas res optimè gessit, negotia in crastinum differre nõ solitus. Terrori verò erat nõ tãtum Romanis imperatoribus, quum publica tractaret negotia, quãtum necessitas postularet, & tempus flagitaret, verumetiam Persarum ducibus: sicuti suo loco à me dicetur. Varius etiam fuit. Aliquando namque multa vrebatur vehementia: nonnunquam iratum se esse præ se ferebat. In primis autem, quum opus esset, maximè in eo eminebat lenitas & mansuetudo. Adeò vt quam commodissimè in eo, quam laudem Gregorius Theologus per virtutis & pietatis studiũ consequutus fuerat, emiuerit † austeritas reuerentia temperata: ita vt altera ab altera non læderetur, sed vtraque per alterum illustraretur.

Gregorij Nazanzeni virtus.

† τὸ αὐστηρὸν ἀιδοῖ σύγκρατον. Euagr. lib. 3. cap. 6.

Vt pacta conuenta inter Persas & Romanos soluta sint. Caput 37.

VErumenimuerò primo Gregorij episcopatus anno, Persarmenij qui prius magnæ Armeniæ incolæ nominati fuerant, & Romanis paruerant: à Philippo autem, qui post Gordianum apud Romanos imperium obtinuit, Sapori Persarum regi ita proditi fuerant, vt Armenia quidem quæ minor dicitur, Romanis subdita maneret, maior autem Christianorum sacra moribus colens Persis sit tradita: Persarmenij inquam isti, quòd grauiter à Persis affligerentur, legésque suas transgredi vi compellerẽtur, clàm ad Iustinum oratores miserunt, vt sub ditionem Romanorum recipecentur precantes, quò liberè absque molestia sacros ritus, pro religionis consuetudine, deo peragere possent. Iustinus preces eorum comprobauit, pactis conuentis quibusdam ab ipso interpositis, quę etiam iureiurando confirmauit. Itaque Persarmenij magistratibus suis interfectis, vnà, quod dicitur, vniuersi sese Romanorum imperio commisertũt, in societatem suam finitimis eiusdem gentis populis atque itidem alienis pertrahẽs. Apud quos Ardaamanes principem locum habuit, vir genere & dignitate, necnon bellicis & imperatoriis artibus præstans. Hac verò de causa quum Chosroes imperatorem incusaret, tale ab eo responsum tulit: Finem suum pacis pacta conuẽta habere: insuper autem fieri haudquaquã posse, vt Christianos pacis finitæ tempore, ad populares suos confugientes ipse non reciperet. Hæc quidem ille, atque his similia alia respondit. & quanuis talia diceret, minimè tamen se ad bellũ instruxit: sed ocio solito deditus, deliciis diffluxit, post rationes & voluptates suas omnia habens. Virum autem quendam genere sibi prõpinquum, Martianum nomine. Orientaliũ copiarum ducem designarunt, aduersus Persas misit, neque exercitu iusto, neque apparatu belli alio satis instructum. Hic cum manifesto periculo, & quod dicitur, cum ipsius Orientis euersione, in Mesopotamiam primùm est profectus, paucos admodum milites, eosque inermes secũ ducens: ad quos accedebant fossores & sarctores, & boum actores vndequaque coacti. Et cũ Persis apud Nisibim leui certamine cõgressus, quum

Maior Armenia Persis a Philippo imperatore dedita.

Persarmenij ad Iustinũ defciunt.

** παροδὶ Ardaamanes dux.*

Iustini ignauia.

Martianus non satis instructus aduersus Persas mittitur.

In occasionem rei bene gerendæ prætermittit.

prodigia.

bos biceps.

quum meliore loco res eius essent, Persis nondum satis paratis, vrbẽ eam obsidere quàm hostes persequi maluit. Oppidani porrò propter tam splẽdidi scilicet belli apparatus contemptũ, portas non clauserunt, sed fœdissimæ etiam in Romanum exercitum conuitia iecerunt. Plurima verò prodigia, Romanorũ futuras clades portendentia, tum visa sunt: & bos recens genitus in initio belli conspectus est, ex cuius cerui ce duo capita eminebant.

Vt Chosroes incursione in Orientale imperium facta, & castella ceperit, & prædam multam abduxerit. Caput 38.

Persarum aduersus Rom. expeditio.

Circesium oppidum.

Martianus Nisibim obsidet.

Rescripta Iustini ad Martianum mandata.

Nisibenus episcopus Gregorium Antiochenum, atque Iustinum de rebus Persarũ certiorẽ facit.

Scripta talia Iustinus contemnit.

Ignauiũ hominũ malos.

POsteaquam autem Chosroes se ad bellum probè instruxit, Ardaamanem aliquatenus productum, Euphratem in regno suo transmittere, & ad Circesium (quod dicitur) in Romanorum ditionem excurrere iussit. Est autem Circesium oppidum commodissimũ & munitissimũ, ad fines Romanorũ imperij situ. Muro nanque firmissimo atque altissimo circundatum est. Quin & Euphrates & Aboras fluuij id circumfluentes & in insulæ formam redigẽres, inexpugnabile efficiũt. Ipse autem cum copiis suis Tigri amne traiecto, magnis itineribus celeriter ad Nisibim venit: quæ sicuti dictũ est, à Martiano obsidebatur. Hæc ita à Persis agi, Romani ignorabant: vsqueadeò, vt Iustinus multorũ sermonibus adductus, qui Chosroem iam mortuũ esse, aut non longè à morte abesse nunciabant, Martiano valde succẽseret, quod Nisibis expugnationem protraheret: ad quem etiam quosdã misit, qui illum ad claues portarum quàm celeriмè afferendas excitarent. Vt autem res minus ex sententia succesit, & Iustinus risu & probro se dignum exhibuit, qui apud talem & tantã vrbem, quæ efficere nequiret, conaretur, ad quam scilicet tã exiguus exercitus assidebat: res ea primùm Gregorio Theopolis antistiti ab episcopo Nisibeno renũciata est. Erat enim is Gregorio, à quo pecuniam ingentem acceperat, amicus quàm maximè. Et dabat præterea operam, vt vrbs ea propter ærumnas, quas à Persis patiebatur, in potestatem Romanorum rediret. Itaq; is Gregorio, quæ in Persidе gererentur, suo quoq; tempore insinuando, significabat. Ea porrò ad Iustinum Gregorius scribebat: de subita etiam Chosroæ expeditione certiorem eum faciens. Atque ille more suo deliciis & luxuriæ deditus, fidem habere episcopi scriptis supersedit, ea quę cupiebat geri etiam ratus. In hominibus namq; molliter & dissolutè viuentibus, ad ignauam socordiam gloriosa * audacia accedere soler. Neq; illi euentis rerum fidem habent, si alium quàm ipsi volunt, exitum consequantur. Iustinus ergo Gregorio rescribẽs, ea quæ is renuntiasset, tanquam falsa omnino essent, reiiciebat. Atque vt etiam vera essent, Persas tamen vrbis expugnationem nõ præuenturos esse. Quin etiamsi præuenirent, eos tamen inde fœdè atque turpiter repulsum iri dicebat. Et Acacium quendam delectum, virum proteruum, † confusionem planè dicas, ad Martianũ misit, cum eiusmodi mandato, vt etiamsi Martianus vrbem cepisset, & pedem alterum in ea posuisset, dignitatẽ statim deponeret, eámque ipse sibi Acacius sumeret. Quod sanè is fecit, Imperatoris iussa non ex illius commodo exequutus. Postquam enim eò venit, Martianum illico in hostili terra dignitate priuauit, re ea militibus nõ renunciata. Sedenim qui in exercitu ordines ducebant, vbi ducem magistratum deposuisse cognouerunt, vlterius perseuerare in castris nequaquam voluere: sed paulatim hinc & inde palantes diffugere, ridicula illa obsidione soluta. At Adaarmanes copias secum martem spirantes non solùm ex Persis, sed etiam barbaris qui Scenitæ dicuntur, delectas ducens, Circesio prætermisso quàm plurimum Romanorum rebus intulit detrimenti. Ferro namque & igne pleraque loca vastans, neque moderatum quidquam, propter defensorum solitudinem, vel cogitans vel faciens, non pauca castella cepit. Et quòd ibi nemo cum imperio esset, tum autem quòd Romani propugnatores in castello Daras à Chosroe clausi forent, faciendum sibi liberè quod vellet statuit. Castris autem inde motis, Theopoli animum adiecit: & partem copiarum maximam, ipse non profectus, eo misit, quæ spe sua fallæ, & ab vrbe ea sunt reiectæ: propterea quod, nulli in ea, aut sanè quàm pauci emes manssissent. Profugerat verò etiam episcopus ipse, & sacra secum vasa & donaria extulerat. Nam & magna muri pars corruerat: & plebs nouarum rerum studio sicuti eiusmodi temporibus accidere solet, tumultum mouerat: & tandẽ desertam relinquens vrbem, inde excesserat, nemine prorsus hostibus resistere aut obuiam ire conante. Adaarmanes postquam voto suo & Theopolis direptione excidit, ignem olim quidem Heraclæ, postea autem Gagalicæ dictæ vrbi iniecit: & ad * Seleuciam, quam Nicanor Seleucus condidit, locupletem quidem illam primùm & populosam, postea verò tempore collapsam, & ad paucitatẽ redactam, progressus est. Hęc quum relistere illi non posset, pacto quodam interueniẽte, in eam est receptus. Vbi sanè præter conuenta multa egit: & ciuitate direpta, vicinis quoque locis circumcirca dispoliatis, inde abiit. In præda reliqua & episcopum & magistratum vrbis summũ cepit. Nec pauciores in reditu ille clades Romanæ ditioni intulit, nemine videlicet prohibẽte, præter paucos admodum milites, qui ab Imperatore missi fuerant. Horum ductor magnus erat, qui antea argentariæ mensæ in vrbe Imperante præfuerat, postea autem vnius ex Imperialibus ędibus curam susceperat. Ii quum terga vertentes fugerent, parum abfuit quin ab hostibus sint excepti. Hisce rebus confectis, Adaarmanes Chosroen nondum vrbem quam obsidebat cepisse reperit. Magnum autem adueniens illi attulit momẽtum, quòd quũm suis animum addidit, tum hostes plurimùm exterruit. Inuenit vrbẽ muro nudatam, & aggerem ingẽtem propellam factum. Helepoles extructæ stabant, & catapultæ quas vulgus † machinas seu torméta, saxa ex edito loco iacięntia, vocare cõsuemit, quibus vrbem hyemis tempore Chosroes in potestatem suam redegit. Cui Ioannes Timothrati filius præfuit. Hic eius obsidionem non admodum curauit, sed vrbem potius ipsam prodidit. Nam & hoc tũ sermonibus ita iactatũ est. Ob hse-

Chosroes ipse oppidum Daras obsidet.

Persæ Theopolim desertam & vacuam inueniunt.

Gagalicam incendunt, olim Heracleam dictam.

Seleuciam diripiunt.

** Euagr. Apameam habet, & Nicanoris Seleucum.*

Episcopum & præfectũ eius capiunt.

Magnus Rom. dux.

Daras oppidũ Persæ recipiunt.

† μηχανὰς λιθοβόλους.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit eam Chosroes mẽsibus quinque. & aliquot E insuper diebus: cepitque,nemine propè propugnante. Et ciuibus ex vrbe multitudine varia diuersis,partim eos ferro concidit, partim viuos in captiuitate seruauit. Vrbẽ ipsam,vtpote opportunã & cõmodam,præsidio imposito retinuit. ipse verò trophæo eo superbus, domũ est reuersus.

Vt Iustinus immensæ dolore correptus, in morbũ phrenitidem inciderit, & Tiberius rempublicam administrauit. Et vt ante quadam Chosroen aggressus Tiberius, pacem cum eo fecerit. Caput 39.

Iustinus phreneticus.

EA re Iustinus cognita, nihil prorsus rectè aut prudenter mente agitans, neque casum iudem humaniter ferens, in phrenitidis morbum & insaniam incidit: ita vt nihil quicquam earum rerum quæ fierent, intelligeret. Imperiũ autem à Tiberio administrari cœpit, qui honorẽ præcipuũ Iustino acceptũ ferebat, ex Thracia oriũdus. Hunc pridem Iustinus cum plurimis militarium copiarum milibus aduersus Abates miserat: & capus ille statim in prima congressione ab eis fuisset, militibus eius nequaquam barbarorum conspectũ sustinentibus, nisi eum diuina Prouidentia inde ereptũ, Romanorum imperio manifestò conseruasset. Quod sanè Imperiũ ad id discrimen peruenerat, metuendum vt esset, ne Iustini præter rationem omnem susceptis actionibus, vnà cum repub. corrueret, & in barbarorum potestatẽ perueniret. Quum igitur Iustinus tam grauiter morbo affectus esset, neque quidquam carũ quæ agerentur rerũ animaduerteret, Tiberius cõsiliũ commodũ, rebúsque præsentibus opportunũ admodũ cepit, quo casum & errorem omnem correxit. Traianũ enim, virum præclarũ ex senatu, canicie & prudentia multos antecellentẽ, ad Chosroem mittit: & legationẽ nõ Imperij aut reip. sed solius Sophiæ Augustæ Iustini coniugis nomine, ad Chosroem instituit. Cuius etiam literæ ad eum regem scriptæ sunt, quibus illa æumnã casúmque mariti & rẽpub. principe carentẽ deplorabat: nequaquã decorũ esse addens, illum viduæ mulieri, & principi iacẽti, reipublicæque perturbatæ insultare. Nã & ipsum aliquando ægrotantem nõ solùm in persimilem casum incidisse, verumetiam præclarissimos quosque medicos ex ditione Romana ad eum missos venisse, qui arte sua & cura debita ægritudinem illius dispulissent. Legatione tali audita Chosroes flexus est: & quum in animo habuisset, primo quoque tempore expeditionẽ in Romanorum terram suscipere, triennales tamen inducias Orientis partibus concessit: ita vt nihilominus † Armeniam, quę bellum aduersus eum parasset, nemine res Orientales * turbante, aggrederetur. Porrò rebus Orientis in eum statum adductis, Strmium à barbaris captum est, quod Gepides dudum tenuerant, & Iustino donauerãt, sua spõte inde decedẽtes. Interea Tiberius Sophiæ instinctu Cæsar à Iustino, qui meliusculè morbo remittente habebat, declaratur.

Legatio & literæ ad Chosroem, nomine Sophiæ Augustæ, missæ.

Inducię triennales cum Persis.

† Ἀρμενίαν ἐπελθεῖν.

* παρενοχλοῦντος. Strmium à barbaris captum.

Vt Iustinus Tiberium in imperio sibi substituerit: & quæ ad eum mariens, de imperij administratione verba fecerit. Caput 40.

Iustinus Tiberium Imperatorem creat.

CÆterùm coronam imperatoriam ei impositurus, ea verba diserte ad eum est prolo-

quutus, quæ memoriam omnẽ veterem & nouã longè excellunt. Quum namque Iustinus commodè per * dilucidum intervallum scilicet compos mentis esset, idque diuina Prouidentia, vt simul & peccata erratáque ipse sua proferret, & in remp. ordinem meliorem inferret. Quúmque omnes, atque ipse etiam Ioannes sacrorum antistes, cuius antea meminimus, cum sacerdotibus suis in hypæthro siue subdiali Imperialis aulæ palatio, cõgregati essent, quo loco hæc agi celebarique fas est, Imperatoriã coronã sustollẽs, purpureámque vestẽ, vt ea Tiberio imponeret, qui comes antea excubitorum fuerat, ita propalàm verba fecit. Ne te vir optime, vmbra ista phantasiæ seu apparatus luius, & vestis hæc decipiat: quibus & ipse, præterquam deceret, transuersim raptus, non sensi meipsum supremis pœnis obnoxium reddere. Tibi verò curæ erit, vt peccata quoq; mea corrigas. Corriges autem, si rectè & benignè rẽpub. administrabis, nec omnino istis tibi parendum erit (principes demonstrãs) nam & ipsi me in eas quas cernis ærumnas coniecerunt. Alia insuper eius generis adduxit, quæ ad consternationem & lachrymas prolixas auditores commouerũt. Postremò verò omniũ intulit. Honora Deũ & Ecclesiam eius, & olim quidẽ heram & dominã, nunc verò matrẽ tuã. Qui facultates & possessiones habent, habeant: quibus eæ desunt, eis tribue. Perinde atque in teipsum, ita in omnes animum intende. Nosce verò & quis antea fueris, & quis hodie factus sis. Si peccare non vis, ne arrogans & superbus fueris. Ipse namque vides, quis ego paulo antè fuerim, & quid nunc sim. Pauperes imprimis dilige, & eleemosynæ apud te nõ deficiant. Et quũ precatio ab episcopo facta esset, Tiberius ad pedes Imperatoris se abiecit. Atque ille subinferens: Si, inquit, volueris, sum: si nolueris, non sum. Deus qui fecit cœlum & terrã, omnia quęcunque tibi dicere oblitus sum, ipse in animum tuum subiiciat, confirmans, atque ab ipso nunc inito instituens te sanctissimo timore suo: per quem omnia tibi rectè atque fœliciter euenient bona. Iustinus iunior vbi in imperio cũ Tiberio annos tres exegisset, vita excessit. Ipse solus annis duodecim, & mensibus decem cum dimidio Imperium gubernauit: cũ Tiberio annis tribus, mẽse vno minus: ita vt Imperij eius anni omnes quindecim sint, & menses nouem cum dimidio. Iustinus, quæcunque templa Iustinianus magna vsus liberalitate magnificè construxit, ea accessionibus, donariis & sacris vasis pluribus ipse exornauit. Et summam magni templi testudinẽ collapsam, & quindecim cubitos fustulit, & decentissimè, ita vt hodie cernitur, restituit. Et quũ pietatis esset studiosissimus, in vita quotidiana tamen perquàm dissolutus fuit. Liber hic historiarum decimus septimus, tempus complectitur sexaginta & quatuor annorum: quum ab orbe condito sexies millesimus † nonagesimus octauus, à diuina autem Domini natiuitate quingẽtesimus nonagesimus tertius ageretur annus.

* ἐς δὶς τὸ γεγονέναι.

Iustini ad Tiberiũ verba.

Princeps non semper consiliarius suis parere debet.

Precatio imperatoris coronationi.

Timor Dei.

Iustini munificentia.

Liberalitas Iustini in ecclesias.

Iustini tempus annis.

Neotericì numerãt 455.

D 2

computatio annorum istorum cum aliis chronicis scriptoribus non concordat. Secundum quosdã enim obitus Iustini in annũ Domini 582. secundum alios in 576. incidit.

DE PRIMA ET SECVNDA IVSTINIANA, & item de Iustinopoli.

APud Dardanos Europæos: qui ad Epidamni fines accolunt, regio Tauresia dicta fuit. Iustiniani qui orbem terræ adificiis exornauit, patria. Locum cum breui mure circundedit, in quadranguli formam structura redacta, atque in angulo quoque turri vna excitata, τετραπύργιον, hoc est, quatuor turres habentem effecit, & ita nominari curauit. Ad hanc, vrbem præclarissimam condidit, quam Iustinianã primam vocauit, nutricia hæc præmia altrici suæ tribuens. ibi verò & aquæ ductum, vt ciuitas lymphis affatim abundaret, fieri fecit. Addidit alia insuper egregia opera, Dei templa plurima, domicilia principum virorũ magnifica, porticus amplas, iudicum curias pulchras, fontes, plateas, vicos, balnea, rerum venalium fora. Vrbs ipsa ingens & populosa, & tractus eius totius metropolis: vt quæ Illyrici vniuersi archiepiscopum sit sortita cuique eppida eius gentis reliqua omnia, pro magnitudine sua, debitum exhibuerint honorem. Et auxit illa Imperator ei gloriam, quæ alumnæ tanto celebretur. Atque ipse ambitione & liberalitate quadam illi, qui eam ita ædificiis exceluerit, gratiam referre contendit. Erat præterea in Dardani oppidum vetus, Vlpianum nomine. Huius mœnia, quòd nulli vsui essent, demolitus, ad eam qua nunc id spectatur, pulchritudinem perduxit. Vrbem hanc Secundam Iustinianam appellauit. Nõ longè ab hac vrbem quoque aliam, quæ nulla antea fuerat, condidit: quam de auunculi nomine Iustinopolim vocauit. Procop. lib. 4. de ædificiis Iustiniani.

Causa interneccionis gentis Abarum.

TErbelis Bulgarorum dux, sub Iustiniano Rhinetmeto floruit. Et Iustinianus ipse, Constantinúsque Heraclii filius, vectigales eius fuere. Hic aurum & argentum, quo arcas impleuerat, dextra quidem aurum, sinistra autem argentum promens militibus suis, quòd Abares prorsus bello Bulgaros ipsi sustulissent, distribuit. Interrexerunt autem quidam Abarũ captiuos, quamnã ob causam princeps eorum vnà cum gente vniuersa interisse. Cui illi respondêrunt: Quòd criminum delationes & accusationes inter eos inualuissent, quibus fortissimi & prudentissimi quique Abares sublati essent. Ac sic deinceps factum, vt homines iniqui & fraudulenti in societatem & decuriam iudicum peruenerint. In causa etiam fuit ebrietas. quum namque vini prouentus exuberaret, ebrii omnes fuere. Deinde anarorũ iudicum sordes. Consilia præterea fraudulenta, quibus alius alium circumuenit. Omnes enim venales facti, & alter alterum dolis est aggressus. Ex his ipsis causis internecio nostra processit. Terbelis hisce verbis auditis, Bulgarisque suis conuocatis, leges tulit. Si quis prodiret accusator, vt non prius audiretur, eiue assensus præberetur, quàm de crimine probe esset quæsitum: Ac si criminator per calumniam mẽtitus esse comperiretur, vt is mortẽ pœnas penderet. Ne quis homini furi & fraudatori alimenta præberet: id verò si quisquam facere ausus fuisset, vt publicatis bonis eius, ipse proscriberetur: Furis autem & fraudatoris crura frangerẽtur. Porro vineta omnia radicitus excidi iussit. Et mendicantibus quidquam dari vetuit, vt scilicet pro se quisque sibi ipse victum quæreret, neque ad egestatem delaberetur. Legum talium transgressoribus, bonorum publicatio & proscriptio proposita. Ex Suid.

Præcipuè hoc de iudicibus correptus intelligendũ, quos Alexander Seuerus Imp. fures appellauit.

DE BVLGARIS. παρέργως.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSOCTAVVS.

De Imperatoris Tiberii imperio, quæ Imperiali dignitate & magnificentia fuerit.

CAPVT I.

SVSCEPTAE Imperiali administratione Tiberius, ad partes omnes reipub. se conuertit, vt quum disciplinā rectissimè ciuilem restitueret, tum bellicis expeditionibus cōmodissimè omnē Romani imperij ditionē recuperaret, & constituerat. Fuit autem Tiberius procera corporis statura, & vultu nō solùm inter principes viros, verumetiam omnes propè homines decētissimo. Ita vt forma quidem Imperio dignus, animo autem placidus esset, & qui humanitate & misericordia quàm maximè gauderet: ipso solùm aspectu, vt ita dicam, omnes ad se inuitās atque alliciēs. Eas autem diuitias & copias amplas sibi esse putabat, si prolixè non solùm ad necessitatem, sed etiam ad abundāriam aliis largiretur. Nec ille respiciebat, quid recipere petētem oporteret: sed quid Imperatorem Romanorum dare deceret. Quòd si auri quidquam ad eum perueniebat, violenter cum subditorum lachrymis collectum, adulterinum id & venenosum esse existimabat. proinde ciuibus ditionis suæ omnibus annuum etiam tributum remisit: & quoscunque agros Adaarmanes expeditione sua vastauerat, immunitate & libertate summa donauit, vltra modum etiam, & detrimenti accepti rationem. Magistratibus quoque & dignitates gerentibus pensiones illegitimas condonauit, quibus priores principes subditos ipsi suos vendere soliti fuerant.

Statura, mores & virtutes imperatoris Tiberii.

Vt Tiberius magno & forti exercitu coacto, & per Iustinum in Persidem irruptione atque impetu facto, multa castella munitaque loca recuperauerit. vtque Chosroes sit mortuus. Caput 2.

ITaque pecunias non rectè exactas in vsum decentem conuertens, ad bellum hostibus inferendum splendidè se armauit: & exercitu heroico ex subalpinis populis, & Rhenum accolētibus gentibus, præterea ex Massagetis, Pæonibus, Mysis, vnà cum Illyricis & Isauris, atq; etiā ex Scythis, optimis strenuissimisque quibusque viris delectis, ita vt centum milia & quinquaginta* turmas fortissimorum equitum haberet, conscripto, expeditionem aduersus Chosroem suscepit. Quum ille statim post Daras castellum captum, Armeniam ingressus esset, atque inde circa messis tempus ad Cæsaream contendere in animo haberet: quæ principem locum apud Cappadocum gentem sortita, primas inter vrbes reliquas ferebat. Vsque adeò verò iam res Romanorum contemnebat, vt etiam oratores qui ad eum venerant, in conspectum suum non admitteret, sed ad Cæsaream vrbem eos se sequi iuberet, ibidem postulata eorum auditurus, responsumque eis re deliberata daturus. Eò autē vbi peruenit, & exercitum Romanorum, qui eū præuenerat, quem Iustinianus ducebat, frater Iustini illius, à Iustino imperatore miserandum in modum cæsi, rei bellicæ & ipse egregiè peritus) conspexit, & iam tubæ classicum canebant, signáque militaria sublimia ferebantur, ac dux ipse vnà cum tam splendido apparatu animum magnum spirabat, atque ex aduerso vociferabatur, equitatúsque tantus aderat, quantum nemo vnquam imperatorum in animo saltem est imaginatus: apparatu tanto & re tam subita atque inopinata consternatus, ex intimo pectore ductis suspiriis, altius indoluit atque eiulauit, neq; pugnæ initium facere voluit. At ipso tēpus prælij extrahente, atque arte & fraude dilationem texente, Curs Scyta, cuius curæ dextrum cornu cōmissum fuerat, impetum in eum facit. Huius vim confertā quum Persæ sufferre nequirēt, ordinésque suos relinquerent, multi ex eis cædūtur. Deinde extremum hostium agmen Curs aggreditur, vbi instrumentū aulicum Chosroæ & exercitus eius apparatus erat. Hic precioſissimas quæsque res eius & instrumentum omne, ipso inspiciente & tolerante Chrosroe, † quod facilius is impressionē suā quàm ipsius Curs sustineri posse existimaret, diripit. Et derepentè ingēris pecuniæ dominus factus, immēra quoque vnà cum impedimentis abducit: in quibus etiā qui ab eis perinde atq; Deus colitur, ignis erat, Et Curs Pæana canens, Persarum acié circuit, & tādem circiter primam facem ad suos redit: qui adhuc ordines suos, sicuti acies structa fuerat seruabant, quòd neque Chosroes aggressus eos esset, nec ipsi initium pugnæ fecissent. Paucis verò velitaribus prælijs vnis tātū aut binis ab vtraq; acie congressis, sicuti fieri assolet, commissis, Chosroes frequentes per noctem ignes accēdit, nocturnū prælium experturus. Et quum Romanorum exercitus in duas partes diuisus esset, nocte intempesta, vigiles earum copiarum quæ Borealē plagā versus excubabāt, inuadit: essque repētina impressione dissipatis, exercitu vniuerso Melitinē, quæ in propinquo erat, cōtendit: quā ab incolis & custodibus vacuā Persæ incendūt, seque ad Euphratem traiiciēdum instruūt. Porrò quum eos Romanorum copiæ à tergo cōsequerētur, saluti suæ timēs Chosroes, elephante cōscēso, fluuiū tranat, & multos ex militib* suis in amne eo, qui illis pro sepulchro fuit, amittit.

Copiæ militares eius aduersus Persas contractæ.

Equitatus Tiberii maximus.

* ἑπτὰς, alias. Euagr. lib. 5. cap. 24.

Curs Scytha in Romanorū partibus secundum cum Persis equestre certamen committit.

Ignem Persæ pro Deo colunt.

† ἀνεκόπτετο ἐχ τοῦ ἔσω τοῦ ἐπὶ τοῦ κόρης ὑγροειδοῦς.

Chosroa clades & fuga.

Multos etiam qui ex vndis traiicientes euaserant, secum abducit. Huiusmodi ille summā pœnam postquam pro iniuriis Romano Imperio illatis persoluit, vlterius in partes Orientales est progressus. Vbi eiuscemodi inducias vt eum nemo aggrederetur, habuit. Iustinianus autē cū exercitu omni Persidem est ingressus: ibique hyeme transacta, qui ei resisteret, inuenit neminem: Atque exercitu non diminuto, circiter æstiuum solstitium inde reuersus, cum magna & præclara gloria, circa confinium, ætatis reliquum consumpsit. Exinde Chosroes rebus desperatis, doloréque ingenti confectus, & fortunæ vicissitudine exanimatus, cum dedecore vitam amisit: & perinde atque sempiternā columnam atque monumētum fugæ suæ, legem illam, ne quis postea Persarum rex aduersus Romanos bellum gereret, post se reliquit. Ab eo regnum ad Hormisdam filium peruenit, de quo postea dicemus.

Iustinianus dux recte rem gerit.

Lex Chosroæ, ne postea Persæ Romanis bellū inferant. Vnde mors.

Hormisdas Chosroæ successor.

De terræmotu, qui Antiochiæ, & in luco qui Daphne dicitur, fuit. Caput 3.

TErtius iam imperij Tiberij agebatur annus: & Antiochiæ rursum maximus terræmotus circa meridiem coortus, publicas & priuatas ædes ad ipsa vsque fundamenta concussit, minimè tamen in terram prostrauit. Ipsa verò vniuersa Daphne, quasi * succisiuū eius opus facta, corruit. Euenere tum alia quoque non solùm Theopoli, verumetiam in vrbe ipsa Imperante, memoratu digna, quæ ciuitates eas maximis motibus concitatis conturbarunt atque perterruerunt. Quæ quum initium ab ardore & æmulatione diuina sumpsissent, legitimum etiam finem sunt consequuta.

Terræmotus Antiochenus.

* κατάγειον.

De Anatolio mago, & eius aduersus Gregorium Theopolis episcopum fraudulentis insidiis. Caput 4.

ERat Theopoli Anatolius quidam, ex plebe is ille quidem & ignauis vnus, sed qui postea multis se & variis negotiis ingesserit, & Theopolitanorum res potissimùm administrarit: qua ex causa in Gregorij, vrbis eius sacrorū antistitis, amicitiam peruenit. Et quum eo nomine frequentius ad eum iret, potestatem maiorem ex eius consuetudine est consequutus. Anatolius iste crimine sacrificiorum diis oblatorum accusatus, vnà cum aliis, vt sacer & execrabilis, res graues & absurdas admisisse compertus est. Cæterùm quum Orientis præfectum donis expugnasset, parum absuit quin vnà cum popularibus suis (multi namque cum eo piaculi eius participes capti fuerant) euaserit. Multitudo autem motu concitato, consilio tali obuiam iit. Illusit ex antistiti quoque: quasi & ipse detestandorum illorum hominū socius esset. Et dæmon quidam seditiosus & pestilens nōnullis persuaserat, quòd Gregorius etiam cum Anatolio sacrificasset. Atque is propè à plebe vehemētèr infesta & irata interfectus est. Et in tantum fama eius rei increbuit, vt Tiberius quoque Imperator non aliter atque per ipsius Anatolij vocem, criminis eius veritatem inuestigare voluerit.

Anatolius Antiochiæ diis sacrificauit. Euagr. eod. cap. 2.

Idem flagitii cum reus agitur.

Itaque Anatolium, & qui cum eo capti erant, Constātinopolim venire iubet. Quod vbi Anatolius cognouit, ad Dei genitricis imaginem in carcere alicubi ex funiculo depēdentem, † versis in tergum manibus, procurrit, supplicantis scilicet & deprecantis in morem. At illa impurū & execrandum illum detestans, simul & criminis tanti arguens, totam se ab eo auertit: miraculo mediusfidius horrendo, & memoria sempiterna digno: quod captiui omnes, qui in custodia seruabantur, & quibus cura carceris cōmissa fuerat, oculis ipsi suis viderunt, & omnibus renunciarunt. Imago ipsa fidelibus etiā quibusdam conspecta est, eos ad contumeliam suā vindicandam concitare, filio suo ab Anatolio contumelioſe iniuriam factam esse dicens. Postquam verò Byzantium Anatolius venit, & flagris quàm maximè tortus est, nihil est contra episcopum proloquutus. Verùm ibi quoque magnorum malorum & seditionis populo ipse cū popularibus suis causa fuit. Quum namque quosdam, sententiis ferendis, non iugulandos, sed ostracismo mulctādos esse, iudicatum esset, plebs ardore diuino accensa, vniuersam vrbem turbulentō motu repleuit: sæuiensque & grauiter eam rem ferens, eos qui ad exilium damnati fuerāt, raptos, & piscatoriis nauibus impositos, igni vinos cōbussit. Et quùm populus eiusmodi sententiam tulit, tum conuitia etiam in Imperatorem iecit, & aduersus episcopum suum Eutychium vociferatus est, perinde atque illi fidem abiecissent. Quin multitudo Eutychium quoq; eósque quibus quæstio mandata fuerat, in locis Constantinopolitanæ plebis tumultus, præter leniorem in idololatras iudicum sententiam.

† ὑπτίους τῇ φᾳ τὰς χεῖρας. Diua virgo preces eius supplicantis recusat.

omnibus inuestigatos interfecisset, nisi quæ omnia gubernat diuina Prouidentia, illos quidem è medio surripuisset: ferocientis autem multitudinis ardorem paulatim ita restinxisset, vt nihil absurdi committeretur. Porrò Anatolius bestiis primùm in amphitheatro obiectus, & abundè ab illis dilaniatus, in crucē postea est actus. Verùm ne sic quidem impiorum flagitiorū pœnæ est defunctus. Siquidem execrandum illius corpus (quod nunquam historiis proditum est) lupi inde detractum deuorarunt. Quidam verò Antiochiæ fuit, qui res eas illi obuenturas diuinauit. In somnis enim se vidisse dixit, Anatolij cōplicúmque eius iudicium plebi, quæ de eis sententiam ferret, commissum esse. Vir præterea magnus Imperialibus ædibus præfectus, quamuis Anatolium defenderet, proloquutus tamen est, conspectam sibi esse Dei mātrem vehementer se obiurgantem, & talia ferè dicentem: Quousque tandem Anatolium propugnas, quitam impudenter supra modum in me & filiū meum illusit? Sed hæc hactenus.

Anatolii graue supplicium.

Vindicatorum gentilium sacrorum exemplum.

Vt Tiberius ducem Orientis legerit Mauricium, eundémque deinceps mortuo Imperatore creârit. Caput 5.

TIberius porrò vbi Iustinianum non eadem fortuna, qua antea, rem aduersus barbaros gerere cognouit, illi quidem præfecturæ Orientalis dignitatem, post Iustini obitum, abrogauit: & Imperatoria corona dudum sumpta, ducem alium militarium in Oriente ordinū creauit Mauricium, qui paulo pōst successor etiam

Tiberij fuit. De eo mox, loco suo dicemus. Qua-
lis enim & quantus fuerit, ex imperio eius colli-
gendum, quod virum eum clarius manifestiúsq;
hominibus exhibuit, quum illi † summâ quod-
cunque vellet, arbitrio suo faciendi potestatem
dedisset. Qua re etiam factũ, vt domesticæ eius
res & arcanæ in publicum proferrẽtur. Hic igi-
tur Mauricius copiis militaribus receptis, vltra
Romani imperij fines progressus, & quæcũque
erant idoneo commodoque loco Persis castel-
la adortus, ea cepit: tantámque prædâ inde egit,
vt vrbibus & insulis & agris, quicunque deserti
antea fuissent, colonos imponeret, & quæ à mul
to tempore vacuæ iacuissent terræ, eas ad fru-
ctum vbertim ferendum cultura præpararet. Ex
eis colonis strenuas etiam & fortes conscripsit
copias, quæ contra alias quoque gentes egre-
gium bello robur ostenderunt. Effecit is etiã, vt
domus vniuersæ seruis complerentur: & vt in a-
bundanti rerum omnium copia, leui facilè pre-
cio omnia vænirẽt. Conflixit quoque cum for-
tissimis quibusque inter Persas vitis, Imperato-
riáque arte celeberrimis: cum Tamichosroe vi-
delicet illo, & Adaarmane, qui cum validissimis
exercitibus cum eo sunt cõgressi. Sedenim quo-
modo ille, & quid prælio cum illis cõmisso ges-
serit, in præsentia mihi dicere facile non est, ad
alia quæ instituti nostri sunt properanti. Tum
quidem in ipsa pugna Tamichosroes non equi-
dem Romani exercitus virtute, sed religione
sola, & syncera in Deum fide ipsius ducis eccl-
dit. Adaarmanes autem prælio excedens, habe-
nis omnibus quàm maximè laxatis fugit, non
paucis suorum amissis. quum quidem Alamun-
darus qui Scenitas barbaros ducebat, victoriã
prodidisset: quippe qui Euphratem traiicere, &
Mauricio in prælio adesse, contra Scenitas Ara-
bes pugnanti, noluerit. Ea namque Arabum gẽs
inuicta maximè, equis celerrimis, ventíſq; ipsis
velocitate simillimis insidens, sicubi concluda-
tur, non capitur, & locis ad insidias capiendis
hostes facilè præuenit. Sed & Theoderichus *
Scythicorum ordinum dux, in pugna non af-
fuit: verùm extra telorum iactum quàm maximè
consistẽs, se cum suis effusæ fugæ commisit. Ab
ea victoria cum amplissimis trophæis reuersus,
triumphum egit, atque omnium hominum ore
celebratus est. Summi verò honoris via pro-
gressus, etiam ad Imperiale fastigium conscẽdit:
quum Tiberio iam vitæ finis adesset, qui illi fi-
liam Augustam, & cum ea loco dotis Imperium
ipsum dedit. Non ille quidem longo admodum
tempore in Imperio transacto, sed monumento
tamen sempiterno ad æuum omne relicto, per
res quas per vitam bene egit. Eas verò verbis
complecti, non ita facilè videtur. Maximum au-
tem probè ab eo gestorum, & quasi quædã hæ-
reditas, quam Imperio post se reliquit, illud est,
quòd Mauricium, virum admirandum, Imperia-
torem renunciauit. Quin etiam nomina sua ge-
nero & filiæ indidit, Mauricio quidem Tiberij
Augustæ verò Constãtinæ nomine imposito. Ita-
que quum Tiberius videret, ex hac deinceps
vita sibi migrandum, naturæque legibus cedeñ-
dum esse, atra illum bili affligente, Mauricius Im
perator dictus, purpura cõspicuus honorem &
dignitatem meræ summæque potestatis recepit.

Mauricius in præfectura Orientis Iustiniani successor.

† τὸ αὐτεξούσιον δρᾶν καὶ προαιρεῖσθαι

Mauricii dicta in oriente præclara res gesta.

Tamichosroes, Adaarmanes, Persæ.

Is à Mauricio victi.

Alamundarus Scenites rem Romanã prodidit.

* *Hic quoque Gothi Scytha dicuntur.*

Res Tiberii Imperatoris.

E Tiberius etenim in hypæthram illam Imperialis palatij aulam progressus, Antistitem sacrorum (Ioannes autem tum adhuc ecclesiæ clauum gubernabat) eò euocauit: atque insuper cõuentum sacrarum dignitatum coẽgit, satellitúmque suorum & corporis custodum, eorum quoque qui Imperiali honori accensentur. Tum autem quicunque in populo præclari erant, ad se acciuit: vbi nomine eius Ioannes verba fecit, Orator egregius, & Romanarum legum peritus, & propter insignem eloquentiam Imperatoris iussa pro concione exponere solitus, & quæstoris dignitatem gerens. Aderat igitur Imperator ipse in noui Principis electione, vnà cum filia Constantina, quam Mauricio vitæ simul & fortunæ sociam dederat. Prius autem quàm Imperatoris noui renunciatio promulgaretur, ad conuẽtum F eum ita verba fecit.

electio & renunciatio Mauricij Imperatoris.

Oratio Tiberij Imperatoris in electione & designatione Mauricij, ad populum dicta. caput 6.

VIri Romani, præclarissimum apud omnes gentes nomen, & propter amplitudinẽ gloriæ omnibus omnium linguis celeberrimum: Magnæ me nunc curæ & solicitudines circumstant. Quarũ alteræ, vt quæ me relinquere oportet, ea rectè constituam, adurgent: alteræ verò, migratione ipsa, qua à vobis disiungar, exterrẽt. Ea namque rationem actæ hic vitæ vniuersitatis huius conditori reddere cogit. Et nunc vsurpata mihi dudum libertas & securitas, in timiditatem ingentem est conuersa. Quibus etenim G † prolixior est faciendi quæ velint potestas, eos peccata plura consequuntur. Sedenim quam de Imperio concepi curam, acrius me vrget, vt videlicet non temerè quiduis de republica decernam: sed qui eam rectè administret, substituam. Quandoquidem nec mihi Imperiũ ad voluptatem & delicias corporis consectandas commissum fuit. Neque verò fortuna tantum animum meum angit, verùm etiam natura ipsa. Eodem enim & imperium & coniunx & liberi concurrunt. Nam imperium sapientem gubernatorem requirit, coniunx viduitatis curatorem æquissimum: liberi porrò, qui eos ducat & defendat, tutorem, propter ætatis imbecillitatem, & naturæ, maximè muliebris, infirmitatem. Cæterùm naturæ sæpenumero cõtemno necessitudinem, morbo ingruente: despicio etiam liberos, & H coniugẽ nihili facio, mihique iam mori videor, & solicitudinis eiusmodi libertatem cõsequor. Vix autem cogitationes tales depono, quum mihi Imperij cura incessit. Non solùm enim certamen omnium multo maximum est, credidit sibi sceptrum pro eo atque par est conseruare: verumetiam hæreditatẽ Imperij, ita vt decet ad eos quos oportet, tranſmittere. Equidem æquum esse admodum arbitror, decessoribus principibus successores debere esse præstantiores, vt illorum errata isti corrigant. Quod nisi fiat, Imperij ipsius ditionem omnem, propterea quòd imbecillibus fundamentis nitatur, labi & corruere necesse est. Talibus curis quũ animus meus cõficeretur, ea quę res omnes respicit Prouidẽtia, laboribus nostris succurrit. cõsiliúmque nostrum

Oratio Tiberij imperatoris decessuri, de Mauricij surrogatione.

† ἀφθονία τῆς ἐξουσίας

ὑπὸ τοῦ ἔφορος προνοία.

Tiberius Mauricio filiam simul & imperium committit.

nostrum auspicata, autoritate sua confirmauit: A & eum qui post me magnificè imperaturus est, declarauit: Mauricium illum, virum rei Romanæ perquam vtilem & commodum, qui plura & magna certamina pertulit, & quasi quendam arrabonem, vt ita dicam, futuræ suæ de ciuibus subditisque curæ & prouidentiæ apud rempublicam deposuit. Hunc ipsum hodie Imperatorem conspicietis. Tanta autem persuasione & fiducia illum maximæ omnium administrationi adhibeo, haudquaquã mẽte claudicãs, aut errãs, vt nõ modò Imperium ei, verùm etiam filiolam credam, pignore tanto naturæ ipsius, bono vos animo esse iubens. Id quod veluti consolationis viaticum, mecum mihi laturus ad linguam istã, vnde reuerti non liceat, migrationem video. Vos ipsi autem idonei & fide digni pulcherrimæ huius ordinationis testes mihi estis, ex eo, quòd eorum qui imperium nostrum dudum administrarunt, & huius præcipuè viri periculum B feciſtis, qui prudentissimè nos est † consectatus. Tu verò Maurici, pulcherrimum mihi epitaphiũ Imperium tuum facere perge, & sepulchrum meum virtutibus tuis exorna: neque spem eorum qui tibi concrediti sunt, per dedecus fallẽs, neque virtutes ipse tuas obliuioni tradens, & veluti pristinam animi tui generositatem fugiẽs. Proinde † potestatis insolentiam ratione fac frenes, & philosophiæ artibus sapienter potentiæ scapham gubernes. Imperium nanque res quædam est sublimis & excelsa, in altum qui ei insident sustollens, & rectè cogitata excutiens. Minimè verò opinionem eam, quod prudentia omnibus ante eas, concipe: quamuis fortuna, quę tibi sublimis contigit, omnes superes. Porrò ciuium & subditorum beneuolentiã potius quàm metum fac consecteris: & obiurgationem magis, perinde atque magistrum quendam, quàm assentationem, complectare. Potestas nãque res quædam est, quæ admoneri docerique nolit, & castigationem ægrè ferat. Ante oculos tuos assidens Iustitia excubet, † quæ vitæ nostræ actionum remunerationem, pro summa sua potestate constituit. Purpuram perinde atque vtilem pannum tibi iniectum esse, per philosophię studium existima. Coronam autem qua caput tuum cinctum est, nihil à lapillis qui circa marinum littus fluctibus alluuntur, differre puta. Ipse purpuræ flos, quòd subtristior est, exhortari mihi Principes videtur, vt moderationem animi rebus secundis seruare assuescant, neque nimium lætentur, aut luctuosa ista monarchiæ stola superbiant. Imperij siquidem sceptrum non immoderatam potestatem, sed splendidam potius

† συμπαραμαρτύρα. *Pulcherrimũ decedentis Principis epitaphium, bonus successor.*

† ἐξουσίας κόρος ἐστὶν ἀγαθόν.

† *Antigonus rex filium intultus subditis violentius vtentem ac superbius.* Ἐχ εἰδῆτε, inquit, ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἐνδοξοτέραν ἢ δουλείαν. *hoc est. Nescis fili, Dominatum nostrum splendidam esse seruitutem. Pindarus quoque, omnem regiam & aulicã phantasiam, sicut eam Lucas Act. 26. vocat,* ἐμφανὲς *esse ait* ἄλγος, *hoc est, illustrem miseriam.*

* *Non constat inter auctores, rex nullum ne solus habeat aculeum, maiestate tantum armatus: an dederit eum quidem natura, sed vsum illi tantũ negauerit. Istud constat, imperatorem aculeo nõ vti, &c. Plin. lib. 11. cap. 17.*

seruitutem exercere admonet. Itæ imperet humanitas & misericordia, arrogantiæ autem timor. Nam & apibus natura duces dedit: earumque regem aculeo quasi quadam spontanea & naturali potestate armauit, vt pungere etiam eũ possit, qui legitimè non pareat. Sed apis minimè tyrannicum, verùm communi vtilitati commodum & iustum aculeum habet. Itaque illius saltem erimus imitatores: siquidem ratio ipsa, cõsilia meliora subiicere non valeat. Equidem ad te hæc, veluti productor tuus & parens. Consilij autem nostri iudicem habebis * potestatem, ab affectione omni & muneribus incorruptam: simul & virtutes ipsas remunerantem, & vitia coërcentem.

* ἐξουσίαν ἀδέκαστον.

De somnio & morte Tiberij Imperatoris. cap. 7.

QVum igitur Imperator finem orationis fecisset, ciues & subditi propter dolorẽ quo afficiebantur, multam vim lachrymarum profuderunt. Deinde sublatam Imperator coronam & purpuream chlamydem, Cęsari circumdedit. Ibi tum subditorum acclamationes & gratulationes exauditæ, partim tam commodi consilij autorem, partim ipsum renũciatum principem, propter eas quibus se Imperio dignum præstiterat virtutes, admirati. In primis verò laudibus earum rerum omnium conciliatorem, qui vniuersa commodissimè dispensat, extulerunt. Vbi verò ad hunc modum Mauricius Imperatoris cæremoniis princeps est declaratus, Imperator ipse in lecto suo repositus, in somnis viri speciẽ ea forma, quæ neque verbo, neque scripto exprimi queat, & veste tam candida, vt cubiculum C ipsum illustraret, vidit. Vir is manu protensa, talia verba ad eum est profatus. Hæc tibi Tiberi * ter sanctum numen renunciat: tyranni impij, Imperij tui temporibus non extabunt. Postquã autem euigilauit, & somnium istud amicis exposuit, legibus deinde naturæ, quamuis Imperator esset, obsequutus, terrenam tunicam deposuit, anima eam veluti vmbraculum quoddam relinquente, & ad sedes supernas euolante. Imperio Tiberius cum Iustino tribus, solus autem quatuor annis præfuit: qui posteaquam in Imperatorum sepulchro repositus est, homines omnes ad Mauricium, perinde atque satellites conuersi: & lachrymæ, quibus Tiberij funus prosequuti fuerant, eo ipso die restinctæ sunt. Non enim homines tantùm præteritorum meminisse, quantum præsentia curare & colere, solent.

Mauricius Imperator coronatur.

Visio Nocturna Tiberij.

* τριακόντορον.

Mors eius filẽ. Paul. Diaconus, annos septem Tiberium imperasse scribit: Zonaras solùm annos quatuor. lib. 5 cap. 21. Ita vt reliquos tres cum Iustino imperarit.

De Mauricij coniugio, & coniuge eius Augusta. Qualia, quibus moribus, quo genere, & quibus animis affectionibus Mauricius fuerit. Cap. 8.

VBi Mauricius Imperium suscepit, & Tiberiũ satis eduxit, nuptias primùm parat: Augustamque, quæ & Constantina dicebatur, matrimonio solenni Imperatorum ritu sibi iungit. Nuptiæ magnificè prorsus Imperiali pompa celebratæ, & epulationes splẽdidæ publicitùs per vrbem omnem populo datæ. Apparatui tanto

Nuptiæ Mauricij cum Constantina Augusta.

affuere, vera in Deum pietas, & Imperatoria Maiestas, fratellitio Mauricium eiusdemque coniugem decentissimè stipantes, & dona eis quàm honorificentissimè offerentes. Illa nanque canicie veneranda, decentibusque rugis, quod antea memoriæ prodituin non est, patris atque matris, nuptias sanctificantium, fratrumque venustorum, coniugalem apparatum exornantium, vicem præstitit. Hæc autem, ex auro contextam vestem, purpura & Indicis margaritis distinctã, necnon coronas auro multo & lapillis pellucidis resplendentes præbuit, atque omnes qui dignitates magistratusque gerebant excitauit, vt splendidè, quo dignosci possent, coronati, faces nuptiales accenderent, conuentumque sponsalitium hymnis atque carminibus celebrarẽt. Ita vt conicere liceret, nunquam apud homines apparatu eo splendidius quidquam extitisse. Demophilus sanè res Romanas describens, Plutarchum Chæronem diserte dixisse refert, propter solam vrbem Romam, † virtutem & fortunam inter se fœdus pepigisse: ego autem dixerim, * veram etiam in Deum pietatem & felicitatem, in solo Mauricio coniunctione inita cõuenisse, quod pietas scilicet felicitatem in potestatem suam redegerit, eandemque errare & labi prorsus non permiserit. Postea etiam Mauricius illud studio habuit, vt non modò corpore, sed animo quoque purpuram atque coronam circũferret. Solus nanque ex prioribus Imperatoribus sibi ipse imperauit, & verus cum summa potestate princeps ochlocratiam seu turbulentum affectuum statum ex animo ipse suo eiecit, atque aristocratiam siue optimatum gubernationem in cogitationibus consiliisque suis constituit, vtinam ipsum virtutis statuam, vt ciues atque subditos ad imitationem sui erudiret, præbens. Hic nomen & genus vetustius, ex veteri Roma traxit, propinquiorem autem cognationem ex Arabisso patria habuit, quę gentis Cappadocum est. Fuit autem vir prudens & solers maximè, in vita quotidiana & victu accuratus admodum. Ventri minimè indulsit, necessariis tantum & frugalibus cibis vsus, constantem se & immotum in rebus omnibus præbuit. A multis adiri se & conueniri non facile passus est: neque in hominibus audiendis dissolutus aut remissus fuit. Alterum enim contemptum adfert, alterum autem assentationi aditum præbet. Itaque non frequenter, & tantum de rebus grauibus acturos ad se homines admisit, & aures sermonibus inutilibus & fatuis clausit & obturauit: non cera ille quidem, sicut apud poetas est, sed ratione potius quàm commodissimè tanquam clauem, sic oportunitatem cum modo coniunctam illis imponens, quæ in colloquiis rectè & tempestiuè sermonem aperiret simul & clauderet. Inciitiam verò, iactantiæ & ferocitatis parentẽ, timiditatẽque sociam eius & comitẽ, ita à se reiecit, vt † rerum agendarum aggressio bene cœpti cõsilij, intermissio autẽ & tarditas certæ securitatis esset. Quum interim fortitudo & prudentia se ad tempus accommodarent, & gubernacula ad res ex vsu gerendas conuerterent: † remissionemq; atque intentionem cœptorũ, vt moderatione quadam & ordine instituerentur, curarent.

splendidissimi Imperialiũ nuptiarum apparatus.

† ἐπαίσιον τι πρὸς ἀλλήλας ἀρετὴν τε καὶ τύχην.

*Θεοτέβειά τε καὶ εὐδαιμονία συνηλθον, τὴν θεοσεβείας διὰ σεμνῆς τὸ εὐδαίμον καὶ τελεσπρεπὲς παρασκευασιν ἐκ θεοῦ σύνθ.

Veri Imperatoris forma.

Mores & instituta Mauricij Imperatoris.

† τὸ κινδυνεῦμα εὐβουλίαν εἶναι, τὸν ὄκνον ἀσφάλειαν.

† τὴν ἔφεσιν καὶ ἐπιτασιν αὐτῶν τῶν ὁρμῶν μέσωσιν καὶ ῥυθμὸν γενέσθαι.

* Θεοτέβειά τε καὶ βασιλεία δορυφορῆσαι τὸ ἐκπρεπέστατα, καὶ δωροφορῆσαι τὰ πρέποντα.

Quæ præsagia præcedentia Mauricio imperium portenderint. Cap. 9.

PRodigia quoque diuinitùs accidêre, quæ imperium Mauricio portenderunt. In multam enim noctem rem diuinam eo faciente, atque incensum offerente, in basilica sacri Dei genitricis templi, quod à Iustiniano apud Antiochenos nomen habet, velum quo sacrosancta mensa cõtegitur, igne comprehenso arsit. Ita vt in stuporem & consternationem coniectus Mauricius, ad eam rem expauescret. Gregorius autem vrbis eius hierarcha, qui ibi præsens astabat, diuinum quiddam id esse, atque res nouas & sublimes denunciare dixit. Quum verò in Oriente aliquando Mauricius esset, Christus ei † euidenter & manifestò apparuit: & ab eo, vt contumelias sibi illatas vindicaret, petiit. Quæ sanè certa de Imperio eius diuinatio fuit. A quo nanque Christus vindictam, præterquam ab Imperatore, atque eo tantopere in illum pio, exigendam efflagitaret? Alia præterea memoratu digna, qui eum in lucem produxerunt, de eo renunciarunt. Pater nanque retulit, quum procreaturus eum esset, in somnis se maximam vitem vidisse, quæ ex cubiculo suo orta emerserit, omnisque generis maturos botros circumcirca pendentes protulerit. Mater verò ipsa partus tempore, è terra nouum quendam & variantem suauitatis odorem redditum esse dixit. Illud insuper, quòd aniculari est, & mihi propè incredibile, addens, persæpe eam quæ Empusa vocatur, alius verò Gilo dixerit, infantem ex cubiculo, veluti enim deuoratura, extulisse: nihil tamen detrimenti ei afferre potuisse. Quin & Simeones ille, qui prope Antiochiam stationem in columna habuit, quantum vix alius quisquam, bonis operibus peragendis commodissimus, & omni virtutum genere clarissimus, non modò multa per diuinationem dixit, sed fecit etiam, quæ Imperium eius designarunt. Sed enim talibus parentibus procreatus, atque ad hunc modum educatus simul & doctus, talis etiam sponsus & princeps, Augusta, quæ & Constantina appellata est, vxore domum ducta factus, Mauricius ad Imperium peruenit. Quas verò etiam res gesserit, historia ipsa, diuino opitulante auxilio, ostender.

prodigia quibusdam imperium Rom. Mauricio præditum.

† ὑπαστράψαντος.

Empusa. Cilo.

Res Mauricij.

De clementia & misericordia Mauricij, & de administratione bellica Philippici. Cap. 10.

ILlud igitur ei in primis studio fuit, vt ne alicuius qui perduellionis & læsæ maiestatis reus ageretur, sanguinem effunderet. Sic Alamundari Scenitarum barbarorum ducem, qui rempub. prodiderat, non interfecit, sed vnà cum vxore & liberis quibusdam in insulam quandam prope Siciliam deportari præcepit. Idem filio eius Naamani fecit, qui nota prorsus & probrum ciuilis administrationis fuit, & quamplurima flagitia in vtranque Phœniciam & vtranque Palæstinam ita admisit, vt cohors eius barbara prouincias eas

Mauricius in maiestatis læsæ reos non sæuus.

eas rapinis compilarit atque diripuerit. Quum Alamundarus à Romanis captus esset, & qui Naamanem omnes sententiis suis ad capitale supplicium condemnarent, Mauricius ipse hominem in libera custodia inclusit, neque grauius quidquam de eo constituit, quemadmodum ab eo de aliis plurimis itidem est factum. Orientalium copiarum ducem primùm Ioannem Thracem creauit, qui sanè rebus quibusdam perperàm, quibusdam etiam bene peractis, nihil admodum memoria dignum gessit. Post hunc præfectura ea Philippico demandata est, Mauricij necessatio. Nam alteram sororum eius Gordiam in legitimo matrimonio habuit. Hic vltra confinium progressus, omnia vasta dedit, & ingentem prædam egit, plurimosque ex nobilitate Nisibena, quasi aliud agens, ferri gladiorumque opus succisiuum fecit. Idem verò & ad Trigidem amnem egit. Conflictu quoque magno cum Persis facto, plurimi ex hostibus, qui aliis præstabant, in acie ceciderunt: non pauci viui capti sunt. Cohortem insuper quandam Persarum, quę opportuno loco in tumulo consederat, cum capere posset, nullis affectam malis dimisit. Quæ se persuasuram regi suo esse receperat, vt primo quoque tempore Oratores ad eum de pace mitteret. Multas præterea res in præfectura sua egregiè gessit, quum ab exercitu quidquid esset molle atque inutile reiecisset, & omnia quasi quibusdam frenis ad † disciplinam honestam & ordinem bonum apud copias militares redegisset. De quibus rebus æquũ esse duxi, aliis scriptoribus, vt memorent, relinquere: quorum oratio partim ignorantiæ lubricitate claudicans, partim vel affectione sibi indulgens, vel odio etiam inseruiens, à vero plerunque longiùs discedit.

Ioannes dux.

Philippicus dux, Mauricij socer*, secundum Diaconum gener. Res eius gestæ.

Disciplinæ militaris conseruatio.

† τάξις τὸ πρέπον καὶ εὔτακτον.

De facilitate simplicique apparatu vrsi sui belli ducis. Et vt hunc exercitus reuerit: Germanumque, vt exercitum duceret, legerit.

Cap. 11.

HVic autem, præfectura militarium copiarũ suscepta, successit Priscus: qui & ipse non facilè se conspici patiebatur, & tantum à necessariis & amicis adibatur. Eo demum modo se multa confecturum esse ratus, si in publicũ non prodiret, neque se communem omnibus præberet. perinde atque ex ea causa, qui potestati eius subditi erant milites, metu adducti, imperata facturi essent. Postquam autem supercilio sublato ad splendorem superbè instructus, ad exercitum est progressus, & ad milites verba quædam de fortitudine in bello, & accuratione armatura, tum autem de præmiis quæ ex publico recepturi essent, fecit, quæ illi antea cogita habebãt, in apertum ira eorum prompit. Itaque impetu in tentorium eius facto, prædonum aut barbarorum more, quicquid ibi repererunt, diripuerunt: & quascũque habuit splendidè comparatas magnique precij res, eas sustulerunt. Ipse quoque in eo exercitus tumultu iugulatus fuisset nisi equo conscenso Edessam profugisset. Quam, missa eò copiarũ parte, dedi sibi fugitiuum ducem postulãtes, obsidere sunt aggressi. Cæterùm vbi Edesseni id nõ fecere, Priscum quidem illi reliquerunt: Germanum verò, † militarium in Libanesia Phœnices ordinum ducem, multa ei vi adhibita, exercitui, præfecere: parumque adeo abfuit, quin eum etiã, quantum in illis situm erat, Imperatorem delegerint. Postquam enim vi hominem aggressi sunt atque ille eis vehementer restitit, contentio inter vtrosque exorta est: illo quidem, ne vi expugnaretur, contendere: his autem, vt quod cœpissent, perficerent, ita laborantibus, vt cædem ei quoque, nisi oblatum imperium susciperet, minarẽtur. Sed enim quum Germanus se ad cædem perferendam potius, quàm ad tyrannidem suscipiendam paratũ esse ostenderet, ad contumelias quasdam, & verba indigna, se milites, minimè illum ea perlaturum esse, quod nec naturam nec ætatem ipse suam ita despecturus esset, arbitrati conuenerunt. Et iam iniuriis plagisque virum afficere cœperant, cum religione quadam parcius de eo periculum facientes. Quum autem alacriter etiam tum in sententia sua perseueraret, iureiurando tandem ab eo accepto, ad fidem eis seruandam illum coẽgere. Sic ille, pro eo atque milites voluêre, inuitus imperata facere adactus, imperauit. Et potestati subditus, potestatem gessit: atque in seruitutem tractus, dominationem apud eos exercuit. Quicunque verò erant ordinũ ductores, vel præfecti, vel tribuni, vel centuriones, vel decuriones, eis reiectis, quibus ipsi milites volebant, potestates tales demandarunt, * & manifestò in maiestatem Imperialem deliquerũt. Et mitiores quidem illi in vectigales & tributarios populos, quàm barbari esse solent, fuere. A propugnatoribus verò, aut defensoribus reipub. aut quo tandem eos nomine appellem? quàm lõgissimè abfuere. Neque enim mensura aliquibus aut dimensis frumentum sibi sumebant, aut vetere distributione contenti erant, stationibúsve designatis se continebant: sed quod cuique eorũ consilium & voluntas sua suggessit, id demum fas moduſque & mensura erat. Hisce rebus cognitis, Imperator Philippicum sororium suum, qui eas rectè constitueret, ad exercitum remisit: quem tantum abest vt milites receperint, vt quicunque inter eos vel genere hominem contingere, vel affectione illi bene velle viderentur, extremum, nisi se silentio tuerentur, adierint periculum. Verumenimuerò quum se ita res haberent, ex vrbe Imperãte Gregorius antistes Theopolitanus discessit, celeberrimo illo certamine per victoriam defunctus, quod hoc loco commemorare non intempestiuum fuerit.

Succesor eius Germanus.

Volens nolens præfecturam Orientis suscipit Germanus militibus cogentibus. Militarum licentia.

* ἀναφαίδον εἰς τὴν βασιλέα ἐξύβρεσον.

Inscitia eius.

Motus militaris aduersus Priscum.

Militum aduersus Philippicũ in castra missum tumultus.

† Τὸν ἐν λιβανησίᾳ τῆς φοινίκης τῶν γραπτικῶν καταλόγων τὴν ἀρχὴν ἐπιτραμμένον. Nice. Τὸν ἐν φοινίκῃ λιβανησίας γραπτικῶν ταγμάτων ὑγεμόνα. Euagr.

De lite inter Asterium & Gregorium Theopoli episcopum: & vt Gregorius causam abrumperit. cap. 12.

ASterius quidam ea tempestate Orientem regebat. Et quum contentio ei cum Gregorio intercessisset, Principes ciuitatis Asterio fauẽtes, hostiles partes sunt secuti. Idem à magna populi parte, & ab opificibus factum. Pro se enim quisque, perinde atque grauissimam iniuriam acce-

Tumultus aduersus Greg. episc. Antiochia excitatus autore Asterio præfecto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pisset, contendit. Et plebi, vt maledictis pontificem proscinderet, permissum est: vnoque sumpto consilio illi omnes in viis publicis & theatris deambulantes, conuitiis quæ in episcopum conijciebantur, cum risu lętabantur. A quibus etiam Scenici ipsi non abstinebant. Ea vero de causa magistratus Asterio abrogatur: eumq; Ioannes quidam Imperatore iubente init, quęstionem habere de rebus motis, & causam primariæ excitatæ contentionis inuestigare iussus: vir non ita magnus, nec admodum consideratus, & qui non modò talem & tantam causam minimè diiudicare, sed ne paruam quidem litem decidere, aut certius cognoscere posset. Porrò vbi vrbem Antiochenam magnis aduersus Antistitem turbis implesset, & edictis proposuisset, si quis expertus iure contra illum veller, se eum ad agendum admissurum esse promulgauit, non exiguos aduersus Antistitem libellos à quibusdam argentariæ mensæ præfectus accepit: in quibus Gregorius insimulabatur, quòd cum sorore sua, viro alij coniuncta, per incestum consuevisset. Præterea quòd felicē pacatumque vrbis statū periępe perturbasset. Sedenim de ciuitate turbata crimen sibi obiectum, pro eo atque potuit, refellit. De reliquis autem causis ad iudicium & cognitionem Imperatoris & Synodi prouocauit. Itaque Cōstantinopolim causam dicturus venit. Affuere ibi iudicio tali patriarchæ omnes, qui vel sua ſpōte, vel acciti co se contulerant, nec pauci etiam metropolitanarum ecclesiarum præsides, & sacræ curiæ Senatores multi. A quibus omnibus, quæstione diligēter & accuratè agitata, post multum certamen & contentionem, Antistes ita in causa victor euasit, vt accusator ipse neruis bubulis cæsus, & in foro circumactus, tandem ostracismo mulctatus sit. Exinde igitur innocentia sua probata, ad sedem suam Gregorius est reuersus. Quo tempore copiæ militares per seditionem imperium quàm maximè detrectabant, & frenos Imperiales reiiciebant. Philippicus autem ad Berrœam & Chalcidem vrbes, quōnam res euasuræ essent prospiciens, morabatur.

Ioannes Asterij successor.

Grauissima Gregorio crimina intentantur.

Gregorius ad Imperatoris & concilij iudicium prouocat.

calumniæ pœna.

De maximis grauissimisque terræmotibus: & vt Antiochiæ tantum, ad sexaginta millia hominum ruinis sint oppressa. Caput. 13.

POst reditum Gregorij, menses quatuor transierant, quum post vnum & sexagesimum à prioribus grauioribus terræmotibus annum, citer tertiam nostri horam, vnà cum sonitu multo, ingens terræ concussio & ebullitio subitò exorta, vniuersam Antiochenorum vrbem ex fundamentis ipsis conuulsit: & quum quæ in altum sublata fuerant ædificia deiecit, tum verò quæ firmamentis suis profundiùs innitebantur, ex inferioribus locis in sublime excutiens proiecit: ita vt structuræ omnes sanctissimæ ecclesiæ præcipites pessum ierint, & ipsum duntaxat hemisphęrium loco suo permanserit: quod Euphræmius episcopus è Daphnes luci tignis, quum sub Iustino terræmotus grassatus esset, construxerat. Aliis nanque terræ concussionibus in parte septentrionali labefactatum fuerat, eaque de causa tigna, quæ id sustinebant, habuerat. Ea tum ingenti vehementique motu ita humi prostrata sunt, vt hemisphærium haud aliter quàm regula quadam in locum suum restitutum sit. Quin & ædificia multa in regione vrbis quæ Ostracina dicitur, concussa corruerunt: atque id etiam, quod nomini suo respondet, † Psephion dictum: item ea quę vernacula lingua Bryllia nominata sunt: & insuper ædes quoque Dei genitricis vicina, vbi media porticus sola mirificè est conseruata. Labefactatæ etiam admodum sunt omnes in planitie turres, mœnibus aliis, præterquam solis propugnaculis intactis: atque in eis ipsis propugnaculis saxa quædam in diuersam partem conuersa, non conciderunt. Multæ præterea aliæ sacræ ædes cladem eam senserunt: & vtrunque publicum lauacrum, ex pulcherrimo statu, ad eā quæ ex diametro est deformitatem collapsum. Magnaverò etiam multitudo ruinis oppressa est, adeò vt nonnulli coniecturam ex annona capientes, circiter sexaginta millia hominum ea calamitate interisse putent. Gregorius ipse vrbis episcopus, præter spem omnem seruatus est. Nam rectum & habitatio, vbi confederat, omnis paulo pōst concidit: neque periculum id quisquam euasit, præterquam ipse, & qui ei præstò erant: qui ipsum vnà cum lectulo sublatum fune demiserunt, quum alius terræmotus locum alium ruinis ad id patefecisset, per quem periculum imminens effugerunt. Alia quoque res saluaris vrbi ei accidit, benigno & misericordi Deo bonitate & lenitate sua minas comprimente, miserationisque & misericordiæ virga castigare hominum vitia statuente. Nam nullum exortum est incendium, quum quidem multus vbique in vrbe esset ignis, in focis ipsis scilicet, priuatisque & publicis lucernis, fornacibus, balneis, culinis, & officinis aliis, in quibus opifices artes suas exercent. Multi autem ex claris & insignibus viris eo terræmotu interierunt. Quorum vnus etiam fuit, quem paulo antè diximus, Asterius, concussionibus eiusmodi & ruina exanimatus.

Terræmotus Antiochiæ. & clades ex eo accepta.

Cladem 60000. hominum. In ea calamitate Gregor. episc. seruatus.

Vt milites militarem disciplinam reliquerint: ad quos Imperator, vt eos ad officium reduceret tentaret, Gregorium misit. Caput 14.

ATque vrbis ipsius publicam cladem Imperator pecunia data solatus est. In exercitu verò eadem erat defectio atque rebellio: adeò vt finitimi barbari confertim excurrere in Romanam ditionem auderent. Persuasum nanque habebāt, se, quòd illis nemo obuiam vēturus esset, ex sententia quæ vellent facturos. At enim hoc sic illis opinantibus. Germanus cum eis quas secum habebat copiis occurrit: & tanta fortitudine victor eos concidit, vt ne nuncius quidem cladis eius Persis relictus fuerit. Imperator vbi eam rem cognouit, ingentem pecuniam exercitui donauit, & ducem ipsum inde cum quibusdam qui cum eo erant euocatum in iudicium produxit. Ibi iudices omnes capitali illos supplicio condemnarūt. Princeps verò non modò in illos non animaduertit, sed honoribus etiam & præmiis eos dignatus, benignitatēque alia liberaliter prosequutus est. Atque quum hoc in statu res Orientis esset, Abares bis in id quod vocatur Macron Tichos

Præclara Germani de Persis victoria.

Mauricius Germanum à iudicibus damnatum honoribus est prosequutus.

Abares Græciam vastant.

chos expeditione facta, Singidonem & Anchialum, Græciamque omnem, atque vrbes & castella alia expugnarunt, hostiliterque diripuerunt aliis quidem igne consumptis, aliis autem crudelem in modum excisis: propterea quòd illis resisteret nemo, & maxima pars copiarum militarium in Oriente moraretur. Quò Imperator Andream Imperialiū satellitum præfectum misit, qui exercitui, vt priores ordinum ductores & præfectos reciperent, persuaderet. Sedenim quum milites mandata ea ne audire quidem sustinerent, Gregorius eam rem expediuit. Erat siquidem vir ad res maximas conficiendas idoneus: & exercitus vniuersus, vt ita dicam, multum ei obseruantia simul & reuerentia exhibuit honorem. Quidam enim pecunia data ab ipso conciliati fuerant, quidam vestem acceperant. Nonnulli potu cibóque, & aliis insuper rebus, quæ hominibus in terra aliena degentibus ad vsum & necessitatem commodæ sunt, abunde ab eo refecti erant. Tum autem quicunque delectu habito per sacramentum militare in catalogum adscripti erant, per ipsum id consequuti fuerāt. Et primùm ille ad loca omnia, nuntiis ad eos missis qui principem locum in exercitu obtinebant, milites in Litarbis, regione à Theopoli circiter trecenta stadia distante, congregauit. Ad quos quum ipse quoque deinde venisset, ita vt in lecto decumbebat, eiusmodi verba fecit.

Militaris rebellio & seruitus.

Gregorius apud milites pro se.

Oratio Gregorij Theopoli episcopi, ad defectorem exercitum. Cap. 15.

Oratio Gregorij Theopolitani episcopi, ad milites rebellionem eos ad rectum ordinem adducit.

VIri & verbis & rebus ipsis Romani: Arbitratus quidem sum dudum vos ad meventuros fuisse, vt de eis quæ acciderunt rebus mecum sententias communicaretis, consiliumque caperetis. Idque vetus, quæ mihi vobiscum intercessit, benevolentia pollicita est: quæ quidem officiis erga vos prioribus certo confirmata est, quū nauali vestro *motui, & qui eum subsequutus est *tumultui, rebus necessariis præbitis succurri. Sed id hactenus factum non est, quòd fortasse diebus superioribus occasio ad eam rem præbita non sit: scilicet vt Persæ verè Romanorum fortitudinem, ab eis viris qui duce carerent, victi atque profligati, perspicerent: atque vt syncera vestra in rempublicam benevolentia temporis opportunitate spectata, rerumque ipsarum testimonio comprobata, ex parte omni cognosceretur. Declaratis siquidem, quum aduersus duces vestros dolore commoti, malè animati fuistis, nihil vobis esse republica antiquius & præstabilius. Verum agedum, si vobis videtur, communiter quid facto opus sit, dispiciamus. Vocat vos ad se benignus Imperator vester, amnestiam seu obliuionem atque impunitatem præteritorum delictorum promittens, & egregium vestrum erga rempublicam animum, belloque gerendo fortitudinem, pro supplicantium gratiamque petētium frondibus recipiēs. Certo nimirum pignore isto veniam vobis concedens, atque hæc ipse secum reputans. Quandoquidem qui res vniuersas manu sua continet Deus benignitati plurimum, errata condonando, tribuit, & per fortitudinem vestram, rationem de criminibus reddendam remisit, manifestissimumque gratiæ omnium vestram, rationem de criminibus reddendam remisit, manifestissimumque gratiæ omnium factæ indicium exhibuit: quomodo ego quoque diuinum calculum, qui mihi remittendę noxæ necessitatem imponi, non sequar? Proinde si parēre mihi voletis, Romani, confestim credetis, neque tantam temporis opportunitatem preterire patiemini, neque quum illa effugerit, comprehendi postea nequeat. Non facile nanque postquam præteruolauit, capitur: quodammodo, vt aliquis dicat, indignè ferens, quòd neglecta contemptáque sit. Atqui incomprehensibilis prorsus esse non sustinet. Itaque patrum vestrorum obedientiæ hæreditatem cernite, sicuti in fortitudinis eorum laudem successistis: vt omni ex parte vos Romanos esse declaretis, neque reprehensio vlla vobis incessat, quæ illegitimam vos & adulterinam sobolem esse arguat. Qui nanque ita, vt Romano genere dignum erat vos procreaunt maiores, regibus & consulibus subditi, ritè imperata faciendo, & rem pro insita fortitudine præclarè gerendo, vniuersum terrarum orbem Romano Imperio subiugarunt. Manlius certè Torquatus suum ipse filium corona exornatum secuti percuti iussit, fortitudine quidem illum plurimùm præstantem, imperio autem minimè parēre volentem * Bono nanque ducum consilio, & prompta militum obediendi voluntate, plurimæ & maximę res prosperè conficiuntur. At si alterum ab altero seiungatur, claudicare partem alterum, & collabi euersam necesse est, optimo duarum istarum virtutum pari diuiso. Proinde ne amplius cūctamini, mihique qui sacerdos Dei sum, & partes meas medius inter Imperatorem & exercitum interpono, parēte. Atq; ostendite, non tyrannicum morem, sed iustam indignationem, ad breue tempus, quod aduersus duces vestros minus legitimè imperantes egistis, fuisse. Nisi enim quàm primùm ad Imperatorem vestrum accurreritis, ego quidem simul & egregiam in rempublicam voluntatem, & singulare erga vos amorem, pro officio meo, sanctè prestiterim. Vobis autem etiam atque etiam vidēdum fuerit, qui ita tyrannidem exerceretis, quæ præposita sint præmia. Quorsum enim vobis res præsentes cuadent? Nam vt in hoc ipso permaneant statu haudquaquam facilè fieri potest. Vnde verò erit victus, & frugum maturarum exactis, aut earum quæ mare continent ipsi, pro eo atque par est, opem ferendo suppeditat, rerum importatio? Bellum ergo popularibus vestris Christianis inferentes, & bellum ab eisdem excipientes, res omnium fœdissimas & factis, & patiemini. Et vbi tandem postremò, hinc & inde diuersi, vitam degetis? Et consequetur à tergo vos vindicta diuina, quæ pernicaciam vestram sustinere, aut veniam vobis de cætero dare minimè poterit. Quapropter dextras nobis inuicē & reipublicæ iūgamus, & rem ipsam, pro eo atque æquum est, consideremus: idque nunc quàm maxime, quum salutiferę passionis & sanctissimę resurrectionis Seruatoris nostri Iesu Christi dies festos, qui nobis ad res meliores opem & auxilium ferunt, agimus.

Quomodo auctum sit Romanum Imperium.

Quomodo res rectè gerantur. * τῶν ἀρίστων εὐβουλίας, τῶν ἀγαθῶν εὐπειθείας.

Vt exercitus Gregorio parens, rursum Philippicum ducem legerit. cap. 16.

GRegorius hæc atque alia plura cum lachrymis locutus, diuino quodam nutu in mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

* κατ' ἀνατολὰς χωρία. *Parem amisit ex fortissimis suis militem.*

Xystellus à turmæ præfecto.

† τὴν θείαν τελέσας μυσταγωγίαν, καὶ ἀχράντῳ σώματος αἵματι τρεφθείς. *Accipiunt milites ducem suum Philippicum.*

rentium tempori animos omnium in aliam sententiam traduxit. Itaque vt eis ex conuentu secedere liceret, * quo seorsù deliberare de eo quod æquum esset possent, petierunt: ac paulò pòst reuersi, potestati Antistitis se permiserunt. Atque illi Philippicum nominatim, vt illum videlicet deinde ducem sumerent, allegati, se & exercitum omnem iurisiurandi religione obstrictum esse, Philippicum posthac ducem à se minimè suscepturum iri, dixerunt. Adhæc Gregorius nihil cunctatus: Sacerdotem se per diuinam gratiam esse, & potestatem soluendi & ligandi in cœlo & in terra habere dixit: diuinamque super ea re iussionem in medium produxit. Tum verò militibus morem ei gerentibus, precationibus diuinum numen placauit: † & re arcanorum mysteriorum diuina peracta, immaculatum corpus omnibus communicauit. Dies enim qui sanctam passionẽ Christi præcedit, tum agebatur. Deinde cõmunio eos, quum circiter duûm millium numerum explerent, toris in gramine dispositis, excepit, & postridie inde abiit. Conuenit autem inter ipsos, vt quo vellent loco congregarentur. Gregorius Philippicum Tarsi Ciliciæ morantem accersit, qui tum Constantinopolim petere properabat. Et eo Antiochiam euocato, Imperatorem de rebus hisce, & exercitus de Philippico precibus certiorem facit. Philippicus vbi Theopolim aduenit, exercitus ei obuiam processit, atque eis sibi, qui ad diuinam regenerationem admissi fuerant, supplicum more adiunctis, ad pedes eius milites procubuerunt. Et dextra ab eo, obliuionisque præteritarum iniuriarum fide accepta, in expeditionibus bellicis eum sunt consectati. Res hæc inter exercitus ducem, & Antiochenæ vrbis præsulem Gregorium, ad hunc modum est acta.

Vt Sittas Martyropolim prodiderit, & de Philippici obsidione. Cap. 17.

Sittas decurio Martyropolim Persis prodit.

EO tempore Sittas quidam nomine, inter militares copias decurionis dignitatem obtinens, iniuria à quopiam ordinum ductore affectus, quum negligentius custodiri Martyropolim animaduertisset, vrbem eam prodidit. Persicam nanque manum, perinde atque Romana esset, noctu introduxit, atque vrbem cepit: Romanis opportunam maximè. Et quæcunque ibi erant ærate florẽtes fœminæ, eas retinuit: reliquos verò mortales omnes, feruis quibusdã exceptis, inde eiecit. Philippicus igitur statim eò expeditionem conuertit, atque cum copiis omnibus vrbem eam obsessam oppugnare cœpit. Et quamuis tormenta ad vrbem expugnandam idonea non haberet, vtcunque tamen potuit, oppugnationem eam est prosequutus. Et cuniculis actis vt turris vnà concideret, effecit: minimè tamen vrbem ipsam capere, & ad deditionem cogere potuit. Nam Persæ partem eam quę solo æquata fuerat, noctu refectam satis munierant. Porrò vbi Romani fortiter expugnationem tentantes, fortius reiecti sunt, (crebra nanque in eos ex superiore loco coniiciebantur tela, ità vt ipsi plus detrimenti ferrent, quàm oppidanis inferrent) obsidionem soluerunt: & paululum retrogressi, castra posuerunt: hoc vnum agentes, vt ne auxilia alia Persis adderentur. Mauricio autem iubente, Gregorius rursum ad exercitum venit, eique vt denuò vrbis expugnationem tentaret, persuasit. Verùm illi, quòd instrumentis atque tormentis ad muros sternendos necessariis in præsentia destituerentur, nihil amplius efficere potuerunt. Proinde obsidione relicta, exercitus in hyberna concessit, frequentibus præsidiis vicinis castellis impositis, ne Persæ subsidium clàm vrbi immitterent. Aestate verò sequenti, copiæ sunt coactæ. Et quòd Persæ etiam aduenissent, ingens pugna ad Martyropolim commissa est, ex qua victor euasit Philippicus. Cæterùm Persis multis cæsis, & heroe * vno prostrato, multitudo magna (id quod illis studio maximè fuerat) Martyropolim peruenit. Romani exinde vrbem oppugnare destiterunt: quòd vi eam ad deditionem cogi non posse, probè scirent. Septem verò ab ea stadiis, vrbem aliam in tutis montosisque partibus statuerunt: vt inde hostilibus molitionibus atque excursionibus militari arte resisterent, damnumque inferrent. Id quod sic æstiuo tempore ab eis fiebat. Hyemẽ autem adueniente, in statiua se inde recipiebant.

Vincuntur à Rom. Persæ. Vrbem aliam propè Martyropolim Romani extruunt.

* *Nomen huius fuit Mares Diacon.*

De Varamo Persa, & de insidiis contra Hormisdam Persarum regem structis. Cap. 18.

PHilippico successor datus Commentiolus, genere Thrax, qui magna virtute cum Persis congressus est. In eo certamine Persarum dux vnà cum equo in terram deiectus interisset, nisi ex satellitibus quidam eum in equum, quem secum ducebat, sublatum è prælio subduxisset. Reliqui verò Persæ quam maximè etiam, ducibus suis relictis, fugerunt, & se Nisibim receperunt, ad regem suum redire veriti. Nam ille capitale supplicium illis minatus fuerat, si ductores suos desererent. Ibi verò congregati tyrannidem aduersus Hormisdam meditantur. Consilio ei Varamus Persicorum ordinum dux præfuit, qui à pugna aduersus Turcos facta cum suis redierat: sicuti suo loco de eis à me dicetur. Interea Commentiolus Martyropolim circumsidet. Atque ibi quidem plurimam copiarum partem reliquit, ipse verò vnà cum optimis & delectissimis quibusque, ad Ochas, longè munitissimum castellum, ex aduerso Martyropoli in vlteriore ripa, in præcipito scopulo ita situm, vt inde vrbs tota conspici posset, excurrit, castellum id oppugnat: & nihil intentatum relinquens, partes quasdam munitionem tormentis saxa iacientibus deiicit: tandemque eis superatis, magna vi id capit. Quapropter ad desperationem Persæ de Martyropoli decidерunt. Hæc quum sic agerentur, iidem Persæ regem suum Hormisdam Chosroæ, quem Cabales genuit, filium interemerunt: regum omnium impiissimum, non solùm quod iniquè subditos pecunia mulctarit, verumetiam quòd nulla de causa variis supplicíorum generibus crudelem in modũ illos necauerit. Ei Chosroem filium in regno substituerunt. Vt autẽ hæc acciderint, pulchrum esse puto, vt altius repetita exponam.

Commentiolus Philippici successor. Imperator rursus à Praetura Philippico amota Commentiolo orientis praefecturam dixit. Heraclius autem proficiscitur in bella Persarum. Martyropolis à Persis deseritur. Acharbazo verò perfecto fugiũt Persæ & insequuntur Romani. Diacon. lib. 27. Persæ à Romanis fugati, cõfugiunt ad Hormisdam regem captiũ. Turcicum nomen tunc primum Asiã audiũ. Commentiolus Ochas ad Martyropolim capit. Hormisdæ regis Persarum cædes.

Rex iniustus & crudelis, Paulus Diaconus, Turcis deuictis Hormisdam adeò gloria & opibus creuisse scribit, vt

vt deinceps annuum quadraginta millium auri tributum à Turcis acceperit, quam summam ipse eis antea quotannis persoluerit.

De tyrannide Varami. Et vt Hormisdas Persarum rex à Chosroe filio sub fit necatus.

Caput 19.

De rebellione Persarum aduersus Hormisdam regẽ suum per Varamum concitata.

HOrmisdas Varamum exercitu iusto probè instructum, aduersus Romanos expediuerat. Et contra hunc Mauricius Romanum, qui illi occurreret, miserat. Varamus copiis Romanorum illusit. Romanus autem decem tantum fortissimorum lectissimorumque millibus acceptis, cum illo est congressus. Et multis vtrinque cædibus patratis, in Albanię regione, victoria barbarum detestata, penes Romanos fuit. Quam suorum cladem, postquam Persarum rex Hormisdas intellexit, præfecturæ dignitatẽ Varamo ademit, eidemque muliebrem stolam misit. Ille ad res nouas animo adiecto, tyrannidem affectare, & conuitia ei qui prior iniuriam illi intulisset, pro conuitiis reddere, & epistolæ verba hæc inscribere: Hormisdæ Chosroæ filię Varamus, nec non exercitum sub signis suis merentem ad defectionem concitare, confictas ferè aduersus omnes Hormisdæ nomine literas exhibens, crudelitatemque illius & pecuniæ insatiabilem cupiditatem in memoriam eis reuocans: vt scilicet ille primarios viros omnes vel ferro occiderit, vel in Tigride amne submerserit, tali eos & sepultura & exequiis eiusmodi dignatus. Sermonibus eius generis exercitu seducto, ad maximam eum tyrannidem & rebellionem excitauit. Itaque iuramento Varamo, quo tutior esset, præstito, adimendi Hormisdæ regni consilium inierunt. Hormisdas aduersus hunc, cum multitudine magna Pherocanem mittit. Quem & ipsum Varamus † subit, Minimè Persas inter se belligerari oportere, sed eos durum & violentum imperium, & præterea sanguinarium ingenium, & inexplebilem auaritiam Hormisdæ scire, & beneuolentiam sibi inuicem præstare debere, dicens. Quæ vbi vera esse exercitus Pherochanis sensit, ducem suũ necat, & ad Varami partes accedit. Exinde confertim & populariter congregati, Hormisdam aggrediuntur, & diademate de capite eius detracto, è regio throno deturbant. Mox in ipsius conspectu coniugem & filium vnum iugulant: eumque oculis effossis in custodiam coniiciunt, & alterum filium eius Persarum regem promulgant. Hic ad tempus aliquod, benignum se patri præbuit: & inuitum se regnum suscepisse deprecando allegauit, affatimque victum ei subministrauit. Pater verò contumeliis filium afficere, & proiicere à se quæcunque ille mittebat, non intermisit. Quare commotus Chosroes filius, rusticis fustibus patrem interimi iussit. Ea verò indignitas Persis dolorem incussit, & odium aduersus illũ non paruum excitauit.

Pherochanis Persici ducis cædes. Hormisdas.

Hormisdas capitis in custodiam conijcitur, & excæcatur.

Hormisdas per Persidis deditur.

Vt Chosroes iunior ad Romanos profugerit, eorumque auxilio regnum suum recuperarit.

Cap. 20.

PO ro Chosroes, quandoquidem Varamum aduersus se exercitum ducere cognouit, cum copiis non contemnendis aduersus eum in planiciem quandam, ad Zabam flumen, est progressus. Sedenim quum suos sponte sua cederes Varamo fauere, & sibi insidias struere vidit, multos occidit: & tumultu in exercitu moto, celeriter ad Circesium profugit, vnà cum coniugibus, & liberis tribus infantibus, & Persis præterea quibusdam nobilitate generis præcellentibus, qui voluntate sua eum secuti fuerant. Ad eum autem locum, quemadmodum ipse retulit, peruenit, quum Christianorum Deum seruatorem & viæ ducem inuocasset: eò se equum rectà ire, quo ab illo duceretur, permissurum testatus. Inde ad Mauricium oratores misit: Probo insuper, vt res acta esset, literis eidem indicante. Misit sanè & Varamus ad imperatorem legationẽ, quæ ab eo, ne opem Chosroæ ferret, petebat. At Mauricius, qui humanarum rerum statum instabilem, & cothurnum prorsus esse sciret, & vicissitudines volubilesque mutationes humanæ & miserabilis huius vitæ nosset, atque hæc rectè in animo suo deliberando perpenderet, regem sibi supplicem perhumaniter & libenter suscipit: & pro exule atque fugitiuo, amicum sibi & filium per arrogationem germanum facit, donis regiis & liberalitate benignitatéque reliqua prolixè imitatum. Nec ipse modò ad eũ imperiali munificentia quæ decebat misit, sed & Augusta ipsa coniugibus eius, & liberi liberis eandem præstiterunt pietatem. Neque officiis iis contentus, Hierapolim quoque ad exercitum vniuersum & Ducem eius Commentiolum scripsit, qui Chosroen regio prorsus satellitio & comitatu produceret, & quocunque vellet sequeretur. Atque vt maiorem ei honorem haberet. Melitinensem quoque antistitem Domitianum, cognatum suum, ad eum legauit, virum prudentia mentisque solertia multis ante eumtem, verbisque simul & factis præstantem, & ad negocia maxima conficienda commodum. Adiunxit huic Antiochenæ sedis præsidem Gregorium. Qui ambo Chosroen verbis, muneribus tempestiuisque colloquiis & suasionibus ad stuporem & consternationem compulerunt. Chosroes vbi Hierapolim, quæ principem locum in Euphratesia obtinet, peruenit, in regnũ inde rediit, quũ id è re eius Mauricius esse cẽseret: qui maiorem gloriæ & laudis suæ partem, ex commodo & vtilitate supplicis regis est meritus. Magna certè pecuniæ vi, quod nunquam à quopiam in literas relatum est, donatum Chosroen, quibusdam etiam Persis impensis suis in militiam eius conductis, sanè quàm magnificè in Persidem remisit, cum vtroque exercitu, Persico simul & Romano. † Narses Romanis copiis præfuit: qui cũ Persis prælio congressus, * sexaginta millia Persarum manu cepit, eòsque ad Chosroen adductos hastilibus confixit. Ex iis si qui Turci erãt, eos Chosroes imperatori Byzantium misit. Porro Romanæ copiæ, Varamo qui turpiter ex pugna solus profugit, debellato regnum suum Chosroe in manus tradiderunt, eumque in regiam suam deduxerunt. Is in throno suo considens, Romanis audientibus verba hæc proloquutus est. Rex Chosroe, diei huius perpe

Chosroes Varamum fugit, & ad Mauricium imperatorem confugit.

Contigit autẽ vt eo tempore probus patricius, qui illic erat, subsisteret. Diac. Vita humanæ instabilitas. Filium suum sibi Chosroes regẽ Persarũ Mauricius facient. Diac.

Reducitur in regnum suum Chosroes, ope Mauricij.

Domitianus episcopus Hierapolitanus.

† *Narses Romanorum dux Chosroen spem fecerat, Varamũ vincit.*

* *Sex millia vincta ad Chosroem adduxit, Diac. Verũ Narses rediturus ad propria Chosroæ dixit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Memor sis Chosroe, præsentis diei. Romani tibi regnum donant. Diaco. proditoris supplicium.

tibi te meminisse, atque hoc in animo tecum cõsiderare oportebit, quòd Romani regnum tibi Persarum † dono dant. Chosroes ab insidiis sibi Persarum metuens, mille à Mauricio Romanos milites petiit: quos ei ille benignè attribuit. Sittas exinde à Persis in crucem est actus. Et Martyropolis, atque idem Daras castellum, decedentibus ex eo Persis, Romanis redditum. Turcos, quos Chosroes Constantinopolim miserat, stigmatieos liquato atramento cruces in frõtibus impressas imperator habere videns, interrogauit, quánam gratia quæ non coleret circumferrent signa? Illi grauem ante plures annos in Persida & patria sua pestem coortam esse dixerunt, à qua quum multi mortales infecti interirent, Christianos quosdam, qui ibi fuere, hominibus, si hoc fecissent, saluti suæ consulturos esse, regionémque eam à lue tali intactam liberámque fore persuasisse. Idque ita esse ab eis factum. Res Hormisdæ & Chosroæ Persarum, eiusmodi habuere exitum.

Martyropolis & Daras Romanis redditur.

Turci cruce alsquãdo notati.

De crucibus à Chosroe Gregorio Theopolitano missis, & quæ de eis ille scripserit.

Caput 21.

CHosroes in possessionem regni sui restitutus, Gregorio Theopolitano crucem illam misit, quam Theodora Iustiniani vxor auro multo & lapillis resplendentibus ornatam, in honorem victoris martyris Sergij Deo dedicauerat, & Chosroes Hormisdæ pater vnà cum aliis donariis variisque preciosis è Sergiopoli, secum abstulerat: sicuti antea à me est dictum. Cum ista aliam quoque crucem misit, quam Chosroes ipse ex ingenti auri pondere fieri curauerat. cum eiusmodi Græcarum literarum inscriptione. Crucem hanc Chosroes rex regum, filius Hormisdę, quæ tempore propter diabolicum instinctum & dolum malum perditissimi Varami, & qui cum eo fuere Caballariorum, in Romaniam concessimus: & quòd perditus Zadepram cum exercitu Nisibim veniret, abducendorum Nisibenæ partis Caballariorum gratia, vt nobis resisterent, & oppugnando rebellarent, nos quoque Caballarios cum duce suo in Charchas misimus: & propter sancti Sergij, venerandi illius & celebris viri fortunam, quandoquidem datorem eum esse votorum atque petitionum audieramus, primo regni nostri anno, mensis Ianuarij die septimo, vorum nuncupauimus: si Caballarij nostri Zadepram occidissent, aut cepissent, crucem auream nos lapillis distinctam in ædem Sergij, venerandi nominis eius ergò, missuros esse. Portò quum nono Februarij mensis die caput Zadepram ad nos allatum fuerit, voti rei, & optati nostri compotes facti, vt manifestum id certúmque cuiuis sit, in venerandum eius nomen, crucem hanc à nobis factam, vnà cum cruce à Iustiniano Romanorum imperatore in templũ eius missa, & belli tempore, quod inter duo hęc regna gestum est, à Chosroe rege regum filio Cabadæ aui nostri huc delata, & inter thesauros nostros reperta, in ædem venerandi Sergij misimus. Cum hac inscriptione Chosroes cruces misit: quas Gregorius ad se allatas, & de Mauricij sententia acceptas, simul & religiosè in templo martyris sacrauit & reposuit, nihil prorsus ab ethnicis donatis Ecclesiam detrimenti capere arbitratus.

Chosroes diuo Sergio crucẽ auream dedicat.

Crux aurea à Iustiniano Cæsare diuo item Sergio consecrata.

De donis, quæ idem Chosroes maximo martyri Sergio misit. Cap. 22.

NOn longè autem pòst, Chosroes etiam alia munera fabrefacta, & in sacrum sancti martyris delubrum missa, atque discum etiam non paucarum minarum ponderis aureum, cui sermone Græco eiusmodi inscripsit literas, donauit. Ego Chosroes rex regum, filius Hormisdæ, hæc disco isti inscripsi: non vt ab hominibus spectentur, neque vt verbis meis magnitudo venerandi nominis tui innotescat, sed propter scripti ipsius veritatem, & plures gratias, pluraque benefacta à te in me profecta. Felicitatis enim loco mihi est, vt nomen meum in sactis tuis vasis circumferatur. Quum essem in Beramis, perij à te vir sancte, vt in auxilium mihi venires, & Sira in vtero conciperet. Et quandoquidem Sira Christiana, ego autem Græcæ superstitionis sectator essem, & leges nostræ nobis libertatem vxorem eam habendi non permitterent, propter meam erga te benevolentiam, eius gratia leges ipsas despexi, eámque de die in diem vter coniuges vero synceroque amore habui & habeo. Atque ita mihi visum est, bonitatem tuam vir sancte implorare, vt hæc in vtero conciperet. Petij hoc à te, & voto constitui, si vterum gestaret Sira, vt crucem quam illa circumfert, venerando templo tuo inferrem. Verùm eius rei gratia ego & Sira consilium cepimus, vt monumentum nominis tui, vir sancte, apud nos esset, crucem eam retinere: statuimusque pro ea, & precio æstimationéque eius, quater mille & quadringentos stateres miliaresios non excedẽte, quinquies mille stateres mittere. Et ex quo apud me ipsum votum tale concepi, atque hæc in animo voluaui, quoadusque Rosochosrũ peruenimus, non plures quàm decem intercessere dies. Et tu vir sancte, non quòd ego dignus fuerim, sed quòd ea tua sit benignitas, in somnis mihi noctu apparuisti, tertiumq; ad me, quòd Sira ventrem gestatura esset, dixisti. Et ego in eadem ipsa visione tertium tibi respondi, Rectè. proinde quòd præstare vota petitionésque soleas, ex eo die Sira, id quod fœminis accidere consueuit, non vidit. Ego verò mecũ ipse de hoc ambigẽs, si verbis tuis fidem non haberem, & propterea quòd sanctus sis, datórque votorum, non credorem, quòd posthac Sirę muliebria fluere * essent desitura, ex eo visionis efficaciam, & verborum tuorum veritatem cognoui. Itaque eam ob causam, & crucem talem, & precium eius in sacro-sanctam ædem tuam misi. Et ex eo precio discũ vnum & poculum in rationem diuinorũ mysteriorum, atque item crucẽ quæ in sacra mensa figeretur, & thuribulum, aureaomnia: & amphithyrum Hunnicum auro ornatum, fieri præcepi.

Discus auratus à Chosroe eidem diuo Sergio voti causa inscriptus.

Euagr. lib. 6. cap. 21. Quæ his diuo Sergio Chosroes gentila tribuit, ea christiani rei Deo, iguspes & opes sua omnes collocaret, tribuunt.

μιλιαρησιον τριτον ημιαυτου δέκατον. Suid.

* τὸ γινωσκειν ἐκείνην.

† *Amphithyrum Hunnicum, iudicio meo, carceres siue cancelli sunt, sacratiorẽ aræ mensam vel circundantes, vel populum ab ea arcẽtes, in quorum parte vtraque ianua sit, & aditus ad eam ferant, opera Hunnici.*

Quæ

" Quæ verò ex eiusmodi æstimatione reliqua essent miliaresia, sancto templo tuo dicaui: vt per " prosperantem fortunam tuam, vir sancte, in re" bus omnibus, præcipuè verò in petitione ista, " mihi & Siræ auxilium feras: & quod intercessio" ne tua nobis obtigit, vt pro bonitatis tuæ mise" ricordia, & pro mea atque Siræ voluntate, ad fi" nem debitum perueniat; vt scilicet & ego & Si" ra, atque adeò vniuersi in mundo homines in virtutem tuam speremus, atque in te credamus. Hæc Chosroæ donaria ita renunciabant, à prophetia Balaam non dissidentia: Deo Opt. Max. ineffabili quadam ratione, hęc sic dispensante, vt per Græcorum siue ethnicorum linguas tam salutaria & crederentur, & proferrentur verba.

De Naamane Saracenorum principe, quomodo christianismum sit complexus.

cap. 23.

Naamanes Scenitarum cum suis christianismum suscipit.

QVum Choroes talia scriberet, & mitteret, Naamanes etiam Scenitarum barbarorum dux luxuriosus, sacer, impurus, seu potius omnium impurissimus, ethnicæ superstitioni deditus vir, ita vt sua ipse manu homines mactaret, atque diis suis ad aras immolaret, præter opinionem diuino captus amore, per inopinatam visionem ad Christianorum sacra transiit. & sacro suscepto lauacro, regenerationem temporalis natiuitatis atque renouationem cœlestem subiit: & secum populares suos omnes multitudine innumerabili, quæcunque ad religionem nostrã pertinent, edoctos, ad diuinum adduxit baptismum. Postquam autem Chosroes eas quas diximus cruces dedicauit, Gregorius nutu diuino solitudiné quæ Limetarum nomen habuit, peragrans, & loca ibi omnia circumiens, Seueri dogmata, quæ in eis partibus inualuerant, exterminauit: & sana doctrina ecclesiis proposita, multa castella & vicos populósque frequentes, clerum simul & monasteria, ad veram orthodoxorum & rectè sentientium ecclesiæ disciplinam adduxit.

Greg. Theopolitanus hæresim Seueri exterminat.

De sancto Simeone Thaumastorita, hoc est, mirandum montem incolente.

Cap. 24.

Vt Simeone stylite, siue Columella.

INterea ei Simeonem illum in admirando monte lethaliter decumbere & extremum spiritum ducere, nunciatum est. Itaque pleno cursu supremis verbis virum sanctum salutaturus, ad eum contendit. Minimè verò desiderio suo est potitus. Simeones autem iste admodum ætatis suæ homines virtute superauit: quippe qui ab ineunte ætate vitæ genus in columnæ statione mutasse, in quam eiusmodi ob causam ascendit. In tenera adhuc valde ætate erat, & ludens atque saliens in sublimem ascendit collem, duci quem sequeretur commendans. Et quum beluæ sæuæ, pardum nominant, occurrisset, zona soluta eam in ferę collum iniecit: atque illam ferocitatis oblitam, perinde atque loro tractam duxit, & in domicilij locum pertraxit. Quod vbi præceptor, qui & ipse vitam in columna agebat, A vidit, quidnam id esset, quod adduceret, interrogauit. Et ille, ælurum esse dixit, quem catum de consuetudine nominant. Ex qua coniectura præceptor, quanta illius virtus futura esset colligens, in columnam cum recepit. Atque in eo ipso, & alio item monte, accuratissimè viuens, in tali vitæ institutæ ad sexaginta & octo annos perstitit. Infinita ei diuinitùs contigere dona. Nam dæmones fugauit: & morbum ægritudinémque omnem oratione manusque contractatione euestigio curauit, & futura perinde atque præsentia & vidit & prædixit. Sicuti & Gregorio significauit, ipsum mortem suam non visurum esse, & res postea eius ignoraturum. Et quum Euagrius. Epiphanienſis liberorum amissionem ægrè ferret, secúmque ipse ambigeret, quánam de causa Græcis & gentilibus qui multos procrearent liberos, idem non contingeret, neque tamen cuiquam absurdas eiusmodi cogitationes crederet: Simeones ad eum scripsit, vt rebus eiusmodi supersederet, minimè enim cogitata talia grata Deo esse. Notarij eiusdem Euagrij vnius coniunx lacte, quod constiterat, destituebatur. Quapropter qui ei erat infantulus, in vltimum venerat vitæ discrimen. Simeones ergo manu dextræ viri eius imposita, papillis fœminæ illam admouere iussit. quod vbi factum est, illico quasi ex quodam fonte vbertim lac prorupit, adeò vt vestis mulieris abundè immaduerit. Sed & puerum quendam à comitibus suis in syluis in multa nocte per oblitionem relictum, cum ibi erraret, leo in tergum suum sublatum, ad Simeonis mandram illæsum prorsus pertulit. Deinde Simeonis iussu, qui puero inseruiebant, noctu egressi, intra oppidum eum, ita vt sine discrimine omni à leone seruatus & custoditus serebatur, deduxerunt. Cæterùm multa quoque alia numerum superantia Simeones egit, quæ sanè tempore longiore, & lingua politiore, tum autem opere peculiari indigent. Ea hucusque sermone omnium celebrantur, à Simeone Magistro (quanuis non ita doctè vt magnitudo rerum eius flagitauit) conscripta. In quem librum & nos, abundantem copiam & vim operum sancti viri cum stupore admirati, incidimus. Ex omni nanque non Romanorum tantum, verumetiam omnium (vt ita dicam) barbarorum ditione homines ad eum ventitabant, & ab eo quarum indigebant rerum fructum continuò capiebãt. Et rami ei arbustorum in monte exortorum escas semper præbuere, cibo omni & potu præstabiliores.

Aliud hic est Simeones ab eo de quo suprà est. lib. 14. cap. 57.

Quid Simeones de Euagrij Epiphaniensis cogitationibus quòd liberos amitteret, iudicauerit. Miracula eiusdem. Lib. 6. cap. 24

Simeon magister vitam Simeonis Stylitæ conscripsit.

De sancta Golinduch martyre, quæ in Persida certamen martyrij superstes sibi peruicit. cap. 25.

TVm temporis verò etiam Golinduch martyr viuens enituit. Magis Persicis prognata, Asmodoch scilicet patre, & Myzuch matre: quæ pro illorum religione, ignem & alias Persarum abominationes colens, & ipsa execratæ Deoque detestatæ idolomaniæ & magiæ dedita erat. Primario autem ex senatu viro in matrimonium collocata, duos progenuit filios. Et post triennium per ecstasin extra seipsam rapta, ab angelo diuino dispensationis salutis no-

De diua Golinduch post martyrium superstite.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fice mysterio est initiata. Proindeque Magis tradita, multisque verberibus & tormentis, quæ omnia superauit, ex petita, miracula infinita & prodigia mirifica edidit: identidem angelo, qui dux eius fuit, ad eam veniente, & vt leuiter & facilè omnia perferret curante. Multas etiam res arcanas indicauit, vtpote prouidentiæ gratiam à Deo consequuta. Postquàm verò per multos annos tormentis excruciata, coronam martyrij ferre concupiuit, qui ei sæpius apparere solitus erat angelus assistens, & iuuenem quendam ensiferum producens, desiderio eius satisfecit. Præcipiente nanque illo, iuuenis ferro caput eius resecuit: & sanguis è iugulo profluens, in interiorem eius lineam vestem femoribus tenus cruentatam, manauit. Quæ vestis innumera visa est edere miracula. atque illa etiam post resectionem capitis deinceps superstes vixit. Et cum in Romanorum finibus ad Circesium & Daras morata fuisset, etiam ad Hierosolymorum partes peruenit, nouum spectaculum omnibus fidelibus, quippe viuente adhuc corpore stigmata Christi circunferens, visa. Hæc sanè quum grauiter à martyrij ærumnis afficeretur vrbes circuibat, angelo duce progrediens. neque quicquam medicinæ doloribus adhibuit, natiuis tantum thermarum lauacris vsa. Et quum domesticos suos, & familiares omnes, atque alios præterea ad Christum adduxisset, tandem Hierapoli, seculo hoc relicto, ad immortalem illam vitam concessit. Quæ viuens adhuc, ab imperatore in vrbem suam accita, imperio eius non paruit. Eius vitam Stephanus Hieropolitanus episcopus compositi, qui cum illa fuit, & res quasque ex ea didicit: honorificè etiam & splendidè, corpore sepeliendo, funus eius prosecutus.

Quomodo post Gregorium Anastasius Sinaites sedem suã receperit & de alijs patriarchis. cap. 26.

Gregorij Thessalonicensis mors. Maximarum rerum antistites.

TVm Gregorius quoque podagrico morbo, quo affligebatur, confectus, quum pharmacum in potione, quæ hermodactylus vocatur, à medico quodam data, sumpsisset, vitam finiuit. Mortuus autem est, Gregorio veteris Romæ throno præsidente, qui Pelagio successit. In noua verò Roma Ioanne Ieiuno ecclesiam gubernante, de quo paulò pòst dicemus: Alexandriæ tum Eulogius episcopum gessit: Theopoli autẽ, post Gregorium Anastasius, anno vigesimotertio, in sedem est restitutus. Hierosolymis Ioannes hierarchicam dignitatem obtinuit, cui non ita multò pòst defuncto. Neamus in episcopatu est subrogatus. Quo tempore duodecimus, Tiberij Mauricij imperij annus erat. Sed hæc hactenus.

Quæ Chosroes de Romanorum imperio præliuerit. Præterea quæ idem probo Chalcedonensi episcopo de Dei genitrice dixerit. Cap. 27.

QVod verò de Chosroæ rebus propè omisi, id ita vt potero, historiæ mandabo. Magnum illud bellum quod Romanis cum Persis fuit, conquieuit, pacta conuenta ex æquo Romanis atque Persis seruantibus. Non autem committam, quin ea exponam, quæ Chosroes in operosa vanitate Chaldæorum astronomiæ diu multumque exercitatus, diuinando prædixit. Ea verò cum ad Ioannem Armeniarum copiarum ducem, quum bellum maximè vigeret, dixisse fertur. Quum nanque Ioannes Chosroen acrius obiurgando reprehenderet, quòd moribus esset finistris, & animo ad res gerendas alieno & inepto, quódque regem minimè talem esse oporteret: huiusmodi quiddam duci barbarus respondisse dicitur. Nisi quodammodo tempora ipsa nos per tyrannidem suam affligerent, haudquaquam eu commate perstringere magnum inter homines regem ausus fuisses. quandoquidem autem te rebus præsentibus magnopere effers, audi quid à diis de temporibus futuris sit cõstitutum. Redundabunt, vt sis sciens, in vos Romanos calamitates, & gens Babylonia Romanæ reipub. trib. in circulum circumactis hebdomadibus dominabitur. Postea verò quinta annorum hebdomade Romani Persas in seruitutem redigent. His ita peractis, dies illa vespera carens hominibus aduenier, & expectatus imperij finis aderit. Quo tempore corruptio abolebitur, & viuendi ratio ex instituto Dei obtinebit. Quæ verò præter opinionem omnem Probo etiam ipsi ad episcopatum Chalcedonensem recens euecto, quum Ctesiphontem à Mauricio missus est, responderit, dicam. Acciuerat hunc meridie flagrante in regiam suam Chosroës. Et quum sudore plurimo difflueret, ab episcopo, vt sibi Dei genitricis imaginem spectandam exhiberet, petiit. Atque ille sacram virginis matris effigiem, quam in tabella depictam ferebat, protulit, & ad conspectum eius Persarum regem admisit. Persa adoratione tabulam veneratus, archetypum siue primarium exemplar noctu sibi astitisse, & dixisse retulit, Alexandri Macedonis victorias se illi concedere. Ibi Probus episcopus in hæc verba regi respondit: Dudum id ei contigisse, quum in regnum restituturus esset, & exitiosos tyrannos virtute & robore imperatoris vicisset. Idemque eum iureiurando stantem consequuturum esse, si quid adhuc reliquiarum veterum illorum igni excoctorum laterum, sicuti de eis à sacrosancto Mose scriptum est superesset. Verumenimuerò quum rebus Orientis satis diu immorati simus, & bellum Persicum legitimum, Deo adiuuante, finem ceperit, ad res ab imperatore in Europa gestas se stylus conferat: vt & nos ad portum consilij institutique nostri appellamus, & onus sacrorum actorum exponamus.

Polyuparxeos Chaldæorum astronomiæ.

Chosroe deum perio Romanum prædixit.

Probus episcopus Chalcedonensis. Visio nocturna eiusdem Chosroe.

Hinc patet olim esse hanc historiam ecclesiasticam Nicephori libr.

De rebus in Europa inter Romanos & Abares, quorum Chaganus dux fuit, gestis. Caput 28.

ITaque ineunte vere, translatis ex Oriente copiis, Mauricius Byzantio soluit: & multis impedimentis interuenientibus, Anchialum contendit. Eò nanque excurrere velle Abares audierat, post auream illam mensam & elephantis spectaculum, multorumque talentorum auri largitionem:

Res Mauricij in Europa gestæ.

nem: quæ illis imperator, pacem sibi complectendam ratus, perentibus tribuit. Ac primùm perinthum, quam nunc Heracleam nominant, quum quidem in terrores plures, & in maximam tempestatis procellam incidisset, venit. In qua vrbe Glyceriæ martyri, quæ ibi ede sacra magnificè constructa honorator, debitam religionem persoluit. Et graue quiddam à barbarorum excursionibus passus, exercitus duce in Europa Prisco creato, inde in vrbem imperantem est reuersus. Abarum verò & Slauinorum gentes, Istro traiecto sub Chagano Hunno militantes, Thraciamque percurrentes, & omnia passim diripientes, vsque ad Heracleam peruenerunt. Quin, Prisco duce Turuli se continente, Didymotheicum quoque stratagemate ceperunt. Eorum impetum arte & consilio quodam admirando imperator inhibuit, qui se classe instructa in eorum sedes expeditionem facturum assimulauit. Quæ res metum illis ingentem incussit, & vel inuitos ad sua redire coëgit. Post quorum discessum imperator ad transitum Istri, ne pursum barbari facilè in Thraciam excurrerent, firma militum præsidia collocauit. Priscus autem Byzantium reuersus, de † manubiis accusatus est, & militarium copiarum præfecturæ dignitas ei abrogata, Petróque Mauricij fratri data. Verum quum & is nihil præclarum ex sententia imperatoris gereret, adempto illi magistratu, eodemque Prisco reddito, domi ipse consedit. Priscus in Europa pacta cum Chagano inita soluit. Ille siquidem prior bello repetito, derepentè cum innumerabili exercitu in Romanorum ditionem excurrerat, plurimaque castella ceperat. Templum quoque Alexandri martyris incenderat, eiusque venerandas reliquias homo detestandus ex loculis suis eiectas, multa nefanda in eis patrans, maxima contumelia affecerat. Quapropter septem vno die liberos amisit, dignas eiusmodi contumeliæ pœnas persoluens. Exinde idem Istrum, ea parte qua in mare prorumpit, transmisit, & grauia damna dedit, Mysorum prædam (quod dicitur) omnia faciens. Quanuis Mauricius ex desperatione quadam, Commentiolum ducem, cum plurimis hominum millibus, exercitum contra illius copias ducturum miserit. Qui se in quodam occidentali castello, nihil agens, periculúmque effugiens, continuit. Longè verò pòst missa legatione Mauricius Chagano, vt pacatiora consilia sequeretur, persuasit.

Priscus Romanorum in ripa dux. Abarti & Slauini Thraciam vastant.

† τὰς λείας ἐγκλημα-τι ἔσχεν.

Chaganus Hunnus in Alexandri martyris cineres contumeliosus. Imperatis ea pœna.

Quomodo Priscus legatus Chagano verum exemplum adducens persuaserit, vt pacem rursum complecteretur. Cap. 29.

Barbarorum Chaganis fallax & insana mens.

Deformitas nobilibus inhabitatæ exemplum pulcherrimum.

PORrò quum Chaganus Priscum, quo minus amnem traiicere posset, quo tempore prædã plurimam Priscus agebat, impediret: Theodorũ is Medicum, virum cordatum, sagacitatéque & prudentia multos excellentem, ad eum misit. Qui quum barbarum frementem maximè, & superbientem, & verborum fastu exultantem (nationum enim omnium dominum se esse, minabundus iactabat) vidit, veteri quadam narratione barbaricum legatus lenit tumorem. Inquit enim. Audi Chagane veterem & vtilem orationẽ. Sesostris Aegyptiorum rex, illustris admodum & felix, plurimas & maximas sibi subiecit nationes. Atque ex eo successu in proteruam arrogantiam sublatus, currum sibi aureum pellucidis preciosisque lapillis exornatũ fieri fecit. In quo considens, quatuor ex deuictis regibus currui, qui eum traherent, iugo illis imposito, iunxit. Hoc verò quum sæpius fieret, & celebri quodam festoque die, ex quatuor istis regibus vnus oculis conuersis continuè retrospiceret, & rotæ volubilitatem intueretur: Sesostrisque eum, cuius rei gratia tam frequenter oculos in rotam coniiceret, percontaretur, respondisse is fertur: Cum stupore admiror rotam, quum eam instabili modo ferri, atque aliàs aliter volui, & nunc quidem sublimia demittentem, rursus autem demissa sublimantem conspicio. Sesostris porrò vbi dictum id intellexit, statuit, ne illi posthac curum traherent. Barbarus verò subridens, satis se pacem complecti indicauit: & Priscus ei † pro trãsitu bonam spoliorum partem, maxima quæque concedendo dedit: & se Romanorum ditione cedere (Romanum nanque id solum esse) significauit. At Barbarus Romanos armis & iure belli id amisisse respondit. Et quum Chaganus ad hunc modum familiarius cum Prisco rixaretur, Priscus ei, quòd ex oriente profugisset, conuitij loco obiecit.

† τῶν δασέων.

Expositio longior per digressionem, de Abarum origine vt ex Oriente in Occidentem transierint. Et de mente Ioar. Et de veteribus Persarum moribus & institutis. item de vrbibus Taugast & Cubdam, quæ ab Alexandro Macedone conditæ esse ferantur. Caput. 30.

Antiquitates Turcicæ, De Caucasijs & Borealibus Scythis historia.

QVandoquidem autem Caucasiorum atque item Borealium Scytharum mentionem intulimus, age quę consecuta sint, perinde atque adiectitias narrationes, quanuis ad historiam non pertineãt, exponamus. Ante eos annos Chaganus, qui in Oriente à Turcis landibus celebratur, Abdelarum, (alius autem, Ephthalitarum dixerit: gẽ is principe fortiter debellato, populi eius imperium sibi sumpsit. Ea victoria magnopere elatus: & Scemeischagano socio sibi belli ascito, Abarum quoq; nationem ditioni suæ subegit. non eorum Abarum qui in Europa & Pannonia sedes ceperunt, falsò nanque sibi isti nomen id vsurparunt, quum ante Mauricij tempora eo aduenissent. Vnde verò & ij genus ducant, paulò pòst dicam. Itaque Abaribus à Chagano deuictis, ad eos illi, qui Taugast tenuere, confugerunt. Est autem Taugast ciuitas Turcorũ perquam celebris, Indis finitima, cuius populus omnium est fortissimus, gentem in vniuerso orbe, quæ ei comparetur non habens. Inde verò ad vicinam nationem Mucritorum venerunt, cui & ipsi nationi magnũ est robur, & continua ad pericula, quæ magnis animis fortiter sustinent, studia. Chaganus porrò gentẽ quoque Sogor aggressus subegit, robustissimam & populosissima. Hæc ad amnem Til accolit', quem Turci Nigrũ, & antiquissimi principes Ver, Vap & Cuni nominarunt: à quibus nominibus quędam etiam gentes appellationem sunt fortitæ. Porrò Iustiniano imperante, ex antiquis eius gentis optimatibus pars quædam profugiens, in Europam

Antiquitas Abdelarum, siue Ephthalitarum in Oriente victor.

Item Abarũ Taugast ciuitas Turcarum. Mucritæ populi.

Sogor gens. Til. fin. idem Niger, Ver. & Cuni. Abares pop. ex oriente in Europam sub Iustiniano Ve-nerant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Barsilt Vnigu ri Saberi pop.

venit. Hi Abares seipsos nominarunt, ducémque sibi Chagani cognomento exornarunt. Sed quintum populi Hunnici Barsilt & Vniguri & Saberi, vbi partem gentis Ver & Cuni appropinquare sibi viderunt, in timorem maximum inciderunt: Abares illos formidatos, in regionem eā venisse rati: eámque ob causam muneribus eos iniuitarunt, & per ipsos Albania potiti sunt. Et fugitiui ipsi animaduertentes, commodam sibi eā appellationem esse, Abares deinceps seipsos nominarunt. Inter Scythicas nanque nationes ea gens longè bellicosissima, & ad excursiones faciendas aptissima esse perhibetur. Ad hodiernum sanè vsque diem Pseudabares isti generis ortu diuisi, partim ab Ver, partim à Cuni appellationem habent. Posteaquam autem de rebus Pseudabarum diximus, ad historiam contexendam redeamus. Sogor igitur deuicta, & Tucoch gentis principe ore gladij à Chagano sublato, vnà cum hoc nationis eiusdem cæsæ sunt triginta myriades, ita vt continuata interemptorum cadauera dierum aliquot inhibuerint iter. Quum verò hæc tam præclara Chagano obtigisset victoria, ciuile inter Turcos coortum est bellum. Siquidem Turum quidnam Chagani conatus, res nouas molitus, copias magnas contraxit, quibus Chagano congressus superior fuit. At ille aliis tribus Chaganis in societatem bellivocatis, contra tyrannum progressus est: & pugna ad regionem Icar commissa, inter cædes multas tyrānum interemit, & ditionem suam recuperauit. Victoriæ eius gratulatio cùm aliis Principibus, tum Mauricio ipsi est significata. Proœmiū gratulationis eius tale fuit. Romanorum imperatori magnus Despotes septem gentium, & septem orbis terræ climatum dominus. Enimuerò montem aureū Persæ vocant, Orientē versus situm, propterea quòd frugum est feracissimus, pecoribusq; & iumentis frequentissimus. Persis autē lex est, vt potentissimo Chagano aureum hunc montem concedant. Iidem duabus hisce rebus prorsus se gloriantes efferunt, quòd nunquam epidemiam pestilentiæ viderint, & quòd rari in regione eorum sint terræmotus. Terram autem Gaath & Sogdoanem concussiones & pestilentias experiri dicunt. Turci sane summopere ignem colunt, aërem & aquam honorant, terram hymnis celebrant, & eam solam adorant. Deum quæ, qui cœlum & terram condidit, nominant: cui etiam equis, bobus, & ouibus sacrificant. Sacerdotes quoque habent, qui de rebus futuris diuinare existimantur: apud Medos verò septem populi ordines, res præcipuas expediunt. Et lex antiqua partiri aliter negocia non permittit. Qui enim Arsacidarum ordo dicitur, regnum apud se retinet, & regi diadema imponit. Ordo alius rei militari præest: alij politia curę est. Alius controuersias de quopiam, quod arbitrario iudice

Cædes triginta myriadum barbarorum. Ciuile inter Turcos bellū. Turun. chaganus.

Confundi videtur hic Persarū & Turcorum nomina Icar mons aureus.

Terra Gahat, Sogdoana Turcorum religio.

Apud Medos septem populi ordines.

† *Populi qui hic commemorantur prope omnes in Pannonia consederunt. De Auaribus siue Saberis, dubium non est, qui Sabartæ nomen reliquerunt. Ver slauorum lingua etiam nunc panno sive Hungaro dicitur. Vri & Vrzi Hungari sunt. Vniguri ipsissimi Hungari sunt. Cuneum nomen & gens ipsa nunc quoque Hungariæ partem retinet, &c.*

indigeat, inter ambigentes exortas decidit. Quintus populi ordo equites regit. Qui hunc consequitur, tributum à ciuibus & subditis exigit, & regio ærario præest. Septimus regis equos curat, & vestem militarem ternat. Hasce leges in aula regia Darium qui Hystaspis dictus est, sacrasse ferunt. Cæterùm ea ætate Turci ex Ver & Cuni profugientes, in Europam venerunt, & se Abaribus, qui sub Chagano erant, ad decem ipsi millium numerum pertingentes, coniunxere. Turcorum autem Orientalium Chaganus bello ciuili confecto, prosperè res administrauit, & missis ad incolas Taugast legatis, fœdus cum illis legitimum iniit, regnumque suum pacauit. Princeps verò in Taugast, Taisan nomen sortitus est, quod lingua nostra Dei filium sonat. Pacatum & seditionibus vacuum regnum regionibus eius princeps obtinet, propterea quòd gens tota administrationem ei deferre solet. Statuas colunt, leges apud eos iustæ sunt, vitam sobriè semper degunt. Constitutionem sacrosanctam habent, ne quis virorum se auro exornet, quanuis auro & argento propter commoditatem mercimoniorum abundent. Disterminat eam ditionem amnis, inter duos maximos inter se dissidentes populos fluens, quorum alteri nigra, alteri coccinea vestis est. Qui atro amictu gaudent flumine traiecto rubram gestantibus vestem bellum intulerunt, & fortiter imperium omne obtinuerunt, quo tempore Mauricius Romanum imperium administrauit. Coniuges ibi regum aureos currus habent, qui à singulis bobus trahuntur. Boues isti auro & magni precij lapillis splendidè sunt ornati. Eisdem freni quoque aurei sunt. Et qui regnum in Taugast suscepisset, cum septingentis fœminis noctem totam consumebat. Vxores autem illustrium ibi virorum argenteis pilentis vtuntur. Porrò Taugast vrbem condidisse Alexandrum Macedonem, barbari dicunt, cum Bactrianos scilicet & Sogdoanem subegit, duodecim barbarorum myriadibus in ea combustis. Aliam quoque vrbem non ita multis miliaribus inde dissitam, idem Alexander statuisse fertur, quam Chubdam vocant. Cuius præfectum mortuum, lege hoc ita iubente, coniuges eius perpetuò lugent, neque vnquam à sepulchro discedunt, pulla veste indutæ, & capite nouacula raso. Chubdam duo maximi amnes diuidunt, quorum ripis cupressi frequentes imminent. Multi in ea regione sunt elephantes. Mercimonia autem ciues cum Indis exercent, corporibus quàm maximè cādidis. Sunt ibi quoque vermes quàm plurimi, fila Serum nentes, multiplici & vario colore. Eos barbari magno studio curant. De his hactenus: quæ quidem non frustra exposui. Quum enim de Abarum gente, & eorum duce Chagano dixerim, vt ille propter Alexandri martyris malè tractatas reliquias pœnas dederit, & rem maximam mirificè à verbi matre gestam hic commemoraturus essem, eam ob causam paululum à proposito digressus, hæc retuli. Sed iam historiam nostram ad carceres ipsos reuocemus.

Darius Hystaspis.

Taisan princeps in Taugast.

Lex salubernima.

† ὁ τῆς ἴσης μοναρχίας τοῦτο, ἀντὶ λαμπρᾶς ἐσθῆτος κοσμίως γυναικὶ κατασκευάζεται.

ciuitatis Taugast conditor Alexander magnus. Cadet duodecim myriadū barbarorum, ciuitas Chubdan.

Bombyces.

Quæ Mauricius ad tumulum sanctæ & inclytæ martyris Euphemiæ fecerit. cap. 31.

Hoc

De sanguineo vnguento è corpore diuæ Euphemiæ Chalcedone profluente. Miraculum hoc curiositate sua inuestigauit Mauricius.

HOc loco autem quid Mauricio in celeberrima martyre Ephemia acciderit, dicā. Inerat namque cogitatio imperatori incesserat, vt anxiè nimis de ingentibus eius miraculis inquireret, & fallaciam hominum prodigia ab ea edita esse putaret. Ex aduerso Constantinopoli inclyta Chalcedonensium ciuitas sita est, vbi sanè templum quoque est magnificè constructum. Diximus autem nō ita dudum, sacrosanctas eius reliquias olim in hoc ipso templo, in vrna marmorea repositas esse. Atque in eiusdem memoria, miraculum insigne, atque eis qui id non viderunt, propè incredibile heri solere. Ex quo enim illa in martyrij stadio decurrit, & corpus eius in monumēto conditum est, ipso passionis eius die, in conspectu omnium, loci eius episcopus, spongiis quibusdam ex defunctæ corpore sanguinis liquorem haurit. Sanguinem sanè veluti ab recens cæso corpore vulnerum tabo mistum, & vnguentis quibusdam ex seipsis natis temperatum cernas, quem exiguis vitreis vasculis episcopus exceptum atque diuisum, turbæ aduenientibus donat. Hoc igitur auditum, sicuti dixi, animi quadam væcordia in dubiū vocans Mauricius, quum tempus appeteret, argenteum ornatum ex sepulchro detrahit, & imperiali signo monumentum martyris obsignat. Sic enim hoc incredulitatis volebat audacia. Postquam autē tempus ipsum quod debebat, aduenit, curiosè mysterium indagat, accuratiúsque experimento solicito miraculum explorat. Ecce tibi verò rursum, sicuti antea, sanguis vnguento cōdītus, instar riuuli è monumento promanat, & spongiæ sanguine suaueolēti pinguescunt. Et martyr ipsa tum, vt prolixius sanguinis fons proflueret, fecit: atque illa ad hunc modum imperatoris incredulitatem erudiens, castigauit. Ipse autem digitis sanguini admotis, eóque humore delibutis, seipsum sanctificando conspersit: & reipsa, vt id crederet, persuasus, deinceps cum admiratione laudes suas clara voce martyri tribuit.

De infigni miraculo, quod ad monumentum Glyceriæ martyris vnguenta featuriens, ad Heracleam perinde accidit. Cap. 32.

De consimili vnguenti ad urnā Glyceriæ tumulum miraculo. Item de idololatrarū per id expiato piaculo.

MInimè verò abs re fuerit, si celeberrimæ martyris istius prodigio, admirandæ Glyceriæ, & ipsius martyris, miraculum coniunxero. Vir quidam, cui Paulino nomen erat, obscuro loco natus, in bonis tamen disciplinis admodum educatus, manifestò in impostorum & maleficorum barathrum demersus esse deprehēsus est. Incantatori huic & mago argentea suit pelnis, in qua detestandum cruorem excipiens, per eum execrandus ipse cum apostatis virtutibus colloquebatur. Vasculum in necessitate flagitāte argentariis vendidit. Qui precio numerato lanceam eam recepernnt, venalémque & ipsi proforibus cuiuis prætereunti emendi liberam facultatem faciētes proposuerunt. Accidit autem, vt Perinthius antistes Byzantij esset, & pelum eam, ita vt venundabatur, compararet. Itaque cum vasculo empto se in sedem suam recepit, & ob reuerentiam vnguenti martyris Glyceriæ, sublato priore vase æneo, argenteum illud reposuit, cultui † diuinitùs manantis vnguenti id

† θεοῤῥύτου μύρου.

A maximè conuenire arbitratus. Atque ille quidē hoc sic ferit. Riuus autem vnguenti constitit. Martyr enim ipsa piaculum tantum detestata, gratiam & donum id cohibuit. Haudquaquam enim fas esse, tacens enim dicebat, vt mundum immundo contingeretur. Hoc postquam diebus plurimis fieri cognouit episcopus, oppidò quàm grauiter tulit, variásque curas in animo ipse suo, quod ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, volutauit. Proinde ad lachrymas & preces conuersus, Deo supplicauit, vt rem tam graue auferret. & facti eius causam latentem ostenderet. Deus verò ritè abominationem eam amoliens, & insciitiam misericordia legitimè prosequens, antistiti in somnis lancis piaculum manifestat. Ille statim argenteam phialam subducit, & priorē illam æream, perinde atque putam & quasi virginem atq; immaculatam ministram cultui religioso restituit. Et ecce tibi, derepentè vnguentum cursum scaturit, & miraculorum latex denuò exundat. Piaculum autem execrandum manifestò in apertū producitur, & non aliter quàm in publicis columnis incisum proponitur, vbique gloria sua redditur. Ea res vbi ad imperatoris aures, per primariæ sedis episcopū (Ioānes is ieiunus erat) relata est, princeps ab eodem episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est, (nam is resipiscentia atque pœnitentia crimen corrigere voluit) iudicium igitur maximum cogitur, & maleficorum multitudo ingens producitur. Qui in grauem carcerem coniecti, ad supplicia, debitas persoluturi pœnas traditi sunt. Inter quos Paulinus in * palum summa parte hiātem actus, turpiter vitam finit: quum prius cædis filij sui spectator fuisset. Siquidem & hunc abundè impiè impostura & maleficij portentis imbuerat. Atque hoc ita est gestum. Quod verò præter opinionem omnem aliud à Verbi matre eodem tempore est actum, id quoque referam.

* *in crucem scilicet.*

Vt dignas vindicta diuina pœnas, exegerit ab eis, qui contra immaculatam Dei matrem, blasphemam ausi sunt mouere linguam. Caput 33.

Exemplū vindictæ humanitus simul & diuinitus in virginem matrem blasphemiæ.

GRæci quidam siue Gētiles in cuiusdā domo conuiuantes, & vino sese inuitantes, post prandium simulátque satis adbiberāt, blasphemare & conuitiis proscindere Verbi matrē cœpere: postremum hoc compotationi adhibentes studium, vt quæcunque aliquis eorum excogitare posset, absurda atque indigna, per ea ridens œconomiæ & dispensationis salutis nostrę mysterio illuderet. Impietas ea postquam innotuit, illi quidem condignas petulātis linguæ pœnas dedere. Aedium autem, in quibus confidentes graui blasphemiæ indulserant, dominus à sacris nostris non alienus, tum quidem, quod res ita tulerit, periculum effugit. Non multo verò pòst, noctu ei dormienti in somnis Dei genitrix astitit, cui diligentius, Equid se, quænam esset, nosset, percunctanti: postquam ipse, nosse se ea professus est: illa ei cōtumeliarum indignitatem in memoriam reuocauit. Tum ille miser supplex illi esse, veniámque delicti petere: & ne tam citò morte mulctaretur, sed tempus ei pœnitētiæ re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

linqueretur, orare. Illa, daturum se hoc ei, neque E
in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum,
promittere: vimine autem, quod manu gestare
videbatur, genua eius circumcirca veluti exarās,
circumscribere. Id vbi factum, avolās, ei postea
non apparuit. At ille somno discusso, membra
ea quæ vimine notata fuerāt, statim ab * reliquo
corpore disrupta inuenit, recenti sanguine pro-
fluente. Et in publicum productus, iustum om-
nibus iudicium promulgauit. Qui verò id au-
dierunt, laudes Deo, propter tam inopinatum
miraculum, cantarunt. Matrem itidem Dei cele-
brarunt, quæ ita semper Christianorum genus
tueretur, quęque nouo quodammodo affectio-
nem erga nos suam, quamuis præter naturam
eius sit, vt quenquam puniat, vi quadam adacta
ostenderet, vt scilicet religio nobis stabilis &
firma esset.

* διαφανὲς ἐν τοῖς ὀπλίταις

Ad finem huius libri ex Suida annotatio est de Cōstantino copronymo, imperatore Constantinopolitano, qui longè post imperauit, in virginem matrem contumelio-sus. Res est huic argumento congruens.

De sancto Ioanne Ieiuna archiepiscopali dignitate Constantinopoli ornato. Caput 34.

Ioannis Ieiuni archiepiscopi Constantinop. mors.

TVm verò etiam hierarcha vrbis Constanti-
nopolitanę Ioānes, post episcopatus sui an-
nos tredecim, ex hac vita decessit. Qui quod vo-
luptates expugnarit, animique perturbationes
coercuerit, & imperium in ventrem exercuerit,
νηστὴς, hoc est ieiunator, à Byzantiis cogno-
minatus est: vir ex idiorarum quidem ille & opi-
ficij non inhonesti ordine progressus, sed qui
propter præstātem virtutem ad episcopatus fa-
stigium sublatus sit. De quo quum multa alia
memoratu digna prædicātur, tum illud maximè
celebratur, quòd propter suam erga pauperes
affectionem & misericordiam, pluribus ab im-
peratore talentis mutuò sumptis, syngraphā illi
dederit, qua substantiam suam mutuæ pecuniæ
tāquam hypothecam opposuit atque impigno-
rauit. At postquàm is è vita migrauit, Mauricius
antistitis facultates inquirens, paupertatem eum
magnopere consectatum fuisse comperit: eúm-
que de virtute tanta admiratus, syngraphā sta-
tim discerpsit: & lectulum tantum ligneum, qui
in bonis eius repertus est, & amiculum laneum
tenue admodum, necnon penulam quandā de-
formen (fuerat nanque Ioannes malè vestitus,
frugalitate vitæ conspicuus) in aulam imperia-
lem inferri iussit, eáque rebus omnibus prętulit.
Et ieiuniorum solenni tempore deinceps, lectis
ex auro & lapillis preciosis cōcinnatis, sericísq;
vestibus, & aliis imperialibus deliciis valedicto,
ligneo præsulis eius toro nocthibus totis vsus
est, gratiam quandam diuinam ex eo se conse-
quuturum existimans. Tum quoque Maurorū
gēs in Libya visa est, à Germanis ducibus bello
locis suis expulsa.

De eiusdem sanctimonia. Alii Ioannē Eleemosynariū nominant. cuius sacri cineres in arce Budensi sucre.

† *Inter Ioannem istum & Gregorium episcopum Romanum contentio fuit: quòd Ioannes Oecumenicus episcopus nominari voluerit, cui propterea Gregorius restitit. Blond. Greg. Epist. lib. 4. cap. 29.*

Quæ signa indicia eædem Mauricij Imperatoris præcesserint: & de quibusdam portentis. Caput 35.

EOdem tempore plurima etiam indicia ap-
paruere, imperatoris mortem portēdentia.
Primùm enim cometa maximus visus est pluri-
mis coruscans diebus. Et alia quæ accidit res
clarius etiam id ostendit. Nam vir quidam qui
quàm tenuissimè vixerat, & in vita solitaria sese
contemplatione rerum arcanarum exercuerat,
vitæque isti mundanæ renunciauerat, strictum
gladium in foro (celebris hic verbis locus est)
vsque ad vestibulum aulæ imperialis gerēs, pro-
cessit, & voce magna prædixit, breui imperato-
rem vnà cum liberis & cōiuge ferro cæsum iri.
Æstatis verò tempore, Herodianus etiam qui-
dā, id quod de imperatore futurum esset, propa-
lām renunciauit: atque is non sine diuina sorte
sibi prædictionem eam manifestatam esse con-
firmauit. Alia insuper prodigia tum tēporis ac-
cidere, quæ nunquam antea aliquis vel vidit, vel
audiuit. In Thracia siquidem mulier puerum ge-
nuit monstrosum prorsus, naturęq; ipsius * pia-
culum. Oculis nanque palpebris, & superciliis
caruit, neque reliqua corporis constitutione
formam & effigiem iustam habuit: quippe cui
neque manus, neque brachia essent, & cui ad †
coxendices cauda piscis illis innata dependeret.
Quod portentum vbi imperator vidit, interfici
id iussit, gladiúmque sturim exosculatus est. Ma-
ter autem quæ monstrū ipsum protulerat, quan-
doquidem sua culpa ad inopinatum miraculum
nihil contulisset, crimine absoluta est. Tum etiā
ex imperialibus equis præstantissimus, & aureo
ornatu spectatissimus, derepentè concidens, ru-
ptus est. In suburbanis autem imperantis ciuita-
tis vicis, alia quoque monstra nata sunt: puer vi-
delicet quatuor pedes habens, & biceps alter,
vterque verò ferro concisus est.

signa Mauricii, mortem præuntia.

Prodigiosus partus.

* πλημμέλημα

† τοῦτο τῶν ἰσχίων χοιρίδιος οὐρὰν ἀπὸ τοῦ συμφυοῦς

De animantibus humana forma, quæ in flumine Nilo apparuerunt. Cap. 36.

DEcimonono imperij Mauricij anno, Mena
præfecto Ægyptum gubernante, etiam in
flumine Nilo portēta quædam exiterunt. Post-
quam nāque præfectus in Delta (locus hic apud
Aegyptios præclarus est, ex literæ eius figura no
men adeptus) venit, & ipso diluculo ad amnis
ripā iter fecit, subitò ex fluminis alueo qui qui-
dam horrorem secum afferēs, prodiit vultu Gi-
ganti similis, aspectu graui, capillo subflauo &
canis

Mena Aegypti præfectus.

Apparitio duorum hominum aquatilium, in amne Nilo.

Autores habeo in equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem toto corpore absoluta similitudine ascendere nauigia nocturnis temporibus, statimque degrauari quas insederit partes: & si diutius permaneat, etiam mergi. Plinius libro nono, cap. 5. volaterranus ante annos plusquam ducentos extitisse scribit in Apulia iuuenem in mari viuere inter beluas assuetum, qui cum antea Nicolaus, postea hanc ob causam Colapiscis est nominatus. Aetate nostra apud Batauos marinus homo visus est à plurimis, qui etiam supra duos annos ibi detentus est, mutus erat & iam incipiebat fari. verum bis pestilentia ictus, in mare est remissus gaudens & exiliens. Ludo. Vives lib. 2. de Verit. fid. Christian.

Tritones isti in Nilo flumine cōspecti, vbi Pharao tyrannus Israelíticos infantes submersit, duplicis tyrannidis monstrosam dominationem portenderunt.

canis respersō, pectore ingēti, dorso & brachiis A
heroicum quiddam præ se ferens, atque pube-
renus quum subinde ex vndis subsiliret, spectā-
dum se præbens, reliquo verò corpore sub aqua
latens: veluti enim erubescceret, sic arcana natu-
ræ occultauit. Eum vbi dux conspexit, solenni-
ter eum identidem adiurauit, siquidem dæmo-
nium esset, vt è conspectu abiret, & in solitudi-
nem se reciperet: sin creatrix aliqua vis id pro-
tulisset, vt ne prius spectandum se subduceret,
quàm omnes inopinato aspectu satiati essent.
Itaque animans id (hominem enim dicere non
ausim) diutius constitit adiuratione constrictū,
séque omnibus conspiciendum præbuit. Tertio
deinde die, sub auroram, aliud etiā animās mu-
liebri forma (nam id natura satis indicabat) ex
vndis emersit. Nam vultus ipsius leuitas, comæ
prolixitas, necnon reliqua corporis cōstitutio, B
& capilli partim complicati, partim soluti, for-
mæque splendor, fœminam esse denunciabant:
sed coma ei subnigra, facies candida, nasus
mediocris, & digiti in manibus decentes erant.
In ore tenera florebant labia, vbera leniter in-
tumescebant, & papillæ à pubertate recēti pau-
lulum prominere conspicienti videbantur. Re-
liquas mulieris partes flumē occultabat, arcana
thalami coniugalis mysteria spectatoribus per-
inde atque eis qui sacris secretioribus initiati,
non essent, subducēs. Dux igitur ipse & cohors
eius vsque ad occasum solis spectaculo eo ocu-
los pauere, quo tempore & animalia ea intimos
amnis recessus subiere, quum silentio sese vidē-
da exhibuissent. Muta namque taciturnitate cō-
spectum sui amatoribus præbuerunt. Ex omni-
bus verò infaustis hisce indiciis, imperator gra-
uem rerum exitum coniectando colligebat. Et C
iam tum futuri casus metu perturbabatur: pro-
pterea quod, qui diligēter historias conscripse-
runt, haudquaquam commoda rebuspubl. eius-
cemodi prodigiorū ostenta esse, memoriæ pro-
diderant.

Mauricii imperatoris, propter prodigia husmodi perturbatio.

Quomodo Commentiolus & Priscus, duces regionum Europæ, cum Abaribus congressi, supra triginta millia hostium cæciderint. Et rursus quædam de choseis. Caput 37.

NOn multum intercessit temporis, quum
Priscus & Commentiolus regionum Eu-
ropæ præfecti, soluta ea, quam arte quadā cum
Chagano Abare pepigerant, pace. clām id iubē-
te principe, ratibus Istrum traiecerunt. Atq; vbi
primùm in Viminacium (insula ea est in Istro
flumine sita) delati, & deinde subitò cum barba-
ris & quibusdam aliis congressi sunt, vnius mē-
sis spatio plurimis præliis supra triginta millia
Abarum, Gipedum, & Slauinorum interimerūt:
eorundémque vltra quindecim millia ceperunt:
& victoria tali potiti, qualem vix vnquā aliquis
ab hostibus reportasse cognitus est, retrocesse-
runt. Captiuos porrò Chagano per legationem
petenti, Mauricius restituit. Hyberno autē tem-
pore, quum Romanorū copiæ, vi cogente Cō-
mentiolo, stratam lapidib. Traiani viam, Geron-
tio vetustæ nobilitatis viro, qui cētum & duo-
decim annos natus erat, duce transissent: acer-
rimo frigore exorto, multi interiere. Et Cōmen-

Priscus & Commentiolus recte aduersus barbaros rem gerunt.

tiolus quidem Byzantium est reuersus: Priscus
verò in Thracia remansit, excursionibus hostiū
si quæ fierent, obuiam iturus. Sed enim primo
vere quum Constantinopolim veniisset, denuò
dux declaratus est. Decimonono imperij Mau-
ricij anno nihil magnum à Romanis & barba-
ris gestum. Tum verò Mauricius Theodosium
filium sponsum ingenti cum apparatu fecit, le-
gitimo matrimonio ei Germani filia coniuncta,
viri præstātissimi & Senatoris præclarissimi. Sed
& Chosroes Babylone tum degens, à sociis no-
stris Syris, & finitimarum eis regionum populis
incitatus, rumpere pacta cum Romanis fœdera
cogitabat. Verum vbi imperator legationem ad
eum misit, pacta quidem rursus cōfirmata sunt.
Orator autem ipse legatione obita, malè est ac-
ceptus: propterea quod imperatori dixerit, Per-
sarum regem verba hæc audientibus satrapis in
medium protulisse. Propter oratoris ipsius vir-
tutem bellum intermitto. Eam enim rem vbi im
perator audiuit, indigne tulit, & Georgio (id
nanque oratoris nomen erat) periculosus lega-
tionis eius lapsus fuit. Ita nāque res fert, vt ora-
tio si non ea qua opus est, ratione dispensetur,
magnas eis calamitates, qui illa abutuntur, pa-
riat. De his hactenus.

Theodosius Mauricii filius Germani filiam in matrimonium ducit.

Exemplum arrogantis & insolentis legati & oratoris.

Legitimus linguæ vsus.

Quomodo Byzantij plebs contra Mauricium seditionem & tumultum excitarit. Et vt Chaganus captiuos omnes, quos Mauricius redimere superfederat, ferro necauerit. Caput 38.

VIgesimum iam in imperio Mauricius prin-
ceps agebat annum, quum Petro fratri præ-
fecturam Europæ demandauit. Et pestilentia D
subitò coorta, vehementer imperantem vrbem
afflixit. Postquam verò tempus natalis Christi
aduenit (consueuerat quippe princeps vnà cum
populo festum enim diem in templo agere) & tū
pro consuetudine sua, Mauricius multitudini
honorem eum habuit, nonnulli ex plebe rebus
nouis solicitati, seditionem aduersus eum mo-
uerunt: eundémque saxis petentes, conuitiis in-
super prosciderunt. Ibi tum ille ægrè periculo
vitato in Dei genetricis tēplum, quod Blacher-
nas populus nominare consueuit, saluus confu-
git. Magna autem religione delubrum id Byzā-
tij colunt. Dicitur namque, & creditur, vestes
Mariæ virginis, & partem quandam admirandę
eius zonæ, capitisque etiam amiculum in aurea
vrna ibi asseruari, sicuti à me suprà dictum est.
Imperator porrò adeò leniter in seditiosos ani-
maduertit, vt præclariores ex rebellibus resipi-
scere, moderatióque consilia sequi iusserit: re-
liquos autem se puniturum esse assimulauerit,
Itaque ita soluta, reuertendi eis in vrbem, po-
testatem fecit. Porrò Petrus cum Romanis co-
piis Palæstolum profectus, atque ibi æstate mo-
ratus, ineunte autumno in Dardaniæ angulum
concessit. Ibi namque congregari Abarum
multitudinem, & castra ad Absith habere audie-
rat. Hortabatur autem Petrum Mauricius, vt

Petrus Mauricii frater, Europa præfectus.

Seditio plebis Constantinopolitanæ aduersus Mauricium principem.

Mauricius in templum Blachernarū confugit.

Nimium leniter Mauricius in seditiosos animaduertit.

* *Apud Diaconum est, vna etiam aureo numo Chaganum singulorum captiuorū caput Mauricio redimendum obtulisse, illíusque conditionem eam non accepisse.*

quicquid tandem posset aduersus Chaganū sa- E cero cederet. De cæterò namque minimè se pas-
cerer, neque exercitum inde exire pateretur, sed suros esse denunciarunt, vt Romanas copias à
arte quadam & callida administratione † pro- Mauricio gubernari cerneret. Hæc postquā im-
deret. Indignabatur enim præteritarum iniuria- peratori sunt significata, Germanus, veluti suspi-
tum memor militibus seditione atque rebellio- cionem de se præbuerit, propterea exercitū res
ne gaudentibus. At Chaganus clam progressus nouas molitum esse, vt ipsum ad rei Romanæ
Macedoniam percurrit: & infinitam multitudi- summam administrandam legerent, supplex in
nem hominum secū ducens, propè ad Constan- Dei genitricis templum confugit: a quod Cyrū
tinopolim accessit, duobúsq; aureis virū quen- construxisse fama est, qui consul sub Theodosio
que redimendum obtulit. Quum autem ea con- fuit, bonus admodum vir, & eloquētiæ doctri-
ditio Mauricio grauis videretur, & tam vilē re- næque omnis perquàm studiosus, quas singula-
demptionē auaritia victus reiceret, furore per- ri amore & † sana quadam insania est prosequu-
citus tyrannus, captiuos multorum milium om- tus. Postea verò Germanus etiam ad templum
nes ense concidit. Cuius rei gratia Deum infen- maximum, quod Iustinianus ambitione summa
sum ei factum esse, creditur. In somnis etenim ei & magnificentia, magnis sumptibus rerum vni-
apparens Christus, Phocæ eum ordinis milita- uersarum Deo construxit, transit. Eam sanè ob
ris ductori traditum esse dixit. Et Mauricius à F causam Princeps filium Theodosium fustibus
somno excitatus, Philippicum sororium suum cædi iussit, suspectum eum habens, quòd arcano
acciti è vinculis iussit. Primæ enim nominis eius consilio Germano socero, vt ad opem diuinam
literæ successionem quàm maximè suspectā ha- confugeret, subiecerit. Et missis hominibus cer-
bebat. Atque ob eam causam vinctum eum te- tis, Germanum inde extrahere tentauit. Plebs
nebat, Imperium ad illum deuolutum iri existi- autem vrbana vbi id resciuit, tumultum mouit,
mans. Philippicum ergo cum, si quem militem ius templi defendens: Germanóque, qui eò con-
Phocam nosset, interrogauit. Atque quum ille fugerat, vt se ibi contineret, persuasit. Atque su-
respondisset, Phocam eum esse, qui non ita pri- rrore tāquam duce eis præeunte, scommata plu-
dem imperio eius impudenter restitisset: Impe- rima plerique in Principem cōtorserunt, eique
rator, quibúsnam is moribus esset, percunctatus quòd cum Marcione senturet, cum cōuitio ob-
est. Et vbi timidū esse cognouit: Si timidus iecerunt: cuius hæresis cum stulta quadam reli-
reuera, inquit, profectò & percussor est. Ve- gione, fatua & contemptibilis est. Quum igitur
rum enimuerò Mauricius ob tantę multitudinis ingens tumultus maximè sæuiret, qui vrbis mœ-
cædem, odium omnium incurrit, conuitiisque nia seruabant custodes, hisce rebus auditis, reli-
ab omnibus est proscissus. quæ se tumultuanti multitudini ipsi quoq; im-

Quomodo exercitus in Europa, seditione facta, centurionem Phocam Romanorum imperatorem declararunt. Cap. 39.

QVum exercitus diutius in Mysia esset, & milites à Petro quieris gratia, belli finem atque missionem, reditumq; ad sedes suas peterent: Petrus autem muto persimilis, Principis imperio potius parendum, copiásque vltra Istrum continendas esse cēseret, mirum est quā id multitudo. Imperium detrectās, ægrè tulerit. Et Petrus viginti miliaria ab exercitu secessit. Ad quem milites octo viros delectos, inter quos etiā Phocas pernicio sissimus tyrannus erat, mi- serunt. Postquam ille in sententia sua perstitit, & imperatoris mādatum esse, vt exercitus vltra Istrum permaneret, asseueravit: multitudo ipsa H ira feruens, Centurionem Phocam sibiipsi præ- fecit, Petro repudiato. Postea etiam Phoca in clypeo sublato, electionē eius cum plurima ac- clamatione renunciauit. Quod vbi Petrus resci- uit, profugit, & ad imperatorem rem omnē re- tulit. Mauricius tribunis plebis euocatis, populi numerū inuestigauit: nihil prorsus de eo, quod desertor Phocas præfectus renunciatus esset, solicitus. Idem vrbem ipsam imperātem & sub- urbanos eius vicos dispositis custodiis muni- uit. Deinde etiam ad multitudinem illam rebel- lem legationem misit. At tyrannus minimè mā- data eius curauit, ratione omni & oratione re- iecta. Et exercitus Romanus seditione mota, ad Theodosium Mauricij filium, ad Callicratiam venationibus sese oblectantem, epistolā dedit, vt vel imperium susciperet, vel eo Germano so-

Rebellio militum aduersus Petrum præfectum. Idem, Petro reiecto, Phocā sibi præficiūt. Hungaricum hoc est. Idem Theodosio Mauricii filio imperium deferūt.

Plebis furiosa Constantino Lardy patricii ades incendit. Mauricii ex vrbe Constantinopolitana fuga. Cyriacus ecclesiæ Constantinop. Constantinopoli frequenter sunt pestilentia. Germanus ad templum confugit. Germanus se Phocæ permittit. Prasinorum Constantinopoli factio.

qui continuè imperialem vrbem incolūt. Ex eo A loco Theodosium filium ad Chosroem legat, qui opem ab eo peteret: eique in memoriam re- uocaret, quòd & ipsi de summa regni periclitanti Mauricius id conseruarit. Aequum quippe piúmque esse, vt ille parem sibi referret gratiam, quum eius domus simul omnis in maximū esset adducta discrimen. Sed enim Germanus Theo- dosij Mauricij filij socer, quum velut in naui- gium, sic in imperium Romanum, nullis fulcris aut fundamentis nixum, incidisset, gubernacula eius regere est aggressus. Verum Prasini (ordo hic & factio Romanæ plebis est) spes eius inci- derunt. Proinde & ipse per desperationem rerū, se ad beneuolentiam tyranni contulit: cúmque, ad quem vt ita dicam fortuna inclinauit, adora- uit. Statim namque Prasinorum factio imperia- B lem regiam occupauit, & tyranno imperatoriis acclamationibus applausit. Phocas Theodoro quodam viro insigni misso, vrbis antistitem (pa- triarcham hunc appellare homines soliti sunt) & populi delectos acciuit. Qui quum in templo Ioannis Baptistæ, in ea suburbana ciuitatis parte quæ Septimum dicitur, conuenissent, coronam imperatoriam pestiferæ, beluæ imposuerunt. At- que ille cuestigiò apparatu præclaro Byzātium ingreditur, aurum ad instar imbris vbique spar- gens, & Byzantios cines ea munificentia in in- troitu suo exhilarās. Postea verò Leontiā quo- que vxorem Augustam renunciat, & splendido triumpho in aulam imperialem deducit. Porrò quum populi factiones grauiter odiis inter se decertarent, † altera earum vulgò dixisse fertur: C Vade, præsentem rerum statum cognosce: Mau- ricius enim nondum mortuus est. Quibus ver- bis tyrannus exauditis, tum quidem multitudi- nem oblatrātem compescuit: postera autem die totus ad cædem Mauricij, veluti furiis quibusdā raptus est. Itaque illum cum podagræ & chira- græ doloribus conflictantem, ex eo quem dixi- mus sinu, vnà cum cōiuge & liberis, inter quos etiam Theodosius ex itinere legationis retrac- tus erat, e regione Constantinopoli, vbi Chal- cedonensis ciuitas est, in Eutropij portum tra- duxit: & primùm liberos ipsos in conspectu patris occidit, in quorum cuiusque cæde verba illa pater protulit: Iustus es Domine, & iustum iu- dicium tuum. Deinde verò & ipse Mauricius re- sectionē capitis sustinens, ferro cæsus occubuit, egregia animi virtute in summa ea calamitate exhibita. Quum namque liberorum nutrix in- fante vno imperiali subtracto, puerum ipsa suū † lactēm ad cædem protulisset, Mauricii astā- tem percussoribus arcanum suppressi pueri sui consilium indicasse ferunt: quòd minimè æquū esse duceret, vt in alium, quum ab ipso Deus pœnas expeteret, animaduerteretur. Atque eo infante iugulato, cædes eiusmodi pro sanguine lacteum liquorem profudit. Ad hunc modum imperator, qui naturæ legibus superior esse vi- sus fuerat, vitā finiuit, postquam sexaginta tres ætatis annos transegisset, viginti autem ex eis in imperio enituisset.

De nudatione Imperialium cadauerum, & de aliis tyranni cædibus. Et de proditione Imperialis cadis Alexandriæ facta. Cap. 41.

Germanus se Phocæ permittit. Prasinorum Constantinopoli factio. Phocas imperator Rom. creatur. † Fallit hæc Venetorum fuit. Miseranda Mauricii suorumque cædes. Eiusdem in vltimis vitæ actis pietas, & animi fortitudo. † Ἐπαρχικὴν ζωήν.

CAdauera autem imperialia, oppidò quam lachrymosum Indicrum, ibi in littore ma- ris iactata sunt, ita vt illius vndam purpureo san guinis cruore infecerint: nunc quidem fluctibus ipsis in terram leniter appulsa, nunc verò reci- procante maris impetu reducta. Ex eo deinde loco translata, prouentum lacrymarum eis tule- runt, qui illa nudata, & ad spectaculum exposita conspexerunt. Ad cúmque etiam modum à ty- rannicis militibus spectata, in Tribunali (ita e- nim dicitur campus qui ad Septimum est) teme- rè proiecta sunt. Sic enim per eiusmodi spec- taculum exercitum ab omni humanitate alieniss- mum, piaculi quoque participem fieri oporte- bat: vt scilicet * quod fraudem & malitia odit, nullísque corrumpitur donis Dei iudicium, om- nes eos retributionis irretiret plagis. Pernicio- sus nanque & execrabilis exercitus ille, grauis- simis maximísque circumuentus ærumnis, per varias clades vitam hanc morte commutauit. Postquam enim Persica rursum expeditio su- mendorum armorum libertatem accepit, Chos- roe admissum in Mauricio piaculū indignè sere- te, bellum scilicet motum est: & exercitus variis modis simul & diuinæ vindictæ pœnas, & ipso- rum præliorum casus subiit: quum quandoque ipso conflictus tempore, sæuum in modum cœ- lesti igne peteretur: quandoque autem fame & direptione multimoda, captiuitatéque post vi- ctoriam amissam affligeretur. Maxima verò eius pars ore gladij concidit, & † ferri quasi aliud a- gentis opus facta est. Neque prius à Persis vi- ctoria discessit, quàm impius iste & tyranni cō- sectator exercitus totus interiit. Quod sanè satis ex eo quod modò dicetur, coniicere licet. Non enim multo pòst, nondum quatuordecim annis elapsis, quum Heraclius aduersus Razatē bellū gereret, & delectum militum haberet, duos tan- tum ex ea multitudine, quæ tyranno fauerat, re- liquos is inuenit. Sedenim vbi tempus ipsum nouas militum copias Romanis tribuit, & exer- citus ille vitiosus omnis pessum iit, res secundæ apud Persas mutatæ sunt, & postquam Babylo- nius ille draco Chosroes Hormisdæ filius, nulla misericordia interemptus est, Persicum bellum finem suum habuit. Verum enimuerò tyrannus impiis flagitiis ebrius, se ad aliorū etiam cædes armauit. Proinde Petrū Mauricij fratrem ferro necat. Occiditur præterea, cuius sæpe facta mē- D tio est, dux Commentiolus: item Georgius Phi- lippici filius: Prosentinus etiam, cui curas & cō- silia sua Petrus crediderat. Postremò verò & Theodosius Mauricij successor, ex itinere, sicut dictum est, retractus. Fama autem obtinet, per- cussorem Theodosio parcentem, alium pro eo admodū illi similem ense iugulasse. Ipsum verò Theodosium profugum, in locis multis multa expertum, postea morbo interiisse. Atque ea quidē fama per omnes Romani imperij ditio- nes vulgata est. Sed eam barbarus quidā error, perquàm tenui coniectura id facere ausus, pro- tulit: propterea quod caput eius solum, vnà cū aliis qui cæsi sunt, exhibitum non sit. Verùm in- quisitio ipsa fatis solicitudine summa defatiga- ta, Theodosium etiam mortuum esse cognouit. Ipsam imperatricem Constantinam cum tribus filiabus tyrannus in priuatorum ordinē redegit:

Cadauera imperialia ludibrio habita.

** μισοπονηρος καὶ δίκαιος κρίτης. Milites omnes desciscores, qui ad Phocā desciuerunt, malè disperierunt.*

† Ξίφος τι ἀλλοῖον.

Cognatorum & fautorum Mauricii cædes.

Constantinæ Augustæ filiarumque eius cædes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& primùm quidem eas in vili quadam & exili domuncula inclusit, postremò verò ferro etiam interimi iussit. Eorum autem cæterorúmq; imperialium corporum (decem autem fuere) reliquiæ, longo pòst tempore in Mamantis martyris templo, propè murum cui Xylocercus nomen est, repositæ sunt. Templum autem id Pharasmanes eunuchus constituxit, qui sub Iustiniano imperialis cubiculi præfectus fuit. Porrò in communis sepulchri eorum monumento Epigramma hoc insculptum est:

Epitaphium eius.

" O ego mille modis regum miseranda durum,
" Mauricij coniunx, filia Tiberij:
" Edecui regina satis, fœcundáque mater,
" Quam * sine multorum commoda sceptra ducũ,
" Militis insidijs iacco, populique furore:
" Et mecum coniunx progenièsque iacet.
" Nam miseræ Niobes ego sum vitale cadauer:
" Pluráne cassis, plura locasta tulit?
" Esto, iurè paterè quæ pignora parua necantur?
" Hauriant prorsus nescia turba dolì.
Non tam Roma meis carpes à frondibus vmbram.
Eruta Threicio stirpe Aquilone iacet.

* ὡς ἀγαθὸν πλεῖθ' ἡ πολυκοιρανίη.

Interitus Mauricij, cædes ipsius tẽpore, Alexandriæ nũciata.

Illud etiam haudquaquam silentio præteribo, dignum in primis quod memorię rerúmque gestarum tabulis mãdetur. Siquidem ea ipsa hora, qua Mauricius interemptus est, res ea omnis, vt gesta est, Alexandriæ, statuis quæ in Tychæo celebri vrbis eius regione stabant, & tum basibus suis dilapsæ erant, voce clariore quid imperatori Mauricio accideret, referẽribus, viro cuidam præclara vita insigni, noctu ibi deambulanti, indicata est. Quam rem Alexandriæ Augustalis, & Petrus Aegyptiæ prouinciæ præfectus, accuratius signis certis notatam, veram fuisse, nono die postquam acerbus nuncius iste in Aegyptũ G peruenit, compererunt. Multa verò eiusmodi, quæ rem futuram portenderunt, accidisse cognouimus. Ea vero si singula scripto persequi velimus, tempus nos prorsus defecerit.

† ταῦτα βασιλείων τὰ παραπλάσια καὶ ἀγαλμάτων χαλκῶν

† *Interea calligraphus quidam Alexandriæ venerabilis vir ex matutina vigilia domum rediens, media nocte videt statuas ex metallo æris abstractas, & voce grandi dicentes, interemptum Mauricium & filios eius. Diac.*

Quomodo Mauricius Deum iratum erauerit, vt ei his pœnas dare diuinæ vindictæ liceret: id quod assequtus est, ac de edificijs ab eo constructis. Caput 42.

MAuricius sanè imperator, aliquo ante cædem tempore metuens propter conscientiam sibi, quod captiuos despexisset, eósque vili precio, pecuniæ cupiditate victus, quos Chaganus furore percitus concidit, non redemisset, in celebrioribus orbis terrarum templis, missis eò literis supplicari pro se vni ex supersubstantiali Trinitate Christo Deo mandasse, & ab hominibus virtute præstantibus, vt deum exorarẽt petiisse dicitur: quò scilicet suorum per vitam actorum ipse remunerationẽ in mortali hac vita, fatisque obnoxio mundo, recipere liceret. Et imaginem quandam Christi clarè & euidenter vocem edidisse ferunt, qua illi fore prædictũ est, vt desiderij votique sui compos fieret, & in hac vita pœnas penderet. Nonnulli eam imaginem

Mauricius Deum, vt in hac vita delictorum suorũ pœnas lueret erauit.

Ante aneam Palatij portã Diac.

esse volunt, quæ in † ærea Palatij; alij verò maximè, quæ in speciosa porta templi sanctorum quadraginta Christi martyrum sita est, & pictura sua quàm proximè ad similitudinem vultus Christi accedit. Mauricius imperator summoperè viros eloquentia insignes coluit: liberalis etiam erga eos qui pulcherrimis optimísque disciplinis præclaram operam nauassent. Celebria quoque opera in Romani imperij diuione constituxit: quorum vnum est, quadraginta sanctorum delubrum, quod Tiberius antea ædificare aggressus fuerat. Sacrã item Apostoli Pauli ædem Tarsi Cilicum, hunc constituxisse ferunt. Fertur & illud quoque de eo, quòd tertiam partem pensionum vectigalium subditis suis remiserit: quódque liberaliter Byzantijs triginta talẽta donauerit, vt aquæductuum meatus renouarent. Idem præclarum illud stemma & ornamentum, quod ei Sophia Augusta socrus & cõiunx Constantina ambitiosè admodum & magnificè elaborauerant, quum id ne semel quidẽ gestasset, maximo Dei templo intulit, & diuinæ mensæ consecratũ, aurea catella suspendit: quod a ipsum ornamentum vsque ad b expugnationẽ vrbis duraut. Sub ipso quoque † Philippicus, & Petrus frater eius, ille quidem Chrysopoli monasterium, hic verò Constantinopoli, eã quę Arcobindi dicitur ædem constituxit. Vtrumque autem templum Dei genitrici dicatum. Sed & Cyriacus patriarcha, Mauricio imperante, diaconissæ magnificum erexit monasterium. Mauricij imperatoris res eiusmodi finem habuere.

† *In visione ante aneam palatij portã imagini Saluatoris se vidit assistere. Diac.*

a *Leo imp. Constantinopolitanus Constantini Copronymi fil. coronam à Mauricio principe Dei dicatam nefario capiti suo imposuit, captus gẽmarũ & auri splendore. Egnat.*

b *non semel à Mauricij tẽporibus Byzantium hostiliter captũ est, & direptum.*

† *Philippicum Diaconum etiã Mauricij generum fuisse scribit.*

Vt Chosroes propter Mauricij cædem pace soluta, Orientem hostiliter peragrans, ad Chalcedonem vsque excurrerit. Et de aliis quæ Romanorum imperium pernaserunt, calamitatibus. Caput 43.

VBi autem a Phocas imperium suscepit, multorum statim generum mala Romanorum imperio incubuere. Quinto namque ab inito imperio mense, literas ad Chosroem, quòd cõsuetudo huiusmodi à multo tempore Romanis & Persis fuerit, per Lilium familiarem suum, qui etiam Mauricij cædem patrauit, misit, quibus literis ad Imperialem dignitatem conscendisse se significabat. Ille verò irę intemperiis actus, legitimam Mauricio vindictam præstare volens, pacta cum Romanis fœdera rupit, & perniciosum illud orbi classicum cecinit. Id namq; Persarum simul & Romanorum fœlicem tranquillum statum soluit. Eóque initio Persicũ bellum est ortum. Et Persæ Syriam, Palæstinam, Phœnicem quoque breui subegere. Ditioni quoque suæ Armeniam, mox Cappadociã, Galatiam, & Paphlagoniam adiecere. Quin impetu quem cohibere non esset ducti, ad ipsam vsque Chalcedonem, quæ ex aduerso Byzantio sita est, aduenere. Parte verò alia, Abares Europam omnia vastantes percurrerunt, & cædes hominum plurima grassata est, qualem haud quisquã vnquam vidit: non tantum ciuibus passim sed ipsis etiam militaribus copijs interemptis. Animantia item occidentia cladem plurimam accepere & prouentus omnis generis frugum nullus fuit. Accessere fames & pestilentiæ. Hyemes item

a *Aduersa res Rom. imperij sub Phoca.*

Persarum aduersus Romanos prosperæ.

Barbarorum incursiones.

item ingentes, naturam ipsæ suam superantes, ita vt mare frigore congelatum pisces postea mortuos eiecerit. Aetas quoque hominum generis omnis cæsa, & tẽpla atque alia quæcunque ædificia venustè splendidéque constructa, frequentibus Persarum incursionibus pessundata: quòd Chosroes, sicuti dictũ est, pacem propter Mauricium videlicet resciderit. Ac ille quidem foris omnia igne vastans, rempublicam affligebat: Phocas verò domi vrbẽ peius accipiebat. Proinde in equestri quodã ludicro certamine, quòd cum nonnulli scommate perstrinxissent, ebrium esse dicentes, furore flagrans, non paucis ex clarioribus ciuibus captis, quibusdam membra amputauit, nónullos in altum mare coniecit, alios verò in carcere inclusit.

* *Circensibus ludis vrasini conuitiis eum lacessentes, clamarunt iterum Ingabasta bibisti? Iterum sensum perdidisti? Diac.*

De seditione inter Iudæos & Christianos Antiochiæ orita: vt in ea tumultu etiam Anastasius Sinaites episcopus casus sit. Et de Cyriaco, Thoma, & Sergio, Constantinopolitanis episcopis. Cap. 44.

ANtiochiæ verò grauis tumultus fuit, quòd Hebræi rursum aduersus Christianos, per res nouas insurrexerint. In ea seditione Iudęi superiores fuere. Ingentem nanque Christianorũ multitudinem aut ferro conciderunt, aut igni, quem in ędes eorum coniecerant, exusserũt. Eos Phocas, impij & flagitiosi facinoris pœnas sumens, tormentis subdidit, atque vrbe exegit. Illi verò & ciuitatis eius antistitẽ Anastasium, Gregorij successorem, è throno suo deturbatum, funèque pedibus alligato, per vrbem tractũ, fœda morte affecerunt. * Pudendas namque naturæ partes inter trahendum ense excisas, in os eius iniecere. Postea verò illum perinde atque holocaustum quoddam, igni tradidere: virum sapientia & virtute præclarum, primariúmque dogmatum ecclesiæ doctorem: quippe qui lucubrationes multas eidem reliquerit. Huius liber est cui nomen ὁδηγός, hoc est, viæ dux, & ecclesiæ dogmarum † fines, aliáque præterea multa. Item in sextum Psalmum liber, in ingressu ieiuniorum editus. Ego verò orationem etiam eius quandã legi, ad Antiochenos, in introitu suo scriptam. Et pacificatoriam aliam, quam trigesimotertio anno in thronum suum postliminio reuersus cõposuit. Mauricio imperium obtinẽte: quem etiã in eo scripto, quod ab exilio reuocatus sit, laudibus effert. Huic Anastasio, propterea quòd in Synæo monte philosophatus sit, & sensum ibi carnis domuerit, Synaitæ cognomen inditũ est. Atque ille quidẽ in populi tumultu peremptus, vitam finiit. Post eum autem quum sex annis à redito in episcopatu exituisset, pastorale munus Antiochiæ Anastasius alter suscepit. Et ante hũc Cyriacus etiã, Constantinopolitanæ vrbis episcopus, vndecim annis in sacra functione transactis, sedem eam Thomæ reliquit: qui diaconi & sacellarij in ecclesia munus obiens, ad Pontificium thronum conscendit. Hic verò tribus annis, & duobus non amplius mensibus sacro

Phocæ imperatoris & crudelitas.

Tumultus Antiochenus inter Iudæos & Christianos.

Martyrium Anastasij Antiochẽi episcopi.

* τοῦ τῆς ἁγίας θεοῦ φύσιν.

Anastasij huius scripta.

Anastasius alter, eius Antiochiæ successor.

Cyriaci Constantinopoli successor Thomas, Thomæ origines.

† ὁδηγὸς

munere functus, impio Sergio sede cessit. Thomas iste domum maximam in ædibus * episcopalibus extruxit: quæ domus, nomen à conditore suo acceptum, in hodiernum vsque diem retinet, & Thomaitis vocatur. At Sergius diaconus quidem ecclesiæ fuit: sed à Syris & Iacobitis generis originem traxit.

* ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ.

De schismatibus, quæ post quartam & quintam sanctam Synodum in ecclesiam irrepserunt. caput 45.

QVis verò Iacobus fuerit, vnde Iacobitæ nomen acceperunt & alia præterea quæ in historia hac omissa sunt, æquum esse puto vt hic referam. Altius autem narrationem petam. Postquã Eutycheti & Dioscoro à sancta quarta Chalcedonensi Synodo dignitas abrogata est, qui illorum dogmata defenderunt, facta ab ecclesia catholica defectione, διαχριτικούς hoc est, segregatos siue ambigentes, seipsos appellarunt: neque vllo modò, vt quæ rectè in concilio sanctò statuta essent, comprobarẽt, adduci potuere. Ii in duodecim sectas dissecti sunt. Ex quibus multa millia hæresum pullularunt. Ex quarum sectatoribus quidam Eutychianistæ vocati, quòd Dioscorum tantum & Eutychetem reciperent: qui Christum docuerunt patri quidem consubstantialem esse, nobis autem minimè: propterea quòd nobis non assentiuntur, veram esse in Christo humanam naturam profitẽtibus. Postquam autẽ imperator Leo diẽ suum obiit, atque Zeno & Anastasius imperij administrationem susceperunt, quam maximã libertatem sibi qui quartæ Synodo restiterunt, vsurpauẽre. Eodem tempore & Acephali, quorũ dux Seuerus Antiochenus fuit, vnam verbi & carnis naturam malè prædicantes: & præterea Iacobitarum, Theodosianorum, Iulianistarum, & plurimorum aliorum cateruæ, ecclesiæ insultarunt, qui Monophysitæ appellati sunt, quòd vnam verbi & carnis naturam, post ineffabilem vnionem in Christo esse sentiant & doceant. Acephali henoticum Zenonis imperatoris scriptum, quo scilicet ad vnionem ecclesias perducere voluit, propterea quòd ille sanctam quartam Synodum anathemari non subiecisset, minimè receperunt. Acephali autem ob eam causam dicti sunt, quod sub episcopis non fuerint. Proinde episcopis & sacerdotibus apud eos defunctis, neque baptismus, iuxta solennem & receptum ecclesiæ morem apud eos administratus, neque oblatio aut res aliqua diuina facta, ministeriúmve ecclesiasticum, sicuti mos est, celebratum est. Communionem verò illi à plurimo tempore asseruaram habẽtes, feriis paschalibus in minutissimas incisam partes, conuenientibus ad se hominibus dederunt. Quo tempore quam quisque voluisset, placitam sibi sumebat potestatem. Et propterea quod quilibet, quod sibi visum esset, fidei inserũ voluit, quamplurima defectorum & hæreticorũ turba exorta est: Tritheitarum, Agnoetarum, Theopaschitarum, Iacobitarum Armeniorum, Seueritarum, & Aphthartodocitarũ, initio à Iuliano Halicarnassæo sumpto: qui creatum quidẽ Domini corpus esse opinatus est, sed idem ab ipsa

De Iacobitarũ, eorũque hæresum sectis.

Eutychianistæ.

Acephali.

Monophysitæ.

Hæresis ἀκέφαλος.

Conseruatio Eucharistiæ etiam apud hæreticos.

Multarũ hæresum autor Iulianus Halicarnassæus.

Phantasiastæ Manichæi.

Oppugnatio Synodi Chalcedonensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conceptione incorruptibile esse docuit. Horum E cohortem, qui eis aduersati sunt, Phantasiastas & Manichæos vocarunt: quemadmodum & illi rursus hos Pthartolatras & Scenolatras nominarunt. Eius generis hæresibus, & Seueritis maximè, ecclesiæ admodum ingruentibus, Chalcedonensis quoque Synodi nomine presso, perquam longo tempore iactata ea est, & exagitata. Vnde ingens diu seditio & confusio in ecclesia extitit. Ipsa namque plebs ad sanctioris altaris cancellos assistens, plagis se mulctaturam, & cum ignominia ex sacris templis sacerdotes electuram comminata est, sicubi eius Synodi mentionem inferre, aut eam sacrosanctis codicibus inscribere, eorúmve nomina diuinorum patrũ, qui decreta eius promulgarunt, proferre ausi fuissent. Isti ipsi etiam maximo contenderunt F opere, vt sacrũ eius, qui in sanctis est, diui Leonis veteris Romæ episcopi tomum, quem veræ pietatis studiosi ritè columnam orthodoxiæ rectæque sententiæ nominarunt, tollerent, quòd is Synodum eam firmiter fulciret. Tomum eum diuinissimus Alexandrinus papa Eulogius postea à se enarratum, optimè, atque ita prorsus vt oportuit compositum esse, distertis verbis pronunciauit, qui alia quoque multa scripta lectu digna ecclesiæ Christi reliquit. Post hunc itidẽ aliquanto tempore pòst Antiochenus antistes Anastasius Sinaites, qui & ipse sanctam quartã Synodum propugnans, lucubrationibus suis firmissimis Monophysitas & Acephalos refutauit, & argumentis certissimis probauit, eum librum orthodoxiam rectissimè plenissimèque in omnibus docere, dogmatáque eius vera pietate refertissima esse. Enimuero Dioscorus, & Gainus, & Antiochenus Seuerus, Iacobus item, & Ioãnes Grammaticus Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere nõ ita promptum sit, contra Synodum quartã edidit) eam ipsam Synodum oppugnantes, vnam quidem naturam, duas autem subsistentias, per summam impietatem, in Christo esse scripserũt & docuerunt: potissimum verò Seuerus, qui librum integrum de ea re composuit. Verùm & ipsi in libris suis alicubi naturas duas in Christo profitentur. quod sanè multi non ita accuratè obseruantes, rectum piumque esse existimauerunt, & alio deinde modo in illorum impietatẽ sunt abducti. Atq; hæc quidem sic obtinuerunt, quoadusque Iustinianus est imperator renunciatus. Postquã verò is sceptra imperialia accepit, quæcunque extitere beluæ, in specus & latibula sua contulere conuenticula: quũ ille sacrã quintam Synodum centum sexagintaquinque sanctorum patrum coegisset. Quamuis & ipse Iustinianus postea intemperiis fascinatoris cuiuspiam in Aphthartodocitarum hæresim trãsuersim raptus, à recta aberrarit via: sicuti à me in proximo libro est dictum. Cæterùm plurimarũ istarum hæresum commixtionem simul & diuisionem, deinceps exponam.

Tomus Leonis episcopi Romani.
Eulogius papa Alexandrinus.
Anastasius Antiochenus. Sinaites.
propugnatores hæresis Monophysitarum.
Sacra quinta synodus.
Iustinianus in hæresim Aphthartodocitarum delapsus.

Præterea de hæresi Monophysitarum, quòd ea infidissimè admodum & perniciosissimè de Dei verbi incarnatione opinatur. Caput 46.

QVod verò tandem Monophysitarum fuerit dogma, à quibus tanquam à radice pessima, quas diximus, hæreses pullularunt ceu circulus aut catena ex sese dependentes, modò dicam. Quum etenim conuenientes in Christo naturas, quamlibet per seipsam discernunt, duas eas esse necessitate adducti confitentur. Quum verò vtranque in Verbi incarnatione vniunt, nõ duas illi inconfusibili modo conuenientes naturas, sed vnam compositam naturam statuunt. Nobis enim vnam subsistentiam compositam dicentibus, illi vnam potius naturam compositam inferunt. Et rationem sententiæ suæ exemplo confirmãtes, dicunt, hominem animam obtinere & corpus: & aliam animæ naturam esse, aliámque item corporis, si quis quamlibet per seipsam cõtempletur. Quum vero illæ coierint, hominem efficere, vnam naturam compositam obtinentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, sed vnam compositã. Atque ad eundem modum de Seruatore Christo opinãtur: illum videlicet ex duabus quidem constitisse naturis, post vnionem autẽ duas eas naturas in vnam euasisse compositã, quod sanè ecclesia tanquam piaculum prorsus auersatur. Quapropter & magnus theologus Gregorius, de duabus naturis sententiam suam exponens, sapiẽtissimè simul & subtilissimè dicit, naturam suam eas seruare, ex quibus scilicet, & in quibus, & quæ sint. Nam ex quibus propterea posuit, vt ex diuinitate & humanitate naturam declararetur: in quibus verò, vt naturas post vnionẽ G seruaret, neque eas propter mutuam vnionem cõfunderet: quæ sint autem, ne quis aliud Christum post naturarum vnionem factum esse existimaret. Dogmatis istius exactiorem rationem inde considerabimus. Corpus nostrum ex quatuor elementis, igne, aëre, aqua & terra constitutum esse, in confesso est, in quibus etiam consistit. Atque in corpore ea ex quibus, & in quibus est, conseruantur. Quæ autem sint, non itidem. Siquidem post elementorum vnionem corpus nostrum non purè ignis est, neque syncerè aër, neq; incorruptè aqua, neque germanè terra: sed aliud quiddam, quàm quatuor ista. Id satis ex sensu ipso patet. Vnaquæque enim corporis nostri pars aliud quiddam quàm elementa est. Verùm in diuina vnione, non aliud quiddã, post duarum naturarum concursum, factum est: sed idem ipsum est. Christus videlicet, Deus & homo. Porrò hæresis ista exquisitior subtiliórque aliis fuit, quòd autores defensoréſque habuerit, viros sapientes: & potissimùm eum quẽ diximus, Ioãnem Philoponum, qui sub præsenti, de cuius rebus nunc agimus, imperio viguit, & in Aristotelis * perplexitatibus maximè defudauit: & hæresis insuper Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. De eo quis fuerit, dicendum.

Monophysitarum hæresis.
Gregorius Nazianzenus.
Conon aduersarius Philoponi.
De Ioanne philopono.
* πλοκαῖς

De philosopho Ioanne Philopono Tritheita. Caput 47.

GEnere fuit Alexandrinus, & philosophus summus: quanuis autem stylo dictionéque sua non admodum sit laudatus, in disputationibus tamen, argumetorúmque & demonstrationum probationibus, sanè quàm fuit

fuit admirãdus: in Platonis & Aristotelis doctri- A turæ in quolibet individuorum siue subsistentiarum communem, propriam atque peculiarẽ cuiuslibet factam, quæ nulli deinceps alij, quod sub communem speciem cadat, coaptari possit, contemplamur, ex eo patet, quòd in duabus Christi naturis, vnionem diuinitatis inquam & humanitatis docemus. Non enim communem, quam in sancta Trinitate consideramus diuinitatem, incarnatam esse dicimus: sic etenim & patris & spiritus sancti incarnationem prædicauerimus: sed neque communem humanæ naturæ rationem vnitam esse Deo verbo opinamur. Eo nanque pacto, & qui ante Verbi aduentum extiterunt, & qui postea futuri erant, hominibus omnibus, vnitum esse Dei verbũ rectè dicatur. Cæterùm satis liquet, nos hic diuinitatis naturã B dicere eam, quæ est in subsistentia Verbi, non communis diuinitatis naturam. Itaque etiã vnã naturam Dei Verbi incarnatam esse profitemur, disertè eam à patre & spiritu sancto secernẽtes: ita vt hic quoque communem naturæ rationem, propriam iam Dei Verbi esse intelligentes, Verbi naturam incarnatam dicamus. Et naturam itidem humanitatis vnitam Verbo dicentes, particularem maximè illam subsistentiam, quam solam ex omnibus Verbum assumpsit, sentimus.

†δογματίζων ἀθέως. *Ioannis Philoponi acutè quidem, sed non rectè dictum.*

" istis longè præstantiora, incorruptibilia & sem-
" piterna, à Deo conduntur. Ad hæc, consummationem siue interitum visibilis huius mundi, ac
" rursum noui mundi creationem alteram, asserit.
Statuit etiam mortuorum resurrectionem esse, rationalium videlicet animarum cum corruptibili corpore indissolubilem vnionem. Quibus sententiis reniteus Conon, ipsum iuxtà & lucubrationes eius, sicuti à me dicetur, reiecit: quãuis eas antea receperit. Conon ipse corpora dixit non secundum materiam, sed tantum iuxta formam occidere, eáque denuò cõformari, præstabiliorem specie materia ipsa recipiente. Mundi ille quoque creationem iuxta materiã & formam, interitum autem eiusdem iuxta formam solummodo, non autem secundum materiam, ferre dicit. Resurrectionem verò mortuorũ esse corporis istius cum anima rationali vnionẽ indissolubilem decernit. Enimuerò Philoponus præter ea quæ diximus, hæc quoque † philosophatur: seu potius, vt verius dicam, * nugatur. Itaque natura quælibet non simpliciter, id quod est, dicitur, sed dupliciter. Vno enim modo quum communem cuiusliber naturæ rationem ipsam per seipsam contemplamur, veluti hominis aut equi naturam, in nullo individuorũ extantem. Alio verò modo, quum eam ipsam cõmunem naturam in individuis existentẽ, & particularem maximè in quolibet eorum subsisten- D tiam recipientem, neque cupiam alij, præterquã illi ipsi soli de cæterò conuenientem, consideramus. Quod namq; in me est animal rationale & mortale nulli reliquorum homini commune est. Neque quæ in hoc ipso animante est natura, in alio quopiam fuerit. Quòd verò has ipsas notiones de naturis & subsistẽtiis ecclesiæ doctrina habeat, ex eo constat, quòd naturam quidem patris & filij & spiritus sancti profitemur, tres autem horum subsistentias siue personas prædicamus, per quas quælibet proprietate quadã à reliquis discernitur. Quænam etenim sit natura vna diuinitatis, quàm communis diuinæ naturæ ratio, ipsa per seipsam considerata, & nuda contemplatione à proprietate cuiusque discreta: Et quod propriè & peculiariter rursum naturæ nomen consideremus, dum rationem na-

†φιλοσοφεῖ· φλυαρεῖ· *Eiusdem Philoponi subsistentiæ nugæ de sententia Monophysitarũ.*

De monacho Leontio, & Georgio Pisida. Caput 48.

SEd Philoponus cum sectatoribus suis, communem humanam naturam, ipsámque etiam C diuinam, quam individuam dicimus, in plurimas partitur personas, discernens eam, & singulatim individuis tribuens, & tribus supersubstantialis naturæ subsistentiis dispertiẽs. Id verò ipsum à rectè sentientibus prorsus est alienum: quemadmodum hoc magnus in theologia vir Gregorius clarissimè, in libro ad Euagrium monachum de diuinitate scripto, astruit. Quinetiã post illum eruditi quidam homines, ea quę perperàm à Philopono prolata sunt, refellerunt. Et quàm plerique alij scriptis suis ea oppugnarũt, tum Leontius monachus omniũ maximè egregium librum triginta capitum contra illum cõscripsit, quo simul & hæresim eam prorsus euertit, & piam nostram sententiam valde cõfirmat. Post hunc & admirandus ille diaconus atq; referendarius Georgius Pisides, æqualis siue coætaneus illius, quamuis ætate aliquanto iunior, Iambis pulcherrimis, quos scribere consueuerat, cum dicta hæresi congressus, rem seriam ludicro temperando, ad hunc modum refert, absurditatem illius refutans:

Refutatores Philoponi. Gregorius Nazianzenus.
Leontius monachus.
Georgius Pisides.

ψηφίζεται βαλίον μίαστε καὶ μίαν.
εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγῃς μίαν,
γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις.
Vnam atque mox vnam lapillo computat:
At vnam & vnam forte si vnam dixeris,
Pueri vel ipsitale dictum riserint.

Quod autem versiculis hic expressit, sic habet. Profiteris, inquit, Philopone, philosophorũ omniũ laboriosissimè & sapientissimè, duas naturas in Verbo vnitas esse: vnam diuinitatis, & vnã humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo conuenisse, quomodo duas in vnã rursus cõ-

trariis? Vna namque & vna duæ sunt, non vna. Itaque si quis in eadem subiecta re, duo quædã prædicando indicet, eáque ipsa rursum in vnum redigat, ridendum se meritò præbeat. Talis Monophysitarum fuit hæresis, impij Nestorij hæresi prorsus contraria. Nestorius enim, propter duas naturas, duas etiam subsistentias numerat: isti verò propter vnam subsistentiam, vnã quoque subsistentiam & naturam. Verùm Nestorij hæresis, vt de hac rursus agamus, non dicit Deũ hominem factum esse, neque de cœlo descendisse, & humanæ naturæ substantia ipsa vnitum esse, sed habitu quodam & affectione. Vnitum namque Deum Verbum sic homini ex Maria prognato refert, vti se amicus amico per affectionem vnit. Et multos Nestorius, vnionẽ Dei & hominis nominans, latenti quadam fraude fallit: reipsa autem diuisionem, nõ vnionẽ apertissimè docet. Si namque dicas, non substantia ipsa Deum Verbum homini, sed amica quadam affectione vnitũ esse, non vnio certa, sed disiunctio vera fuerit. Quapropter eundem & tenuem & sublimem hominem idem Nestorius dixit: tenuem quidem, velut substantiali Dei vnione destitutum: sublimem verò, tanquam à prima natiuitate virtutibus perfectum. Proinde etiam renera Dei genitricem, non Dei genitricẽ homo nefarius nominauit, sed Christi genitricem vocauit: perinde atque diuinum hominem & Deo amicum genuerit, qui vnctionem quampiam à Deo propheticam videlicet aut regalem & pontificalem dignitatem acceperit, non autem substantia etiam ipsa Deo vnitus per incarnationẽ fuerit. Atque hæc quidem Nestorius. * Infœlicissimus autem melioribus etiam rebus suis Eutyches, Deum quidem natum esse ex immaculata virgine & Dei genitrice profitetur, idque ipsum solum rectè pieque posuit: † fictam verò carnem eius fuisse opinatus est, & quæ præterea ille alia perperàm docuit. Ipsum namque Deum verbum dixit immutabili * modo mutatum & carnem factum, in speciem † finxisse atque assimulasse salutis nostræ œconomiã & administrationem. Itaque corporalia omnia in speciẽ phãtasia quadam simulata atque ficta ei affuisse asserunt. Et hoc ipsum, quòd natura illa diuina, quæ circumscribi & comprehendi nequit, cruci affixa sit, in speciem per phantasiam gestum esse statuit. De duabus hisce hæresibus inter se prorsus, sicuti diximus, contrariis, Nestorianorum inquam, & Monophysitarum, quibus postea Ioannes Philoponus Alexandrinus præsit, hactenus sit dictum.

Monophysitarum hæresi contraria Nestorij hæresis.

σχεπτῶ τινι διαβάσει.

ἀτυχέστερος τὰ κρείττονα ὐτυχησ. Eutycheti hæresis.

πεπλασμένην.

Ταπεινῶσαι ἀφέντος.

† φαντάσαι τὴν οἰκονομίαν.

De diuisione & dissidio Tritheitarum, à Seuero professorum. Caput 49.

FErtur sanè, sectæ istius ducem primum Seuerum fuisse postea autem Ioannem Philoponum eam defendisse. Porrò autem post Seuerum hæresim hanc primùm recepisse Theodosium, qui apud eos Alexandriæ Papa factus est. Deinde & alios: à quibus & qui Agnoetæ dicuntur, & Cõtobabditæ, à loco quodã nomine hoc sumpto, prodierunt. qui & Theodosiani, quòd scilicet eum, quem diximus, Theodosium potissimùm consectati sint, sunt appellati: sed

Hæresis Agnoetarum, & Contobabditarum & Theodosianorum.

postea ab illo anathemati subiecti sunt. Ita † vt ignorantiæ hæresis intercidens, ignorantiæ mãdata sit. Alij autem, quod scriptum eius de trinitate compositum non receperint, Contobabditæ à loco, sicuti diximus, nominati sunt. Ij quoque, quòd Seuerum tantum receperint, Seueritarum nomen habuere. Est alia etiam Seueritarũ cohors, qui & Theodosiani vocantur: propterea quòd ambos hosce admiserint, tertiumque insuper Paulum cognomento Nigrum. Tertij præterea Seueritæ sunt, qui & ipsi Theodosiani dicuntur, & Angelitæ, & Damianistæ. Ij episcopos suos quoque habent, à quibus congruentia nomina accipiunt. Episcopos soli Contobabditæ non recipiunt. Porrò Seueritæ isti, qui idem & Theodosiani & Angelitæ, necnon & Damianistæ sunt, alium esse dicunt patrem, aliũ filium, & alium paracletum, spiritum videlicet sanctum: non esse autem horum quemque per seipsum naturam, sed habere communem Deũ siue deitatem in eis existentem: atque de ea deitate indiuisibili modo participantes, quemlibet esse Deum. Vnam autem substantiam opinantur esse, patrem & filium & spiritum sanctum: communem verò ipsum Deum, substantiam & naturam. Cæterùm Angelitæ isti ab aduersariis ita appellati sunt, à quodam Alexandriæ loco, Angelij nomen habente: in quo scilicet, qui primas apud eos ferunt, conuentus cogebant. Hosdem aduersarij Sabellianistas etiam, & Tetraditas nominarunt. Sunt rursum alij etiam quarti Seueritæ, iidemque Petritæ, nomen id ab episcopo quodam suo Petro cõsequuti: qui Seuero & Theodosio recepto, Paulum & Damianũ nõ admiserunt, quippe opinionem vtriusque improbantes: & quòd cum ecclesia catholica cõmunicantes, synodum quartam approbarũt, eos reuicientes. Profitentur siquidem illi Deum, secũdum veritatem & essentiam & naturã quamque per seipsum: patrem & filium & spiritum sanctum dicentes, non numero, sed per * omnia simili essentia. Eos Paulus & Damianus Tritheitas nominarunt: sicuti illi hosce quandoque Tetraditas, quandoque etiam Sabellianistas, sicuti modò dixi. Insuper alia quoque quinta Seuerianorum & Theodosianorum secta est, & Conomitarum, qui Seuerum & Theodosium, & episcopum præterea apud eos quendam Cononem, à quo etiam nominati sunt, probant. Profitentur sanè & isti, renera Deum quidem esse & naturam & essentiam quamque, patrem videlicet & filium & spiritum sanctum: ad hæc, tres quoque personas dicunt, ipsam nimirum sanctam trinitatem, & subsistentias tres. Tres autẽ numero substantias & naturas per omnia similes, secundum deitatem dicentes, vnámque substãtiam siue naturam, & vnam deitatem siue Deum, sanctam & consubstantialem profitentes trinitatem, non numero, sed per omnia simili deitate: tres deos aut tres deitates omninò dicere terginersantur. Illi sanè neque Damianũ, neque Paulum, neque adeò postremũ apud eos Petrum receperunt. Quos ipsos Damianistæ & Pauliani & Petritæ, Tritheitas primi appellarũt. Discesserunt autem ab eis, propterea quòd illi tres deos, siue tres deitates dicere, patrem & filium & spiritũ sanctum, renuentes, tres quoque dicere

† τὸ τῆς ἀγνοίας ἀγνοούμενον πεπαρεισέρχεσθαι.

Seueritarum multiplicatum.

Angelitæ.

Tetraditæ.

Conomitæ.

* ἀπαραλλάκτως ὁμοούσιον.

dicere numero substãtias similes, & nihil prorsus enarrantes detrectant. Hi autem tres quidem deos seu tres deitates dicere supersedẽt, tres autem numero substantias seu naturas quasdam similes profitentur. Sed enim Cononitæ, quum primùm Ioannis Philoponi Alexandrini Grammatici scripta, quæ ab ipso contra Græcos seu Ethnicos, & de aliis quibusdam argumentis ab eo cõposita sunt, comprobassent, postremò omnium & ipsum & lucubrationes eius reiecerunt, & anathemate confixerunt.

Themistius Agnoetarum auct.

Deceptione Agnoetarum. Caput 50.

IOannes iste Philoponus Alexandrinus, ita vt diximus, Tritheitarum hæresis præfectus fuit: perinde atq; olim Themistius philosophus sub Valente primùm Agnoetarum sectæ præiit. Quæ secta tempore quidem ipso extincta fuerat: rursum autem sub eis quos diximus Seueritis reuiuiscẽs, plebem maximè est depasta. Eam Seuerus Acephalus in apertum rursus produxit. Sectatores huius non solùm Agnoetæ, sed & Seueritæ cognominati sunt. Hi dicunt, Deum quidem Verbum omnia nosse, humanitatẽ verò secundum subsistẽtiam ei vnitã permulta ignorare. Nescire sanè horam & diem mundi totius consummationis, vtpote patre minorem: propterea quòd in Euãgelio secundum Matthæum & Marcum dicat, De die autẽ illa & hora nemo nouit, neque ipsi angeli in cœlis, neque adeò filius, præterquàm pater solus. Itaque cum huiusmodi vocibus primùm Arius & Aëtius & Eunomius hæresiarchæ, & deinceps alij progressi, imperitè simul & impiè proloquuti sunt, alterius esse naturæ patrem, alterius filium. Et illum quidem principio carentem: hunc autem creaturam, qui temporale principium sumpserit, minus per omnia patri æqualem. Id verò per manus acceptum Themistius philosophus magis etiam confirmauit, & defendit. Liceat autem hæresim hanc riuum quendam Ariani dogmatis dicere. Ac veteres quidem eius autores, quum pietas reluxisset atque inualuisset, vnà cum inuento suo disperierunt. Eo verò ipso tempore Seueritæ malum id magnopere propagarunt. Non longè autem pòst id rursum euanuit, & hæresis ea ignorantiæ profundo immersa est.

Hæresis eorũ.

De hæresi Theopaschitarum. Caput 51.

ADhæc, eo ipso tempore, Theopaschitarum hæresis denuò repullulans, plurimùm incrementi quotidie augescens cepit. Paulisper enim sopitam Seuerus eam, & quæ ex illa prognata est multicipitem hydrã, maximè excitauit. Primus verò eius parens Petrus ille fuit cognomẽto Cnapheus, qui tersancto hymno, quemadmodum à me suprà dictum est, appẽdicem impiè adiicere est ausus. Tersanctum porrò carmen id, vt apparet, & mihi videtur, iam inde ab Apostolis, etiam ante Theodosij iuniores & Procli patriarchæ tempora, per manus ecclesiæ Christi traditum est: sicuti & cantilena illa, Lux hilaris: pro eo atque ad Amphilochium, in triginta capitulis celebris & magnus testatur Basilius. sicuti. Gloria patri & filio & spiritui sancto, à Flauiano Antiocheno, adiuuante Chrysostomo, est inuentum. Sub Theodosio sanè iuniore, Proclo patriarchatum gerente, quum quidam eo tempore perpessionem diuinitati ipsius vnigeniti adiungere contenderent, & ingentium terræmotuum gratia publicè à populo omni supplicationes fierent, derepentè in conspectu omnium puer in aërem (quemadmodum in decimiquarti Tom. quadragesimo sexto capite dilucidè diximus) raptus, auribus ipse suis, ita etiã simpliciter, tersanctum eum hymnum absque adiectione, ab angelicis ordinibus concinnè prorsus cantari audiit. Vnde ecclesia omnis hymnum talem ad eundem modum continenter Deo canere consueuit. Sanè quidem qui carmen hoc primus composuit, ab angelis mutuatus est: canentibus Sanctus, sanctus, sanctus. Quod verò sequitur, à suauissimi concẽtus lyra & psalmo quadragesimo Dauidis acceptum, venustissimè adiecit, vbi dicitur: Sitiuit anima mea ad Deum † fortem viuentem. Et hymni ipsius autor hæc verba, Deus & fortis, integra, neque vlla ex parte mutata, sicuti ea apud Psalmistam inuenit, conseruauit: & dictionem, Viuum, duntaxat in eiusdem significationis nomen Immortalis commutauit. Ille etiam Deo addidit Sanctus, nomen id idolis opponens, quæ abominationis omnis plena, & humanæ manus opera sunt. Sicuti & Fortis posuit, propter simulacrorum imbecillitatem atque infirmitatem summã, quæ loco se mouere prorsus non possit. Atque itidem Immortalis: vt statuarum truncos traduceret, qui vita carentes, neque spirare possunt, neque sensu aut mente diriguntur. Verumenimuerò Theopaschitæ, qui à Petro & Seuero originem duxerunt, admirandũ hũc maximè hymnum non diuinæ Trinitati accommodare volẽtes, sed incarnato Verbo accinere satagentes, accessionibus quibusdam corrumpere ausi sunt, verbis hisce, Sãctus, Immortalis: clausulã illam, Qui crucifixus est pro nobis, malignè adiicientes. Quod malũ primus instituere cœpit Petrus Cnapheus, & post eũ deinde Seuerus Acephalus, seu potius hydra multiceps. Quamuis sectatores eius calumnia Constantinopolitanũ Macedonium experientes, adiectionem talem illum exortum esse dicant. Fuit certè, sicuti videtur, vetus hæc hæresis: quemadmodum satis clarè, D* qui multa pertulit certamina Athanasius, dictis suis declarat. Nisi forte sanctus ille pater eã præniderit atque euerterit, sicuti scilicet & alias plurimas scriptis suis sustulit, tametsi post obitũ

Tersancto hymno.

† τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.

Athanasius magnus. παλύαθλος.

* φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης, ἀθανάτου πατρὸς οὐρανίου ἁγίου μακαρίου ἰησοῦ χριστέ· ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινόν, ὑμνοῦμεν πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα θεόν· ἄξιός εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς αἰσίαις υἱὲ θεοῦ, ζωὴν διδοὺς, διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Lux hilaris sanctæ gloriæ, immortalis cœlestis sancti beati patris, Iesu Christe. Quum ad solis occasum peruenerimus, lucem cernentes vespertinam, laudamus patrẽ & filium & spiritum sanctum Deum. Dignus es tempore quouis celebrari faustis vocibus fili Dei, Vita dator, quapropter te mundus glorificat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius primum exortas. Hæc ipsa ergo hæresis à Cnapheo primùm producta, deinde à Seueri sodalitate admodum aucta & frequentata, non ita multo pòst ab ecclesia Dei abolita, prorsus euanuit. Quæ huc vsque apud solos Armenios retinetur, Catholicis traditionibus parêre nolêtes, neque pueri illius in aërem raptum approbantes, qui tersancti istius carminis diuinâ vocem & doctrinam è sublimi demissus apertè indicauit. Et hymnum eum Chalcedonensis sancta Synodus recepit, simpliciterque ita canendũ tradidit. Itaque risus planè & iocus fuerit, si ab angelis & Seraphim ipsis proditum atque decantatum carmen, atque à tot sanctis sacræ Synodi patribus comprobatum & confirmatum, quod vnam in tribus subsistentiis diuinitatem differrè deprædicat, Cnaphei primùm, & Seueri deinde opinione proculcetur, atque eorum (si Diis placet) arbitrio, perinde atque Cherubim superarent, corrigatur. Sedenim qui hoc ita senserunt, Theopaschitæ vocati sunt. autores primarios Cnapheum Petrum & Seuerum, quemadmodum dictum est, & deinde Iacobum, habentes. Atque ij sanè exinde vnam in Christo naturam astruere contendunt, ita dicentes: Si duas in Christo demus esse naturas, consequentur eas necessitate quadam omnino duæ etiam voluntates. Si verò hoc concessum fuerit, eadẽ necessitate duæ inducentur personæ, & duæ virtutes operatrices inter se contrariæ prorsus.

Armenij.

Monophysitæ.

De Iacobo Syro, & Iacobitis. Caput 52.

Iacobitæ.

IAcobus porrò, à quo nunc quoque Iacobitarum hæresis denominata celebratur, Syrus genere fuit, obscurus prorsus, & nulla gloria, vir qui etiam Zanzalus propter summam tenuitatem est cognominatus. Hic Eutychetis, & Dioscori, Cnapheique præterea Petri atque Seueri dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare studuit. Ecclesia sanè Catholica Dominum nostrum Iesum Christum subsistentiam vnam è duabus naturis consistentem, Deitatis inquam & humanitatis, profitetur, ita vt vtraque harum pòst vnionem proprietates suas saluas conseruet, & duarum istarum naturarum vnio mixtionem & confusionẽ, mutationémq; & alterationem nullam admittat. Ipséque idem Deus sit & homò, & volũtates virtutésq; operatrices duas, diuinam videlicet simul & humanam, habeat. Eutyches autem duas quidem & ipse ante vnionem naturas dixit, deinde vnitas. Pòst vnionem autẽ in vnam eas naturã abiisse, confusasque esse, & mixtionem subiisse, opinatus est. Adeò vt & diuinitas ea quæ humanitatis fuere passa sit, & contrà. Proinde hæc ita opinãtes, Monophysitas & Theopaschitas diui patres nostri cognominarunt. Ea ipsa opinione Dioscorus Alexandriæ patriarcha, & Petrus Cnapheus, Seuerúsque Acephalus, episcopi Antiocheni, atque insuper alij transuersim abducti sunt. Enimuerò eo quem diximus Iacobo Monophysitarum opinionem apud Syros prædicãte, magnum exortum est dissidium. Nam qui rectæ opinioni adhæserunt, Melchitæ appellati sunt, quòd sanctam quartam Synodũ & imperatorem ipsum (Melchi enim Syris rex est) consectarentur. Qui autẽ diuersum senserunt, multa variáque habuere nomina. Iacobitæ tamen maximè sunt cognominati, propterea quòd ei quẽ dixi Monophysitarum hæresis studioso Iacobo adhærerent. Qui etiam anathemati traditi sunt, vt Monophysitæ scilicet, & Theopaschitæ.

Iacobus Zanzalus.

Catholica Ecclesiæ. περὶ θεανθρώπου γνώμη sententia.

Eutychetis error.

Monophysitæ & Theopaschitæ idem.

Melchitæ apud Syros.

Postea verò aliud etiam hæresum examen ad se pertraxere, quæ trinitatem consubstantialem credentes, vnam naturam post vnionẽ in Christo esse docuerunt, sacram quartam Synodũ repudiantes, ac deinceps omnes sanctos patres reiicientes. Et quod maximum est, diuinitati ipsius vnigeniti perpessionem tribuerunt, Tersancto illi hymno appendicem hanc, Qui crucifixus est pro nobis, annectentes.

De abominanda Armenistarum hæresi. Caput 53.

Armenistarum hæresis.

TAlis Iacobitarum hæresis radix extitit. Iacobus autem Armeniorum quoque sectę dux fuit. Ea sanè hæresis multiplex est, & vt quispiã μισογάγγελος dicat, hæresum omnium confluens † sentina. Nam illi cum Ario aberrant in eo, quòd Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam, habentem carnem anima carentem, assumpsisse dicũt. Cum Apollinari autem, quod corpus Domini mentem non habere, eidémque diuinam naturam sufficere, mentisque vim operatricem perficere dicunt. Atque hæreticis multis laudatis, deprauatas ipsorum opiniones sibi ipsis arrogant. Magistri horum, illi quos diximus fuere: & Euchanius insuper Mantacunes. Et quandoque illi Deum Verbum, incorruptibile, & increatum, & cœleste, & à perpessione alienum atque subtile, nobísque non consubstantiale corpus recepisse, atque ea quæ carnis sunt, nobis in speciem tantum spectri more exhibuisse, exequutúmque esse opinantur. Quandoque autem carnem eius in naturam Deitatis conuersam, eidémque consubstantialem factam esse dicunt. Multoties verò etiam Deum Verbum, humanum ex virgine corpus assumpsisse negant: sed ipsum immutabili modo mutatum, & carnem factum, transitum tantum per virginem fecisse: & cruci diuinitatem, quæ circumscribi & definiri nequeat, vnigeniti affixam, eandémque sepulchro traditam asseuerant. Atque fidẽ etiam natiuitati Christi secundum carnem derogãtes, & eam in speciem tantum, phantasmatis instar, factam esse dicentes. Et non sicuti nos, per interualla, particulatim, sed ad quindecimum Ianuarij mensis diem ieiunij tempus extendentes. * Annunciationem simul & natiuitatem. & baptismum Christi celebrant. Quin multa etiã diuini Euangelij dicta, suam ipsi opinionẽ astruere conantes, tollunt atque inducunt. ac veluti Monophysitarum, & Theopaschitarũ, & Aphthartodocitarum, & Monothelitarum hæresim hæreditate creuerint, Cnaphei Petri accessionẽ Tersancto hymno annexam valde complectuntur. Ecclesiam Catholicam iam inde ab initio hymnum eum ita decantasse: post pueri autem illius raptum, vt is aliter caneretur, constitutum esse dicentes. Quem quidem raptum, tanquam falsum scilicet omnino, negant. Neque triũ subsistentiarum

Euchanius Mantacunes.

εὐαγγελισμοὶ.

Hoc ex Græcorum & orientalis ecclesiæ ritu & sententia dictum. Quid sibi velint incensum sacrificio vinus & aqua mistis.

sistentiarum Deitati, sicuti Diui patres docent, A nos. Cæterùm aliam peregrinam impietatẽ perperam inducũt, quia duas personas in vno Christo esse, fabulantium more, nugantur: iuxta Anthropolatram, id est, hominem adorantem Nestorium. Ita vt passionis tempore, alteram personam in cruce passam, alteram autem ab ea segregatam, eo rsim lætitiæ fuisse, passionisque spectatricem fuisse dicant. Insuper alia quoque generis eiusdem, impietate omni referta deblaterant. Atque illi quidem nunc ex traditione, quæ ratione nulla nititur, hæc faciunt. Veteres autem eorum legislatores & doctores, magnæ Armeniæ Gregorium illum antistitẽ, ritus eiusmodi eis per manus tradidisse, calumnioscè iactant: maximè verò oblationem azymam, & absque aqua poculum, propterea quòd in mystica illa cœna azymum etiam sacrificium & † vinum solum fuerit. Quarum rerum nullam Apostolica ecclesia admittit, veterem traditionem legitimè seruans. Porrò de ieiunio Arziburi interrogati, quandoque propter Adami proscriptionem eam se seruare: quandoque propter Niniuitas, dicunt. Nõnunquam verò eam esse referunt, qua olim se Armenij à cibis abstinuerunt, quum baptizari à sancto Gregorio debuerunt. Aliquando etiam celebrari id asserunt, propter Sergium quẽdam, qui olim apud eos martyrio sit defunctus: veram eius originem & causam commemorare detrectantes, quæ eiusmodi est. Sergius quidam apud eos doctor canem habuit, quo ille à dæmone agitato, plurimùm aduentus sui designatore atque indice vsus. Huic Arziburi nomen indidit, quod Armeniorum lingua mandatorem significat. Quum ergo in oppidis & vicis habitantes discipuli & sectatores eius canem præcedentem viderent, obuiam illi magistro suo ibant, eũdémque præeuntes producebãt. Euenit autem, vt canem lupus deuorauit. Et Sergius pòst eum diem, quo canem præmiserat, ad eos quò ille missus fuerat, profectus est: & quum, qui ei obuiam prodiret, inueniret neminem, graniter eam rem tulit. At postquam certior factus est, à lupo canem deuoratum esse, Armeniis mandauit, vt quotannis, diebus statis, ob canis eius obitum ieiunarent, lugerent, atque mœrerent: quòd videlicet tantum bonum è medio sublatum esset. Nomenque canis ieiunio ei, Arziburum cognominans, imposuit. Sed hactenus de Monophysitis, & Tritheitis, & Agnoetis, & Theopaschitis, atque Aphthartodocitis, de quibus proximo libro fusius scripsimus: atque item de Iacobitis, Armeniis, & Chazizariis, & aliis. Quorũ multi superioribus temporibus duces fuere & doctores, Nestorij quidam, Eutychetes, Dioscori, Cnaphei, Seueri, Theodosij, Iuliani Halicarnassei, Gaini, & alius eiusmodi infœlicium mortalium chorus. Quorum impiorum dogmatũ sectator atque restaurator, quem diximus Iacobus fuit: à quo maxima ex parte Syrorum gens ad hodiernum vsque diẽ Iacobitæ sunt denominati. Sedenim eius morbi contagione Sergius etiam, qui non ita pridẽ archiepiscopatus Constantinopolitani gubernacula susceperat, maximè infectus est, per quem Monothelitarum hæresis admodũ est propagata. De his satis. nam ad historiam cõtinuandam reuertor, finem quoque decimo octauo huic historiarum libro impositurus.

† ὄινος μεμιγμένος ὕδατος.

Ieiunium Arziburi.

Sergius patriarcha Constantinopolitanus hæresi infectus.

Ieiunium Arziburi.

Chazizarij staurolatræ.

De schismate Chazizariorum apud eosdem. cap. 54.

MAximè autem hæc retinent, qui apud eos Chazinzarij nominantur. Factio autem non minima hæc dogmatis eorum est, Staurolatræ scilicet. Chazus namque crux ab eis dicitur: propterea quòd crucem tantum adorare & colere dicantur. Qui sanè per omnia illis consentientes, re eiusmodi maximè à sectis talibus, & Iacobitis in primis, dissentire videntur. Quin & isti non vnam cõfusè naturam, sicut illi, in Christo esse opinantur, sed duas: quemadmodum &

* Clauum videlicet figẽtes mortuo in nomine S. Trinitatis baptizata. Imagines Patris & spiritus sancti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phocæ abrogatum imperium per Heraclium, Priscum & Gregoram. Cap. 55.

QVum Phocas imperium suum, sicut ei videbatur, confirmasset, filiam Domentiam Prisco duci matrimonio iunxit. Is certis de causis suspicione concepta de vita se periclitari, tyranno ob crudelitatem infensus, omnem suum, vt illum Imperio deiceret, mouit. Mirum verò quanto etiam in illum odio multitudo flagrarit: adeò ebrietati & sæuitiæ deditum, vt effuso hominum sanguine cõtinuè gauderet, & tollere è medio omnes in animo haberet, in quibus nobilitatis aut gloriæ aut prudentiæ indicium aliquod inesset. Natsen equidem, ducem optimum igni combussit. Igitur Priscus gener eius, & quicunque Senatorij ordinis erant, consilio inito, secretò † Heraclio, Heraclij qui post Phocam imperauit, patri, in Occidentali Aphrica & Libya cum militaribus copiis multis rempubl. administranti scribunt, vt modis omnibus populum Romanum impia tyrannide liberare contenderet, neque illum ita pereuntem in conspectu suo negligeret. Erat dicto duci Heraclio legatus Gregoras. Hi consilio inter se communicato, filium vterque suum cum fortissimis copiis pedestri nauali que apparatu, aduersus tyrannum misit. Heraclius Heraclij filius classi præfuit: Nicetas Gregoræ filius pedestres ordines duxit. Enimuerò Heraclius secundis ventis cursu confecto, in * portum Sophiarum illatus est: Niceta deinde terrestri itinere lentiùs subsequuto. Atque Heraclius cum Phocæ copiis prælio commisso, fortiter victoriam ex eo prælio reportauit, maximo animo certamẽ id ingressus: quòd audiuisset, vxorem suam genus ex Aphrica ducentem † circumscriptam esse. Non parum certè & Crispus hunc adiuuit, præfecti dignitatem obtinens.

Tyrannici in Phocæ crudelissimo mores.

Cõspiratio in cædem phocæ.

† Al. Heracleonẽ vocãt. Heraclius Heraclij filius. Nicetas Gregoræ filius.

** Ad portum Sophiæ Diac. Vincitur ab Heraclio nauali prælio Phocas.*

Crispus præfectus.

† στρατοφυλαξ.

De fœda cæde Phocæ, nefandissimi & perniciosissimi tyranni. Cap. 56.

REbus hisce ita actis, tumultus ingens vrbem inuasit. Et ex illustribus & præclaris viris, Photinus Phocæ quam maximè infestus (nam vxorem eius ille constuprarat) cum multitudine magna Imperialem regiam ingressus, tyrannum throno suo detraxit, eique, amicis ministrisque eius huc atque illuc dilapsis, purpuream vestem ademit, & pullam iniecit, ac mox vinctum ad Heraclium adduxit. Ille porrò quum perlibenter id vidit, tum conuitiis plurimis coniectis, calcibus ei insultauit. Et statim tyranno manus & pedes resecati, deinde petulantem eius luxuriam veluti publico monimento traducens, propterea quòd coniugibus multis vim intulisset, pudibũda exscindi, postremoque omnium caput amputari iussit. Corpus infelicis eius hominis in bouem æneum, qui pergamo allatus fuerat, coniectum, atque in cineres, pro eo atque par erat, redactum est: genere eius reliquo vnà cum illo extincto. Hic tyrannidis malorum Phocæ pessimo finis fuit, qui annis octo Romanorum imperio insultauit. Res ecclesiasticæ sub huius imperij administratione haudquaquam rebus nouis expetitæ sunt, rebus profanis in Oriente simul & Occidente ærumnarum calamitatibus omni ex parte turbatis atque confusis. Eo tẽpore Romanam ecclesiam post Gregorium magnum gubernauit Innocentius. In vrbe Imperãte, post Thomam, ecclesiasticum clauum obtinuit Sergius. In Alexandrina sede post Eulogium, qui ei annos vigintiquinque præfuit, Theodorus Scribo biennio episcopalem obiit functionem. Cui Ioannes Misericors Cyprius cum laude successit. At Antiochiæ post Anastasium, Anastasius alter episcopatum gessit. Hierosolimis autem, Ioannis successor fuit Neamus. Huius autem, Isaac Deinceps verò ante captam direptamque eam vrbem, Zacharias sactum ibi antistes administrauit munus. Porrò decimus octauus iste historiæ liber, triginta duorum annorum tempus continet: quum ab orbe condito sexies millesimus centesimus & trigesimus, à diuina autem Domini natiuitate sexingentesimus & vigesimus quintus ageretur annus.

Cædes phocæ. Vnum in hoc homine laudes quòd Romanum Pontificem principe omnium iure declararit. Ignat. ὦ κάλλος. Genus eius fuit omne extinctum.

Maximarum ecclesiarum antistites. †

*Anni huius libri. secundũ nostrorum Christianologos 688 610. **

† Alij post Gregorium Rom. pontif. qui in Diuas relatus est. ponunt Sabinianum. qui ecclesiæ Romanæ præfuit anno 1. mensibus 5. diebus 9. Post hunc rursum Bonifacium tertium. Ad cuius petitionem Phocas, antistitẽ Rom. principem episcoporum omnium dixit. Blond. li. 9.

** Sub phoca Chosroes persa multas in oriente vrbes & regiones occupauit, vrbem sanctam diripuit, & crucem Seruatoris nostri inde secum abstulit. Sub eodem, ab Imperio defecerunt Langobardi, Hispani, Galli, Germani, &c.*

FINIS.

DE CONSTANTINO COPRONYMO
Imperatore Græco, in virginem matrem contumelioso, ex Suida.

CONstantinus Imperator Romanorum, Leonis imaginum oppugnatoris Isauri filius (Copronymus nomine à stercore sumpto, dictus) fuit. Ex leone verò exorta est versicolore pelle & more vario pardalis, ex semine serpentis aspis perniciosa, & coluber volatilis, ex Dan Antichristus. Hic per successionem Imperij, administratione & impietate à patre accepta, lasciua luxuria & dæmonum inuocationibus, aliisque prauis studiis quibus operam nauauit, delectatus est, egregium atque commodum valdè patris & magistri sui diaboli instrumentum. Eò namque dementiæ & vecordiæ peruenit, vt publicitus populo sanctionem vniuersalem proposuerit, ne quis omnino ministrorũ Dei sanctus diceretur, sed vt reliquiæ eorum inuentæ despuerentur: neue intercessio illorũ, quòd nihil possent, peteretur. Quin mortalium omnium impurissimus præcipere est ausus, ne quis Mariæ intercessionem imploraret: Non enim, inquit, opitulari cuiquam potest. Et ne ea Dei genitrix appellaretur, sanxit. Atque acceptis in manus auro refertis loculis, eisq; multitudini ostensis, quanti eos æstimaret, interrogauit. Atque vbi illa, Plurimi dixissent: ex eisdem loculis auro effuso, rursus, quanti illos faceret? quæsiuit. Et postquam populus, Nihili, subintulisset: Ad eundem, inquit, modum Maria (neque enim Dei genitricis nomine miser eam est dignatus) quoadusque Christum gestauit in vtero, honore digna fuit: eum porrò vbi enixa est, nihil fœminis aliis dignitate præstitit. O audacem Saracenorum fidei & Iudaicæ sententiæ consectatoris blasphemiam. Atqui Venerẽ ille coluit, & victimas humanas ex aduerso vrbi sacrificans obtulit: vbi diuæ Mauræ templum fuit, quod solo æquatum, & per cædes profanatum, Mauram deinde locum ipse appellauit: in quo noctu sacra facere, & pueros mactare solitus fuit. Testatur hoc cæsus Flauij filius: quem quum in occulto ad aras ille mactaret, factum id Deus in apertum protulit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVINQVE LIBRORVM QVI IN HOC VOLVmine non extant, Argumenta: ita vt aliis aliorum librorum Argumentis, in primi libri capite primo annexa sunt, hic in fine adiicere visum est.

IN decimonono tomo agetur de ipso Heraclio, liberisque & nepotibus eius, & rebus sub eis gestis. Agetur præterea de Persarum aduersus Christianos motu. Item de sacrosancto hymno, & Hierosolymorum captiuitate. Et vt execrabilis & abominandus ea ætate † Machometus coortus sit. Item de hæresi Monothelitarum, & qui eam sectati sunt, Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro. itē de Maximo, diuino confessore. item de pio imperio Constant. Pogonati, siue Barbati. item de sancto sexto vniuersali Concilio, rebusque in eo & post id gestis, tempore Iustiniani Rinotmeti, & succedentium Imperatorum, vsque ad integrum imperium Anastasij Anthemij, & Theodosij Atramyteni imperatoris.

† τότε οἱ ἀναφανεὶς ἤρξατο τῆς τοῦ παντὸς ἐρημώσεως. Niceph. Sexta vniuersali synodus.

XX Vigesimi tomi materia erit: Leo Conon Isaurus, imaginum debellator. vnde etiam hæresis & secta imagines debellantium est exorta. Præterea Constantinus Copronymus, & quæ ab eo impiè sint facta. In eodem tomo mentio quoque fiet Germani, Ioannis Damasceni, & Stephani iunioris, & item reliquorum Deo inuisorum factorum eiusdem Constantini: & vt ipse, filiusque eius Leo, cognomen à Chazara siue secessu adeptus, interierint. Complectetur idem Tomus res gestas pij imperij Constantini & Irenæ, & sanctæ septimæ vniuersalis Synodi acta, & restitutos sacris imaginibus honores. Agetur quoque de Tarasio & Nicephoro. Item de Platone, & Theodoro Studito, & quę horum temporum fuerint schismata & dissidia: & quomodo Nicephorus nobilis, Stauratius, & Michaël Ranead vitam finierint.

Septima œcumenica synodus.

XXI Vigesimus primus tomus impij Leonis Armenij gesta: & quomodo secundū imaginibus bellum sit illatum, quis eius belli autor. Et vt ea de causa Nicephorus patriarcha, Theodorus Studitus, & complures alij in exilium sint acti, recensebit. Complectetur quoque imperium Michaëlis Amoræi, & res Methodij patriarchæ. Item res sub imperio Theophili gestas. Item dicendi libertatem sanctorum eo tempore virorum, præcipuè in pictis imaginibus defendendis. Agetur item de sancto Methodio, & Iosepho hymnorum scriptore. Et vt in fine propè vitæ Theophilus sacras imagines approbarit.

XXII In vigesimo secundo recensebuntur, quæ sub imperio Michaëlis, & Theodoræ matris eius, sanctę fœminæ, Ecclesiæ acciderint. Et restitutio sacrarum imaginum. Dicetur quoque de Ioannicio Magno, de meditationibus Methodij, de impiorum abrogatione sacerdotum: de eius tēporis dissidiis & schismatibus, præcipuè verò de Lizicianis & Manichæis, vt gens Bulgarorum Christianismum susceperit: Ignatio & Photio patriarchis, & quæ medio inter illos tempore acciderint. Item quæ inter Photium & Nicolaū Papam sint acta. Et vt Bardas Cæsar, & imperator Michaël sit occisus.

XXIII. Vigesimi tertij tomi argumentum erit Basilius Macedo, & filij eius, Leo sapiens & Alexander, & quæ sub his ecclesię euenerint. Et rursum res Photij & Ignatij. Item acta eius quæ dicta est octaua vniuersalis Synodus. Præterea scandala & offendicula, quæ tum per Photium extiterūt. Item vt *gens Rhutenorum sit Christiana facta. Item de patriarcha Stephano, qui Photio successit, & schismate propter ipsum Stephanum exorto. Insuper de quatuor coniugiis Imperatoris Leonis sapientis, & schismatibus synodisque ea de causa habitis. Item de Nicolao & Euthymio patriarchis Constantinopolitanis, rebusque sub eis actis. Postremò, vt Leo sapientissimus Imperator sit mortuus.

* τὸ ἔθνος τῶν Ῥως. octaua vniuersalis Synodus.

SIBYLLÆ ERYTREÆ DE EXTREMO IN TERRIS DOMINI ET SERVATORIS NOSTRI Iesu Christi iudicio vaticinium, è Græco latinè à Ioanne Lango versum.

Acrostichis, hoc est, primæ carminum literæ,
IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR. CRVX.

I udicij metuet sudans præsagia tellus,
E t rex æternus magno descendet Olympo,
S ublimis carnem mundumque vt iudicet omnem.
V num suspicient numen prauique bonique
S ummum, supremo cum sancti tempore mundi.
C arnifer ille homines iudex inquiret in omnes.
H orrida terra vias cœli spinæque tenebunt.
R ejcient simulachra viri, gazamque repostam.
I lle domos cæcas & Ditis claustra refringet.
S anctior à mortis iam nexu libera lucem
T urba hominum cernet, sceleroso flamma piabit
V ltrix perpetuum: mala quæ quis cunque patrauit
S ontica. Suppressitque diu, producet in auras:
D etget & furuis Deus obsita corda tenebris.
E runnæ & stridor dentis regnabit vbique.
I psum deficiet Solis decus, astra colore
F usco obducentur, argentea luna peribit.
I nsurgent valles, consident ardua montis.
L uxus sublimis mortales deseret auras.
I mmensos colles æquabunt marmora campi.
V eliuago nulli cernentur in æquore nautæ,
S uccendet terram fulmen, vaga lympha vapore
S olis aresset ripis, fontesque dehiscent:
E t tuba de cœlo tristis clangore sonabit
R auciſono, mundi clades pereuntis acerbas.
V astum terra chaos Stygio monstrabit hiatu,
A tque Dei solio sistetur iudicis omnis
T urba ducum, regumq; pluet tum sulphure & igni,
O mnibus extabunt ligni vexilla verendi,
R obur & auxilium populo exoptata fideli,
C erta pio generi vita. ast offensa malignis,
R ore bonos lustrans bisseni fontis ab vnda:
V irgaq, qua pecori dat ferrea iura magister,
C arminis auspiciis qui crimina morte piabit
S eruator rex æternus Deus ipse patescit.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIAE

ECCLESIASTICAE

QVAM TRIPARTITAM VOCANT

LIBRI XII. NVNC ADHIBITIS ALIQVOT VETVSTISSIMIS EXEMPLARIBVS, A MENDIS PROPE INFINITIS REPVRGATI, AC PRISTINO suo nitori non oſcitanter reſtituti.

Cuilibet etiam Hiſtoriæ annum à Chriſto nato margini adiecimus.

DEVTERON. XXXII.

Memento dierum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi. Maiores tuos, & dicent tibi.



PARISIIS,

Apud Ægidium Gorbinum, ſub inſigne Spei, è regione Collegij Cameracenſis.

1574.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MAGNVS Aurelius Cassiodorus Rauennas antiquæ nobilitatis vir insignis, & suo seculo admodũ eruditus, ingenioq; singulari ornatus, ob eius doctrinã præceptor Theoderico Gothorũ Regi primùm traditur. A quo deinde per omnes dignitatis gradus subleuatus est. Senator etenim creatur, vir quoque clarissimus & illustris, atque sacri Palatij Quæstor, tũ Consul ordinarius tum Magister officiorum, Patricius item Romanus, quæ suprema erat dignitas. Fuit & post hæc Præfectus prætorio, ac totius Italiæ Nomophylacis honorẽ grauissimè sustinuit. Cũ itaque per omnes dignitates nullo fastu trãsisset, clarissimorũque virorum, Consulũ & Senatorum fortunas valdè afflictas ob Gothorum intemperiem cõspiceret, abiectis muneribus publicis Christo domino se deuouit. Factúsque monachus & Abbas cœnobij Rauennatis, ab humanis disciplinis discedens, se totum diuinis scripturis & contemplationi dedidit, vitámque felicẽ ad annos nonaginta amplius traduxit. Vixit autem sub Anastasio imperatore, vsque ad Iustinos, seniorem atque iuniorem scilicet ad annum domini, 575.

Infinita propè monimenta literis mandauit, non indigna ob cognitionem rerum multarum, quæ ab omnibus legantur.

Rhetoricæ nimirum compendium.
Dialecticæ compendium.
Arithmeticæ compendium.
Musicæ compendium.
Geometriæ compendium.

} Hæc simul excusa sunt Basileæ per Io. Bebeliũ in quarto, anno domini, 1528, char. 6. cum dimid.

De Etymologiis lib. 1.

De origine actibúsque Gothorum, vt ipse fatetur in proemio libri Epistolarum, quas excerpsit Iornandes lib. 12.

De Schematibus & tropis lib. 1 De orthographia lib. 1.

Chronica, siue Consulum Catalogum lib. 1. qui excusus reperitur.

Variarum Epistolarum, in quibus ea notat quæ sub Theoderico & Athalaricho regibus, & Amalasuntæ regina, in republica gesta sunt, ac multa alia lib. 12. Qui excuduntur in folio.

Historiam Tripartitam, quam Sozomenus, Socrates, & Theodoritus Græcè scripserunt, & Epiphanius Latinitate donauit, in bonã redegit seriem lib. 12. qui excusi leguntur. In vniuersum Psalterium commentarios scripsit: qui excusi leguntur.

De ratione animæ lib. 1. Basileæ, apud Rob. Vuinter excusum.

De charitate Dei & proximi, ac vera amicitia. In Cantica canticorum lib. 1.

Complexiones in Apocalypsim li. 1. In epistolas Canonicas lib. 7.

In actus Apostolorum lib. 1. Memoriale Scripturarum lib. 1.

Introductorium in diuinarum literarum seriem, lib. 2. Scripsisse etiam dicitur & alia pleraque, quæ nobis videre nondum contigit.

Curauit insuper & alios non paucos de Græcis libros transferri in Latinum sermonẽ, quemadmodum in introductorio libro idem ipse testatur: in quorum numero viginti libri Antiquitatum Iosephi, præter eam versionem quæ hodie Ruffino tribuitur, à doctissimis viris commemorantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CASSIODORI SENATORIS

SERVI DEI IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM, quam Tripartitam vocant, ex tribus Græcis autoribus, Sozomeno, Socrate, & Theodorito, per Epiphanium Scholasticum versis, excerptam & in compendium à se redactam.

PRÆFATIO.

VTILITER nimis in capite libri præfatio ponitur, vbi futuri operis qualitas indicatur. Quid enim commodius quàm prius per eam aliquid discere, ne dictio possit inopinata confundere? Hanc igitur historiam ecclesiasticam, quæ cunctis Christianis valde necessaria comprobatur, à tribus Græcis autoribus mirabiliter constat esse conscriptam. vno scilicet Theodorito, venerabili episcopo, & duobus disertissimis viris, Sozomeno & Socrate quos nos per Epiphanium scholasticum Latino condentes eloquio, necessarium duximus eorum dicta deflorata in vnius stili tractum (Domino iuuante) perducere, & de tribus autoribus vnam facere dictionem. Sciendum planè quod prædicti scriptores à temporibus diuæ memoriæ principis Constantini, vsque ad Augustæ recordationis Theodosii junioris quæ sunt gesta, digesserint. Nos autem eorum relictis operibus, vnumquemque cauta mente tractantes, cognouimus, non æqualiter omnes de vnaquaque re luculenter ac subtiliter explanasse, sed modo hunc, modo alterũ aliam partem melius expedisse. Et ideo iudicauimus de singulis dictatoribus deflorata colligere, & cum autoris sui nomine in ordinem collocare. Legat ergo intrepidus qui ad hæc opuscula (Domino donante) peruenerit, multum vtilitatis atque notitiæ lucraturus, si quæ posita sunt per hos duodecim libros, memoriæ suæ solicita mente condiderit. Præterea ne quempiam res indistincta turbaret, per vniuersum textum huius operis titulos cognoscat appositos: vt suis locis exigere possit, quod sub numero competenti prædictum esse cognoscit.

Theodoritus Sozomenus Socrates Epiphanius Scholasticus interpres. A Cõstantino vsque ad Theodosium iuniorẽ.

Historiæ Ecclesiasticæ, quam Tripartitam VOCANT, EX TRIBVS GRÆCIS AVTORIBVS, Sozomeno, Socrate, & Theodorito, ab Epiphanio Scholastico versis, per Cassiodorum Senatorem in Epitomen redactæ.

LIBER PRIMVS.

SOZOMENI PRÆFATIO AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

Allocutio Sozomeni ad Theodosium Imperatorem.

CAPVT PRIMVM.

In exemplari scripto erat ad Flauiam Hermiæ Sozomen.

AIVNT antiquis principibus diligentię studiũ fuisse, vt eis amatores quidem ornamẽtorum, purpuram atque coronã, & his similia præpararent: librorum verò habentes intentionem, circa fabulas quasdam occupati conscriptiones agerent, quæ audientiũ corda mulcerent. Porrò bella sectantes, vt sagittam opportunè dirigerent, bestiam prosternerent, lanceam bene iacularentur, aut equum decenter ascenderent. † Præstabant enim singuli regalibus eorum studentes rebus, quæ quisque gratissima dominanti arbitrabatur. Alius itaque lapides pretiosos difficilè compertos offerebat: alter trincturam purpuræ clariorẽ: plurimi Poëmata aut diuersas conscriptiones insinuabant: alius bona cingula, aut optimum armorum pandebant vsum. Maxima verò & Imperialis putabatur huius popularis virtutis pars illa, ad quã tunc amantis intentio declinabat. De pietate autẽ (quæ est verus imperij ornatus) nulli studiosè quodammodo sermo fuit. Sed tu potentissime Theodori (vt complexiuè dicam) cunctam superasti (Deo iuuante) virtutem. Purpura siquidem & corona qua videris propter inspicientes (quia est maiestatis signum) circundari, pietatem tibi & clementiam intrinsecus semper enutriunt. Vnde conscriptores & Præfecti, ac reliqui subiectorum, circa te tuósque laborant actus. Decertator autem positus indexque librorum, non camerato eloquio caperis, aut qualiber figura furtum pateris veritatis, sed perfectè meritis vtrunque, sermonem proprium aptans causæ, figuram quoque ditionis, & partes, & ordinem, & congruentiam, & eloquium, & compositionem, & collectiones, & sensum, & historiam profundè discutiens. Compensas autem recitãdictiones exhibitis. Sed mihi videris non incongruè talia facere. Nam cum omnes virtutibus euiceris, studiosè ad incrementum semper quæ tua sunt euehis: quoniam historiam rerum olim gestarum apud Romanos & Græcos integerrimè cognouisti. Aiunt etenim te per diem quidem exerceri armis & corpore, subiectorũmq; negotia disceptare, iudicare simul & agere modo seorsum, modo communiter quę sunt agẽda consyderare, noctibus libris incumbere. Fertur autem tibi ad eorum scientiam ministrare cãdelabrum arte mechanica factũ, & sponte fundẽs oleum in lucernam, vt nullus circa regalia cõstitutus, in laboribus tuis cogatur affligi, & naturæ vim faciat, somno repugnans. Sic equidem clemens & mansuetus circa proximos & circa om-

Liberalitas Theodosij in doctos.

† *præsentabant.*

Historici.

Oppiani siculum, vt aurea carmina Oppiani hactenus apud plurimos nominentur.

Seuerus Cæsar olim amantium literas & doctrinam.

Theodosij virtutes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes existis, cœlestem regẽ tuum imitando patronum, cui gratũ est super iustos & iniustos pluere, & solẽ facere oriri, & alia simul inuidia recedẽte largiri. Per multam verò doctrinam audio te etiam lapidem scire naturas, potestatesque radicum effectúsque curarum, nõ minus Salomone Dauid filio, magis autem pollere virtutibus. Ille siquidem factus libidinis seruus, pietatẽ nõ custodiuit ad terminum, quę illi causa fuerat bonorũ & sapientiæ. Tu verò (ô potentissimè) negligentiæ obiiciens rationem, videris nõ solùm hominibus iustè sed etiã corporis & animę passionibus imperare. Si autẽ oportet & hoc dici, audio te etiã totius cibi vel poculi desideria superare, & neque poma dulcia, neque aliud quicquam speciosum appetere, nisi quantum ad tactum conuenit, & solummodo sapori congruerit: primo tamen benedicere omnium creatorẽ. Sitim verò, æstum, & frigus ferre cõsuetus, quotidianis exercitationibus iam ipsam continentię putaris habere naturam. Dudum siquidem in *Heraclea.* Ponto ciuitatem Heracleam ab Hercule nominatam videre festinans, & laborantem longo tẽpore subleuare, in ætatis ardore per Bithyniam faciebas iter. Sole verò circa diem medium vehementer vrente, vidẽs te quidam iter agentem sudore multo, simul & puluere squalẽtem, quasi præstaturus occurrẽs obtulit tibi poculum valde perspicuum, & velut radiis emicans suauissimum quendam in id potum mittens, & aquam frigidam superfundens. Tu verò (ô potẽtissimè) sumens, laudasti quidem pro sua magnanimitate virum, & largitate principali post paululum cumulasti: sed cũctis militibus ad illius poculi claritatem nimis inhiantibus & beatificãtibus qui esset bibiturus, id rursus ei poculum reddidisti, præcipiens vt quo vellet vteretur eo. Vnde mihi videtur iustè tuis virtutibus superatum etiam *Alexander magnus.* Alexandrum, de quo narratur ab eis qui opera illius mirantur, quia ei dum per inaquosa loca properaret cum Macedonibus, diligens quidam miles aquam inueniens, hausit, & in galea obtulit ei, ille verò non bibit, sed corpus infudit. Vt ergo absolutè dicatur, omnium priorum principum principiorem (si dici fas est) te vocare debemus secũdum Homerum. Alios etenim reges nihil dignum habuisse comperimus: alios autem vnà aut duabus rebus ornasse imperium. Tu autem (ô serenissimè) omnes simul virtutes amplectens, vniuersos dinosceris euicisse pietate, clemẽtia, fortitudine, castitate, iustitia, largitate, atque magnanimitate, dignitati imperiali conueniẽte. Sine sanguine autem & purum à cæde, super omnium priscorum, tuum cuncti gloriantur imperium. Res studiosas cum delectatione subiectos præcipis edoceri, fauorémque & reuerẽtiam circa tuum amorem & communem vtilitatem cunctos ostendere. Quapropter horũ omnium causa necessarium videtur mihi, ecclesiasticam historiam conscribenti, te primitus alloqui. Cui namque hoc potius adscribam, multorum ac venerabilium virtutes vtique narraturus, & ea quę circa catholicam ecclesiam prouenerunt, vel per quantas ipsa tranſiens tempestates, ad tuos parẽtúmque tuorum portus accesserit? Age nunc omnia sciens, omnémque virtutem habens, & præcipuè pietatem, quam principium esse sapientiæ sermo diuinus docet, suscipe à me hanc scripturam, & libenter examina, tuæque integritatis adiectiones & detractiones adhibens, tuis eam laboribus purga. Indubitanter enim quodcunque tibi placuerit, vtile legẽtibus clarúmque videbitur: nec quilibet reprehendet, quod tu probaueris. Procedit autem mea conscriptio à tertio Consulatu Crispi & Constantini Cæsarum vsque ad septimum decimum tuũ, visúmque est mihi bene se habere in nouem decisiones opus omne diuidere. Cõtinebit autem primus & secundus Tomus ea quę sub principe Constantino ecclesiæ prouenerunt. Tertius autem & quartus, ea quæ sub eius filiis. Quintus & sextus, quæ sub Iuliano consobrino filiorum maximi Constantini, & Iouiniano, necnon Valẽtiniano & Valente gesta noscuntur. Septimus autem & octauus nobis aperiet Tomus, quæ sub Gratiano & Valẽtiniano fratribus acta sunt vsque ad tempora imperij iucundissimi aui tui Theodosij, quando scilicet vester (clemẽtissime principum) sacratissimus pater Arcadius paterno succedens imperio, vnà cum piissimo patruo tuo Honorio Romanum orbẽ gubernare fortitus est. Nonum verò librum Christiano ac venerabili vestro apici dedicaui, quem Deus sempiternè custodiat magnanimitate inconuertibili hostibus præualentem, & habentem sub pedibus, vniuersos, & ad filiorum filios pium imperium dirigentem, annuente Christo, Cum quo Deo patri gloria, vnà cum sancto Spiritu in secula seculorum. Amen.

Tomi nouem operis s. Sozomeni non autem tripartitæ historiæ, quæ libr. 12. constat.

Cur gentiles facilius quàm Hebræi fidem Christi perceperint. Caput 2.

COgitatio aliquando mihi prouenit, cur putas aliis quidem hominibus velocior fuerit circa Domini verbum fides, Hebræis autem incredibilis, cum ab initio diuina mandata perceperint etiam de Christi præsentia, & quomodo hæc forent implenda, antequam fierent didicerint per Prophetas. Abraham etenim princeps eorum generis & circunctionis existens, inspector & conuiua filij Dei esse promeruit. Isaac eius filius, imitatione sacrificij honoratus est, typo crucis à patre vinctus & oblatus altari, sicut contigit & in Christi fieri passione, vt aiũt qui scripturas sacras integerrimè collegerunt. Iacob autem expectationem gentium in eo nũc existentem, necnon & tempus quo venit, prænunciauit, vbi ait tunc deficere duces Hebrẽorum ex genere Iudæ principis tribus eius. Significabat autem principatum Herodis, qui cum Idumæus esset genere paterno, Arabs autem à matre, commissa est ei gens Iudæorum à Senatu Romano & Cæsare simul Augusto. Sed quidam etiam aliorum Prophetarũ clarè Christi generationem prædicauerũt, & illum sacrum ineffabilémque conceptum, & matrem post partum virginem permanentem & genus & patriam: alij verò passionem, & resurrectionẽ à mortuis, & ascẽsionem in cælos, & euentum singularum præsignauerunt rerum. Sed hæc quidem eos nõ ignorasse scire poterit, qui sacris literis incũbit. Iosephus autem Mathatiæ filius atq; sacerdos, vir apud Iudæos nobilissimus, necnon & apud Romanos

Hebræi.

Abraham.

Gene. 18.

Isaac.

Gene. 22.

Iacob.

Gene 49.

Herodes.

Iosephus.

Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 6. Romanos, dignissimus erit testis de veritate Christi. Vocare nanque eum virum non audet, tanquam factorem insignium operũ magistrúmque sermonum veracium: Christum verò apertè nominat, & pœnæ crucis adiudicatum, & tertia die apparuisse viuum, & alia infinita miracula de eo à Prophetis sanctis non ignorat esse prædicta: sed etiam multos tunc extitisse, quos elegit Græcos atque Iudæos, & in eius permanere dilectione: atque gentem ab eo nominatam nequaquam defecisse testatur. Et mihi videtur quoniam hæc referẽs, quasi clamare videtur, operibus Deum esse Christum, rerũ quippe miraculis obstupescens. Cùm autem hoc dixisset, etiam ipse medius transcurrit, in nullo tamen contradicens credentibus in eum, potiusque consentiens. Hęc autem cogitanti mihi, dignè mirabile visum est, Hebræos etiam ante alios homines ad Christianitatem non potuisse conuerti. Nam licet Sibylla, & alia responsa apud Gentiles, ea quę in Christo erant ventura prædixerint, non tamẽ ob hoc omnes Græci de incredulitate culpandi sunt. *Græci.* Pauci nanque qui videbantur eruditiores, præcipuè huiusmodi prophetias intellexerunt pleruncq; metricas existentes, & diuersis verbis prolatas ad populum. Erat itaque, sicut mihi videtur, supernæ prouidentiæ, vt ad concordiam futurorum non solùm propriis prophetiæ ventura committerentur, sed etiam ex parte gentilibus: veluti si quis melodiæ compositor, propter vtilitatem peregrini soni alias chordas plectro discurrat, aut super eas quæ sunt, alias adiiciat. Hebræi siquidem pluribus & manifestioribus prophetis vtentes, in præsentia Christi minores sunt inuenti quàm Græci. *Gentiles.* Sed neque hoc extra rationem videbitur, cur ex aliis gentibus tantum ecclesia † crediderit. Primùm quidem, quoniam Deo gratum est, ex miraculis nasci mutationes in diuinis maximisque negotiis. Deinde quia nõ fortuitis virtutibus præsulũ eius ab initio † disperata reperitur esse religio. Nam licet linguam ad elocutionem aut pulchritudinem sermonis disertam non habuerint, neque verbis aut probationibus philosophicis vterentur, ad suadendum tamen non ob hoc minus studium fuit eis, sed exuti substantiis, & bona propria continentes atque nudati, & velut in aliis corporibus plurima pessimaque tormenta suscipientes, & neq; ciuitatum populis submissi, neque iudicum blãdimentis illecti, neque terroribus fortè deterriti, clarum fecerunt vniuersis, quoniam pro maximis præmiis huiusmodi certamina sustinerent. Quapropter neque suasione verborum opus erat, dum per domos & ciuitates ad credendum res ipsæ compellerent, quæ nequaquam primitus videbantur auditæ.

† al. creuerit.

† dissensata.

Quæ fuerit intentio Sozomeni historiam conscribendi, & ex quibus priorum gesta collegerit. Caput 3.

TAnta ergo diuina & mirabili mutatione in orbe facta, ita vt prior religio & leges patriæ spernerentur, crudele nimis erat Calydonium quidem aprum & Marathonium taurum, & alia similia per prouincias & ciuitates facta, aut fabulis diuulgata, tanto nobilitari studio, vt multi Græcorum, & probatissimi conscriptores circa talia laborassent, scribendi habentes ingenium: me verò vim meæ non inferre naturæ, & historiæ Ecclesiasticæ gesta enarrare. Reor enim quoniam argumento rei huius non ab hominibus instituto, conscriptor quoque inopinabiliter apparebit non inops Deo. Nullus sum etenim primo quidem hoc opus ab origine mũdi digerere: sed considerãs quoniam & alij id fecerunt vsque ad tempus suum, id est, Clemens & Egesippus viri sapientissimi, successionẽ sequentes Apostolorum, Aphricanusque conscriptor, & Eusebius cognomine Pamphili, vir in diuinis scripturis & Græcorum poẽtis atque Rhetoribus perscrutator eruditissimus: tunc ego quæcũque in ecclesiis contigerunt post Christi Ascensionem ad cœlos, vsque ad Licinij dejectionem colligens, redegi in duobus libris: nunc autem fauente Deo, quæ postea prouenerunt, aperire tentabo. Quocirca memorabo causas quibus interfui, & à scientibus aut contemplantibus eas audiui, tam in nostra quàm ante nostram generationem gestas. Cæterorum verò explanabo noti tiam ex legibus positis, caussa religionis, & ex Conciliis per tempora constitutis, ac nouitatibus factis, & imperialibus & sacerdotum epistolis, quarum aliæ hactenus in Palatiis ecclesiisque custodiuntur, aliæ verò passim apud diligentes inueniuntur. Quarundam rationem potius complecti, in hoc opere melius approbaui, propter magnitudinem lectionis, vt sensus earum breuiter indicetur, nisi fortè quędam venire possint in dubium, pro quibus est apud multos diuersa sententia. Tunc enim, si quamlibet scripturam inuenire potero, propter probationem veritatis eam ponere non omitto. Vt autem nullus ignoratione rerum accuset mendacem esse conscriptionem, contrarias legendo forsan epistolas, sciendum est quoniam occasione dogmatis Ariani, & eorum qui postea sunt exorti, discordantes inter alterutros Præsules ecclesiarum, singuli de quibus studebant suis consectatoribus scribebant, & per consilia congregati, decernebant quæ vellent, & sibi contraria sapientes, per absentiam se sæpè damnabant, & per tempora principes ac proceres eorum qua poterant virtute flectebant, & sibimet vnanimes faciebant, vt eorum consensu rectè colere putarentur. Alij siquidem istis, alij verò fauentes illis, collectionem fecerunt epistolarum pro hæresi propria directarum, & eas sibi contrarias reliquerunt. Porrò nobis difficilè valde fuit, vt inueniremus omnia quæ de talibus prouenerunt. Quia verò præcipua cura veritatis habenda est, propter historiæ puritatem, necessarium mihi visum est etiam literas huiusmodi, vt fuit possibile, perscrutari. Si igitur etiam seditiones ecclesiasticas inter alterutros gestas de præsulatu, vel honore primatus, propriæ hæreseos explanauero, non graue aut malæ voluntatis esse videatur. Primo nanque, vt dictum est, conscriptorẽ omnia decet veritati postponere, deinde dogma Ecclesię Catholicę veracissimè declarare. Quod scilicet inuenitur sæpè quidem aduersariorum insidiis impeditum, & tamen tanquam diuinitus roboratum in propria mansisse virtute, & vniuersas ecclesias & populos ad suam traxisse veri-

Clemens Alexandrinus. Egesippus Aphricanus. Eusebius Cæsariensis.

Acta conciliorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem. Quum itaque vellem (si tamen deceret) ea sola conscribere, quæ ad meam notitiam videbantur peruenisse de ecclesia in Romano imperio constituta, placuit tamen quantum valuero, vt etiam apud Persas & Barbaros quę sunt gesta de religione, conscribam. Non autem absurdum erit ab historia Ecclesiastica si in hoc opere etiã illi referantur, qui quondam patres ac præceptores fuerunt monachorum, aut qui post eos per successiones vsque visi sunt. sicut audiuimus, atque probauimus. Non enim aut nos ingrati videbimur, taciturnitati tradẽtes virtutem eorum: aut illi exortes erunt huius historiæ, qui tantæ philosophiæ exempla reliquerunt, quibus vtentes posteri, beatissimo & felicissimo fine potirentur. Sed hæc quidem sermo procedens, vt potuerit, obseruabit. Conuertar nunc ad narrationem rerum, cooperatorem inuocans Deum. Hinc enim habebit præsens scriptura principiũ.

A quo tempore historiæ fecerit initiũ. Et quomodo Constantino signum fit crucis ostensum, & qui imperatores & Cæsares per idem tempus fuerint.
Caput 4.

Syluester' Romæ, Alexander Alexandriæ, Macarius Hierosolymis. An. do. 322. Eustathius Antiochiæ.

CRispo & Constantino Cæsaribus atq; Cõsulibus, Romanæ quidem ecclesiæ Syluester præsidebat. Alexandrinæ autem Alexander, & Hierosolymorum Macarius. Antiochię verò, quæ est apud Orõtem fluuium, post Romanum nondum quisquam fuerat ordinatus, persecutionibus scilicet prohibentibus. Non longo post tempore, hi qui in Nicæa collecti sunt, sapientia & eloquiis admirantes Eustathium dignum approbauerũt sedi Apostolicæ præsidere, & quum esset episcopus vicinæ Berrhœæ, eum in Antiochiam transtulerunt. Tunc ergo Christiani Orientales quidem vsque ad terminos Ægypti circa Libyam commorantes, non præsumebant apertè in ecclesias conuenire, quum Licinius fauorem quem in eos habuerat, permutasset. Sed neque per Occidentem Helladici, vel Macedones & Illyrij licenter in religione durabant propter Constantinum, qui princeps erat in his partibus Romanorum. Huic enim viro & alia quidem plurima postea prouenisse percepimus, quibus flexus est Christianorum dogma venerari, præcipue tamen signum quod ei diuinitus est ostensum.

Licinius & Constantinus persequuntur Christianos.

Signum crucis Cõstantino ostensum. An. do. 315.

SOCRATES.

ET quoniam ad hæc venimus, paulò latius aliquid referamus. Quum Diocletianus & Maximianus Herculius priuatam elegissent vitam, & Maximinus Galerius, qui cum eis imperauerat, tenens Italiam duos Cæsares fecisset, Maximinum in Oriente, & Seuerum in Italia, tunc Constantinus in Britannia patre mortuo ordinatur imperator, primo anno cclxxj. Olympiadis, † xxvij. die Iulij mensis. Romæ verò à Prætorianis militibus Maxentius Maximiani Herculij filius instituitur imperator. Hinc eius pater imperandi cupidine voluit filium regno priuare, quod facere nequiuit. Post hæc autem Tarso Ciliciæ moritur. Porrò Seuerus Romam contra Maxentium veniens, militum proditione peremptus est. Maximinus autem Galerius instituens Licinium Augustum, moritur. Proinde Maxentius Romæ velut tyrannus habebatur, adulteria impudenter exercens, & earum viros occidens. Quem volens Constantinus opprimere, & Romanos à cladibus liberare, cogitabat quem in bello Deum haberet auxilio, sciens nihil prodesse deos quos Diocletianus venerabatur, & quia potius ei pater Paganorum contempta religione, feliciter adiuxisset.

Diocletianus & Maximianus Augg. Maximinus. An. do. 305.

† xxv. Maxentius. An. do. 312.

SOZOMENVS.

IN his ergo sollicitudinibus constitutus, in somnio vidit crucis signũ cœlo splẽdidè collocatum: mirantique visionem, adstiterunt angeli dicentes: O Constantine, in hoc vince. Ferrur autem & ipsum Christum apparuisse ei, signúmque monstrasse crucis, ac præcepisse vt figuram similem faceret, & in prœliis auxilium hoc haberet, quo victoriæ iura conquireret. Eusebius itaque Pamphili cum iureiurando ipso Imperatore dicente audisse se refert, quia circa meridiem, declinante iam sole, crucis signum ex lumine factũ, & scripturam confertam ei dicentẽ, In hoc vince, vidisset ipse & milites qui cum eo tunc essent. Pergente nanque aliquò cum exercitu per iter, hoc, inquit, ei miraculum est ostensum. Dumq; cogitaret quid esset, nox superuenit, & dormienti Christus apparuit cũ signo quod vidit in cœlo, iussitque vt fieret eius signi figuratio, quę foret auxilium in prœliorum congressionibus.

An. do. 315. Apparet Constantino Christus.

Quomodo Constantinus Christianum dogma cognouerit, & de miraculi tructu, & de morte Maxentij.
Caput 5.

CVmque iam non opus esset interprete, sed aperte imperatori monstratum fuisset, quid de Deo credere conueniret, mox die facta sacerdotes Christi conuocans, de dogmate consulebat. At illi sacros libros offerentes, de Christo loquebãtur, suáque dicta ex prophetis comprobabant. Signum verò quod apparuerat ei, dicebant trophæum esse victoriæ aduersus infernũ, quam victoriam ascendens in cœlos egit Christus, crucifixus & mortuus, & tertia die resurgens: secundum quod sperandum esse dixerunt, quia post huius vitæ terminum circa finem seculi præsentis, omnes homines resurgent & immortales existent: alij quidem ad præmia rerum quibus bene vixerunt: alij ad supplicia, eò quod ab eis mala sint gesta. Esse tamen etiam in delictis quæ committuntur hic, occasionem salutis purificationemque peccati: nondum initiatis quidem baptismatis adeptionem, secundum ecclesiasticam legem: initiatis autem custodiam ne delinquant. Sed quia hoc agere omnino paucorum sanctorumque virorum est, docebant quoque purificationem secundam ex pœnitentia cõstitutam, clementem enim esse Deum, & veniam tribuere delinquentibus, si pœnitentiam agentes, studeant eam operibus roborare. Hæc sacerdotibus explanantibus, admiratus imperator prophetias de Christo ita promissas, iussit viros eruditos ex auro & lapidibus preciosis in vexillũ crucis transformare signũ, quod Labarum vocant

Constantinus mysteria fidei edocetur.

pœnitentia.

Labarum.

cabatur. Hoc enim signum bellicũ inter alia pretiosius erat eo, quòd imperatorẽ præcederet, & adorari id à militibus moris esset. Vnde præcipuè Constantinum reor nobilissimũ decus imperij Romani in signũ mutasse crucis, vt frequẽti visione atque cura desuescerent à priori more subiecti, & cum solum arbitrarentur deũ, quem coleret imperator, vel quo duce atque auxiliatore vteretur aduersus hostes. Semper enim hoc signũ proponebatur ante ordines vniuersos, quod maximè laborantibus aciebus in prœliis adesse præcipiebat. Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarẽt: quorum opus erat, vt vicibus humeris id veherent, & omnes acies ita lustrarent. Fertur enim quidã eo quòd aliquando ferens hoc signum, repẽte hostibus inuadentibus expauisset, dedisse illud alteri deuehendum: cúmque se prœlio subtraxisset, & iacula declinasset, subito percussus interiit. Ille verò qui sacrum suscepit trophæum, multis se iaculantibus permansit illæsus. Mirabiliter enim diuina regente virtute, sagittæ hostium figebãtur in signo, à signifero autem inter pericula protinus euolabant. Dicitur autẽ neque alium vnquam huius signi ministrum, vt solet, in bello vulnere mortuum, aut cladem captiuitatis perpessum.

Signiferi.

SOCRATES.

COngressus ergo circa pontem † Miluium vicit, in flumine necato Maxentio. Erat enim annus septimus imperii Constantini. Inter hæc Diocletianus Salonæ defunctus est.

† Vuluium & Iluius põs An. do. 315

SOZOMENVS.

De derogatione Paganorum contra Constantinum.
CAPVT VI.

NOn autem ignoro quia Græci referunt Constantinum, eo quòd aliquos genere proximos occidisset, & cooperator extitisset in nece filii sui Crispi. pœnitentia ductum, de purificatione consuluisse Philosophum Sopatrum, qui tempore illo præerat in sede Plotini, illúmque respondisse, nullam esse in huiusmodi delictis purgationem. Constantinum verò hac interdictione turbatum, inuenisse episcopos qui pœnitentia seu baptismate promitterent eũ ab vniuerso posse purgari delicto: Tunc ganisum in illis qui dixerant quod volebat: admiratúmq; dogma, factum deinde Christianum, & ad sui sim ilitudinem deduxisse subiectos. Mihi autẽ videntur hæc ficta ab eis, qui studẽt religioni Christianæ detrahere. Chrispus etenim, propter quem dicunt Cõstantinum eguisse purgatione, vigesimo anno imperii paterni defunctus est. Qui cùm adhuc viueret, multas cũ eo pro Christianis posuit leges, secundo quippe loco honoratus imperii & Cæsar existens, sicut etiam nũc principum nomina & tẽpora legibus subiecta restantur. Sopatrum verò non est credibile ad colloquium Constantini venire potuisse, in sola Oceani circa rhenũ parte regnantis: propter intentionem verò contra Maxentium habitam degebat. In Italia tunc Romana respub. turbabatur, & non erat facilè vt Britanni & Galli conuenirent cum illis tunc apud quos constat Christiana religione Constantinum participatum, nisi dum contra Maxentium castrametaretur, & transiret ad Romam: Testes autem, sunt rursus horum tempora, nec nõ & leges quas pro religione sanxit. vt autem concedamus facilè potuisse principẽ loqui Sopatro, aut per epistolã suam consuluisse pro quibus vellet, nõ est tamen verisimile ignorasse Philosophũ, quia Hercules Alcmenæ purgatus Athenis est post filii necem in Cereris sacris: & quia post Iphiti necem, peregrinum & amicum iniustè peremit. Quũ igitur Græci in huiusmodi delictis purgationes annuntient, sufficiant quæ dicta sunt, vt accusent de mendacio eos, qui Sopatrum contraria Constantino respondisse finxerunt. Non enim credo hæc ignorasse tunc nobilissimũ apud Græcos eruditione literarum.

An. do. 316 Crispus Cõstantini f.

An. do. 329 Cõstantinus Cæs. degebat in Gallia circa Rhenum.

De legibus quas Constantinus pro Christianis protulit, & de mutatione rituum Paganorum, Christianorúmque profectu. Et de victoria eius, & de veneratione sanctæ religionis.
Caput 7.

IGitur ecclesiæ sub regimine Constantini alacriter agebant, & indies augebantur (fauente & vnanime principe) multis eius beneficiis elevatæ, quas etiã prius incõcussas dominus à periculis turbisq; seruauit. Nam cùm persecutiones diuersas ecclesiæ in alio terrarum orbe paterentur, solus Constantinus Constantini pater licẽter Christianis in sua consistere religione concessit. Denique tale aliquod eum miraculum & memoria dignũ egisse cognoui. Is enim probare volẽs quosdam in suo Palatio Christianos, si boni & solidi essent viri, euocans vniuersos præcepit dicens, vt si quidem venirent ad sacrificandum; & eius colerent deos, circa eũ essent, & in † suo cingulo permanerent. Si verò refugerent, egrederentur de Palatio gratias agentes quo minimè punirentur. Quúmque in vtroq; apparuissent, alii quidem religionis desertores, alii verò diuina præsentibus præponentes, deliberauit eis amicis & consiliariis vti, qui in melioribus fideles constantésque permanserant. Alios autem velut effœminatos auersatus, expulit à suo colloquio, credens nunquam eos circa principem deuotos fore, qui fuerint Dei sui sic parantissimi prodirores. Et ideo adhuc superstite Constãtio nõ videbatur contra legẽ quẽpiã esse Christianũ, apud eos qui vltra Italiã Galliásque & Britanniam, & qui circa Pyrenæum habitabant montem vsque ad Oceanum Hesperiũ. Quum verò Constantinus in eius succesisset imperium, † potiores ecclesiæ efflouerunt. Maxentio enim Herculii filio perẽpto, cùm eius pars Cõstantino cessisset, iam licenter in religione vigebãt, qui circa Tiberim fluuium & Eridanum (quẽ Padum prouinciales appellant) commorabantur, & qui circa Aquilam commanebant, in quem locum sermo fertur aduectam nauigio Argo, & ad Tyrrhenum pelagus fuisse perductam. Argonautæ enim ventum validum declinantes, nõ eodem nauigio in regressione sunt vsi, sed transeuntes mare quod super Scythas est, per hæc flumina venerunt ad terminos Italorum, & hic hyemantes, condiderunt ciuitatẽ quæ nuncupatur Æmona. Æstate verò superueniente, cooperantibus eis prouin-

† sua dignitate.

Constantij consilium de explorãda Christianorum constantia.

Cingulum militare.

† potius res.

Argonautæ.

cialibus fere quadringenta stadia arte mechanica E
trahẽtes. Argo per terram ad fluuiũ Aquilam de-
duxerunt, qui permiscetur Eridano. Eridanus au-
tem fauces habet in Italicum mare. Post prælium
itaque, Cibalæ, Dardanii, & Macedones, & qui cir
ca Histrum tunc morabantur, nec nõ & Hellas &
Illyriotũ gens omnis sub Cõstantinũ redacta est.

Quomodo Licinius fugatus & Christianos fuerit persecutus, & nouissime victus.

CAPVT VIII.

POrrò Licinius hinc fugatus, cùm prius sectator fuisset dogmatis Christiani, mutata volũ-
An. domini. 320. Licinius Cæsar aduersus christianos. tate, plurimos quidem & aliorum, precipuè tamen de collegio militari. Nimis enim Christianis erat infensus propter Cõstantini bellum, æstimans eũ posse contristari propter calamitatẽ suæ religionis. Simul etiam arbitratus, quia orarent & studerent redigi sub illius solius imperio. Super hæc autem pugnaturus denuò contra Constantinũ, spem victoriæ habebat per diuinationes & sacrificia, & seductus ab aliquibus promittentibus, quia bello vinceret Constantinum, in paganitatem conuersus est. Denique etiam Græci dicũt tunc eum expertum diuinationem apud Miletum Didymęi Apollinis, eique cõsulenti de bello, respondisse demonium per hos Homeri versus:

An. domini. 325.

Ω γερον ἢ μαλα δηρὸν ὑποὶ τρέσι μαχητὴ
Σὴ δὲ βίη λύετ᾽ ἀλεγεὸν δὲ σὶ γήραος ἅπτεται.

Ose nex, valde te iuuenes domant pugnaces
Tuáq; vis soluta est, sæuáque te senectus impellit

Ex plurimis ergo rebus visum mihi est dogma christianorum diuina prouidentia constitisse, tantóque processisse cremẽto, maximè tamẽ ex persecutione Gentilium. Futuro nanq; Licinio persequi ecclesias in suo imperio constitutas, bellum in Bithynia factum est, quo nouissimè pugnauerunt inter alterutros ipse & Constantinus. Tantóque diuino suffragio adiutus est Constantinus, vt per terram & per mare vinceret inimicos: & amissis Licinius pedestribus & naualibus, semetipsum in Nicomedia traderet, priuatúsque Thessalonicæ aliquanto tempore permaneret, ibíque perimeretur. Vir ergo primordiis imperii sui, præliis, aliísque rebus valde profectus, & sororis Cõstantini nuptiis honoratus, huiusmodi fine defunctus est.

Licinius privatur. Anno domini 326.

De diuersis confessoribus, eorúmque conuersatione.

CAPVT IX.

COnstantinus igitur cùm ad eum solum omne Romanorum peruenisset imperium, e-
Commẽdat Cõstantinus religionem christianã. dictis publicis vsus est, vt Orientales subiecti impauidè religionem colerent Christi, & diligenter diuinitati ministrarent. Diuinitatem quippe solã eam crederent, quæ & reuera esset & sufficienter haberet omni tempore potestatem: & quoniam qui talibus studerẽt, omnia bona vbertimè eis accederent: & quæcunque aduersa putarent, cũ meliori potius spe fruerentur: qui verò circa Deum delinquerent, communiter & seorsum in bellis & in pace, omnia eis difficilia prouenirent. Gratiásque referens non sibimet arrogans, adiecit in eam legem dicens: quia ministrum opportunum eum habere dignatus fuerit Deus sui consilii, & à Britannico mari vsque ad loca orientis adduxerit eum, quatenus augeretur christiana religio, & qui propter Dei culturam durabiliter permanserunt in cõfessionibus martyrij, clariores eius honoribus apparerent. Hæc igitur concionatus, & alia multa dicens, per quæ credebat subiectos ad cultum religionis adducere, infirma esse sanciuit, quæ cõtra religionẽ fuerant cogitata vel gesta sub persecutoribus ecclesiarũ, remissionémque cunctos habere decreuit, qui propter confessionem Christi migrare in insulas, aut alibi præter voluntatem propriã commorari iussi sunt, aut in metallis affligi, aut publicis operibus, aut muliebribus aut lanificiis ministrare, aut dari curiis, quũ curiales primitus nõ fuissent. Eos autem quos infames illi fecerant, ab infamia relaxauit. Militia verò priuatos, in sua voluntate reliquit, vtrum esse in schemate quo fuerant, an certè cum honorabili quiete liberam vellent habere vacationem. Cúmque F omnes ad priorem libertatem & consuetos honores reuocasset, etiã substantias † reformauit vniuersis. Si qui verò morte damnati, substantia quoque nudati sunt, præcepit proximis generi eorum deferendas hæreditates: nullo autem horum existente, vnamquãque prouincialem ecclesiam ad ius hæreditatis accedere: & siue apud priuatum siue apud publicum de tali substantia esset aliquid, restitueret. Eis autẽ qui ex ærario publico aliquid comparauerant, aut donationes acceperant, secũdum possibilem decentémque modum se prouidere promisit. Hæc igitur, sicuti dictum est imperatori placuerunt, & lege firmata sunt, insignitéque omnia decenti fine completa. Christiani verò tunc omnes Romanorum dignitates administrabant: & de cætero cunctis sacrificare negabatur, immolationibúsque aut diuinationibus non erat locus. Sed nec idola dedicare, aut celebritates paganas agere iam licebat. Plura verò etiã per ciuitates gentium, de antiqua cõsuetudine mutabantur. Ab illo denique tempore apud Ægyptios nequaquam secundum priores solennitates in paganorum templa Cubitus, sed in ecclesias magis G offertur, quo significatur crementum aquæ Nilia cæ. Apud Romanos autem tunc primum gladiatorũ spectacula sunt remota. Apud Phœnices verò, qui in Libano & Heliopoli cõmorantur, phas vlterius non fuit virgines fornicari, antequam legitimis iungerentur viris, nempe post turpitudinem experimenti primi nephandæ permixtionis. Sanctæ verò domus, quæ quidem magnitudinem videbantur habere sufficientem, corrigebantur. Aliæ verò cremento altitudinis & latitudinis augebantur. Alibi autem quum non essent, à fundamentis ædificatæ fulgebant: Pecunias verò ex regiis thesauris imperator affluentius impendebat, scribens per singulas ciuitates episcopis atq; præsidibus populorum, vt sacerdotes sicuti vellẽt iuberent, isti autem iubentibus obedirent, quatenus citò perficeretur opus. Lætanti siquidem eius imperio, etiam religio valde florebat, et in tantum etiam post bellum cõtra Licinium gestum felicissimus fuit in præliis aduersus alienigenas præparatis vt etiã Sarmatas vinceret, & qui vocantur Gothi, tunc nouissimè causa gratiæ apud eum fœdera

Exulantes christiani reuocãtur.

Christiani honorificentissime habentur.

† *restituit.*

Cubitus.

Templa Christianorum.

Sarmatæ. Gothi.

celebrarent. Hęc autem gens habitabat quidem A
tunc trans flumen Histrum. Cúmque esset in bellis prona, & multitudine atque magnitudine corporum armis semper exercitata, aliis quidem barbaris prævalebat, solos autem Romanos habebat sibimet repugnates. Fertur enim etiã & hoc prælio demonstratũ Constantino per signa vel somnia, quanta Dei prouidentia regeretur. Qui cũ superasset omnia bella quæ sub eo sunt gesta, veluti repensans Christo, in eius religionis studio magis magísque feruebat, hanc solam veram fatendam,
An. dc. 333. & salutarem existimare subiectos iubens. Ex terra verò subdita sibi, ex vnaquaque ciuitate detrahẽs publico, certum vectigal ecclesiis prouincialibus cleróque distribuit, & donationẽ validam in perpetuum esse sanciuit. Assuescens autem milites, vt, sicut ipse, Deum colerent, signo crucis eorum arma signabat. In regalibus quoque oratoriũ fabricatus, etiam tabernaculum ad instar ecclesiæ circũferebat, dum aduersus hostes castra metaretur, quatenus nec in itinere degens vel ipse vel exercitus sacro lumine priuarentur, quo deceret lauda B re Deum & orationes offerri. Sequebantur autem pariter sacerdotes & diaconi tabernaculo seruientes, qui secundum legem ecclesiasticam sacrorum ordines adimplebant. Ex illo autem Romanorum cohortes, quæ nunc Numeri nuncupantur, singulæ fecerunt tabernaculum proprium & sacerdotesa tque diaconos distributos habebant. Die verò qui dominicus vocatur, quem Hebræi primum vocant, Græci autem soli distribuunt, & qui ante septimum est, sanciuit à iudiciis aliisq; causis vniuersos habere vacationem. & in eo tantùm orationibus occupari. Honorabat autẽ dominicum diẽ, quia in eo Christus resurrexit à mortuis: alium verò, quia in eo fuerat crucifixus. Maximam nanque culturam sacratissimæ crucis habebat. tam pro iis quæ ei prosperè prouenerant eius auxilio, in prę-
Supplicium crucis sublatum. liis contra aduersarios institutis, quàm pro indicio quod ei diuinitus pro ea videbatur ostensum. Denique supplicium crucis quod primitus apud Romanos erat in vsu, lege prohibuit. In figurationibus autem Solidorum & in imaginibus, hoc signum iussit inscribi semper & figurari: vt testantur hactenus eius imagines hoc schemate decoC ratæ. In omnibus siquidem rebus, præcipuè tamen in legislationibus studebat placare diuinitatem.
Symbolum crucis in nummis. Apparet enim luxuriosas & valde fatuas permixtiones ante eum non prohibitas, tunc fuisse correctas, sicut ex ipsis quas posuit legibus inuenitur.
Multa cœlibatus remissa. Sed nunc quæ ad honorem & statum religionis ab eo sancita sunt, pandere necessarium est, cùm partes esse ecclesiasticę videantur historiæ. Apud Romanos dudum fuit lex, à xxv anno non habentes vxores prohibens à priuilegiis habentium coniuges, sed & alia multa iubens vt nihil de testamento lucrarentur, licet generis proximitate consisterent: qui verò filios non habuissent, medietatem relictorum sibimet amittebant. Posuerũt autem has leges antiqui, volentes Romam esse populosam, omnémque subiectam terram. & quia non multum ante has leges plurimos in ciuilibus bellis amiserant. Videns igitur Imperator idcirco malè tractari eos, qui propter Deum virginitati & sine liberis esse studebant, fatuum iudicauit diligentia & studio hominum videri eorum augeri genus, cum natura semper superna distributione diminutionem suscipiat & augmentum. Et legẽ populo proposuit vniuerso, quatenus æqualibus priuilegiis fruerentur, qui sine coniugibus & liberis erant, quibus illi qui hæc se habere gaudebant. Sed etiam amplius habere sanciuit eos, qui in continentiæ virginitate degebant, licentiam eis præbens masculis fœminísque licet ætate minoribus, testamentum facere contra communem legẽ. Omnes enim bene cogitare iudicauit quorum opus esset Deum placare semper, & Philosophiæ veraci vacarẽ. Huius enim rei causa & antiqui Romanorum licenter testari virgines Vestales etiam sexto ætatis cutriculo decreuerunt. Indicium iraque maximum reuerentiæ pij principis circa religionem fuit, quia vbique administrantiũ sententias imperfectas esse voluit, & ad episcopos per appellationem refugiendũ esse sanciuit, si qui vellent ciuiles iudices refutare: firmam verò illorum iudicans sententiam potiorémque iudicum aliorum & tanquam ab Imperatore prolatam, ab omnibus obseruandam, & inconuertibiles esse terminos synodales. Illud quoque nos relinquere dignum non est, quod pro vtilitate sancitum est eorum qui in ecclesiis manumittuntur. Cùm propter suorũ hilaritatem legum etiam inuiti possessores difficultatem paterentur circa dationem melioris libertatis, quam ciuilitatem Romanam vocant tres posuit leges, decernens omnes in ecclesiis manumissos sub testimonio sacerdotum per hanc piam adinuentionem Romana ciuilitate frui cuius iudicium præsens etiam tempus seruat.
Libertas sub testimonio sacerdotum conferebatur. Nam moris erat de libertate leges scriptas in manumissionibus anteponi. Constantinus igitur hæc sane studens in omnibus honorare religionem. Erat quippe & per semetipsam gloriosa propter virtutem plurimorum tunc in ea pollentium.

Calibibus licet cõdere testamẽtum

Ad episcopos prouocare permisit.

De Spyridione episcopo, qui fures ligatos absoluit.

CAPVT X.

ITaque persecutionibus iam cessantibus adhuc multi cõfessorũ superstites, ecclesias ornabant, vt fuit Osius Cordubæ pontifex, & Amphiõ Epiphaniæ Ciliciæ, Maximus qui post Macarium Hierosolymorum tenuit Præsulatum, & Paphnutius Egyptius, per quẽ antea plurima miracula operatum Deum, dæmonésq; subiecisse, variarumque passionum condonasse ei sanitates. Fuerunt autem Paphnutius & Maximus ex illis confessoribus quos Maximianus Imperator in metallis opera exercere damnauit, oculos eorum dextros euellens, & sinistros suas incidens. Secundum eos autem fuisse percepimus Spyridionem Tremithuntis Cypriorum episcopum, ad cuius virtutem demonstrandam sufficere puto, quæ hactenus de eo seruatur opinio. Quanta per eum diuino presidio gesta sint, plura quidẽ nouere prouinciales, ego autem quæ ad nos valuerunt peruenire non tacebo. Fuit enim iste rusticus habens vxorem & filios, sed non propterea in rebus diuinis minor. Aiunt autem aliquando per noctem venisse malignos viros ad caulas ouium eius, & cum rapere niterentur, subitò vinctos nullo ligante fores. Tunc illum die facta venientem inuenisse ligatos eos, & soluisse quidem ab inuisibilibus

Osius Amphion Maximus Paphnutius.

Spyridion.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinculis culpasse ramen & dixisse: Cur fratres dū A licuisset quæ desiderabatis accipere, elegistis potius ea rapere, & noctem ducere iugiter infelicē? Tum militarius eorum, magis autem ad meliora eos erudiens, ait. Abite hinc, sumentes aretem. labostis quippe vigiliis, & decet vos sine querimoniis recedere ab omnibus meis. Quod quidem quilibet iuste poterit admirari. Nihilominus etiā illud mirandum. Apud hliam eius virginē Irenem nomine quidam notus eius † speciem aliquam deposuerat: quæ sumens depositum, sub terra recondidit, vbi caute credidit custodiri. Contigit interea mori puellam nihil confessam patri. Venit homo depositū repetens, ignorāte Spyridione quid loqueretur. Cúmq; in tota domo requisisset, nec inueniret, flebat, capillósque vellebat, & morti vicinus esse videbatur ille qui deposuerat. Hęc Spyridion fieri vidēs, & cursim veniens ad sepulchrū, vocauit nomine puellam. Qua respondente, de caussa depositi requisiuit. Et dum ab ea didicisset, reuersus & inuenīēs vbi puella significaeuerat, reddidit homini quod petebat. Quoniam quidem ad hunc veni sermonem, non est incógruum etiam istud adiicere. Mos erat Spyridioni isti ex fructibus qui nascebantur ei, alios quidem pauperibus erogare, alios autē gratis mutuari volentibus. Sed neque per se dabat, neq; per se recipiebat, sed solūm cubiculum demonstrabat, inuitans petentes, vt quantum opus haberent tollerent, & denuò † reuocarent quantū se nouerant abstulisse. Quidam verò dum munum recepisset, reuersus est post aliquantum quod tulerat redditurus. Quem dum secundū cōsuetudinem iussisset reponere in cubiculo quod fuerat exinde mutuatus, ad iniustiam ille conuersus & credens latere Spyridionē, non reddidit quod debebat, sed auferēs debitum quasi reddidisset abscessit. Quod tamen lōgo tempore non erat ignorandum. Post certum nanque tempus venit, rursum petens ab eo mutuum. At ille misit eum ad horreum, data potestate vt ipse sibi metiretur quantum opus haberet. vacuum verò eundem locum inueniens, & hoc oculata fide cognoscens Spyridioni nuntiauit. Ille respondit ei. Mirum est ō homo quod loqueris. Quomodo C tibi soli visum est horreum necessarius defecisse? Sed consydera potius apud temētipsum, ne fortè mutuatus alia vice quod debueras primitus non soluēris. Si enim hoc non est, indubitanter nō priuaberis quibus eges, sed rursum accedens inuenies. Sic igitur ille captus, quod ei deliquerat indicauit. Dignum est igitur huius sacratissimi viri mirari puritatem, & ecclesiastici ordinis valde custodiam. Dicitur itaque quodam tempore pro aliqua vtilitate in vnum Cyprios episcopos conuenisse, & inter eos fuisse hunc Spyridionem, & Triphyllium Ledrensem episcopum, virum eloquio & sapientia, necnon Beryto legibus eruditum. Cū itaque collecta celebraretur, iniunctum est Triphyllio vt faceret sermonem in populo. Cúmque ille locus venisset ad medium, tolle lectū tuum & ambula, cubile dixit pro lecto mutans nomen. Spyridion autem indignatus in eum, & exiliens de cathedra sacerdotali: Tu melior es, inquit, eo qui lectum dixit, quia eius verbis vti confunderis? Hoc autem fecit populo consp iciente, mediocritatem docens eum qui eloquij supercilio prætumebat.

† aliquid

Triphillius.

Collectā vocat conuentum christianorum.

Erat enim idoneus ad pudorem incutiēdum: quum esset venerandus & operibus gloriosus, simúlque senex æuo atque sacerdotis officio. Qualis autem circa peregrinorum susceptiones fuerit, hinc apparet. Iustante iam quadragesima, quidam exitinere venit ad eum, quibus diebus consueuerat cū suis cōtinuare ieiunia, & die certo comedere, medios dies sine cibo consistens. Videns itaque peregrinum valde defectum: Perge (inquit suæ filiæ) laua peregrini pedes, & cibos appone. Cúmque virgo dixisset, nec panem esse nec ἄλφιτα (quarū rerum solebat nihil habere reconditum propter ieiunium) orans primum veniámque petens, filiæ iussit vt porcinas carnes quas domi salitas habebat, coqueret. Quibus coctis, sedēs cum peregrino positis carnibus comedebat, & rogabat vt vnà cum eo ederet peregrinus. Quo refutante, Christianúmq; se profitente: Propterea magis, inquit, debes. refutare nō debes. Omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus edocuit. Hæc quidem de Spyridione dicta sufficiant.

Spyridion comedit carnes porcinas in quadragesima. Hoc est farinas.

Christiani hominū lis.

officium monachorum.

B

De diuersis monachis, & eorum institutione. CAPVT XI.

PRæcipuè verò insignissimam ecclesiam demonstrauerunt, & dogma dilatauerunt vitæ virtutibus, qui cōuersatione monachica illo tempore fluebantur. vtilissima nanque res ad homines venit à Deo ista philolophia, quæ multarū doctrinarum & dialecticæ artis studia despicit, tanq̄ sit minuta & melioris operis tempus impediat, atque ad recte viuendum nihil ostendat. Hæc ergo Philosophia cōuersatione miranda, naturali simplicíque prudēcia docet omnino quæ nequitiam perimant, & operentur vtilia. Nō enim prædicat virtutē, sed magis exercet, nihili pendens humanam gloriam, vtilitérque resistens passionibus animæ, & neque naturæ necessitatibus se subdit, nec corporis infirmitati succumbit. Diuinæ virtutis mentem habens, semper contemplatur omniū creatorem, & eum nocte diéque colens, orationibus & lætaniis placat indubitanter. Animæ verò C puritate & bonorum actuum cōuersatione ad ministeria se diuina componens, purgationes aspersionésque cōtemnens, solas verò pollutiones peccata putans, extrinsecus irruentes casus exuperat, & omnium absolutè huiusmodi dominatur. Non per stabilitatē necessitatémque vitæ qualibet voluntate mutatur: non mala patiens vlciscitur: non langnore aut indigentia necessariorum compressa mordetur, sed potius gloriatur in talibus. patientiam, mansuetudinem, mediocritatē, in omni vita meditatur, & quantum naturæ humanæ possibile est, Deo esse vicinum: veluti in transitu vtens præsentibus, neque circa possessionem rerum occupata, constringitur, neque vltra quàm opus est in præsenti prouidere forsan vrgetur. Semper autem simpliciratē & exercitium huius instructionis laudans, beatitudinem contemplatur æternam & ad fœlicem terminum omni viuacitate festinat. Timore diuino sine intermissione suspirans, turpilo quia respuens, & nec vsque ad vocē emittere patiens, quorum actiones suis actibus noscitur exoluere. In breui comprehendens necessaria naturæ, & cogens corpus mediocribus indigere, castitati

Monachorū hoc est, eremitarum philosophia Dialectica.

tati luxuriā subditiustitia punit iniustitiā, & veritate mēdacium. Disciplina rerum ommū mensuras participatur: cū proximis in vnanimitate & communione consistit: amicorū prouida est atque peregrinorum quæ propria sunt, cōmunia facit egentium, & tuetur vtilia singulorum: neq; gaudentibus importuna, & tribulatis remedium consolationis apponens. Ad verū bonū diligentiam suā semper extēdens, sermonibus castis sapientibusq; cōsiliis, ornatu ac vano eloquio remotis, eruditēs, atque curās veluti quibusdā medicaminibus audientes, cū honore & reuerentia dispositiones suas celebrans, cōtentione, certaminibus, iraq; priuata Nā cùm sit rationalis, omnem motum irrationalē fugit, generaliter passiones corporis deuincit & animæ. Huius itaque elegantissimę philosophię princeps quidē fuit, sicuti quidam dicunt, Helias propheta, & Baptista Ioannes. Philo autē Pythagoricus suis temporibus refert vndique egregios Hebræorū in quodam prædio circa stagnum Mariā in colle posito philosophatos. Habitaculū verò eorum & cibos & conuersationem talem introducit, qualē & nos nūc apud Ægyptiorū monachos esse cōspicimus. Scribit enim inchoātes eos ad philosophiā, cedere omnibus sibi cōpetentibus rebus, cunctisq; abrenūtiare permixtionibus, & extra muros in solitariis agris & hortis inhabitare. Domos autē eis esse sacraria, quæ apud nos monasteria nuncupantur: & in eis cōuersatione solitaria honesta celebrare mysteria, diligenterq; psalmis & hymnis placare diuinitatem: & ante solis occasum non gustare cibum, alios autē per tres dies & amplius: certisque diebus in pauimento habere cubilia, vino semper & sanguinē habentibus abstinere, cibum eum esse panis, & salis, & C hyssopi, & potū aquæ: Mulieres eis cohabitare, seniores virgines propter amorem philosophiæ spontanea voluntate nuptiis abstinentes. Et Philo quidem hoc modo referens, videtur aperire. quia hi qui ex Hebræis secūdum eum Christiani sunt facti, adhuc Iudaicæ viuerent, eorúmque constitutiones seruarent. Apud alios enim non inuenitur huius vitæ conuersario. Vnde cōiicio ex illo apud Ægyptios hanc philosophiam habuisse principia. Alij verò dicunt huic causam fuisse cōuersationi persequutiones, quæ religionis caussa per tempora prouenerunt. Et quoniā fugientes in montibus & vallibus desertisque morabantur, admodū se vitæ huius assuefecerunt. Sed siue Ægyptij siue alij quidam huic ab initio philosophiæ præfuerunt, illud tamen apud omD nes constat, quia ad summam reuerētiam atque perfectionem, moribus exercitationibúsque decentibus, hanc conuersationem vsque perduxit Antonius maximus monachorum, quem tunc in desertis Ægypti morantem propter gloriam virtutis eius, Imperator Constantinus amicum fecerat, literis honorabat, & vt pro quibus vellet ei referiberet, expetebat. Fuit autem iste vir Ægyptius genere, ortus insigni vico in loco Heraclæ apud Ægyptios constituto. Is puer relictus orphanus, paternos donauit agros conuicaneis suis: aliam verò substantiam disponens, pretium pauperibus erogauit, studiosū existimans philosophi, non solùm semetipsum spoliare pecuniis, sed eas dispensare proficuè. Iun-

Philo Hebræus.

mystica.

Caussa secessus.

Antonius monachus. An. do. 334.

ctus autem studiosis secundum se viris, virtutes zelabatur vniuersorum, probans bonam vitam suauem fieri ipsa consuetudine, licet fuerit primo difficilis. Modos adinueniebat abstinentiæ potioris, & quotidie exercitatione crescebat. Tanquam semper incipiens aliquid innouabat, afflictionibus corporis puniendo libidinem, sacræ verò sapientiæ voluntate passionibus animæ repugnando. Erat enim eius esca solus panis & sal, potus aqua, prandíque tempus solis occasus. Frequenter enim duos & amplius dies sine cibo manebat. Vigilabat (vt ita dicatur) semper quidem iugi nocte, & orationibus continebat quidem diem: si verò somnus incumberet, stando paulnlum dormiebat, plerumque pauimento iacens, solámque terram stratum refectionis habens: olei siquidem vnctionem, lauacrorum aquæ similium vsum modis omnibus euitabat, quia humectatione sua in mollitiem robur corporis immutarent. Aiunt enim neque nudum eum aliquando visum. Literas verò neque sciebat, neque mirabatur, sed potius mentem bonam tanquam antiquiorem literis: quarum tamen inuentorem iure laudabat. Fuit autem præcipuè clementissimus, castus, fortis, gratus colloquentibus, sinevlla tristitia. Et licet qui cum illo disputarent, certatiuè quæstiones inferrent, tamen more solito sapienter & disciplinabiliter crescentem sedabat sæpe contentionem, & ad mensuram debitam protinus transferebat: loquentiúmque sibi strepitum temperabat, eorúmque mores veluti quadam regula componebat. Tantis itaque virtutibus diuinæ prouidentiæ redundans, se futura præscire non æstimabat esse virtutem: & proprerea nec laborandum inaniter circa talia suadebat, quando nec ignorantem futura pœnæ succumbere, nec scientem propterea sanctum esse declarabat. Veram namque beatitudinem, in cultura Dei & legum eius obseruatione dicebat. Si cui autem hæc esset cura, docebat vt purgaret animam quo posset inspicere, & futurorum notitiam possidere, Deo videlicet præscientiam declarante. Vacare autem nec ipse patiebatur, & bene victurum semper operari præcipiebat: ac semetipsum discutere, & secum ponere rationem eorum quæ gessit die noctúque: si quid autem indecens ageret, conscriberet, vt de cætero parceret in delicto semetipsum scilicet erubescens, si plurima sui delicta comperisset: simul etiam metuens, ne per conscriptionis indicium fieret aliis manifestus. Erat enim laboriosus & maximus pro † solatiis oppressorum. Quis etenim alter sic feruentissimè fuit studiosus, quorum gratia sæpe veniebat ad ciuitates? Plurimi nanque vi compellente cogebant eū legatione fungi apud iudices & magistratus, quorum singuli vel videre eum iudicabant nimis egregium, loquentē audire & præcipienti parere glorioſum. Qui cùm talis esset, studebat tamen ignorari & latere per eremum. Si verò necessitate faciente venisset in ciuitatem, dispositio negotio pro quo venerat, ad desertum continuò reuertebatur. Pisces nanque dicebat per humectam nutriri substantiam, Monachis autem ornatum ferre solitariam vitam. Et sicut illi terræ tactu tabescunt, sic gloria monachorum ad vrbes acce-

† consolatis.

Monachi ne vagentur per vrbes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendo fœdatur. Obedienteinverò se gratumque E
conspicientibus exhibebat: Studebátque vt neq; habereat tumentē superbiámq; naturam, nec putaretue eiusmodi, Sed hæc quidem pauca virtutū Antonij dicere sum cōpulsus, vt tāti viri per hæc exempla cōsideremus philosophiam. Plurimos sanē atq; probatissimos habuit auditores, quorum alij quidem in Ægypto & Lybia, alij verò in Palæstina & Syria & Arabia claruerunt, & vnusquisque eorum non minus se quàm doctor, apud quos est commoratus, exercuit, multosq; docuit, & ad similem virtutem philosophiámq; perduxit: ita vt quorundā hic labor esset circumire per ciuitates & prouincias, vel per agros, & diligenter Antonij discipulos eorumque requirere successores, Sed quomodo poterant inuenirt facilè, quibus erat studium diligentissimum sua vita latere, & non sicut plurimi nunc hominum clari per gloriam, semetipsos † expromunt & cunctis insinuant? Fuerunt itaque probatissimi discipuli, quos percepimus Antonij, alij quidem multi, necnon & Paulus appellatione simplex. Hunc aiunt cùm rusticus esset, bona specie coniugem habuisse, & ea in ipso facinore adulterij deprehensa, tacitè subrisisse, & iureiurando firmasse nunquam se cum ea esse miscendum. Tū ad adulterum: Habe inquit, eam. Et repente discessit ad eremum ad Antonium. Dicunt enim eū mansuetissimum & patientem valde fuisse. Denique cùm iam senex esset ad virā monachicæ perdurationis influetu, omnibus eum Antonius experimentis exercens, in nullo inuenit inferiorē, perfectæq; eum philosophiæ esse testatus, seorsum præcepit habitare, tanquam non egentem doctore. Confirmabat autem Deus Antonij testimonium & operibus ostendebat virum esse G
gloriosum, ipsóque doctore superiorem, atque ad affligendos & expellendos dæmones præparatum. Circa hoc itaque tempus philosophabatur & Ammon Ægyptius, de quo sermo fertur, quia cogentibus parentibus duxisset vxorē, nec tamen eam tuisset expertus. In principio nanque nuptiarum sponsam tanquā sponsus in thalamo percipiens, & solus cū ea remanens, ait: Nuptiæ quidē (ô mulier) nostræ vsque ad hoc celebratæ sunt tempus. Et quale bonum sit posse virginem permanere, & sacris edocebat literis, ac seorsum solus manere tentabat. Sed quoniā de virginitate quidem sermones virgo laudauerat, diuidi autem ab eo graue iudicabat, in alio cubiculo dormiens, annis decem & octo cum ea mansit, neque tunc à monachica abstinentia se suspendēs. Interea mulier viri zelata virtutem, æstimauit nō H
esse iustum tantum virum domi exlari propter se, sed oportere potius seorsum vtrunque philosophari, & ob hoc supplicauit viro. At ille gratias agens Deo pro huiusmodi cogitatione mulieris: Tu quidem, inquit, hāc habe domum, ego mihi aliam fabricabo. Et in meridianam partem deserti stagni Marię veniēs circa locum † Schyti ad mōtem qui dicitur Nitriæ, duobus & viginti annis ibi philosophatus est, annis singulis vilitās secundo mulierem. Huius itaq; sacratissimi principis horum monasteriorum, multi fuerunt digniq; discipuli, sicut successiones ostendunt: plurimáque & venerāda per eum prouenerunt, quæ precipuè apud Ægyptios monachos perfecteq; seruantur. Nam cum maxima diligentia per successionē traditionis alterutrę curant virtutes antiquorum memoriæ tradere monachorum. sed à me illi memorandi sunt, qui ad nos vsque perueuerunt. Contigit igitur huic viro & Theodoro eius discipulo euntibus aliquod trāsire flumen quod dicunt Lycum. Ne verò alteruter se nudum videret, iussit Ammon vt recederet Theodorus. Cumque etiam semetipsum erubesceret nudum intueri, repente diuina virtute translatus est ad vlteriorē ripam. Transiens verò Theodorus aquam, & videns nec vestem eius nec pedes infusos, supplicabat seni vt ei causam rei depromeret. Cumque ille dicere refutaret, ille verò non aliter se properaturum nisi cognosceret, promittente Theodoro nulli se eo vino rem fore dicturum, confessus est quod euenit. Proximum verò miraculū huic quoque rei contigit quod narrabo. Iniusti parentes alicuius à cane rabido percussum filium & penè moriturū obtuleruntei, & eiulantes deprecabantur vt curaretur. Tum ille ad eos: Non eget, inquit, mea curationē, sed vos si vultis reddere bouem quē rapuistis dominis suis, ægrotus repente sanabitur, quod etiam contigit. Nam vt restitutus est bos, passio mox recessit à puero. Quādo autem Ammon iste moriebatur, dicitur Antonium vidisse animam eius in cœlum ferri, diuinis potestatibus cum psalmodia præcedentibus eam: cōsulentibusque eis qui circa eum erant, causam huius miraculi non abscōdit. Sciebat enim quoniam aërem intento obtutu respiciens, cum sturpore miraculi cuiuspiam respiceret visionem. Cumque venientes postea quidam de Scyti nūtiassent horam visionis Antonij, & conuenisset cum transitu illius viri, beatificauerunt ambos: illum quidem, quia ad veritissima bona transisset alterum verò, quia tātam à longè meruisset cernere visionem. Multorum enim dierum iter est locorum medio positorū, quod degebat alteruter. Et hæc quidem ita relata sunt. In hoc itaq; præsulatu audiui probatissimè philosophatum Eutychianum, qui in Bithynia circa Olympum morabatur. Erat quippe gratia diuina repletus, ad curationes passionum, & miracula rerum & operum, ita vt ipsi Constantino propter virtutem vitæ amicus esset. Illo siquidē tempore vinctus quidam spatarius, qui in suspitionem venerat quasi assumpta tyrannide, fugit, & requisitus circa Olympum comprehensus est. Rogantibus autem necessariis eius Eutychianum, vt pro eo ad principē legatione fungeretur: Prius, inquit, prouidendum est, vt is homo liberetur à vinculis, ne crudeliter constrictus intereat. Tunc dicitur ad vinculorum direxisse custodes, rogans vt eum ab huiusmodi necessitate releuarent. Qui cum hoc facere noluissent, sponte ianuæ clausæ reseratæ, & vincti catenæ sunt repente disruptæ. Postea verò ad principem veniens Byzantij tū agentem, paratissimè beneficiū promeruit quod popposcit. Non enim poterat Constantinus eius petitionibus denegare, cum ei summi honoris cumulum exhiberet. Hæc itaque breuiter à nobis dicta de monachis qui tunc clarè sunt philosophati, sufficiant. Cui verò de his subtilior cura fuerit, quærens inueniet plurimorum vitas hic non esse conscriptas.

Quomodo

† expromunt.

Paulus simplex.

Ammon Ægyptius.

† schyti.

Theodorus.

Eutychianus.

monachi eremitæ.

Quomodo contra ecclesiam Arius fit exortus. cap. 12.

ET licet ita per omnia floreret ecclesia, nō tamen pertulit inimicus, eleuatam simul atque splendentem valde respiciens, sed maleuola cœpit mouere consilia, cōtendens gubernatā à Domino & vniuersorum creatore submergere. Videbat itaq; Paganorū errorem fuisse nudatum, captaq; varia dæmonū machinamenta, & creaturā à plurimis iam nō adorari, sed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iā non apertè cōtra Deum & saluatorē nostrum excitabat bellū, sed viros inueniens Christianos quidē se vocabulo profitētes, sed amore honoris & vanę gloriæ seductos ad seruituté, organum eos suæ machinationis habuit: per quos plurimos ad prisinum reduxit errorem, non quidem creaturā rursus adorari præcipiens, sed ipsum creatorem & B
mundi opificem, coæquatum astruens creaturæ. Vbi autem hoc principium, & quemadmodum hæc inimicus zizania seminauerit, enarrabo. Alexandria ciuitas est maxima, & hominū multitudine copiosa, nō Ægyptiorum solummodo, sed etiam Thebæorum & Libycorum circa Ægyptum obtinens principatum. In huius itaque ciuitatis Præsulatu, post Petrum illum inclytum propugnatorē, qui sub impiis tyrannis Diocletiano & Maximiano nouissimè imperium spōte deponentibus, martyrij coronā susceperat, successit Achillas. Is enim sub illo egregio Petro Arium ordinatum diaconum, captumque in Melitij nouitatibus, & ab ecclesia pulsum, rogatus à fidelibus, denuò eum suscipiens, ministrare præcepit. Post Achillam verò Alexander fortissimus C
enangelici dogmatis prædicator ordinatur episcopus. Hoc tempore Arius in ordine quidem presbyterorum erat, & expositionem diuinarum scripturarum videbatur habere commissam. Videns autem Alexandrum Pontificatus gubernacula suscepisse, euentum temporis nō portauit, sed & mordacitate compulsus, litis quærebat initium. Porrò laudabilem videns viri conuersationem, nequaquam calumnias contexere prævalebat: veruntamen quiescere illum prohibebat inuidia. Hunc igitur inueniens inimicus veritatis, per eum nisus est in ecclesia excitare tempestatem. Apostolicis enim Alexandri doctrinis instabat apertè resistere. Et ille quidem diuina sequens eloquia, æqui honoris cum patre, & eandem substantiam habere cum Deo genitore filium prædicabat. Arius autem è diuerso veritati D
repugnans, creaturam filium, facturamque dicebat, adiiciens: Erat aliquando, quando non erat: & alia quę ex illius literis indicantur insana. Hęc ergo non solùm in ecclesia persistebat dicēs, sed etiam in extraneis conuentibus atque conciliis: & domos circumiens, quibuscunque poterat, suadebat.

Alexandria.

Petrus Alex. martyr.

Achillas. An. do. 310.

Arius. Alexander. An. do. 322.

SOZOMENVS.

Reprehendens autem quidam huiusmodi viros Alexandrum quoque culpabat, tanquam nō vtiliter sileret, dum contra dogma fierēt nouitates. At ille arbitratus melius esse de dubiis sermonem ex vtraque parte proponendū, vt non videretur ex necessitate, sed potius ex satisfactione A
certamen allatum, iudex cum clero residens, ad altercationem deduxit vtranque partem. Vt autem euenire solet circa certamina verborum, vtrique superare nitebantur. Arius autem nullatenus adquiescere volebat, quod consubstantialis filius & coæternus esset patri.

THEODORITVS.

Alexander autem Apostolicorum dogmatum prædicator, prius quidem eum reuocare admonitionibus & cōsiliis nitebatur. Cum verò eum superbire vidisset, & apertè impietatis facinora prædicare, ex ordine sacerdotali remouit. Audierat enim clamante diuina lege: Si oculus tuus dexter scandalizat te, abcide eum, & proiice abs te. Hoc itaque tempore Romanæ quidem ecclesiæ Siluester retinacula gubernabat, Miltiadi succedens, qui post Marcellinum clarificatū in persecutione gentilium susceperat iura Pōtificatus. Antiochiæ verò post Tyrannum ecclesiæ inchoante pace, Vitalis præsul extabat. Qui etiam anti quam ex multis temporibus destructam à tyrannis ædificauit ecclesiam. Post quē Philogonius Pontificatum sumēs, & reliqua ædificij superaddidit, & zelum pietatis Licinij temporibus demonstrauit. In Hierosolymis autem post Hermonem Macarius ordinatus est, vir nomine suo dignus, & omnibus bonis ornatus. Eodemque tēpore Constantinopoli Alexander Pontificatum sacri ministerij possidebat, Apostolicis donationibus valde clarus. Tunc igitur Alexander Alexandrinus, videns Ariū amoris iudiciarij aculeo stimulari, & multos ad blasphemias deceptos erigere, conciliáque propria celebrare, ecclesiarum præsulibus eius blasphemiam suis literis indicauit.

Siluester.

An. do. 314. Vitalis Antiochiæ.

Philogonius.

An. do. 316. Macarius Hierosolymis Alexander Cōstantinopoli.

SOCRATES.

Epistola Alexandri Pontificis Alexandrini, ad vniuersas ecclesias aduersus Arium. cap. 13.

DILECTISSIMIS ATQVE CHARISSIMIS vbique catholicæ Ecclesiæ comministris, Alexander in domino salutem.

CVm vnum Catholicæ sit corpus Ecclesiæ, mandato existente in sacris scripturis, vt seruetur vinculum vnitatis & pacis, consequens est debere nostris scribere, & alterutris quæ apud singulos aguntur, insinuare, vt siue patitur, siue gaudet vnum membrum, compatiamur aut congaudeamus adinuicē. In nostra igitur parœcia nunc egressi sunt viri iniqui, & Christo rebelles, docētes apostasiam, quam rectè quilibet præcurrere suspicetur Antichristo. Et volui quidē hoc taciturnitati contradere, si quomodo inter solos apostatas consumeretur hoc malum, & non loca alia penetrando simpliciū fordidaretur auditus. Sed quoniā Eusebius nunc Nicomediæ, putans in se cōsistere cautas ecclesiæ, quia cum reliquisset Berytiorū ciuitatē, & concupisset Nicomediensem ecclesiam, non est in eo vltio sub-

παροικία.

Eusebium Nicomediensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secuta:patrocinatur etiam is apostatis,& scribe- E
re vbique molitus est,commendans eos,si quo
modo trahat aliquos ignorantes ad hanc pessi
mam hæresim & Christo rebellem. Ideóque ne
cessarium iudicaui, sciens quod in lege conscri
ptum est, vlterius nō tacere,sed vobis omnibus
indicare,quatenus etiam vos sciatis apostatas,&
eorum hæresis verba nequissima caueatis. Si er
go scripserit vobis Eusebius, ne recipiatis eum,
nec eius scripta suscipiatis. Antiquam enim cal
liditatem tempore compressam, nunc per istos
renouare volens,fingit quidem se quasi pro istis
scribere,opere verò demonstrat,quia pro semet
ipso talibus studere festinat. Apostatæ verò sunt
isti,Arius,& Achillas. Cum eis autem apostata-
uerūt hi Æithalus,Carponus,alter Arius,Sarma
tus,Euzoius,Lucius,Iulianus, Menas, Helladi
us,Gaius,Secundus,& Theonas,qui episcopi a-
liquando sunt dicti. Ea verò quæ opinantes lo-
quuntur,huiusmodi sunt,Non semper, inquiūt,
Deus pater fuit,non semper fuit Deiverbum,sed
fuit quando Deus pater non fuit. Dei autē ver-
bum ex non existentibus factum est. Existens e-
nim Deus,non existentem ex non existente fecit.
Quapropter fuit aliquando, quando non fuit.
Creatura est enim & factura filius, neque simi-
lis est patri secundum substantiam, neque verus
est,neque vera sapientia eius est, neque verū na-
turaliter patris verbum est,sed vnus quidē crea-
turarum & facturatum est. Abusiuè autē dicitur
verbum & sapientia factus & ipse, & existens in
proprio Dei verbo,& in Dei sapientia,in qua &
omnia,& ipsum fecit Deus. Vnde & conuertri-
bilis est & mutabilis per naturam, sicut & vni-
uersa rationalia. Peregrinum enim & extraneum, G
& remotum est verbum à paterna substantia, &
inuisibilis est filio pater. Non enim perfectè &
integrè nouit filius patrem, neque eum perfectè
videre potest. Nam nec suam substantiam nouit
filius,sicut est. Propter nos enim factus est, vt
nos per eum tanquam per instrumētum crearet
Deus:& nequaquam subsistitisset, nisi nos Deus
facere voluisset. Requisiuit ergo quidam eos,an
possit Dei verbum conuerti sicut diabolus est
conuersus:& nequaquam dicere timuerunt,vti-
que potest, tanquā naturæ conuertibilis existēs:
factus aiunt,& conuertibilis est. Hæc itaque di-
centes,id est,Arius & qui cum eo sunt: & in his
impudenter instātes ipsos & sequaces eorū. nos
quidem cum episcopis Ægypti & Libyarum pe-
nè centum conuenientes, anathematizauimus.
Qui verò circa Eusebium sunt, eos suscepertunt, H
miscere studentes veritati mendacium,& impie-
tatem cum pietate sociare:sed non prȩualebunt.
Vincet enim veritas,nec vlla communio est luci
cum tenebris,neque concordia Christi cum Be-
lial. Quis etenim talia audiuit aliquādo? Aut quis
nunc hæc audiens verba, non metuet, aut aures
continuò nō obturabit,ne sordibus talium ver-
borum eius polluatur auditus? Quis audiens,di-
cente Ioanne: In principio erat verbum,non re-
prehendat istos dicentes: Fuit aliquando quādo
non fuit? Aut quis audiens in Euangelio: Vnige-
nitus filius,& Per ipsum omnia facta sunt, non
odio habebit dicentes, quia vnus creaturarū est
filius: Quomodo ergo potest vnus esse horum,
quæ per eum facta noscūtur? Aut quomodo vni-

Arij doctrina.

2. Cor. 6.c

Ioan. 1.a

genitus, qui omnibus secundum illos connume *psal. 44.a*
ratur? Quomodo etiam ex non existentibus erit, *psal. 109.b*
patre dicente: Eructauit cor meum verbum bo- *Ioan. 14.b*
num:& iterum: Ex vtero ante luciferū genui te?
Aut quomodo dissimilis patri substantia quū sit
imago perfecta & splendor patris,qui dicit: Qui
me videt,videt & patrem? Quomodo si verbum
& sapientia Dei est filius,fuit aliquando quando
non fuit? Simile est enim ac si dicant, sine uerbo
& sine sapientia fuisse aliquando Deū. Vel quo-
modo est & conuertibilis & mutabilis,qui dicit
per se: Ego in patre,& pater in me:& iterū: Ego *Ioan. 14.b*
& pater vnum sumus. Per Prophetā verò: Vide- *Ioan. 10.f*
te(inquit)me, videte quia ego sum & non muta *Malac. 3.b*
bor. Nam licet in eo verbo illud dictum sit Apo
stoli, quia factus est homo,tamen mutatus non
est,sed sicut dixit apostolus: Iesus Christus heri
& hodie,ipse & in secula. Quæ puras caussa sua- F
sit eis vt dicerent,quia propter nos est factus.cū
Paulus scribat: propter quem omnia, & per quē
omnia? Vnde verò blasphement,quia nescit per-
fectè filius patrem, mirandum non est. Nam se-
mel habentes propositum rebellandi Christo,
repercutiunt etiam vocē eius dicentis: Sicut no- *Ioan. 10.c*
uit me pater, & ego agnosco patrem. Si ergo ex
parte pater nouit filium, palàm est quia & filius
non perfectè nouit patrem. Si autem hoc dicere
impium est (nouit enim perfectè filiū pater) pa-
làm. est quia sicut nouit pater suum verbum, sic
& verbum nouit proprium patrem: & aliter nō
est. Hęc dicentes & reuoluentes sanctas scriptu-
ras,frequenter conuincimus eos:& rursum tan-
quam chamæleontes mutantur,studentes ad se-
metipsos trahere quod scriptum est: Cùm vene- *Prouer. 18.a*
rit impius in profundum malorū,spernit. Multæ
siquidē ante eos hęreses fuerunt, quę plus quàm
decet præsumentes, corruerunt in imprudentia
sua. Isti verò per omnia verba sua nitentes erigi
ad intermissionem diuinitatis verbi, per hæc illas
hæreses firmare potius conati sunt, Antichristo
facti propinquiores: quapropter & abdicati &
anathematizati sunt ab ecclesia. Contristamur i-
taque pro eorum perditione,& maximè quia &
ipsi aliquando quæ ecclesiæ sunt audierunt, &
nunc ab ea prorsus exiliunt: non tamen admira-
mur, Hoc enim & Hymenæus & Philetus passi
sunt,& ante eos Iudas: qui quum esset sequutus
Saluatorē,postea proditor factus est& apostata.
Sed de his quidem ipsis,non sumus ignari. Do-
minus enim prædixit: Videte ne quis vos sedu- *Matt. 24.d*
cat. Multi enim venient in nomine meo dicen- *& Mar. 13.a*
tes quia ego sum, & tēpus propè est, & multos
errare faciēt, ne ergo eatis post eos. Discēs enim
hęc à Saluatore Paulus, dixit: Quia nouissimis tē- *1. Tim. 4.a*
poribus apostatabunt quidā à fide sana, attēden-
tes ad spiritus erroris,& doctrinas q̄ dęmonum,
quæ veritatem auersantur. Domino siquidem &
Saluatore nostro Iesu Christo per semetipsum
pronunciante, & per Apostolum designante de
talibus,consequenter nos per nosipsos audiētes
impietatem eorū anathematizauimus eos, sicut
prædiximus, ostendentes eos extraneos à fide,
Ecclesiaque Catholica. Indicauimus autem hæc
vobis dilectissimi atque charissimi cōministri,
ne quos eorum (si forte tentauerint etiam ad
vos venire) suscipiatis, neque Eusebio vel cuili-
bet aliorum scribenti pro eis obediatis. Decet
enim

enim nos tanquam Christianos,vt omnes con- A
tra Christum loquentes & sapientes, quasi Deo
rebelles,& animarum corruptores,totis viribus
auersemur:& neq; Ane huiusmodi dicamus ho-
minibus,ne forte etiam peccatis eorum cōmuni
care videamur, sicut beatus Ioannes ait: Salutate
fratres qui apud vos sunt. Salutant vos qui no-
biscum sunt.

1. Ioan. 1.c

2. Ioan. 1.c

THEODORITVS.

Non solùm autem hanc, sed etiam ad Alexan-
drum Constantinopoleos episcopum,missam e-
ius epistolam, huic operi inserere non omittam,
quæ clarè omnia eius ostendant,ne quis suspice-
tur hæc me fictè conscribere, & post eam ipsius
Arij,& cæteras quoque epistolas,quibus vtique
narratio eget historiæ: quatenus de scripturę ve-
ritate testentur, & apertè quæ gesta sunt perdo- B
ceant. Scripsit enim Alexandrinus hęc Constan-
tinopoleos Alexandro.

Eiusdem ad Alexandrum Constantinopolitanum.
Caput 14.

CHARISSIMO FRATRI ET VNA
nimi Alexandro, Alexander in Domino S.

APpetitus potentiæ hominum pessimorum,
auaritiæque propositum veritati quę credi-
tur esse præcipua,solet insidiari, per varias scili-
cet occasiones resistētes ecclesiasticę pietati. Im-
pulsi nanque maleuoli à diabolo in eis operāte,
ad propositam sibi libidinem, & ab omni reue-
rentia resilientes conculcant iudicij Dei timorē:
De quibus mihi necessarium fuit patienti reue-
rentiæ vestrę significare,vt ab huiusmodi caue- C
tis, ne quis fortè præsumat eorū in parœcias ve-
stras accedere,vel per se,vel per alios. Valent e-
nim Magi ad seducendum figmētis vti, vel lite-
ris falsitate compositis, quæ possint facere præ-
stigium simplicem fidem purámque respicienti-
bus. Arius igitur & Achillas coniuratione nuper
facta. Coluthi superbiam,& multo deterius illo,
secuti sunt. Ille nanque hos ipsos culpans, pessi-
mæ voluntatis suæ inuenit occasionem. Isti verò
dignam illius negotiationē respicientes, nequa-
quā iuri Ecclesiæ subiacere pertulerunt,sed spe-
luncas sibimet latronum ædificantes, incessabi-
lia in eis conciliabula celebrant,noctibus &die-
bus contra Christum agentes & contra nos,pra
ussque libidinibus exercentur,qui omnem piam
& Apostolicam accusantes gloriā,Iudaico sche-
mate Christo rebellare instituerunt sibimet offi- D
cinam,diuinitatem & æqualitatem cū patre Sal-
uatoris nostri Iesu Christi negantes:omnémque
eius saluaris,dispensationis & humilitatis pro-
pter nos habitæ vocem decerpentes, prolatione
harum impietatis suæ prædicationem exercere
niuntur,quippe diuinitatis eius rationem & in-
effabilis gloriæ, quam à principio habuit apud
patrem,penitus euitantes,Paganorū & Iudęorū
impiam de Christo confirmant sententiam, &
laudem propriam(vt assolet)aucupantes,omnia
quidē quę contra nos possunt derisiones afferre
negotiantur, seditionesque nobis quotidie ac
persequutiones instituunt,tam iurgia proponen
tes per additiones mulierum impudētium quas

Arius. Achillas. Coluthus.

seducunt,quàm ipsi communi Christianitati de-
rogantes,dum eorum iuuenculæ omnes circum
euntvicos,insuper † irrumpibilem Christi tuni- † *irruptam*
cam quam milites diuidere noluerunt, isti scin- *Ioan 19.c*
dere præsumunt. Et nos quidem vitam ipsorum
& nephanda conamina,eo quod laterēt tardiùs
cognoscentes,nunc generali decreto ab ecclesia
adorante Christi diuinitatē eos expulimus. Co-
nati tamen sunt illi discursionibus vti, & aduer-
sum nos machinari,qui apud vnanimes commi-
nistros nostros figuram pacis & vnitatis dignit-
tatem se exercere fingunt. Quod autem verum
est,abripere quosdam eorum ad pestem propriā
per boniloquia ficta,festinat,& literas ab eis ma
nifestas & indubitatas exigunt,vt relegentes eas
seductis à se personis,sine pœnitentia eos in de-
lictis suis faciant remanere, tanquam vnanimes
habentes eadem secum decernentes episcopos.
Non enim quæ apud nos malè docuerunt &
egerunt ea fatentur propter quę etiā sunt expul-
si:sed hæc aut taciturnitati contradunt,aut fictis
ea ratiocinationibus & quibusdam obūbratio-
nibus sepiunt: verisimilibus verò & pomposis
corruptibilem doctrinam suā velantes eloquiis,
attrahunt in deceptionem quemlibet incautum,
non abstinentes etiam apud omnes nostræ pie-
tati calūniari. Vnde contigit quosdam eorum li-
teris subscribentes in ecclesiam suscipi,maximo
(sicuti reor) imminente periculo, præsumenti-
bus talia comministris,eo quod neque Apostō-
lica hoc regula patiatur, & effundunt super eos
diabolicam efficaciam contra Christum. Qua-
propter in nullo segnis,ô charissimi,ad insinuan
dam vobis perfidiam eorum, memetipsum cre-
xi. Dicunt enim,quia fuit aliquando,quando nō
fuit filius Dei,& postea factus est,qui prius non
fuerat talis factus, quia & aliquando factus est,
qualem & omnem hominem esse contigit. Cum
cta enim,inquiunt,Deus ex non existentibus fe-
cit,omniū rationalium & irrationaliū creaturis
miscere volentes & filiū Dei. Quibus verbis cō-
sequenter aiunt eum mutabilis esse naturæ, vir-
tutis malitiæque capabilem,cū ex non existenti-
bus esse dicatur: diuinas quippe scripturas qui-
bus ostenditur eū semper esse,perimentes, qui-
busque palàm designatur inconuertibilitas ver-
bi & sapiētia atque diuinitas,quæ sunt Christus.
Possumus ergo, inquiunt isti polluti,& nos fieri
filij Dei,sicut & ille. Scriptū est enim: Filios ge-
nui & exaltaui. Cumq; illatū fuerit eis quod se-
quitur,id est: Ipsi autē ipreuerunt me,quod natu
rale non est Saluatoris,cum naturæ sit,immuta-
bilis,omni reuerētia spoliantes semetipsos,aiūt:
Nec aliquā habet proprietatē ad Deum,sed cùm
sit ipse natura mutabilis,sciuit de illo Deus præ- *Esa. 1.a*
sciētia & pręcontēplatione,quia cū nō esset spre
turus,eligendus foret ex omnibus. Nō enim,in-
quiunt,natura quasi præcipuū inter alios filios
aliquid habet. Nā nec naturaliter Dei filius est,
nec aliquā habet ad Deum proprietatē. quando
etiā ipsum naturæ mutabilis existērem, propter
moderationem,diligentiam,& virtutē,non mu-
tatū ad deterius,elegit deus, cùm etsi Paulus vel
Petrus ad hoc peruenisset,nihil Iesus poterat ab
horū filiatione differre. Propter reprobationem
igitur huius væsanę doctrinę,etiā diuinas liter-as
reuoluentes, proposuimus illud quod in Psal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 44. b mis de Christo dictum est: Dilexisti iustitiam & E odisti iniquitatē, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ prę consortibus tuis. Quia verō filius Dei neq; ex non existentibus factus est, neque fuit aliquando quando non fuit, sufficit

Ioan. 1. b nos erudire. Ioannes Euangelista scribens de eo: Vnigenitus filius qui est in sinu patris. Prouidēte quippe Deo, vt ostenderet alterutrius indiuisas res, nominauit patrem & filium existentem in sinu patris. Sed quia inter hæc quæ ex nō existentibus facta sunt, verbum Dei nequaquā con-

Ioan. 1. a numeratur: Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. Propriam nanque eius substantiam designauit, dicens: In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum. & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factū est nihil, quod factū est. Si enim per ipsum omnia facta sunt, quomodo qui creaturis vt essent donauit, ipse aliquando non F fuit? Non enim vlla ratio est, vt qui facit, eius naturæ sit, cuius illa quæ fiunt. Si ipse quidē erat in principio, omnia verò per eum facta sunt, ex nō existentibus fecit: & contrariū videtur his quæ non existentibus facta sunt, hoc quod extat, & valde discretum. Inter patrem siquidem & filiū nullum demonstratur esse spatium, nec vsque ad aliquam cogitationē hoc animæ phantasia percipiente. Ex non extantibus autem creatus mūdus, nouellam habet substantiæ recentēque natiuitatem, à patre per filium huiusmodi vtique

Eccle. 3. c substantialitatem cunctis accipientibus. Altius igitur adhuc contēplatus verbi diuinitatem, & creaturarum vniuersam intelligentiam transcēdentem reuerēdissimus Ioannes genituram eius nec facturam dicere voluit, nec per elemeta syllabarum factorem ingenitū. Vnus enim ingenitus pater. Sed quia excedit Euangelistarum, puto quia & angelorū perceptionē, & transcendit vniuersa vnigeniti filij ineffabilis substantia. Non ergo reor, quia de pietate cogitantes, de hac aliquid interrogare præsumant, propter quod dictum est: Altiora te ne quæsieris. & difficiliora te noli examinare. Nam sicut aliarum plurimarū, & huius notitia humanę perceptioni celata est, qua

Esa. 64. b le est apud Paulū: Quę oculus non vidit: nec au-
& 2. Cor. 2. c ris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præ-
Genes. 15. b parauit Deus diligentibus se. Sed etiā stellas, inquit Deus ad Abrahā, non potes enumerare. neque arenā maris: & guttas pluuię quis enumerabit? Quis ergo audeat exterius perscrutari subsistentiā Dei verbi, nisi fortè væsanus sit? De qua

Esa. 53. c propheticus spiritus dicit: Generationē autē e- H ius quis enarrabit? Nam & ipse Saluator noster præstare volēs omnibus in hoc mūdo colūnis, huius notitiā ab eis exonerare festinauit, significās vltra naturā esse omniū rerum hāc animaduersionē, soli verò patri tantūm adiacere huius

Matth. 11. d scientiæ sacramentū: Nullus, inquit, nouit quis
Ioan. 1. a est filius, nisi pater: & patrē nemo nouit, nisi filius. Nō reor ignorare sapientes, quia væsanū est sapere, ex non existentibus factū filium, cùm vtique habeat temporale principium quod ostēditur ex non existentibus factū. Nam si tēporibus inesse oporteret hoc quod aiunt, erat quādo nō erat, aut spatio seculi cuiuscunque: & si verum est, quia omnia per ipsum facta sunt: palàm est quia omne seculū, & tēpus, & spatia, & aliquando, inter quæ reperitur quod aiūt, fuit quādo nō fuit, per ipsum facta sunt. Et quomodo nō est incredibile, eum qui & tempora fecit, & secula & momenta, inter quę est illud, fuit quādo nō fuit, dicere ali quādo non fuisse? Stultum enim est, & omni peccato plenū, eum qui causa est alicuius, eundem posteriorē dicere illius genitura, cuius causa est. Præcedit enim secundum eos sapientia Dei, quæ creauit vniuersa, illud spatiū, in quo dicunt nondum factum filiū à patre, mentiente secundū eos scriptura, quæ dicit, primogenitū cū esse vniuersæ creaturæ. Cōsona siquidē istis clamat & magniloquus Paulus, dicens de eo: Quē *Coloss. 1. b* posuit hęredem omnium, per quem & secula fe- *Heb. 1. a* cit. Sed etiā in ipso creata sunt omnia quę in cœlis & quę in terra visibilia & inuisibilia, siue principatus, siue potestates, siue dominationes, siue sedes, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & F ipse est ante omnia. Cùm ergo impia esse mōstretur argumētatio, qua dicūt ex non existētibus factum, necesse est patrē semper esse patrem. Est enim pater semper filio præsente, propter quem appellatur Pater: semper sibi præsente filio semper est pater perfectus, & sine defectione consistens, non tēporaliter, neque ex spatio, neque ex non existentibus generans vnigenitū filiū. Quid autē amplius sit sceleſtū, quàm dicere non fuisse *Prouer. 8. c* aliquando sapientiā Dei? quæ dicit: Ego eram apud eum coaptās, ego eram cui adgaudebat: aut dicere virtutem Dei aliquando non extitisse? aut verbū eius accepisse principiū: aut alia ex quibus filius agnoscitur & figuratur pater? Nā qui splē- *Heb. 1. a* dorē gloriæ nō dicit extare, vna perimit & principale lumen cuius splendor est. Si autē & imago Dei non fuit semper, patet quia nec cuius imago est: sed etiā cùm non est figura subsistētiæ G Dei, vnà perimitur, & ille qui in omnibus ab eo figuratur. Ex quo apparet filietas Saluatoris nostri, nullam habens communionem ad cæterorū filietatem. Quemadmodū enim ineffabilis eius subsistentia incomparabili excellentia transcendere probatur vniuersa, quibus ipse donauit vt sint: ita & filietas eius naturalis existens paternæ diuinitatis, ineffabili sublimitate differt ab eis qui per eum in adoptionem adoptati sunt filij. Is enim inconuertibilis existens, natura perfectus est, eo nihil in omnibus egens. Hi verò in vtroq; mutabilitati subditi egent eius auxilio. In quo enim proficere poterit sapientia Dei, aut in quo eius veritas augeatur? Aut Deus verbū quomodo potest meliorari, cùm sit vita verūmq; lumē? Si autē hoc est, quantò magis vecors est dicere, sapientiā aliquando aut dei virtutē fuisse infirmitatis capabilem, aut irrationabilitatis verbum, & per hoc rationem obscuratam, aut verò luminis tenebras esse permixtas, Apostolo dicente: Quæ *2. Cor. 6. c* communio luci ad tenebras? aut quæ concordia Christi ad Belial? Necnon & Salomone clamante impossibile est vel vsque ad opinionem inue- *Prou. 30. a* nire vias serpentis super petram, quæ secundum Paulum Christus est? Porrò creaturæ eius homines & angeli benedictiones acceperunt, virtutibus proficere contendentes: mandatisque legitimis quatenus non peccarent. Dominus verò noster naturaliter filius patris existens, ab omnibus adoratur. Illi deponentes spiritum seruitutis, ex bonis operibus & profectu spiritum

ritum filiationis accipientes, per naturalem filiū A charissimi, si falsas aduersum me derogationes,
adiuti, fiunt & ipsi adoptioms filij. Istius autem & contra piissimum nostrum populum delatas
Rom. 8. f. propriam & naturalem præcipuámque filiationem Paulus etiā manifestauit de Deo dicēs: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis, id est, qui natura non sumus filij, tradidit illum. Ad di-
Matth. 3. d stinctionē nanque nō propriorū, illum propriū
17. a filium esse dixit: In euangelio namque: Hic est fi-
Marc. 1. b lius, inquit, meus dilectus, in quo bene compla-
9. a cui. In psalmis verò Saluator ait: Dominus dixit
Luc. 3. c ad me, filius meus es tu. Germanitatē naturæ de-
Psal. 2. b clarans, significat nō esse eius naturales quoslibet alios filios præter istū. Quid etiā quod ait:
Psal. 109. b Ex vtero ante luciferum genui te? Nonne clarè naturalē demonstrat paternæ generationis filiationem, quam non morum diligentia & exercitatione prouectus, sed proprietate naturæ sortitus est? Vnde & intrangressibilē habet filiatio- B nem, vnigenitus patris. Rationabiliū verò filiationē non eis naturaliter existentem, sed opportunitate morum, & dono Dei etiam mutabilem
Gene. 6. a ratio nouit. Videntes enim, inquit, filij Dei filius
Esa. 2. a hominum, acceperūt sibi vxores ex ipsis. Et iterum: Filios genui, & exaltaui, ipsi verò me spreuerūt, per Esaiam Deū dixisse didicimus. Multa dicturus dilectissimi transeo, onerosum esse putans plurimis verbis vnanimes admonere doctores. Vos enim ipsi estis diuinitus eruditi, nō ignorantes quia doctrina quæ nuper cōtra pietatem surrexit ecclesiasticā. Hebionis est, & Ar-
Hebion. temonis, & zelus Pauli Samosateni de Antio-
Artemon. chia, synodali omniū episcoporū iudicio ab ec-
Paulus Samosatenus. clesia pulsi. Cui succedens Lucianus, extra synagogas mā sit triū episcoporū plurimo tempore.
Lucianus. Quorum impietatis fecem sorbentes isti, nunc
Arius. nobis de nō existentibus illorū plantationes ab- C
Achillas. sconditas pullulare fecerūt Arius & Achillas, & cū illis cōcilium malignantiū: & nescio quomodo in Syria tres ordinati episcopi, eo quòd cōsenserint eis, & ad peiora flammati sint. De quibus sententia in vestra sit probatione reposita, qui salutaris passionis humilitatē & exinanitionē, voluntariā paupertatem & voces quas propter nos Saluator suscepit, memoria retineris. Igitur ad ostensionē supernæ & antiquæ diuinitatis eius hæc cōgruunt, significantiūsq; sermonibus naturalis eius gloria & imperiū, & apud
Ioan. 10. f patrē māsio clarius explicatur. Quale est illud: Ego & pater vnū sumus, non patrē semetipsum appellās, neque substantialiter duas naturas, quę est vna declarās, sed quia paternā seruandi plenitudinem filius habet perfectè naturā, per omnia similitudinem patris gerens, & immutabilis imago eius existens, atque principalis causæ ex- D
Sabellius *Valentinus.* pressa figuratio. Vnde etiam tunc Philippo cupienti videre patrem, Dominus sine inuidia se
Ioan. 14. b demonstrat. Nam cùm diceret: Ostende nobis patrem, ait: Qui videt me, videt & patrem: tanquam per speculum sine macula, & animatum tum per diuinam eius imaginē contemplaretur patrem, quē similiter in Psalmis sanctissimi viri canunt, dicentes: In lumine tuo videbimus lumen. Quapropter & qui honorat patrē, honorat & filiū: & qui honorat filium, honorat & patrem, & rectè. Omnis nanque vox impia, quæ in
Psal. 35. filio dici præsumitur, ad patrem quoque refertur. Sed mirum non est, quod scripturus sum ô

Esa. 53. c Si autē hoc est, quantò magis vecors est dicere, sapientiā aliquando aut dei virtutē fuisse infirmitatis capabilem, aut irrationabilitatis verbum, & per hoc rationem obscuratam, aut verò luminis tenebras esse permixtas, Apostolo dicente: Quæ *2. Cor. 6. c* communio luci ad tenebras? aut quæ concordia Christi ad Belial? Necnon & Salomone clamante impossibile est vel vsque ad opinionem inue- *Prou. 30. a* nire vias serpentis super petram, quæ secundum Paulum Christus est? Porrò creaturæ eius homines & angeli benedictiones acceperunt, virtutibus proficere contendentes: mandatisque legitimis quatenus non peccarent. Dominus verò noster naturaliter filius patris existens, ab omnibus adoratur. Illi deponentes spiritum seruitutis, ex bonis operibus & profectu spiritum

Esa. 33. c Sabellius Valentinus. *Matth. 11. d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

plenam, per quam non desit aliquid ab æqualitate eius cuius imago est, sicut ipse Dominus docuit dicens: Pater meus maior me est: secundū quod semper etiā esse filium ex patre credimus. Splēdor enim est gloriæ, & figura paternæ substantiæ. Sed nullus hoc, semper, ad suspicionem ingeniti sumat, sicut putant qui sensus animæ cœcatos habent. Nā neque erat, neq; semper, neque ante secula, idem est quod ingenitū, sed neque quilibet humanus intellectus ab hominibus nominatus indicare valet hoc quod dicimus ingenitū, sicut & vos æstimare credo, & de omnium vestrorum cōfido proposito, nullo modo cuiuslibet nominibus ingenitū declarantium. Videtur enim hęc nomina veluti temporū esse productiua, dignè tamen ipsius vnigeniti diuinitatē, & veluti dicam antiquitatē nequaquā significare valentia, cùm sancti videlicet viri secundum suam vnusquisq; virtutē sacramentum hoc aperire conati sint, veniā poscentes ab auditoribus per satisfactiones rationabiles, dicendo de se: Prorulimus quod pertingere prævaluimus. Si quid autem vltra hominē expectāt, quicunque viri & ad maius innituntur, eloquium illud quod ait: Ex parte cognoscimus, iam putātes esse destructū, palàm est quia multū spe sua deficiunt. Igitur erat, & semper, & ante secula, quodcunque sit, nō tamen est ingenitū. Ergo ingenito quidē patri propria dignitas est seruāda, nullā dicentes causam fuisse vt esset: filio verò cōgruus distribuatur honor. Sine principio enim a patre sciamus eius esse natiuitatē, culturā ei (sicut prædiximus) tribuētes piè, atque cum bona opinione super eo, erat, & semper, & ante secula, prædicātes, diuinitatē quippe eius perscrutātes sed imagini & perscrutationi patris perfectā æqualitatē per omnia deuouētes. Propriū verò solū dicentes patris quod ingenitus est, cùm & ipse Saluator dixerit: Pater maior me est. In hac itaque pia de patre filióque sententia, sicut nos diuinæ scripturæ docent, vnum sanctū spiritum cōfitemur, qui repleuit & veteris testamenti sanctos homines, & noui sacratissimos præceptores: in vnā & solā catholicam apostolicámque semper ecclesiā, quæ & inuincibilis est, licet omnis mundus aduersus eam pugnet, & victrix totius aduersæ impietatis existit, securos nos faciēte patrefamiliās eius, cùm clamat: Habete fiduciam: Ego vici mundum. Hoc nouimus actum post resurrectionem à mortuis, quorū primitiæ factus est dominus noster Iesus Christus carne vera indutus, & non putatiuè ex Dei genitrice Maria, qui in nouissimis tēporibus pro damnatione peccati ad humanū genus aduenies, crucifixus & mortuus est, sed nō propterea diuinitate sua minor factus. Resurrexit enim à mortuis, assumptus in cœlū est, sedet ad dexterā maiestatis. Hæc igitur ex parte hac epistola figurauī onerosum credens singula sub scrupulositate conscribere, eo quòd sciam sanctū studiū vestrum talia non latere. Hæc docemus, hæc etiam prædicamus, hæc sunt apostolicæ ecclesiæ dogmata, pro quibus etiam morimur, & destruere ea volētes, nullatenus formidamus. Qui licet verberibus nobis extorqueāt, nos tamen spem nū aduersamur nostrā. Horū igitur aduersatij, id est, Arius & Achillas, & qui cum eis sunt veritatis inimici, ab ecclesia procul sunt expulsi, alieni facti à pia doctrina nostra, secundū beatū Paulū dicentem: Quicunq; vobis annunciauerit præter id quod accepistis, anathema sit, licet angelum de cœlo esse se fingat. Sed etiam si quis alijs sermonibus domini nostri Iesu Christi & doctrina quæ secundum pietatem est, inflatur, nihil sciens, & reliqua. Nos igitur anathematizatos à fraternitate, nullus vestrū suscipiat, aut habere patiatur ea quæ ab eis dicūtur vel cōscribuntur. Cuncta enim velut magi homines mētiuntur, quia veritatē loqui nō possunt. Circumeunt denique ciuitates, nihil studētes aliud, quam vt amicitiarū schemate, & nomine pacis per figmenta & blādimenta literas dent & accipiāt, vt errare faciāt per hęc deceptas à se mulierculas. Hos ergo qui contra Christū tanta præsumunt, quique Christianitati tam publicè detogauerunt, qui inter iudicia persecutiones nobis, quantū in ipsis est, excitare non cessant, & ineffabile sacramentum natiuitatis Christi eneruare moliuntur, auersamini dilectissimi, & vnanimes atque cōcertatores nobiscum contra eorū væsanam estote præsumptionē. ad similitudinē cōministrorum nostrorū qui indignati sunt, & aduersus eos mihi scripserunt, & in Tomo quem etiam vobis direxi per filium meum † Archidiaconum subscripserunt, tam totius Ægypti & Thebaidis, quàm Libyæ ac Pentapolis, Syriæ, Lyciæ, Pamphiliæ, Asiæ, Cappadociæ sacerdotes, aliorūmque prouinciarum, ad quorum instar etiam vos cōfido eum suscipere. Multis itaque mihi contra nocētes remediis existentibus, etiam hoc inuentū est vtile medicamen, quia conuerruntur seducti ab eis populi, nunc nostris sacerdotibus obedientes, & ad pœnitentiam per eos accedere festinātes. Salutate ad inuicem fraternitatem quæ apud vos est. Valere vos in domino opto charissimi. Sunt autem qui anathematizati sunt, ex presbyteris quidem Arius, ex diaconibus autem Achillas, Euzoius, Æthalis, Lucius, Sarmatus, Iulianus, Menas, alter Arius, & Helladius.

Consona his direxit & Philogonio Antiochenæ Præsuli ciuitatis & Eustathio, qui tunc Barrhœensem gubernabat ecclesiā, & aliis Apostolicorum dogmatum defensoribus. Sed neque Arius quiescere passus est: scripsit enim & ipse concordibus suis. Quod verò nihil falsi contra eum scripserit sacratissimus Alexāder, ipse Arius literis suis scriptis ad Nicomediensem Eusebiū protestatus est. Quam Epistolam inserere non omitto, vt cōmunicatores impietatis eius ignotantibus possim facere manifestos.

Ioan. 14. d
Heb. 1. a

Semper. erat Ante secula.

1. cor. 13. d

Ioan. 14. d.

Ioan. 16. g

Epistola Arij ad Eusebium. Caput 15.

DOMINO desiderabilissimo homini Dei, fidei, orthodoxo Eusebio, Arius qui persecutionem ab Alexandro Papa patitur iniustè propter omnia vincentem veritatem, quam tu quoque defendis, in Domino salutem.

PAtre meo Ammonio veniente ad Nicomediam, rationabile iudicaui te salutare per eū, sciēs dilectionē pariter & affectum, quem circa fratres propter Deū habere dignosceris. Vehementer nos vastat atque persequitur, & omnem beni-

† Alias Archivum diaconum.

Deuterbium.

benignum animum mouet aduersum nos episcopus, ita vt etiā de ciuitate nos expulerit, veluti homines sine Deo: quomā nō concordamus ei publicè dicenti: Semper Deus, semper filius: Simul pater, simul filius: Coexistit ingenito Deo filius. Semper genitus est. Ab ingenito genitus est. Neque cogitatione, neq; atomo aliquo præcedit Deus pater. Semper filius ex ipso Deo est. Et quoniam Eusebius frater tuus Cæsariēsis, & Theodotus, & Paulinus, & Athanasius, & Gregorius, & Aetius, & omnes per Orientē dicunt, quia præexistit Deus filio sine principio, anathema facti sunt, præter solum Philogonium, & Hellanicum, & Macarium homines hæreticos, ineruditos, quorum alij quidem dicunt filium eructuationem, alij verò propositionem, alij coingenitum. Quas impietates nec audire possumus, licet innumeras mortes nobis minentur hæretici. Nos autem quoniam dicimus, & sapimus, & docuimus, & docemus, quia filius non est ingenitus, nec ingeniti pars vllo modo, neq; ex aliquo subiecto: sed quòmā voluntate & cōsilio subsistit ante tempora, & ante secula plenus Deus, vnigenitus, incōuertibilis: & antequā generaretur aut crearetur, aut prædestinaretur, aut fundaretur, non erat ingenitus enim, nō erat: persecutionē patimur, quia diximus: Principium habet filius, Deus autem sine principio est: & quia diximus, Ex non exstantibus est (sic autem diximus secundū quod nec pars Dei est, nec ex aliquo subiecto) propterea persecutionem patimur. De cætero tu nosti. Valere te in Domino opto, memorem tribulationum nostrarum Collucianistā verè εὐσεβῆ, id est, pie.

Philogonius. Hellanicus. Macarius.

Eusebius itaque Cæsaræ erat episcopus, Theodorus Laodicææ, Tyri Paulinus, Athanasius Anazarbi, & Gregorius Beryti, Aëtius autem Lyddæ. Lydda verò est, quæ nunc Diospolis appellatur. Hos ergo Arius concordes se habere gloriabatur. Hostes autem vocauit, Philogoniū Præsulem vrbis Antiochenæ, Hellanicum Tripoleos & Macarium Hierosolymorum, aduersus eos farciendo calumnias, quoniam æternum & ante secula filium & cum patre æqui honoris, eiusdémque substantiæ prædicabant. Hanc igitur Eusebius dū suscepisset epistolam, & ipse venenum suæ impietatis euomuit, scripsitque hoc modo Paulino episcopo Tyri.

Epistola Eusebij ad Paulinum episcopum Tyri. Caput 16.

DOMINO MEO PAVLINO, Eusebius in Domino salutem.

NEque domini mei Eusebij studiū pro veritate verbi tacitū est, sed vsque ad nos peruēnit, neque tuum domine super hac causa silētium. Et vt consequens erat, de domino quidē meo Eusebio lætati sumus: de te verò tristamur, arbitrantes taciturnitatem tanti viri nostrā esse delictionem. Quapropter rogo te, scientē quoniā indecens est vitium sapientem alia sapere, & tacere veritatem, vt spirituali ratione cōmotus ad conscribēdum, de huiusmodi rebus incipias, cùm & tibi sit vtile, & audientibus te: maximè dum per consequentiā scripturæ & vestigia ser-

monū eius & volūtatis scribere volueris. Quoniam neque duos ingenitos audiuimus aliquando, neque vnum in duos diuisum. Neque corporale aliquid passum esse didicimus, aut credidimus, domine meus sed vnum quidem ingenitū, vnum verò ab eo vere, & non ex eius substantia factum, & vniuersaliter dicendū) nequaquā cum ingeniti natura participantē, aut existētē ex eius substantia, sed factū perfectē, aliud natura arque virtute, quantum attiner ad integram similitudinem, affectum, potestatemque factoris factū scilicet inenarrabiliter: quod etiam cogitationi nō solùm humanæ, sed etiā quæ vltra omnes homines est, incomprehensibile iudicamus & credimus. Et hæc quidē non rationibus nostris obstricti, sed ex scriptura sancta discentes, dicimus creatū esse & fundatū & genitū substantia, & inconuertibili & ineffabili natura, similitudine factoris, sicut ipse Dominus ait: Dominus creauit me initio viarū suarū, in opera sua, & ante secula fundauit me, ante omnes colles genuit me. Si autem ex eo, hoc est, ab eo erat, quasi pars eius vel ex fluxu substātiæ, nequaquā creatus aut fundatus esse diceretur. Neque tu ignoras hoc, domine vere, quia quod ex ingenito cōsistit, creatum iā ab alio quàm ab eo, aut fundatum nō erit: ab initio ingenito eū dicere, offensionē quandam præbet, quasi ex paterna substantia sit natus, & habeat ex eo æqualitatem naturæ. Scimus enim quia nō de eo solo genitum dicit scriptura, sed etiā de dissimilibus ei natura per omnia. Nā & de hominibus ait: Filios genui & exaltaui, ipsi verò me spreuerūt. & iterū: Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris. Et in aliis quidē ait: Qui peperit guttas roris, non natā ex natura narrās, sed vnusquisque creaturę ex eius volūtate natiuitatē. Nō enim ex eius substantia sunt: sed omnia volūtate eius facta, sicuti facta sunt. Ille siquidē Deus est, hæc autē ad similitudinē eius verbo similia futura, secundum spontaneum motū facta. Et omnia quidem per eum à Deo facta, cuncta tamē ex Deo. Quæ percipiēs & exponēs secundū datam tibi diuinitus gratiā, scribere domino meo Alexandro festina. Confido enim, quia si scripseris illi, cōuerterur. Saluta omnes qui in domino sunt. Valentē te, & pro nobis orantē gratia Dei custodiat domine.

Esa. 1. a
Deut. 32. e
Ieb. 38. e

SOCRATES.

De potentia Eusebii Nicomediensis. Cap. 17.

Eusebius Nicomediēsis.

DAlia & isti alterutris scribebant, contra veritatē se armātes ad prælium. Et peius fiebat malū ad contentionis incendiū, per eos qui hæc scripta suscipiebant. Consentientes igitur Alexandro etiā in eius tomo subscribebāt, alij verò contraria faciebāt. Præcipuè verò mouebatur ex aduerso Nicomediēsis Eusebius, quoniā in epistola sua grauiter eius memoriā fecerat Alexander. Porerat autem illo tempore plurimū Eusebius, quia tūc Imperator Nicomediæ morabatur. Nam ibi ante paulū tēporis Diocletianus, & qui circa eū erant, Regalia constituerāt. Propterea ergo multi episcoporū obediebāt Eusebio. Et ille frequēter scribebat, Alexandro quidem, vt deserēs quæstionē quæ moueret tumul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Potentia episcopi, ex loco.

tum, susciperet Arium & sequaces eius: per ciui- E tates autē diuersis episcopis, ne cōsentirent scriptis Alexandri. Vnde omnia erāt valde turbata. Non enim solummodo ecclesiæ præsules ratiocinationibus inter se certare videbantur, sed etiā populus diuisus erat. Alij namque istis, alij verò consentiebant illis. Et ad tantum causa venit incendium, vt in publico & in ipsis theatris Christianitati derogaretur. Hi quidem in ipsa Alexādria positi, tanquam iam victores de superioribus persequutionibus facti, potius armabantur, legationémque mittebant ad prouinciales episcopos: hi verò in alteram diuisi partem, illorum simili seditioni communicabant.

Dissidium ecclesiarum.

Vtrique volebant videri victores.

De Melitianis, & quomodo sint ab ecclesia segregati, quia nolente Alexandro Arium suscipere, per diuersa loca Ariani concilia celebrabant. Caput 18. F

Melitiani. An. do. 315.

Melitius.

MIscebantur igitur Arianis Melitiani, qui dudum fuerant ab ecclesia segregati. Qui verò sint isti, dicendum est. Sub Petro Alexandrinæ ciuitatis episcopo, qui susceperit Diocletiano imperante martyrium, Melitius quidam episcopus vnius ciuitatis Ægyptiorum depositus est & propter multas alias causas, & maximē quia in persequutione fide negata sacrificauerat. Ergo damnatus multos habuit sequaces, & hæresiarches factus est eorum, qui hactenus ab eo in Ægypto Melitiani vocantur, nullā iustitiæ satisfactionem habens, cur remanserit ab ecclesia separatus. Dicebat quidē iniuriā se esse passum, & obloquebatur sæpius, derogabátque Petro. Sed Petrus in persecutione, perceptā martyrij palma defunctus est. Iste verò retulit detractiones in Achillam, qui post Petrum suscepit episcopatum, & rursum in Alexandrū, qui post Achillam noscitur ordinatus. Inter hæc igitur superuēnit quæstio Ariana, & Melitius vnà cum suis defendebat Arium, conspiratione facta cum eo aduersus episcopum. Quibuscunque enim prauа videbatur Arij secta, suscipiebāt super Ario Alexandri sententiam, tanquam iustū contra cōsentaneos Arij, eius videretur esse decretum. Scribebant autem, & qui circa Eusebiū Nicomediæ erant, & alij, quibus Arij opinio complacebat, quatenus solueretur quidem præmissa damnatio, & in ecclesiam damnati reducerentur, quasi nihil mali profiterentur. Sic itaque diuersis epistolis ad Alexandrinum episcopum destinatis, fecerunt harum epistolarum collectiones. Arius quidem earum quæ pro se erant, Alexander autem contrarium. Et hinc occasio contentionis oborta est hæresibus, quæ nunc vbique circumuolant, hoc est, Arianorum, Eunomianorum & quicunque nomen habent à Macedonio. Singuli namque horū ipsis epistolis testibus vsi sunt in defensionem hæresis suæ.

Quomodo fautores Eusebii congregauerint concilium in Bithynia. Caput 19.

SOZOMENVS.

Alexander inexorabilis. Arianorum

CVm verò sepe supplicantes Alexandro qui circa Eusebiū erant, non inclinasset eum, tanquam iniuriā passi malignabātur, & acriores ad roborādum Arij dogma sunt facti: cōciliúmque in Bithynia colligētes, scripserunt episcopis vniuersis, vt tanquam rectè credentibus cōmunicarent Arianis, & agerent vt Alexander quoq; communicaret eis. Dúmque eorū studium defecisset, Alexandro nequaquam consentiente, legatione fungitur Arius apud Paulinū Tyri episcopum, & Eusebium Pamphili pontificē Cæsareæ Palæstinæ, & Patrophilū Scythopoleos, petens vnà cum suis, vt iuberetur cum populo, qui eum eo erat, solennia sacramenta ecclesiæ celebrare, tanquam ipse prius presbyterorū habuisset officium. Esse decens consuetudinem in Alexandria (sicut etiam nunc) vt vno existente super omnes episcopo, presbyteri seorsum ecclesias obtinerent, & populus in eis Collectas solemniter celebraret. Tunc illi vnà cum aliis epi- *episcopus presbyteri.* scopis in Palæstina congregati, tale decretū super petitione Arij protulerunt, iubētes eos Collectas exercere, sicuti prius, esse tamen subditos Alexādro pontifici, & deprecari semper, vt eius pace & communione fruerentur. Cúmque etiā in Ægypto multis conciliis celebratis hæresis pullularet, ita vt ad regalia vsque peruenirent, nō mediocriter Cōstantinus Imperator affligebat, eo quod religione nuper inchoante crescere, multos à christianitate dogmatū discordia auocaret. Et propterea culpabat & Arium & Alexādrum, eisque scribens arguebat quia cùm latere potuisset hæc quæstio, eā deduxissent ad mediū, & vehemēti studio cōtentiones mouissent, quæ nec quærenda erat, nec ab initio cogitanda, aut cogitata potius taciturnitati iure tradenda, cum vtique ab alterutris non seiungi potuissent, licet ex aliqua parte dogmatis dissonarent. Alexādro G siquidem & Ario, aliquando culpans, aliquādo suadens, talia scripsi, quarum literarum partem hic poni non est incongruū. Tota enim epistola in libris Eusebij posita est in vita Constantini.

opus Eusebii pamphili de vita constantini Aug.

SOCRATES.

Epistola Constantini principis ad Alexandrum pontificem Alexandrinum. caput 20.

VICTOR CONSTANTINVS
Maximus, Pius, Alexandro & Ario.

DIdici natam præsentis quæstionis originē, quando tu (ô Alexander) à presbyteris requirebas, quid vnusquisq; eorū de quodā loco in lege conscripto, magis autē pro vanæ cuiusdā quæstionis parte sentiret. Túque ô Arī, quod H neque principio cogitari debuerat, aut cogitatū taciturnitati tradi potius competebat, illud improuidè protinus obiecisti: vnde discordia inter vos emergente mysteria contemnuntur. Sāctus verò populus in vtraque diuisus, cōmunis corporis cōgruentia separatur. Ergo vterque vestrū ex æquo voluntatem præbens, in quo vos consamulus vester iustè monet, obediat. Hoc itaque neque requirere dignum est, neque de talibus respondere, quærentibus. Huiusmodi enim quæstiones, quæ non alicuius legis necessitate proponuntur, inutilis vacationis tempus exquirunt. Et licet causſa cuiuspiam naturalis exercitij fiant, tamē debemus eas intra sensum claudere, & non

& non promptè in publica conciliabula deporA tare, nec omnū auribus ineōsultè committere. Quantus enim est vnusquisque hominum, vt possit ita magnarum rerum & valde difficilium virtutē, aut ad perfectum inspicere, aut interpretari digne? ac si quis hoc faceret, difficile tamen possit, quantæ parti populi suadebit? Aut quis quæstionum subtilitates extra lapsus sui periculum sustinebit? Ergo fugienda sunt in talibus multiloquia, ne fortè dum infirmitate nostræ naturæ minimè quod proponitur explicatur, mēte discentium auditorum pro tardiori intellectu ad perfectam quæstionis perceptionem peruenire non valente, ad necessitatem blasphemiæ aut schismatis populus adducatur. Quapropter & interrogationes incautæ, & responsiones imB prouidæ, æquam alterutris veniam tribuant ex vtroque. Non enim pro summo legis mandato, apud vos occasione certaminis inflammata est, neque noua quædam pro Dei religione hæresis introducta, sed vnam eandémque rationem habetis, sicut etiam vnum communionis signū. *Signum communionis.* Vobis enim inter alterutros pro paruulis & valde modicis contendentibus causſis, tantum Dei populum, quem vestris orationibus & prudentia conuenit gubernari, discordare ne decet, nec omninò fas esse, credibile est. Vt autem paruo quodam exemplo sapientiam vestrā cōmoneam: Nostis etiam ipsos philosophos, quia in vno quidē dogmate cuncti consentiunt, cùm verò in quadam sententiæ parte discordāt, licet disciplinæ virtute separentur, tamen ad inuicē C corporis vnitate conspirant. Cùm hæc ita sint, quanto potius iustum est vos magni Dei ministros in voluntate religionis alterutris esse concordes. Consideremus itaque ratione maiori, & ampliori intelligentia cogitemus, si rectè se habeat propter parua & vana sermonum certamina fratres fratribus insultare, & honoré concilij per vos impia contentione discerpere, dum ad inuicem pro sic paruis & nequaquam necessāriis litigaris. Vulgaria sunt hæc, & infantū magis facultatibus commodanda, quàm sacrorum virorum & prudentium intelligentiæ consona. Recedamus ergo volentes à tentationibus diabolicis. Magnus noster Deus Saluator vniuersorū, commune omnibus lumen effulsit, cuius prouidentia hoc meum ministri Dei studium ad perfectionem venire permittit, vt vos illius populum mea adlocutione, & ministerio, & monitionis instātia, ad synodalem possim reuocare communionem, quia (sicut dixi.) Vna quædam in vobis est fides, & vnus secundum vos hæreseos intellectus, legisque præceptum cum suis partibus in vnius voluntatis propositū tendit. Hoc ergo quod vobis inter alia contentionem excitauit, quoniam non attinet ad totius legis virtutem, separationem quādam & seditionem inter vos non debet efficere. Dico autem hæc non tanquam cogens vos omnibus modis huic satis optimæ & qualiscunque sit cōsentire quæstioni: potest enim & honor Concilij à vobis integer custodiri, & vna atque eadem omnibus communio cōseruari, licet aliqua in vobis particulariter ad inuicem pro paruo quodam contentio generetur: quoniam non omnes in omnibus idem volumus, neq; vna in nobis natura versatur, aut voluntas vna cognoscitur. De diuinis siquidem prouidentia vna quædam in vobis sit fides, vna prouidentia, vnus in Deo sensus. Quæ verò pro his frivolis quæstionibus inter alterutros dispurata sunt, licet non in vnam sententiam colligantur, manere tamen intra sensum debent, mentis ineffabilitate seruata. Communis autem charitatis præcipuum sacramentum, & veritatis fides, & honor circa Deū atq; religionē legis apud vos inconcussę permaneat. Reuertimini ergo ad alterutros amicitia atque gratia, reddite vniuerso pōpulo vestros amplexus, vósque ipsos velut proprias animas expiantes, alterutros rursus agnoscite. Suauiores enim crebro sunt amicitiæ post inimicitiarum causſas ad concordiā restitutæ. Reddite ergo mihi trāquillos dies noctésque secutas, vt quædam iucunditas puri luminis, & vitæ iam quietæ apud me lætitia conseruetur, alioquin fuerit necessitas ingemendi & semper lachrymis ingrauari, & neque seculū libenter ferre viuendi. Dei namq; populos, id est, consamulos meos, sic iniustè & noxia vestri contentione diuisos, congregare in tempus est. Vt autem huiusmodi tristitiæ meæ magnitudinem sentiatis, audite: Pridem veniens ad Nicomediensem ciuitatem, repente ad Oriētem pergere festinabam. Cúmque ad vos tēderem, & plurima iam parte vobiscū essem, huius rei nuntio sum retentus, ne oculis videre compellerer, quæ impossibile iudicabam ad sensum posse aurium peruenire. Quapropter aperite iā mihi per vestram concordiam Orientis vias, quas contentione clausſistis alterutra, velocitérque mihi concedite, vósque ipsos & alios vniuersos populos videre lætos. & pro communi omnium concordia ac libertate, debitam gratiarum actionem fauorabilibus eloquiis Deo persoluere.

Quòd tam pro Ariana quæstione, quàm pro paschæ definienda festiuitate, in Nicæa fecit Constantinus celebrari concilium. Caput 21.

ALexandro siquidem & Ario, nunc culpādo, nunc admonendo hæc scripsisse dignoscitur. Grauiter autem ferebat, audiens aliquos cō tra omnium statutum agere Paschæ festiuitatē. Tunc etenim in vrbibus Orientis discordantes quidam ob hoc, alterutra quidem societate diuisi non erant, Iudaicè tamen festiuitatem doD minicam celebrabant, & (vt assolet) splendorē Collectæ tali discretione fœdabant. Propter vtraque igitur quietam reddere ecclesiam festinabat princeps, séque putans hoc malum posse præoccupare, antequam ad plurimos peruenirēt, misit virum circa se fide & vita simul insignem, & confessionibus priorum temporū pro dogmate comprobatum, qui compacaret Ægyptios propter dogma tumultuantes, & Orientales propter pascha discordes: fuit autē Orosius Cordubæ ciuitatis episcopus. Cúmque præter spem causſa procederet, & hæresis potius quam pax sperata valuisset, nihil impetrans remeauit, qui fuerat pro pace missus ecclesiarū. Tūc illud famosissimum in Nicæa cōcilium feruor principis excitauit, publicis asinis atque mulis, & curacibus equis, episcopos, & qui cū eis erant, ad synodum venire præcipiens.

Paschalis diei obseruationis diuersitas.

Orosius episcopus Cordubensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER SECVNDVS.

SOZOMENVS.

De Præsulibus ecclesiarum qui interfuerant Nicæno concilio. CAPVT PRIMVM.

An do. 327. Nicænum concilium.

COMMVNICABANT igitur Nicæno concilio ex Apostolicis quidem sedibus Macarius Hierosolymitanus, Eustathius iam præsidens Antiochenę apud Orontem † & Alexander Alexãdriæ, quæ est apud stagnũ Mariam. Iulius autem Romanus episcopus propter senectutem defuit, erántque pro eo præsentes Vitus & Vincentius presbyteri eiusdẽ ecclesiæ. Super hos autem & alij plurimi boni & optimi ex diuersis gentibus conuenerunt. Alij quidem ad intelligẽdum & dicendũ valde idonei, scientiáque sacrorum librorum & alia eruditione disciplinati, vitæque virtute præclari. Alij verò in vtroque probatissimi viri, quorum vtile iudico etiam nomina memorare.

† *Eluanum Sitæ.*

THEODORITVS.

Iacobus episcopus Antiochiæ Migdonica.

Tanquam stigmata domini Iesu in corpore circunferentiũ secundum sacrũ apostolum. Erat enim Iacobus Antiochiæ Mygdonię, quam Syri & Assyrij Nisibin appellant, qui mortuos resuscitauit, viuos curauit, & alia innumera probatur operatus esse miracula. Sed hæc superfluum arbitror huic operi rursus inserere, † quę in Deo amabili historia latius enarraui. Paulus Neocæsareæ, quod est castrum positum iuxta ripas Euphratis. Is enim Licinij rabie demolitus est. Ambas enim manus ligatas habuerat, ignitóq; ferro combustas, quo fuerant nerui articulorum eius à sua mobilitate siccari atque mortificati. Alij verò dextros oculos effossos habuerunt, alij dextras suras abscissas. Vnus horum erat Paphnutius Ægyptius. Et absolutè videbatur ibi populus athletarum Christi & martyrum in vno loco congregatorũ. De quibus & Eusebius Pamphyli tertio libro in Constantini vita hæc ita dicit.

† *quæ in historia philotheos inscripta.*

Paulus Neocæsariensis.

SOCRATES, EX EVSEBIO.

Cunctarum igitur ecclesiarum quæ totã Europam, Libyámque & Asiam replebant, simul erãt ministrorum Dei congesta cacumina, vnáque orationis domus, tanquàm à Deo dilata intrinsecus ferebat omnes in idem. Syros simul & Cilicas, Phœnicásque & Arabes, atque Palęstinos. Inter hos & Aegyptios, Thebæos, Libyas, necnon & qui ex Mesopotamia oriuntur, sed etiam Persa ad concilium venit episcopus. Verum nec Scythia defuit ex eorum choro, Pontúsque & Asia, Phrygia & Păphilia, viros probatissimos præbuerunt. Aderant Thraces & Macedones, Achini & Epirotę, & his quoque interius habitãtes. Ipse autem Hispanorum valde famosus Osius vnus erat & simul plurimis assidebat. De regia verò ciuitate Præsul Alexãder propter senectutem defuit, presbyteri verò præsentes locum eius implebant. Talem itaque solus à seculo vnus Imperator Constantinus Christo coronam vinculo pacis exornans, suo saluatori de victoria inimicorum & hostium Deo † docibilem dedicauit, gratiarum actionis imaginẽ secundum nos apostolica plausione constituẽs. Tunc igitur ille sermo completus est: Collectos ex omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt viros religiosos, inter quos erant Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociã, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyæ circa Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæi, & Proselyti, Cretes & Arabes. Verumtamẽ hoc illis deerat, quod non (sicut isti) omnes ex Dei ministris vndique cõsistebant. In præsenti siquidem choro multitudo erat episcoporũ numerũ trecentorum excedens, sequentibus eos presbyteris ac diaconibus & acolytis, quorum numerus non poterat cõprehendi. Ministrorum verò Dei alij sapiẽtiæ sermone fulgebãt, alij continẽtia vitæ & patiẽtia coruscabant, alij verò medio modo horum virtutibus ornabatur. Erant igitur inter eos alij temporis honorati lõgitudine, alij iuuentute & animi robore præmicantes, qui nuper venerãt ad huius ministerij cursum. Quibus videlicet & omnibus Imperator diebus singulis cibaria largissimè ordinarat expendi. Hæc itaque de his qui ibi collecti sunt, Pamphili recitauit Eusebius. Cúmque celebrasset Imperator victricem cõtra Licinium festiuitatẽ & ipse occurrit ad Nicæam. Clarebãt autem inter episcopos, Paphnutius ex superiori Thebaide, & Spyridion Cyprius. Cuius autem rei caussa horum meminerim, postea sum dicturus.

Osius Cordubensis episcopus.

† *decorã, vel decibilem, sic legitur in vetusto codice.*

Act. 2.b

Patres Nicæna synodi.

De libellis oblatis imperatori, & ab eo iussis incendi, & de disputatione dogmatis Ariani. Caput 2.

SOZOMENVS.

ADerant itaq; cũ episcopis viri disputationis experti, verbi studentes prodesse cõcilio. Vt autem assolet fieri, plurimi sacerdotum tanquã pro caussis propriis decertare collecti, tẽpus se inuenisse putarũt, quo corrigeretur quod cõtristabat eos, & de quibus aliũ vnusquisque fortè culpabat, libellũ offerẽs principi, quæ in eo fuerant

Constantinus victum superatis patribus concilij,

& conuicia Constantinus aduersus Licinium.

constantinus nolebat iudicare de causis sacerdotum.

tant commissa, narrabat. Cúmque hoc quotidie facilè accideret, præcepit Imperator certo die singulos de quibus alius alium culparet, facere manifestum. Cúmque dies constituta venisset, libellos oblatos suscipiens: Hæ quidem accusationes, inquit, habebunt proprium, id est, diem magni iudicij, iudicem verò illum, qui tunc futurus est omnibus iudicare. Mihi ergo homini constituto, de huiusmodi rebus nõ licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium & simul accusatorum, quos minimè cõuenit tales debere monstrari, qui iudicentur ab aliis. Age nunc imitantes diuinam clementiam in alterutrorum veniam accusationes aboleamus alterutras, & de his quæ ad fidem pertinent agere studeamus, cuius huc gratia venimus. Hæc quidem Imperator dicens, vnuscuiusque scripturam vt aboleret libellos iussit ardere, diémque diffinuit, qua solui quæ erant dubia, conueniret. Ante constitutum verò diem conuenientes apud semetipsos episcopi, euocauerunt Arium & propositis in commune suis opinionibus disputabant. Cúmque, vt assolet, ad diuersas quęstiones caussa traheretur, alij quidem suadebãt nihil innouandum circa antiquam fidei traditionem, & maximè quando morum simplicitas sine perscrutatione traderetur, accedentibus ad fidei sacramentum. Alij verò respondebant non oportere sine examinatione sequi sentẽtias antiquorum. Plurimi verò tunc conuenientium episcoporum & sequentium eos clericorũ, scientes disputare, huiusmodi elocutionum arte exercitati claruerunt, & Imperatori, atque his qui circa eũ erant, noti sunt facti. Ex illo enim & Athanasius tunc diaconus existẽs, dum cum Alexandro esset episcopo, huius studij pars esse maxima videbatur, necnon & quidam Græcorum philosophorum opportunè harum disputationũ quæstione participari sunt. alij quidem quale esset hoc dogma studẽtes agnoscere: alij verò nuper inchoãte Græcorum religione deperire, Christianis infensi, dogmatis sacramenta ad verborum certamina protrahebant, ita vt contra se seditiones exercerent, certamináque sibimet inferrent, & sæpius ex aduerso contenderent.

Athanasius disputator. Græci vocat eum.

in dialecticos.

SOCRATES.

De Laico simplici confessore virum dialecticũ superante, & de sene simplici, Philosopho Christianismum dogma pandente. Caput 3.

CVmque plurimi disputationis delectatione traherentur, vnus quidam ex confessoribus laicis simplicẽ habẽs sensum, Dialecticis obuiauit, dicens: Audite igitur, Christus & Apostoli non nobis artem Dialecticam tradiderunt, vanámque verborum fallaciam, sed puram scientiam fide & bonis operibus obseruandam. Hæc dicente inuene & animo sene, præsentes quidem mirati sunt, dictúmque probauerunt. Dialectici verò satisfactione suscepta, cessarunt, rationem videlicet simplicem veritatis audientes.

SOZOMENVS.

Fertur enim & aliud: dum quidam eorum magnificentia sermonum extolleretur & illuderet sacerdotibus, non protulit eius fastum quidam senex simplex & innocens ac probatissimus cõfessorũ, sed accessit aduersus eum proferre sermonem. Hoc itaque factum petulantibus quidẽ & simplicem scientibus confessorem, risum mouit, maturioribus verò formidinem, prouidentibus, ne à viro verbis artificè deduceretur ad risum. veruntamen cedẽtibus vt quod vellet ediceret, resistere nanque ei cum talis esset nimium verebantur: In nomine, inquit, Iesu Christi, ô philosophe, audi dogmata veritatis: Vnus est Deus cœli & terræ, omniúmque visibilium & inuisibilium creator, qui hæc omnia verbi sui virtute fecit, & spiritus sui sanctitate firmauit. Hoc itaque verbum quod nos, inquit, filiũ Dei nominamus, habita misericordia super homines, ab errore eos & ferali religione liberauit, passus ex muliere nasci, & cum hominibus conuersari, & mori pro eis, veniétque denuò iudicaturus singulorum vitã. Hæc ita se habere sine perscrutatione credimus. Noli igitur inaniter laborare quærens destruere ea quæ fide percepimus. Noli inuestigare modum, quo fieri hęc, aut non fieri potuerint. Si enim credis consulenti mihi, ad ista responde. Obstupefactus verò Philosophus, credo, inquit. Tunc gratias pro deuictione persoluens, eadem quæ senior æquè sectatus est, & prioribus consectatoribus vt vnanimes sibimet essent persuadebat, non improuidè mutatum se iurans, sed ineffabili quadã virtute ad Christianitatem protinus inuitatum.

Christianus idiota Philosopho Christi religionẽ persuadet.

Quomodo in conflictu Alexander Constantinopoleos fecerit philosophum obmutescere paganorum. Caput 4.

DIcitur autem proximũ huic miraculo, quiddam gestum per Alexandrum Constãtinopolitanæ ciuitatis episcopum. Cùm enim venisset Imperator Constantinus Byzantium, adeuntes eũ quidã philosophi, quęrebantur quasi non Deũ coleret vt deceret, & circa sacra nouitates exerceret, nouam in republica introducẽdo culturam, præter ea quæ eius maioribus visa sunt, & Græcorũ Romanorúmque principibus quos habuerunt, transacta secula, placuerunt: volebántque cum Alexandro episcopo disputare de dogmate. Ille verò huiusmodi exercitatione verborum inexpertus erat, de vitæ qualitate confidens. Fuit enim vir magnus, & conuersatione mirandus. Cúmque certamen Imperatore præcipiente susceptisset, conueniissentque philosophi, omnibus loqui volentibus, vt vnum ex se quem vellet eligerent postulauit sanctæ memoriæ pater noster Alexander, cæteros verò quicunque essent, silentium tenere præcepit, & tantummodo his quæ ab vtroque dicerentur, intendere. Suscipiente autem vno eorum disputationis vniuersæ negotium, ad Philosophũ sanctus Alexander: In nomine inquit, Iesu Christi impero tibi ne loquaris. Et vnà cum eius sermone opus impletum est. Repente namque ille homo vt sermonem audiuit, obligato ore conticuit. Puráne iustum fuit consyderare, vtrum maius hoc miraculum videretur, vt homo & quidem Philosophus, sic facilè officiũ locutionis amitteret, an certè vt lapis violẽ-

Alexander melior quam dictior.

Alexander philosopho silẽtium imperat per miraculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia verbi manu diuideretur? quod quidam aiunt A Iulianum fecisse Chaldæum. Et hæc quidem sic acta referuntur.

THEODORITVS.

De prima sessione episcoporum in Nicæno palatio, & de abdicatione Arij. Caput 5.

Sessiones in Nicæno concilio & de Arij dogmate.

INterea sacerdotes sæpe conuenientes Arium ad medium deducebant, subtilémque examinationem de eius propositionibus agitabant. Temerè enim in qualiber parte metuebant proferre sententiam. Hæc itaque sacra & venerabilis turba, à permixtione aduersariorum non videbatur aliena. Erãt enim inter eos quidã, pauci quidem, sed callidi, & breuia imitantes, celantesque calliditatem, & Arij blasphemiam nõ defendentes apertè. Conueniẽtibus igitur vniuersis, maximam donum præparauit in Regalibus Imperator, sedes & subsellia in ea poni præcipiens, quæ sufficerent ordini sacerdotum: ita decentem præparans eis honorẽ inuitauit ingredi, & de præsentibus habere concilium. Introiuit autẽ & ipse princeps vltimus cum paucis, laude dignam sui magnitudinẽ habens, & mirabilem speciem, mirabiliorẽ inque gerens dignitatem pudoris in fronte. Minore verò sede quàm aliis posita, in medio eorum sedit, primò tamẽ petẽs sibi hoc episcoporum iussione concedi. Tum cũ eo resedit sacratissimus ille chorus. Primus itaque magnus Eustathius Antiochenæ sortitus ecclesiæ Præsularum (nam Philogonius, cuius dudum meminimus, ad meliorẽ iam transierat vitam. Et hunc venerabilem virũ, etiam nolentẽ ad regimen eius ecclesiæ decreto communi põtifices ac sacerdotes, & omnis populus Christianus venire cõpulerat.) Is ergo præconiorum floribus caput principis exornauit, & studio eius quod habebat circa sacra, benedictiones exhibuit. Post hũc autem Eusebius cognomine Pãphili. Quibus iam reticentibus, celebertimus Imperator protulit de vnanimitate cõcordiáq; sermones, tyrannorũ eis crudelitatem rememorans, & honorabilem pacem quæ sub eo est collata diuinitus: simul & quia pessimum & valde crudele videretur, vt destructis hostibus, nullóq; præsumente resistere, sacerdotes alterutros iacularentur atque cõsunderent, & impius atque sine Deo personis delectationẽ risumque præberẽt: cum vtique de diuinis tractarent rebus, & sancti spiritus doctrinã in scripris haberent: Euangelici enim libri sunt, inquit, & Apostolici, antiquorũmque prophetarum sanctiones, quæ nos erudiunt quid de sacra lege sapiamus: Expellẽtes igitur hostile certamẽ ex verbis diuinitus inspiratis, solutionem quæstionũ mẽte percipiamus. Hæc & his similia, tãquam filius amator patris, sacerdotibus veluti patribus offerebat. Apostolicorũ dogmatũ studens conciliare concordiã. Concilij verò plurima pars his quæ dicebantur obediebat, & inter alterutros vnanimitatem & dogmatum salubritatẽ libenter amplectebatur. Pauci verò quidam, quorũ iam meminimus, & super illos Minophantus Ephesius, & Scythopolites Patrophilus, Theogonius Nicænus episcopus, & Narcissus Neroniadis, quæ est secũde Ciliciæ vrbs, quam nunc Irenopolim vocãt. Et cum his Theonas Marmaritanus, & Ptolemaidis Ægypti Secundus, Apostolicis resistẽtes dogmatibus, Arium defendebant: dictantes enim fidei petitionem cœtui communi dederũt. Quæ cùm lecta fuisset ab vniuersis, repente disrupta est, & adultera fraudulentãque pronunciata. Turba siquidem & tumultu contra eos ab omnibus habitis, cunctísque proditionem ab eis factam accusantibus pietatis, formidantes surrexerunt, & primi Arium abdicarunt, excepto Secundo & Theona. Cùm ergo fuisset impius ille destructus concorditer vniuersi fidem gloriámque dictantes, quæ hactenus in ecclesiis permanet, & subscriptionibus roborantes soluêre cõcilium. Dolosè tamen & non salubriter prædicti viri in fidei termino consenserunt, vt restantur tam quæ postea ab eis machinata sunt contra pietatis propugnatores, quàm quæ ab ipsis cõscripta noscuntur.

Arius damnatur.

Relatio Eustathii Antiocheni de Nicæno concilio. Caput 6.

Eustathius Antiochenus.

EVstathius itaque Antiochenus episcopus, cuius primitus memini, hæc de eis retulit, docens quæ facta sunt, eorũmque redarguens blasphemiam, vbi illud etiam Prouerbiale interpretatur eloquium: Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua. Pergo itaque iam hinc etiam ad ea quæ gesta sunt. Cùm igitur propter hæc synodus maxima in Nicæam venisset vrbẽ, & quæreretur fidei modus, aperta quidem impudentia Eusebius blasphemiæ scripturam protulit, quæ coram omnibus lecta, repẽte cladem importabilem causſa diuisionis audientibus irrogauit, confusionem tamen incurabilẽ suo prouidit autori. Cúmq; officina capta fuisset, indubitanter Eusebij, disrupta iniquitatis scriptura in conspectu omnium, quidam ex tractatu nomen exponentes pacis, compescuerunt omnes iustam querimoniam facientes. Ariani autem metuentes, ne congregato in idem tanto concilio pellerẽtur, exilientes anathematizauerunt interdictum Arij dogma concorditer subscribentes literis, suáque manu consentientes, & similiter se sicut omnis synodus, sapere profitentes. Cúmque præsulibus (vt ita dicam) mala calliditatis arte præualuissent, qui magis debuerant agere pœnitentiam, tunc quidem latenter, postea verò clarè damnatas cœperunt allegare sententias, sæpe ponentes insidias eis quibus videbantur esse connĩcti, volẽtésque zizaniorum germina † radicare. Et tunc timentes declinantésque tanti concilij cognitores, occultè postea pietatis prædicatores debellare tentabant. Sed non credimus homines sine Deo posse præualere contra sacram adorandámque legem, euangelicámque doctrinam. Nam licet ad modicum roborentur, rursus fortiter & magnificè deuincuntur, secundum prophetam glorioſæ vocis Esaiam. Hæc itaque magnus Eusebius.

Eusebius Nicomediensis fautor Arij.

Ariomice mera subscribunt.

† plantare.

Relatio Athanasij ad Aphros. Caput 7.

Athanasius ad Aphros.

HVius autẽ cõcertator & veritatis propugnaculi turris Athanasius successor Alexandri celeber-

celebertimi præsulis, quãdo scripsit ad Aphros, A centum triginta magnæ Romæ ciuitatisque nostiæ, acculaperunt omnes qui dicunt faciuram aut creaturam esse filium, & non consubstantialem patri. Et hoc sciebat Eusebius Cæsariensis episcopus, qui primum defendebat Arianorum sectam, nouissimè verò subscripsit Nicæno cõcilio. Scripsit autem & cimbus suis, confirmans quia & antiquorum aliquos doctos & illustres & episcopos & conscriptores agnouisset, nomine consubstãtialitatis vios in patris & filij deitate. Isti ergo concilium memẽtes, expolitæ fidei cõsenserunt, secundum Prophetæ increpationem, dicẽtis: Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum longè est à me. Theonas, autem & Secũdus nolẽtes adquiescere, condemnati sunt. Postea verò in concilium venientes, viginti conscripserũt de cõuersatione ecclesiastica sanctiones.

Matt. 15. & Mar. 7.

SOCRATES.

De Sabino Macedonianorum episcopo. Caput 8.

SAbino itaque non credamus, qui eos idiotas vocauit & imperitos. Sabinus enim Heracleiæ Thracensis Macedonianorum episcopus, habita congelliune eorum, quæ per diuersa cõcilia sacerdotum ex scripto prolata sunt eis qui in Nicæa conuenerunt, velut idiotis & simplicibus derogauit, non sentiens quoniam & ipsi Eusebio cum multa probatione profitenti fidẽ, velut idiotæ noscitur derogare. Et aliqua quidẽ volens præteriũ, aliqua verò mitigauit, cuncta tamen secundum propriam sumpsit intentionẽ. Et laudat quidem tanquam fide dignum testem Eusebium Pamphili, laudat simul & principem, tanquam ex quæ sunt Christianorum dogmatizantem. Culpat autem expositam in Nicæa fidẽ, tanquam ab idiotis & nihil scientibus traditam: & quem velut sapientem & sine mendacio testem vocare consuenit, eius voces sponte contemnit. Ait enim Eusebius: Quia ex viris Dei Nicæa conuenientibus, alij quidem sapientiæ sermone micuerunt, alij continentia vitæ laudati sunt: & quoniam Imperator præsens omnes ad vnitatem suam concordes & consectatores esse perstruxit. Sic ergo contraria dicta Sabini, necnon Eusebij atque eorum sibimet agnoscuntur. Et si quidem alicubi opus fuerit, de Sabino memorabimus. Cõcordia ergo fidei à magno in Nicæa prolatæ concilio, ab Eusebio clara voce laudata, hæc est.

Ex Deo, id est, ex substantia.

Eusebius Cæsariensis.

Fidei nicæni concilii.

De fide Nicæni concilii. Caput 9.

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentẽ, omniũ visibilium inuisibiliúmque factorem. Et in vnum dominum Iesum Christum filium Dei natum ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verũ ex Deo verò, natũ nõ factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutẽ descendit, & incarnatus & homo factus est, passus, & resurrexit tertia die, & ascẽdit in cœlos & vẽturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiri-

Vsus. 44.e

Vsal. 35.e Ioan. 10.f

† Hebr. 1.a

† Vnica. Vsal. 45.e

† reperientes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum sanctum. Dicentes autem: Erat, quando nō E erat: aut, non erat antequam fieret: aut, quia ex non extantibus factus est: aut, ex altera subsistentia vel essentia dicētes esse: aut, creatū aut cōuertibilem filium Dei, hos tales anathematizat catholica & Apostolica ecclesia. Hanc venerabilem fidem, trecenti quidem decem & octo & agnouerunt & amplexi sunt. Et (sicut ait Eusebius) consonantes & vnanimes in scriptis explanauerunt. Quinque verò solummodo non receperunt, verbū consubstantialitatis reprehēdentes, Eusebius Nicomediæ Præsul, Theogonius Nicenus, Maris Chalcedonensis. Theonas Marmaricenus. Secundus Ptolemaidis, dicentes cōsubstantiale esse quod ex aliquo est, aut ex partitione, aut ex decursione, aut ex plantatione quidem, sicut ex radice germē: ex decursione verò, sicut paterni filij: ex partitione autem, sicut ex F massa aurea anuli duo vel tres. Secundum nullū autem horum, inquiunt, & filius Dei. Propterea ergo dicebant in fide non esse consentiendum. Plurimū siquidem verbo cōsubstantialitatis derogantes prædicti viri, in Ariana depositione subscribere noluerūt. Ideóque synodus Arium, & consectatores eius anathematizauit omnes, adiicientes neque accedere eum in Alexandriā. Præceptúmque principis repente eundem Ariū & qui circa Eusebium, & Theogonium, & qui eum eis, exilio deportauit.

Ariani qui nolebant ὁμοούσιον vocē recipere.

Quemodo Eusebius & Theogonius data pœnitentiæ libello recepti sunt. Caput 10.

EVsebius igitur & Theogonius post modicū tempus exilij, libellū pœnitentiæ porrigentes, in fide Consubstantialis consenserunt, quod declarabimus procedentes. Tunc autem in synodo Eusebius cognomine Pamphili & Cæsarææ Palæstinæ sortitus episcopatum, paululum animaduertens atque consyderans, vtrū oporteret suscipi terminū fidei vnà cum aliis omnibus, hoc est, vniuersa multitudine consensit atque subscripsit, necnon & populo sub sua diœcesi constituto scripsit terminum fidei, & vbiq; destinauit sermonem subtiliter consubstantialis interpretatus, vt nequaquam penitus suspitionem aduersam de eo quisquam habere posset. Sunt autem quæ ab ipso Eusebio conscripta sunt huiusmodi verba.

Epistola Eusebij Pamphili de fide Nicæni Concilij ad Palæstinos. Caput 11.

Eusebius Cæsarien. ὁμοούσιον vocabulū subtiliter interpretatur Matt. 28. d

ARbitramur, & vos dilectissimi etiam aliunde didicisse, fama consuera præcurrere perfectum de his quæ gesta sunt sermonem. Sed ne ex huiusmodi auditu veritas vobis aliter nuntietur, necessariò misimus vobis primū quidē scripturam à nobis de fide propositā. Nam & Dominus noster ad prædicandum discipulos suos mittens, ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. De quibus & affirmamus ita habere & ita sapere, sed etiam dudum sic habuisse & ita sapuisse, & vsque ad mortem pro hac instare fide, anathematizantes omnē hæresim, hæc omnia ex corde sapuisse & animaduertisse quo nouimus nosmetipsos, & nunc sapere & dicere cōtā omnipotēte Deo & domino nostro Iesu Christo cū veritate testamur, ostēsuri probationibus & satisfacturi vobis, quia & præteritis temporibus ita credidimus & prædicauimus. Hac autem à nobis exposita fide, nulli relictus est resistendi locus. Sed & ipse primus Deo amabilis Imperator noster, rectissimè eam habere testatus est, & sic etiam se professus est sapere: & in hac omnes consentire & subscribere, & in his dogmatibus concordare præcepit, vno solummodo scripto & inserto consubstantialis verbo. Quòd etiam ipse interpretabatur, dicens, quia non secundū corporeas passiones consubstantialis dicitur, neque secundum diuisionē, neque secundū quādam decisionem ex patre subsistere. Non enim posse naturā sine materia intelligibilem incorporeámque corporalem aliquam subsistere passionē, sed sacris quibusdam ineffabilibúsque rationibus magis intelligendam. Et sapientissimus quidem atque piissimus Imperator ita philosophabatur. Fidei ergo explanatione dictata quēadmodum ab eis dictum sit ex substātia patris, & patri consubstantialem non est sine examinatione derelictū. Consultationes enim & respōsiones deinde mouebantur, & mens perscrutabatur dictorum sensum. Et hoc ergo quod videbant de substantia constabat apud eos significatiuum quidem esse ex patre, non tamen tanquā partem esse patris. Propterea nobis quoque videbatur bene se habere, vt mente cōsentiremus piæ doctrinæ dictanti ex patre filium esse, non tamen partem eius esse substantiæ. Quapropter & nos mente consensimus, neque vocem Consubstantialis refutātes, posita præ oculis nostris pacis intentione, & ab intellectu rectissimo nō G cadentes. Secundum hoc etiam natum & non factum suscepimus: quoniam factum commune esse dicebant opus reliquarum creaturarum factarum per filium, quarum nihil simile habere filium consitemur & prædicamus. Vnde non eum esse factura dicimus, quod cōgruit his quæ per eum facta noscuntur, sed superius quam factura, totius esse substantiæ, quam ex patre natā diuina docere videntur eloquia, modo quidem generationis inenarrabili & incogitabili existēte vniuersæ naturæ factæ. Sic autem & consubstantialem esse patri filium ratio examinata cognouit, non secundum corporum modum, neque mortalibus animalibus proximum. Nam neque per diuisionem substantiæ, neque perfectionem aut mutationem paternæ substātiæ vel virtutis. His enim omnibus ingenita natura patris extranea est. Sed prædicandum est esse consubstātialem patri filiū, eò quod nullā æqualitatē ad creaturas factas Dei filius habeat, sed soli patri genitori per omnem modum sit similis, & nō sit ex alia qualibet substantia vel essentia, sed ex patris. Quod etiā ipsum hoc modo interpretatū bene se habere visum est ad consentiēdum: quoniam & priscorum episcopos aliquos conscriptores eloquētes & nobiles agnoumus in patris & filij θεολογίᾳ (id est, diuina ratiocinatione) nomine consubstātialis vsos. Hæc itaq; de exposita fide sint dicta, in qua vniuersi consensimus, nō sine animaduersione, sed secūdum sensus expositos cotā ipso Deo amabili examinatore imperatore & prędictis rationibus cōcordantes anathematisimum

De substantia.

tisūnum post fidē in eis prolatū sine tristitia esse A nati sunt. Sed quoniā ineffabilis gratia Dei illas credimus, eo quod non scriptis vti vocibus prohiberent. Vnde penè omnis facta est confusio & indisciplinatio cunctis ecclesiis. Nulla siquidem scriptura diuinitus inspirata dicente, ex non extantibus: aut fuit aliquando quando non fuit, & reliqua quæ proferebant, irrationabile nobis vitium est hæc dicere vel docere. Quoniā neque priore tempore huiusmodi consuetudinis vti sermonibus. Hæc vobis necessariò scripsimus dilectissimi, iudicium nostræ examinationis ac cōsensum vobis significantes. Et quam rationabiliter tunc quidē, quoniam nos scripta quædā modis aliis offendebant. Postea verò indubitatē ea quæ erant, sine cōtristatione suscepimus. Quapropter magnanimiter nobis sensum verborū discutiētibus, placuit cōcordare in his quę B à nobis ipsis in fidei expositione confessa sunt.

Hæc itaque Eusebius Pamphili in Cæsariam Palæstinæ, literis explanauit. Alexandrinæ verò ecclesiæ, Ægyptiacis, & Libyæ, & Pentapoleos, & quæ vicinæ sunt, hæc scripsit communi decreto Concilium.

Melitio potestas episcopalis adempta.

THEODORITVS.

Epistola Nicæni concilij ad Alexandrinum & Ægyptum destinata. Caput 12.

SANCTÆ MAGNÆQVE DEI gratia Alexādrinæ ecclesiæ, & dilectissimis fratribus per Ægyptum, & Libyam, & Pentapolim constitutis, congregati & magnam sanctámque synodum Nicææ celebrantes episcopi in Domino salutem.

Litera Nicenæ synodi ad Alexandrinos & Ægyptios

QVoniā Dei gratia & Deo amātissimi principis nostri Constant. congregantis nos in vrbe prædicta ex prouinciis diuersis & ciuitatibus, magna sanctáque synodus celebrata est, omnimodis necessario visum est, ab hoc sacro sanctóque concilio, etiā ad vos literas destinari, vt noueritis quæ quidē mota & examinata, quæ verò placuerint atque firmata sint. Ante omnia siquidem exquisita sunt impia & iniqua & sine deo dogmata Arij, atque consentientium, sub præsentia Deo amantissimi Imperatoris nostri Constantini. & omnium decreto cōplacuit anathematizari impiā eius sectam, & iniqua & sine Deo verba, simul & nomina quibus vtebatur, D filium Dei blasphemans & dicens ex non extantibus esse. Et iterum: Fuit aliquando, quando nō fuit. Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit? & pro libero arbitrio malitiæ atq; virtutis capabilem filium Dei dicentis, & creaturā nominantis eum atque facturam. Hæc igitur omnia fatua & anilia, & blasphema anathematizauit sanctum & vniuersale concilium, & nec vsque ad auditum impiæ sectæ atque furoris huius, aut intellectum iniquorum sensum accommodauit. Ea quidem quæ de illis gesta sunt, qualem terminum habuerint, omnia iam aut audistis, aut audietis, ne nos fortè videamur viro obloqui, propter delictū suum improperia digna portanti. Tantum enim valuit eius impietas, vt etiā Theonas Marmaricenus, & Secundus Ptolemaidis ea† potirentur. Idem enim & illi dam-

Arius cum suis sectatoribus damnatus.

† *vterentur.*

De observatione paschæ.

Nota antiquum morem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRINITAS CONSVBSTANTIALIS & æterna.

SOCRATES.

Quod Nouatianorum episcopum Acesium euocarit Constantinus ad concilium. Caput 13.

EX hac igitur epistola synodi manifestum est, quòd non solùm Arium & consortes eius anathematizauerint, sed etiã verba sectæ ipsius: Et quod de pascha concordantes, hæresiarcham Melitium susceperint. Mouet autem me feruor imperatoris, etiam ex alia re eius voluntatis habere memoriam, & quemadmodum pro cõcordia cogitabat. Habens enim prouidentiam pacis ecclesiarum, vocauit ad synodum & Acesium Nouatianorum religionis episcopum. Postquã ergo scripta & subscripta est à concilio fidei definitio, requisiuit imperator Acesium, an & ipse consentiret in fide & Paschalis definitione festiuitatis. At ille: Nihil, inquit, noui ô Imperator synodus definiuit. Sic enim olim & à temporibus Apostolorum ipse percepi, & terminum fidei & tempus Paschalis festiuitatis. Porrò denuò Imperatore requirente: Cur ergo te à communione separas? Ille ea quæ sub Decio gesta sunt persecutionis tempore, replicauit, & subtilitatem acerbissimæ regulæ deduxit ad medium, quòd non oporteat eos, qui post baptisma peccant, peccato quod ad mortem esse scripturę diuinæ pronuntiant, communicatione sacramentorum fieri dignos: sed inuitãdos quidẽ ad pœnitentiam, spem verò remissionis nõ à sacerdotibus, sed à Deo solummodo sustinere, qui potestatem habet peccata remittere. Hæc cùm dixisset Acesius, imperator ait: O Acesi, pone, scalam, & si potes ascẽde solus in cœlum. Hæc nec Eusebius Pamphili, nec alij dixerunt. Ego verò audiui à viro nequaquam mentiente, qui & valde senex erat, & tanquam qui vidisset ea quæ fuerant in Concilio gesta referebat.

SOZOMENVS.

Quod Canones ecclesiastici in Nicæa conscripti sint, & de Vicennalibus Constantini. Caput 14.

Canones Nicæni concilii.

SYnodus autem corrigere volens hominum vitam & in ecclesiis commemorantium, posuit leges, quas Canones appellamus. In quorum tractatu videbatur aliquis introducere legem, vt episcopi, & presbyteri, diaconi & subdiaconi, cum coniugibus quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autẽ in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, concubitum cum propria coniuge. Suasitque cõcilio ne talem ponerẽt legem, grauem asserens esse caussam, quæ autipsis, aut eorũ iugalibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum esset inexpertus, exposuit. Synodúsque laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in vniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit. His à concilio ita dispositis, contigit Vicennalia Constantini principis prouenire. Et ea consuetudo Romanorum, vnumquodque decennium imperatorum, publica deuotione celebrare. Opportunũ ergo iudicans Constantinus, inuitauit tũc ad cõuiuia synodum, & donis cõpetẽtibus honorauit. Admonitósque de cõcordia fidei, & cõmuni inter alterutros pace, petita ab eis oratione, valedixit vniuersis in Nicæa, scribens absentibus quæ fuerint in concilio celebrata, & inuitans vt ab omni discordia recedentes, concordarent in exposita concilij fide, quæ nihil aliud nisi Dei sententia videretur ex consonantia tantorum & talium sacerdotũ sancto Spiritu constitutra, & post inquisitionem subtilissimam & animaduersionem dubitationum omnium comprobata.

De cælibatu sacerdotum.

Vicennalia Constantini Aug. An. do. 329.

SOCRATES.

Epistola Constantini de Ario & scriptis eius. caput 15.

VICTOR CONSTANTINVS Maximus Augustus, episcopis & populo.

MAlignos & impios Arius imitatus, dignũ est vt illorũ quoq; suscipiat vltionẽ. Sicut ergo Porphyrius, diuinæ pietatis inimicus, iniqua volumina contra religionẽ proferẽs, dignã promeruit inuenire mercedẽ, & talem, per quã in posterũ esset opprobriũ, & plurima compleretur infamia: & nunc placuit Ariũ & consectatores eius vocari Porphyrianos vt quorũ mores imitati sunt, eorũ vocabulo perfruãtur. Super hæc autẽ, si qua cõscriptio ab Ario facta reperitur, igni tradatur, vt non solùm praua eius doctrina depereat, sed neque vlla eius possint remanere cõmenta. Hoc etiã præcipio, si quis cõscriptiones Arij cælasse cõperitur, & nõ repentè proferens, igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. Mox enim vt in hoc fuerit captus, capitalẽ suscipiet vltionem. Deus vos custodiat.

THEODORITVS.

Epistola ad Eusebium Palæstinæ de confectione sacrorum librorum & de repurgatione dominici sepulchri. Cap. 16.

VICTOR CONSTANTINVS maximus pius, Eusebio.

VT in nostri nominis ciuitate cognouim*, Saluatoris Dei nostri prospiciẽte solatio, maxima hominũ multitudo sanctissimæ fe dicauit ecclesiæ, vt hoc cremẽto valde proficiẽte dignũ esse videatur etiã ecclesias in ea plures ædificari. Quapropter quod visum est nostræ voluntari, ac decuit nos tuæ notum facere sapiẽtiæ, quatenus quinquaginta mẽbranaceos codices bene cõfectos, & ad vsum habiles, ab artificibus antiquariis, & perfectè artem sciẽtibus scribi præcipias diuinarũ videlicet scripturarũ, quarũ maximè confectionẽ & vsum necessariũ ecclesiis esse nosti. Missæ sunt enim literæ à nostra tranquillitate ad prouinciæ iudicẽ quatenus omnia cõfectioni eorũ necessaria præbere curet. Vt enim citiùs codices cõscripti cõficiantur, erit opus diligentiæ

Publica vehicula.

ligentiæ tuæ. Nã & duo publica vehicula ad deferendos eos ex autoritate rescripti nostri te percipere cõuenit. Sic enim & maximè bene cõscripti vsque ad nostrũ perducẽtur aspectũ, vno videlicet tuæ ecclesiæ hoc exequente diacono: qui dũ ad nos venerit, experietur nostræ munificentiã pietatis. Deus te custodiat frater charissime.

Sufficiant quidẽ hæc ad coniiciendum, magis autem apertè noscendũ, quemadmodũ celeberrimus Imperator suum studiũ circa sacra constituerit: Attamen adiiciam, quæ etiã circa salutare sepulchrum gesserit. Agnoscens enim quoniam elati & circa cultura bacchantes idolorũ, sepulchrum domini sordibus operuerant, obliuione tradere contendentes memoriam salutarem & desuper templũ ædificauerãt luxurio sissimæ dæmonis, id est, Veneris, vt illic virginum cantibus insultarent, præcepit destrui sceleratissimum tẽplum, ipsúmque pulueriẽ funestis sacrificiis violatum euici & procul à ciuitate dispergi, deinde sacrarium ædificari Deo, maximum atque pulchrum: sicut designatur ex eius epistola ad Macarium ipsius ciuitatis episcopum destinata.

SOCRATES.

Libellus pœnitentiæ ab Eusebio & Theogonio datus. cap. 17.

EVsebius igitur & Theogonius pœnitẽtiæ libellum summis episcopis mittẽtes ab exilio reuocati sunt Imperiali præcepto, & suas ecclesias receperunt expellentes eos, qui in ipsorũ locis fuerãt ordinati. i. Eusebius Amphionẽ, Chrestum verò Theogonius. Cuius libelli exemplar hoc est: Dudum quidẽ ante iudiciũ condẽnati à reuerentia vestra, patiẽter ferre, quę decreta sunt à sancto vestro concilio debuimus. Sed quia nimis absurdum est, contra nosmetipsos dare calũniatorib⁹ de taciturnitate probationẽ, propterea referimus, quoniã nos & in fide vnà cucurrimus & sensum examinantes de Cõsubstantialitatis sermone cuncti pacificati sumus, nequaquã sequentes hæresim, sed cõmemorantes ad cautelam ecclesiarũ, quæ nostræ subueniebant menti. Et satisfacientes eis, quibus per nos suaderi debuerat, in fide subscripsimus. Anathematismo autem nõ subnotauimus, non tanquã fidem accusantes, sed vt velut non credentes talẽ esse eũ, qui fuerat accusatus, certi de eius missis ad nos epistolis, & inter nos disputationibus habitis. Si igitur satisfactum est sancto vestro concilio, nõ reluctantes, sed consentientes decretis vestris, etiam hac conscriptione satisfacimus vobis, non exilium grauiter ferentes, sed suspitionem abiicientes hæreseos. Si enim dignamini nunc in vultu vestro nos recipere, habebitis in omnibus consonantes & vestra sequentes pariter constituta, quando etiam eum qui in his accusatus est, placuit vestræ reuerentiæ clementiã promereri atque reuocari. Absurdum nanque est, si is qui putatur esse reus, reuocatur ad satisfaciendum in quibus ei derogabatur, vt nos contra nosmetipsos præbeamus per taciturnitatẽ increpationis iudicium. Dignamini ergo sicut conuenit vestræ venerationi, & Deo amantissimum principem commonere, & preces tractare nostras, & velociter de nobis quæ vobis cõueniunt, cogitare. Hic quidẽ libellus est reuersionis Eusebij & Theogonij. Ex verbis autẽ eius cõicio, quia isti quidem dictatę fidei subscripserunt, damnationi verò Arij consentire noluerunt. Ex quo & Arius ante istos reuocatus agnoscitur. Sed licet ita se habere videatur, tamen Alexãdriam accedere prohibitus est. Hoc autem ostẽditur ex eius cogitationibus quas postea molitus inuenitur, figmento pœnitẽtiæ suæ: sicut opportunè patefiet.

Libellus pœnitentiæ quem Eusebius Nicomediensis & Theogonius ad episcopos miserunt.

Iudicium.

De dedicatione & ornamentis ciuitatis, & de cultu Hierosolymorum & ligno crucis, atque clauis quibus transfixus est dominus. Cap. 18.

IMperator interea post Concilium degebat lętus. Celebrata ergo festiuitate publica Vicẽnalium suorum, mox ad erigẽdas ecclesias festinus accessit. Hocque faciebat per singulas ciuitates, & in vrbe cognominis sui.

Vicennalia Constantini.

SOZOMENVS.

Nam cùm ei omnia prosperè cederẽt, propriã voluit habitare ciuitatẽ. Venienſq; ad campum ante Ilium positum intra Hellespõtum super Aiacis tumulum, vbi Achiui contra Troiã pugnãtes habuerunt castra, ciuitatẽ designauit, portásque fecit quæ hactenus videntur à nauigãtibus. Hęc agenti, per noctem Deus apparuit, monens vt alium quæreret locum, eumque monens ad Byzantium Thraciæ, illic eum habitare iussit.

SOCRATES.

Quæ cùm prius Byzantium vocaretur, auxit, & maximo eã muro circundedit. Et diuersis ornatam fabricis equã Imperiali Romę constituit. Et denominatim Constantinopolim, appellari secundum Romani lege firmauit, sicut lex ipsa in marmorea † platona noscitur esse conscripta, & in Strategio iuxta equestrem statuã eius constituta. In hac quoque ciuitate duas quidẽ ædificauit ecclesias, quarum vnam nominauit Irenen, aliam verò appellauit Apostolorum. Nõ solùm autem sicut dixi, auxit Constantinus Christiano rum dogmata, sed iam Paganorum templa destruxit. Simulachra nanq; ornata publicè in Cõstãtinopolitana vrbe proposuit. Et tripodas Delphicos in Circo ad spectaculum dedit, quæ cum ipso videantur aspectu superfluè referuntur.

Byzantium Anno 333. Cõstantinopolis.

† *columna.*

Interea mater Imperatoris Helena (cui cognominem vicum Drepani princeps ciuitatem dicauit Helenopolim) admonita per somnium ad Hierosolyma properauit, & quondam Hierusalem, desertam sicut pomorum custodiam inueniens, requisiuit sepulchrum Christi. Quod licet difficillimè, tamen inuenit. Ita repentè templum illud sceleſtissimum deiici iussit: Et palam facto domini monumento, apparuerunt circa id suffossæ tres cruces, & claui, simul & titulus, literis Hebraicis, Græcis Latinisque conscriptos: Iesus Nazarenus rex Iudæorum.

Helenopolis. Helena vadit Hierosolyma. Tres cruces, Claui. An. do. 325.

SOZOMENVS.

Dicitur autẽ quia iã mortuus crucis tactu surrexerit. De hoc ligno Sibylla dixit apud paganos: O ter beatũ lignũ, in quo Deus extensus est.

Sibyllæ vaticinium de ligno crucis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tunc ergo quæ crux esset domini, quæ latronũ, E dubitare cœperunt. Proinde Macarius, ciuitatis præsul, huiusmodi tractatu dubitationem soluit: Mulieri nanque nobilitate claræ longa ægritudine fatigatæ vnam illarum crucium cum oratione prompti ssima adhibens, virtutem saluatoris agnouit. Mox enim vt mulierem crux attigit, passionem sæuissimæ ægritudinis effugauit, & fœminæ salutem restituit.

THEODORITVS.

Helena clauos galeæ & freno filij sui cõstan. includit. Zach. 14. d

Sic itaque mater Imperatoris quod cupiebat agnoscens, de clauis quidẽ quibus manus Christi fuerant perforatę, alios in galeam immisit Imperatoris, filij capitis prouidentiam gerens vt iacula bellica submoueret: alios freno equino inseruit, & cautelam imperatoris, agens & veterem prophetiam adimplens. Olim enim Zacharias clamauerat propheta, dicẽs: Et erit quod in freno est, sanctum Domino omnipotenti. Salutaris verò crucis partem quidem aliquam Regalibus distribuit.

SOCRATES.

Quam Constantinus suscipiens, & credẽs saluari ciuitatẽ vbi hæc particula seruaretur, in sua statua (sicut fertur) in foro Constantini posita super columnã Porphyreticam deuotè cõdidit.

THEODORITVS.

Reliquam verò partem in argẽtea theca clausam ciuitatis tradidit sacerdoti. Et vndique congregans artifices maximas illic ornatásque ædificauit ecclesias. His ita gestis conuiuio exhibito virginibus sacris, & ipsa ministerium ancillæ gerens, vltra octogesimum annum ætatis agens, & his similia faciens rediit ad filium. Et cum lætitia transiuit à seculo, multa filio pietatis mandata committens, nouissimis benedictionibus adimpleto.

SOCRATES.

Helena moritur. μεγαλοψυχ. cubitus. πεντηκοντάπηχυς.

Post hæc igitur Imperator curam maximam Christianorum habens, Paganorum superstitiones auersabatur: remouitq; μεγαλοψυχως. & suas imagines in templis poni præcepit, & Cubitum quo mensuratur Nilus non iam in templum Serapidis annis singulis, sed in ecclesias portari sanciuit.

SOZOMENVS.

In omnibus itaque volens similem monstrare Romæ Constantinopolim, frustratus non est. Nam & † corporibus & diuitiis maior effecta est. Quod ideo prouenisse credo propter amorẽ Dei, quem ciuitas gerit & habitatorum circa indigentes auxilium. In tantum nãque fidei creuit, vt multi quidem Iudęorum ciuium, Pagani verò penè omnes, christianam illic conuerterẽtur ad fidem. In qua vrbe crescente, quo tempore religio nosc itur ampliata, neque aræ, neque Pagana templa, aut sacrificia facta sunt, nisi sub Iuliano breui tempore: quod mox probatur extinctum. Hanc igitur tanquam nuper conditam Christi ciuitatem, Constantinus suo nomine dedicauit, multis eam & magnis exornãs ecclesiis. Iuuabat

† ædificia

diuinitas Imperatoris vota, & apparitionibus multis indicabatur, quia sanctæ saluatrésque essent quæ illic ædificabantur ecclesiæ.

De loco vbi Vesta olim colebatur, & nunc archangeli basilica stat, & de miraculis quæ vbi pro Christi nomine celebrantur. cap. 19.

Michaelum loco apud Constantinopolim.

INsignis itaque locus exillo tempore claruit peregrinis & vrbicis, vbi olim quidem Vesta colebatur, postea verò ecclesia facta est, qui locus nunc Michaëlum nũcupatur, in dextera positus parte nauigantiũ à Ponto Constantinopolim, distans ab ea nauigio quidẽ stadiis ferè triginta & quinque: per terrã verò circũeuntibus omnem sinum, vsque ad septuaginta & amplius tenditur. Sortitus est igitur is locus appellationẽ nunc vsque seruatã. eo quòd illic manifestè cernitur apparere Michaël diuinus Archangelus, quod etiã ego iutus eximiè verũ esse confirmo. Ostendit igitur hoc ita esse etiã multis aliis virtus diuina per ipsarũ rerum experimenta. Quidã enim in caussas difficiles aut inexitabilia pericula, alij verò in languores aut ignoras passiones incidentes, illic supplicantes Deo, liberati promeruerunt. Sed quæ singulis & quomodo illic miracula contigerint, narrare longum est. Quæ verò prouenerint Aquilino nobis noto & in caussis forẽsibus socio, partim ab eo audiẽs, partim ipse cognoscẽs necessario pandã. Cum eum ardentissima febris rubris choleris mota cõprehendisset, æstuanti poculum dederunt medici, quod euomuit: moxq; cum vomitu diffusę cholerę superficiẽ vultus eius simili sui colore tinxerunt. Quamobrẽ quicquid comederet & bibe ret, euomebat. Cúmque hoc diu pateretur, nec esca ad nutrimẽta proficeret, hærebat ars medicorum: & dũ morti vicinus esset, iussit suis vt se ad locũ hunc ducerent, credens aut illi se mori, aut languore priuari. Iacentiq; per noctem diuina virtus apparens præcepit, vt quicquid comederet, in huiusmodi potionẽ tingeret, quæ esset ex pipere & vino melle confecta. Quo facto, ab ægritudine liberatus est: quippe cum medicis ratione medicinæ videatur esse contrarium calida pocula cholericis exhibere.

Archangeli Michaëlis apparitio.

Probianus.

Audiui enim & Probianum virũ in palatio habentem militiam medicorum, crudeli podagræ passione detẽtum, ibi doloribus liberatum, eiq; apparuisse sanctam mirabiliter visionem. Cum enim dudum paganus esset, factus postea Christianus, aliquatenus dogma sequebatur. Torius verò salutis caussam, id est sacratissimam crucẽ nolebat adorare. Hanc habenti sententiam diuina virtus apparens, signum monstrauit crucis quod erat positum in altario eius ecclesiæ. Et apertè palã fecit, quia ex quo crucifixus est Christus, omnia quæ ad vtilitatem humani generis facta sunt, quolibet modo præter virtutem adorandæ crucis gesta non essent, neque ab angelis sanctis, neque à pus hominibus.

An. d. 339. De S. cruce.

De templorum destructione. Caput 20.

CVm itaq; populi & ciuitates ad cultũ Christianitatis accederent, & cæteri pro filiis & vxoribus metuentes (ne quid mali paterentur si contradicerent) quieti vacarent, nudati solatio multitudinis templorũ cultores & sacerdotes, simulachra apud se reposita preciosissima tradiderunt, & quæ Iouis fulmina vocabantur: & per semetipsos hęc educebant ex adytis & templorũ latentibus locis: quæq; prius † inuisa apud cæteros erant, & solis sacerdotibus manifesta, facta sunt omnibus valde vilissima. Aliæ verò imagines & statuæ ex preciosa confectæ materia, igne crematæ sunt, & pecuniæ publico sociatæ. Quæ verò ex ære mirabiliter facta videbãtur, ad Cõstantinopolim sunt aduectæ ornatus caussa, & hactenus in publico collocata, & per plateas, & in circo, atque regalibus: id est, Pythia diuinatoris Apollinis, & Musæ Heliconides, & Delphici tripodes. Spoliataque sunt ianuis templa, & alia laquearibus sunt nudata, alia verò neglecta ad sordes vsque ruinámque perducta sunt. Tunc itaque perierunt & penitus sunt euersa, id est, in Ægea Ciliciæ templum Æsculapij, & in Aphacis iuxta montem Libanum & Adonem fluuiũ, Veneris domus: vtraque apud illos insignia: eo quòd Ægeatę gloriarẽtur, quasi languentes corpore curarentur apud eos dęmone noctibus apparente atque curante: In Aphacis autem, quod per inuocationem quandam certo die de summitate Libani montis, ignis fulgens veluti sydus in proximum flumen velociter occumbebat, quod dicebant Venerem esse.

† inacceſſa.

An. d. 335.

Templum Æsculapij Aphaca.

De conuersione Barbarorum. Caput 21.

INterea cum multitudo magna ex diuersis gẽtibus confusorũ barbarorum ex Thracia transisset in Asiam, & alij aliũde barbari hoc egissent, contra Ro. multi sacerdotũ Christi capti cũ eis erant. Cumq; languentes curarent & dæmones effugarent. Christum solummodo nominantes, & filium inuocantes Dei, insuper & conuersationem exercentes inculpabilem, & omnẽ maculam virtutibus euincentes, admirati barbari virorum vitam, & opera simul egregia, bene se sapere crediderũt, & Deum habere propitium si meliores imitarentur homines, & sicut ipsi, colerent Deũ. Et constituentes sibimet ex eis bene agendi præceptores, edocebantur, & baptizabãtur, & consequenter in ecclesias occurrebant.

THEODORITVS.

Quod Eusebius Nicomediensis Constantinopolees inuaserit episcopatum, & de literis Cõstantini aduersus eũ. Cap. 22.

FAutores igitur Arij nequissima non reliquere consilia. Huius enim caussa in confessione fidei etiam manibus consenserunt, qui postea imitati sunt gesta luporum. Nã cùm sanctissimus Alexander, qui suis orationibus Ariũ fuerat iaculatus, id est, Byzantij pontifex (sic enim tunc vocabatur Constãtinopolis) ad meliorẽ translatus fuisset vitã, Eusebius defensor impieratis paruipendens regulas, quas ante paululum cum aliis pontificibus ipse conscripserat, repente Nicomediam deserens, Constantinopolitanã arripuit sedem, regulis è diuerso clamitantibus, episcopos & presbyteros non licere ex alia transire ad aliam ciuitatem. Sed mirum nõ est, vt qui sic insaniunt aduersus vnigeniti deitatem, licenter etiã alias transgrediantur leges. Non enim tunc solũmodo hãc nouitatem fecit, sed etiam olim aliud simile perpetrauit. Qui dũ in Beryto esset episcopus, transiliuit in Nicomediam, & ex ea denuò post conciliũ insania apertæ impietatis exactus est, & cum eo Theogonius Nicęnus. Quod Imperator Constantinus literis manifestum fecit. Ego verò huic operi finẽ epistolæ inserere iudicaui. Scripsit enim hæc Nicomedien sibus: Quis est qui ita populum docuit innocentẽ? Eusebius vtique tyrannicæ crudelitatis excultor. Quòd enim vbiq; tyranni noscatur esse clientes, ex multis rebus apparet. Hoc nanque veracium episcoporum testatur interitus. hoc etiam Christianorum crudelissima persecutio clamat apertè. Nihil enim de iniuriis mihi factis nunc dico, per quas quando maximè aduersarum partiũ insidiæ discurrebant, iste etiam oculos contra me habebat intentos. Cui hoc defuit solum, quod non & armatum ministeriũ tyranno licẽter exhibuit. Nęque me quispiam putet ad horum probationem minus instructum. Indicium nãque manifestum est, quia presbyteros & diaconos sequentes Eusebiũ, apertè constat à me deprehensos. Sed hæc quidẽ transeo, quæ nunc non indignationis gratia, sed ad illorũ confusionem à me probata noscuntur. Hoc solum formido, hoc cogito, quod vos ad communionem criminis vocari conspicio. Propter Eusebij nanque seductionẽ & subuersionem, conscientiã percepistis à veritate separatam. Sed erit huius rei non tarda salubritas, si episcopum fidelem & integrũ nunc sumentes, respiciatis ad Deum. Quod vtique ad præsens in vobis est, & istud dudũ oportuerat in vestro pẽdere iudicio, nisi prædictus Eusebius pessima consciorum suorũ tuitione venisset huc, & ordinem rectitudinis impudẽrissimè confudisset. Sed quoniam de memorato Eusebio apud vestram charitatem nos breuiter loqui decet, audite: Meminit vestra patientia factũ in Nicæa ciuitate cõcilium: cui & ego ipse conscientiæ meæ cultũ decenter exhibui, nihil aliud volens quàm concordiam omnibus fabricari, & præ cunctis arguere & remouere hanc caussam, quæ principiũ quidẽ habuit per Arij Alexandrini superbiã, corroborata verò est per Eusebij prauum pessiferúmque vorũ. Sed ipse Eusebius (ô amabiles atque charissimi) cum quanta putatis discursione, quippe conscientia sua victus, cũ quanta cõfusione mẽdacio vndiq; declarato degebat? Immittẽs mihi quidẽ diuersos, qui pro eo deposcerent: petens verò à me quoddã solatiũ, ne tanto malo conuictus, suo honore priuaretur. Testis est mihi Deus huius rei, qui & in me & in vobis benigno amore consistat. Nã me etiã ille diuertit, & indecenter abripuit, quod vos quoq; nostis. Tunc enim omnia gesta sunt sicut ipse desiderabat, quia omne malũ in sua cõscientia recondebat. Sed vt cętera peruersitatis eius omittã, quid maximè cum Theogonio nequitię sinę participe egerit, audite, deposco: Alexandrinos quosdã à nostra fide recedentes, huc destinari præceperam, quoniã horum ministerio mentis flammas vrgebat. Sed isti benigni & optimi nimis episcopi, quos simul cõcilij veritas ad pœnitentiam referuabat, non solùm receperunt eos & apud se seruauerunt, sed etiam malis eorũ voluntatibus cõmunicare de-

Eusebius Nicomediensis anonum transgressor.

Theogonius.

Pars epistolæ Constãtini ad Nicomedienses de Eusebio Nicomediensi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deportatio.

crenerunt. Quapropter hoc circa istos ingratos decreui peragere, vt abrepti procul deportarentur exilio. Nūc itaque vestrum est, ad Deum illa fide respicere, qua semper & fieri cōuenit, & esse decet, & agere. Episcopos enim purificatos & orthodoxos atque clementes nos gaudemus habere. Si quis autem ad memoriam illorum pestilentium, aut ad laudē, improuidè præsumit forsitan excitari, repentè in sua præsumptione ministri Dei hoc est, meo opere comprimetur. Deus vos custodiat fratres charissimi.

Quod rursus Eusebius apud Constantinum impetrata venia pro Arianis egerit. Cap. 23.

Appion Nicomediæ. Christus Nicæ.

TVnc igitur isti & damnati, & ciuitatibus sunt expulsi. Et Nicomediæ quidem Appion episcopus ordinatus est, in Nicæa autem Chrestus. Sed rursus cōsuetas machinationes exercēres, & imperatoris clementiam accessibilē suis fallaciis inuenientes, restituti sunt, priorēque potentiam receperunt. Eusebius etenim (sicuti iā dixi) etiam Constantinopolitanū tenuit tyrannicè Præsulatum, & potiorem percepit præsumptionem, frequenter ad Imperatorem veniens, & fiduciā ex crebra collocutione mercatus, contra veritatis propugnatores leuas contentiones instituit. Et primùm quidem cupere se Hierosolymorum loca professus est, & Imperatorem tanquam celebre illud visurus ędificationis opus, promida cogitatione captauit. Quapropter cum multo honore dimissus est, Imperatore ei vehicula & alia distribuente solatia. Profectus igitur est cum eo & Theogonius Nicęnus, particeps malignorum consiliorum eius, sicut iam diximus.

Euseb. Nicomediæ vsurpator sedis Constāt.

Qua fraude Eustatius Antiochenus sit episcopatu depositus, & in exilium deportatus, & qui post eum fuerint ordinati. Cap. 24.

Ariani cōtinuant Antiochiæ.

VEnientes autē in Antiochiā, & amicitiarum induti vultum, maxima ministratione potiti sunt. Veritatis enim propugnator magnus Eustathius, largā eis hospitalitatem fraternitatis exhibuit. Cumq; ad sacratissima loca peruenissent, & cōcordes vidissent suos, hoc est, Eusebiū Cæsariensem, Seythopolitā Patrophilū, & Aëtium Lyddæ, Laodiciæ Theodotū, & alios qui lepram Arij fuscęperant, nuntiauerūt eis quod cogitauerant, & cum eis venerunt in Antiochiā. Et scheina quidē sub honore præmittebatur aduentus eorū, quod verò propinabatur, erat pietatis bellum. Mulierem nanque prostantē mercede conducentes, & linguā eius sibi impendi persuadentes, ad concilium venerunt. Proinde alios omnes foras ire præcipientes, misertimam introduxere mulierē. Ar illa infantulū sub mammilla demonstrans, aiebat ex concubitu Eustathij illum se & concepisse & generasse, eumq; clamabat sæpius impudentē. Is autem qui calumnię eius tā manifestæ conscius erat, iussit vt hanc ē si qui scirent, deūcerentur ad medū. Illa verò dicēte nullum se habere accusationis testem, iusiurandū ei iustissimi iudices intulerūt, lege tamen apertè clamāte: In duobus aut tribus testibus credi esse veracia quæ dicūtur, necnō & Apostolo præcipiēte, vt nullus aduersus presbyterū accusationem

Calumnia adulterij ab Arianis imponitur Eustathio. An. do. 331.

factam extra duos aut tres testes accipiat. Sed isti sacras contemnentes leges, contra talem virum accusationem sine testimonio receperunt. Cum ergo illa mulier iusiurandum præbuisset, adiecit, affirmans quod ille infans ex cōcubitu esset Eustathij. Tunc itaque tanquam aduersus adulterū isti amatores veritatis prorulere decretum. Aliis quippe Pōtificibus (cùm vtique multi adessent, & pro Apostolicis dogmatibus repugnarent, & omnimodis quæ fuerant concinnata, nescirent) aperte reclamantibus & magnum Eustathium collaudantibus, decretumque illorum iniquum suscipi prohibentibus. Hoc igitur facto, velociter huius noxæ concinnatores ad Imperatorem profecti sunt, eique persuaserunt quod vera fuisset accusatio & depositionis Eustathij iusta sententia, quem tanquam adulterum atque tyrannum expelli fecerunt exercitatorē pietatis simul & castitatis egregium. Et ille quidem per Thracias ad Illyrici deductus est ciuitatem. Isti verò primo quidem pro eo ordinauerunt Eulalium. Quo, tempore pauco, vinente, Eusebium Palæstinensem illuc transferre voluerunt: eoque fugiente mutationem, & simul imperatore prohibente, fecerunt Euphronium. Quo etiam, anno & paucis mensibus in episcopatu defuncto, Placito illius ecclesiæ tradidere Pontificatum. Isti verò omnes pestem Arij habuere celatam. Propterea nanque multi pię viuentium & sacerdotum & reliquorū, ecclesiastica relinquentes collegia, apud semetipsos conueniebant. Quos vniuersi Eustathianos appellabant, quia post egressum illius seorsum congregabantur. Porrò mulier illa miserrima passionem crudelissimi languoris incurrens, manifestauit insidias: & illam tragœdiæ compositionem pariter enudauit, non duobus vel tribus, sed multis admodum sacerdotibus quæ concinnata videbantur insinuans. Ait enim pro pecuniis illā se facere presumpsisse calumniam. Iusiurandū tamen nō omnino fuisse falsum, quia ille infans, de quo iurauerat, filius erat cuiusdam Eustachij nomine, fabri ferrarij.

Eusebius.

Euphronius Alter ecclesiæ Græcorum πλαστὸς habebat, alter πλαστὸς Eustathiani.

SOCRATES. cap. 25.

Seditio Antiochiæ.

TVnc igitur in Antiochia grauis seditio in Eustathij depositione commota est, & postea de episcopatus electione ratus ignis accensus est, vt penè ciuitas vniuersa periclitaretur, populo in duas partes dissidente: & aliis quidem Eusebium Palæstinæ transferri contendentibus in Antiochiam, aliis autem studentibus vt reuerteretur Eustathius. Erat enim in vtraque parte & populus ciuitatis & militaris manus, & tanquam aduersus hostes ita cuncti mouebantur, vt penè vsque ad gladios peruenirēt, nisi Deus & timor principis cohiberet. Nam Imperator suis epistolis seditionem compescuit. Eusebius autem Palæstinæ repudiauit, quod admiratus Imperator scripsit ei, propositum laudans, eumque beatum vocans, & quod non vnius ciuitatis, sed totius orbis potius dignè decerneretur episcopus. Deinde autem per annos octo dicitur Antiochenæ ecclesiæ vacasse sedem. Tandem verò studio inimicorum Nicænæ fidei, ordinatur Euphronius. His igitur in hoc volumine ritè contextis, tempus est sequentis libri ordiamur initium.

Euseb. Pamphili laudatur ab inimicis.

Euphronius Antiochiæ fit episcopus.

HIST.

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER TERTIVS.

SOZOMENVS.

De conuersione gentis Indorum atque Persarum. CAPVT PRIMVM.

Iudi. Iberi. Armenij. Tiridates.

IN temporibus religiosi Principis Constantini, & Indorum gens & Iberorum Christiani dogmatis rudimenta susceperunt. Sed & Armenios tunc primum audiui christianos effectos. Aiunt enim Tiridatem regem tūc gentis illius ex quodā mirabili signo Dei, quod circa eius domum euenerit, Christianismū fuisse factū. & omnes simul eius ditioni subiectos vna præceptione iussisse, vt similiter Deo colla submitterent. Vnde & ad cæteros confines Christianum dogma transiuit, & multitudine dilatatum est. Apud Persas autem initium Christianitatis existimo celebratum, dum quidam eorum occasione commercij ad Osroënos & Armenios venientes (vt fieri solet) sanctis illis colloquerentur viris, & eorum virtutes experirentur.

Osroeni Armenij.

Quomodo Iudei christianos accusauerint apud Persas. Qui vel quāti vel quibus modis passi sint apud Persas. cap. 2.

An. do. 334. Magi, Persarum sacerdotes Iudæi.

CVmque tempore procedente crescerent, etiam ecclesias & sacerdotes pariter cęterosque ministros habere cœperunt. Hoc autē factū non mediocriter cōtristabat Magos, qui religionem Persarū veluti quædam sacerdotalis tribus per successionē generis ab initio cōmissam habere noscuntur. Afficiebarq; id etiā Iudæos naturaliter quodammodo Christiani dogmatis inimicos. Quapropter accusauerūt apud Saporem tunc regem, Symeonē archiepiscopum Seleuciæ & Ctesiphontis ciuitatū in Perside regaliū, tanquam amicus esset Cæsari Romanorum, eique Persarum negotia propalaret. Credens autem derogationibus his Sapores, primum quidem tributis immēsis christianos afficiebat, eò quòd plurimos eorum agnosceret, quod paupertatem magis eligerent: crudelibusque viris huiusmodi exactiones iniunxit, quatenus ex egestate pecuniarum & nimietate exactorum vim passi, propriæ religionis iura contemnerent. Post hæc autem sacerdotes ministrosque Dei gladiis minacibus interemit, ecclesias subuertit, & vasa eorū omnia publicauit. Symeonem verò deduci iussit ad se, tanquam proditorem Persarum regni atq; religionis. Magi siquidem auxiliantibus sibi Iudæis, cum festinatione sanctas ecclesias destruebant. Symeon autem cōprehensus, ferroque vinctus, ad regē vsque deducitur. Quo vir effectus est magnus, & omni fortitudine preciosus. Nam cùm eum torquendum Sapores iussisset introduci, neque timuit, neque adorauit. Pro qua re vehementius efferatus rex, inquisiuit cur non adorasset, quippe quod prius facere consueuerat. Ad quem Symeon: Prius quidem non vinctus adducebar vt negarem veri Dei culturam, & nihil in hoc dubitans, quæ sunt solēnia regis, implebam: nunc autē phas mihi non est hoc agere. Veni nanque pro nostro dogmate & pietate decertaturus. Hæc dicentem præcepit rex adorare Solem, & facienti, plurima se daturum cum maximo honore munera compromisit: reluctantē verò interminatus est esse moriturum, & omniū Christianorum gētem. Cumque nec terroribus potuisset mouere Symeonem, nec mulcere promissionibus, sed fortiter permaneret nunquamque adoraret Solem, ne proditor suæ religionis existeret, præcepit, eum in vinculis retineri, credens eum posse lōgo tempore inflecti. Cumque duceretur ad carcerem, vidit eum Vsthazares senior quidam eunuchus, nutritor Saporis, & maior regiæ domus. Et consurgens adorauit eū: sedebat nanque ante ianuas regis, quem Symeō increpauit iniurtosē, & cum furore clamauit, auersatusque despexit. Is enim dum Christianus esset, non ante multū tempus vim passus adoracuit Solem. Quo facto, repente flens eunuchus, cum gemitu quidem vestem claram, qua indutus erat, exutus est, & lugubrē accipiens amictū, ante domum regiā sedebat flens atq; gemens: Heu, inquit, qualem credam esse circa me Deū, quem ego negaui, dum pro hac caussa dudum amicissimus Symeon neque verbū mihi reddiderit, & sic auersatus cum furore transiuerit? Cumque hæc Sapores audisset, euocans eum, caussam luctus inquisiuit, aut si qua ei circa domū ęrumna contigerit. Respondens Vsthazares, ait: O rex, nihil in huius seculi domo infortunij passus sum. Vtinā pro his quæ mihi nunc euenerunt, in vniuersas calamitates alias incidissem. Lugeo nanque cur viuo, qui dudum mori debueram? Videō Solem quem tibi parere volens, non voro meę volūtatis adorauī. Quapropter pro vtroq; me mori iustissimum est, quia & proditor sum Christi, & te quoque decepi. Et ille quidē hæc dicēs, iurauit per cœli & terræ creatorem, suam vlterius non se mutare sententiam. Sapores autē admiratus eunuchi constantiā, amplius sęuiebat aduersus Christianos, tanquam maleficiis hoc agere prævalerent. Parcens autē seniori, nunc lenitate, nunc minis omni virtute eū se subuertere posse iudicabat. Cumq; nil ageret Vsthazare profitēte nunquàm se fore sic fatuum, vti præ deo creatore cunctorū, illa coleret potius quæ à Deo creata sunt: tūc ira cōmotus, iussit gladio caput eius

Symeō ad Saporem adducitur.

Vsthazares eunuchus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

abscindi. Cumq; ducerentur ad necē, rogauit spi- E culatorem, vt paululū sustineret, tanquā aliquid regi mandaturus, & vocans quendā fidelium eunuchorū, iussit vt diceret hæc Sapori: Pro fauore quem hactenus à iuuentute habui circa vestrā domum (ô rex) patri tuo & tibi ministrās studio cōpetenti, testibus non indigeo. tu nanque bene nosti. Pro omnibus ergo, quæ aliquando vobis impēdi, redde mihi cōpensationem huiuscemodi, ne quis ignorantiū putet me supplicium sustinere tanquam infidelem regni, aut malę cuiuspiā volūtatis, sed vt potius manifestum fiat quod agitur, præco clamans denuntiet vniuersis quod Vsthazares capite trūcatur, non regis inimicus, sed Christianum se esse professus, & Deum proprium apud regem negare contemnēs. Hæc quidem eunuchus regi nuntiauit. Porrò Sapores secundum petitionem Vsthazaris præconē clamare fecit. Existimabat enim alios posse à christiani F tate reuocare Christianos, si mente perciperent quod nulli parceret Christiano, qui senem nutritorem & deuotum suæ familaritatis occideret. Vsthazares autē studuit clamari causſam suæ necis, credens quod quū per terrorē adorasset Solem multos Christianorum deduxerit ad timorem: nunc autē cognoscentes pro religione moriturū, imitatores multos suæ virtutis efficeret. Hoc itaq; modo Vsthazares glorioſissima morte translatus est. Symeon autem id cognoscēs in carcere, gratificos pro eo hymnos obtulit Deo. Altera verò die, quæ erat sexta feria septimanæ maioris, in qua ante resurrectionis festiuitatē annua salutaris passionis memoria celebratur, etiā Symeonē decreuit rex ferro perimere. Deductus enim rursus è carcere ad Palatiū regis, valde in- G trepidè loquebatur Sapori de dogmate, & nec illum, nec Solē sustinuit adorare. Eademq; die similiter interimi iussi sunt & alij centū in carcere constituti. Nouissimè verò Symeonē occidi præceptum est, ita vt mortem videret vniuersorum. Erant etenim horum alij quidem episcopi, alij presbyteri, alij diuersorum ordinum clerici. Cūque omnes ducerentur ad mortem, adueniens summus princeps Magorū, interrogabat eos an vellent viuere, & regis religionē colere, & Solē pariter adorare. Cumque hanc nullus eligeret vitam, speculatores circa necem martyrū laborabant. Symeon autē assistens confortabat vniuersos, & de resurrectione & pierate loquebatur, atque de sacris scripturis adhibēs fidem, dicebat: Vitam quidem veram esse sic mori, morte verò manifestam, negare Deū: adiiciēs, quia post pau- H lulum etiam nullo perimente sponte mors accidat. Hic est enim omnibus natis finis ineuitabilis. Post hæc autē perpetuitas nō omnibus similiter accidit, sed velut ex quodā pondere omnem rationem reddēt homines huius vitæ, & eorum quæ bene gesserunt retributionē, & pœnas malorū sine dubitatione recipiēt. Maius autem inter omnia bona nihil est, ac beatius, quā eligere mori pro Deo. Hæc dicēte Symeone, & tanquā filios edocēte, in certaminibus sacris (modo quo docebat) vnusquisq; exercitatus alacriter currebat ad necem. Cumque omnes centū speculator trāsisset, nouissimè venit ad Symonē, & Abedecallā, & Ananiā: ambo nanq; senes, cani sub eius ecclesia constituti, cum eo fuerāt comprehensi, & erant in vinculis. Tūc itaque Pusicius, qui super omnes artifices regis erat, ibi cōsistens, & videns Ananiā tremētem quum præpararetur ad necē, ait: Paululū (ô senex) claude oculos. & securus esto, mox enim Christi videbis aspectū. Cūque dixisset hoc, repente comprehensus, ductus ad regem, & Christianus esse manifestatur, eo quod pro dogmate fuisset locutus libera intentione martyribus. Tunc rex extraneo quodā & crudeli modo eū mori præcepit, ita vt perforata ceruice exinde linguā eius eiicerent. Hoc itaque facto, quibusdam accusantibus etiā hliam eius, virgo sacra tunc cōprehensa per ēpta est. Sequēti verò anno die quo passionis Christi memoria celebrabatur & expectabatur resurrectionis festiuitas, crudelissima Saporis præceptio per omnem Persarum cucurrit terrā, morte condēnans eos, qui se profiterentur esse Christianos. Quo tempore fertur vltra numerū, multitudinē Christianorum gladio cecidisse: alios nanque per ciuitates & vicos diligenter Magi requirentes, celatos inueniebant: alij verò sponte nullo dicente semetipsos offerebāt, ne taciturnitate Christum negare viderentur. Igitur cum omnes Christiani perimerētur, neque vlli parceretur, etiam multi in ipsis Regalibus sunt occisi, cū quibus & Azanes eunuchus regi maximè gratus. Quod dum Sapores audisset, tristis factus, hanc generalem peremptionem remouit, & solūmodo præceptores religionis iussit occidi. Illo siquidem tempore ægritudinem incurrente regina, Symeonis episcopi soror nomine † Tharbua comprehēsa est cum famula suam sequente vitam quas contigit teneri per insidias ludæorum accusantium, quasi maleficia reginæ fecissent, propter Symeonis mortem. Regina verò (quū soleant languentes huiusmodi spebus aures accōmodare) suspicata est verā esse † detractionē, & maximè à Iudæis factam: quum & ipsa similia saperet, eósque sine mendacio, & sibi fauentes arbitraretur. Sumentes autē Magi † Tharbuā & alias, mortis acerbæ perculere supplicio. Stipitib⁹ enim alligatas, serrāq; findentes per mediū, eas crudeli nece lacerauerunt, & quasi expiantes reginā per medios stipites transire fecerunt. Ferunt autē istam † Tharbuam speciosam valde fuisse, & à Magis quibusdā adamatā, & latenter ad concubitū petitā, promissa mercede salutis suæ, & aliorum, si consentiret ad vitiū. Quæ nec auditum libidinis passa est sustinere, sed obiurgatoriis verbis pro turpi petitione relatis, alacriter accessit ad mortē, ne proderet sanctā virginitatē. Cūmq; circūirent Magi & † principes eorū vniuersam prouinciā secundū Saporis præcepta, vt sacerdotes & doctores tantū dogmatis apprehenderēt christiani, puniebāt episcopos & presbyteros, & maximè per regionem Adiabenorū. Hic nāque locus est Perticus, in vniuersum Christianorum. Hoc enim tempore & Acepsemam episcopum apprehenderunt & multos clericorū eius: tenentesque Præsulem, sufficere sibi crediderūt, alios nudatos substantiis dimittentes. Iacobus autem quidam presbyter Ponti sequebatur Acepsemā, & supplicans Magis, identidem meruit irretiri. Tunc enim & seni alacriter seruiebat, & eius clademaliquatenus leniebat, plagásque vt poterat curare non desinebat. Post paululum verò pœnis

Dies passionis parasceue.

Centum christiani interfecti.

Symeonis ad martyres confortandos oratio.

Abedecalla Ananias vnficius.

Puficij filia martyr. parasceue.

Aithales.

Martyres.

Mareas Bichor.

Azanes eunuchus.

Milesius.

† *Thrabula.*

† *delationem.*

Milesius circū fert peram sedens euangelia.

† *Trabulam Tharbua soror Symeonis ep.*

vnd. m. martyrum in Persis.

† *trabulam.*

† *Archimagi.*

Acepsemas.

Iacobus presbyter obtruncatus.

nis crudelibus eum Magi torserunt, cogentes vt A adoraret Solem. Quo respuente, miserunt eum rursus in vincula. Sed & multos alios presbyteros & diaconos habebant in carcere post flagella. Pauco rempore prætereunte, princeps Magorum de eis consuluit regem: acceptáque potestate vt ageret quod vellet, si Solem non adorarēr, mandauit eis in carcere regiam volūtatem. Quibus apertè respondentibus, nunquā se fore proditores Christi, nec adorare Solem, sic vt nulli parceretur, verberibus eos laniauit. Cum quibus Acepsemas pro confessione dogmatis viriliter est defunctus. Quidam verò Armeniorum quū essent obsides apud Persas, corpus eius auferentes latenter, sepulturæ debitæ tradiderunt. Alij verò licet non minus flagellati, præter spem vixerunt: & non mutantes volūtatem, denuò ad vincula sunt reducti, cum quibus erat Aithales, B cuius, dum nimis tensus cæderetur, humeri sunt disiuncti, ita vt mortuus postea manus portare videretur, aliique eius ori cibos offerrent. Sub hoc itaque regno testimonio bonę vitę translati sunt presbyteri, diaconi, monachi, & sacræ virgines, & in aliis officiis ecclesię constituti, ac pro dogmate laborantes innumeræ multitudines. Eodemque rempore passus est vnà cum Marea Bichor episcopus, atque clerici circiter ducenti & quinquaginta, qui cum eo capti à Persis fuerant comprehensi. Tunc etiam Milesius nomine, martyrio coronatus est, qui primum quidem militabat apud Persas, postea verò relicta militia conuersationem æmulatus est apostolicam. Dicitur enim quod dum in ciuitate Persica episcopus fuisset ordinatus, multa sæpe sit passus, & verberatus atque tractus, virili mēte sustinuerit. C Cumque nulli potuisset illic suadere vt Christianus esset, grauiter ferens maledixit ciuitati, & exinde discessit. Post paucum verò tempus primatibus eius loci in regē peccantibus superueniens exercitus cum trecentis elephantis ciuitatē subuertit, & velut desolatam regionem arantes seminibus tradiderunt. Milesius autem episcopus solummodo peram circumferens, quæ sacrum codicem euāgeliorum habebat, perrexit orationem facturus ad Hierosolymam, & inde in Ægyptum, vt videret monachos ibidem conuersantes. Qualis igitur iste sanctus & miraculorum fuerit operator, Syri sunt testes, qui eius actus viramque scripserunt. Fertur itaque eorum qui tunc martyrio coronati sunt sub regno Saporis virorum ac mulierū fuisse millia quasi sedecim.

D

THEODORITVS.

Epistola Constantini ad persarum regem pro christianis.

Cap. 3.

IN Persida verò fautoribus pietatis Constantinus Augustus sponte prospexit. Agnoscens enim eos ab impijs vehemēter affligi, eorúmque regem erroribus fœuientem diuersa eis inferre pericula, scripsit ei per legatos, qui tunc aderant, monita pietatis, rogans vt cultores Dei apud eum digno honore potirentur. Sed melius studium pij principis per eius literas valebit agnosci.

EPISTOLA CONSTANTINI Imp. ad Saporem regem Persarum, de prouidentia Dei erga homines.

Sacratissimam custodiens fidem, veritatis luce participatus sum: luminis veritate gubernatus, sacram cognosco fidem. Denique per hæc (sicuti res ipsæ confirmant) venerabilem religionem esse conspicio, & doctrinam agnitionis sanctissimi Dei omnibus offerentem, huiusmodi cultum me habere profiteor: quia huius Dei virtutem in auxilio habens, inchoans à finibus Oceani, omnem terrarum orbem firmissima spe salutis obtinui, ita vt vniuersi qui per tot tyrannos cladibus quotidianis fuerant subiugati, & ad obscuritatem vsque perducti, resumentes communiū rerum vindictam, rediuiua quodammodo curatione resurgerent. Hunc Deum colo, cuius signum Deo dicatus meus exercitus portat in humeris: & à quo dum iusto sermone aliquid poscitur, impetratur. Ex ipsis autem trophæis insignibus beneficia repente suscipio. Hunc itaque Deum immortali memoria me honorare profiteor, eumque summa puráque mente super omnia esse credo. Hunc inclinatis genibus inuocabo, fugiens cunctum abominabilem sanguinem & odores horribiles ac fugiendos, omnémque terrenam flammam nimis cuito. Quibus omnibus nephandus & ineffabilis error multos gentium, ac genera vniuersa prostrauit, & inferno contradidit. Quæ enim Deus omnium propter hominum prouidentiam sua clementia vtilitatis causſa produxit in mundum, hæc ad vniuscuiusque desiderium trahi non patitur. Sed puram tantummodo mētem & immaculatam animam, ab hominibus exigit, virtutis & pietatis actus exquirit, mansuetudinis & clementię delectatur operibus, mites amat, habet odio turbulentos, diligit fidem, punit perfidiam, omnemque potentiam cum fastu † despicit, superborum punit asperitatem, ad fastum eleuatos interimit, humilibus autem ac patientibus digna retribuit. Sic itaque etiam regnum iustum magni pendens adiutorio suæ virtutis expendit, sapientiamque regiam pacis tranquillitate custodit. Non ergo videor mihi errare frater mi, hunc esse confitendo Deum omnium principem atque patrem, quem multi regnantes apud nos væsanis erroribus seducti, denegare tentarunt. Sed illos omnes finis comprehendit exitiosus, ita vt omne genus hominum post eos exurgens clades eorum pro maledictionis exemplo præponere videatur. Horum igitur vnum esse reor Valerianum, quem velut quædam virga iracundiæ diuinę de nostris terris expellens, vestris partibus tradidit puniendum. Qui scilicet verecundiæ suæ nobilissimum apud vos trophæum demonstrasse cognoscitur. Sed hoc quidem in bonam partem conuersum est, vt in nostro sæculo huiusmodi supplicium fieret manifestum. Vidi nanque & ego illorum finem, qui nuper nephandis præceptionibus Deo deuotum populum turbauerunt. Quapropter multas Deo refero gratias, quoniā integra prouidentia omne genus humanum, colens legem diuinam, reddita sibi pace decenter exultat. Vnde etiam nobisipsis credo, quo-

D

† *delicit & euertit.*

Valerianum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium optimè cauteq; vniuersa proueniunt, quã-
do per illorum puram probabilémque religio-
nem, diuinamque cõcordiam, vniuersa in se di-
guantur erigere. Igitur de tali hominum colle-
gio, id est, Christianorum (pro quibus omnis est
mihi sermo) quàm me libenter credis audire,
quando etiam eminentia loca Persidos per eos
amplius quàm cupio decorantur? Tu ergo opti-
me gubernaueris, si fueris sicut illi, & habueris
commune quod illi. Sic enim habebis omnium
dominum, mitem placidúmque atque propitiũ.
Hos igitur, quoniam tantus ac talis exilis com-
mendo tibi, quoniã & pietate probaris insignis.
Hos dilige competẽter, & facito clementiæ tuæ
participes, tibi simul & nobis præbiturus gratiæ
immensa iura per fidem.

Hæc igitur optimus Imperator pietate decora
tus egit, curam non solùm subiectorum habens,
sed etiam eorum qui sub aliens gubernaculis
regebantur. Quapropter & ipse diuina prote-
ctione potitus est, & Europam vniuersam atque
Africam, super has etiam maximam Asię partem
tenens subiectos habuit vbique deuotos. Sed e-
tiam Barbarorũ, alij quidem sponte seruiebant,
alij deuicti. Vbique triumphi videbantur, & vi-
ctor cernebatur in omnibus imperator.

De Alexandri pontificis Alexandrini fine & initio præsulis Athanasij. Caput 4.

Athanasius fit episcopus Alexandriæ. An. do. 328.

INterea Alexãdro mirabili sene, qui Arij pro-
strauerat blasphemias, defuncto, post menses
quinque Nicæni concilij, Alexandrinorum ec-
clesiæ susscepit Athanasius præsulatũ, Cuius per-
secutiones, fugas, contumelias, crebráque peri-
cula transferre distuli, quæ Ruffinus suo nobili-
tauit eloquio.

SOZOMENVS.

Quæ contra Athanasium gesta sint, & quomodo confugerit ad principem. Cap. 5.

POst plurimaverò cõsilia turbis seditionibus-
que completa, & clamores accusatorum po-
scentium vt Athanasius tanquam Magus violẽ-
tus & indignus sacerdotio damnaretur, missi ab
imperatore metuentes, ne eum aliqua inuasione
perimerent, latenter eum de concilio subtraxe-
runt. At ille sciens non sibi fore tutum cõtra tot
accusatores agere, indicibus etiã inimicis, syno-
dum relinquẽs venire festinauit ad Imperatorẽ.

THEODORITVS.

Igitur Athanasius ad principem veniens, om-
nem præsumptionem contra se factam episco-
porum edocuit. At illi apud Mareoten conuenien-
tes, quosdam concordantium ipsis sacerdotũ
miserunt ad principem, id est, Theogonium Ni-
cænum atque Theodorum Perinthium. & Na-
rin Chalcedonensem, Narcissum Cilicem, & si-
miles horum, mendacia texentes, & quædam
commenta fingentes, & nudas admodum calum
nias quasi veras accusationes sibimet cõponen-
tes. Quo facto venerunt ad Æliam ciuitatem.
Præceperat enim Imperator, vt omne concilium
à Tyro veniret ad Æliam. Necnon & alios vndi-
que congregari præceperat, vt templa ædificata

Arianorum conuentus apud Mareotẽ.

Æliam, hoc est, Hierosolyma à Tyro synodus transfertur.

dedicarentur. Misit itaque pariter deuotos Iudi-
cum pietate ac fide clarissimos, omnia largissimè
expendi præcipiens, non solùm pontificibus ac
sacerdotibus, sed etiam egentibus vniuersis qui
vndique concurrebant. Porrò fuerat exornatum
etiam sacrum altare palliis regalibus atque va-
sis, auro & lapidibus preciosis decoratum.

SOZOMENVS.

Quomodo sit Arius ab exilio reuocatus & quem libellum dederit Constantino, & de fraudibus Arianorũ. Caput 6.

IMperator interea Arium de exilio reuocauit,
iussitq; vt quod de Deo crederet scriptura cur
rente proferret. Tunc ille nouitatem nominum
quam prius adinuenerat declinans, aliam expla-
nationem cõtexit, simplicibus verbis eam & di-
uina lectione confirmans, iusiurandum quoque
præbuit ira se credere, & hæc etiam mente sape-
re, nihilque aliter intelligere. Textus enim eius
expositionis huiusmodi est.

Arius reuocatus.

PIISSIMO ET DEO AMANTIS-
simo domino nostro Imperatori Constan-
tino, Arius & Euzoius presbyteri.

Fides Arij quã apud Constantinum Aug. professus est.

Sicut præcepit Deo amabilis pietas tua domi-
ne Imperator, exponimus nostram fidem, & scri
pris profitemur coram Deo sic credere & nos &
omnes qui nobiscum sunt, sicuti subiectum est.
Credimus in vnum Deum patrem omnipoten-
tem, & dominum Iesum Christum filium eius,
qui ex eo ante omnia sęcula natus est, Deũ ver-
bum, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis
& quæ in terra: qui venit, & carnem assumpsit,
& passus est, & resurrexit, & ascendit in cœlos, &
iterum venturus est iudicare viuos & mortuos:
& in spiritum sanctum, & carnis resurrectionẽ,
& viram futuri seculi, & in regnum cœlorum, &
in vnam sanctam catholicam Dei ecclesiã, quæ
à finibus vsque ad fines est. Hanc autem fidem
percepimus ex sanctis Euangelijs, dicente domi-
no discipulis suis: Euntes docete omnes gentes, *Matt. vlt.*
baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spi-
ritus sancti. Si autem non hæc ita credimus atq;
susscipimus, verè patrem, & filium, & spiritum
sanctum, sicut omnis catholica ecclesia & sanctę
edocent scripturę, quas per omnia sequimur, iu-
dex noster erit Deus & nunc & in futuro die.
Quapropter tuam pietatem rogamus, Deo ama-
bilis Imperator, vt cùm ecclesiastici simus, & fi-
dem & sensum ecclesiæ sanctarumque scriptu-
rarum habeamus, vniri nos per pacificam & Dei
cultricem pietatem tuam matri nostræ ecclesiæ
iubeas, quæstionibus vtique & superfluitatibus
inquisitionum sublatis: vt & nos & sancta eccle
sia inter nos pacificati, solennes orationes pro
pacifico pióque imperio & omni tuo genere o-
mnes communiter celebremus.

Hanc fidei expositionem alij quidem dicebãt
artificiosè compositam, vt videretur princeps
placari sermonibus, & ita Arij dogmatibus cir-
cumferri, vt per expositionem omnium ei fiduci
præberetur, & vtrumque haberet intellectũ.
Arbitratus autem Imperator Arium & Euzo-
ium similia credere his qui in Nicæa conuene-
rant, valdè gauisus est. Non tamen sibimet per-
suasit, vt eos in ecclesię communionem susscipe-
ret

Arij professio mittitur synodo Hierosolymitanæ examinanda.

ret ante iudicium & probationem congruarum
personarum secundum ecclesiæ legem: sed destinauit eos ad episcopos tunc Hierosolymis congregatos, scribens vt fidem eorum expositionis examinarent, & clementem super eis proferrent sententiam, si rectè credentes inuidiæ gratia essent iniustitiam passi, seu dũ non haberent vnde iudices suos culpare peterent per pœnitentiam reuocarentur. Porrò sumpta occasione, fautores Arij per scripta Imperatoris eos in communionem susceperunt. Et hoc cùm fecissent ipsi imperatori rescripserunt, & ecclesiæ Alexandrinæ, & in Ægyptum & Thebaida, & Libiam episcopis vniuersis, & clericis, præcipiẽtes, vt eos alacriter susciperent, Imperatore testante rectam eorum esse fidem, quam etiam propriæ epistolæ subiecerunt. Hæc quidem in Hierosolymis gesta noscuntur. Athanasius autem fugiens de Tyro,

Athanasius Constantinopolim venit ad Constantinũ.

Constantinopolim venit, & quę passus esset adi
to Imperatore narrauit: petens vt quæ in Tyro
fuerant gesta, examinarentur sub eius quoque
præsentia. Porrò Constantinus Imperator ratio
nabilem eius petitionem iudicans, hæc scripsit
episcopis qui in Tyro conuenerant.

SOCRATES.

Epistola Constantini euocantis episcopos, vt Athanasij causas ipse cognosceret. Cap. 7.

IGitur Imperator missa sacra concilium euo-
cauit, vt in sui præsentia Athanasij examinaret
caussam, cuius verba sunt hæc:

VICTOR CONSTANTINVS PI-
us episcopis in Tyriorum vrbe Collectis.

Ego quidem ignoro quæ vestro concilio tur-
bulenter atque cum tempestate decreta sint. Ap-
paret enim quòd quadam tumultuosa indisципli
natione veritas sit oppressa, vobis videlicet non
consyderantibus quæ Deo placent, propter iur-
gia quæ contra proximos vestros habetis: & vo-
ta vestra ineuincibilia esse contenditis. Sed erit
opus diuinæ prouidentiæ vt & hęc contentio a-
pertè deprehẽsa possit euacuari, atque nobis pa-
làm fieri, si quid illic conuenientes sine quali-
bet vel gratia, aut inimicitiarum caussa gessistis.
Quapropter cum omni festinatione vos omnes
ad meam reuerentiam volo concurrere, vt gesto
rum apud vos integritatem per vosipsos possi-
tis ostendere. Verùm qua gratia hæc scripserim
vobis, vosque ad me literis euocauerim, per ea
quæ sequuntur agnoscetis. Pergenti iam mihi ad
cognominis nostri fœlicissimę patrię ciuitatem,
cùm essem conscensurus equũ, repentè Athana-
sius episcopus in media platea cum quibusdã sa-
cerdotibus quos circa se habebat, sic inopinatè
nos adiit, vt nobis daretur subitò cuiusdã caussa
formidinis. Testis enim mihi inspector omnium
Deus est, quoniã nec cognoscere eum quis esset
prima fronte præualui, nisi quidã nostrorum, &
quis esset, & quã pertulisset iniuriam tũc narras-
set. Et ego quidẽ neque confabulatus cũ eo sum
illo tempore, nec aliqua locutione participatus.
Cumque ille se audiri deposceret, ego verò resu
tarem, & penè repelli eum præciperẽ, cum ma-
iori fiducia nihil aliud à nobis quàm vestrũ po-
stulauit aduentũ, vt nobis præsentibus quæ pas-
sus est necessario posset suis gemitibus expla-

Constantinopolim intelligit.

Veniens Athanasius apud Constantinum.

Quod venientes episcopi Arij fauentes Athanasio detraxerint, ita vt in exilium mitteretur. Cap. 8.

HÆ siquidem literæ ad æstuationẽ perduxe-
runt eos qui fuerant in synodo congregati,
quoniam plures quidem ad proprias redie-
rant ciuitates. Qui verò circa Eusebiũ, & Theo-
gonium & Marin, Patrophilum & Vrsatium, &
Valentem erant, ad Constantinopolitanam ve-
nientes vrbem, nequaquam de calice fracto, aut
altari subuerso, aut Arsenio perempto, quod in
synodo concinnauerant, quæstionem fieri per-
miserunt, sed aliam inuenẽre detractionem, sug-
gerentes Imperatori, quòd Athanasius interm-
naretur non se missurũ ab Alexandreia frumẽta
solenniter ad Constantinopolitanam vrbem. Et
hæc audiuisse dicebant, Athanasio dicente ad
Amantium, Anubionem, Arbathionem, & Pe-
trum episcopos. Multum itaque derogatio præ-
ualet, quando derogator creditur fide dignus.
Hac subreptione ad furorem perductus Impe-
rator, Athanasium relegauit in exiliũ, & habita-
re eum præcepit in Galliis. Aiunt enim quidam
hoc Imperatorem propterea fecisse, vt vniretur
ecclesiæ. quoniam Athanasius communicare A-
rianis euitabat. Et ille quidem degebat in Treu-
irensi Galliarum ciuitate.

Constantini seniores liberalitas in pauperes.

THEODORITVS.

Sed nemo miretur si tantus vir deceptus deli-
quit sacerdotibus falsa loquentibus, cùm diui-
nus quoque Dauid propheta, non à pontifice,
sed à seruo Siba contra Miphiboset mendacia
proferente deceptus sit.

Athanasius apud Treuiros Metropolim galliarum degebat.

SOZOMENVS.

In malos episcopos & sacerdotes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo Marcellus Ancyranus depositus sit, & de Asterii sophista. Cap. 9.

Marcellus Ancyranus abdicatus.

Asterius rhetor.

IGitur episcopi in Constantinopolitana vrbe congregati, Marcellum Ancyræ Galatiæ deposuerunt pro huiusmodi caussa. Asterius quidã in Cappadocia exercẽs artem sophisticam, eam relinquens, Christianitatem se promittebat assumere: tentauitque libros conscribere, qui feruntur hactenus, & per quos Arij dogma firmatum est. Dicebat enim Christum sic esse virtutẽ Dei, sicuti dictum est apud Moysen: Locustam & erucas virtutem Dei: & his multa similia. Cõueniebat autem is Asterius frequenter apud episcopos, qui Arianã præcipuè non euitabant hæresim. Nam & ad concilia cõcurrebat, episcopatum in aliqua ciuitate quærens. Sed sacerdotio quidem frustratus est, eò quòd persecutionis tẽpore sacrificasse probaretur. Cumq; circumiret Syriæ ciuitates, libros quos confecerat, ostendebat. Hæc agnoscens Marcellus, contra eum scribere volens, mensuram contrarietatis excessit. Purum nanque hominem, sicut Samosatenus Paulus, præsumpsit, dicere Dominum Christũ. Hæc agnoscentes qui tunc Hierosolymis cõuenerant, de Astetio quidem nullum habuere sermonem: quoniam neque erat in ordine sacerdotum. Marcellum verò tanquam sacerdotio functum rationem exigentes libri sui, eumq; comperientes Samosateni dogmate maculatum, iusserunt vt à tali secta recederet. Qui reprehẽsus, librum se promisit exurere. Cumque hoc studiũ deferbuisset, episcoporum collegium, euocante Imperatore, venit ad regiam ciuitatem, præsentibusque Eusebio, & qui cum eo erant episcopis, in vrbe Constantinopolitana rursus † studium de Marcello fiebat. Et dum Marcellus, sicut promiserat, illicitam conscriptionẽ nollet incẽdere eum ab episcopatu depositum. In cuius locum Basilium in Ancyram miserunt. Sed hãc quidem conscriptionẽ Eusebius tribus destruxit libris, superstitionẽ eius valdè redarguens. Postea verò Marcellus in Sardicensi concilio recepit episcopatum, dicens non intellectum suum librum, & propterea quasi Paulianum fuisse depositum.

Inquisitio in Marcellum.

† inquisitio.

Marcellus recipit episcopatum suum.

Quomodo Arius dum studet ab Alexandro Constantinopoleos in communionem suscipi, sit extinctus. Cap. 10.

Arius venit Constantinopolim, nouæ concilij caussa.

IGitur dum post cõcilium Hierosolymitanum Arius venisset in Ægyptum, Alexandrina ecclesia eius euitante communionem, rursus venit ad Constantinopolitanam vrbẽ, concurrentibus illic consectatoribus eius, & obedientibus Eusebio Nicomediæ episcopo, & conciliũ celebrari volentibus. Horum studiũ sentiens Alexãder, tunc Constãtinopolitanus episcopus, nisus est soluere tale conamen. Cumque hoc non valuisset implere, apertè Arij nisibus interdixit, non licere eum ecclesiasticũ esse dicens: nec in firmãdam sententiam episcoporum penè totius terræ secum conuenientiũ in Nicæna vrbe. Eusebius autem, & qui circa eum erant, dũ primò sermonibus flectere nequiuissent Alexandrũ, postea cũ terrore minabãtur, quòd nisi susciperet Arium, certa die ipse quidem deportaretur in exilium, Arius autem in communionẽ susciperetur vniuersorum. Et post hæc ab alterutris recesserunt.

Terretur Alexander.

Illi quidẽ definitam diẽ expectantes vt suas minas implerent. Alexander autẽ orabat, ne ad effectum verba Eusebij peruenirẽt. Maximè autẽ ei terror ingerebatur, cò quòd Imperatori iã penè persuaserãt, vt faceret quod ipsũ volebant. Ante vnum verò cõstituti tẽporis diẽ prosternens semetipsum sub altari, tota nocte iacuit, pnus, rogans Deũ vt impediret terminũ inimicorũ eius.

SOCRATES.

Alexander in precibus.

Hæc igitur Alexander pronus orabat. Imperator autem de Ario experiri volens, eum ad palatium euocauit, percunctatusque est, an Nicæni cõcilij decreta seruaret. Ille verò nihil moratus, repentè subscripsit, decreta fidei per subscriptionem arte callida circũueniẽs. Et imperator quidem miratus, ei intulit iusiurandũ. Qui eriã hoc fraudulenter egit, quodammodo iusiurandũ arte deludens. Quod autẽ audiui de hac machinatione scribo. Ferunt enim conscripsisse Ariũ hæresim suam in charta quam sub ala ferebat: vnde verè se iurare credidit, dicens sic se sapere sicut scripsisset. Hoc enim ita factum audiens ego cõscripsi: quòd verò & iusiurandum præbuerit, ex epistolis Imperatoris agnoui. Credẽs igitur imperator, suscipi eũ ab episcopo Constantinopolitanæ vrbis Alexandro in communionem præcepit. Erat enim tunc sabbatum. Et sequenti die eos communicare expectabat alterutris: sed præsumptiones Arij iudicia Dei secuta sunt. Nam dũ egressus ex Imperiali fuisset aula, obsequiis honorabatur satellitum Eusebij, & per mediã tunc ciuitatem perspicuus apparebat. Cumq; venisset iuxta locũ cui est vocabulũ Constantini forum, vbi columna Porphyretica collocata est, terror cum subitò ex quodam conscientiæ secreto cõstrinxit, & cum formidine secuta est vẽtris effusio. Percunctatusque an secessus esset in proximo, & agnoscens esse post Constantini forum perrexit illuc. Quo facto, defectus eum quidam cum effusione corripuit, & vnà cum stercoribus anus quoque prolapsus est. Tunc ergo concidit, & sanguinis multitudo cum subtilibus intestinis subsequenter effluxit: decurrebãtque pariter cum splene etiam interna iecoris. Et ita factum est, vt repentè sequeretur & mors. Secessus verò vbi talia gesta sunt, in Constantinopolitana vrbe monstrabatur, sicuti dixi, post Constantini forum atque macellum in porticu constitutum. Omnes transeuntes digito notabant locum, detestabilem Arij recordãtes interitum.

Arius subscribit decreto Nicæni cõcilij

Arius in communionem recipitur.

Arij mors. An. do. 342.

SOZOMENVS.

Post aliquod tempus quidam fautorum Arianæ væsaniæ diues ac potens studium habuit cũdem locum à publico comparare. Et destruens quod erat primitus domum ibi constituit, quatenus obliuio facti procederet, & per successiones huiusmodi memoria deperiret. Fama tamen per omnem cucurrit ciuitatem & orbi terrarum mortem Arij declarauit.

Quod primi Ariani cum orthodoxis conueniebant, atque communicabãt, & de lege Constantini, qua iussit hæreticorum oratoria ecclesias appellari. Cap. 11.

Nouatiani Phryges. Valesiani Marcionistæ.

ARij verò dogma licet apud multos disputationibus extolleretur, nondũ tamen in proprium discernebatur populũ, aut in nomine cõstabat autoris, sed omnes simul in ecclesia cõueniebant

Paulianistæ Hæretici iussu Cæsaru admittuntur ecclesiæ.

niebant atque communicabant, præter Nouatianos, & qui vocantur Phryges, & Valẽtinianos, & Marcionistas, & Paulianistas, & qui alias hæreses colebant. Contra quos omnes Imperator imposita lege sanciuit auferri eorum oratoria, & ecclesiis applicari, & neque in domibus priuatorum, eos congregationes, nec publicè celebrare. Melius enim iudicabat in ecclesia catholica cõmunicandum, & in eam cunctis conuenire suadebat. Propter quam legem arbitror hæresium memoriam fuisse destructam. Nam priorũ principum temporibus Christi cultores licet sectarum diuersitate differrent, apud Paganos tamen Christiani esse putabantur, & similiter passionibus subiacebant, ac semetipsos propter communes persecutiones examinare non poterant, & propterea facilè inter se conuenientes missas celebrabant. Et licet essent pauci, non tamen videbantur esse diuisi. Post hanc verò legem neque publicè in ecclesias poterant conuenire, neque latenter, dum episcopi ciuitatum & clerici obseruantes talia prohiberent. Hinc ergo plurimi metuentes, ad ecclesiam se catholicam contulerunt. Alij verò manserunt in sua sententia, non tamen successores hæresis reliquerunt.

SOCRATES.

Quomodo & vbi Constantinus Imperatores tres filios suos ordinarit, & percepto baptismate sit defunctus. Cap. 12.

Constantinus Aug. filios suos Cæs. fecit.

CVmque religiosissimus Imperator potius Christianitate gauderet, & verè Dei testimonio fidem Nicænã roborari cognosceret, in his quæ fuerant de Ario gesta, lætabatur. Qui cùm tres habuisset filios, eos Cæsares nuncupauit, & singulos eorum per decennarios annos imperij sui principes esse constituit. Id est, primum quidem filium sui nominis Constantinum Hesperiarum partium in Decennali suo fecit habere principatum: secundum verò ani nomine nuncupatũ Constantiũ in Vicennalibus suis Cæsarẽ in Oriente constituit: minorem verò Constantẽ in suis Tricennalibus ordinauit. Anno verò post hæc transacto ingressus quadragesimumquintũ ætatis annum, ægritudine captus, ex vrbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est.

Constantius Constans.

THEODORITVS.

Constantinus Aug. baptizatus.

Qui cum Nicomediæ degeret, lãguore grauatus nec ignorans vitæ huius incertum, gratiã sacri baptismatis est adeptus: Distulerat enim vsque ad illud tempus, in Iordane fluuio hoc promereri desiderans. Porrò autem tres filios impe- B rij reliquit hæredes, & Athanasium magnum reuerti præcepit in Alexandreiam, licet Eusebius præsens esset, & niteretur contraria suadere.

An. do. 339. Athanasius redire iubetur Alexandreã.

SOZOMENVS.

Nicomediæ in suburbano sacri baptismatis domi initiatus est.

SOCRATES.

Constantinus Aug. moritur.

Ita facto testamento, tribus filiis cõstitutis hæredibus est defunctus. Corpus autẽ Imperatoris in aureo loculo collocatũ, ad Constãtinopolim est deuectum, & in palatij celso loco repositum. Quod in multis honoribus atque veneratione quasi viueret habebatur, donec aliquis filiorum eius assisteret. Postea verò ab Oriente Constan- C tio veniente, cum imperialibus, exequiis funus eius sepultum est in Apostolorum ecclesia: quã propterea fecerat, ne Imperatores & sacerdotes reliquiis priuarentur Apostolorum. Vixit autem Constãtinus Imperator annis sexaginta & quinque, regnauit autem triginta & vno. Defunctus est, Consulatu Feliciani & Taciani, vicesima secunda mensis Maij, qui erat annus secundus ducentesimæ octogesimæ Olympiadis. Aliàs, ducentesimę septuagesimæ octauæ.

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER QVARTVS.

SOZOMENVS.

Quomodo per quendam presbyterum dogma Arij pullulauerit.

CAPVT PRIMVM.

Dogma Nicæni concilij iterum in quæstionem venit.

Eusebi. Nicomediensis & Theognius Arianorum principes. Presbyter testamentarius.

IGitur sub imperio Constantini per ecclesias talia acciderunt. Quo moriente rursus ad quæstionẽ venit dogma Nicæni concilij. Namlicet viuente Cõstantino non id omnes susciperent, tamen apertè renuere nõ audebant. Quo moriente, plurimi ab eo se indubitanter abstinuêre concilio. Erant enim isti qui etiam primitus videbantur esse suspecti: præcipuè vero Arij sectatores Eusebius & Theogonius, cuius dogma se firmare credebant, si reuerti Athanasium prohiberent, & consectatori suo Ægyptiacæ diœceseos iura contraderent. Et illi quidem hæc agebant, ministrante ipsis presbytero, per quem Constantini temporibus Arius fuerat reuocatus. Erat enim is presbyter Constantio quoque gratus, eò quòd paternum ei seruauerat testamentum, ita vt vsque ad principem palatiique potentes haberet accessum. Eusebius autem in aula imperiali videbatur ita perspicuus, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Augusti proceres.

suos consectatores faceret † Augustos ac proceres. Quamobrem de dogmate rursus priuatim & publicè disputationes crebrò proferebantur: & simul iniuriæ, inimicitiæ, & plurima quæ ex talibus solent sæpius euenire.

Quomodo Athanasius fauore Constantini minoris Alexandreiam remearit, & eiusdem epistola. Cap. 2.

An.do.341. INterea ab occidentali parte Athanasius in Alexandreiā est reuersus quem etiā Constantinus viuēs redire mādauerat. Fertur autē quod etiā testamento voluerit hoc cōscribere, sed quoniā ita defunctus est, eius maior filius Constantinus Hesperiarū partiū princeps, hoc egit, literāsque huiusmodi ad populum destinauit Alexandrinū.

CONSTANTINVS CÆSAR POPULO ecclesiæ catholicæ, Alexandriæ constituto.

Neque vestram sacratissimā mentem arbitror ignorare, propterea Athanasium adorandæ legis prædicatorē, ad tempus in Gallias fuisse missum, quoniam ferocitas crudelium inimicorum eius in exiniū iacti eius capitis imminebat: ne forsan per malignorum calliditatem aliquid incongruū sustineret. Vt ergo hoc euitaret, ab imminēntibus sibi necessitatibus est ablatus. Et ita me præcipiē te habitare iussus est, vt in ea ciuitate in qua degebat, bona ei necessaria nō deessent. Talis enim est eius venerabilis virtus, diuinis freta solatiis, vt etiam molestias asperioris fortunæ conténat. Quapropter licet ad charissimam reverentiam vestram dominus noster beatæ memoriæ Constantinus Pius, meus pater, eundem episcopū in suum locum restituere proposuisset, tamē quoniam humana sorte præuentus, antequam hæc compleret vota, requieuit, consequens arbitratus sum voluntatē diuinæ memoriæ Imperatoris implere. Qui dum ad vos remeauerit, qualem à me veneratiōnē habuerit, agnoscetis. Nō enim mirabile si quid in eo gessimus quod laudetur. Meam nanque animā imago desiderij vestri, & schema tāri viri ad hoc mouit & inuitauit. Diuina prouidētia vos custodiat fratres dilectissimi.

epistola constantini iunioris ad Alexandrinos pro Athanasio.

De insidiis Arianorum aduersus Athanasium. Cap. 3.

HIs literis fretus Athanasius, Alexandreiā ve- Hmit. Libenter quē eū plebs Alexādrina suscepit. Ariani verò cōiuratione facta aduersus eum frequentes seditiones subinde suscitabant, per quas occasio præbebatur Eusebio, vt derogaret ei apud Imperatorē, quod non decernente communi concilio episcoporum, autoritate sua arripuisset ecclesiam. Tantumque his derogationibus actum est, vt indignāte Imperatore de Alexandrina vrbe proiiceretur. Eodē tēpore Eusebio moriente episcopo Cæsareiæ Palestinæ cognomēto Pāphili, † Agapius discipulus eius suscepit episcoparum, qui & alios plurimos ædidit libros, & de vita doctoris sui multa conscripsit.

Athanasius opera Eusebij Arianorum Alexandria pellitur. Cæsaream. † Acacio Agapius succedit.

SOCRATES.

De morte Constantini minoris. Cap. 4.

An.do.343. Constantinus iunior occiditur.

NOn multo post tēpore & Constantinus Imperator, Constantini maioris filius, dū nititur inuadere partes iunioris fratris Constantis, circa Aquileiam congressione facta perimitur, consulatu Acindyni & Procli. Quamobrē Romani imperij principatus Occidentalium quidē partium peruenit ad Constātem, Orientalis autē ad Constantium.

THEODORITVS.

Quod Athanasium Arianis bella ipsi denuò suscitantibus, ad partes decesserit Italiæ. Caput 5.

IGitur tempore quo Constantinus ad perenne transiuit imperium, testamento filius tēporale distribuens regnū (nullus enim eorum erat præsens) presbytero à sorore propria ipsi commendato suum credidit testamentum, præcipiens id Constātio dari, qui inter alios videbatur esse vicinior, & prius venire posse credebatur. Hinc ille Constantio factus notus, tradito testamento accepit ad eum ingrediendi fiduciam. Qui videns faciem Constantij voluntatem, & velut calamū ventis accedentibus agitari, præsumpsit contra Euangelica dogmata bellum assumere, & aduersus ecclesias asperrimam erigere tempestatē. dicebat enim esse culpabiles, qui Consubstantialitatis vocem, quæ scripta nō inueniretur, in fidei doctrina posuissent, quod inter sacerdotes & eos discordiam generaret. Hinc ergo Athanasium & eius sectatores accusans, insidias instruebat. Huius cooperatores erant Eusebius, & Theogonius, & Theodorus Perinthius, qui eloquentior videbatur, & scripsit explanationes Euangeliorum, quem plurimi Heracleioten vocant. Isti nāque sæpius velut propinqui Imperatori, reuersionem Athanasij multorum caussam afferebant esse malorum: & non solùm Ægyptum, sed etiā Palæstinam & Phœnicem, vicināsque gentes eius gratia dicebant esse turbatas. Proinde huiusmodi verbis leuissimam obsidentes Imperatoris intentionem, suaserunt vt Athanasium ab ecclesia rursus expelleret. Qui agnoscens eorum consilium, ad partes Hesperias abiit.

Accusatur Athanasius apud Cæsarem.

An.do.341. Athanasius in Italiam.

Quid de Athanasio Iulius decreuit episcopus. Caput 6.

VErùm Eusebium, eiusq; consortes, calumnias in Athanasium factas Iulio Romano Pontifici destinauerunt. Qui ecclesiasticā sequens legem, etiam ipsos Romā venire præcepit, & venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit. Ille continuò euocatione suscepta venit, calumniarum verò sarcinatores Romā quidem profecti non sunt, scientes facilè suū posse capi mendacium. Sed videntes oues pastore desolatas, lupum super eas pro pastore constituerunt, id est, Gregorium, qui sex annis bestiis ferocibus crudelius vsus, pœnam malitiæ suæ soluit, ab omnibus amarissimè laniatus.

Iulius pontifex Rom.

Greg. Alexād.

Quod constans imperator partes fouerit Athanasij. Cap. 7.

An.do.346. Athanasius queritur de Ariano.

AThanasius autē veniens ad Constantē, postquam Cōstātinus iunior fuerat bello defunctus:

ctus Arianæ cohortis cum gemitu referebat insidias, & bellum contra Apostolicam fidē gestū, patrisque eius nomen maximique cōcilij ab illo celebrati mentionē faciebat, & quòd communi lege synodus roborata videretur. Hæc insinuādo cum lachrymis, ad paternum zelum excitauit Imperatorē. Mox namque vt hæc audiuit, mandauit fratri monens vt paternæ pietatis inuiolabilem seruaret hæreditatem: cùm & ille pietate gubernando regnū, & Romanorū cuicisset tyrannos, & gentes positas in circuitu subiugasset.

Constans pro Athanasio.

SOCRATES.

De morte Alexandri Constantinopolitani Pontificis, & ordinatione apud orthodoxos Pauli, apud Arianos Macedonij. Caput 8.

EA porrò tempestate Constantinopolim altera, priore superior, turba ex huiusmodi caussa processit. Alexander Cōstantinopolitanæ Præsul ecclesiæ, post decertationem cum Ario terminatam ex hac vita excessit, episcopatus tricesimotertio, vitę anno nonagesimo & octauo, nullúmque in suum constituit locum, sed mādauit vt vnū ex duobus quos ipse nominaret, eligerent. Et si quidem vellent † docibilem simul & vitæ optimæ testimonio decoratū Paulū à se presbyterum ordinatū, virum quidem ætate iuuenem, sed sapientia senem, episcopum sibimet ordinarent. Si verò ex habitu solummodo reuerentiæ eligere vellent, Macedoniū facerent, tunc diaconum exist ētem, qui ætate maior videretur. Ex hac caussa maior contentio pro episcopi ordinatione surrexit, ecclesiámque turbauit, cùm populus vtiq; in duas diuisus esset partes: alij; defenderent Arianum dogma, alij verò Nicæni decreta concilij. Igitur donec Alexāder viueret, Homousiani potiores erant Arianis, quia hi quotidie conuicti minuebantur. Cum verò Alexander obisset, contentio rursus ex vtraq; parte commota est. Quapropter Homousiani Paulū ordinauere pontificem, Ariani verò Macedonium. Et in ecclesia quidem Irenæ cognomine, quæ est vicina iuxta basilicam Sophiam, Paulus est ordinatus, in quem potius Alexandri sententia prolata videbatur.

Alexander Constantinopolitanus mortuus. An.do.346.

† docendi facultate. Paulus.

Macedonius.

Factiones Homousianorum & Arianorum.

Irenæ Sophiæ.

Quod remota Paule Eusebius Nicomediensis, constantinopoleos inuaserit episcopatum, & de Antiocheno cōcilio, & de ordinatione Eusebij in Alexandreiam & post eum Gregorij, & transformatione Nicæni concilij. Caput 9.

POst paululum verò tēporis Imperator Constātinopolim veniēs, indignatur ob ordinationē factā Arianorū. Episcoporum autem constituto cōcilio Paulum quidem remouerī fecit: Eusebiū verò ex Nicomedia trāsferens Cōstantinopolim, episcopum esse decreuit. Quo facto Antiocheiam profectus est Imperator. Eusebius itaq; nullo modo cessare patiebatur, sed omnia commouebat donec suū propositū perduceret ad effectū. Egit ergo vt in Antiochia Syrię synodus fieret, sub occasione quidē dedicationis ecclesię quam pater Augustorū fabricari cœperat, & posterius obitum Constantius decimo anno eā à tempore fundationis expleuerat: in veritate

Eusseb. Nicomediensis. Constantinopoli præficitur.

An.do.346. Concilium Antiochiæ 90. episcoporum.

Auctoritas Rom. pont.

Athanasius accusatur ab Arianis.

Epistola Antiocheni concilij, & de fide, & bello Francico, & de Antiochia terræmota. Caput 10.

NOs neque sequaces Arij fuimus, quomodo enim episcopi presbyterū sequeremur? neque aliā quampiā fidem absque exposita antiquitus suscepimus. Sed eriā nos examinatores & cognitores eius fidei facti sumus: & iudicauimus potius quàm sequuti sumus. Didicimus enim ab initio credere in vnū Deū omniū, vniuersorum intelligibiliū sensibiliúmque creatorē & prouisorē, & in vnū filiū vnigenitū ante omnia secula existentē, & cū suo genitore manentē, per quē omnia facta sunt visibilia & inuisibilia, & qui in nouissimis tēporibus per bonā voluntatem patris descendit, & ex sancta virgine Maria carnē assumpsit, & omnem voluntatē patris sui impleuit: passus est, & resurrexit, & in cœlos ascendit, in dextera patris sedet, vēturus iudicare viuos & mortuos, & rex permanet in æternū & Deus. Credimus & in spiritum sanctū. Si autem adiiciēdū est, credimus & de carnis resurrectione, & vita perpetua. Hæc in prima scribēs epistola ciuitatibus mittebāt. Sed pòst paululum aliam in Antiocheia dictauerūt. Eodem tempore etiam rempublicam cōtigit valde turbari. Gens namque Frācorum circa Gallias constituta, Romanis erat infesta. Tunc etiam terræmotus maximus in Oriente factus est, & præcipuè in Antiocheia, quæ anno iugiter est commota.

Fidei Arianorum Antiochia.

Francei.

Terræmotus Antiochiæ.

Quomodo Gregorius Alexandreiam venerit, & inde fugerit Athanasius, & quæ mala per Gregorium gesta sint. Caput 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syrianus. INterea Gregorium deducebat in Alexandriã Syrianus magister militiæ, & cum eo armati milites, numero quinque millia, quibus etiam adnãt Arij sectatores illic habitantes. Sed quomodo Athanasius ecclesia pulsus, ne caperetur effugerit, arbitror esse dicendũ. Erat enim vesperæ, & populus in vigiliis obseruans, sperabatúrque futura Collectio. Inter hæc venit Magister militũ, & circa ecclesiam per cohortes suos milites ordinauit. Athanasius autem videns quę fierent, cogitauit ne propter se vlla lęsio populo proueniret. Et præcipiẽs diacono vt compleret orationé, rursus psalmũ fecit imponi. Cúmque consonantia psalmodiæ celebraretur, per vnam tantum ecclesiæ egrediebantur omnes. Quo facto milites quidem sine commotione steterunt. Athanasius autem inter medios psallentiũ illæsus abscessit. Et hoc modo fugiens, Romã profectus est. Porrò Gregorius Alexandrinæ tunc præsedit ecclesiæ, Alexandrinorum verò plebs non ferẽs quod erat gestum ecclesiam quę Dionysij nuncupatur, incendit.

Vigiliæ.

Psalmodia.

Quod mortuo Eusebio Paulus in ecclesiam rursus introductus sit, & ab Arianis Macedonius cõstitutus. Caput 12.

Iulius pontif. Ro. iudex in caussa Athanasij.

Eusebii mors.

Paulus reducitur Constantinopolim.

Vrsatius Valens.

EVsebius autem legationem misit ad Iulium Romanæ vrbis episcopum, rogans vt cõtra Athanasium iudex esset. Sed quæ de Athanasio decreuerat Iulius Eusebius non occurrit vt cognosceret, quia dum paucum tẽpus vixisset post concilium, vita priuatus est. Quapropter Constantinopolitæ Paulum rursus in ecclesiam introduxerunt. Idem & Ariani in ecclesia, quæ nunc dicitur Pauli, ordinauere Macedonium. Et hoc gerebant fautores Eusebij successoréſque præsumptionis, id est, Theogonius Nicænus, Maris Chalcedonensis, Theodorus Heraclię, & reliqui. Sed Vrsatius & Valens hæretici, postea libellum pœnitentiæ Iulio offerentes episcopo, & consentientes ὁμοουσίῳ verbo, communicare meruerunt.

Quomodo Hermogenes magister militum, Volens Paulum ecclesia pellere, à populo sit peremptus, quæ vindicta processerit. Caput 13.

Paulus pellitur Constantinopoli.

INterea propter Macedonium ingẽs prælioru flamma surgebat, & intestinũ bellũ Christianorum in ciuitate multi sanguinis effusione pullulabat. Quod cũ audisset Cõstantius Antiochiæ positus Imperator, Hermogeni magistro militũ Thraciarũ iniunxit, vt Paulũ ecclesia pelleret. Qui Constantinopolim veniens, maximas turbas cõmouit, cogẽs vt pelleretur episcopus. Facta autẽ seditione, populus erat paratus ad vltionem. Cumque Hermogenes insisteret vt militari manu expelleret Paulum, accensus populus (vt fieri solet in talibus) irrationabiliter ei resistebat, eiusque domum incendẽres, ipsúmque trahentes interemerunt. Hæc gesta sunt cõsulatu Constantij tertio, & secũdo Cõstantis. Quo tẽpore Constãs quidẽ Francos Romanorũ subiecit imperio Constantius autem de interitu Hermogenis acturus ab Antiochia veredis Cõstantinopolim venit, & Paulum quidẽ expulit ciuitate, vrbẽ verò damno multauit, auferens ei frumentarias

Hermogenes Mag. militum occiditur.

Franci. Germani. Constantius Imp. privat. Constantinopolitanos frumentariis stipendiis.

Quod Gregorius ab Alexandria remotus, & Georgius Arianus illic fuerit euocatus. Caput 14.

Gregorius Alexandr.

Georgius Cappadox recipitur.

ARiani præterea Gregorium remouentes ab Alexandria tanquam odiosum, & quia propter eum factum fuisset incendium, necnon & quia minus ipsorum foueret errorem, euocauerunt Georgium Cappadocem hominem Arianę væsaniæ.

SOZOMENVS.

Athanasio Paulo & aliis orthodoxis episcopis Romæ positis quid Orientalibus Iulius Romanus scripserit. Caput 15.

Athanasius.

Paulus.

Marcellus.

Æsclepas.

Quintianus.

Lucianus.

IGitur Athanasius relinquens Alexandream, Romam profectus est. Cõtigit autem eodem tempore etiam Paulum Constantinopolitanum Pontificem illuc vnà concurrere, & Marcellum Ancyræ, Asclepámque Gazæ. Qui dum Arianis esset aduersus, calumniam passus ab his, quasi subuertisset altare, damnatus est. Pro quo Gazæorum ecclesia Quintiano committitur. Lucianus autem Hadrianopolites episcopus, ob aliam accusationem ecclesia sua priuatus, degebat in vrbe Roma. Cognoscens ergo Romanus episcopus crimina singulorũ, & omnes Nicæno concilio concordare comperiens eos in cõmunionem suscepit, tanquam omniũ curam gerẽs, propter sedis propriæ dignitatẽ. singulíſque reddidit suas ecclesias, & Orientalibus scripsit episcopis, culpans quod nõ rectè tractassent viros inculpabiles de suis ecclesiis eos expellentes, & quod constitutiones Nicæni cõcilij minimè obseruarent. Quorum paucos ad certam diem sibi met adesse præcepit, vt coram eis ostenderet iustum se super illis protulisse decretum. Et deinceps non se passurum interminatus est, nisi ab huiusmodi turbis & nouitate cessarent. Et ille quidem hæc scripsit. Athanasius autem, & Paulus epistolas Iulij Orientalibus episcopis miserunt, & singuli eorum suas sedes adepti sunt.

Romanæ sedis dignitas. Iulius cont. Ro. Orientalibus scribit.

Quid Orientales Iulio rescripserint. Caput 16.

An. do. 34.

VErũm Pontifices Orientis grauiter hoc ferentes, & in Antiochia congregati Iulio rescripserũt epistolam, ornato quidem stilo compositam, ironia verò maximè plenam, & nõ sine interminationis qualitate cõfectam. Fatebantur enim circa omnes Romanorũ ecclesiã esse munificũ, veluti quæ apostolicã haberet cutã, & antiquitus mater pietatis existeret, licet ab Oriẽte

Romana ecclesia.

ad eam prædicatores dogmatis aduenissent. Se A verò non propterea secundo loco habẽtes existimabant, eo quòd non magnitudine aut multitudine abundarent ecclesiarum, cum vitæ qualitate non cederent: crimenque Iulio imponebant, eo quòd Athanasij sectatoribus communicasse videretur, & tanquam ipsorum concilio contumelias irrogasset, eorúmque sententiam, destruxisset: & veluti iniustum eius factum, ecclesiasticíſque sanctionibus dissonans arguebãt. His ita conscriptis addiderunt, quod si susciperet Iulius damnationem ab ipsis factam, & ordinatos episcopos in damnatorum locũ firmaret, pacem cum eo & communionem haberent. Si verò placitis ipsorum resisteret, contraria celebrarent: quippe cùm Orientales episcopi non restitissent, cum Nouatus à Romana pelleretur ecclesia. De his autem quæ præter cõmune placitum de concilio Nicæno gesserant, nihil ei rescribere maluerunt.

SOCRATES.

Quid Athanasio Alexandream remeante prouenerit. Caput 17.

Ariani quidam apud Alexandriam suffocati.

HÆc itaque Orientales episcopi Iulio Romano Pontifici reserpserunt. Cùm verò Athanasius Alexandreiam fuisset ingressus, cõpressio populi partis Gregorij, qui illic fuerat ordinatus episcopus, vehemens facta est. Et ex hoc dicebant turbas & neces hominum prouenisse, & huiusmodi crimina in Athanasium velut autorem sceleris referebant: cùm hæc in certaminibus frequenter eueniant. Ob quam causam Sabinus Macedonianæ Præsul hæreseos, Athanasium frequenter accusat. Qui si cogitaret quãta mala contra Athanasium & Homousianos Ariani gesserint: aut quanta concilia propter eum celebrata sint, aut quanta cõtra omnes ecclesias Macedonius hæresiarches gesserit, erubescens fortè tacuisset.

Sabinus Athanasij traducit.

Macedonius hæresiarches.

C

Quomodo Paulus denuò Constantinopoli sit expulsus, & quæ neces introducto in ecclesiam Macedonio sint factæ. Caput 18.

Paulus à Constantinopoli pellitur.

† Mandatis suum.

Veterma Zeuxippi.

† Mandatum

Paulus exulat

COnstantius igitur Imperator in Antiochia degens, cum audisset rursus Paulum Constantinopolitanam recepisse sedem, iratus † sacra sua misit ad Philippũ, qui tunc habebat maximam inter alios Iudices potestatem, & post principem secundus appellabatur: vt Paulũ ecclesia pelleret, & Macedoniũ introduceret. Præfectus autem Philippus seditionem populi metuens, arte est vsus aduersus Paulum. Et visionẽ quidem principis celauit, simulans autem publicum se habiturum esse tractatum, processit ad Thermas vocabulo Zeuxippi: quo etiam cũ honore quasi necessario vocauit Paulum. Cúmq; venisset, repente Præfectus † sacra monstrauit Imperatoris, & episcopus quidem illic iniustam sententiam patienter tulit. Porrò Præfectus metuens multitudinis impetum quæ ibi conuenerat, propter timoris famam, vnam fenestram Thermarum iussit aperiri, per quam ad palatiũ ductus Paulus, & missus ad nauẽ ad talia paratã, D velociter ductus est in exilium. Iussitque Præfectus vt Thessalonicæ seruaretur, ex qua Paulus fuerat oriundus, vt illic liberè viueret, & in aliis illyrici ciuitatibus, non tamen vt ad partes Orientis accederet. Hoc itaque modo Paulus inopinato de ecclesia pulsus est. Philippus autem à Thermis ad ecclesiam properabat, cũ quo Macedonius, residens in vehiculo cum Præfecto simul & militibus armis induti, Hoc facto terror populum apprehendit, & ad ecclesiam concurrerunt vniuersi simul Homousiani & Ariani. Cũque Præfectus cum Macedonio ad ecclesiã peruenisset, & populum & milites irrationabilis timor inuasit. Cumque esset ingẽs multitudo, nec posset introire Præfectus, milites cœperunt populum violenter impellere, & cùm propter angustiam loci cedere non possent, putantes eos milites sibi velle resistere, euaginatis gladiis in eorum necem grassabantur. Tunc ergo (sicuti B fertur) perempti sunt circiter tria millia centum & quinquaginta. Alij à militibus interfecti, alij verò compressione sunt mortui his actis. Hac via Macedonius tanquam nihil mali gerens sed veluti mundus & innocens à Præfecto magis quàm ecclesiasticis regulis, traditum sibi recepit episcopatum: tãtúsque necibus ipse & Ariani ecclesiæ iura tenuerunt. Hoc tempore Imperator maiorem ecclesiam fabricabat, quæ nũc Sophia vocitatur, & est copulata ecclesiæ, quæ dicitur Irene, quam pater Imperatoris, cùm esset prius modica, ad pulchritudinem magnitudinemque perduxerat: quæ modo velut sub vno circuitu contineri noscuntur.

Macedonius in ecclesiam deducitur.

Supra 3000. interficiuntur.

Sophia, opus Constantij.

Irene.

Denuo de calumnis contra Athanasium. Caput 19.

Calumnia in Athanasium.

INterea contra Athanasiũ alia machinatio conCinnata est. Ecclesiæ nanque Alexãdrinorum Augustorum pater erogando pauperibus frumenta donauerat: quæ dixerunt Athanasiũ vendere, & suis vtilitatibus applicare. Quod Imperator credens, eum iussit occidi. Hoc sentiens Athanasius, latenter aufugit. Tũc igitur Iulius Romanæ vrbis episcopus, cognoscens Arianorum insidias aduersus Athanasium machinatas, postquam Eusebij susceperat literas, euocauit Athanasium, cùm audisset locum vbi erat absconsus. Inter hæc suscepit etiam literas Ægyptiorum episcoporum, asserentium falsa esse quæ contra Athanasium dicebantur. Quo facto Iulius rescripsit eis qui fuerant in Antiochia congregati, cul pans eos primum de iniuriis literarũ deinde cur se ad synodum suam non vocassent canonibus nimirum iubẽtibus præter Romanum nihil decerni Pontificem: insuper quod latenter corrũperent fidem: & quod Tyri gesta per subreptionem fuerint & arte composita: & quia contra ius ex vna parte confecerint monumenta gestorum, referens id ad falsitatem de Arsenio concinnatam. Epistolas ipsas ponere, propter fastidium longæ lectionis omisi. Post modicum verò tempus, Paulus à Thessalonica simulans se habere iter ad Corinthum, in Italiã venit, & vnà cum Athanasio causam suam Imper. Constantij indicauit.

Iulius Athanasium ad se vocat.

Autoritas Romani Põt.

SOZOMENVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De legatis Orientalium episcoporum ad Constantem missis pro his quæ gesserunt. caput 20.

IMperator autem fratri suo Constantio scripsit, vt aliquos Orientalium episcoporum satisfacturos de quorundam damnatione mitteret. Quapropter eligunt tres, Narcissus † Irenopolites Cilix episcopus, Theodorus Heraclię Thraciæ, & Marcus Arethusiæ Syriacæ. Qui venientes ad Italiam, facta propria vindicabãt, nitentes Imperatori persuadere Orientalis concilij iustam esse sententiam. Cumque fidei suæ cõfessionem exigerẽtur, fidem quidem Antiochiæ expositam, celauerunt. Aliam verò conscribẽtes confessionem obtulerunt, multum tamen à Nicæno concilio dissonantem. Videns autẽ Constãs iniustè grauatos homines, nec crimina fuisse vera, pro quibus dicebantur à communione suspensi, sed id factum propter dissonãtiam fidei, cùm satisfacere nequiuissent pro quo venerant, remisit eos ad propria. Post tres autẽ annos rursus Orientales episcopi Occidentalibus aliam epistolam miserunt, quam Multorum versuum nominauere conscriptionẽ, eò quòd vltra priores prolixo eloquio confecta videretur. In qua de substantia quidem dei nullam fecere mentionem. Eos autem qui dicunt ex non existentibus Dei filium, aut ex alia essentia & non ex Deo, & quia fuerit aliquando tempus aut seculum, quãdo non erat, abdicarunt. Porrò Eudoxiam Germaniciæ episcopum, Martyrium atque Macedonium basilos epistolarum, Occidentales noluerunt suscipere sacerdotes, dicentes dogmata Nicæna sufficere, & nihil vlterius oportere tractari. Cúmque Constans à fratre petẽs, vt Athanasius suam reciperet ecclesiam, resistentibus hæreticis nihil impetrare potuisset, tunc Athanasius & Paulus adeuntes popposcerunt fieri synodum, eò quòd pro defensione rectorum dogmatum expulsi probarentur.

† Neapolit.

Narcissus Theodorus, Marcus, in Italiam mittuntur.

Orientales consubstantialitatem negant.

Eudoxius. Martyrius. Macedonius.

THEODORITVS.

Quod Constans fratrem pro fide moverit, & quod Cõstantius Sardicæ concilium convocari præcepit. Caput 21.

QVod audiens Constans, scripsit fratri, monens vt paternæ pietatis inuiolatã seruaret hæreditatem, cum & ille imperium gubernãdo & Romanorum tyrãnos eiecisset, & in circuitu gẽtes Barbaras subiugasset. His literis motus Cõstantius, præcepit Sardicæ (quæ est ciuitas Illyrici) & Orientales & Occidẽtales cõuenire Põtifices. Multi siquidẽ etiam alij casus medicinam synodicam requirebãt. Nã & Paulum Constantinopolitanæ vrbis episcopũ, pro rectis dogmatibus, Ariani ad periculum mortis vsq; perduxerant, tanquã seditionis autorem, & alia quædã adiecerant quæ calũniatoribus sunt amica. Quẽ tamẽ tunc populus Sardicam propter inimicorum insidias abduci nõ est passus. Paulò post autem defuncto Constãte, flectentes Ariani leuissimã principis voluntatẽ, & à regia ciuitate pellentes Paulum, eum ad ciuitatulam Cucusenam (quæ tunc erat Cappadociæ, nũc verò secundæ Armeniæ) trãstulerunt. Sed non satis est in hoc

Sardicam concilium indicitur. πόλις ἰλλυριὰ τῆ δευτέρᾳ τῶν θρᾴκων τρίπολις.

Paulus Cucusum translatus, paulo post occiditur.

E cuncta turbantibus, vita Pauli mirabilis, licet in solitudine constituti. Mittentes enim ministros necis, eum morti violentissimæ tradiderunt. Et hoc beatus Athanasius refert in Apologia propriæ fugæ, ita dicens:

Athanasii relatio de nece Pauli Constantinopolitani Pontificis. Caput 22.

EPiscopum namque Cõstantinopoleos Paulam persequentes atque inuenientes, palàm suffocandum esse censuerunt in Cucuso Cappadociæ, autorẽ habentes Philippum Præfectum. Erat enim eorum hæreseos tunc patronus, & consiliorum minister iniquorum. Huiusmodi enim crudelitates blasphemia Arij protulit. Cõtra vnigenitum namque insaniunt ministri præsumptionum eius. Hoc itaque modo Paulo defuncto, imò magis ad cælestia regna perducto, Macedonium statuerunt episcopum quasi consectatorem suum quoniam proximè sancto spiritui blasphemabat. Sed paulò post expulerunt & eum, dum creaturam non confiteretur eum quem filium sacræ scripturæ dicũt. Quapropter damnatus ab illis, hæresis propriæ autor apparuit consubstantialem quidem nec ille patri filium esse dicens, similem tamen per omnia genitori docens, creatum verò Spiritum apertè denominans. Hæc itaque non multo post (sicuti diximus) acta sunt.

Philippus Præfectus.

Macedonius propellitur.

SOCRATES.

De conuentu episcoporum in Sardicense concilium. Caput 23.

VNdecimus autẽ annus erat ab obitu patris duorum Augustorum. COSS. verò tunc fuere Ruffinus & Eusebius, quando celebratum est Sardicense cõcilium. Ex Hesperiis ergo partibus conuenerũt episcopi quasi trecenti, sicut Athanasius ait. Ex Orientalibus sex & septuaginta tantummodo, sicut Sabinus dicit. Inter quos annumerabatur & Ischyras tanquã Mareotis episcopus, quem damnatores Athanasij in episcopum huius prouinciæ prouexerant. Excusauerunt se etenim alij per infirmitatem corporis: alij angustas inducias accusantes, & ob hoc Iulium Romanum culpãtes episcopum: cũ vtique ante annum & sex menses synodus fuerit prædicata, & Athanasius Romæ degeret, expectans iudicium synodale. Cùm ergo Sardicæ Orientales conuenissent, ad aspectum Occidẽtalium venire nolebant, dicentes, non aliter se ad verba venturos, nisi suo collegio Athanasiacos & Paulianos expellerent. Cumque Protogenes Sardicẽsis episcopus, & Osius Cordubæ Hispaniæ non paterentur à concilio se submoueri Pauli defensores & Athanasij, illi repentè discesserũt. Et veniẽtes ad Philippopolim Thraciæ, seorsum facere concilium, & apertè iã Consubstantialitatẽ anathematizauerũt. Et rectã inæqualis subst antiæ epistolis subscribentes, vndiquaque miserunt. Qui autem in Sardica conuenerant, primum quidem horum damnauere væsaniam, deinde accusatores Athanasij dignitate priuauerunt. Et † terminum fidei Nicænæ corroborantes, & tractatũ de diuinæ substantiæ

An. do. 350.

Orientales.

Hæresis inæqualis substantiæ.

Definitionem.

inæqualitate respuentes, Consubstantialitatem apertiùs tradiderunt, etiam ipsi vndiquaque scripta propria mittentes. Ex vtraque ergo parte arbitrati sunt rectè se facere, Orientales quidem eò quod à se damnatos illi susciperent, Occidẽtales autem quoniam ante cognitionem damnatores effugerant: & quoniam hi quidam Nicænam seruabant fidem, illi verò eam adulterare præsumpserant. Reddiderunt ergo locũ Paulo & Athanasio, necnon & Marcello Ancyræ Galatiæ, qui dudum (sicuti iam dictum est) fuerat condemnatus.

A

THEODORITVS.

Literæ Sardicensis concilii ad vniuersos episcopos. Caput 24.

An. do. 350. Sardicensis concilii literæ.

QVæ verò Sardicæ gesta sunt, concilij literæ clariùs docebũt quas propter modũ explanationis huius scripturæ interponere nõ omisi.

B

SANCTA SYNODVS DEI GRATIA SARDICÆ

cõgregata ex vrbe Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Mysia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiris, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bythynia, Hellesponto, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pamphylia, Lydia, insulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Lybia, Galatia, Palæstina, & Arabia, vniuersis episcopis & comministris S. & Apostolicæ ecclesiæ dilectissimis fratribus in domino S.

C

MVLTA quidem ac sæpius Arianam vesaniam sequentes præsumpserunt aduersus Dei seruos, & rectã fidẽ custodientes. Adulterã namque doctrinam proponẽtes, orthodoxos expellere sunt conati: & in tantum insurrexerunt aduersus fidẽ, vt neque audirus deo amabiliũ latere Imperatorũ. Igitur gratia dei cooperãte, etiã ipsi pissimi principes ex diuersis nos prouinciis & ciuitatibus colligẽtes, sanctũ hoc concilũ in Sardicẽsium celebrari vrbe præceperunt: vt ablata omni discordia, & omni perfidia procul expulsa, sola Christi pietas apud omnes inuiolata seruetur. Venerunt enim Orientales episcopi á piissimis Imperatoribus inuitati, præcipuè propter famã quæ de charissimis nostris fratribus & comministris fuerat diuulgata, id est, Athanasio Alexandrino, & Marcello Ancyræ Galatiæ, & Asclepa Gazæo, forsan etiam ad vosipsos detractiones huiusmodi peruenerunt, quomodo etiã nostras aures vẽtilare conati sunt, vt ea quæ cõtra innocẽtes referunt, vera esse credãtur, & iniqua hæreseos celetur opinio. Sed hæc diutius facere permissi nõ sunt. Etenim Præsul ecclesiarum dominus est, qui pro his & pro vniuersis mortem sustinuit, & per eas ascensum ad cœlos nobis omnibus condonauit. Pridem itaque Eusebius, & Maris, & Theodorus atque Theogonius, Vrsatius, & Valens, & Minophãtus, & Stephanus scripserũt Iulio cõministro nostro eccle siæ Romanæ Põtifici cõtra prædictos cõsacerdotes nostros, id est Athanasiũ episcopũ Alexãdriæ, & Marcellum episcopum Ancyrę Galatiæ, & Asclepham Gazæ. Scripserũt quoque ex aliis

D

Athanasius. Marcellus. Asclepas.

Iulius pont. Romanus.

partibus episcopi, testimoniũ perhibentes puritati Athanasij consacerdotis nostri, & ea quæ ab Eusebio & cõsectatoribus eius gesta sunt, nihil aliud quam mẽdacijs & calumniis plena esse affirmantes. Cũ vtique euocati à charissimo & cõsacerdote Iulio, & nõ occurrentes (sicut scriptis eiusdẽ episcopi Iulij cõprobatur) apertè videãtur calumniatores existere. Nam si de gestis cõtra eos habitis præsumpsissent, non cunctarentur occurrere. Veruntamen etiã ex his quæ fecerunt in hoc sancto magnóque concilio, eorum machinatio euidenter apparet. Venientes enim in Sardicensium ciuitatẽ atque videntes fratres nostros, Athanasium, Marcellum, Asclepam, & cæteros ad iudiciũ accedere timuerunt. Et nõ semel, nõ secundo, sed etiam frequenter citati, vocationibus obedire noluerunt: congregatis videlicet in concilio Osio longæuo (qui propter ætatẽ, atque confessionẽ, tantúmq; laborẽ omni honore dignus apparuit (& reliquis, sustinentibus & inuitãtibus eos ingredi iudicium, vt quæ contra absentes cõsacerdotes diffamauerãt atq; conscripserant, præsentes ostẽderent. Sed (sicuti prædiximus) euocati nõ venerunt, vt etiã in hoc calumniam propriam ostenderent: & quodammodo respuendo iudiciũ, insidias suas & molimina proclamarent. Nam qui de suis dictis confidunt, etiam ad facie probare nõ fugiunt. Quia verò non occurrerunt, nullum de eis ignorare confidimus (si forsan rursus illic quicquã machinari voluerint) quod nihil habẽtes quo possint consacerdotes nostros arguere, absentibus detrahunt, præsentes effugiũt. Fugerũt enim (charissimi fratres) non solũ propter calumniam aduersus istos instructam, verũ quia suos pro diuersis criminibus accusatores occurrisse viderunt. Proferebãtur enim vincula & catenæ. Venerant homines ab exilio & cõsacerdotes, necnõ cognati patiter & amici eorum, qui propter eos mortui dinoscuntur. Et quod est admirandum aderant episcopi, quorum vnus quidẽ catenas gestabat & vincula, quibus vinctus fuerat propter eos. Alij verò eorum insidijs mortẽ sibi testabãtur inflictam, quia ad tantam superbiam sunt perducti, vt etiam episcopum occidere conarentur: quẽ nisi fuga liberasset, obierat. Venit enim consacerdos noster beatus Theodulus, fugiens eorũ molimina, quibus fuerat iussus occidi. Alij verò gladiorum vulnera demonstrabãt: alij famem se ab eis passos ingemiscebãt, & hæc non quilibet homines testabãtur, sed omnes ecclesiæ pro quibus hi qui occurrerunt, & qui legatione fungebãtur, insinuabãt violentiarũ pestes, armatos milites, populos cum fustibus, iudicum terrores, falsarũ literarum obiectiones. Lectæ sunt enim literæ Theogonij cõtra consacerdotes nostros, Athanasiũ, Marcellũ & Asclepam, vt etiam Imperatores mouisse viderentur. Quas literas diaconi Theogonij vulgauerunt, super hæc autẽ virginum nuditates, ecclesiarum incẽdia, carceres cõtra sacerdotes nostros adhibitos. Quæ omnia prælia nõ nisi pro detestabili Arianorum hæresi commissse noscuntur. Quisquis enim eorũ respuisset ordinationem atque communionẽ, his necessario subdebatur iniurijs. Cõspicientes igitur facinorum suorum angustias, confusi recesserunt. Et vlterius hæc nõ va-

Osius Cordubensis.

Theodulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lentes abscondere, in Sardicensium venerũt vr- E
bem, vt per aduentum suũ quasi talia se nequa-
quam perpetrasse monstrarent. Videntes autem
quibus calumnias irrogauerant, & oppressos à
se simul accusatores, & increparationes præ ocu-
lis suis habẽtes, euocati ad iudicium ingredi ne-
quiuerunt. Athanasio quippe, Marcello, & As-
clepa, nostris cõsacerdotibus fiducialiter agẽti-
bus, & valde ingemiscentibus, & imminẽtibus
atque prouocãtibus eos, & promittẽtibus, non
solum se calumnias cuidenter ostendere, sed etiã
quæ in eorũ ecclesias deliquissent: illi verò tãto
conscientiæ terrore constricti sunt vt fugerẽt, &
per fugam suas calumnias aperirent delictáque
sua iudicij declinatione faterentur. Et licet non
solum ex prioribus, sed etiam ex istis malitia eo-
rum atque calumniæ patefiant, tamen vt neque
per fugã occasionẽ alterius iniquitatis accipiãt,
curauimus contra veritatem facta eorum moli-
mina examinare. Et hoc proposito, ex his quæ F
gesta sunt eos calumniatores inueninus, & ni-
hil aliud nisi aduersus cõsacerdotes nostros in-
fidias institutas. Nam Arsenium, quem dicebant
ab Athanasio peremptũ, hic viuit, & inter viuẽ-
tes cõmorari dignoscitur, ex quo etiã alia pro-
bantur esse cõficta. Quod verò etiam calicẽ di-
uulgauerunt fractum à Macario Athanasio pre-
sbytero, testati sunt qui de Alexandreia & Ma-
reote venerunt, nihil tale fuisse gestum. Sed etiã
episcopi Ægypti Iulio consacerdoti nostro scri-
bentes, valdè affirmabant, quod neque suspicio
fuisset huiusmodi. Proinde dixerunt me numẽra
aduersus eos confecta quæ tamen probatum est
ex vna parte celebrata: in quibus gestis pagani
examinabãtur, & Catechumeni: ex quibus vnus
catechumenus inquisitus, ait intus se fuisse quã-
do Macarius venerat ad eundem locum. Alter
autem interrogatus, dixit illum famosissimum
Ischyram tunc ægrotasse, & in cellula iacuisse, vt
ex hoc appareat nihil gestum ex omnibus sacra-
mentis, eò quòd & catechumeni intus fuissent,
& Ischyras non adesset, sed iaceret ægrotus. Is
namque malignissimus Ischyras mẽritus, quod
Athanasius quosdam sacros incendisset libros,
illo tempore ægrotasse declaratus est, quando
Macarius ibi fuit. Vnde etiam ex hoc calumnia-
tor apparuit. Denique pro huiusmodi calumniæ
mercede dederunt Ischyræ nomen episcopi, qui
neque presbyter fuerat aliquãdo. Duo namque
presbyteri qui cum Melitio aliquando degebãt,
& postea à beato Alexandro episcopo ciuitatis
Alexandrinæ susceptí sunt, & cum Athanasio
constituti, testati sunt nunquam illum presbyte-
rum fuisse Melitij, neque habuisse Melitium in
Marcote ecclesiam vel ministrũ: & qui penitus
nec presbyter fuerat: nunc enim velut episcopum
produxerunt, vt eo nomine in suis calumniis
terrere viderẽtur auditores. Lectæ sunt enim &
literæ consacerdotis nostri Marcelli, & inuenta
est Eusebij similiúmq; nequitia. Nam ea quæ ve-
luti querimoniam faciens Marcellus dixit, hæc
nunquam ipse confirmaret accusauerunt. Hęc er-
go sunt lecta, & reliqua, & præcedentes patiter
quæstiones rectáque huius viri fides inuẽta est.
Nõ enim à sancta Maria sicut isti cõfirmabant,
dedit deo verbo principium, neque finẽ habere
asserit eius imperium, sed regnum eius & sine

Arsenius.

Iulius Pont. Romanus.

Ischyras.

principio & fine termino esse conscripsit. Asele- *Asclepas.*
pas autem comministet obtulit monimẽta An-
tiochiæ confecta sub accusatorum præsentia, &
Cæsariensis Eusebij, & ex sententia iudicantium
episcoporum se ostendit innoxium. Rectè si-
quidem (ô charissimi fratres) euocati frequẽter,
obedire noluerunt, rectè quoque fugerunt. Cõ-
scientia nanque sua perterriti per fugas suas ca-
lumnias indicarunt: & quæ præsentes accusato-
res super eis dixerant, etiam probauerunt. Ad
hæc autem etiam eos qui dudum accusati pro-
pter Arianam hæresim fuerant & proiecti, non
solum susceperunt, sed etiã in maiori ordine po-
suerũt, diaconos ad presbyterium promouẽtes,
presbyteros ad episcopatũ, non ob aliud nisi vt
impietatem seminare & dilatare possent, & fidei
corrumpere pietatem, sunt autẽ horum princi-
pes, Eusebius, Theodorus Heracliæ, Narcissus
Neroniadis Ciliciæ, Stephanus Antiochiæ, Ge-
orgius Laodiciæ, Acacius Cæsareiæ Palestinæ,
Minophãtus Ephesius, Vrsatius Sigiduni, Valẽs
Mursiæ Pannoniæ. Isti namq; conueniẽtes, cum
Orientalibus nõ sinebant eos nec in sanctũ cõ-
cilium ingredi, nec omninò accedere ad ecclesiã
Dei. Et venientes in Sardicam cõciliabula apud
semetipsos per loca singula faciebãt, & acta quę-
dã cum terroribus concinnabant, vt nihil peni-
tus ad iudicium perueniret, neque sanctũ posse-
mus celebrare concilíũ. Hæc omnia cognoscere
potuimus à consacerdotibus nostris, Macario
Palæstino, & Asterio Arabiæ, qui cum eis vene-
rant, & ab eorum perfidia recesserant. Hi namq;
ad sanctum concilium venientes, violentiã quã
passi sunt narrauerunt, nihil dicentes apud eos
agi rectum: insuper adicientes, quod quũ essent
rectæ fidei, prohibiti fuissent ab eis ad hæc loca G
venire, & propter interminationem vix ab eis
discedere potuissent. Ob hanc caussam Sardicen
venientes, in vna domo cuncti manserunt, neq;
breui tempore à se recedere patiẽtes. Quia verò
tacere non decuit, nec sine vindicta relinquere
calumnias, vincula, neces, vulnera, concinnatio-
nes falsarum epistolarũ, verbera, nuditates virgi-
num, exilia, destructiones ecclesiarũ, incendia,
migrationes à minoribus ciuitatibus ad maio-
res ecclesias, & præ omnibus aduersus rectã fi-
dẽ nunc Arianã væsaniam per eos crudeliter in-
surgentem, propterea charissimos quidẽ fratres
nostros & cõministros Athanasium Alexãdrinæ
ciuitatis episcopum, & Marcellum Ancyræ Ga-
latię, & Asclepam Gazę, comministrantes Chri-
sto innoxios & puros esse decreuimus, scriben-
tes ad vniuscuiusque paræciam, vt singularũ ec-
clesiarum populi cognoscentes sui episcopi pu-
ritatem eum se episcopum & habere & sperare
cognoscant: Eos autem qui in eorum ecclesias
luporũ instar ingressi sunt, id est, Gregoriũ in A-
lexãdreia, Basilium in Ancyra, Quintianũ Gazę,
nec episcopos nominandos, nec Christianos,
nec quamlibet penitus cum eis habendam esse
communionem, nec eorum literas habendas,
neque scribendum eis. Theodorum verò Hera-
clię Europę, & Narcissum Neroniadis Cilicię,
Acacium Cæsareæ Palæstinæ, & Stephanum An
tiochiæ, Vrsatium Sigidini Mysiæ, Valentem ex
Mursia Pannoniæ, Menophantum Ephesi, &
Georgium Laodiciæ, licet metuentes ab Oriẽte
non

non venerint, tamen eo quod à beato memoriæ A
Alexandro ciuitatis Alexandrinæ Pontifice sunt
damnati, & eo quod secum Arianos habeant, &
propter crimina eis illata, generali eos decreto
sanctũ cõcilium episcopatu deposuit: & decre-
uimus non solum episcopos eos nõ esse, sed ne-
que communionem cum fidelibus promereri.
Eos enim qui diuidunt à paterna substãtia & di-
uinitate, & alienãt verbum à patre, diuidi ab ec-
clesia catholica conuenit, & esse alienos à no-
mine Christiano. Sint igitur à nobis & omni-
bus anathema, eo quod verbum veritatis videã-
tur esse cauponati. Apostolicum namque præce-
ptum est: Si quis vobis annuntiauerit præter
quod accepistis, anathema sit. His ergo nullum
communicare denuntiate: nulla enim cõmunio
luci ad tenebras. Hos pellite procul ab omni-
bus: nulla enim cõcordia Christo ad Belial. Ser-
uate vos, fratres charissimi, vt neque scribatis
eis, neque eorum scripta suscipiatis. Studete si- B
mul (vos charissimi fratres & comministri) tan-
quam spiritu præsentes nostro concilio consen-
tire, atque subscriptione vestra decernere, quæ
ab omnibus vbique comministris nostris con-
sonantia vna seruentur. Abdicamus autem illos,
& extra terminos ecclesiæ catholicæ procul ab-
icimus, qui affirmant: Quod Deus est Christus,
sed verus Deus non est: Quod filius est, sed ve-
rus filius nõ est. Quod genitus est simul & inge-
nitus. Sic enim se intelligere genitum profitẽtur
quia sic dixerunt, est, quod genitum est. Et quia
cum Christus ante secula sit, dederunt ei princi-
pium atque finem, quod nõ in tẽpore, sed habet
ante secula. Proinde duę vipere ex aspide Ariana
progressę sunt, Valens & Vrsatius, qui gloriãtur
& non dubitant se dicere Christianos, profiten- C
tes quoniam verbum, & quoniã spiritus, & vul-
neratus, & intersectus est, & mortuus est, & re-
surrexit: quodque cohors studet hæreticorũ di-
uersas esse substantias patris, & filij, & spiritus
sancti pronuntiant, & eas esse diuisas. Nos autẽ
hanc percepimus, & eruditi sumus, hanc habe-
mus catholicam apostolicámque traditionẽ, &
fidem atque confessionem, vnam esse substantiã
patris & filij, & spiritus sancti. Et si quærãt quæ
sit filij substãtia, profitemur eam esse quæ patris,
indubitanter, nunquam patrem sine filio, neque
filiũ sine patre fuisse credentes, nec esse posse, vt
quod est verbum spiritus sit. Absurdum nanque
est dicere, aliquando patrem non fuisse patrem.
Patrem enim sine filio neque nominari, nec esse
posse, est ipsius filij testimonium. Ego in patre, D
& pater in me: &, Ego & pater vnum sumus.
Nullus nostrum negat genitum. Sed genitũ ante
omnia, quæ inuisibilia & visibilia nuncupantur
opificem archangelorũ & angelorum, & mũdi,
& humani generis, quoniam ait: Omnium arti-
fex sapientia docuit me. Et omnia per ipsum fa-
cta sunt. Nõ enim semper esse potuisset, si sum-
psisset exordium: quando quidem verbum quod
semper est, non habet initium, Deus autem nun-
quam terminum habet. Non dicimus patrem fi-
lium esse, neque rursum filium patrem esse: sed
pater, pater est: & filius patris est filius. Cõfitemur
virtutem esse patris filium. Cõfitemur ver-
bum Dei patris esse præter quod aliud non est,
& verbum verum Deum, & sapientiam & virtu-

Cal. 3. b

Valens Vrsatius.

Ioan. 14. b
Ioan. 10. f

Ioan. 1. a

Ioan. 10. f

rem, verúmque filium tradimus. Et non sicut cę-
teri filij nominantur, ita filium dicimus: quoniã
illi aut gratia generationis dij erunt, aut eo quod
digni fiant filij nuncupantur, neque propter vnã
substantiam quæ est patris & filij. Confitemur
item & vnigenitum & primogenitum, sed vni-
genitum verbum dicimus, quod semper fuit &
est in patre: primogenitum autem quantum ad
hominem. Sed tamen differt creatura communi,
quoniam & primogenitum à mortuis: confite-
mur vnum esse Deum. Cõfitemur vnã patris fi-
liíque diuinitatẽ, neque quisquã negat aliquan-
do patrem filio maiorem, non propter aliam es-
sentiam, non propter differentiã, sed quia ipsum
nomen patris maius est filio. Hæc autem illorũ
blasphemia atque corruptibilis interpretatio
est, hac gratia eum dixisse contendunt: Ego & *Ioan. 10 f*
pater vnum sumus, propter cõcordiam & vna-
nimitatem. Sed reprobauimus omnes catholici
intellectum eorum fatuum & abiectum, sicuti
mortalium hominum. Qui quoniam corrumpi
cœperunt, offendentes discordare noscuntur, &
ad permutationes ascendunt hoc modo distan-
tiam & discordiam inter patrem Deum omni-
potentem & filium esse posse, dicẽtes: quod ab-
surdum est intelligere & aliquatenus arbitrari.
Nos autẽ & credimus & affirmamus, & sic in-
telligimus, quoniam sacra scriptura sic loquuta
est: Ego & pater vnum sumus, propter essentiæ
vnitatem, quæ est vna & eadem patris & filij, &
credimus semper sine principio & sine termino
hunc regnare cum patre, & non habere nec tẽ-
pus nec defectum eius imperium, quia semper
est: nunquam enim esse cœpit, ideóque nec defi-
cere poterit. Credimus & percipimus paracletũ
sanctum spiritum, quem nobis ipse dominus
promisit & destinauit, & eũ credimus missum.
Sed is passus nõ est, sed homo, quo indutus est,
quẽ assumpsit ex Maria virgine, qui pati potuit
sicut mortalis. Deus autem immortalis est. Cre-
dimus quòd tertia die resurrexit, non Deus in
homine, sed homo in Deo resurrexit, quem &
obtulit patri suo donum, quẽ vtique liberauit.
Credimus autem quoniam opportuno tẽpore
atque definito omnes, & de omnibus ipse iudi-
cabit. Tãta siquidem eorum stultitia, & ita cras-
situdine tenebrarum eorum mens excæcata est,
vt nequeant lumen cernere veritatis, nec intel-
ligere qua ratione dictum sit, Vt & ipsi in nobis
vnum sint. Palàm verò est id cur dixerit vnum,
quoniam Apostoli spiritum sanctum Dei acce-
perunt, sed tamen ipsi non erant spiritus, nec a-
liquis eorum aut verbum, aut sapientia, aut vir-
tus, aut vnigenitus erat. Sicut ego & tu (inquit)
vnum sumus, sic & isti vnum in nobis sint. Cer-
tissimè igitur scriptura diuina hoc distinxit: In
nobis (inquit) vnum sint, non ait, sicut nos vnũ
sumus ego & pater, sed discipuli in semetipsis
coniuncti & copulati vnum sint, fide confessio-
ne, in gratia & pietate Dei patris, & domini sal-
uatoris nostri concessione, & charitate vnum
esse possint.

Ex his literis cognoscitur & accusatorum ca-
lumnia, priorum iniquitas iudicum, & dogma-
tum vera sanitas. Non solùm enim de diuina
nos beati patres docuere natura, sed etiam eru-
ditionem dispensationis explanauerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De legatis Sardicensium ad Constantium destinatis, & de nephanda machinatione contra eos à Stephano Antiocheno præsule concinnata. Cap. 25.

HÆc Constans cognoscens, doluit quidem, leuitatem fratris inspiciens, & infremuit aduersus instigatores malorum, & Imperatoris facillitatem ita decipientium. Duos autem episcopos ex Sardicensi concilio electos cum literis misit ad fratrem, cum quibus & magistrum militum Salianum pietate iustitiaque fulgētem. Literæ verò non solum monitionē habuerunt atque consilium, sed etiam interminationem pio principi condecentem. Primùm quidē denuntiauit fratri, vt episcopis præberet auditū & iniquitates à Stephano aliisq; præsumptas agnosceret, necnō & Athanasium gregi proprio restitueret, patefacta quidē calumnia, priorumque iudicū iniquitate, & crudelitate relenata: adiecitque q̄ nisi vellet quod iustū est facere, ipse Alexandream proficisceretur, & Athanasiū ouibus desiderantibus restitueret, inimicorúmque cateruas procul expelleret. Hanc autem epistolam Constātius Antiochiæ susc̄ipiens, promisit se factu-
rum quæ turbarum illarū particeps petiisset. Sed cùm hoc doleret veritatis impugnatoribus, nephandissimum machinati sunt scelus. Diuerterat enim per illud episcoporum quos Concilio miserat in domum ad montem sitam. Magister autem militū alibi diuersorium acceperat. Porrò Stephanus tunc Antiochenus episcopus, cū aliis tyrānicis cooperatoribus naues naufragio præparabat, cum quibus assertores rectorū dogmatum variis nitebatur absorbere calumniis. Horum itaque erat dux quidā iuuenis Onager nomine, licenter viuens, & iniqua conuersatione congaudens, qui non solum in plateis diuersos violentia afficiebat, & fustibus pulsabat, sed etiā domos impudenter inuadens, viros & mulieres honestissimas abstrahebat. Et ne longius eius extendam flagitia, contra optimos viros præparatam narrabo præsumptionē. Is enim Onager ad quandam fornicariā veniens, ait modo quosdam venisse peregrinos, & noctu habere opus meretrice. Porrò sumens quindecim seditiosos nebulones, & eos in vicino episcoporum diuersorio circa sepem celans, profectus est cum meretrice ad tanuā vbi illi viri quiescebāt. Eámque apertam inueniens, persuasit vni puerorum domesticorum, pecunia data, vt mulierem introduceret intra tanuam quam ipse demonstrabat, vbi quidem vterque sacerdotum dormire videbantur, eámque mulierē intrò præcepit accedere: ipse verò vocaturus socios est egressus. Cōtigerat enim alterum episcoporum Euphratā nomine, in loco exteriore dormire. Vincētius autem (sic enim vocabatur alter) in interiori cubiculo quiescebat. Cumque intra ostiū puella venisset, sonum pedum Euphratas sentiens, cùm esset obscurū, quis ambularet interrogauit. Illa verò loquente, conturbatus Euphratas dæmonem putās esse, mulieris imitatū vocem, repentè Saluatorē Christum ad suum vocauit auxilium. Onager autem dux iniquitatis huius, hoc facto cum sociis est ingressus, iniquos clamans eos, & iniquitatis iudices destinatos. Multo clamore facto concurrerunt & serui, surrexitque Vincē-

Salianus magister militū.

Legatio Constantis ad fratrem Constantium pro Athanasio.

Euphratā & Vincentiū legatos Ariani traducūt falsò

Stephanus homo dolosus.

Onager nebulo conductitius.

E tius, & claudentes ianuam domus, septē quidem calumniatorum comprehēdere potuerūt. Onager verò cum reliquis fugit. Detenta tamen est cum illis & mulier. Diluculo autem magistrum militum qui cum illis venerat, excitantes, ad palatium processerūt, & præsumptiones Stephani proclamantes, dicebant iam non egere iudicio, neque verberibus iniquitates eius. Magister verò militum præcipuè clamitabat, rogās vt iuberet Imperator, nō synodicè, sed iudicialiter potius iniquam examinari præsumptionē, promittens primùm se episcoporum clericos traditurum, & oportere etiā ministros Stephani ita cōtradi. Cùm autem ille impudenter contenderet, dicens clericos non subdendos esse verberibus, placuit & Imperatori & Iudicibus, vt intrā palatium causæ fieret examinatio. Et primum quidē interrogauerunt mulierem, quis eam ad metatū duxisset episcoporum. Quæ dixit quendam iuuenem ad se venisse, & aduētum indicasse peregrinorum, & quid opus haberent, & quòd vespere veniens duxisset eam ad habitaculū quoddam, eámque intra tanuam domus & porticum introire præceperit. Adiecit etiam inquisitionē episcopi, & terrorem factum, & orationē eius, & superuenientium repentinas inuasiones. Hæc iudices cognoscētes, captum inter alios omniū maximè iuuenem in medium deduxerunt. Qui non expectans necessitatem verberum machinatum consilium patefecit, & Onagrum hæc omnia perpetrasse confessus est. Quo deductus ad medium, Stephanum dixit hæc omnia præcepisse. Sic itaque Stephani cognoscentes iniquitatem, præsentibus tunc episcopis permiserunt vt eum damnarent, & ab ecclesia procul expulsus est. Non omninò tamen ab Ariana peste ecclesia liberata est. Nam Leontius post eum ordinatur genere Phryx, voluntate nequissimus. Verùm Constantius ea quæ contra episcopos fuerant machinata, experimento cognoscens, scripsit Athanasio maximo, & semel, & secundo, & tertio, inuitans eum vt à partibus remearet Hesperiis: sicut ipsis literis indicatur.

Metatum vocat diuersoriū à metando.

Stephanus Antiochenus abdicatur. Leontius succedit.

SOCRATES.

Epistola Constantij ad Athanasium vt ad se veniret. Caput 26.

H CONSTANTIVS VICTOR AVgustus Athanasio episcopo.

PLurimum te circumferri & fluctuare ferocibus maris vndis, nostræ mansuetudinis clementia nō permisit. Patria quippe terra nudatum & priuatum propriis rebus errantémque per loca inuia bestiarū, defessa nostra pietas non despexit. Igitur diu distuli scribere volūtatis meę propositum, sperās sponte te ad nos fortè vēturum, & laborum satisfactionē à nobis exigere. Veruntamen quoniā fortè timor impediuit voluntatis tuæ propositū, literas largitate plenissimas ad tuam beatitudinem destinauimus, vt sine metu nostris aspectibus velociter tuā præsentiam præbere festines, vt desiderio tuo potius experiaris nostram clementiā propriis restitutus. Hac etenim causa & dominū meū fratrēq; Cōstantem

stantem Victorem Augustum pro te rogaui, vt tibi potestatem ad nos tribuat veniendi, vt ambobus nobis annuētibus, restituturus in patriam, habeas maximum gratiæ nostræ pignus.

A

Alia epistola eiusdem pro eadem re. Caput 27.

CONSTANTIVS VICTOR AVgustus Athanasio episcopo.

LIcet prioribus literis significauerimus, vt sine sollicitudine ad nostrum debeas venire Comitatum, eò quòd maximè velimus te ad propria destinare, tamen & nunc has literas ad tuam misimus sanctitatē, per quas innitamur, vt sine aliqua diffidentia vel metu ascēdēs, publicis vehiculis ad nos venire festines, vt quæ desideras possis adipisci.

B

Tertia Constantij epistola pro eodem. Caput 18.

CONSTANTIVS VICTOR AVgustus Athanasio episcopo.

DVm in Edessa degeremus, præsentibus presbyteris tuis placuit, vt ad te destinatis presbyteris ad nostrum debuisses festinare Comitatum, vt videns nostros aspectus, repentè properares ad Alexandreiā. Sed quoniam plurimū præteriit temporis, ex quo susc̄ipiens à nobis literas nō occurristi, propterea etiā nunc cōmonere te festinauimus, vt vel nūc tuam præsentiā nobis velociter præsentare cōrendas, & ita possis patriæ tuæ restitui, tuaq; securus oratione frui. Ad plenā verò cognitionem Achitū diaconē distinauimus, à quo possis cognoscere etiā nostri animi volūtatē, & quòd ea quæ opras impetrare possis.

Has epistolas ab Aquileia susc̄ipiens Athanasius (illic enim relicta Sardica agebat) Mox recurrit Romā, & ostendens literas episcopo Iulio, in maximo gaudio ecclesiam fecit esse Romanam. Putabatur enim etiam Oriētis Imperator ipsorum fidei consentire, eò quòd ad se Athanasium fiducialiter euocaret. Iulius autē Alexandriā clericis atq; plebi hæc de Athanasio scripta misit.

Epistola Iulij ad Alexandrinos pro Athanasio. Caput 29.

IVLIVS ARCHIEPISCOPVS presbyteris & diaconis, & plebi, habitantibus Alexandriam, dilectissimis fratribus in domino Salutem.

Epistola Iulij Rom. de Athanasij redditu.

CONgaudeo vobis & ego dilectissimi fratres, quòd fructum vestræ fidei ante oculos iā videtis. Hoc etenim vel è gestū, quilibet inspiciet in fratre & coēpiscopo nostro Athanasio, quē propter puritatē vitæ suæ & vestras orationes restituit vobis Deus. Ex hoc itaq; creditur, puras & charitate plenas orationes vestras ascēdisse semper ad Deū. Memores enim estis promissionū cœlestiū atque dilectionis, quā ex doctrina prædicti fratris mei Athanasij didicistis, & integrū cognouistis secundū insitā vobis fidē quā percepistis: quoniā non vsque ad finē in à vobis possit abduci, cuius orationes in sanctissimis animabus vestris tanquā præsentes semper habuistis. Ergo non plurimis mihi verbis opus est vobis scribere. Quæcunque enim vobis à me potuerint dici, hæc iā fides vestra præcessit, & diuina gratia communis orationis vestræ vota complenit. Congaudeo siquidem vobis: iterum enim dico, congaudeo: quoniam inexpugnatas animas in fide seruastis. Sed etiā ipsi fratri meo Athanasio nō minus cōgaudeo quia licet multam sit passus tristitiam, ne vnam tamē horam vestri desiderij & charitatis oblitus est. Nam licet corpore ad tēpus à vobis sit abstractus, spiritu tamen vobiscum semper degere videbatur. Et ego quidem charissimi fratres omnē tentationem contra eum surgentē reor sine gloria non fuisse. Nam & vestra & eius fides cognita est vniuersis & comprobata. Si enim nō tanta & talia accidissent, quis crederet quia aut vos tale iudiciū, tantámque charitatē circa talem exhibuissetis episcopum, aut ille potuisset tātis circundari virtutibus, per quas spe cœlesti fraudatus non est? Promeruit igitur quolibet modo & nunc & in futuro etiam, confessionis gloriosum martyrium. Frequenter enim terra marique plurimum æstuans, omnē prauitatē Arianæ cōculcauit hæreseos, & crebrò per inuidiam vsque ad periculum impulsus cōtempsit mortē, munitus omnipotēte Deo & domino Iesu Christo saluatore nostro, sperans & inimicitias declinare, & cōsolationi vestræ restitui, deferēs vobis maiora trophœa ex fortissima cōscientia, pro quibus & vsque ad terminos terræ totius apparuit gloriosus. Fiduciā itaque habens sui propositi, cœlestisque doctrinæ, clarificatus est immortali iudicio, & ad vos reuertitur. Diligēdus igitur apud vos clarior nūc est quàm tūc, quādo profectus à vobis est. Nā si materias pretiosas, id est, aurum atque argentū purgādo ignis probat: quid dignū dici poterit de tali tantóque viro, qui cùm tātas tribulationes & pericula deuicerit, redditur nūc vobis immaculatus nō à nobis solūmodò, sed comprobatus ab omni cōcilio? Susc̄ipite igitur nūc fratres charissimi cum omni diuina gratia pastorē vestrū ac præsulē tāquā verè ἀθανάσιον, cum his qui tantorum laborum eius participes sunt effecti: & gaudete fruētes orationibus qui pastorē vestrum, vt ita dicam, esuritis atque sitistis, quando etiam ipsi vestrā sanctitatē salutaribus scripturis cibastis atque potastis. Nam cùm degerer inter peregrinos, vos ei consolatio fuistis, & in persecutione atque periculis refouistis eum fidelissimis vestris animabus & mentibus. Ego siquidē iā exulto cōsyderās & ratione prospiciens, in eius reuersione vniuscuiusque vestrū gaudiū & plebis votiuas occursiones, & cōcurrentium gloriosam festiuitatē: & qualis ille vobis erit dies, & quantus, remeante scilicet fratre meo, & quiescentibus priscis malis quorundam machinatione sartis: nec non pretiosa ac votiua reuersione, cunctos in quadā plenissimi gaudij lætitia copulāte. Huiusmodi verò gaudiū vsque ad nos magnitudine sua pertingit: quibus diuinitus hoc etiā constat esse concessum, vt & nos debeamus in laudē tanti viri cōsurgere. Sed melius est, vt epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens & huius vnigenitus filius dominus & saluator noster Iesus Christus hoc gaudiū vobis præbeat in ęternū, dignū tribuēs ꝑmiū admirabili vestrę fidei, quā circa pōtificē vestrū glori

Athanasius Alexādrinus.

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 2. b

oso testimonio demonstrastis: vt & vos, & qui vobiscū sunt, hic & in futuro meliora possideatis: quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem & cum quo omnipotenti Deo gloria in secula seculorum amen. Valere vos opto charissimi fratres.

Quid Constantius petierit Athanasium, & quid Athanasius à Constantio, & quomodo orthodoxis Pontificibus, recipientibus suas ecclesias hæretici sint expulsi. Caput 30.

An. do. 350. Ariani cupiunt vnam saltem habere ecclesiam oppidatum.

HIs itaque literis cōfidens Athanasius ad Orientem venit. Quem Constantius Imperator nō tunc molestè suscepit, sed eum circumuenire tentabat molitione submissus Arianorū, & dixit ad eum: sedem equidem tuam decreto concilij, nobisque cōsentientibus recepisti. Sed quia sunt aliqui in Alexandria populi tuam declinantes communionem, vnam eos in ciuitate ecclesiam habere permitte. Ad hanc propositionem Athanasius mox occurrit, & ait: O Imperator, potestatem habes iubere simul & agere quæcunque volueris. Sed etiam ego beneficium à te deposco, quod mihi concedi precor. Principe vero continuò se daturū esse pronunciāte, repentè subiunxit Athanasius, idem beneficium sibi largiri petens, quod quærebat Imperator accipere. Vnam enim & ipse ecclesiam postulabat dari per singulas ciuitates, declinātibus Arianorum communionem. Igitur Athanasij sententiā inutilem sibi cognoscentes Ariani, hoc quidem differendum esse dixerunt, & agendū quod placeret Imperatori, quia Imperator Paulo & Athanasio & Marcello, & Asclepæ, Gazæ & Lucio Adrianopoleos, secundum ea, quæ in concilio Sardiceno placuerāt, proprias restituerat sedes. Vnde principalia sacra per singulas ciuitates ad eorum mittebantur ecclesias, quibus iubebatur vt eos repentè susciperent. Igitur in Ancyra expulso Basilio & pro eo introducto Marcello, non fortuita turba prouenit, quę derogationem contraria sapientibus irrogauit. Asclepam verò continuò Gazæi susceperunt. In Constantinopolitana ciuitate Macedonius ad modicū tempus Paulo successit, apud semetipsum in ecclesia remota collectiones agens. Pro Athanasio tamē solo Imperator episcopis, & clericis, atq; plebi scripsit, vt eum libenter susciperent. Insuper etiā quæ contra eum in iudicijs acta fuerant, aliis literis aboleri iussit. Quæ verò de vtraque re scripta sunt, hæc esse nosciuntur.

principalia sacra, sacræ literæ principis.

Marcellus Ancyrana sede sua potitur.

Asclepas.

Macedonius.

Epistola Constantij, per quam omnia gesta contra Athanasium habita sunt cassa. Caput 31.

VICTOR CONSTANTIVS, MAximus, Pius, episcopis & presbyteris catholicæ ecclesiæ S.

An. do. 350.

REuerendissimus episcopus Athanasius non est Dei gratia derelictus: nam licet breui tēpore humana fuerit probatione summissus, tamen debitum prouidentiæ vniuersa prospicientis noscitur suscepisse decretū, recipiens voluntate Dei nostróque iudicio patriam suam, pariter & ecclesiam, cuius diuino nutu præsul extabat. Huic enim consequenter oportebat nostrā adesse mansuetudinem, vt omnia aduersus eos, & eius communicatores definita, omnisque suspitio & illusio contra eum gesta, deinceps sit inanis & vacua: & reuelatio quam dudū clerici eius habuerunt, competenter firma permaneat. Sed etiam hoc eius gratiæ adiiciendū esse cēsuimus, vt omnes ordines † sacri cognoscant, concessum omnibus ipsi coniunctis, vt sine timore sint, siue episcopi, siue sint clerici: Sufficit enim vnicuique circa eū rectæ volūtatis vnio. Quicūque enim meliori iudicio atq; parte cōstituti huius eligūt cōmunionem, hos omnes præcipimus ad instar præcedētis prouidētiæ, etiam nunc voluntate Dei, nostræ gratiæ largitatem adipisci.

Aliàs sacra scripta. γράμματα. id est literæ.

Epistola Constantij ad Alexandrinos, vt reciperent Athanasium. Caput 32.

VICTOR CONSTANTIVS MAximus, pius, populo Alexād. ecclesiæ catholicæ S.

IN omnibus perhibentes nostræ æquitatis intentionē, scientésque quoniam diu prouidentia vestri contemplatoris estis alienati, id est, Pōtificis Athanasij, qui propter insertam rectitudinem tuo, ūmq; morum prudentiam cunctis innotuit, eum denuò ad vos destinare censuimus. Hunc itaque consuetè & competenter suscipiētes, & apud clementem Deum adiutorem orationum habentes, vobis congruam simul & nobis placitam concordiam atque pacem secundū ecclesiæ sanctionem vbique probatæ sufficiēter festinate seruate. Non enim rationabile est aliquam discordiam inter vos agitari aut tumultū, nostrorū temporum disciplinæ contrarium: & hoc quidem abesse à vobis omninò volumus. Orationibus autem sufficienter, eo scilicet præsule & adiutore apud Deum, vos instare solenniter admonemus, vt tali proposito ad omnium vota perueniente, etiam Gentiles idolorū errori hactenus seruientes, ad cognitionem sactæ religionis sub alacritate festinent. O charissimi nobis Alexandrini, rursus igitur admonemus, vt in his quæ dicta sunt persistatis, & omnes episcopum decreto superno nostráque sententia destinatum libenter & piè suscipiatis: & toto animo, rotáque voluntate amplectendum existimetis. Hoc enim & vos decet, & nostrę mansuetudini noscitur conuenire. Vt autem omnis turbę seditionis occasio perimatur, iudicibus apud vos habiti, literis nostris præcipimus, vt omnes quos seditiosos agnouerint, legitimæ vindictæ subiiciant. Vtraque igitur perspicientes, & nostram cum Deo sententiam & rationem professionis vestræ necnon & supplicium contra seditiosos indictum, competenter & congruè sacræ religionis iura seruate. Prædictúmque Deo amabilem vitum omni reuerentia & honore colite: & orationes vnà cum eo pro vobis ipsis, & nostræ vitæ fauore omnium saluatori Deo lætanter offerte.

seditiosi iubentur puniri.

Epistola constantij pro Athanasio, vt abolatur quidquid pro Athanasio gestum est. Caput 33.

VICTOR CONSTANTIVS Augustus Nestorio S.

EAdem verò forma præsidibus Augustæ, Nicææ, Thebaidis, & Libyæ scriptū est. Quicquid pridem ad læsionem & iniuriam Athanasio episcopo communicantium reperitur actū, hoc nunc aboleri præcipimus. Nam & ministerium, quo priuati fuerant eius clerici, eosdē rursus volumus obtinere. Hanc itaque præceptionem nostrā seruari censemus, vt Athanasio episcopo suæ ecclesiæ restituto, communicatores eius habeant ministerium quod semper habuerunt, quod etiam reliqui clerici habere noscuntur, & ipsi gaudio potiantur.

Quomodo Athanasius Alexandreiam sit reuersus. Caput 34.

TAntis & talibus epistolis munitus, sanctissimus Athanasius, per Syriam aggressus venit in Palæstinam, apprehendénsque Hierosolyma, & episcopo Maximo significans gesta Sardiceni concilij, & quòd Constantius Imperator illorum decreto iudicióque consensisset, præparauit vt episcoporum in illis regionibus habitū tium synodus ageretur: Maximus autē in nullo segnis de Syria atque palæstina vniuersos euocauit episcopos. Factóque concilio restituit & ipse beato Athanasio communionem & dignitatem. Scripsit etiam ipsa synodus Alexandrinis omnibus in Aegypto & Libyis episcopis, clericis, atque plebi, ea quę de Athanasio gesta atque decreta sunt. Ob quam rem valdè Maximo detraxerunt Athanasij derogatores episcopi, quòd primitus deponens eum, rursus ex pœnitentia tāquam nihil fuisset actum, sententiā pro Athanasio protulerit, quæ communionem ei dignitatémque præberet. Hæc cognoscentes Vrsatius & Valens, qui circa Arianum dogma studiū primitus ardens habuerant, declinātes à priori voluntate Romam profecti sunt, libellúmque pœnitentiæ Iulio offerentes episcopo, & in Consubstantialitatis consensere sermone, & literas Athanasio miserunt, scíque ei deinceps communicare professi sunt. Sic itaque tunc Vrsatius & Valens gestis Athanasij superati, conuersi sunt. Athanasius ergo per Pelusium pergebat Alexādriam. Transiens autem per ciuitates, edocebat vt Arianos vniuersi declinarent, & Consubstātialitatis dogma amplecterentur. In quibusdam ecclesiis & ordinationes fecit. Et hoc fuit initiū alterius querelæ aduersus eum: quia in aliorum ecclesiis ordinare præsumpsisset. Hæc itaque de Athanasio prouenerunt.

Athanasius impetrat Syrorum & Palæstinorum synodum.

Vrsatius & Valens Ariani resipiscunt.

Athanasius constituit sacerdotes in aliquot ecclesiis.

Quibus occasionibus tunc Respub. turbaretur, & de diuisione Antiochens populi propter fidem. Caput 35.

INterea Respublica fortuitis casibus vrgebatur: vnde quæ sunt summaria non est incongruum breuiter explanare. Igitur quod ædificatore Constantinopolitanæ ciuitatis moriente tres eius filij imperium susceperint, in præcedētibus est narratum. Sciendum autem, quod cum istis imperauit cōsobrinus eorum nomine Dalmatius, vocabulum patris habens: qui dum aliquanti per imperasset, à militibus interemptus est, non iubente Constantio vt occideretur, nec tamen prohibente. Cum verò Constantinus iunior fratris partes inuaderet, & ipse à militibus congressione facta peremptus est. Hoc autē iam sæpe dictum est. Post mortem verò Constantini iunioris, Persicum contra Romanos motum est bellum, in quo Constantius proficere non valebat: nam cum nocte prælium circa fines Romanorum atque Persarum fuisset gestum, validiores tunc Persæ ad breue tēpus inuenti sunt. Quo tempore neque Christiani sub quiete degebāt, sed per Athanasium de Consubstantialis verbo circa ecclesias erat pugna.

Dalmatius Cæsar. Constantinus iunior.

bellum persicum.

ὁμοούσιος.

SOZOMENVS.

Deniqne apud Antiochiam non concordabant in professione sua clerus & populus, sed per choros, vt est consuetudo, ad hymnos dicēdos deo in fine psalmorum monstrabant propriam voluntatem. Et hi quidem patri & filio, velut æqui honoris gloriam dicebant: hi verò patri in filio, per interpositionem præpositionis filium secundum esse monstrātes. His ita gestis, hæresim quid ageret Leontius, qui illo tempore ex hæresi aduersa sedem Antiochię gubernabat, cum prohibere non auderet eos, qui secundum traditionē Nicæni concilij psallerent Deo, quia metuebat ne seditio nasceretur in populo, hoc dixisse fertur, tangens caput suum iam canum: Hac, inquit, niue soluta, lutum cogetur immensum: Per hoc ostendens, quod ipso defuncto seditionem populo generaret illa discordia, quæ in hymnis fiebat, non patientibus suis successoribus cum populi varietate sentire. Athanasius igitur veniens ad Ægyptum, explicauit synodales epist. Iulij Rom. Pont. Insuper & synodalem Maximi Hierosolymitani, quæ talia continere dignoscuntur.

Diuersitas cleri & populi in templo psallentium.

Leōtij episcopi Antiochiæ dictū argutum.

Epistola Hierosolymitani concilij ad Ægyptiacos episcopos. Caput 36.

SANCTA SYNODVS HIEROsolymis congregata, per Ægyptū, Lybiā, & Alexandriā cōstitutis presbyteris, diaconis, & plebi, fratribus desiderantissimis in domino salutem.

CVnctorum deo dignè gratias agere nō valemus, fratres charissimi: in quibus enim miracula semper egit, etiam modo cum ecclesia vestra fecit, pastorem vestrum & dominum cōsacerdotémque nostrum Athanasium vobis sua pietate restituens. Quis enim aliquando sperauit oculis carnalibus intueri, quem nunc & nos & vos inspicitis, respicientes quem videre desideratis? Sed veræ orationis vestræ à Deo omnium sunt auditæ, qui curam habet ecclesiæ suę, & vestras lachrymas atque gemitus semper inspexit quapropter vestras audiuit preces. Fratię enim sicut oues abiectæ & fatigatæ, non habentes vtique pastorem. Propterea visitauit vos cœlitus pastor verus, & de propriis ouibus curam gerens, restituit vobis quem noscimini concupisse. Ecce enim & nos omnia pro ecclesiastica pace faciētes vestræq; dilectioni consperātes in eius amplexu præcessimus, & communicātes

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei per eum vos alloquimur, scriptáque præsen- E tia destinamus. Itaque secúdum gratificata vota
Imp. Constantius & Constans. vestra, sorore nos quoque cum eo vinculo eli-
gitatis obstrictos. Debetis ergo etiam pro pie-
tate deo amabiliú nostrorum Imperatorum in-
cessanter orare: quoniam & ipsi cognoscentes
vestrum desiderium, vobis restituere destinarũt.
Omni ergo honore tensis manibus suscipiẽtes
illum, gratificas orationes offerte Deo, qui vo-
bis talia condonauit. Festinate autem semper in
Deo gaudere & glorificare dominum, per quẽ,
& cum quo patri gloria in secula seculorum,
amen. Veniens igitur Athanasius in Ægyptum,
quos quidem agnouit Arij sectatores, deposuit.
Quibus à se depositis, ecclesias eorum præcepit
fidem tenere Nicæni concilij, eámque summo
studio custodiri.

† Betrannione. *De Magnentia tyranno & † Britannione atque Nepotiano. Caput 37.*

Magnentius tyrannus. An. do. 352. Constans occiditur à Magnentio.

SIc itaque se rebus habentibus Magnẽtius ty-
rannus circa partes emersit Hesperias. Qui
Constãtem Imperatorem occidentaliũ partium
facto dolo circa Gallias interemit. Quo gesto,
intestinum inflammatum est bellum. Magnẽtius
etenim tyrannus totam tenebat Italiam, Aphri-
cámque & Libyam, simul & Gallias. In Illyrico
vero & in Syrmio aliud rursus à militibus exci-
tatum est bellum per tyrannum nomine † Britã-
nionem. Sed etiam Romam tumultus non for-
tuitus detinebat. Fratruelis namque Constãtini
Nepotianus nomine imperiũ assumpserat, gla-
diatorum virtute fultus: & Nepotianum quí-
dem Magnentij milites deposuerunt, Magnen-
tius autem procedens vniuersas partes vastabat
Hesperiæ. Horum igitur omnium malorum im-
mensa confluctio breui tempore generata est.
An. do. 353. Quarto enim anno post Sardicense concilium,
hæc acta noscuntur consulatu Sergij & Nigria-
ni. His itaque nuntiis apparebat, quod ad Con-
stantium solum imperij iura peruenissent: quo
prouectu, contra tyrannos semetipsum (vt po-
terat) præparabat.

De insidiis contra Athanasium gestis, & de lenitate Constantii. Caput 38.

ADuersarij verò Athanasij, opportunum se ẽ
pus inuenisse iudicantes, rursus aduersus eũ
calumnias instruebant. Tunc Imperatori Con-
stantio suggesserunt, quod omnem Ægyptum
subuerteret & Libyam. Inuidiam verò maximè
auxit eius, quod ordinationes in parœcijs feci-
set alienis. Athanasius interea cum venisset Ale-
xandriam, synodum Aegyptiorum congregauit

Athanasius concilium cõuocat Alexãdriam.

Constantius iterum arianisat.

Paulus Constan. deportatur.

Marcellus eiicitur.

Lucius.

An. do. 353. Constantius Athanasium iterum persequitur.

† Infamia notarunt.

Leontius ex ordine sacerdotum summouet.

epiſcoporum. qui consona decreuerunt Sardi-
ceno concilia, atque Hierosolymis celebrato.
Constantius igitur Imperator, pridem & ipse
Arianorũ secta præoccupatus, omnia quę paulò
ante ei placuerant, in contrarium demutauit. Et
primum quidem ecclesiæ Constantinopolitanæ
pontificem Paulum deportari iussit in exilium:
quem deducentes in Cucusum Armeniæ suffo-
carunt. Marcello autem denuò proiecto, eccle-
siam Ancyranam Basilius rursus inuasit. Lucius
autem Adrianopoleos ferro vinctus, in carcere
moritur. Tantúmque valuerunt, quæ de Atha-
nasio dicebantur, vt in immensum furorem ca-
dens Imperator, eum vbicunque reperiretur, iu-
beret occidi: cum quo Theodulum & Olym-
pium præsules ecclesiarum Thracensium. Igi-
tur Athanasium voluntas Imperatoris non la-
F tuit, sed præsentiens, fuga dilapsus est, & minas
principis declinauit. Cuius fugam † dilatauerũt
Ariani, præcipuè Narcissus Neroniadis episco-
pus, Gregorius Laodiciæ, & Leontius tunc An-
tiochenæ præsul ecclesiæ. Is enim cum presby-
ter esset dignitate priuatus est: quia cum muliere
Eustolia nomine, degens, & turpem suspicionẽ
celare volens, genitalia sibimet noscitur absci-
disse: & deinceps quidem fiducialiter cum mu-
liere viuebat. Postea verò studio Imperatoris
Cõstantij in Antiochena ecclesia ordinatur epi-
scopus post Stephanum qui primitus succesſe-
rat Placito. Hæc igitur de his dicta sufficiant.

De Macedonio eiusque crudelitate. Caput 39.

Macedonij Ariani bella aduersus Orthodoxos.

EO tempore Constantinopoli Macedonius
tenebat ecclesias, Paulo scilicet amputato
G prædicto modo. Qui de Imperatore præsumẽs,
Christianis commouit bellum, & non minus
quam quod Tyranni eo tempore faciebat: suа-
dens enim Imperatori, vt sibi ecclesias vastanti
ferret auxilium, egit vt lege firmarentur quæ-
cunque pessimè agere nitebatur. Muniens enim
semetipsum monasteriis plurimis, quæ ipse pro-
pria voluntate in Constantinopolitana vrbe cõ-
stituit, & pactis episcoporum in circuitu posi-
torum, frequẽter dicitur afflixisse Pauli dogma-
ta sequentes. Et primum quidem eos ex ecclesiis
expulit: deinde verò communicare sibi coegit,
ita vt plurimi plagarum immanitate deficerent:
alij verò substantijs, alij humana ciuilitate pri-
uarentur: alius in frontibus characteres ponerẽ-
tur, vt essent huiusmodi signo notati. Hæc itaq;
faciebat per omnes Orientis vrbes, præcipuè
H tamen Constantinopoli. Quam persecutionem
primo repentem Macedonius auxit epise. Hel-
ladicæ verò ciuitates Illyrici, necnon & Hespe-
riæ partes manebant immotæ.

HISTORIÆ ECCLESIASTI-
CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,
LIBER QVINTVS.
THEODORITVS.

Quod defuncto Constante, rursus Ariani Constantium aduersus Athanasium incitauerint. CAPVT PRIMVM.

Ariani incitant Constantium in Athanasium.

BEui autem tempore elapso, cum vita functus esset Occidentis Imperator Constans, Constantium fautores Arij compu lerunt, Athanasiũ illi in memoriam reuocantes, quasi ipse fuisset, qui ei B fratrem fecerit inimicum, ita vt penè disruptis naturæ vinculis vsque ad bella descenderent. His incitationibus Constantius motus, non solùm expelli, sed etiam perimi sacratissimum Athanasium imperauit. Et mittens quendam Sebastianum ducem, cum maxima militari manu, velut erroneum iussit interimi. Quomodo autem & ille cum exercitu venerit, & iste diffugerit, ipse qui passus, & mirabiliter liberatus est, melius enarrabit: nam in Apologia suæ fugę sic ait.

Sebastianus dux mittitur ad occidendum Athanasium.

Quid Athanasius in Apologia fugæ suæ retulerit. cap. 2.

VEruntamen exquirant modum etiam discessionis, & cognoscant à suis. Erant enim Ariani cùm militibus concurrentes, vt eos accenderent, & ignorantibus nos ostenderent: & licet sine vlla compassione sint, vel audientes tamen confusi quiescant. Erat itaque iam nox, & aliqui populorum ad Vigilias venerant, expectabatur futura die Collectio. Dux autem repentè aduenit cum militibus pluſquam quinquies millibus habentibus scilicet arma, & gladios enudatos, arcus, sagittas & vectes. & ecclesiam quidem ipse circundedit, statuens milites sibimet cohærẽtes, vt nullus posset egredientium ab ecclesia eorum manus euadere. Ego verò irrationabile iudicans D in tanta confusione populum relinquere, & non magis ante illos pericula sustinere: residẽs in sede præcepi, vt diaconus psalmum legeret, populi responderẽt: Quoniam in seculum misericordia eius: & sic omnes in domos suas abirent. Sed duce postea ingrediente, & militibus sacrarium circundantibus, vt nos capere possent, clerici quidem qui sunt inuenti simul & populi clamabant, poscentes vt & nos discederemus vnà cum populo. Ego verò magis è diuerso dicebam, non nos discedere, nisi omnes singillatim prius exirent. Surgens itaque oratione facta, sic præcepi vniuersos abscedere: melius esse dicẽs, me periculo subiacere, quàm quenquam eorum excipere

Vigiliæ Christianorum cõuentus.

Psal. 117. a

læsionem. Egredientibus igitur plurimis, & reliquis subsequentibus, quidam monachi, qui ibi nobiscum fuerant, & aliqui clericorũ ascendentes traxerunt nos: & ita, testis est ipsa veritas, militibus aliis sacrarium circundantibus, aliis per ecclesiam discurrentibus, per medium eorum domino iter dante atque custodiente pericula cuncta transiuimus, Deum magnificè glorificantes: quoniam neque populum neci tradidimus, sed etiam ut saluaretur actum est. & manus quę-rentium nos effugere præualuimus.

SOCRATES.

Quid rursus Athanasius de gestu Georgij in libro de fuga sua retulerit. Cap. 3.

QVæ etiam Georgius eodem tempore in Alexandria gesserit ipsius Athanasij qui hæc passus est voce narremus. In libro enim, quẽ de fuga sua scripsit, hæc ait: Igitur in Alexandria surrexerunt denuò nos quærẽtes occidere. Et facta sunt nouissima peiora prioribus. Repentè nanq; milites circundantes ecclesiam, pro orationibus prælia celebrabant. Ingrediente nanque quadragesima, Georgius ex Cappadocia ex eis missus, auxit mala, quæ illorum calliditate didicerant. Post septuanam itaque Paschæ, virgines mittebantur in carcerem. Episcopi vincti à militibus ducebantur, orphanorum & viduarum domus diripiebantur, & inuasiones in domibus agebãtur, & noctu Christiani deponebantur. Obsignabantur domus, & fratres clericorum pro frantibus pericula sustinebant. Hæc quidem pessima, sed grauiora postea sunt præsumpta. Septimana enim quæ fuit post sanctam Pentecosten, populus ieiunans est egressus ad cœmiterium orationis causſa, eò quòd omnes communionẽ Georgij declinarent. Sed hoc cognoscens ille nequissimus ipse concitauit Sebastianum ducem Manichæum, qui cum multitudine militum arma, gladios euaginatos, arcus, sagittasque ferentium facto impetu in ipso die Dominico super populu irruit, & paucos orantes inueniens (quum iam plurimi discessissent) talia gessit, qualia ab eis decebat impleri. Incendio nanque facto statuens virgines secus ignem cogebat eas, vt se proferentur Arianas. Cumque eas cerneret esse victrices, & de igne nullo modo coquare, sic earũ vultus lacerauit, vt vix agnosci post tempora potuerint. Tenens autem & quadraginta viros tormẽto † nouiore discerpsit. Sectis nanque de palma virgis & habentibus suos aculeos, eorum dorsa ita verberibus lacerauit, vt quidam eorũ sæpius à medicis incisi sint propter spinas, quæ eorum dorsis inhærebant: alij verò dũ non ferrent tormenta, mortui sunt. Eos autem qui viuere potuerunt, & quandam virginem in exilium deportauit in maximam Oasim. Corpora verò mor-

Sebastianus dux Manichæus.

† recentiore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuorum primo quidem reddi non passus est, E sed celauit, insepulta relinquens ea, vt quasi tãta crudelitas latere videretur. Hoc autem agũt, qui mentis errore desipiunt. Nam cũ parentes mortuorum ganderẽt quidem propter confessionẽ, flerent autem propter corpora defunctorum, maiora eorum impietatis indicia personabant. Post hæc autem ex Ægypto atque Libyis in exilium deportauerunt episcopos, Ammonium, † Muium, Gaium, Philonem, Hermen, Plenium, Psenosirim, Nilammonem, Agathonem, Anagamphum, Ammonium, Marcum, Dracõtium, Adelphium, Athenodorum: & presbyteros, Hieracem & Dioscorum: & sic eos acerbissimè per itinera pepulerunt, vt quidam eorum in ipsis itineribus, alij verò per exilia morerentur. Profligarunt autem episcopos plusquam triginta, habentes studium secundum Achab, vt, si possent, F amputarent penitus veritatem.

† Ithmuin.

THEODORITVS.

Super hęc igitur Athanasius etiam consolatorios libros virginibus illis scripsit, quæ crudelissimas pertulerũt passiones, dicẽs inter hæc: Propterea nemo vestrũ sit tristis, licet & sepulturam vobis denegent impij & prohibeant vos efferri. Nam vsque ad hoc nequitia peruenit Arianorũ vt & porras clauderent, & circa sepulturarũ loca velut dæmones residerẽt, ne quis sepeliretur fidelium dilectorũ. Hæc ergo & his similia Georgius in Alexandreia faciebat. Sanctus autem Athanasius nullum locum munitum cantelę suę putabat: cum vtique aut viuum eum deduci, aut mortuum decollari, & caput eius Imperator si- G bi iussisset afferri. Pro qua re præmium maximũ compromisit huiusmodi aliquid nuntianti.

SOCRATES.

Quemadmodum Britannion sit priuatus Imperio.
Caput 4.

An.do 353. Constantius in Illyricum profe.to.

IMperator interea in Illyricum castrametatus est, cogebat eum publica necessitas, & maximè Britãnionis, qui per milites Augustus fuerat appellatus. Cumque venissent in Sirmium, mutuis fœderibus factis Britannionem vidit. Actũmque est vt milites qui eum constituerant, transirẽt ad fauorem Constantij. Quo facto, solũ Cõstantiũ Imperatorem Augustum voce emissa clamauerunt. Cũmq; de Britannione nulla memoria fieret, ille repentè sentiens se proditum, ad pedes se prostrauit Imperatoris. Porro Constantius auferens ei coronam simul & purpuram, clementer ei locutus est: monens vt sub schemate priuato quiesceret, quod vtique eius gradi potius conueniret, quàm habere nomen sollicitudinibus onustum: iussitque ei sumptus vberrimos ex publicis functionibus exhiberi. Cumque in Prusa Bithyniæ Britannio ageret, Constantius scripsit ei, narrans quod multorum bonorum ei caussa fuisset, quem à tãtis cogitationibus & malis ipsi puemẽtibus liberasset. Nec se bene fecisse, quia quę sibi præstare debuerat, illi potius impẽdisset.

Britannio senex, electus imperator. An.do.354.

Est in Bithynia Prusias, est & Prusa parnum oppidum.

De Gallo Cæsare, & de signo crucis, quod tunc in cœlo apparuit. Caput 5.

TVnc igitur Imperator Gallum cõsobrinum suum Cæsarem fecit. Cui nomen suũ imponens in Syriam Antiochiæ destinauit, vt partes per eum custodirentur Orientales. Quo Antiochiam veniente, circa Orientẽ signum Saluatoris apparuit. Columna nanque sub specie crucis in cœlo visa, maximo miraculo conspicientibus fuit. Alios autem suos duces cum multo exercitu contra Magnentium destinauit. Ipse verò in Sirmio morabatur, & rei expectabat euentũ. Tunc igitur & Photinus ecclesiæ præsul apertè dogma quod ipse competerat, exponebat.

Gallus Cæs.

Constantius aduersus Magnentium.

SOZOMENVS.

Dicebat autẽ: Deus quidẽ omnipotens vnus, qui proprio verbo cõdidit vniuersa. Ante secula verò natiuitatem & existentiam filij dicere fugiebat, sed ex Maria natum docebat Christum.

An.do.355. Photinus hæretic.

SOCRATES.

De Photino hæresiarcha, eiusque damnatione. cap. 6.

QVamobrem tumultu surgente, iussit Imperator concilium in Sirmio congregari. Cõuenitq; illic ex Orientalibus quidem Marcus Arethusæ, & Georgius Alexandrinus, quem remoto Gregorio ordinauerant Ariani. Venit etiã Basilius expulso Marcello Ancyræ præsule, Pãcratius Peluſij, Hypatianus Heracliæ. Occidentalium verò Valens Myrsenus, & tunc celeberrimus hominum Osius Cordubæ pontifex, pariter inuitus. Illi siquidem post Consulatum Sergij & Nigriani, quo anno propter bellorum rutbas nullus Consulum fuerat solenniter ordinatus, conuenerunt in Sirmio. Et Photinum, dogma Sabellij Libyensis, & Pauli Samosateni, sæpe cognoscentes, repentè damnauerunt.

Concilium Sirmę aduersus Photinum. An.do.357.

SOZOMENVS.

Fides exposita in sirmio, cum capitulis subiectis. cap. 7.

POst hæc de fide propositiones ædiderunt, vnam Græcè, alteram Latinè, multum sibimet textu sensúque concordes.

SOCRATES.

Tunc etenim quasi antiqua fidei dogmata reprehendentes, alias propositiones de fide sanxerunt. Et vnam quidem Attica lingua Marcus ædidit Arethusæ sed cum Romana lingua concordiam non habentem, neque sermone neque cõpositione, sed nec ipsi Græcitati conuenientem. Vnam itaque Latinè à Marco compositam hic subiungam: secundam verò, quam in Arimino postea relegerunt, loco proprio ponemus. cum ea quæ ibi gesta fuit dixerimus, vtraque tamen in Græcam linguam conuersa est. Marcus ergo hoc modo expositionem de fide dictauit. Credimus in vnum Deum patrem, omnipotentem, creatorem & factorem vniuersorũ, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: & in vnigenitum eius filium Dominũ nostrum Iesum Christũ, qui ante omnia secula ex patre natus

Marcus Arethusius.

Expositio fidei apud Sirmium.

tus est; Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quẽ A facta sunt omnia in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia: verbum existens, & sapientia, & lumen verum, & vita: qui nouissimis diebus propter nos humanatus est ex sancta virgine, & crucifixus, & mortuus, & sepultus, & resurrexit à mortuis tertia die, & ascendit in cœlum, & sedet in dextera patris: & venturus est in consummatione seculi iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera sua. Cuius imperium sine fine existens in secula permanet infinita. Erit enim sedens in dextra patris, non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et in spiritum sanctum παράκλητον, id est, consolatorẽ, quem promittens Apostolis post ascensionem ad cœlos esse mittendum vt doceret & commemoraret eis vniuersa, transmisit. Per quem etiam sanctificantur animæ credẽtium in eo veraciter.

B Eos autem qui dicũt ex non existentibus filiũ, aut ex altera essentia, & nõ ex Dei: & quia erat tẽpus aut seculum, quando nõ erat, alienos nouit sancta ecclesia catholica. Rursus igitur dicimus.

1 Si quis patrem & filium duos deos dicit, anathema sit.

2 Et si quis Deum Christum ante secula filium Dei, ministrantem patri ad creationem vniuersorum, non confitetur, anathema sit.

Alias, partem ex Maria genitã. Ioan. 1. a

3 Si quis ingenitum, aut patrem † eius ex Maria natum dicere præsumit, anathema sit.

4 Si quis secundum præscientiam ante Mariam dixerit filium esse, & nõ ante secula ex patre genitum apud Deum essẽ, & per ipsum omnia facta, anathema sit.

5 Si quis substantiam Dei dilatari aut contrahi dixerit, anathema sit.

6 Si quis dilatatam substantiam Dei filium dixerit facere, aut dilatationem eius substãtiæ filium nominauerit, anathema sit.

7 Si quis affectiuum aut prolatiuum verbum dixerit Dei filium, anathema sit.

8 Si quis hominem solum dixerit filium qui ex Maria est, anathema sit.

9 Si quis Deum & hominem ex Maria dicens, Deum ingenitum eũdem intelligit, anathema sit.

Isa. 44. a 10 Si quis illud quod scriptum est: Ego Deus primus, & ego posteà, & præter me nõ est deus, cũ in destructionẽ idolorum & deorũ non existentium dictum sit, ad destructionẽ magis vnigeniti ante secula Dei, Iudaicę percipit, anathema sit.

Ioan. 1. b 11 Si quis audiens verbum caro factum est, verbum in carnem mutatum putauerit, aut conuersione facta suscepisse carnem, anathema sit. D

12 Si quis vnigenitum filium Dei crucifixum audiens, corruptionem aut passionem, aut connexionem, aut mutationem, aut peremptionem sustinuisse dicit, anathema sit.

Genes. 1. e 13 Si quis quod scriptum est: Faciamus hominẽ, non patrem ad filium dicere, sed ipsum ad semet ipsum asserit dixisse Deum, anathema sit.

Genes. 32. f 14 Si quis contra Iacob non filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum aut patrem eius dixerit, anathema sit.

15 Si quis illud quod scriptum est: Pluit dominus à domino, nõ de patre & filio perceperit, sed ipsum à semetipso pluere dixerit, anathema sit. Pluit enim dominus filius à domino patre.

16 Si quis audiens dominum patrem, aut filiũ dominum, & dominus patrem & filium, & dominus à domino dicens, duos asseruerit deos, anathema sit: non enim coaptamus filium patri, sed subditum nouimus. Neque enim descendit in corpus sine voluntate patris: neque pluit à semetipso, sed à domino, autoritatem videlicet præbente patre. Neque sedet à dextris à semetipso, sed audit dicente patre: Sede à dextris meis. *Psal. 109.*

Si quis patrem & filium & spiritum sanctum 17
vnam personam dicit, anathema sit.

Si quis spiritum sanctum paracletum dicens, 18
ingenitum asserit Deum, anathema sit.

Si quis, sicuti docuit nos, non alium dicit pa- 19 *Ioan. 14. b*
racletum præter filium. Ait enim: Et alium paracletum mittet vobis pater, quem rogabo ego, anathema sit.

Si quis spiritum dicit partem patris aut filij, a- 20
nathema sit.

Si quis patrem & filium & spiritum sanctum 21
tres dicit deos, anathema sit.

Si quis consilio Dei tanquam vnam creaturarum factum asserit filium Dei, anathema sit. 22

Si quis nolente patre natum filium dixerit, a- 23
nathema sit. Non etiam inuitus & vim passus pater necessitate naturali quasi nolens genuit filium, sed ilico vt voluit, etiam sine tempore & sine passione ex semetipso genuit eum.

Si quis ingenitum & sine principio dicit filiũ 24
tanquã duos sine principio, & duo ingenita dicens, & duos faciens deos, anathema sit. Caput enim & principium omnium filius: caput autem Christi Deus. Sic enim ad vnum omnium principium quod est sine principio, per filium piè omnia referuntur. Rursus autem subtiliter inspicientes Christianum sensum, dicimus.

C Si quis Christum Deum filiũ Dei ante secula, 25
ministrantem patri ad ominẽ creationem non dixerit, sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dicit filiũ & Christum esse vocatum, & initiũ accepisse vt Deus esset, anathema sit, sicuti Samosatenus. *Paulus Samosatenus.*

Alia fides expositia Sirmij Latinè, quam nos ex Græca transtulimus, & de disputatione Photini. Caput. 8.

QVoniam de fide aliquem placuit fieri tractatum, omnia cautè quæsita sunt & expositа Sirmij sub præsentia Valentis, & Vrsatij, atque Germani, & cæterorum. Constat vnum Deum esse patrem omnipotentem, sicut etiã omni orbe terrarum annuntiatur. Et vnum vnigenitum filium eius Iesum Christum dominum & Deum saluatorémque nostrum ex eo ante secula genitum: Duos autem deos non oportere dici, quoniam & ipse dominus ait: Ibo ad patrem meũ & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrũ. Propterea & omnium Deus est, sicut etiam Apostolus docuit: Iudæorum Deus non solùm, nónne & Græcorum & Gẽtilium vtique. Quoniam circuncisio ex fide, & præputiũ per fidem, & cætera quidẽ omnia consonãt, & nulla remanere videtur discordia. Quia verò multos mouet dictio Latina substantiæ, quæ Græca lingua dicitur οὐσία, vt scrupulosissimè cognoscatur ὁμοούσιον, hoc est, eiusdem substantiæ, aut ὁμοιούσιον, .i. similis substãtiæ non oportet horũ vocabulorum aliquã omninò fieri mẽtionem, neq; de his

Fides apud Sirmium exposita.

Roma. 3. d

ὁμοούσιον. ὁμοιούσιον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa. 53.c

exponi apud ecclesiam: propter hanc causſam ac rationē, quia in ſanctis ſcripturis nihil tale conſcriptum eſt, & quoniā hæc vltra humanā ſcientiam & intellectū ſunt, & quia nullus poteſt generationem filij enarrare ſicut ſcriptū eſt: Generationē eius quis enarrabit? Hoc enim ſciendū, ſolum patrem noſſe quemadmodum filium genauerit: & rurſus filiū, quomodo ipſe de patre genitus. Nulli verò dubiū eſt, maiorem eſſe patrē honore & dignitate, atque diuinitate, & ipſo nomine paterno eſſe potiorem teſtificāre filio ipſo: Qui me, inquit, miſit pater, maior me eſt. Et hoc eſſe catholicū, nullus ignorat, duas perſonas eſſe patris & filij: Et patrem quidem maiorem, filiū verò ſubiectum cum omnibus quę ei pater ſubiecit eius: Patrē verò initiū non habere, & inuiſibilem, & immortalē, & impaſſibilē eſſe: filium verò natū ex patre, Deū ex Deo, lumen ex lumine, & huius natiuitatem, ſicuti prædictū eſt, nullum noſſe niſi ſolum patrem: Ipſum verò filium dominum & Deum noſtrum, carnē ſeu corpus, hoc eſt, hominē aſſumpſiſſe, ſicut & angelus annunciauit, & omnes ſcripturæ docent, & maximè ipſe Apoſtolus doctor gentiū: hominem aſſumpſit Chriſtus ex Maria virgine, per quē paſſus eſt. Apex autem totius fidei & firmamentum eſt, vt Trinitas ſeruetur ſemper ſicut in Euangelio legimus. Euntes docete omnes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Integer autem atque perfectus eſt numerus Trinitatis. Paracletus verò ſpiritus ſanctus per filium miſſus, venit ſecundum promiſſionem, vt Apoſtolos & omnes credentes ſanctificaret. His igitur explanationibus, etiam poſt damnationem,

Ioan 14.d

Matt. vlt.d

Photinum conſentire & ſubſcribere ſuadebant, promittentes ei reddendum epiſcopatum, ſi per pœnitentiam anathematizaret dogma quod ipſe compererat, & in ipſorum ſententia cōſonaret. Ille verò eorum quidem propoſitum non ſuſcepit, ſed prouocauit eos ad diſputandū. Quapropter definito die, Imperatoris voluntate, conuenerunt præſentes epiſcopi, & Senatorum non pauci, quos præceperat adeſſe diſputationi princeps. Inter quos reſtitit Photino Sabinus eccleſiæ tunc Ancyræ præſul, exceptoribus voces eorum conſcribentibus. Magnaque certamina ſermonum inter vtranque partem facta noſcūtur, victúſque Photinus dānatus eſt. Et in fuga conſiſtens, poſtea libros vtraque lingua cōficiebat, quando neque Latini ſermonis videbatur ignarus. Scripſit quoque contra omnes hæreſes, propriū ſtudens dogma firmare, Et de Photino quidem hæc dicta ſufficiant. Sciendum tamen quoniam in Sirmio conuenientes epiſcopi pœnitentia ducti ſunt de expoſitione fidei Latina lingua prolatæ. Poſt editionem nanque, ſibi eam contrariam iudicabant. Quam ſtuduerunt ab epiſcopis qui eam iam deſcripſerant reddi, quoniam celabatur à plurimis. Imperator autem edictis quæri præcepit ædītionem ipſam, ſuppliciū minatus, ſi quis eam celaſſe comperiretur. Sed neque terror deſtruere potuit quod ſemel fuerat inſtitutum, eò quòd apud multos haberetur. Et de his quidem iſta dixiſſe ſufficiat.

Photinus diſputat, dānatur, & libros cōſcribit. Sabinus antagoniſtes Photini. Exceptores notarij.

Pœnitet Sirmienſem ſynodum ſuæ definitionis de fide.

De Oſio Hiſpano. Cap. 9.

Oſius Cordubenſis vi adi-

QVia verò & de Oſio Hiſpano inuito illuc veniente fecimus mentionem, breuiter etiā

gitur vt Sirmienſe ſynodo ſubſcribat.

de eo dicēdum eſt. Ante paululum temporis iſte vir molimine Arianorum fuerat miſſus in exilium. Tunc autem ſtudio eorum qui Sirmij conuenerunt, eum euocauit Imperator, volens eum aut ſuaſione aut neceſſitate concordare cū præſentibus. Hoc enim ſi fieret, maximum fidei eorum putabatur eſſe teſtimonium. Quapropter (ſicuti dixi) ex neceſſitate venit. Et cùm eis conſentire reſpueret, tormenta longæuus plagáſque perpeſſus eſt, vnde etiam neceſſitate vehementi expoſitionibus tunc æditis conſenſit atque ſubſcripſit. Hunc ergo terminum habuerunt, quæ tunc Sirmij geſta noſcuntur. Imperator autem Conſtantius agebat Sirmij, & belli, quod gerebatur contra Magnentium, expectabat euentum.

De Magnentio tyranno, & de tyrannide Syluani. Cap. 10.

INterea Magnentius ad antiquam perueniens Romam, multos peremit Senatorum ac populi. Et cognoſcens vicinos eſſe contra ſe Conſtātij milites, abſceſſit ad Gallias partis Occidentalis. Cúmque illic bellum ſæpius inter ſe exercerent, modo iſti, modo illi victores eſſe videbantur. Nouiſſimè autem deuictus Magnentius, fugit in Mitſam, quod eſt Galliæ caſtrum: videnſque ſuos milites quaſi de perditione triſtes, ſtās celſiore loco, eos nitebatur allocutionis conſuetudine confortare. Tunc illi fauorem ſolitū Magnentio exhibere præparati, è diuerſo nolentes, clamauerunt omnes, Conſtanti Auguſte, tu vincas. Hoc augurium Magnentius traxit ad ſemetipſum, tanquam ei non diuinitus concederetur Imperium. Et propterea relinquens caſtrum ad vlteriora tendebat. Sequentibus autem Conſtātij militibus circa † montem Seleucū facta congreſſione, ſolus fugiens venit in Lugdunenſem vrbem, comperienſque ſuam matrem & fratrem quem Cæſarem conſtituerat interfectos, nouiſſimè interfecit & ſemetipſum, Conſulatu Conſtātij ſexto, & Conſtantij Galli ſecūdo, Auguſti die quintodecimo. Non poſt multum verò tēporis etiam Decentius alter eius frater, ſemetipſum ſtrangulauit. Sed neque ſic ad tempublicā quies venit. Nam poſt paululum apud Gallias Occidētales Syluanus quidam tyrānus eſt exortus, quē duces Conſtantij velociter peremerunt.

Magnentius Romæ ſeguit. Fugit in Galliam.

Mitſa.

Seleucus mōs.

An.do.355.

† *locum Seleucum.*

Conſciſcit ſibi Magnentius mortem.

Decentius ſyl uanus tyrannus.

De inſultatione Iudæorum, & de tyrannide Galli Cæſaris atque peremptione. Cap. 11.

POrrò Iudæi in Diocæſaræa Palæſtinę reſiſtētes, vicina loca turbabant: & ſumentes arma, tentabant inſultare Romanis. Poſt hæc itaque Gallus Cæſar cùm Antiochiæ degeret, exercitu deſtinato eos apprehendit, ciuitatemque vaſtauit. Cumque videretur ſibi proſperè geſſiſſe, fœlicitatem non ferens, acceſſit ad tyrannidē. Et non inſinuans Imperatori ſuam intentionem, Quæſtorem vocabulo Magnum, & Domitianū Præfectum Orientis occidit. Ob quam rē Conſtantius indignatus, euocauit eum. Qui cùm contēnere non poſſet, veniebat ad principem. Cúmque contra inſulam Phlauonēſem veniſſet, eum illic Conſtantius præcepit interimi.

An.do.356. Iudæi tumultuantur.

Gallus Cæſ. Iudæos cōmouet.

Mōtius Quæſtor.

Domitianus Præfectus Orientis.

An.do.356.

De Iuliano Cæſare, & quod Iulio ſucceſſerit Liberius. Cap. 12.

Poſt

An.do.357. Iulianus in Gallias mittitur.

POſt paululum verò temporis Iulianum Galli A fratrem Cæſarem conſtituens, contra Barbaros miſit in Gallias. Gallus verò, qui & Conſtantius, ſeptimo Conſtantij Conſulatu, & ſui tertio, ita perimitur. Iulianus ſequenti Conſulatu Arbitionis & Lolliani, conſtituitur Cæſar, die ſeptimo menſis Nouembris.

Iulianus fit Cæſar.

SOZOMENVS.

Conſtantius Romā venit Iulius pont. Ro. moritur. Liberius ſuccedit.

Sublatis itaque tyrannis, requiem à malis videbatur habere Cōſtantius, & deſerens Sirmiū, veniebat ad antiquam Romam, illic volens triumphum de tyrannicis exercere manubiis. Credens autem ea occaſione poſſe vtriuſque partis epiſcopos in dogmate concordare, rurſus ſynodum in Italia celebrandam conſtituit. Interea Iulius papa cum ferè quindecim annis Romanam rexiſſet eccleſiā, moritur, cui ſucceſſit Liberius.

An.do.351.

SOCRATES.

De Aētio hæretico. Cap. 13.

An.do.358. Aētius hæreſiarches.

POrrò in Antiochia Syriæ alter hæreſiarches emerſit Aëtius, cognomento Ἄθεος, id eſt, ſine Deo. Is enim eadem quæ Arius ſapiebat, ſed ab Arianis ſe ſegregabat, eò quòd Arium in ſuā communionem recepiſſent. Qui ſicuti prædictū eſt, aliud mente gerens, aliud voce confeſſus eſt, cùm terminum ſynodi Nicænæ ſuſcipiens ſubſcripſiſſet, volens circumuenire tunc principem: propterea ergo Arianos Aëtius dechinabat. Erat nanque is Aëtius prius hæreticus, & ferueniſſimè defendere Arij dogma videbatur. Eruditus enim aliquantulum Alexandreia reuerſus eſt. Et veniens Antiochiam Syriæ, vnde oriundus erat, à Leontio tunc Antiocheno præſule diaconus ordinatur. Tunc ergo venientes ad ſe, diſputationibus ſophiſticis eludebat. Hoc enim faciebat ſequens Categorias Ariſtotelis diſputans & quædam commenta concinnans quę non intelligebat, neque ab eruditis intentionem Ariſtotelis cognouerat. Ille nanque propter Sophiſtas tunc deridentes philoſophiam, hoc opus iuuenibus exercitationis cauſſa conſcribēs, dialecticam Sophiſtis per huiuſmodi contentiones oppoſuit. Contemplatiui autem philoſophi, libros Platonis & Plotini declarantes, ea quæ artificioſè ab Ariſtotele ſunt conſcripta, redarguunt. Sed Aëtius contemplatiuum doctorē non habens, in cōmentationibus ſophiſticis perduraut. Quā obrem nec intelligere potuit, quomodo ſit ingeniti generatio: & quemadmodum quod naſcitur, coęternum ſit generanti. Parum ergo eruditus erat Aëtius, & diuinarum literarum ignarus, tantummodo ad contentiones paratus, quod etiam quilibet ruſticus facere poteſt. Et quū nec veteres qui eloquia Chriſtiana fuerant interpretati legiſſet, aſſerebat ſe multum gaudere libris Clementis, & Aphricani, necnon Origenis, cum vtique fuerint illi viri totius ſapiētiæ virtutibus eruditi. Fecit igitur is epiſtolas ad Imperatorem Conſtantium, & alios quoſdam, contentiones inuoluens, & quædam commenta conficiens. Quamobrem etiam ἄθεος, id eſt, ſine Deo vocabatur. Et licet eadem, quæ Arius, vindicaret, tamen à ſuis non valentibus intelligere perplexio-

Aētius Antiochenus à Leontio dia conus ordinatur.

Ariſtoteles in quę vſum ſcripſerit ſophiſtica.

Aētius ſophiſta.

Clemens Aphricanus Origenes Aētium, ἄθεον.

nes ſyllogiſmorum eius, cum eadem, quę ille, ſaperet, putabatur hæreticus. Et propterea eorum pulſus eccleſia credebatur, cùm ipſe illis potius communicare noluiſſet. Hactenus enim ex illo ſunt, qui tunc quidem Aëtiani, nunc autem Eunomiani vocantur. Poſtea nanque Eunomius notarius eius, eruditus ab eo ēditionem eius hęreticam diuulgauit. Sed de Eunomio locis conuenientibus explanabimus.

Aētiani qui poſt Eunomiani.

SOZOMENVS.

De inimicis Athanaſij. Cap. 14.

INimici quidem fidei, putantes ſe tempus inueniſſe contra defenſores eius, valde apud principem laborabant, vt de eccleſiis pellerētur omnes, qui ab eis videbantur eſſe depoſiti tanB quam alterius fidei, vel quia viuo Conſtante, imperatori Conſtantio reſtitiſſent, ita vt fuiſſet penè ad bella peruentum. Præcipuè tamen Athanaſium accuſabant, ob nimiam inuidiam, neque Conſtante viuo & Conſtantio eum ſe diligere profitente, ab eius moleſtia recedebant: ſed Antiochię congregati, Narciſſus Cilix, Theodorus Thraciæ, Theogonius Nicænus, Parrophilus Scythopoleos, Minophantus Epheſius, & alij circiter triginta, ſcripſerunt omnes vniuerſis epiſcopis, quod contra ſanctiones eccleſiaſticas Alexandreiam rediiſſet, nec in concilio ſine culpa fuiſſet inuentus: & iubebant vt neque communicarent ei, neque ſcripta mitterent, ſed Georgio, qui ab eis fuerat ordinatus. Verum Athanaſio nullus hinc ſermo fuit.

Athanaſius ſemper odio habitus Arianis.

Arianorum conuentus apud Antiochiam.

De ſynodo apud Mediolanum facta. Cap. 15.

IGitur deuicto Magnentio, quum ſolus Conſtantius Romanorum tenuiſſet imperium, omni ſtudio laborabat, vt Occidentales epiſcopi conſentirent eis, qui conſubſtantialem eſſe patri filium denegabant. Et hoc faciebat, nolens à primordio apertè vim facere, ſed eis callidè ſuadere, vt decreto contra Athanaſium ab Orientalibus epiſcopis habito conſentirent. Sperabat enim quod ſi cōmuni decreto damnarentur Athanaſius, facilius ſuam voluntatem in religione compleret.

Conſtantius cupit efficere vt Occidentales ſubſcribāt Arianis.

Tunc igitur in Italiam conuenerunt epiſcopi Orientalium non multi, quoniam plurimos eorum aut ſenectus aut itineris longitudo prohibuit. Occidentaliū verò vltra trecentos, vt præcepto principis cōcilium Mediolani celebraretur: vbi conuenientes Orientales, ante omnia contra Athanaſium decretum fieri cōmune poſcebant, vt hoc facto penitus ei aditus Alexandreiæ clauderetur. Quod cum ſenſiſſent Paulinus Gallicanæ Θεόφρων, Dionyſius Albæ metropolis Italorum, & Euſebius Vercellenſis, epiſcopi, quòd ad deſtructionem fidei Orientales contra Athanaſiū agere molirētur, ſurgētes magna voce clamabant, dolum & circumuentionē per ea quæ gerebantur, Chriſtianitatis dogmatibus irrogari. Non enim veras contra Athanaſiū culpas eſſe dicebant, cum ad retractationē fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tūc ſoluitur, epiſcoporum.

An.do.359. Concilium Mediolani. Orientales. hoc eſt, Ariani aduerſus Athanaſium. Paulinus. Treuerenſis Dionyſius Albanus. Euſebius Vercellenſis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De exilio episcoporum orthodoxorum, quod Athanasius in fuga sua fatu factione describit. caput 16.

Ariani in exilium acti.

DEposito deinde Athanasio, aliam hæretici fidei exponere sunt nisi doctrinam. Sed neutrum horum perduci potuit ad effectum, cum præsente principe clamaretur, quod iniustè ageretur & impiè. Quo facto & ipsi ecclesiis sunt expulsi & in vltimis terræ finibus habitare iussi. Quod rursus mirabilis Athanasius hoc modo in illa Apologia describit:

Quis tantum poterit memorare, quantum illi gesserunt? Tunc enim ecclesiis pacẽ habentibus, & populis per Collectas orantibus, Pontifex quidem Romæ Liberius, & Paulinus Galliarũ metropolitanus episcopus, & Dionysius Italus, Lucifer Metropolitanus insularum Sardiniæ, & Eusebius ex Italia, omnes episcopi boni & prædica
B tores veritatis, abripiuntur & traduntur exilio, nullam habentes culpam, nisi quod in Arianam noluerint consentire vaſaniam, neque in calumnias subscripserint nostris. De maximo autem & optimo sene & verè confessore Osio, etiam loqui credo superfluum. Omnibus enim notum est, quod etiam hunc in exilium deportari fecerunt. Non enim ignobilis, sed omnibus noscitur esse notissimus. Cui nanque nõ præfuit synodo, aut rectè loquens non satisfecit vniuersis? Quæ ecclesia huius patrocinij memoriam non habet? Quis aliquando dolens cum veniret ad eum, nõ discessit sanus? Quis indigens quum petisset, nõ mervit quod poposcit? Et tamen etiam contra hunc talia præsumpserũt, quòd impia eorũ molimina cognoscens, noluerit propria subscriptione firmare.

An. do. 360. Paulinus Trevirensis. Orthodoxi exultant.

Osius Cordubensis.

SOCRATES.

Igitur Imperator illos quidem mittit in exiliũ. Generale verò concilium fieri cogitabat, vt omnes Orientales episcopos venientes ad Occidẽtem, si posset, cõcordes efficeret. Quod cùm propter itineris spacia difficile videretur, duplicem tractauit synodum celebrari, vt in Arimino quidem Itali qui tunc aderant conuenirent: Orientales autẽ in Nicomedia Bithyniæ ciuitate. Hoc ergo Imperatore tractante, effectus nõ euenit vt voluit. Neutrũ enim concilium sibimet concordauit, sed vtrumque diuisum est. Nam neque in Arimino conuenientes inter se consonare potuerunt, & Orientales in Seleucia Isauriæ congregati, aliud schisma sunt passi: quod suo loco narrabitur.

An. do. 361.

Concilium Ariminense pro Occidentalibus. Concilium Nicomediæ pro Orientalibus.

THEODORITVS.

Dialogus inter Liberium & Constantium habitus, & quomodo Liberius in exilium fuerit missus. cap. 17.

EGo quidem Liberij per omnia celebertimi habitum pro veritate dialogum cum Constantio volo referre, quandoquidem à fidelibus illius temporis est conscriptus. Is enim post Iulium Syluestri successorem, Romanam gubernauit ecclesiam. Constantius Imperator dixit: Nos, & eò quòd Christianus sis, & episcopus nostræ ciuitatis, dignum hoc iudicauimus, vt euocantes te, moneremus vt communionem scelestissimi Athanasij & ineffabili superbia detenti, abnegare non differas. Hoc enim terrarum orbis be-

Dialogus Cõstantii & Liberii ponti. Rom.

ne fieri comprobauit. & synodali sententia alienum ecclesiastica communione, decreuit. Liberius episcopus dixit: O Imperator, Iudicia ecclesiastica decet cum maxima proferri iustitia. Quapropter si videtur pietati tuę, disceptationem iube constitui: & si apparuerit Athanasius condẽnatione dignus, tunc secundũ ecclesiasticæ consequentię formam proferatur in eum digna sententia. Non enim possibile est condemnare virum, de quo nihil examinatum est. Constantius Imperator dixit: Vniuersus mundus adiudicauit eius facinora, sed ille (sicut ab initio) tempus eludit. Liberius episcopus dixit: Quicunque subscripserunt non ipsi viderunt quæ gesta sunt, sed propter gloriam & timorem, & ne à te contumelias paterentur, acquieuerunt. Imperator dixit: Quid est gloria & timor & contumelia? Liberius dixit: Quicunque gloriam Dei non diligunt, tua magis dona præponunt. Quem ergo isti non viderunt, non examinantes adiudicauerunt, quod est à Christianitate alienum. Imperator dixit: In facie vtique condemnatus est in concilio Tyri, & in concilio contra eum pariter decreuerũt omnes totius orbis episcopi. Liberius dixit: Nunquam in præsentia tua homo ille adiudicatus est. Quicunque enim tunc conuenientes condemnauerunt eum, discedente Athanasio à iudicio sententiam protulerunt. Eusebius eunuchus dixit: In Nicæno concilio alienus à catholica fide probatus est. Liberius dixit: Quinque soli iudicauerunt ex his qui cum eo nauigio venerunt in Mareoten, quos miserũt ad accusationem eius, vt contra eum gesta conficerent. Horũ itaque qui destinati sunt, duo sunt mortui, Theogonius & Theodorus, reliqui verò tres viuunt, hoc est, Maris, Valens, & Vrsatius. Ab his qui missi sunt Sardicam, propter hanc causſam synodus celebrata est, qui in synodo libellos obtulerunt, veniam postulantes, quoniam in Mareote per calumniam ex vna parte contra Athanasium gesta confecerint. Libellos eorum nunc præmanibus habemus. Cui horum nos credere & communicare conuenit Imperator? his qui primitus damnauerunt, & veniam postea popoſcerunt, an eis qui adhuc hæc accusare contendunt? Epictetus episcopus dixit: O Imperator, nõ fidei causſa hodie neque iudiciorum ecclesiasticorum seruamonem facit. sed vt apud Senatores in Romana constitutos vrbe glorietur quasi superauerit principem. Imperator ad Liberium dixit: Quota pars es totius orbis? quoniam tu solus hominem vindicas nephandissimum, & orbis terrarum pacem ecclesiæque dissoluis? Liberius dixit: Non eò quòd ego sum solus, fidei causſa minuitur. Nam & antiquitus tres soli reperti sunt resistẽtes præcepto regis. Eusebius eunuchus dixit: Imperatorem nostrum Nabuchodonosor fecisti? Liberius dixit: Non. Sed ita irrationabiliter adiudicatus est homo, qui non est examinatus. Sed & ego peto primitus generalem proferri subscriptionem, confirmantem fidem in Nicæa prolatam, vt ita reuocatis ab exilio fratribus nostris, & in loca propria restitutis, si hi qui nunc turbas pariunt ecclesiis, visi fuerint Apostolicæ fidei cõsentire, tunc apud Alexandreã cõueniẽtes omnes, vbi & accusatus, & accusatores sunt & defensor eorum, examinata causſa possimus

Eusebius eunuchus præpositus cubiculi.

proferre

Cursus publicus. Vnde cursus, cursus publici præsentales, & curiosi per omnes prouincias, qui erant sub dispositione viri illustris Magistri officiorum. Vide librum de imaginibus magistratuum Rom.

proferre sententiam. Epictetus episcopus dixit: Sed cursus publicus non sufficit subuectui episcoporũ. Liberius dixit: Ecclesiasticæ causſæ publico cursu non egent. Ecclesiæ nanque sufficiũt vsque ad mare perducere suos episcopos. Imperator dixit; Quæ dudum susceperunt formã, solui non possunt. Plurimorum nanque episcoporum debet valere sententia. Tu solus es qui amicitias illius sceleratidefendis. Liberius dixit: Imperator, nunquam audiuimus, absente accusato, iudicem eius scelera profitentem, nisi quia propria videntur hæc odia. Imperator dixit: Omnibus quidem nocuit in communi, nulli tamen ita ficuri mihi. Cui cùm non sufficeret interitus fratris mei maioris, ne beatæ quidẽ memoriæ Cõstantem cessauit in mei inimicitias frequẽter impellere, nisi nos maiori manſuetudine detenti,
B impellentis momenta temperaſſemus. Nulla itaque mihi victoria est, neque contra Magnentiũ vel Syluanum, nisi illum scelestum ab ecclesiasticis rebus expulero. Liberius dixit: Noli per episcopos tuas vindicare inimicitias. Manus enim ecclesiasticorum ad ſ sanctificandum vacare debent. Quapropter si tibi videtur, iube vocari ad loca propria sacerdotes, & si concordes apparuerint ei quem nos in præsenti defendimus secundum fidem orthodoxam in Nicæna synodo constitutam, tunc conuenientes prouidebũt pro mundi pace, vt homo qui non peccauit, non reprobetur, iniustè. Imperator dixit: Vnũ est quod quæritur. Volo enim te amplectentem ecclesiasticam cõmunionem Romam denuò destinare: & propterea concordia pace, & subscribens Romam reuertere. Liberius dixit: Romæ iam fratri-
C bus vale dixi. Maiores enim sunt ecclesiasticæ sanctiones, quàm Romanæ habitatio ciuitatis. Imperator dixit: Ergo trium dierum spatium ad deliberationem habes, an velis subscribens Romam reuertere, aut cogitare in quem velis deportari locum. Liberius dixit: Spatium trium dierum rationem nequaquam mutare potest. Quapropter quò voles mitte me.

ſ sanctificandum.

Imperator autẽ post duos dies examinato Liberio, & nequaquam à suo proposito reuocato, iussit eum in Beroeam Thraciæ in exilium deportari. Egredienti Liberio, Imperator ad expẽsas quingentos solidos destinauit. Tũc Liberius deferenti dixit: Vade, da eos Imperatori: opus enim habet suis militibus erogare. Similiter & Augusta totidem ei misit. Liberius dixit: Redde hæc Imperatori: opus enim habet his ad expẽsas militum suorum. Si autem Imperator his nõ habet opus, det eos Auxentio & Epicteto. Illi enim his opus habent. Cumque ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuchus obtulit ei alios solidos. Cui Liberius ait: Totius orbis ecclesias desolasti, & tãquam damnato mihi hæc affers? vade prius disce esse Christianus. His ita gestis, post tres dies nihil accipiens, missus in exilium est.

An. do. 361.

Liberius apud Beroeam Thraciæ exulat. An. do. 363.

Quomodo Liberius per additionẽ Romanarum matronarum ab exilio sit reductus. Caput 18.

VEritatis itaq; propugnator & victor in Thraciam (sicut iussum fuerat) vsque peruenit. Duobusque transactis annis Constantius Romam venit. Procerum verò Senatorumq; coniuges rogabant viros suos, vt Constantio suppli-

Matronæ Romanæ sollicitæ de reditu Liberij.

carent, vt pastorem gregibus restitueret. Aiebãt enim, quod nisi flecterent animũ principis, eos ipsæ relinquerent, & ad pastorem illum maximũ properarent. At illi dixerunt: Nos furorem principis formidamus, nec fortè aliquam veniã promeremur. Sed vobis, inquiunt, magis rogãtibus forsitan parcet, & alterũ è duobus fiet, aut preces susciet, aut si flecti nequiuerit, sine aliqua iniuria vos dimittet. Hoc consilium mulieres illæ laudibus maximis efferendæ percipientes, cũ ornatu solito adierunt Imperatorem, vt ex veste sublimi insignes eas & nobiles arbitratus, reuerentiam ipsis exhiberet & parceret. Adeũtes verò principem tali voce clamabant: Miserere tantæ ciuitatis pastoris prouidentiam non habẽtis, quæ luporum patet insidiis. At ille respondit, nõ egere pastore alio ciuitatem. Esse nanque pontificem qui eorum curam haberet. Post magnum nanque Liberium quidam diaconorum eius Felix nomine, fuerat ordinatus. Is expositã in Nicæa fidem inconcussè seruauit, sed corruptoribus eius sine discretione communicabat. Nullus tamen Romæ habitantium in basilicam ingressus est, cùm ille intus astaret. Hoc autem etiã matronæ illæ Imperatori dixerunt: Qua gratia flexus, præcepit illum inter omnes egregiũ reuocari, & vtrunque ecclesiam gubernare communiter. His ergo literis in Circensi spectaculo relictis, populus clamabat, iustam principis esse sententiam: sicut enim dupliciter coloribus diui si sunt spectatores, sic oportere alterum his, alterum aliis præsidere. Cùm ergo primitus principis literis sic fauissent, postea commoti cõmu-
Cni voce clamauerũt: Vnus Deus, vnus Christus, vnus episcopus. Ipsas enim voces & ego iustum ponere iudicaui. Post has verò Christo amabilis populi pias & iustitia exornatas voces sanctissimus quidem Liberius est reuersus. Fœlix autem recedens habitauit in alia ciuitate.

Felix loco Liberii pontifex ordinatus.

Vox populi Romani.

SOCRATES.

Quomodo Eudoxius Antiochenum vsurpauerit episcopatum. caput 19.

EA tempestate Leontio moriente, qui hæreticum Aetium diaconum ordinauerat, Eudoxius Germaniciæ episcopus, quæ est ciuitas Syriæ, cùm esset tũc Romæ præsens, finxit sibi causſam necessitatis incũbere, & imperatori callidè locutus, quasi ciuitas Germanicianorum ipsius
D prouidentia atque custodia indigeret, petiit vt remearet ad propria. Quem princeps nihil prospiciens, abire promisit. At ille cubicularios coperantes habens, relicta ciuitate sua Antiochenũ vsurpauit episcopatum. Fouere nanq; studebat Aetium. Ob quam rẽ nisus est conciliũ facere sacerdotũ, & ordinationẽ ei restituere diaconatus. Quod nequaquam factũ est, eò quod magis valeret odium contra Aetium, quàm Eudoxij desiderium. Et de his quidem tantum nosse sufficiat.

Eudoxius Germanicienſium episcopus vsurpat Antiochenã sedẽ.

Eudoxius nititur Aetiũ restituere.

De Ariminensi Concilio & contentionibus ibi factis. Caput 20.

EOrũ igitur qui in Arimino cõuenerũt, orientales ea quę de Athanasio gesta sunt, silentio tradẽres, ad cõciliũ se occurrisse dicebãt. Quorũ studio cohærebãt Vrsatius & Valẽs, qui ab initio

An. do. 361. Synodus Arminensis. Vrsatius. Valens.

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem Arianum dogma tenuerāt, in medio autē Homoousianis consenserāt, dato libello Romano pontifici, sicut iam dictum est. Isti nanque semper ad partes pro tempore Valentiū declinabant. Quorum adiutores erāt Germinus, Auxentius, Demophilus, & Gaius. Dū ergo in concilio præsentium alter aliud proponere conaretur, tūc Vrsatius & Valens dicebant, omnia quæ de fide dicta sunt, debere suspendi: & suscipiendam nouellā expositionem, quam paulò ante Sirmij conuenierēs ædiderāt. Hęc dicentes & chartulam præ manibus habentes legi fecerunt secūdum expositionem fidei Sirmij prolatam, quam ibi quidem (sicuti prædixi) celauerunt. Arimini autem ostensa est: Cuius exemplum hoc est:

Germinus, Auxentius, Demophilus, Gaius.

EXPOSITA FIDES APVD SIRmium præsente D. N. Constantio Aug. COSS. Eusebio & Hypatio XI. kalend. Iunias.

Fides Sirmiēsis synodi, lecta Arimini.

Credimus in vnum & verum Deum, patrem omnipotentē, creatorem & opificem omnium. Et in vnum vnigenitum filium Dei ante omnia secula, & ante omne principium, & ante omne quod cogitari potest tempus, & ante omnē perceptibilem cogitationē natum impassibiliter ex Deo, per quem & secula persecta & omnia facta sunt. Natum autem vnigenitū solum ex solo patre, Deum ex Deo, similem generanti patri secūdum scripturas: cuius generationem nullus nouit, nisi solus, qui genuit eum pater. Hunc nouimus vnigenitum eius filium nutu paterno venisse de cœlis ad destructionem peccati, & natū ex Maria virgine, & cum discipulis conuersatum, & omnem complesse dispensationem secundū paternam voluntatem: crucifixum & mortuum, & ad inferos descendisse, & quæ ibi erant dispensasse: quem ianitores inferni videntes expauerūt: & tertia die resurrexisse, & cum discipulis conuersatum: & quadraginta diebus expletis, in cœlos ascendisse, & sedere dextris patris: & venturum nouissima die in gloria patris, ad reddendū vnicuique secundum opera sua. Et in spiritū sanctum, quē ipse vnigenitus Dei filius Iesus Christus mittere compromisit generi hominum cōsolatorem, secundum quod scriptum est: Vado ad patrem meum, & rogabo patrem meum, & alium consolatorem mittet vobis, spiritum veritatis, ille ex meo accipiet, & docebit, & commemorabit vobis omnia. Nomen verò substantiæ eò quod simpliciter à patribus positum, à populis ignoretur, & scandalū faciat, & quia nec scripturæ hoc continent, placuit abrogari, & omnino nullam memoriā substantiæ in Deo esse deinceps, eò quòd de diuinæ scripturæ nusquā patris substantia filiique meminerint. Similem verò dicimus filium patri per omnia, sicut sanctæ scripturæ dicūt, & docent. His itaq; lectis, cōsurgentes quibus hæc displicebant, aiunt: Nō fide egētes huc venimus (integram nanq; seruamus quā percepimus ab initio) sed magis vt si qua circa hæc nouitas sit, omnino prohibeamus. Si ergo hæc quæ lecta sunt, nullam faciunt nouitatem, aperē iam anathemizare hæresim Arianā, sicut & alias hæreses regula ecclesiæ tanquā blasphemas adiecit: Quot enim blasphemum Arij dogma turbas ecclesiæ, quæ etiam nunc fiunt, excitarit, atque seditiones, toto orbi terrarum valde notum est. Hæc ergo propositio dum ab Vrsatio & Valente & reliquis suscepta non fuisset ad plenum, diuisit ecclesiam. Alij namque his quæ Arimini sunt lecta, consenserunt: alij verò Nicænam denuò roborauerunt fidem. Deriserunt autem conscriptionem illius lectionis, & maximè Athanasius Alexandrinæ ciuitatis episcopus in epistola quam suis familiaribus destinauit: quam qui legit, inueniet quam forti dictione sit plena.

Ioan. 14 b

Nomen substantiæ.

Schisma.

Athanasius aduersus synodum Ariminensem.

THEODORITVS.

Dicebant autē Ariani conuenientes in Arimino volētes Hesperiis suadere simplicibus, quod nō oporteret propter duo verba, quæ nec inuenirentur scripta, separari corpus ecclesiæ, sed similem per omnia profiteri filiū genitori, substantiæ verò tacere nomen. Sed fallaciā sentientes horū Homoousiani pontifices, eos abdicauerūt. Atq; literis insinuauerunt Imperatori propriam voluntatem, dicentes filios se esse patrum Nicæni concilij, pariter & hæredes.

SOCRATES.

Hoc tamen sciendum, quoniam synodus quidē Vrsatium, & Valētem, Auxentium & Germiniū Gaium & Demophilum, eorúmque socios condemnauit, Arianum dogma anathematizare fugientes. Qui propter hanc damnationem indignati, ad principem celeriter venerunt, portantes lectam in concilio fidem.

Ariani damnati.

THEODORITVS.

Apertiùs autem integram fidei regulā eorum epistola ad Constantium scripta mōstrauit: Cuius verba sunt hæc:

Epistola concilij Ariminensis Orthodoxorum episcoporū, ad Imperatorem Constantium. Caput 21.

Diuina iussione, & præcepto pietatis tuę olim dogmatizata credimus. In Ariminum nanque ex vniuersis Occidētalibus ciuitatibus omnes cōuenimus simul episcopi, vt & fides catholica cognosceretur ecclesię, & qui contraria sapiunt, panderentur. Multum nanque disceptātibus nobis inuenimus optimū esse, statutā fidem antiquitus permanere, quā etiam Prophetæ, Euangelia, necnon Apostoli per Iesum Christum dominum nostrum prędicasse noscuntur (qui & tui regni protector, tuęque salutis auxiliator est) vt hanc tenentes custodiamus, & custodientes ad finem vsque seruemus. Incongruū enim nephariúmq; videtur, ex his quę rectè iustéque definita sunt, aliquid immutare, id est, horum quę Niceę cōmuniter cum gloriosissimo Cōstantino tuo patre & Imperatore, deliberata atque defixa sunt. Quorum doctrina atque sensus discordit & prędicatus est in omniū hominum auditus atq; mentes. Hęc fides sola Arianā hęresim expugnauit & perdidit, per quā non illa sola, sed etiam reliquę hereses sunt dānatę: Cui verē addere quicquā incautum est, & auferre periculosum. Et siquidem horum alterum fiat, erit inimicis facultas agendi quę vo-

Vrsatius, Valens.

lunt. Quapropter Vrsacius & Valens quoniam A incredulitatem inferunt, non credentibus verò, participes & concordes Ariani dogmatis erant, à nostra sunt communione segregati. Quam vt reciperent cognoscentes delicta quibus peccauerunt, pœnitentiam atque venią impetrare poscebant: & rescripta eorum hęc ita habere se testantur, per quæ criminum venią consecuti sunt. Erat enim tēpus quo hæc gesta noscuntur, quādo Mediolani synodus celebrata est, præsentibus ecclesiæ Romanæ presbyteris. Cognoscentes verò simul etiam post mortē dignū memoria Constantinū, cum omni integritate & examinatione conscriptam exposuisse fidē, qui cùm ab hac luce baptismate percepto discesserit, & ad prędicta debitæ pacis abierit, incongruū esse iudicamus post illū aliquid nouitatis admittere, tantosque sanctos confessores & martyres, & huius dogmatis conscriptores, inuentoresque despicere, qui secundum antiquam ecclesiæ sanctionem per omnia sapuisse noscuntur. Quorum fidem Deus in tempora imperij tui transmisit, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem tibi imperium tale concessum est, vt etiam nostri orbis terminos obtineres. Rursus ergo infelices isti, & sapientia vilissimi, præsumptione nepharia impiæ cogitationis prædicatores semetipsos annuntiarunt, & veritatis terminum mutare cōtendunt. Dum enim secundum tuum præceptum cōcilij iura celebrarentur, illi consilium suæ fallaciæ nudauerunt. Nitebantur enim calliditate quadam atque seditione aliquid nouitatis inferre. Huiusmodi enim malitiæ captos inuenimus Germanum quendam & Auxentium atque Gaium hęresim contentionēque facientes. Quorum doctrina vna quidē existens vniuersam molem blasphemiarum transcendere comprobatur Qui cùm viderent nos nequeipsorum voluntatis esse neque cōcordes his, quæ malè sapere videbantur, à nostro se concilio mutauerunt, vt quasi aliud conscribere viderentur. Erat verò tempus breue, quod etiam eorum aperuit volūtates. Sed vt non semper ecclesiasticæ caussæ in easdem incurrant concussiones (nam turba atq; seditio repetita, vniuersa confundit) firmam nobis visum est, vt quæ dudum decreta sunt, legaliter immutabiliterque seruentur. Prædictos autem viros à nostra cōmunione secreuimus. Qua de caussa legatos ad tuam mansuetudinem misimus, concilij sententiam per nostram denuntiaturos epistolam. Legatis autem prę omnibus ista B præcipimus, vt veritatem affirment ex priscis & iustis rationibus exponentes. qui etiam tuam religionem instruant: quoniam non (sicut ait Vrsatius & Valens) erit pax, si quid iustarum sanctionum fuerit immutatū. Quomodo enim pax esse credenda est apud eos, qui pacis iura subuertunt? Contentio enim & seditio per hęc inter reliquas ciuitates & ecclesiam Romanam potius oriretur. Quapropter tuę mansuetudini supplicamus, vt placidis auribus nostros Legatos audias & oculo tranquillo respicias: neque ad iniuriam defunctorum noui aliquid immutari permittas, sed permanere nos finas in his, quæ progenitoribus definita atque sancita sunt, quippe quos omnia cum deliberatione atque sapientia & spiritu sancto celebrasse confidimus. Ea enim quæ ab illis nunc innouantur, credentibus quidem credulitatē. Supplicamus itaq; vt præcipias eos, qui per diuersa loca detinentur, quos & ætatis grauamen & angustia paupertatis affligit, ad propria remeare: ne desolatæ sublatis episcopis videantur ecclesiæ permanere. Super hæc autē etiā hoc rogamus, vt nihil his, quæ iam terminata sunt, aut addatur, aut adimatur: sed omnia inuiolata permaneant, quæ & à pietate tui patris & tuis quoq; sunt conseruata temporibus: neq; deinceps nos fatigari, & à propriis parœciis alienos esse permittas, quatenus episcopi cū proprio populo in pace orare, & diuino cultui vacare possint, supplicantes Deo pro pace tui imperij pariter & salutis, quam tibi diuinitas in perpetuū largiatur. Nostri verò legati episcoporum subscriptiones & nomina deferūt, qui etiam lectione diuinæ scripturæ religionē tuā poterūt edocere.

Vrsatius vidilicet & Valens.

SOZOMENVS.

Hęc itaque synodus scripsit, & per episcopos destinauit. Vrsatius autem & Valens eorum prędecessores aduentum, derogauerunt concilio: ostendentes imperatori expositionem fidei quam portabant. Imperator Ariano dogmati fauēs, indignatus aduersus synodum, Vrsatium atq; Valentem potius honorauit. Quamobrē qui à cōcilio fuerant destinati, tardauerunt, non valentes impetrare responsum. Serò tamen ad Synodum Cōstantinus per prędictos episcopos huiusmodi scripta misit.

Epistola Constantij ad Ariminense concilium. Cap. 22.

CONSTANTIVS VICTOR AC triumphator Augustus, vniuersis episcopis Arimini congregatis salutem.

Viginti episcopi legati.

Semper equidē & præ omnibus cogitare nos de sacra & adoranda lege nō ignorat vestra benignitas. Nūc autem viginti, quos vestra sapiētia destinauit, Episcopos, Legationis suę caussa interim videre nequiuimus, cū sit nobis necessariū circa Barbaros iter, & (sicut nostis) deceat animo puro ab omni cogitatione vtilitatē diuinæ legis examinare. Iussimus igitur episcopos in Adrianopoli nostrā expectare regressionē, vt cū vniuersa respublica fuerit benē disposita, tunc quæ gesserint audire possimus. Vestræ autē sanctitati non videatur onerosum eorum expectare regressum, vt dū redeunt nostrum vobis referentes responsum, perducere possitis ad terminum, quę ecclesiæ catholicæ vtilia esse noscuntur.

Has literas suscipientes episcopi, talia rescripserunt: epistola Ariminensis concilij ad imperatorem Constantium. Caput 23.

Literæ synodi sirmiēsis.

Literas clemētię tuę suscepimus domine, deo amabilis Imperator in quibus continetur, quod propter necessitatem publicam interim non potuisti nostros videre legatos nosque iubes vt eorum expectemus aduentum donec ea quę à nobis decreta sunt, & nostris progenitoribus consonare noscuntur, ab eis pietas tua cognoscat. Quāobrē & nunc per has literas profitemur atq; firmamus nequaquā nos à proposito nostro recedere. Hoc etiā nostris Legatis iniūximus. Supplicamus igitur, vt animo trāquillo &

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsentes nostræ mediocritatis literas relegi iubeas, & illa quæ per legatos nostros mãdauimus libenter accipias. Illud itaque nobiscũ considerare tua manluetudo debet, quanta sit modò tristitia, quãtusq; mœror, vt felicissimis tẽporibus tuis, tantæ ecclesiæ priuatæ videantur episcopis. Et propterea rursus tuam clementiam deprecamur domine Deo amabilis Imperator, vt ante asperitatẽ hyemis (si tamen tuę placet pietati) nos ad nostras ecclesias remeare præcipias, vt etiam nũc possimus omnipotẽti Deo, & domino saluatori nostro Christo, eius filio vnigenito pro tuo imperio solennes orationes celebrare cum populo.

Episcopi exules.

Quod discedentibus episcopis fuerit Constantius indignatus. Caput 24.

CVm hæc scripsissent, & modicum expectassent tempus, Imperatore nullũ dante respõsum, ad ciuitates proprias redierũt. Princeps autem cum & prius cõtenderet Arianã sectam per ecclesias seminare, occasionem iniuriæ suæ illorum habuit discessione, dicens se contemptum, eò quòd præter iussionẽ ipsius consilium videretur esse solutum. Quapropter Vrsatio, & his qui circa eum erant, permissionem dedit contra ecclesias agendi cõsidenter quodcunq; placuisset. Explanationem verò lectæ in Arimino fidei iussit per ecclesias Italiæ destinari, præcipiens vt nolentes ei subscribere pellerentur ecclesiis, & in eorum locum alij subrogarentur episcopi.

SOCRATES.

De synodo in Nicæa Thraciæ celebrata, Cap. 25.

VRsatius autem eique consentientes ab Italia discedentes, venerunt ad ciuitatẽ Thraciæ nomine Nicæam: vbi breui tempore cõmorantes aliud fecere concilium. Et lectã in Arimino expositionẽ fidei Græco interpretantes eloquio publicatam confirmauerũt: & postea diuulgabãt eam esse fidem, quæ ab vniuersali concilio & dictata esset & ædita Nicææ, vt similitudine nominis Nicæni simpliciores hac subreptione decipe-
Nicæa Thraciæ. rent. Putabãt enim in Nicæa Bithyniæ esse dictatam fidem. Sed nihil profuit eis tale commentũ.
Nicæa Bithyniæ. Paulò post nanque confusi atque derisi sunt.

SOZOMENVS.

Quomodo Athanasius fuerit Constantii denuò declinauerit. Caput 26.

INterea sentiens Athanasius sibi insidias parari, nequaquam ad Imperatorem venire præsumpsit: neque hoc vtile iudicauit, sed electos ex Ægypto quinq; episcopos, inter quos Serapionem Thmuiensem virum præcipua vita sanctũ, & ad loquendũ valde copiosum, mittit ad Principem tunc in Occidente degẽtem (cum quibus etiã tres presbyteros) per quos sibi placaret Imperatorem, & pro derogationibus satisfacerent
Athanasius vocatus ad Constantium. inimicorum, aliaque facerent, quæ ei vel ecclesiis expedirẽt. Quibus nauigantibus, paulò post literæ venerunt Imperatoris euocãtes eum. Ob quam rẽ & Athanasius & populus est turbatus, cum neque hæretico Imperatori obedire consultum esset, neque reluctari periculo vacaret. Veruntamen ire distulit, & literarũ baiulus sine effectu reuersus est. Superueniente autem æstate veniens alius ab Imperatore nuntius cum prouinciæ iudicibus, cogebãt eum, cleroque nimis erat infestus. Porrò populum paratum videns ad bellum etiam iste reuersus est. Non multo post tempore congregantur ex Ægypto & Lybia Legiones. Et cum nunciatum fuisset celari Athanasium in ecclesia quæ vocatur Theonæ, assumens milites dux eorum, & Hylarium ab Imperatore denuò destinatum, inopinato fractis ianuis in ecclesiam introiit, & vbique requirens Athanasium non inuenit. Fertur enim, quòd sæpius diuino nuntio pericula multa effugerit, sicut etiam Deo prouidente hoc discrimen euasit.

Ecclesia Theonæ.

Quomodo Paganis insultantibus futuram tristitiã prædixerit. Caput 27.

EX his & huiusmodi factis, ei à Deo prænuntiatis, à paganis & hæreticis appellabatur Magis, Sermo nanque fertur, quod aliquando eo procedente per ciuitatem, contigerit auolãtem corniculã clamitare. Quo facto astans multitudo paganorum, velut Mago derogantes, petebant vt eis aperiret quid cornicula illa significaret. Ille verò fertur silentio dixisse subridens: Cras Latina lingua dies vẽtura significatur. Hoc ergo clamans, tristem vobis crastinum significat diem, per Imperatoris Romani iussionem. Et ita contigit, vt Athanasij sermo licet derisus fuerit, venerit ad effectum. Altera nanque die principis literæ venerunt ad iudices, iubentes vt pagani
Athanasius insimulatur magiæ.
Athanasij vaticinium.
suã ingredi non permitterentur templa, neque solennes superstitiones festiuitatesque celebrarent. Tunc ergo festiuitas eorum venerabilis, generalisque destructa est.

Quæ mala per Georgium in Alexandria gesta sint. Caput 28.

CVm igitur frequenter (sicuti dictum est) Athanasius pericula declinasset, cletus & populus ei fauens tenebat ecclesias, donec Præfectus (vt dictum est) Ægypti, & dux militum † eiicientibus eos & sustinentibus, Georgio eas contraderent. Qui non multò post venit, & ecclesias suo iure possedit. Qui dum præter schema & mores sacerdotij violentus existeret, & maximè circa Athanasij laudatores, quibus vtique vincula & plagas viris & fœminis velut tyrannus inferebat, accensus populus penè peremerat eum, nisi vix ereptus fugisset ad principem. Quo facto rursus sequaces Athanasij ecclesias multo tempore tenuerunt. Quas iterum veniens dux Ægypti Georgij nosci
Georgius fugit. tur tradidisse fautoribus. Post hæc autem Exceptore principis veniente, multi Alexandrinorum supplicio traditi sunt. Post quem etiam ipse Georgius terribilior superuenit, & priore tempore magis exosus tanquam qui mouerit principem ad multorum necem. Cui vtique derogabant Ægyptij monachi, quorum gloriam multitudo vniuersa sequebatur, & vera eorum testimonia iudicabãt, quia in summæ philosophiæ virtute degebant.

Verte sic erat vertendum. † eiicientes eos, & interim tenentes.

Quod autem expositam fidem in Nicæa Thraciæ omnes accusent milites veritatis, & præcipuè inhabitantes Hesperiam, testantur literæ ab eis ad Illyricũ destinatæ. Quarum literarũ autor
An. de 358. fuit episcopus ecclesiæ Romanæ tunc Damasus, qui post Liberium pontificatus iura susceperat multis virtutum ornatus insignibus. Habuitque in his literis nonaginta consortes ex Italia, atq; Galliis in Romana vrbe conuenientes. Quorum nomina propter multitudinem ponere distuli. Textus autem epistolæ talis est.

Literæ Damasi & cæterorum ad Illyricum, contra concilium in Nicæa Thraciæ factum. Caput 29.

DAMASVS, ET VALERIANVS, ET cæteri episcopi, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis in domino salutem.

Literæ è synodo Rom. missæ in Illyricum. † locus mendosus. & Græci.

CRedimus sanctam fidem nostram in Apostolorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hanc populis vniuersis exponere, quæ videlicet à constitutionibus patrum nulla ratione dissentiat, per quos iussum est cæteros eruditi. Sed relatione † Gallicanorum & Venetorum fratrum quosdã hæresibus fauere cognouimus. Quod malum non solùm cauere debent episcopi, sed etiam reluctari contra ea, quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorundã, prauis interpretationibus deceptorũ. Variis ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum roborari sententiam. Auxentium igitur Mediolani præcipuè in hac caussa damnatum esse præscriptum est. Vnde iussum est, omnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis sunt sapere, & nõ fidẽ doctrinis variis maculare. Itaque cùm primùm hæreticorum cœpisset nequitia pullulare, sicut etiam nunc blasphemia nephandorũ patet Arianorum, tunc patres nostri trecẽti decem & octo electi, habito tractatu in vrbe Nicæna, hunc murum firmissimũ contra arma diabolica statuerunt: & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt patet & filius vnius diuinitatis, vnius virtutis, vniusque magnitudinis debeat credi, vniusque essentiæ siue substantiæ simul & spirituſsanctus. Aliter verò sapientes alienos esse à nostra communione iudicauerunt. Quem terminum salutarẽ, adorabilemque deliberationem, corruinpere quidam aliis cogitationibus atque temerare voluerunt. Sed in ipso principio ab his ipsis qui in Arimino renouare atque retractare compellebantur vsque ad hoc caussa correcta est, vt confiterẽtur alia sibi circumuentione subreptũ: aut certè quia non intellexerint patrum sententiam hic ea cõstitutæ, hoc esse cõtrarium. Neque enim quicquam iudiciũ aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum, quando constat neq; Romanum episcopũ, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincẽtium, qui tantis annis episcopatũ inuiolabiliter custodiuit: neq; alios talibus præbuisse consensum, maximè cùm (sicut prædiximus) illi ipsi, qui per conuentionẽ declinasse videbantur, ipsi denuò vrentes meliori cõsilio, hæc sibi displicere testati sint. Perspicit itaque vestra integritas hanc solã fidẽ, quæ Nicææ
Auctoritas Rom. pont.
apostolorũ autoritate fundata est, esse perpetua firmitate seruandã: & simul Orientales hoc facere nobiscum qui se catholicos esse agnoscunt, Occidentales etiam gloriari. Credimus autẽ lãguẽtes in isto conamine, nõ multo post à nostra separandos esse communione, & ab eis episcoparus nomen auferri, vt populi eorũ liberati errore respirent. Nullo enim modo à deceptione poterũt corrigere populum, qui decepționis laqueo detinentur. Concordet igitur cum omnibus Dei sacerdotibus etiã charitatis vestræ sentẽtia, in qua vos stabiles ac firmos existere iudicamus. Sic ergo etiam nos vobiscum rectè credere debemus. Vestræ nos charitatis lætificare reciprocis literis. Valete fratres charissimi.

Sed & maximus Athanasius in epistola quam scripsit ad Aphros, taliter de Ariminensi concilio disputauit.

Ex literis Athanasij de Ariminensi concilio. Caput 33.

HIs itaque prolatis, quis recipiat eos qui Ariminense aut aliud concilij præter Nicænũ nominare præsumunt? aut quis non habeat eos odio, qui respuunt quidem constitutiones patrũ & ea quæ nuper Arimini contentioſe atque violenter cõposita sunt, præponunt? quis istis concordabit hominibus ne propria quidẽ recipientibus? Nam in suis decem & amplius (sicuti prædixi) conciliis alio tẽpore aliud conscribentes, manifesti sunt, quia singula eorũ accusare noscũtur. Et hoc patiuntur, quod tunc Iudæi proditores perpessi sunt. Nã sicut illi relinquentes solũ fontem aquæ viuentis, lacus sibimet foderũt, qui aquam continere non possunt, quod scriptũ est apud Hieremiam prophetã: sic & isti reluctates vniuersali cõcilio, foderũt sibi multa cõcilia quę apud eos inania & virtutem non habere cõstat.

X. concilia Arianorum.

Non igitur patiamur eos qui præter Nicænũ Ariminense præsumunt, vel aliud nominare cõcilium: quum & ipsi qui Ariminense suscipiunt, ignorasse quæ in eo gesta sunt noscantur, nã tacere potuerant. Nostis enim charissimi, cognoscentes & vos à vestris qui tunc adfuerunt Arimini, quod Vrsatius & Valens, Eudoxius & Auxentius, simulque Demophilus condẽnati sint, volentes aliud quam statutum est Nicææ, cõscri-
Hierem. 2. c.
bere, quãdo compulsi anathematizare Arianam hæresim respuerunt, cui potius patrocinari conati sunt: Episcopi verò, verè integri domini serui rectèque credentes, ferè ducenti conscripserunt sufficere Nicænam solummodo fidem, & nihil amplius nihilque minus præter illam quærere velle seu sapere. Hæc enim etiã Constantio significauerunt, qui iusserat celebrari cõcilium.

CC. episcopi Ariminiẽses synodi aduersæ Arianis.

SOCRATES.

Quæ mala Macedonius in Constantino Politana vrbe commiserit & quod post hæc offenderit imperatorem. Caput 31.

INterea Macedonius vicinas Cõstantinopolitanę vrbi prouincias ciuitatesq; turbabat, exci
Macedonii tumultus, & cædes uitia & edicta Eleusium Marathonium.
tãs ministros propriæ lãguoris aduersus ecclesias & in Cyzico quidẽ Eleusium fecit episcopum, in Nicomedia Marathonium, qui primũ diaconus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerat, habens studium constituendi monasteria virorũ ac fœminarũ. Is itáque Macedonius episcopatu potitus, affligebat eos qui ipsi consentire fugiebant, & non solùm orthodoxos, sed etiã Nouatianos, sciens eos quoque Consubstantialitatis nomen suscipere. Quorum episcopos Agelius persecutione faciente fugit. Plurimi verò insignes viri detenti, nolentesque ei communicare, puniti sunt. Qui post tormenta violenter cõmunionem ore suo susciperẽt & tenere cõpellebantur. Ligno nanque ora hominum aperientes eis sacramenta inserebant. Porrò mulieres & paruulos arripientes, cõmunicare cogebant. Si quis verò cõtradiceret, mox plagæ, vincula & tormẽta sequebantur, ita vt etiam fœminarũ cõmunicare nolentiũ mammillas in arca comprimentes abscinderent. Aliarũ verò aut ferro aut ouis ardẽtibus cadẽ membra cõburerẽt. Quod ego ab Auxonio sene, qui cadẽ supplicia est passus, audiui.

Auxonius

Hæ igitur Macedonij pro Christianitate ortæ sunt actiones, cædes, pugnæ, sollicitationes, intestina bella. Quæ non solum apud eos qui lædebantur, sed etiam apud familiares ei odium vehementer excitauerunt. Offendit autem etiam ipsum Imperatorem, & pro hoc, & pro alia huiusmodi causſa. Domus in qua erat arca Constantini principis corpus habens, ruinam minabatur. Ideóque custodes eius & qui ad orationem intrabant, erant positi sub timore. Macedonius ergo cogitauit Imperatoris ossa transferre, ne arcam ruinæ casus comprimeret. Hoc cognoscẽtes populi prohibebant dicentes, non oportere principis ossa transferri, ne quasi exspiri viderentur. Oh quam rem in duas partes populus est diuisus aliis dicentibus nullam esse translato mortuo læsionem, aliis asserentibus esse nephas. Cùm quibus etiam erant ὁμωφόνοι defensores. Macedonius autem parumpendens verba contradicentiũ, transtulit corpus Imperatoris in ecclesiam vbi corpus iacet martyris Acacij. Quo facto, concursus discordantium populorum ad illam venit ecclesiam, & ad manus vsque peruentũ est, ita vt multi hominum morerentur, & vestibulum ecclesiæ ac vicina porticus sanguine compleretur. Hoc cognoscẽs Imperator, irascitur Macedonio, propter eos qui mortui sunt, & quia corpus patris eius absque ipsius consilio transferre præsumpserit. Relinquens ergo gubernatorem Hesperiarum partium Cæsarem Iulianum, ipse proficiscebatur ad Orientem.

Constantius Aug. succenset Macedonio.

THEODORITVS.

De Leontio Antiochene episcopo, & Aetio qui magister fuit Eunomii. Caput 32.

Leõtius Antiochenus.

LEontius autẽ Antiochenus episcopus, cùm esset Arianus, languorem suum celare nitebatur. Videnſque diuisos sacerdotes, & populum, & alios dicentes, Gloria patri & filio: alios Gloria patri per filium & spiritui sancto, ipse sub silentio dicebat orationem, & nihil aliud audiebant adstantes, nisi cum diceret in secula seculorũ. Et si quidem hoc nõ malo animo fecisset, diceretur quod pro concordia populi fieret. Sed quia etiam contra milites veritatis acuebatur, & nõ nisi hæreticos prouehebat, ostẽdebatur cela- *Aëtius inter dicitur mis officio diaconi. Flauianus Diodorus. Instituto psalmodiæ.*

E re pestem, modo amore populi, modo formidine pressus Imperatoris, qui filium dissimilẽ prohibuerat dici. Ea tempestate Aëtius magister Eunomij, qui Arij blasphemiam suis opinionibus auxerat, in Diaconatus ordine ministrabat. Sed Flauianus & Diodorus monachicam quidẽ amplectentes vitam, clarè autẽ pro apostolicis dogmatibus laborantes, episcopi Antiocheni Leontii redarguerunt quas contra pietatẽ gerebat insidias, dicentes, eum elegisse virum studiis malis imbutum, qui impietatis causſa culmen sumpsisset potentiæ, atque ad ecclesiæ cladem diaconatus haberet nomen. Minabantur autem etiã ab Apostolica cum cõmunione suspendi, & ad Hesperiam venientes, ea quæ callidè gerebãtur aperire. Hoc metuens Leontius, ab officio suspẽdit Aëtium, aliis tamen rebus fouebat eũ. Porrò mirabilis illa societas, id est, Flauianus & Diodorus sacerdotali ministerio nondũ potiti, populis tamen admodũ placentes, noctibus ac diebus cunctos ad zelum pietatis armabãt. Isti nanq; primi in duas partes choros psallentium diuidentes, ex successione Dauidicã melodiam cantare docuerũt. Et hoc in Antiochia primitus fieri cœpit: & dispersum ad terminos totius orbis vsque peruenit. Isti diuinos amatores ad sepulchra martyrũ prouocantes, Vigilias celebrabãt, cum illis laudantes Deum. Hæc Leontius intuens, prohibere quidem iudicauit inconsultũ, cum videret multitudinem valde viris illis optimis adhærere. Sed vtens mansuetudine verborum, poscebat ab eis vt has festiuitates in ecclesiis potius celebrarent. Cuius quidem calliditatẽ integrè cognoscentes, quod iubebatur egerũt, & amatores suos ad ecclesias cõgregarunt, vt alacriter Deum concordi voce laudarent. Sed Leontius flexus non est, vt à sua malitia temperaret. Vultũ nanq; mansuetudinis gerens, Stephani & † Laciti celauit iniquitatem. Hos enim aduersarios dogmatis recti suscipiens, licet turpem habentes vitam, ad presbyteratus tamen ordinẽ & diaconatus euexit. Eos autem qui vniuersis virtutibus ornabatur, & apostolica dogmata defendebant, absque honore deseruit. Hac gratia clerus quidem multos habebat hæreticos: populus verò maximè pro dogmatum rectitudine decertabat, ita vt neque doctores illorum blasphemiã suam nudare præsumerent. Quid autem † Lacitus & Stephanus atque Leontius impietatis atque iniustitiæ Antiochiæ gesserint, opus propriæ conscriptionis requirit. Nos autem ad reliqua veniamus.

Vigiliæ apud sepulchra.

Stephanus Laciti † *placitus.*

De Eudoxio, qui Antiochenum inuasit episcopatum, & terræmotu in Nicæa Bithyniæ facto. Caput 33.

Eudoxius accusatur apud Constantium.

CEsarea Cappadociæ cognomento Mazaca est in termino Ciliciæ, Syriæ, & Cappadociæ cõstituta. Huius vrbis ecclesiæ præsidebat Eudoxius, qui moriẽte Leontio, arripuit Antiochiæ sedem, & cœpit sua ferocitate vineam vastare dominicã. Neque iam celabat (sicut Leõtius) malitiã suam, sed apertè apostolicis dogmatibus repugnabat, & orthodoxos multis cladibus affligebat. Eo tẽpore Anyranæ ecclesiæ post Marcellum Basilius præsidebat. Eustathius verò Sabastiæ Armeniæ: qui iniquitatem Eudoxii & rabiem cognoscentes, Constantio in Occidẽte posito literis suis indicauerunt. Erant enim Imperatori noti, & propter claritatem vitæ eius fauore potiebantur. Quod cùm cognouisset Constantius, scripsit quod non ipse Eudoxio ecclesiæ cõcesserit Præsulatum, sicut ille vulgabat: ipsumque Eudoxiũ expelli, & pœnas gestorum suorum in Nicæa Bithyniæ dare præcepit, iubens ibi celebrari concilium. Ipse enim Eudoxius egerat apud potẽtes Palatij, vt in Nicæa synodus ageretur. Sed omnium præscius Deus, cognoscens futura ac si iã fuerint gesta, quodam terræmotu terribili prohibuit concilium celebrari. Plurimam namque ciuitatis partẽ terræmotus ille destruxit, & multos habitantium interemit. Hoc cognoscentes qui conuenerant, ad suas reuertuntur ecclesias. Arbitror enim hoc Dei sapientia factum: in illa namque ciuitate aduersus Arium à sanctis patribus apostolicæ fidei doctrina prolata est. Et forte secunda cõgregatio potuit illic fancire cõtraria, vt Arianis occasio eo nomine præheretur, quo magis simpliciores capere possent, tanquã illã veterem synodum proferentes. Sed ecclesiarum prospector citius soluit tale concilium.

Concilium alterum in Nicæa Bithyniæ.

An. do. 364.

SOZOMENVS.

In momento sanè temporis ciuitate cõcussa, ne fugere quidem potuerunt, sed primo experimento periculi sunt perempti. Fertur autem antequam fieret ea clades, quendam † Vrsatiũ militem præuidisse genere Persam, qui sub Licinio Confessor effectus, relictáque militia, in turri ciuitatis diuinam philosophiam exercebat. Cui superna visitatio apertè præcepit exire de ciuitate passura, quæ paulò post fierent manifesta. Quo facto, cum velocitate ad ecclesiam currẽs, nuntiauit clericis vt domino supplicarent, qui eos ab imminenti periculo liberaret. Quibus cũ videretur esse ridiculũ, reuersus ad turrim, pronus lachrymas cœpit effundere. Interea terræmotu superueniente plurimi periernnt, reliqui verò per agros & montana dispersi sunt. † Vrsatius autem in illa turri repertus est mortuus, pronus iacens, sicut solebat orare. Sermo tamen est, quod antequam moreretur, rogauerit Deũ, vt prius ipsius finiret vitam, quàm cladem inspiceret ciuitatis, in qua prius Christũ cognouerat, & ecclesiasticam videbatur participatus esse philosophiam. Is enim conuersatione digna etiam dæmones effugabat. Quodam nanque tempore cum quidam dæmonio vexaretur, euaginato gladio cœpit per totam discurrere ciuitatem: cunctisque fugientibus, occurrẽs ei solus, & nominans Christum, verbo mundauit virum, & fecit ab illo furore quiescere. Inter cuius diuersa virtutum ornamenta, etiam hoc meminisse cõueniet. Erat draco ante Nicomediam, qui transeũtes suo flatu perimebat, habebátq; cubile circa quandam vallem. Quò veniens † Vrsatius, orauit. Tum sponte egrediẽs ille serpens, ac secũdo caput percutiens, interẽptus est. Quod hi mihi retulerunt, qui eundem † Vrsatium viderunt.

† *Vrsatium.*

Vrsatius vir sanctus miracula patrauit.

† *Vrsatius.*

† *Vrsatium.*

SOCRATES.

De concilio Seleuciæ celebrato. Caput 34.

NVnc igitur de alia synodo, quam instar Ariminensis concilij in Oriente Constantius Imperator fieri iusserat, pauca narrabo, Egerat enim primitus, vt in Niceæ Bithyniæ cõgregarentur episcopi. Quorum conuentum prohibuit maximus terræmotus. Hoc enim contigit Consulatu Tatiani & Cerealis, octaua die mensis Augusti. Tractabãt ergo transponere synodũ in vicinam Nicææ ciuitatem. Quod cùm displicuisset, rursus volebant in Tarso Ciliciæ conuenire. Deinde placuit apud Seleuciã Isauriæ, quæ vocatur Aspera, celebrare concilium. Quod actum est Consulatu Eusebij & Hypatij. Fuerũtque qui conuenerũt, numero centum sexaginta. Cum quibus aderat vnus in Palatio clarus, nomine Leonas. Quo præsente, quæstionem fidei proponendam Imperatoris iubebat oraculum, simulque præceptum fuerat adesse Lauritiũ militem Isauriæ ducẽ, vt in quo opus esset, episcopis ministraret. Conuenerunt ergo vicesimaseptima die Septembris mensis, & sub gestorum confectione disputabãt. Aderãt etiam Exceptores, vtriusque partis verba signantes: quæ simul apud Sabinum collecta reperiuntur. Nos autem capitulatim ista describimus. Primo siquidẽ die Leonas iussit, vt quæ videretur vnicuique, proponerent. Porrò qui præsentes erant, non prius dixerunt aliquam mouendam esse quæstionem, nisi reliqui cõuenirent. Erãt enim absentes episcopi. Macedonius Cõstantinopolitanus, Basilius Ancyræ, & alij quidẽ accusari timentes. Et Macedonius quidem languorẽ finxit. Parrophilus oculorum dolorem, & alij similes adinuenerunt occasiones absentiæ. Cumque Leonas etiã illis absentibus proponendam diceret quæstionem, rursus aiebãt episcopi, non aliter quicquã fieri, nisi impetitorũ vita discuteretur. Accusati nãque iam fuerant, Cyrillus Hierosolymorum, Eustathius Sebastiæ Armeniæ, & alij quidam. Ob quã rem contentio inter præsentes exorta est. Alij namque dicebant vitas accusatorũ discutiẽdas: alij verò ante fidem nihil esse quærendum. Mouebátque quæstionẽ Imperatoris diuersa sentẽtia: cuius literis nunc de fide prius agendũ, nunc de accusatorum conuersatione, legebatur. Hæc causſa præsentes ad schisma perduxit, & in duas partes synodi multitudo diuisa est. Vnius enim partis dux erat Acacius Cæsareæ Palestinæ, Georgius Alexãdriæ, Vrsatius Tyri, Eudoxius Antiochiæ, quos alij triginta duo sequuti sunt. In altera parte fuit Georgius Laodiciæ Syriæ, Sophronius Pompeiopoleos Paphlagoniæ, Eleusius Cyzici, quos plurimi sequebãtur. Cumque placuisset vt prius de fide quæstio moueretur, hi quidẽ qui erant partis Acacij, Nicænã fidẽ apertè negauerũt: aliámq; fidem dictare nitebantur. Alterius verò partis numero plures, omnia quidẽ Nicæni cõcilij receperũt: de verbo Cõsubstãtialitatis tantũmodo quærebãtur. Multis igitur inter se contentionibus vsque ad vesperũ generatis, nouissimè Syluanus Tarsensis præsul ecclesiæ, voce magna clamauit, dicẽs nõ oportere nouam dictari fidem, sed pridè in Antiochia expositam tempore dedicationis debere seruari. Quo dicto sequaces sunt egressi. Alterius verò partis protulerunt fidẽ Antiochiæ recitatam, quam relegentes soluerũt illo die Conciliũ. Altero verò

An. do. 360 Concilium apud seleuciã Isauriæ.

An. do. 361.

Leonas Comes Vicarius Augusti, Lauritius dux Isauriæ.

Sabinus conciliorum acta describit.

Litera cessatoriæ.

schisma Niceæ.

Fides Antiochenæ synodi

Universidad de Deusto
Biblioteca

die conuenientes in oratorio Seleuciæ ianuáſq; E claudentes, relectæ fidei ſubſcripſerũt. Subſcribebant autem etiam pro abſentibus præſentes lectores atque Diaconi, per quos ratam ſe ferre hanc definitionem abſentes profitebantur. Acacius autẽ & alij partis eius querebãtur, eo quod eccleſia clauſa ſubſcriberetur, dicentes: Ea quæ occultè geruntur, improbitatis ſuſpicione pleniſſima ſunt. Hæc autem faciebant, cupiẽtes aliã fidei explanationem. Ipſè quoque eam quã præparatam habebat legit, ibi quidẽ Iudicibus, Lauritio & Leonæ, ſtudens ei robur acquirere. Hæc ergo die ſecũdo ſunt geſta. Tertio verò die Leonas rurſus congregare partes feſtinabat epiſcoporum: quo die nec Macedonius defuit Conſtãtinopolitanus, nec Baſilius Ancyræ. Cumq; ambo in vna parte conueniſſent, denuò qui circa Acacium erant, occurrere noluerunt, dicentes oportere prius de concilio eiici eos qui pridem fuerant condemnati, & qui accuſabãtur in præſenti. Cumque contentio creſceret, egreſſis eis qui poſiti in accuſatione videbantur, etiam qui circa Acacium erant ſunt ingreſſi. Tunc itaque Leonas ait, libellum ſibi datum ab eis qui cum Acacio erãt, celans dogmatis eſſe dictationem. Et cũ præſentes epiſcopi tacuiſſent, aliud quiddam non expoſitionem fidei libellum cõtinere iudicantes, mox fidei Acacij ſcriptum cum proœmio hoc modo relatum eſt.

Acacius Cæſarienſis.

Videt Acacij Cæſarienſis. An. do. 361.

Nos qui cõgregati ſumus in Seleucia Iſauriæ, ſecundum Imperatoris volũtatem heſterno die quinto Calẽd. Octobriũ, omne ſtudium habuimus cum diſciplina eccleſiaſticam ſeruare pacẽ, & de fide cogitare cõſtãter, ſicuti præcepit Deo amabilis Imperator noſter Conſtãtius ſecundũ propheticas euangelicáſq; voces, & nihil præter ſcripturas adducere in eccleſiaſtica fide. Quia verò quidã in concilio alios noſtrũ iniuriis affecerunt, alios loqui prohibuerũt, alios recluſerũt inuitos, & damnatos ſecũ ex diuerſis prouinciis habuerunt, nec non & eos qui cõtra regulas ordinati ſunt, introduxerunt ſecum, ita vt vndique tumultu ſynodus repleretur, ſicuti & vir clariſſimus Comes Leonas, & vir clariſſimus Dux prouinciæ Lauritius inſpexerũt: propterea hæc interloquimur, quod nõ declinamus expoſitã cũ autoritate fidẽ in Antiochena dedicatione, proferentes eam: licet patres noſtri illo tempore ad ſubiectam concurrerint quæſtionẽ, quod multos turbaret Cõſubſtantialitatis nomẽ, præterito tempore, & vſque ad præſens. Nũc verò quia dicitur innouatum à quibuſdam de diſſimilitudine filij apud patrẽ, hac ergo gratia ὁμοιοῦσιν & ὁμοιοῦσίου, id eſt, eiuſdẽ ſubſtantiæ & ſimilis ſubſtãtiæ nomẽ abiicimus tanquã ſcripturis extraneum ἀνόμοιλν, id eſt, diſſimilitudinis verbũ anathematizamus. Et omnes huiuſmodi exiſtentes ab eccleſia alienos exiſtimamus. Similẽ verò filium apud patrem apertè profitemur, ſecundum Apoſtolum dicẽtem de filio: Qui eſt imago Dei inuiſibilis. Confitemur autẽ & credimus in vnũ Deũ patrẽ omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omniũ & inuiſibilium. Credimus autem & in vnũ Ieſum Chriſtũ filiũ eius, ex eo, natum impaſſibiliter ante omnia ſecula. Deum verbum ex Deo vnigenitũ, lumen, vitã, veritatẽ, ſapientiam, voluntatem: per quem omnia facta

Leonas Comes V. C. Lauritius Dux Iſauriæ. V. C.

Col. 1. e

ſunt in cœlis & in terra ſiue viſibilia ſiue inuiſibilia. Hunc credimus in cõſummatione ſeculorum pro deſtructione peccati aſſumpſiſſe carnẽ ex ſancta virgine Maria, & hominem factũ, paſſum pro peccatis noſtris, ac reſurrexiſſe, & aſſumptũ in cœlos, ſedere in dextera patris, & iterum venturum in gloria iudicare vmos & mortuos. Credimus & in ſpiritum ſanctum, quem παράκλητον, id eſt, conſolatorẽ nominauit Saluator dominus noſter, promittens poſtquã iret, diſcipulis eum eſſe mittendum, quem etiã deſtinauit, per quem & ſanctificat credẽtes in eccleſia, & baptizatos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Eos autẽ qui præter iſtam fidem aliud quicquã prædicãt, à catholica eccleſia decernimus alienos exiſtere. Hęc eſt Acacij de eius fide prolatio. Cui ſubſcripſit & ipſe, & conſentiẽtes ei, numero quem paulò ante prædiximus. Hac fide lecta, Sophronius Pompeiopoleos Paphlagoniæ hæc verba proclamauit: Si per ſingulos dies propriã ædere licuerit fidem, veritatis integritas non manebit. Hæc quidẽ Sophronius ait. Ego autem dico, quod ſi ab initio hæc verba de Nicæna fide dixiſſent qui ante eos & poſt illos fuerunt, omnis potuiſſet ceſſare contentio. Tũc ergo plurima inter ſe ob hoc, & propter eos qui fuerant accuſati verba dicẽtes & audiẽtes, abierunt. Quarto verò die conueniẽtes omnes, turſus mouebant cum contẽtione ſermones. Inter quos Acacius his verbis ſuam ſententiam patefecit: Si ſemel Nicæna fides mutata eſt, nihil prohibet etiam nunc aliã dictare fidẽ. Ad hæc Eleuſius Cyzici hæc verba reſpondit: Præſens cõcilium celebratũ eſt, nõ vt anathema diſcat, neque vt fidei explanationem ſuſcipiat, tãquã nõ habens eam, ſed poſſidens patrum fidẽ, hanc vſque ad vitã mortẽmque cuſtodiet. His ergo verbis Eleuſius ſententiæ occurrit Acacij, fidẽ patrum vocans, Antiochiæ declaratã. Cui rectè quilibet poterit obuiare, dicens: Quomodo patres hos nominans, ô Eleuſi, cum illorum nõ recipias patres? Hi namque qui in Nicæa conuenerunt cõcordantes in Cõſubſtantialitatis verbo pro fide ſancito, propriè dicuntur patres, eò quod & tẽpore præceſſerunt: & qui poſtea Antiochiæ cõuenerunt, ab illis ſacerdotij iura ſuſceperunt. Si autem hi qui Antiochiæ congregati ſunt, patres proprios negauerunt, conſequenter iſtorũ poſteri patrũ deſtructores ſecuti ſunt. Quomodo ergo & quorum illi fidem velut improbam reſpuerunt, iſti quaſi probabilẽ ſuſceperunt? Si autem illi non habuerunt Spiritum ſanctũ, qui per officiũ manus impoſitionis accipitur, neque iſti ſacerdotium perceperunt. Quomodo enim acciperent à non habentibus quod dabatur? Hæc obiicere ergo reſpõſa poterit quilibet Eleuſio. Cùm hæc ita gererentur, ad aliam venẽre quæſtionem. Quod enim Acacius in fide quæ lecta eſt, ſimilem dixit filium patri, conſulebant alter alterum, ſecundum quid eſſet ſimilis filius patri. Et qui circa Acacium erant, dicebant, ſecundum voluntatem ſolummodo, non ſecundũ ſubſtantiam patri ſimilem filium eſſe. Alij verò omnes etiã ſecundum ſubſtantiã declarabãt. In hac ergo contentione toto manſerunt die. Et Acacium arguerũt, qui in ſuis ſermonibus quos conſcripſit, ſimilẽ per omnia patri filium dixit, nũc autẽ

Sophronius Pompeiopolitanus.

Acacius & eius deſtructa. Eleuſius Cyzicenſis.

ſecundum ſubſtantiam ſimilem denegauit. Quibus multum contendentibus, & ad nullam concordiam venientibus, ſurgens Leonas concilĩ ſoluit. Et iſte fuit terminus ſynodi Seleuciæ cõgregatæ. Altera namque die rogatus vt intereſſet, noluit, dicens: Miſſus ſum ad concordiã cõcilij: vobis diſcordãtibus adeſſe nõ poſſum. Quo facto, nec qui circa Acacium erant, ad ſynodum cõcurrere voluerunt. Altera verò pars in eccleſiam veniens, Acacium & qui erant cũ eo vocauit, vt de Cyrillo Hieroſolymorũ epiſcopo haberetur examinatio. Sciendum itaque quod Cyrillus iam pridem fuerat accuſatus atque damnatus, quoniam ſæpe euocatus ad iudiciũ, duobus annis iugiter declinauerat, metuens accuſantes. Cõdemnatus autem, appellationis libellũ cõdemnatoribus deſtinauit, iudicium maius appellans. Cui appellationi conſenſit etiam Conſtantius Imperator. Hoc itaque ſolus & primus præter eccleſiaſticam conſuetudinem atque regulam Cyrillus fecit epiſcopus, vt ſicut in publicis iudiciis libellis vteretur appellatoriis. Tunc ergo in Seleucia adfuit iudicandus. Et ob hoc epiſcopi Acacium eiuſque conſentaneos euocabant, vt de accuſationibus cognoſcentes decretum commune proferrent. Euocabant etiã alios quoſdam qui fuerant accuſati, & ſemetipſos cõtulerant ad Acacium. Quos poſt crebrã citationem noſcentes occurrere, dãnauerunt. Et ipſum Acacium, Georgium Alexandrinum, Vranium Tyri, Theodulum Cherapenum Phrygię Theodoſium Philadelphiæ Lydiæ, Euagrium inſulæ Mirylenæ, Leõtium Tripoleos, Lydiæ, & Eudoxium, qui primò quidẽ Germanicię fuit, poſtea vero Antiochiæ Syriæ inuaſit epiſcopatum, dãnauerunt pariter & Patrophilum, quia & ipſe à Dorotheo preſbytero accuſatus, euocatus noluerat obedire. Hos itaque damnauerunt. Excõmunicauerunt autem Aſterium, Euſebium, Abgarum, Baſilium, Phœbum, Fidelem, Eutychiũ, Magnum & Euſtathium, ſi eos manere decernentes, donec habita ſatisfactione, accuſationibus ſemetipſos exuerẽt. His actis, damnationem celebratam eorum paræciis indicarunt. Inque locum Eudoxij Anianum conſtituerunt epiſcopum. Quem comprehendentes qui circa Acacium erant, Leonæ & Lauritio tradiderunt, à quibus in exilium deſtinatus eſt. Quo facto epiſcopi qui ordinauerant Anianum conteſtationẽ obtulerunt Leonæ & Lauritio contra Acacium & conſentaneos eius, dicentes ſynodi iudicium fuiſſe violatum. Cumque nihil agerent, Conſtãtinopolim ſunt profecti, vti quæ geſta fuerant, panderentur Imperatori.

Cyrilli Hieroſolymitani cauſa diſcutitur Seleuciæ. Libellus appellationis.

Epiſcopi damnati.

Excommunicati.

Anianus.

SOZOMENVS.

De legatis concilij Seleuciæ, & de examinatione Actij, & geſtis Ariminenſium. Caput 35.

Acta concilij Seleuciæ.

HVne terminum habuit ſynodus in Seleucia conſtitura. Qui verè voluerit ſubtiliter vniuerſa cognoſcere, Exceptorum debet Acta relegere. Poſt hæc ergo talia geſta ſunt. Conſentientes quidem Acacio, ad imperatorem quàm propere peruenerunt. Alterius verò partis epiſcopi ſinguli ad propria ſunt reuerſi. Decem tan-

Decẽ epiſcopi ad Conſtantiũ

tummodo eorum communi decreto miſſi, venientes ad principem inuenerunt miſſos decem ab Ariminenſi concilio. Portò ſequaces Acacij iam agebãt, vt potentes Palatij ipſorum tuerentur partes: & per eos fauor illis arridebat Imperatoris. Dicebant enim alios quidem cõſentire, alios autẽ eccleſiaſticis pecuniis eſſe corruptos, alios incongruis falli ſeductionibus. Hęc agebat Acacius natura verſutus, & paratus ad intelligẽdum atque dicẽdum, cum etiam inſignem haberet eccleſiam, id eſt, Euſebij Pãphili, poſt quem eius tenebat epiſcopatum, & gloriabatur eum ſe habuiſſe doctorem. Et cùm talis eſſet, perſuadebat facile quod volebat. Cum igitur Conſtãtinopoli ex vtroque concilio eſſent epiſcopi viginti, & alij qui caſu præſentes erãt, primò quidem iubentur vt de Aërij quæſtione iudicarent præſentibus maximis proceribus Honorato, quẽ non ante multum temporis Imperator ab vrbe Roma reuertens, primũ Præfectum vrbis Conſtantinopolitanæ conſtituerat. Poſtea verò etiã ipſo Conſtantio cum Iudicibus audiẽte, deprehenditur circa fidem Aëtius ægrotare, ita vt etiã Imperator & alij quaſi circa blaſphema eius verba commouerentur. Fertur autem Acacium eique conſentientes primum ſe hanc hæreſim ignorare finxiſſe, & ſub velamento quodã egiſſe cum Principe, vt ipſe cum ſuis Proceribus iudicaret, credens Aëtium nõ poſſe vinci verbis, & magis neceſſario capi iudicantis auditus, ac ſine cõtentione præualere conamen hęreſeos. Cùmque hoc perfici nequiuiſſet, proferri ſcripturam prolatã ab Arimino, & à Seleuciæ ſynodo miſſos hanc ſuſcipere, depoſcebãt. Et cùm quæſtio eſſet de ſubſtantiæ nomine, iureiurando firmabant, quod nullatenus diſſimilem ſecundũ ſubſtantiam filium faterentur, ſeqne paratos hanc hæreſim abdicare dicebant. Et quoniam inopinate Occidentales nomen ſubſtantiæ in Arimino reliquerant, neceſſariam huiuſmodi ſcripturam eſſe fatebãtur. Dicebant autem, quod ſi nomen ſubſtantiæ taceatur, cum nomine ſubſtãtiæ etiam illud quod de Conſubſtantialitate decretum eſt, ſine dubitatione tacebitur: quod plurimi Occidentalium ſacerdotum pro reuerentia Nicæni concilij valde amplectebantur. Hãc autem etiam Imperator inductus eſt vt laudaret conſcriptionem, conſiderans multitudinẽ Arimini congregatam: & quia non peccaret, qui ſimilem patri filium diceret, idem eſſe virtute creDdens, Conſubſtantialem, & ſimilis ſubſtantiæ profeſſionem: nihilque intellectu differens, niſi nominibus, quæ ſcriptura diuina neſciret. Hanc ergo ſententiam habens, epiſcopos concordare præcepit in Ariminenſis fide concilij. Cumque ſe altero die pararet ad Conſulatũ (quod prima die menſis Ianuarij Romanorum more celebrabatur) totam diem & maximam noctis partem impendit, inter epiſcopos certamen habens, donec ſcripturæ ex Arimino allatæ ſubſcriberent epiſcopi ex Seleucia venientes.

mittuntur tãquam legati concilij. Acaciani. Acacius Cæſarienſis.

Honoratus præfectus vrbis Conſtantinopolitanæ.

Similis ſubſtãtiæ.

Nonus Conſulatus inſtur calend. Ianuarij.

Quomodo affirmauerint fidem Ariminenſis concilij, & Actium depoſuerint ſimul & alios. Caput 36.

Ad ſynodum conſtantinop.

ACacius autẽ & qui cum eo erant aliquantũ temporis Conſtantinopoli commorantes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acacius episcopus è Bithynia euocat. Vlphilas episcopus Gothorum.

euocauerunt episcopos ex Bithynia, inter quos Erat & Macarius Macedonienſis, & Vlphilas Gotthorũ epiſcopus. Qui omnes numero quinquaginta conuenientes confirmarunt Arimini lectam conſcriptionem, adiicientes vt deinceps nequaquam ſubſtantia vel eſſentia nominaretur in Deo. Et præter hanc ſcripturam omnes alias aut factas aut faciendas penitus abdicari. Quo facto Aetiũ de Diaconatus ordine depoſuerũt, tanquam hæreticè ſapientem. & qui contra eccleſiaſticam conſuetudinem, quædam humanæ ſapientiæ facta conſcriberet, & dialogos plenos blaſphemia dictaret, atque turbarum eccleſiaſticarum & ſeditionis autor extaret. Fertur autẽ à quibuſdam, quod non eum integro corde depoſuerint, ſed volentes ſe principi commendare, eo quod dicerentur ſimilia ſapere. Videntes autem Imperatoris indignationem quam circa Macedonium tunc habebat, etiam eum depoſuerunt, & Eleuſium Cyzici, & Baſilium Ancyræ, & Ortaſium Sardicorum, Dracontium Pergami. Et cum in dogmate viderentur habere diſcordiam, tamen tempore depoſitionis memoriam eorum fidei non fecerunt, ſed culpas eis omnibus inferebant ſingulariter, per quas eos aſſerebant in eccleſiaſticis regulis deliquiſſe.

Episcopi abdicati.

Pro qua cauſſa ſit Cyrillus Hieroſolymorum depoſitus. Caput 37.

Cyrillus vendidit ſuppellectilem eccleſiaſticam donatam à conſtantio.

INter quos Cyrillum quoque Hieroſolymorũ depoſuerunt, tanquam Euſtathio Elpidióque communicantem. Hi enim contraria ſapuerant eis qui in Militene fuerant cõgregati. Inter quos etiam ipſe conuenerant, & tãquam poſt depoſitionem in Paleſtina factam, communione participatus fuerat cum Baſilio & Georgio Laodiceę ciuitatis epiſcopis. Cũ enim Cyrillus Hieroſolymorum ſuſcepiſſet epiſcopatum, de iure Metropolitæ contendebat cum Acacio Cæſareæ Paleſtinæ, tanquam ſedis Apoſtolicæ pontifex. Hinc ergo in Antiochia cõſtituti, derogabant alterutris tanquam non ſaperẽt rectè de deo. Nam & prius vterque ſibimet in ſuſpitione eſſe videbatur. Alter quidem Arij dogma laudabat, Cyrillus autem prædicantes Conſubſtantialem patri filium, ſequebatur. Inueniens ergo tempus Acacius cum conſentientibus ipſi epiſcopis, Cyrillum pro huiuſmodi cauſſa depoſuit. Cum ſames Hieroſolymorum prouinciam occupaſſet, tanquam in epiſcopum neceſſitate ciborum turba reſpiciebat egentium. Cumque pecuniæ ad conſulendum penuriæ non eſſent, vaſa ſacrataque vela diſtraxit, & populi neceſſitati ſubuenit.

THEODORITVS.

Imperatoris igitur animum hoc commouit, & maximè quod Acacius cõtra Cyrillum noſcitur machinatus. Sactã namque veſtem quam inclytus Imperator Cõſtantinus ad honorẽ Hieroſolymorum eccleſię dederat Macario illius ciuitatis pontifici, vt ea circũamictus, miniſterii ſacri baptiſmatis adimpleret, quoniam erat auro ſericóq; cõtexta, Cyrillũ aſſeruit vendidiſſe, eámq; veſtem emiſſe quendam Thymelicum ſaltatorẽ: & dum ea fuiſſet indutus, in ipſa ſaltatione cecidiſſe, atque contritum morti contraditum.

SOZOMENVS.

Epiſcopi extenuati pellũtur ex vrbe Conſtant.

Hanc ergo cauſationem Acacius habens, Cyrillum epiſcopatu depoſuit. Damnatos igitur epiſcos ex vrbe Conſtantinopolitana fugauerũt ſectatores Acacij. Ipſis autem conſentientes, in depoſitionibus tamen illorum nolẽtes ſubſcribere, cùm eſſent numero decẽ, apud ſemetipſos interim habitare præceperunt, & neque miniſterio fungi, neque eccleſias gubernare, donec ſubſcriberent. Et ſi non agerent pœnitentiã intra menſes ſex, & omnibus placitis atque geſtis in illo concilio præberent ſcripto conſenſum, etiam ipſi deponerẽtur, quo facto conſentiẽtes ipſis epiſcopi per ſingulas prouincias alios ordinarent. Cumque talia cogitaſſent, cunctis epiſcopis atque clericis ſcripſerunt, vt hæc obſeruarent atque perficerent. Ex hoc ergo non poſt multum temporis Macedonio ſuccedit Eudoxius, Baſilio Athanaſius Eleuſio Eunomius, qui poſtea Eunomianæ princeps fuit hæreſeos. Porrò pro Euſtathio Melitius eccleſiæ Sebaſtenæ ſuſcepit epiſcopatum.

Epiſcopi ſubſtituti.

SOCRATES.

Lecta eſt etiam in Conſtantinopolitana vrbe cum adiectione expoſitio fidei. Sed nos labyrinthum expoſitionum vix aliquando reperientes, eorum numerum quoque digerimus.

Enumeratio expoſitionum hæreticarum poſt Nicænum concilium. Caput 38.

Nouem expoſitiones fidei.

POſt Nicænum nanque concilium in dedicatione Antiochena, expoſitionem geminã dictauerunt. Tertia verò eſt, quæ à Narciſſo apud Gallias Conſtantio Imperatori oblata dinoſcitur. Quarta Eudoxij, quæ in Italiã deſtinata eſt. In Sirmio tres dictatæ ſunt, quarum vna in Arimino cum Conſulatu relicta eſt. Porrò octaua in Seleucia ab Acacij ſociis ædita eſt, vltima Cõſtantinopoli cum adiectione recitata eſt. Erat enim additum, vt neque ſubſtantia neque ſubſiſtentia diceretur in Deo. In hac Vlphilas Gothorum epiſcopus tunc primum cõſenſit. Nam tempore præcedenti Nicænam amplectebatur fidem, ſequens Theophilum Gothorum epiſcopum, qui præſens in Concilio Nicæno ſubſcripſerat. Acacius igitur & Eudoxius cum ſuis Cõſtantinopoli de quibuſdã alterius partis epiſcopis condemnandis certamen habebant, Vidẽtes Hindignari contra Macedonium principem, primum condemnauerunt eum, tãquam plurimorum necis autorem, & quia diaconum in fornicatione captum in communionem ſuſceperat.

Vlphilas Gothorum epiſcopus.

Theophilus.

Macedonius condemnatur. An. do. 363.

Quòd Eudoxius Arianus poſt Antiochenum Conſtantinopolen ſit inuaſerit epiſcopatum, & de prauo Aetij doctrina. Caput 39.

Eudoxius cõſtantinopolitanam ſedem vſurpat.

EXpulſo ſiquidẽ Macedonio, Eudoxius ſperneus Antiochiæ ſedẽ, Conſtantinopolitana inuaſit eccleſiam, ſtudio iuuis Acacij, qui obliti ſuorum, ſuis iudiciis cõtraria ſanciuerunt. Nam cùm prius Dracõtium depoſuiſſent, eò quod ex Galatia tranſiſſet in Pergamum, non cogitantes

quod actum fuerat, Endoxium ad ſedem aliam A tranſtulerunt. Quo facto, lectam fidem Arimini cum augmento quod ipſi in Conſtantinopolitana vrbe adiecerãt, vndiquaque miſerunt, mãdantes vt qui non ſubſcriberent, iuſſione Imperatoris in exilium mitterentur. Aperuerũntque ſua geſta & alius Orientalibus ſibi concordibus, & Patrophilo Scytholeos epiſcopo, qui de Seleucia ad propriam mox redierat ciuitatem. Eudoxio porrò conſtituto Conſtantinopoli, tunc etiam maior eccleſia, quæ dicitur Sophia, dedicatur Conſulatu Conſtantij decimo, & Iuliani Cæſaris tertio, quintadecima die Februarij mẽſis. Eudoxius autem cùm ſediſſet in ſedem, illam prius vocem, quæ vbique vulgata eſt, protulit, dicẽs: Pater ἀσεβὴς, filius εὐσεβὴς. Iſta duo Græca verba, diuerſos habent apud Græcos intellectus. ἀσεβὴς enim dicitur & impius & ſine cultu. εὐσεβὴς dicitur & pius & bene colens. Cumque dixiſſet hæc verba, turba generatur in populo, quaſi patrem dixiſſet impium, filiũ verò piũ. Quo facto, Nolite, inquit, turbari ad ea quæ dixi: Pater enim ἀσεβὴς eſt, quia nullũ colit: filius autem εὐσεβὴς, quia colit patrem. Hæc cùm dixiſſet Eudoxius, turba quidem ſedata eſt: multus verò riſus compleuit eccleſiam. Et hactenus illud dictũ cũ deriſione permanſit. His enim Hæreſiarchæ ſeductionibus ſermonibuſq; vacãtes, eccleſiam lacerarunt. Huiuſmodi ergo termino etiã ſynodus Conſtantinopolitana concluſa eſt.

Sophia templum Conſtãtinopolitanũ dedicatur. An. do. 362. Indoxũ de Conſtantio Magno & Conſtantio filio opinio.

SOZOMENVS.

Igitur Acacius & eius ſocij non ceſſabant, ſed congregati apud Antiochiã quæ ipſis dudũ placuerant, deſtruebant: & ex conſcriptione, quæ Arimini & Conſtantinopoli fuerat lecta, nomẽ ſimilitudinis abſcindere nitebantur, & per omnia ſubſtantiam atque voluntatem diſſimilẽ eſſe patri apud filium, & ex non exiſtentibus factum introducebant, ſicut Ario primò placuerat, quibus Aëtiani conſentiebant. Is enim Aëtius poſt Arĩũ primus apertè his nominibus vti præſumpſit. Quapropter etiã ἄθεος, id eſt, ſine Deo, vocabatur: eíuſque ſequaces propterea Diſſimiles & non exiſtentiales ſunt dicti ab his, qui Antiochiæ Conſubſtantialitati conſentiebant. Hos ergo cùm requirerent cultores Nicæni concilij, cur in expoſitione fidei ſuæ Deum ex Deo filiũ dicentes. Diſſimilem, & ex non exiſtibus nominare præſumerent, his verbis reſpondebant: Sic dictum eſt Deum ex Deo, ſicut habetur apud D Apoſtolum: Omnia autem ex Deo, vnus ergo omnium etiam filius Dei: & propterea poſitum eſt in expoſitionibus, Secundum ſcripturas.

Aetius Diſſimiles, Non exiſtentiales.

SOCRATES.

Huius verbi princeps fuit Gregorius Laodicenus epiſcopus: qui cùm talia doceret, ignorauit quemadmodum Apoſtoli proprietates ſuperiori tempore Origenes larius examinarit, atq; interpretatus ſit.

Gregorius Laodicenus.

SOZOMENVS.

De crudelitate Georgij apud Alexandriam, & qui poſt Cyrillum Hieroſolymorum tenuit epiſcopatum. Caput 40.

INterea dum adhuc Athanaſius celaretur, Georgius Alexandriæ crudeliter Paganos afficiebat, & aduerſantes ipſi Chriſtianos: vtroque enim cogebat ad ipſius venire ſententiam, & reſpuentes afficiebat. Erat enim apud ſupiẽtes exoſus, quaſi deſpiciẽs eos, & Iudicibus imperans. Apud populum verò quaſi tyrannus, & vltra potentes elatus: præcipuè tamen Paganos opprimebat, quos ſacrificare & paternos feſtiuitates agere prohibebat. Tunc enim milites & Ægypti ducem, armatos in ciuitatem introduxit, imagines ornamẽta templorũ abſtulit: quod ei poſtea cauſam necis adduxit. Cyrillo verò depoſito (ſicut prædictum eſt) occupauit Hieroſolymorũ eccleſiam Herennius, & poſt illũ Heraclius, poſt quem Hilarius. Hos enim tunc illã eccleſiam gubernaſſe percepimus vſque ad imB perium Theodoſij principis, quãdo rurſus Cyrillus ad proprium reuerſus eſt epiſcopatum.

Georgius Alexandrinus.

Templa Genţilium ſpoliãtur opera Georgii.

Cyrillus. Herennius. Heraclius. Hilarius.

SOCRATES.

De Macedonio & Macedonianis. Cap. 41.

IGitur Macedonius Conſtantinopolitana pulſus eccleſia, damnationem non ferens, quieſcere reſpuebat. Declinauit enim ad eorum partem, qui apud Seleuciã Acacium cum ſociis depoſuerant. Miſitque legationem ad Sophroniũ & Eleuſium, vt defenderent expoſitam prius in Antiochia fidem, & poſtea Seleuciæ roboratã, & ſimilis ſubſtantiæ fidem diuulgãdam eſſe cõmonuit. Ad quem cõcurrunt multi familiarium, qui nunc ab eo Macedoniani vocantur. Quicũque enim in Seleuceno concilio Acacium declinauerunt, apertè verbum ſimilis ſubſtantiæ ſancierunt, cùm prius hoc non manifeſto iudicio declaraſſent. Eſt enim opinio apud multos, quòd non inuentum ſit Macedonij, ſed magis Maratonij Nicomedienſis epiſcopi: vnde etiam Maratonij vocitantur: ad quos Euſtathius expulſus de Sebaſtia confugit. Cumque Macedonius ſanctum ſpiritum comprehendere in tractatu diuinæ trinitatis declinaret, tunc & Euſtathius: Ego, inquit, neque Deum nominare ſpiritum ſanctum patior, neque creaturam vocare præſumo. Propter hanc ergo cauſam ſpiritui repugnantes appellãt huiuſmodi perſonas, hi qui in Conſubſtantialitati expoſitione concordant.

Macedoniani.

Maratonius. Maratonii.

πνευματομαχοι.

SOZOMENVS.

CUm itaque Macedonius de eccleſia Conſtãtinopolitana fuiſſet expulſus, non ea quæ Acacius atque Eudoxius ſapiebat, ſed tradebat magis filium Deum, per omnia & ſecundum ſubſtantiam ſimilem eſſe patri. Sanctum verò ſpiritum non earum rerum eſſe participem, ſed miniſtrum, & exhibentem officium, & quæcunque de ſanctis angelis dici poſſunt.

SOCRATES.

De his quæ rurſum ab Arianis contra ipſos Arianos geſta ſunt, & quomodo Euſtathius nequitiã patefecerit Eudoxii. Et epiſtola Conſtantinopolitani cõcilii ad Georgiũ Alexãdrinum condemnantis Aetiũ cum ſcriptis eius. Caput 42.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An.do.365. Acacianj Antiochiæ conueniunt.

IGitur sequaces Acacij in Antiochiam magno studio conuenerunt, acti pœnitentia quòd similem dixerant filium patri. Et consulatu sequenti id est, Tauri & Florentij, cùm Euzoius eā gubernaret ecclesiam, Imperatore ibidem constituto, pauci quidem rursus mouebāt ea, quæ dudum placuerant, dicentes, oportere sermonem similis substantiæ auferri ab expositione fidei traditæ, tam in Arimino quàm Constātinopoli: non celantes, sed apertè dicentes, quòd per omnia dissimilis filius est patri: non solùm secundū substantiam, sed etiam secundum voluntatem, & ex non extantibus esset, sicuti prædicauerat Arius. Cum quibus erant sectatores Aëtij.

THEODORITVS.

Ea quidem tempestate, cùm perfidia accusaretur Eudoxij, inter alios Eustathius, quoniam de fide, inquit, examinationem vis fieri ô Imperator, Eudoxij considera blasphemias. Obtulitque ei expositionem inter alia sic habentem.

Quæ dissimiliter proferuntur, dissimilia secūdum substantiam sunt.

Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia.

Dissimile autem est, ex quo, & per quem, dissimilis igitur filius Deo & patri. Hac lectione cōmotus Imperator requisiuit Eudoxium, an fateretur suam. At ille negauit, dicēs, esse Aëtij. Quē dum iussisset Imperator adduci, requisitus, licet eius non fuerit, suam esse professus est: & ideo in exilium missus. Eustathius tamen etiam Eudoxium ita sapere proclamabat, exigens vt scripturā anathematizaret Aëtij. Quod licet tardè, fecit tamen: & damnauit quod prius & postea prædicabat. Deinde etiam ipse exigebat, vt ille ὁμοούσιον anathematizaret, quod scripturæ non haberent. Tunc Syluanus, & ex non existētibus, inquit, & Creatura, & Alterius substaotiæ, scripta nusquam sunt. Iustum ergo est hæc abrogari, Quod Imperator quoque decreuit vt fieret: quod (licet cum difficultate) fecerūt. Quo facto, exigebant vt ipsi & ὁμοιούσιος abrogarent. Tunc disputatiuè atque veraciter Syluanus ait: Si ex non existentibus non est, neque creatura nec ex alia substantia Deus verbum, igitur consubstantialis est genitori patri sicut Deus ex Deo, & lumen ex lumine, eandémque habet cum genitore naturam. Tunc Imperator iratus, exilium interminatus est eis. At illi: Potestatem, inquiunt, habes puniendi, nō tamen nos patrum statuta destruimus. Tunc Imperator illos pelli iussit ecclesiis, & pro eis alios ordinari. Tunc Eudoxius cùm tyrannicè Constantinopoleos teneret ecclesiam, pulso Eleusio Cyzici, Eunomium ordinauit episcopum. Et Aëtium in scriptis abdicauerunt: cuius videbantur esse consortes: scripseruntque Georgio, quod fuerat gestum.

Aëtius in exilium.

SANCTA SYNODVS CONstantinopoli congregata, domino honorabili Alexandrinæ ciuitatis episcopo Georgio S.

Synodo reprehendente Aëtium propter nephandas eius & plenas scandalis scripturas, secundum consequentiam ecclesiasticarū sanctionum super eo ab episcopis actū est quod decebat, Diaconatu namque depositus est, & ab ecclesia factus extraneus. Et à nobis hæc monita processerunt, vt neque ad lectionē cuiuspiā veniant nephandæ eius epistolæ, sed abiiciātur, eò quòd vehementer inutiles sunt. His adiicimus etiam anathematizādum eum, si permaneat in eo proposito, cum sequacibus suis. Consequens enim erat, vt omnes in synodo conuenientes episcopi deponerent autorem scandalorum & schismatū in omni terrarū orbe factorū inter ecclesias, & concordarent in sententia cōtra eum iustè prolata. Sed præter vota spémque nostram, Serras & Stephanus, Heliodorus & Theophilus, in nostra sententia concordare noluerunt, neque in eius depositione subscribere, cùm scilicet Serras etiam aliam vesanam arrogantiam eiusdē accusaret Aëtij. Dicebat enim eum asperiora præsumere atque dixisse: quoniam ea quę Deus hactenus celasset Apostolis, reuelata sibimet affirmaret. Post huiusmodi vesanos superbosq; sermones à memorato Serrade Aëtio protestatos flecti precibus nequiuerunt, vt in nostra fierēt determinatione concordes. Veruntamen nos longanimitate detenti, multo tempore sustinuimus eos, nunc indignantes, nunc rogantes, nunc interminantes, nunc iterū supplicantes vt conuenirent nobiscum, & consona omni cōcilio definirent. Sustinebamus ergo si forsitan audirēt, si forsitā intelligerēt, si forte prospicerēt. Cumque multo tempore nobis perdurātibus non flecterentur, sequi sententiā super prædicto viro prolatā ecclesiæ honorabilius esse, quàm horū virorum amicitias iudicantes, finiuimus cōtra eos excommunicationē tēpus sex mensium ad agēdum pœnitentiam eis dātes inducias, vt si intra hoc tempus conuerterentur & consentirent definitionibus fratrum suorū, susciperentur in ecclesiam & propriam fiduciam charitatémq; reparārent. Si verò sine pœnitentia permanerent, amicitiásque hominum regulis ecclesiæ & concordiæ nostræ præponerent, tunc eos episcopatus dignitate esse iudicamus extraneos. Quibus depositis, necessarium erit vt in eorum locis alij constituantur episcopi, vt legalis ecclesia cōpetentem sumens ordinem, sibiipsi cōcordet, episcopis videlicet vniuersis seruantibus vinculum charitatis, eadémque cum perfectione dicendo in vno intellectu vnáque essentia. Vt ergo cognoscas, quæ concilio placuerint, hæc tuæ reuerentiæ scripta transmisimus, orantes vt gratia Christi ita custodiens, pacificè & legitimè regas sub te constitutas ecclesias.

Serras. Stephanus, Heliodorus.

Aëtij vana superba.

De Eunomio, & quomodo in Cyzico fuerit ordinatus, & inde rursus expulsus hæreseos autor extiterit. Caput 43.

HVnc porrò Aëtium Eunomius in suis libris extollit, & hominem Dei vocat, multisque fauoribus honorat. Sed tunc & abdicantiū eum numero interfuit, & ab illis episcopalem ordinationem ipse suscepit. Eudoxius igitur & Acacius cum suis præbentes consensum his quæ in Niceę Thracię gesta sunt, pro Basilio & Eleusio alios cōstituerunt episcopos: de quibus superuacaneum

Eunomius episcopus Cyzicenus. Eudoxius Constantinopolitanus quid consuluerit Eunomio.

caneum loqui nunc censeo. De Eunomio solum A habito sermone narrabo. Igitur cùm Eleusio viuo Cyzicenam ecclesiam accepisset Eunomius, & populi sanitatem videret Eudoxius, atq; Imperatorem conspiceret sæuientem contra eos, qui creatum profitebātur vnigenitum Dei filiū, eum compulit vt celaret hunc sensum, nec eum aperiret inuestigantibus accusatoribus: dicens Eunomio quoque, quoniā opportuno tempore prædicabimus quæ modò celamus & ignorātes docebimus, & contradicētes aut flectemus, aut cogemus, aut puniemus. His promissionibus persuasus Eunomius, obumbratam proferebat impietatē. Sed qui diuinis sunt enutriti literis, vidētes dictorum calliditatem molestè quidem ferebant. Apertè verò contradicere temeritatis opus esse & non sapientiæ iudicabant. Circumponentes ergo speciem sibimet hæreticæ prauitatis, & hoc se esse fingentes, accesserunt ad domum eius, rogantes vt eis exponeret apertè dogmatis veritatem: nec pateretur huc & illuc eos diuersisque ferri doctrinis. Tum ille factus audacior sensum quē celabat, aperuit. Quibus dicentibus valde esse iniquū, vt non omnes sub eo constituti veritate fruerentur, his & huiusmodi seductus verbis, in conuentu ecclesiæ suā blasphemiam reuelauit. At ille zelo suas animas accendentes, Constantinopolim profecti sunt. Et primùm quidem apud Eudoxium accusarūt Eunomium: quo eos nō susciente adeuntes principem pestem illius cum gemitu panderunt. Dicebant enim magis istius dicta impia esse, quàm Arij. Pro his indignatus Imperator, præcepit Eudoxio, vt deduceretur Eunomius, & conuictus sacerdotio priuaretur. Cumque frequenter ab accusatoribus importunitatē passus Eudoxius B declinaret, adierunt rursum Imperatorem, ingemiscentes, quòd nihil eorum quæ præceperat, fecisset Eudoxius, sed tantam contemneret ciuitatē blasphemiis Eunomij pereuntē. Tunc Cōstantius expulsurū se interminatus Eudoxiū est, nisi Eunomium iudicandum deduceret, & conuictū in accusatione puniret. Hoc metuens Eudoxius scripsit Eunomio, vt de Cyzico fugeret, sibique id imputaret, qui nequaquam ipsius monitionibus obedisset. Verū Eunomius metuens abscessit quidem: sed contumeliam non ferens, proditionis accusabat Eudoxiū, læsumque se & Aëtium asserebat, ac deinde gregem proprię cohortis instituit. Quicunque enim eius dogmatis concordiam sequebantur ab Eudoxio recesserunt proditionē accusantes eius, sociātes semetipsos Eunomio, qui hactenus ab illo nomē ha- D bere nosc untur. Hinc ergo hæresiarches factus Eunomius, impietatis cumulo auxit Arij blasphemias. Quod verò ambitionis seruiēs passioni, proprium probetur fecisse collegiū, ipsa quæ sunt gesta, clamant. Nam cùm abdicatus Aëtius fuisset & expulsus, cum eo regressus nō est, licet doctorem eum & Dei hominem nominaret, sed mansit cōiunctus Eudoxio. Cùm autem impietatis pœnas exigeretur, ratum non habuit concilij decretum, sed ordinauit episcopos atque presbyteros episcopali dignitate priuatus.

Eunomius accusatur apud Imp.

Eunomius fugit

Eunomiani, Aëtianos dicebant.

SOCRATES.

De Apollinare patre simul & filio & eorum hæresi. Caput 44.

PEr idem tempus in Laodicia Syriæ duo erāt viri, eodē nomine nuncupati, pater & filius: vterque dicebatur Apollinaris. Pater presbyteri dignitate fungebatur, filius autem habebat Lectoris officium, Græcarum ambo doctores literarum. Pater Grammaticus, filius erat Rhetor. Pater sanè cùm fuisset Alexandrinus genere, & prius docuisset Beryti, postea venit Laodiciam: & veniēs duxit vxorem, & filium habuit Apollinarem. Tum igitur ambo exercebātur cum Epiphanio Sophista: & cùm essent eius amici, valde fouebant eum. Hoc metuens Theodotus Laodicensis episcopus, ne frequenti confabulatione Sophistæ laberentur in Paganismum, prohibuit ne ad eius scholas accederent. Qui parui pendentes episcopum Epiphanij amicitiā magis amplectebantur. Postea Georgius Theodoti successor, cum eos prohibere nō potuisset, amC bos communione priuauit. Tum Apollinaris filius putans esse iniuriam, & fretus eloquij tumore Sophistici, nouitatem & ipse introduxit, hæreseos, quæ nunc fertur nomen ab inuentore gerens. Aiunt enim quidam excitatos eos aduersus Georgium, non tantum propter prædictam causam, sed quòd viderent eum varia dogmata proferentem: & nunc quidem profitentē similē patri filium, sicut erat Seleuciæ constitutū: nunc autem in Arianam declinare sententiam. Quapropter velut opportunam sumētes occasionē, abscedunt. Cúmque nullus de eis curaret, sub schemate religionis pestem hæreseos introducunt. Et primum quidem dicebant, animam à Deo verbo in dispensatione incarnationis non assumptam. Deinde quasi pœnitentia ducti corrigentes semetipsos adiecerunt: Animā quidem assumptam, quæ tamen non haberet mētem, sed Deum verbum esse pro mēte in homine assumptum. Circa hoc itaque solum dicūtur esse corrupti, qui nunc illorum nomine vocitantur. Nā trinitatem consubstantialem esse profitentur.

Apollinaris Grāmaticus. Apollinaris, Rhetor. Epiphanius sophista gentilis.

Dogma. An.do.379. Apollinarista.

THEODORITVS.

Quomodo Iacobi episcopi orationibus, Persarum rex nō valuerit prævalere Romanis. Caput 45.

CVm inter hæc Sapores rex Persarum cōtra Romanos expeditionem mouisset. Constantius cum magno exercitu veniens Antiochiam, fugauit hostes. Quod non militia Romanorū egit, sed Deus qui colitur à Romanis. Modum autem enarrabo victoriæ. Nisibis quā quidam Antiochiā Mygdoniam vocant, in confinio posita est Perficarum Romanarúmq; terrarū. Huius erat episcopus atque rector & dux Iacobus Apostolicæ gratiæ radiis illustratus. Cuius admirabilia notáque miracula alibi prosecutus hic rursum enumerare superuacaneum iudicauit. Sed vnū tantūmodo eius opus, istius causa narrationis exponā. Huius igitur ciuitatem Romanis subditā Persarum exercitus obsidebat. Et cùm septuaginta dies iugiter obseruaret, & multas quidē cepisset ciuitates, plurimáq; circa hāc molimina posuisset, & vallos atq; fossas pro capienda vrbe fecisset, eā nequaquā valuit obtinere. Postea verò Persæ impetū Mygdonij fluminis ciuitatē mediā diuidētis à lōgè retinentes & vtrasque ripas eius faciētes celliores, vt aqua in

An.do.357. Saporis rex aduersus Ro.

Nisibis quæ & Antiochia Mygdonia. Iacobus episcopus Nisibenus.

Sapores rex obsidet Nisibin. Mygdonius fluuius.

G

Universidad de Deusto
Biblioteca

se collecta concresceret, quòd vi maiori posset E irruere, cùm vidissent iam etiam illas quas fecerant sublimes ripas impleri, subitò auferentes quas fecerant cataractas, emiserunt impetū fluminis contra murum: qui vehementis aquę pōdus non ferens, est inclinatus, & cecidit. Quo facto, ingrediens aquæ cum magno impetu, etiam aliam partem muri, vnde fluuius solebat exire, cum magna ruina deposuit. Hoc Sapores inspiciens, speravit se sine pugna capere ciuitatem. Et illo quidē die quieuit, vt & fundus fluminis puraretur, & posset ambulari per fluuium. Altero verò die cum omni militia credens per loca ruinosa murorum ciuitatem intrare, vidit murū ex vtraque parte fabricatum. Ille namque sanctissimus homo orationibus milites coarmauit & alios vrbis habitatores. Quo facto & murū restituit, & propugnacula fecit, quibus repelleret p accedentes. Et hoc non ad murū veniēs egit, sed intrā templum sacratū domino supplicās adimpleuit. Porrò Saporem nō solū muri fabrica terruit, sed etiā altera visio perturbauit. Vidit enim stantem supra murum quendam Imperiali schemate circumamictū, & tam purpura quàm diademate refulgere. Arbitratus autem esse Romanorū Imperatorem, mortem minatus est eis, qui nunciauerant non illic eum esse præsentem. Quibus affirmantibus se vera dixisse, & Constātium Antiochiæ commorari, ex vultu quem videbat agnouit eorum verba esse veracia, & ait: Deum bella gerere pro Romanis. Cumque hoc illum malè haberet, infelix sagittā emisit in aërē. Et cùm vidisset quòd in corpore eū iaculari nō potuisset, tamen à vesaniæ suæ impetu nō recessit. Tunc igitur Ephrem vir mirabilis, & scriptor egregius apud Syros, sacratissimo Iacobo supplicabat, vt veniret ad murum, & videns Barbaros, maledictionis iacula contra eos emitteret. Flexus ergo venerabilis homo, ascendit in quādam turrim: & cùm millia milliū videret exercitus, aliam maledictionem eis nō imprecatus est: nisi cinyphes & culices, vt per parua animalia superna virtutē potuissent agnoscere. Orationem verò sequutæ sunt nebulæ cinyphum & culicū. Et elephantorum quidē proboscidas cùm sint concauæ, equorum verò aliorūmque iumentorū aures simul & nares impleuerunt. At illi ferre vim paruorum animalium non valētes, sessores suos ductoresque excussos dorsis proiecerunt, & disruptas acies confuderunt: exercitúmq; relinquentes summo impetu fugiebāt. Hoc modo misertus Imperator paruam clementémque correptionem in se cognoscens factam, à Deo habente prouidentiam animarū ipsum pie colētium, suum inde reduxit exercitum. cōfusionem non victoriam ex illa obsidione percipiens.

Ephrem syrus.

Imprecatio Iacobi in Persas.

De concilio denuò apud Antiochiam congregato. Caput 46.

HOc itaque tēpore Constantius Antiochiæ morabatur. Et Parthico bello quiescente rursus colligebat episcopos, cogens omnes negare verbum & vnius substantię & alterius substantiæ. Verùm cum Eudoxius post Leontium Antiochenam arripuisset sedem, deinde pulsus post multa concilia, cum Constantinopolitanū

ἑτεροούσιον. ὁμοούσιον.

Consultatur de episcopo Antiochenis præficiendo.

iniquè tenuisset episcopatum, Antiochena ecclesia pastore priuata videbatur. Tunc ergo cōuenientes episcopi cùm essent plurimi & vndique congregati, dicebant Imperatori, oportere primo pastorem constitui, & ita cum illo de dogmatibus cogitari.

De translatione sancti Melitij ad Antiochenum episcopatum, & de eius expositione de vnitate Trinitatis. Caput 47.

An. do. 363. Melitius & eius doctrina.

ILlo tempore sanctissimus Melitius ciuitatem quandam Armeniæ regens & Barbaros edocens quietem habere videbatur. Quem putātes Ariani ipsis consentire, petierunt à Constantio, vt Antiochenæ constitueretur præsul ecclesiæ. Cum quibus etiam orthodoxi propter claritatē eius vitæ & sanitatem rectorum dogmatum, in eius subscripsere decreto, ipsúmque decretum vtraque pars Eusebio Samosateno commendauit episcopo. Veniēte verò Magno Melitio, occurrit ei populus vtrinque partis. Cum quibus Iudæi pariter & Pagani desiderantes celebratissimum illum videre Melitium. Tunc Imperator & ei & aliis qui exponere poterant, iussit, vt populis explanarent locum illum: Dominus creauit me in initio viarū suarum in opera sua: præcipiens vt exceptores eorum verba conscriberent. Et primum quidē Georgius Laodiciæ fœtorem hæreticæ pestis euomuit. Post quem Acacius Cæsareæ quandam nisus mediam proferre doctrinam, multum ab illorum blasphemia recessit, non tamen summum apostolicæ integritatis dogma seruauit. Tertius autem magnus surrexit Melitius, & rectitudinē regulæ in sacra disputatione monstrauit. Nam veluti quodā pondere veritatis vtēs, & quod plus, & quod minus erat, cuitauit. Cumq; turba vniuersa faueret, rogans vt breuem eis doctrinæ daret imaginē, tres ostendens digitos, deinde colligēs duos, & vnū tendens, illā laudabilem prorulit vocē: Tria sunt quę intelligūtur, sed tanquā de vno disputamus.

Constantius inhet episcopos hunc locū: Dominus creauit me &c. populo exponere.

Procer. 8. c Georgius Laodicenus Acacius Cæsariensis.

Ephrem syrus.

Imprecatio Iacobi in Persas.

SOZOMENVS.

Quod expulso Melitio Eunomius Arianus Antiochiæ ordinatus sit episcopus. Caput 48.

Melitius quod ore clarus, qui non sinitur, manu designat.

EO tempore fertur Archidiaconus eius ecclesiæ, adhuc eo loquente, extensa manu eius os obstruxisse. At ille suam sententiam manu clarius quàm voce signauit. Tribus enim apertis digitis & denuò clausis, & vno tantum digito rursus extenso populo figura diuulgabat, quod tres vnum sint. Deinde Archidiacono eius manum ore omisso tenente, libera voce, clamabat, Nicænam seruari debere concilium.

THEODORITVS.

Melitius in exilium proteritur. Eunomius Alexandrinus.

Contra hanc doctrinā Ariani calūniæ linguas exacuerūt, Sabellianū asserentes Sanctū esse Melitium. Ob quā rē principi suaserūt, vt in propriā prouinciā in exilium mitteretur. Et supradictus Eunomius aperte Arianū dogma laudauit. Hūc enim cū Ario Magnus Alexāder diaconatu priuauerat. Hoc itaq; facto, sanº populus ab hereticis diuisº in Apostolicā ecclesiā posità, loco qui dicitur Vetus, conueniebat. Annis namque triginta A postquàm magnus Eustathius fuerat expulsus, orthodoxi Arianorum onera sunt perpessi, rerū mutationem vtilem sustinentes.

Quomodo Iulianus negata Christiana religione bellum contra Constantium parabat, & de morte Constanty. Cap. 50.

An. do. 363. Victoria Iuliani aduersum Alemānos circa Argentoratum. Iulianus appellatur Augustus.

HÆc igitur apud Orientales agebantur ecclesias. Interea Iulianus Cæsar bello deuincens Barbaros apud Rhenum fluuium residentes, alios quidem peremit, alios cepit: claráque victoria decoratus, cum mediocritate vitæ arq; māsuetudine militibus gratus esset ab eis appellatur Augustus. Hoc facto, nihil de Constantio cogitans, Iudices ab illo factos honoribus mulcebat: & ad illius inuidiā literas proferebat, quibus ostēderet eum propter bellum contra Magnētium gestum, in Italiam Barbaros induxisse. Repēte verò religione mutata, cùm prius Christianus esse putaretur, semetipsum Pontificē nominauit: & veniēs ad templa Paganorum, sacrificabat, subiectísq; talia colere suadebat. Cumq; Constātius propter bellum Persicum apud Antiochiam moraretur, sperās ille quod sine bello posset Illyricum occupare, ad eos agebat iter, dicens se velle Constantio satisfacere tanquā non sponte sed voluntate militum insulas imperij suscepisse. Fertur itaque cùm ad hos terminos accessisset, vindemia iam collecta, circa occasum Pleiadum vuas denuò fuisse prolatas. Insuper etiam imbre ex aëre descēdente, in eius veste simul & cæterorum guttas singulas crucis formasse signacula. Hoc facto, videbatur & ipsi & aliis, quod botris extra tēpus illatis, bonum rei panderetur indicium: imber autem cadens vestē supra quam ciderat, roboraret. Alij verò dicebant, vuarum signum, quod præter tempus sit, significare perditionem imperatoris instar huiusmodi borrorum, & parui temporis fore eius imperium. Porrò de cruce dicebant prænunciare hoc signum, quod sit cœleste dogma Christianorū, & oporteat signari cunctos crucis indicio. Vnde cognoscitur quod † diuersius interpretati quā dixerat Imperator, veritate frandati non sunt: vtrunque enim opportunè dictum sequens tempus ostendit. Cum audiret itaq; Cōstātius cōtra se venire Iulianū, instructione belli Partici omissa, Constantinopolim veniebat.

Vocat se Pontificem Gentilium.

Prodigia.

Notæ crucis in vestibus.

† *Diuersa.*

SOCRATES.

Mopsi sepulchrum Constantius Aug meritur. An. do. 363.

Et apud Mopsucrenem inter Cilicas atque Cappadocas, nimia cogitatione, apoplexiæ passione defunctus est. Consulatu Tauri & Florentij, tertio die Nouembris mensis, anno vitæ suæ quadragesimo & quinto: ex quibus tredecim regnauit, viginti quinque post illum.

SOZOMENVS.

Iulianus imperator fit. An. do. 364.

Quo defuncto, Iulianus quidē iam Thracias obtinebat. Et non post multum Constantinopolim veniens, appellatus est Imperator.

Decretum Melitij repetitur ab Eusebio Samosatensi. Ariani.

POrrò mirabilis Eusebius, cui modo memini decretum fuisse commendatum, videns præuaricationem pactorum circa Melitium meditatam, ad suam reuersus est ciuitatem. Ariani verò C scriptum testimonium metuentes Constantio suaserunt, vt mitteret qui decretum de Melitio factum, ab Eusebio reuocaret. Tunc missus est veredarius, qui hæc velociter adimpleret. Quūque venisset, & Imperatoris verba nuntiasset, tunc Eusebius admirandus, commune, inquit, depositum non restituam, nisi omnes qui tradiderunt, dicant. Quod dum qui fuerat missus renunciasset, indignatus Imperator, denuo misit vt redderet quod accepit, adiciens scripto, vt si reddere nollet, dexteram manum eius abscinderet: verbo tamen iubens illi quem misit, ne faceret quod habebatur in literis. Quumque epistolam legisset Eusebius, & inuenisset pœnā ab Imperatore dictatam, cum dextera manu obtulit & sinistram, ambas incidi petens. Nam decretum, inquit, non dabo clarum Arianæ pestis indiciū. Hanc eius firmitatem Constantius videns, laudauit egregiè. Mirantur enim & impij resistentium sibi laudes, cùm gestorum magnitudine superantur.

Eusebij constantia.

SOZOMENVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER SEXTVS.

SOCRATES.

De Iuliani genere ac disciplinis, & quomodo peruenerit ad imperium.

CAPVT PRIMVM.

NVnc igitur de Iuliano pauca dicēda sunt, eiusq; genere, ac eruditione, & quomodo venerit ad imperium. Constantinus, qui Byzantiū suo nomine Constantinopolim appellauit, duos habuit ex eodem patre, non ex eadem matre, germanos, quorū vnus Dalmatius, alter Constantius vocabatur. Et Dalmatius quidē habuit fuit nominis filium: Constantius autē duos habuit natos, Gallum, & Iulianum. Post mortē Constantini conditoris Constantinopolitanæ ciuitatis, quum milites iuniorem Dalmatiū peremissent, tū & isti, defuncto iam patre, penè mortis periculum cum Dalmatio sustinuerant, nisi Gallum quidē ægritudo, quæ putabatur ineuitabilis, liberasset: Iulianum verò ætas infantilis: erat enim annorum octo. Cumq; ab eis seruor Imperatoris quieuisset, Gallus circa Ephesum apud doctores erat, vbi etiam à progenitoribus possessiones habebat. Porrò Iulianus cretcēs, in auditoriis Constātinopolitanæ vrbis exercebatur in Basilica vbi doctores erant, habitu pedato procedens. Habebátque pædagogum eunuchum nomine Mardonium, Grammaticū Nicoelem Laconem. Rhetoricā verò legebat apud Ecebolum Sophistā tūc Christianū. Quod prouidentia sane Constantij factum est, ne apud Paganum Sophistam legens, ad eius superstitionis dogma declinaret. Erat enim Iulianus ab initio Christianus. Cumque lectione proficeret, fama per populum volitabat, quod posset etiam Romanam gubernare rempublicam. Quod dum latius pāderetur, æstuationem induxit Imperatori Constantio. Quamobrem amouit eum ab vrbe regia, & misit Nicomediam, præcipiens ne accederet Libanium Sophistam, Syrum. Tūc enim Libanius à pædagogis Constantinopolitanis expulsus, Nicomediæ degebat. Prohibebatur autem Iulianus apud Libaniū legere, eo quod Paganus esset: veruntamen librorum eius lectionibus vtebatur. Cumque proficeret in Rhetorica, superuenit Nicomediā Maximus philosophus, non ille Byzantius pater Euclidis, sed Ephesius, quē postea quasi artes Magicas exercētem, Valētinianus Imperator præcepit occidi. Tū igitur nō ob aliam caussam Nicomediam venerat, nisi

Constantinopolis vnde dicta.

Dalmatius Constantius Gallus Iulianus.

Gallus Ephesi instituitur, Iulianus Constantinopoli. Mardonius. Nicoeles. Ecebolus.

Libanius Sophista.

Maximus philosophus.

E Iuliani fama pertractus. Apud quem Iulianus cū studia philosophica prægustasset, cœpit etiā doctoris imitari religionem. Is enim etiam imperij cupidinem animo eius immiserat. Quum hęc non lateret aures Imperatoris, inter spem metúmque constitutus, suspicionem celare volens (quia qui dudū integer fuerat Christianus, postea proditor est effectus) tonsus monachicam simulabat vitam: & latenter exercebatur in philosophia, in manifesto autem sacros Christianorum legebat libros. Denique in ecclesia Nicomediæ Lector est constitutus: & sub hoc habitu furorem declinauit Imperatoris. Hæc equidem ex timore faciebat, nequaquam à spe recedens quam mente conceperat. Dicebátque plurimis amicorum suorum fœlicia fore tempora, quibus ipse rerum potiretur imperio. Dum hæc itaque contra eum sic agerentur, Gallus germanus eius Cæsar constitutus venit Nicomediam visurus ipsum cum proficisceretur ad Oriētem. Paulò post verò perempto Gallo, repente Iulianus quoque fit suspectus Imperatori qui etiā eū custodiri præcepit: & cùm fuga elapsus fuisset, diuersa loca circūeundo, seruatus est. Vixque tandem vxor Imperatoris Eusebia cæsarum ineniens, supplicauit Imperatori vt nihil mali pateretur, sed vt potius ad philosophandum mitteretur. Athenas.

Iulianus fingit se Christianum.

Iuliani fuga. Eusebia vxor Constantij.

THEODORITVS.

Cœpit igitur Iulianus Imperialia sceptra desiderare. Quamobrem discurrens per vniuersam Hellada, vates quærebat responsa reddentes, cōsulens an ad suum imperium peruenireti inuenitque virum qui illi desiderata se disere fateretur. Is eum perducens ad quendam idolorū locum, & introducens in adytum, seductores dæmones euocauit. Quibus solenniter apparentibus, terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis formare signaculū. Tunc dæmones trophæi dominici figuram respicientes, & suæ recordati deuictionis, repente disparuerūt. Quod cognoscens Magus, cœpit inculpare Iulianum. At ille & terroré significauit, & de crucis se dixit obliuisse virtute, eo quod videntes hoc signum dæmones euanuissent. Porrò Magus Nō hoc suspiceris, inquit, ô bone vir, eos timuisse sicut ais, sed abominari hoc signum potius abscesserunt. Et ita capiens miserum odio repleuit Christiani signaculi Iulianum.

Consulit vates.

Miraculum.

SOCRATES.

Post hęc igitur Imperator euocauit Iulianū & cōstituit Cæsarē: dansque ei coniugem Helenā sororē suā, cōtra Barbaros eū destinauit ad Gallias. Hi nanq; Barbari, quorū Imperator Cōstā-

An. do. 362.

Helena vxor Iuliani Alemanni.

tius contra Magnentium auxilia perierat, cū nihil profuissent contra tyrānum, Romanorū vastabant vrbes. Quum esset ergo adolescens Iulianus, iussit Imperator vt præter consiliū Ducū nihil moliri præsumeret. Quumque illi accepta potestate negligētius agerent, & propterea Barbari superarent, tunc Iulianus Duces quidē de iudiis vacare permisit. Sumens autē milites, eisq; spolia peremptorum hostium compromittens, initium vincendi Barbaros fecit. & amorem sui militibus inseruit. Fertur itaque cum in quandā ciuitatem fuisset ingressus, quod corona laurea, quibus solent ciuitates ornari, inter columnas pendens, rupto fune super eius caput deciderit, eumque aptissimè coronauerit. Quo facto, cuncti clamauerunt id ei signum fore imperij. Aiunt verò quidā, Constantiū propterea eum contra Barbaros misisse, vt ibi interiret. Sed nescio an vera suspitio fitnā qui ei germanam dedit vxorem, si hoc cogitasset, contra se magis insidias excitaret. Quum igitur Iulianus apud Imperatorem de Ducum negligētia quereretur, alter mittitur magister armorum, eius alacritati conueniens. Cuius ministerio cum barbaris confidenter est congressus: & quum illi per Legatos literas Imperatoris eos ad prouincias inuitātis ostēderent, tunc ille Legatos eorum coniecit in vincula: factáque congressione vicit, ita vt etiā captum regem Constātio mitteret. Hac fœlicitate prouectus, à militibus appellatur Augustus. Quumque corona deesset Imperialis, vnus siguiferorum torquem quem habebat in collo sumēs, Iuliani capiti circumposuit. Hoc ergo modo Iulianus Imperator est factus. Quæ verò postea gesserit ille Philosophus, iudicēt audientes. In ipso namque principio non missa Legatione ad Constantiū, nec animū benefactoris placans, quicquid sibi visum esset, agebat, modo Iudices immutando Prouinciales, modo derogādo Cōstantio, & per vrbes singulas publicè relegendo ab illis Barbaris definitas epistolas. Quāobrem plurimi cum sequebātur, à Constātio recedētes. Tunc igitur etiā figmentū Christianissimi quod habebat, abiecit. Et quum circūiret diuersas vrbes aperiens templa idolis offerebat, & seipsum Paganorū Pōtificem nominabat. Cumque talia gereret, intestinum bellum contra Constantium quæsita occasione parabat: & quantū ad eū perhei potuit. Non enim sine multo sanguine studium eius philosophiæ poterat adimpleri, nisi Deus consiliorū iudex, alterū sine alterius concertatione sustulisset. Nā cū veniset Iulianus ad Thracias, nuntiatū est mortuū esse Constantiū. Et hoc modo intestino bello Romanū liberatur imperiū. Veniens autē Iulianus Cōstantinopolim cogitare cœpit quemadmodū sibi populum cōplacaret, & illius fauorē decenter acquireret. Quod hac arte fecit. Bene namque sciebat Constantiū ab omnibus populis nomen Consubstantialitatis amplectētibus odio haberi: ob quā rem ab ecclesiis videbantur exclusi. & episcopi cōfiscati, inque exiliū relegati. Simul etiam nouerat & Paganos fuisse contristatos prohibitione sacrificiorū, & desiderare adipisci tēpus quo ipsorū aperirētur tēpla, & haberent idolis immolandi potestatē. Sic igitur vtrunq; populū mœroribus exulceratū à defuncto cognoscens,

Alemanni profligati à Iuliano.

Iulianus populi fauorem conatur sibi comparare. An. do. 363.

Eusebius eunuchus.

Iuliani gesta & scripta.

A & communiter omnes de Eunuchorū violētia, & præcipuè Eusebij rapinis ingemiscentes, apud omnes seipsum artificioso velamine cōmendauit: & aliis quidem fingebat, aliis autem per vanam gloriam largus erat. Omnibus tamē in cōmuni qualis esset religione monstrabat. Et primùm quidem crudelitati Constātij circa subiectos derogans, & eum coram populo vniuerso redarguens, iuber episcopos in exilium deportatos reuocari, & confiscatas eorū reddi substātias. Templa quoque Paganorū velociter suos necessarios præcepit aperire. Eos autem qui fuerant ab Eunuchis oppressi, recipere quæ malè ab eis fuerant abrepta sanciuit. Eusebium verò præsidentem Imperiali cubiculo morte damnauit, non solùm quia multos oppresserat, sed quia Gallum quoque fratrem suum eius accusatione B audierat interemptum. Et corpus quidem Constantij regio honore sepeliuit. Expulitque palatio Eunuchos, tōsores & cocos. Eunuchos quidem quia eius vxor obierat, postquā non duxit aliam. Cocos autem, eo quod cibis simplicibus vteretur. Tonsores autem, vnus (inquit) sufficit multis. Scriptorū autem plurimos fortunæ antiquæ restituens, reliquis suam mercedē scripturæ dari præcepit. Abscidit quoque etiam Publicū cursum mularum & caballorum, quos publicis iussit vtilitatibus ministrari. Hæc eius opera laudant pauci, plurimi vituperant, quod remoto fastu Palatij contemptibilis videretur Imperiū. Is etiam noctu vigilans conscribebat libros. Et descendens in Senatu publicè recitabat. Solus enim Imperatorum à Iulio Cæsare in curia Senatus recitauit orationes. Honorabat quoque disciplinarum cultores, maximè philosophātes. C Quamobrem vndique fama cōgregabat huiusmodi viros confluentes circa Palatia, qui circūamicti palliis magis habitu quàm magisterio agnoscebantur. Eranque graues vniuersis Christianis, seductores viri, & Imperatoris semper religioni fauentes. Habens itaque Iulianus immodicū vanæ gloriæ vitiū, cunctos ante se principes lacerauit in libro quē de Cæsaribus scripsit. Hac ergo arrogantia motus, etiā cōtra Christianos conscripsit libros. Vt ergo cocos atque tōsores expelleret, opus philosophi, non tamen Imperatoris fecit: vt autē detraheret atque lacēraret, neque Philosophi, neque principis fuit.

SOZOMENVS.

Quamodo Iulianus ad ritum deuenerit paganorum, & de sacrificiis idolorum. CAPVT 2.

D

FErunt itaque mox in ipso principio Iuliani adeò apertè & impudenter negasse Christianam fidem, vt quibusdam sacrificiis & inuocationibus, quas expeditiones Pagani vocant, & sanguine immolationū, nostrū baptisma sterneret ablui, & abrenūtiare ecclesiasticæ professioni. Ex illo enim tēpore tā secretè quàm publicè & in tēplis, licenter Pagani sacrificia celebrabāt. Fertur verò, quod cùm aliquādo sacrificaretur, ostēsum sit ei in visceribus pecoris immolati, signaculum crucis corona circundatū. Quo viso, alios quidē sacrificij ministros fuisse perterritos, reputātes videlicet huiusmodi religionis virtutē & Christiani dogmatis æternitatē: eo quod co-

Iulianus August. abluit baptismam.

Prodigium coronatæ crucis in extis visæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rona quæ circundabat crucem, victoriæ esset indicium: & quia ambitus circuli à suo principio nusquam terminaretur, sed magis reuerteretur in semetipsum. Cumque cæteri mirarētur, princeps huius scientiæ confortauit eos, dicēs, prospera & vtilia sibi indicia fuisse monstrata, & quod magis signum dogmatis Christiani coerceretur, nec ei quò vellet dilatari, liceret, termino circuli circumsepto.

THEODORITVS.

Iulianus lector est ordinatus ob metum.

Iulianus enim metuens Constantium, quod genere proximos tyrannidis formidine perimeret, Lectorum sociatus est choro, & diuinos codices in ecclesia populo audiente legebat. Nam & Basilicam martyrum ædificauit, quam diuina prouidentia non susceperit.

SOZOMENVS.

Quomodo etiam ante Imperiū latenter fuerit Paganus. Caput 3.

Iulianus & Gallus templū Mamæ erigēdum locant. Prodigium.

CVm adhuc pueri Gallus & Iulianus in Cappadocia agerent, aiunt, habuisse eos tunc studium, vt maximam Basilicam ad sepulturam martyris Mamæ extruerent: & inter se diuiserūt opus. Cumque ambo certarent in ædificio, vt alter alterum superaret, fertur quoddā prouenisse miraculum: & nisi hactenus superessent, qui hęc se audiuisse ab inspicientibus narrarent, videretur forsitan incredibile. Galli nanque pars augebatur & omninò crescebat: Iuliani verò labores, alij quidē fodiebantur, alij terra ipsa vomēte ruderibus implebātur. Aliquando deposita fundamenta terræ copulari non poterāt, perinde ac si quædam violenta virtus ex loco inferiore ea repercutiēdo depelleret. Quæ causa cunctis apparabat esse prodigiosa. Ex illo nanq; colligebāt non esse virū illū in religione Christiana sanum.

Quām fuerit Iulianus Christianis infensus. Caput 4.

An. do. 364.

CVm igitur solus tenuisset imperium, templaque reserasset, & alia repararet, omnem deuotionem etiam ministris templorum affluētius impendebat. Sæpe verò ciuibus in cōmune rescripsit, vt ad paganos accederent ritus, & eius donatione fruerentur, Christianis se inimicum apertè designans, ita vt neque venire ad se eos vellet, neq; Legationes eorū susciperet. Deniq; cum Persæ mouissent bellū, Legationem mittentibus Nisibinis tanquam omnibus Christianis, & neque templa reserantibus, neque ad eorū sacra venire volentibus, interminatus est non se auxilium præbiturum, nec legationē quasi pollutæ ciuitatis esse susceptūrū. neque ad eos prius accessurum, nisi cognosceret in Paganismū esse mutatos. Hoc etiam apud Palæstinam questus de Constantiensibus delegauit. Hic enim locus cùm esset Gazæ portus, & Maioma vocaretur, essetque Christianis plenus, à Constantino dignitatem meruit ciuitatis, & ex filij eius nomine Constantia nuncupata est. Iniustum enim arbitratus est Constantinus, vt Paganis subdita vi-

Maioma. Constantia.

deretur esse Gasensibus. Tunc ergo Iuliano regnante, litem Gazæi Constantiensibus intulerunt. Quo Iudice residente, Constātiam rursum eis subdidit, distantem propemodum stadiis viginti. Et ex illo, sublato priori nomine Gazæ Maritimæ vocabulo nuncupatur. Habebat enim cō munes Iudices atque Duces: sola verò iura ecclesiæ duas videntur ostendere ciuitates: vtraq; enim suum episcopum habet & clerum. Et Virgiliæ martyrum atque Collectarū apud eos seorsum fiunt, & termini vtriusq; episcopatus ecclesiæque constituti sunt. Quodam tempore defuncto Maiomeno pontifice, quidam præsulum ecclesiæ Gazæorum studuit vtrunque cleru suæ ditioni submittere, fas non esse dicens, vt vni ciuitati duo episcopi præsiderent. Resistētibus Maiomenis, deliberauit prouinciæ synodus, vt eis proprium ordinaret episcopū, oportere credens eos qui sub Constantino pro pietatis religione ciuitatis habere priuilegia meruissent, & Pagani Principis iudicio hæc amisissent, in sacerdotiis & ordine ecclesiarum nequaquā dato antiquitus honore priuari. Ea quoque tempesta te Cæsaream Cappadociæ maximam ac fœlicissimam ciuitatem ita vocari prohibuit, eiúe appellationem antiquam Cæsaris abrogauit, quā à Claudio Cæsare promeruerat. Nam prius Mazaca vocabatur. Habebat enim odium eius antiquitùs, eò quòd omnis eius esset populꝰ Christianus, & templum apud se Iouis & patrij destroxisset Apollinis. Nam cū etiam eo regnante, Fortunæ sacellum quod solum remanserat, à Christianis fuisset euertum, ciuitati crudeliter erat infestus: & Paganorum populos illic habitantes, valde culpabat, qui semetipsos vlti nō essent, & quidlibet pro Fortuna sustinuissent. Omnes verò possessiones atque pecunias Cęsariensium ecclesiarum cum verberibus exquirens, in medium iussit afferri. Moxque ex eis trecentas auri libras in ærario publico collocauit. Clericos autem vniuersos aggregari inter milites iussit, Duci prouinciæ seruituros, quod est nimis graue & vehemēter iniurioſum. Populum verò Christianorum cum vxoribus ac filiis inscribi præcepit, & tanquam vicaneos tributa persoluere. cum interminatione iurās, quod nisi templum rursus festinanter ædificarēt, & ciuitatem valde affligeret, & ne quidem capita sua Galilæos habere permitteret. Sic enim solebat vocare Christianos. Quod fortè euenisset, nisi fine celeri defecisset.

Mazaca. Templa idolorum à Christianis destructa. Thesauri ecclesiastici Cæsarienſibus adēptus. Clerici cogūtur militare. Galilæos Iulianus vocat christianos.

Quod initio Imperij sui magis pepercerit christianis. Caput 5.

INitio namque parcens Christianis, clemētior visus est, sciēs priores persecutores nihil profecisse ad augmentum Paganismi, quod punissent Christianos: qui magis hinc creuerint, & facti fint gloriosi pro vero dogmate morientes. Inuidens igitur illorum gloriæ, a tormentis abstinuit, iudicans esse necessarium, vt sermone potius & admonitione Paganismum colendum populo suaderet, credens etiam hinc se monstrare clementem.

Quomodo Maret, episcopus chalcedonis in faciem redargueris Iulianum. Caput 6.

Iulianus ob turgatur à Maret.

FErtur enim, quum Constantinopoli apud Fortunam sacrificaret vrbis, accessisse ad eū Mares episcopus Chalcedonis, & publicè impiū & ἄθεον, id est, sine Deo, apostatamque vociasse illum, verò solam ei improperasse cæcitatē: erat enim senex, & propter imbecillitatem oculorū manu alterius agebatur. Super hæc volēs etiam lacerare Deum, consuetè dixit: Neque Gallileus Deus tuus curare te potest. Respondens verò Mares dixit. Ego, inquit, Deo meo pro cæcitate gratias ago: quia hoc ideò factum est, ne te videā pietate nudatum. Imperator autem nihil respondens abscessit. Sic enim putabat potius roborari Paganismum, si se patientem ac mitem Christiano populo demonstrasset.

Maratis responsum.

Quod eos qui fuerant depertati à Constantio, reuocarit. Caput 7.

Subdola Iuliani in Christianos clemētia.

HÆc itaque faciens, eos qui fuerant à Cōstantio fugati propter religionem reuocauit, & confiscatis patrimonia sua restituit, præcipiens populo vt nullum læderent Christianum, neque nolentem sacrificare compellerent: sponte verò accedentes ad aras, prius expiari apud dęmones, purgarique solitis eorum sacrificiis præparabat. Clericis autem omnia priuilegia, honores, consuetudinesque subtraxit, & leges positas pro eis soluit, ipsosque Curiæ tradidit: simul & à virginibus & viduis quę pro penuria inter clericos alebantur, iussit exigi ea quę pridem à publico accepisse videbantur. Constantinus enim Imperator disponens res ecclesiarum vnicuique ciuitati prospexit, vt clerus sufficientia emolumēta perciperet, & hoc lege firmauit: quod hactenꝰ mortuo Iuliano seruatur. Hanc exactionē aiunt valde fuisse crudelem. Auferebat enim subinde pecunias, & ornamenta sacra templaque sub Cōstantino & Constantio fundata destruebantur: datæ ad ædificia pecuniæ rursus exigebantur. rursus exigebantur. Hac occasione sacerdotes, & clerici, & populus Christianus crudeliter vexabantur.

Virgines & viduæ pauperes ex publico alebantur. Clericorū priuilegia & honores.

SOCRATES.

De seditione apud Alexandriam orta contra paganos. Caput 8.

PEr idem tempus in Alexandrinorum maxima ciuitate contigit ex huiusmodi causa seditio. Erat locus quidam in ciuitate antiquis tēporibus desolatus atque neglectus, multaq; sordes completus: hic Pagani olim Deo Mithræ sacrificantes, homines immolabant: quem locum Constantius quasi vacantem ecclesiæ Alexādrinæ concesserat. Hic Georgius volens oratorium extruere, locum repurgari faciebat. Quod dū fieret inuentum est illic adytum in multa profundi tate constructum, in quo paganorū mysteria celebrabantur. Erāt ibi caluariæ hominū plurimæ, maiorum pariter & infantium qui perhibebātur illic extincti, vt ex eorū visceribus artes Magicas exercerent. Hæc igitur Christiani reperientes in adyto Mithræ, studuerunt ad irrisionem pagano rum vniuersis hęc facinora referare, diuulgabātque capita hominum quæ compererant. Hęc Alexandriæ pagani videntes, & opprobrium non ferentes, ira succensi sunt, & omne quod ad præsens inuenerunt arma iudicantes, impetu contra

Pugna inter Gentiles & christianos apud Alexādriam.

A Christianos facto, multos interemerunt, alios gladiis, alios fustibus aut lapidibus, alios funibus strangulantes, quosdam etiam crucifigentes ad sacrę crucis iniuriam, plurimos diuersis vulneribus affligentes. Et ita factum est, vt neq; proximis parceretur, sed philosophus philosophum percussit, & frater fratrē, parentes filios: & inuicem in mutua nece grassati sunt. Quāobrē Christiani eundem locum purgare quieuerunt.

SOZOMENVS.

Quomodo Alexandrinus Georgius sit extinctus. Caput 9.

INterea cum Iudices denuntiassent mortuum fuisse Cōstātium, & imperare Iulianum, seditionem fecit in Alexādreia populus paganorum & impetu facto contra Georgiū, vinculis eum alligauerunt. Quem paulò post venientes ad carcerem peremerunt, eiúsque cadauer imponētes camelo, à mane vsque ad vesperam per totā traduxerunt ciuitatem, & circa serum diei concremauerunt. Multi ferunt Arianorum, quod à fauoribus Athanasij id factum sit: sed ego reor indubitanter hoc fecisse Gentiles, cùm vtique & quærelas haberent aduersus eum propter idola & templorum iniurias, prohibitionemque solennitatum. Quod etiam Iulianus sic se habuisse testatur per literas ad Alexādrinos missas in quibus culpat eos, pœnamque relaxat, quasi propter reuerentiam Serapis, quem ciuitatis conseruatorem dicit, & Alexandri conditoris eius. nec non Iuliani auunculi sui, qui in paganismo strenuus fuit, & Christianos supra modum oderat.

Georgius Alexandrinus occiditur.

Quomodo Iulianus ecclesias clauserit, & ecclesia ornamenta diripuerit. Caput 10.

DIcitur enim is studium habuisse, vt in thesauros Imperatorios plurima & preciosa ecclesiæ Antiochenæ vasa recōderet, & clausisse ecclesias, & vniuersos clericos effugasse, & solum tunc Theodoritum stetisse presbyterum. Quem cùm tanquā vasorum custodē comprehensum crudeliter fauciasset, nouissimè gladio præcepit occidi. Qui fortiter inter vniuersa tormenta respondit, & pro dogmatis cōfessione decollegisset, proiiciēs hęc in terrā, cōtumeliis & iniuriis vt voluit afficiēs Christū, super ea etiam sedit, & cumulū auxit iniuriarū. Moxque vetēda eius & loca fœmoribus circūposita ferūtur esse percussa, & ad tantā peruenit putredinē, vt vermes procrearentur, medicis laborantibus nec valentibus vincere affectionē. Conficiebantur enim omnimoda pretiosaq; medicamina ex pinguibus volatilibus, vt eorum pinguedine corrupta & putria membra linirentur. Hoc facto, vermes ad superficiem prouocabāt, quia in profundo ebulientes, per vias serpebant carnes. Et donec moreretur, non fuit ab hac affectione securus. Hoc itaque claruit diuina indignatione factum, cum etiam custodes Imperialium thesaurorum, & alij plurimi aduersus ecclesias insurgentes inopinata & miseranda morte defuncti sint, quasi superna indignatione damnati.

Iulianus auūculus Iuliani Aug. templa Christianorū spoliat.

Pœna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Eusebio, Nectario & Zenone martyribus. Cap. 11.

Eusebius Nectarius Zenō.

HIs dictis tempus est vt mentionē faciamus Eusebij, Nectarij & Zenonis fratrum Christianorum, contra quos odium exercentes populi Gazæorum, domi celatos, & comprehēsos, vinculisque traditos, atq; flagellatos postea conuenientes in Theatrum, aduersus eos clamare cœperunt, quasi eorum templa destruxissent, & in iniuriam paganorum præterito tempore multa gessissent, Cumque se mutuo (vt vulgus solet) excitarent concurrentes ad carcerem; & eruentes eos crudeliter occiderūt, nunc in terra pronos, nunc supinos trahentes, atque percutientes, & vulneratos lignis, lapidibus, atq; fustibus. Auditum nanque etiam mulieres egressas, & cum radiis telarum eorum corpora vulnerasse: & cocos publicos, alios aquam, alios feruentes

Coci publici.

ollas fudisse super eos, alios subulis eorum membra perforasse. Cumque eos dilacerassent, capitaque fregissent, ita vt cerebrum in terra iaceret, deduxerūt extra vrbē, quo solebāt mortua immēta proiicere: ibique corū corpora concremantes, ossa quæ remanserant, inter cadaueta camelorum & asinorum permiscuerunt, ne possent facilè reperiri: quod non diu latuit. Quædam nanque mulier Christiana, non tamen de Gaza, diuino præcepto per noctem ea colligens, & in vrnā recondens, Zenoni eorum consobrino seruāda contradidit. Deus enim per visionem mulieri reuelauit hunc virum: ei nanque erat ignotus, & nuper habita persecutione celābatur. Hoc ergo modo per mulierem reliquias eorum accepit, & interim domi seruabat. Quumque is eiusdē ecclesiæ suscepisset episcopatum, imperante Theodosio fabricata Basilica ante ciuitatem, & altari fixo ossa martyrum collocauit iuxta confessorē

Zenon episcopus Gazæ.

Nestor.

Nestorem. Quidam in vita sua cum istis suis proximis habitaret, cum martyribus comprehensus à populo, vinculis eorum flagelliisque participatus est. Is enim cum traheretur habens pulcherrimum corpus, ad miserationē persequentes adduxit. Quę extra portas seminuum, morti tamē proximum proiecerunt. Hunc colligētes quidā, ad Zenonem adduxerunt. Apud quem dū curaretur, defunctus est.

De Hilarione monacho, & crudelitate Heliopolitanorū & Arethusiorum contra christianos, & de Marco episcopo, eiusque martyrio. Caput 12.

Hilarion.

INter hæc autem dum Hilarionem monachū Gazæi requirerent, fugit in Siciliam, vbi ligna de montibus colligens, & in ciuitate vēdens, sic victum quotidianum parabat. Cumque eius illic virtus fuisset patefacta per dæmones, venit in Dalmatias: ibiq; virtute diuina plurima miracula faciebat, ita vt etiā mare, quod quædam occupauerat loca, sua oratione repelleret. Sed etiam hinc rursus abscessit: quia vbi laudabatur, habitare declinabat: demutando loca cunctis esse studebat incertus, vt opinionem suā crebra migratione destrueret. Nouissimè verò quum nauigaret in Cyprum, venit in Paphum: inuitatusque ab episcopo Paphi, amabat locum, & circa prædium Charybdim nuncupatum, philosophatus est: quem vt martyr non esset, fuga prohibuit. Fugiebat enim, quia præceptum diuinum est, nō expectare persecutores. Nam qui in persecutione comprehenduntur, fortiter ferre iubentur. Gazęi itaque & Alexandrini contra Christianos talia gessisse noscuntur. Sed Heliopolitani & Arethusij Syriam habitantes, ad tantam venere crudelitatem (sicut illorum temporū homines explanauerunt) vt sacras virgines insolitas à populo videri, publicè nudatas stare cogerent in Theatro. Quas primò irriserunt, postea torquerunt, nonnisi mè per medium sectas, porcos vt eas deuorarent prouocabāt. Vt ergo reor Heliopolitas ad crudelitatem sacrarum virginum res illa perduxit, eo quod paterna consuetudo qua fornicabantur eorum virgines antequam nuberēt, prohibita videretur. Constantius enim destructo in ea ciuitate Veneris templo, prius apud eos constructa ecclesiā, & consuetas fornicationes lege prohibuit exerceri. Arethusij verò Marcum suæ ciuitatis episcopum, senem, vita & conuersatione reuerendū, mirabili morte peremerūt. Hunc enim etiam prius habuerunt exosum, eò quod Constantij temporibus vt paganos ad Christianismum adduceret, templum illorum ornatissimum pretiosissimúmque destruxisset. Cumque Iulianus imperaret, motus in eum est, & præcepit, vt aut æstimationem templi redderet, aut iterum ædificaret. Et cū vtrumque impossibile foret christianis simul & sacerdoti, primo fugit secundum Euangelicam legē: postea verò cū multi eum periculis & necessitatibus subderentur, de fuga reuersus est, & sponte semetipsum populo, vt quod vellent, in se exercerent cōtradidit. Qui dum laudare philosophum debuissent, credentes potius contemptorem, irruentes in eum, & per singulas plateas trahentes, eius capillos & membra dilacerabant viri simul & fœminæ, ita vt tenuibus restibus eius aures abscinderent. Ac pueri apud magistros positi, illo debant ei, alapis cędentes, & graphiis sine aliqua miseratione pūgentes. Quem etiā in cuniculos deposuere fœtētes. Cumque adhuc respiraret, eū melle & liquamine perungentes, & in sportā immittentes suspenderunt in aēre. Fertur ergo tunc vespis & apibus ipsum contingentibus, & carne eius vescentibus dixisse Arethusiis, quod ipse quidem esset excelsus illos verò videret in humili constitutos, sed postea etiam ipsos fore passuros.

Heliopolitanorum crudelitas in sacras virgines.

Arethusii Marco episcopo suo infensi.

Marcus episcopus Arethusiorum.

THEODORITVS.

Hoc igitur agentes, cogebant eum vt templū reædificaret, aut daret impensas. Quod dū non faceret, putantes pauperem, vel medietatem petebant pecuniarum: nouissimè vel paucū aliquid exigebant. Quibus ait: Nec vnum obulum pro omnibus dabo. Sic igitur superati, ab eius supersedere suppliciis.

SOZOMENVS.

Sermo fertur, quòd tunc præfectus præcipuè paganus fuerit admiratus Marci costantiā, & ad principem veniens quæreretur, dicens esse pudēdum, vt in vno sene tanta tormenta peragerentur: Et Christianos cùm talia paterētur, fieri gloriosos, se verò magis esse opprobrio. Marcus ergo tali est fine coronatus.

De Macedonio, Theodulo & Tatiano martyribus. Caput 13.

Theodulus, Tatianus. † Missa.

EOdem tempore Macedonius quoq;, Theodulus, & Tatianus Phryges martyrij pignora consecuti sunt. Nam quum in † Meroe ciuitate Phrygiæ templū aperuissent prouinciæ Iudex, & longo tempore plenum ruderibus emundaret, ingredientes illi per noctem, idola contriuerūt. Quumque propter hoc multi comprehensi ad supplicium ducerentur, illi semetipsos exhibuerunt. Quos dum Iudex quasi habita satisfactione delictorum, nollet occidere, populis clamantibus vario tormentorum genere castigauit. Nouissimè verò in craticula superpositos ardere præcepit. Cumque eremarētur, Si assis, inquiūt,

Amatius, Iudex, Busyris martyr.

carnibus ô Amati delectatus (sic enim vocabatur Iudex) altera latera ignibus obtice, ne cùm comedere cœperis, carnes semicrudas inuenias. Et illi ergo fortissimo certamine deuicerunt. Aiunt autem Busyrim in Ancyra Galatiæ, charissimam fortissimámque habuisse confessionem, cū fuisset in hæresi quę vocatur Ἀποτακτῖται, id est, abstinentium. Hunc enim cùm Iudex cōprehendisset quasi paganis insultantem, torquere volebat in publico, iussitq; vt appenderetur in ligno. Tunc Busyris extensis citò manibus supra caput nudauit latera, dicens non opus esse vt ministri appendendo se deponendoque laborarent, quū esset ipse paratus ad pœnam quam vellent exercere, & latera sua tortoribus præpararet. Miratusque eius promissionem Iudex, rei experimento magis obstupuit. Nā cùm vnguląe ferreq; vehemētius latera eius exararent: quandiu iudici placuisset, sustinuit manus extensas, & plagas cum alacritate suscepit. Post hæc autem reductus in vincula quiescebat. Porrò paulò post morte nuntiata Iuliani vsque ad Theodosij principatū vixit, & in ecclesia catholica acta pœnitentia priotis hæreseos, conuersatus est.

Apotactitæ.

De Basilio martyre, & Eupsychio. Cap. 14.

Basilius Ancyranus, Eupsychius Cæsariensis.

INillo porrò tempore ferūt vitam finisse martyrio Basilium ecclesiæ Ancyranæ presbyterū & Eupsychium Cæsariensem Cappadociæ ducta nuper vxore, cùm adhuc sponsus esse videretur. Eupsychius enim peręptus est propter Fortunæ templum, quod (sicuti iam diximus) diruтum fuerat, & in communi Cæsariēses iram principis sunt experti, & alij quidem morte, alij fuga mulctati sūt. Basilius autē studiosus vir, circa dogma probatus, dū vixit Constantius, restitit Arianis. Et propterea Eudoxij decreto ab ordine est remotus ecclesiastico. Cùm verò Iulianus tenuisset Imperium, Christianos publicè cōmonebat, vt propriū dogma seruarent, nec paganorū superstitione macularentur, honoresque collatos à Principe pro nihilo iudicarent, temporales vtiq; & perpetuæ damnationis authores. Propterea ergo in suspicionem & odium veniens paganorum, quoniam publicè sacrificantes inspiciens stabat, & ingemiscens orabat atque clamabat, ne vllus Christianorum huiusmodi errore teneretur obnoxius, comprehensus & traditus prouinciæ Iudici, multáque tormenta fortiter iustinens, martyrio coronatus est. Hæc colligens

Basilius occiditur.

A in vnum retuli, licet diuersi anni vel dies eorum videantur esse martyrij.

THEODORITVS.

Quæ in Gaza contra Christianos crudeliter sint cōmissa, atque Sebastia, necnon & in Phœnice. Cap. 15.

QVæ enim idolorum seductionibus subditi tempore illo commiserint, multa quidem sunt & propriis libris egentia: sed ego ex multis pauca narrabo. In Ascalone siquidem & Gaza, virorum sacerdotio dignorum, & mulierum virginitatis conuersatione pollentium, diuidentes veteros, & hordeo cumulantes expofuerunt deuorationi porcorū. In Sebastia verò quæ est eiusdē prouinciæ ciuitas, Ioannis Baptistæ loculum aperuerunt, iguique tradiderunt ossa, ac puluerē dispersserunt. Porrò scelus quod in Phœnice cōmiserunt, quis poterit vel dicere sine lachrymis, vel audire? In Heliopoli enim quæ est circa Libanum, erat quidam diaconus nomine Cyrillus. Is imperante Constantio, succensus zelo diuino multa idola quæ ibi adorabantur contriuit, & igni cremauit. Cuius sacti memores viri nefandi, non solùm peremerunt eum, sed etiam secantes ventrem, ex eius iecore comederunt. Qui tamen omnium inspectorem oculum non potuerunt effugere, sed dignas dederunt sua temeritate pœnas. Quicunq; enim illo scelere participati sunt, dentibus omnibus priuati sunt. Sed & ipsæ linguæ pariter defluxerunt, consumptæ putredine. Perdiderunt etiam visum, & affectionibus suis virtutem prædicauerunt omnibus pietatis.

Cyrillus diaconus Heliopolitanus martyr.

C

De simulachro ἀνδρόγυνον à paganis in ecclesia constituto. Caput 16.

IN Emesa verò, quę est in eius confinio ciuitatis. Dionysio γυναῖκι, id est, Baccho muliebri, ecclesiam quę Deo nuper fuerat ædificata, dedicauerunt, ad derisionem simulachrū istud statuentes ἀνδρόγυνον, id est quod virum monstraret ac fœminā. In Dorostolo verò insigni Thraciæ ciuitate, Æmilianus inuictissimus decertator, à Capitolino vniuersæ Thraciæ iudice igni traditus est. Porrò Marci Arethusij episcopi gesta vel passio, Æschyli & Sophoclis magniloquentia nosci tur indigere, vt dignè actus illius Tragœdiæ ordine recitentur.

ἀνδρόγυνον ἄγαλμα.

Æmilianus martyr.

De legibus, quas Iulianus contra Christianos posuit. Caput 17.

D

INnumera quoque alia in omni terra & mari ab impiis contra pios illo tempore sunt commissa. Tunc igitur apertè Deo exosus Imperator, contra pietatem ponebat leges: & primum quidem interdixit Galilæorū filiis (sic enim Saluatoris nostri cultores nominabat) Poetarū & & Rhetorum atque philosophorum legere disciplinas. Propriis, inquit, pennis, secundum prouerbium, vulneramur. Ex nostris enim armati conscriptionibus contra nos bella suscipiunt: τοῖς οἰκείοις γὰρ φησι πτεροῖς, καὶ τὴν παροιμίαν. Βαλλόμεθα ἐκ γὰρ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι τοὺς καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πολέμους. Posit hāc aliam posuit legem, præcipiens Galileos expelli militiis.

Prouerbium, Nostris ipsorū pennis impetimur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCRATES.

De reditu Athanasii ad Alexandriam. Cap. 18.

An. do. 360. *Athanasius redit Alexandriam.*

IGitur Athanasium de fuga remeantem, Alexandrinorum populus libenter excepit. Expulerúntque ecclesiis Arianos, & Athanasio sceptra venerabilia tradiderunt. Verùm Ariani in domibus ignobilibus se colligentes, loco Georgij Lucium habuerunt.

De Lucifero & Eusebio. Caput 19.

EA siquidem tempestate Lucifer Calarensis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Imperatoris iussione ab exilio reuocantur. Vtriq; enim vltra chebaidos terminos ab exilio remeantes, tractabant, quemadmodum corruptam ecclesiæ regulam repararent. Placuit igitur vt Lucifer quidem ad Antiochiam Syriæ peruenirent, Eusebius Alexandriam, vt vnà cum Athanasio facto concilio ecclesiæ dogmata roborarent. Lucifer tamen misit in locum suum diaconum, per quem professus est tantum se habiturum, quod esset concilio ordinàte constitutum. Ipse autem veniens Antiochiã, fluctuantẽ inuenit ecclesiam erat enim inter se turba diuisa, & non tantũ hæresis Ariana, quæ erat sub Euzoio, diuidebat ecclesiam: sed etiam Melitij sequaces, studium habentes circa suum præsulem, à suis consortibus recesserunt. Tunc ergo Lucifer ordinans ei Paulinum episcopum, rursum abscessit. Eusebius autem veniens Alexandriam cum Athanasio concilium celebrauit.

Lucifer. Eusebius.

Melitiani.

De concilio apud Alexandriam cum Athanasio celebrato. Caput 20.

COnuenerunt́que ex diuersis ciuitatibus episcopi, & de maximis necessariisque rebus habuere tractatum. Vbi etiam de sancti spiritus diuinitate tractantes, eum in consubstantiali trinitate comprehenderunt. Et verbum humanatum nõ solùm carne, sed etiam anima declarãt: sicut olim viris ecclesiasticis complacuerat. Non enim nouam religionem in ecclesiam introduxerunt, sed quã ab initio ecclesiastica traditio docuit Christianos. Sic enim omnes antiqui ex hoc habita huius disputatione sermonis scripturam nobis probatissimam reliquerunt. Nam Irenæus, & Clemens, & Apollinarius Hierapolites, & Serapio Antiochenæ præsul ecclesiæ, animatum eum qui humanatus est, in suis sermonibus sunt professi. Nec non per Beryllum episcopum Philadelphiæ in Arabia constitutæ facta synodus, scribens ad eundem Beryllũ hæc ipsa contradidit. Sed etiã Origenes vbiq; in suis libris animatũ nouit eũ, qui est humanatus: prorsus tamen nonus Tomus eius in Genesim hoc sacramentum congruenter exponit, vbi Adam quidem Christum, Euam verò ecclesiam latius explanauit. Horum itaque dictorum digni sunt testes sanctus Pamphilus, & qui ex eo habebat cognomen, Eusebius. Ambo namque & communiter Origenis vitã cõmendantes, & eius aduersariis resistentes, insignibusque libris satisfactionem pro eo componentes: non primum Origenem ad hanc disputationem venisse dicunt, sed mysticam ecclesiæ interpretarum fuisse traditio-

Beryllus synodus Philadelphina.

Apologia pro Origene.

nẽ. At illi qui, Alexandriæ conuenerunt, non sine subtili inuestigatione quæstionẽ de οὐσία, id est, substantia, & ὑποστάσει, id est, subsistẽtia reliquerunt. Osius namque Cordubæ Hispaniæ præsul (de quo iã sermo prelatus est) præmissus ab Imperatore Constantino, vt flammam tũc ab Ario excitatam extingueret, etiam Sabellij Libyensis dogma destruxit, de substantia ac subsistentia habuit quæstionem.

Osius Cordubensis.

Sabellius Libycus.

SOZOMENVS.

Interea plurimi episcopi in Alexandria congregati cum Athanasio & Eusebio Nicæni concilij decreta roborauerunt: & consubstantialem patri ac filio spiritum sanctum sunt professi, Trinitatemque nominauerunt. Et quoniam de substantia & subsistentia quæstio turbabat ecclesias sapienter decretum est, vt his nominibus contra Sabellianos solos vtamur, ne vocabulorum inopia idem putetur esse substãtia quod subsistẽtia.

Trinitas.

Sabelliani.

SOCRATES.

De differentia substantiæ & subsistentiæ. Cap. 21.

HÆc quidem nunc synodus. Nos autẽ de οὐσία id est, substantia: & ὑποστάσει, id est, subsistentia, si quid nouimus, absurdum nõ est breuiter indicare; Igitur qui Græcanicã explanauere prudentiã οὐσίαν, id est, substantiã quidem diuersimodo dehnierũt, ὑποστάσεως, id est, subsistentiæ verò ne sermonẽ quidem fecerunt vllum. Irenæus autem Grammaticus in libro, vbi verba secundum ordinẽ elementorum colligit: etiam Barbarum vocat hoc verbũ neque apud aliquos antiquorũ vsurpatũ, quod etiamsi alicubi sit inuentũ, nõ tamen hoc indicare quod nũc intelligitur. Nã apud Sophoclẽ in Phœnicia locũ insidiarũ significare ὑπόστασιν id est, subsistentiã meminit. Apud Menãdrũ veluti fœces quæ ex vino colligũtur in dolio, ὑποστάσιν, id est, subsistentiã designare dicit. Sciendũ tamen, quod licet antiqui philosophi hoc modo loquuti non fuerint: tamen iuniores philosophi pro οὐσία, id est, substantia, ὑποστάσεως id est subsistentiæ vocabulo sunt vsi. Subsistentię verò definitionem diuersis modis explanauerũt si ergo definitione substãtia circumscribitur, quomodo in Deo qui non potest comprehendi propriè hoc vti sermone poterimus? Verũ Euagrius in monachico libro temerè quidem & inconsideratè de Deo disputandum esse prohibuit. Definire verò diuinitatẽ modis omnibus interdicit. Ait enim rerũ cõpositarũ esse definitiones, Is itaque sic ait: Omnis, inquit, propositio aut genus habet quod prædicatur, aut speciem, aut differẽtiam, aut proprium, aut accidens, aut ex his compositam orationem. Sed nihil in sancta Trinitate horum quæ dicta sunt, poterit comprehendi: igitur quod ineffabile est, ratione silentij adoretur. Hæc quidẽ Euagrius. Nos autem licet facta digressione hæc dixisse videamur, tamen tanquam vtilem historiæ causſam nos retulisse non pœnitet.

Pars libri Athanasij de satisfactione fugæ. Cap. 22.

VErùm Athnasius librũ de satisfactione fugę olim à se conscriptum tunc eis præsenti-

bus legit: cuius partes vtiles, & quæ prosint hic intexens, totũ librum multorum versuum quærere & legere studiosos admoneo. Ait enim: Ecce huiusmodi sunt præsumptiones impiorũ hæc agentes, nec erubescentes. In quibus primùm cõtra nos mala sunt machinati. hactenus accusant quòd manus eorum paratas ad necem declinare potuerimus, & amarissimè potius ingemiscunt quòd nos penitus extinguere nequiuerunt: & improperant timoris causſam, ignorantes quòd dum hoc forsmurmurant, in semetipsos magis retorqueant culpam. Nam si fugere malũ est, persequi multò detestius. Hic quidem ne moriatur, abscondit: hic autem persequitur, vt occidat. Et vt fugiatur quidem, scriptum est, qui autem quærit occidere, præuaricator legẽ, & magis ipse fugiendi præbet occasionem. Si ergo fugã imporrum. Quiescant insidiari, & quiescunt continuò fugientes. Sed à malitia non desinunt sua & comprehẽdere omni virtute festinãt. scientes quia fuga persecutionem patiẽtium, iudicium est maximũ persequẽtium. Nullus enim mitem arq; clementem fugit aliquando, sed magis ferocẽ simul & callidũ. Omnis enim qui gemebat & vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat ad Dauid. Sed isti propterea eos qui absconsi sunt, interimere student, ne ipsorũ malitiã videantur arguere. Qui etiam in hac parte cæcantur. Nã quanrò fuga manifestior est, tantò amplius eorum insidiæ, neces, exitiáque commissa omnibus sunt aperta. Nã siue perimant, mors contra eos semper exclamat: siue rursus exilia minentur, vndiquaque ipsi cõtra se mali memoriam destinare nosc̃untur. Et si quidem sanã haberent mentem, viderent semetipsos in his esse constrictos, seque in consiliis suis offendere. Sed quoniam mentem amiserunt, propterea persequutione decipiuntur: & quærẽtes occidere, suam non contemplantur impietatem. Nam si derogant eis qui fugiunt quærẽtes occidere, quid faciant cùm vident Iacob fugientem Esau fratrem suum, & Mosen in Madian descendisse propter Pharaonis timorem? Quomodo satisfacient fugienti Dauid Saul, qui in domũ misit, vt interimeret eum, dum absconsus esset in spelunca, & mutasset vultum suum donec declinaret ab Abimelech? ob quam causſam inimicorum euasit insidias. Quid dicant isti, qui omnia proferunt temerè, videntes maximum Heliã in oratione quidem mortuum suscitasse, tamen absconsum propter Achab, & fugisse propter insidias Hiezabel? Tunc etiam quęsiti filij propheratum celati sunt latẽtes in spelunc̃is apud Abdiã. Sed si hæc tanquam vetera non legerunt, saltem memoriam habeant euangeliorum. Nam & discipuli propter metum Iudæorum recesserunt, celates semetipsos: & Paulus in Damasco à principe gentis quæsitus, de muro in sporta demissus est, & manus quærẽtis effugit. Hæc igitur de sanctis viris scriptura dicente, quam putas excusationem suæ petulantiæ poterunt inuenire? Siue ergo timorem improperent, contra semetipsos tanquam væsani loquuntur: siue contra voluntatem Dei hoc dicant fieri, scripturarum diuinarũ videntur penitus expertes. Nam in lege præceptum fuit, vt deputarentur etiam cinitates ad fugã vt hi qui quærebantur ad mortem, quoquo modo liberari possent. In nouissimo verò tempore seculorum veniens ipsum, quod Mosi loquutũ est, patris verbum, rursus hoc dedit mandatum, dicens: Cùm persecuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Et post pauca dicit: Cùm ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in mõtana: qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua: qui in agro non reuertatur tollere vestes suas. Hæc enim scientes sancti, huiusmodi habuerunt conuersationis modum. Quæ enim tunc præcepit dominus, hæc etiam ante incarnatam sui præsentiam in sanctis loquutus est. Et hic est hominum terminus ad perfectionem ducens, vt quòd Deus iubet, hoc faciant. Propterea & ipsum Verbum propter nos humanatum, cùm quiereretur (sicut nos ipsi) abscondi, dignatum est: & iterum cùm persequutionem pateretur, fugit & insidias declinauit. Decebat enim eum sicuti famem & sitim, ita etiam hoc pati, & hoc modo ostendere seipsum humanatum. Ab initio siquidem mox vt homo factus est, cum esset parnulus ipse per angelum mandant Ioseph: Surgens sume puerum & matrem eius, & fuge in ægyptum. Futurum est enim, vt Herodes quærat animam pueri. Mortuo quoque Herode videtur propter Archelaum filius eius in Nazareth fugisse: & quando iam etiam Deum seipsum ostendebat, & manum aridam restituerat sanam. Pharisæi quidem egredientes concilium fecerunt aduersus eum vt eum occiderent: Iesus autem sciens discessit inde. Nam & quando Lazarum suscitauit à mortuis: Ab illo, inquit, die cogitauerũt vt occiderent eum. Iesus ergo iam non palàm ambulabat inter Iudęos, sed abiit inde regionem iuxta desertum. Deinde Saluatore dicente: Antequam Abraham fieret, ego sum, Iudęi quidem tulerunt lapides, vt mitterent super eum. Iesus autem absconsus est, & exiit de templo. Et transiens per medium eorum ibat, & ita discessit. Putas hæc videntes, magis autem audientes, cum non videant, quomodo secundum quod scriptum est, non debeant igne comburi: quoniam contraria his quæ dominus facit & docet, cogitant & loquuntur? Nam quando Ioannes martyrium sustinuit eiusque corpus sepelière discipuli, audiens Iesus discessit inde in nauem ad deserti locum seorsum. Dominus itaque hęc faciens, ita docebat. Sed vtinam isti vel sic erubescerent, & vsque ad homines suam petulantiam declararent, & non magis ac magis, insanientes viderentur etiam ipsum arguere Saluatorem, contra eum vtique blasphemias meditantes. Sed neq; væsanorũ quisquam eos poterit sustinere, cum arguãtur ne Euangelia quidẽ ipsa nosse. Est enim occasio nostrę discessionis & fugę rationabilis atq; vera, quàm in Saluatore quidẽ Euangelistæ positam memorarunt. Nos autem etiam in sanctis viris oportet talia cogitare. Nam ea quę de Saluatore humano modo conscripta sunt, eadem cõmuniter humano generi deputãtur. Quæ nostra sunt, ille suscepit, & passiones nostrę infirmitatis ostẽdit. Quod Ioãnes ita cõscripsit: Quęrebant ergo eum tenere, & nullus misit in eum manus, quia nondum venerat hora eius. Nã an-

Reuocat fugã suam Athanasius.

Helias. Achab Hiezabel. Abdias.

1. Cor. 11. g Act. 9. c

Matt. 10. christus in Euangelio

Christus. Ioan. 8. g Ioan. 12. f

Matth. 2. c Matth. 2. d

Matth. 12. a Marci. 3. a Luc. 6. b Mat. 26. a Ioan. 11. g

Ioan. 8. g Luc. 4. c

Ioannes Baptista. Mat. 14. b

Ioan. 7. d

Ioan. 2. a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

requam hęc veniret, dicebat ipse mari: Nundum E
venit hora mea. Et eis qui fratres eius appellabãt
Ioan.7.c ait: Meum tempus nondum venit. Rursus au
tem tępore passionis discipulis dicebat: Dormite
Matt.27.c iam & requiescite: Ecce enim appropinqua
bit hora, & filius hominis tradetur in manus pec
catorum. Sed neque antequam veniret tempus,
teneri se passus est: neque cùm venisset tempus,
absconsus est, sed etiam semetipsum tradidit ad
uersariis. Sic & beati martyres in persequutioni
bus temporalibus custodiebant semetipsos, &
dum quærerentur per latibula fugiebant. cùm
verò inuenirentur, martyrio se subdebant. Hæc
Athanasio retulisse sufficiat.

Quòd Eusebius veniens Antiochiam propter vaulinum, & diuisum videns populum, fugerit indignatus. *Caput* 23.

An do. 364. Eusebius Vercellensis. EVsebius interea Vercellensis episcopus re
pentè postmodum ab Alexandria venit An
tiochiam & inueniens Paulinum à Lucifero cõ
secratum, plebemq; diuisam, Melitiique sequa
ces missas facientes seorsum, valde commotus
est, quod factæ ordinationi nõ vniuersi consen
sissent: reprehenditque apud semetipsum quod
actum erat. & pro reuerentia Luciferi, habito
silentio discessit, promittens in conuentu epis
coporum, quæ gesta fuerant emendanda: habens
tamen curam maximã, eos vnire non potuit. In
ter hæc etiã Melitius ab exilio rediit, inueniẽsq;
Melitius de exilio reuertitur. seorsum celebrare collectas socios suos præ
sidebat eis, sed ecclesias quidem obtinebat Eu
zoius Ariani dogmatis præsul. Porrò Paulinus
vnam tantummodo paruam intra ciuitatem te
nebat ecclesiam, ex qua eum Euzoius pro sui re
uerentia nõ eiecit. Melitius autem extra ciuitatis
portas solennia celebrabat. Tũc igitur hoc mo
do de Antiochia discessit Eusebius. Verùm Luci
fer sentiens non suscipere Eusebium ipsius ordi
nationem, hoc putauit iniuriosum, ac vehemen
ter irascebatur, & communicare declinabat Eu
sebio. Sed etiam quæ synodo placuerant, per cõ
tentionem reprobare nitebatur. Hæc cùm inter
Luciferiani. eos tristitiæ tempore gerrẽtur, multos ab eccle
sia remouerunt, & denuò altera Luciferianorum
hæresis est exorta. Sed Lucifer iram suam nequa
quam complere præualuit. Erat enim confessio
nibus suis obstrictus, dum per suum diaconum
promisisset ratum se habiturum, quod fuisset à
concilio definitum. Quapropter ipse quidem ec
clesię tenens fidem, in Sardiniam ad propriũ re
meauit thronum. Hi verò qui prius cum eo con
tristati fuerant, hactenus ab ecclesia segregan
tur. Verùm Eusebius instar optimi medici iter H
faciens per Orientem, infirmos fide recreabat,
imbuens atque docens prædicationibus ecclesia
sticis vniuersos. Hinc transiens venit in Illyricũ,
& fide rursus Italiam peragrans, hæc ipsa pro
nuntiabat.

De Hilario pictauiensi, Cap. 24.

An. do. 364. Hilarius pictauorum antistes. VErũm Hilarius Pictauiensis secundæ Aqui
taniæ pontifex, rectè fidei dogmata pridem
præseminauerat tam Italis quàm Gallicanis epis
copis, quippè cum primus ab exilio remeasset.
Vtrique ergo fortiter in fide laborauerunt. Sed
Hilarius tanquam disertus, suis libris satisfactio
nem de Trinitatis consubstantialitate conscrip
sit. Quibus hoc sufficienter exposuit, & vehemẽ
ter Arianorum dogma destruxit. Hęc itaque post
breue eorum exilij tempus celebrata nouerunt.

De Macedonianis. Caput 25.

An.do.366. Macedoniani EA porrò tępestate Macedonij sectatores, &
Eleusij, Eustathij, atque Sophronij, omnes
ab vno Macedonio nuncupati sunt, conciliáque
frequentia faciebant. Et conuocantes eos qui in
Seleucia ipsos sequuti fuerant, anathematizaue
runt alterius partis episcopos, id est, consentien
tes Acacio, fidémque Ariminensis concilij resc
puentes, ea magis quæ fuerant recitata Seleuciæ
& Antiochiæ exposita, firmauerunt. Qui dum re
quisiti fuissent à quibusdam dicẽtibus: Vos qui Macedoniani hæretici.
nunc Macedoniani vocamini, si aliud sapitis
quàm sectatores Acacij, cur eorum hactenus
tanquam eadem sapientium estis communione
participati? Ita venenose responderunt per So
phroneum Pompeiopoleos Paphlagonensem
episcopum. Occidentales, inquit, in consubstan
tialitate languebant. Aëtius autem per Oriẽtem
secundum substantiam dissimilitudinem prædi
cabat: & erant vtraque praua, cùm hi quidem in
ordinatè diuisas substantias patris & filij consub
stantialitatis nomine copularent: ille verò à na
tura patris naturam filij aperte diuideret, credés
semetipsum piè prædicare dissimilem esse patri
filium per substantiam. His ergo ita censentibus
media via nobis veritatem pietatis habere com
placuit. Hoc itaque modo quærentibus satisfa
cere nitebantur.

SOZOMENVS.

Quòd Iulianus quoque persequutus sit Athanasium. Caput 26.

Athanasius in exilium. An.do.365 IGitur Imperator audiens Athanasium in Ale
xandrinorum ecclesia constitutum, licitè po
pulo prædicare, multósque paganorum ad Chri
stianismum fuisse conuersos, eum iussit exire de
ciuitate. Quòd si maneret, damna maxima eum
sustinere præcepit, occasionem criminis in eum
inueniens, quòd dum prioris principis tempore
fuisset fuga mulctatus, non eius iussione Episco
palem recepisset sedem. Quamobrem secundum
Imperatoris præcepta cùm se pararet ad fugam,
videns circa se Christianorum populum lachry
mantem: Habetote, inquit, filioli fiduciã: nubes
est, & citò pertransiet. Hoc dicto valefecit: & de
gentibus illic amicis commendauit ecclesiam,
atque ab Alexandrina ciuitate discessit.

Quomodo Iulianus fouerit Cyzicum, propter paganismi cultum. cap. 27.

An.do.365. Cyzicenis à Iuliano quod petunt impetrant. Eleusini relegatur. INterea Cyzicenis legatione fungentibus apud
principem Iulianum de propriis rebus, & pa
ganorum restitutione templorum, laudans eos
propter sacrorum curam, quæ postulauerant, v
niuersa concessit. Eleusium autẽ eius ciuitatis re
mouit episcopum, veluti vastatorem templorũ:
& quia viduarum pabula, sacrarúmque virginũ
monasteria constituerat, Paganisque suaserat vt
paternam religionem relinquentes, ad Christia

na dogmata se conferrent. Interdixit enã Chri- A
stianis peregrinis, ne venirent Cyzicum, credens
quòd religionis causa excitarẽt seditiones, eósq;
Monetarij Cyzicum transla ti à Iuliano. que alij eius ciuitatis Christiani fouerent. Et pu
blici simul opifices artificesque monetæ, qui in
duas erãt diuisi partes, principũ præcepto priorũ,
cum vxoribus atq; liberis Cyzicũ habitare sunt
iussi. Hi enim singulis annis certam oblationem
publico conferebant: alij quidem militum chla
myde, alij verò pecunias nouas. Cùm igitur mo
dis omnibus placuisset Iuliano ritum cõstituere
Paganorum, vim quidẽ inferre, atque tormenta
populis sacrificare nolẽtibus fatuum iudicauit.
Sed hoc tantummodo præcepit, vt per singulas
ciuitates numerus eorum conscriberetur: quos
† Græcus codex ita legit: licebat enim & necessitatem & contentionem aliquando adimere ea quæ ad conuentum secundum eorum sponsionem requirunt. tamẽ nequaquam aut adorare prohibuit. † Scie
bat enim, quia non posset vlla necessitas suspen
dere, quod voluntas spontanea suggessisset. Porrò
clericos & ecclesiarum præsules, à ciuitatibus
submouere festinabat: studẽs vt eorum absentia B
paulatim solueretur ecclesia, neque sacrorũ mi
nistri nec qui docerent, vel qui ministeriis par
ticiparentur, existerent: & per hoc longo tępore
pateretentur, propriæ religionis oblitionem.

De Tito Bostrensi episcopo. Caput 28.

An.do.365. Iulianus Titũ Bostrensem episcopũ eiicit. BOstrensibus itaque publica voce præcepit,
vt Titum suæ tunc ciuitatis episcopum pro
cul expellerent. Cumque iussisset hoc, clericisq;
miraretur quasi ipsi facerent turbas in populo,
tunc Titus libellum destinauit imperatori, con
testans eum ac dicens, quod inimica inter se esset
turba Paganorum atque Christianorum: & sua
suasione Christiani magis à seditione quiescerent.
Quo facto nisus est Imperator ex huiusmo
di verbis Tito inimicitias populi concitare, scri
bens Bostrensibus, Titum eorum accusatorem C
fuisse, dicendo ipsius monitis, non sua voluntate
populum à seditione cessasse: eumque velut hos
tem, populo suadebat expellere. Nõ enim quod
iustum erat, aut legitimum iubebat agi, sed odio
religionis, verbis quidem culpare, operibus autẽ
mala perficere contendebat. Quapropter per ci
uitates & prouincias Christiani diffugiebant.
Hyzomeni pro genitores. Huius participes plurimi meorum fuere proge
nitorum. Simul & auus, qui de patre Pagano na
tus, ipse cum tota domo, & qui erant ex genere
Pantheon. Alaphionis, Christiani primo sunt facti in Beth
lea vico Gazensium valde populoso, habenti
que templa antiqua: ædificiáque pulcherrima,
& maximè Pantheon in ciuitatis arce locatum,
eminens super omnem vicum. Quem locum ar
bitror ex voce Syra & Græca deorum habitacu
Hilarion mo nachus. lum nominatum. Fertur autẽ his omnibus fuisse
Christianismi autorem Hilarionem monachũ.
Cùm enim dæmonio vexaretur Alaphion, diu
Pagani atque Iudæi incantationibus & lustratio
nibus apud eum vsi, nihil illi prodesse potuerũt.
Verum Hilarion solũmodo Christi nomen in
uocans, dæmonium effugauit, eumque in religio
nem Christianam repente transporcauit. Floruit
itaque meus auus in expositionibus & interpre
tationibus scripturarum nostrarum: quoniam e
rat ingeniosus, scientiaq; fultus, ita vt nec Arith
meticæ artis esset expers, ac propterea Ascalonitis
& Gazẽsibus, & in circuitu Christianis valde
D
grauis, tanquam religioni necessarius, & ad sol
uendas dubitationes scripturæ diuinæ vtilis. Pri
mi siquidem illi in eo loco ecclesias & monaste
ria construxerunt, eáque honestate atque hospi
talitate peregrinorum & indigentium pariter
ornauerunt. Ex quo genere vsque ad nostram ę
tatem fuerunt viri optimi, quos grandæuos in
uenis ipse perspexi.

Quod Iulianus præceperit, vt secundum Christianorum ritum, etiam Pagani orationes & elemosynas facerent, & decimas templis efferrent, &c. quæ Christianos facere meru est, adimplerent. Caput 29.

An.do.365. IGitur Imperator iam pridem dans operam, vt
Paganismũ in omni sua ditione dilataret, gra
uiter ferebat, videns Christianos magis appro
bari. Et templa quidem erant aperta, sacrificiáq;
Paganorum per ciuitates secundum voluntatem
illius procedebant. Ipse autem sollicitus erat, ne
seruor ipsius ob Christianorum multitudinem
frustraretur. Et maximè angebatur quod multo
rum sacerdotum suorum Christianas audirent es
se vxores, & filios, atque seruos. Consyderans au
tem Christianismum ex vita bona & conuersa
tione consistere, studuit vbique templa Pagano
rum constructione & ordine Christianę religio
nis ornare, sedibus atque processionibus, Paga
norumque dogmatibus atq; monitionibus. Lec
tores suæ superstitionis instituit instar clerico
rum, vt & horas certas, & dies orationum solen
niter obseruarent, præcipiens pariter habere cu
ram virorum, atque mulieres philosophari scien
tes, habitaculis peregrinorum, & pauperum, aliá
que prouidentia circa egenos exhibita, Paganos
rum religionem componere, & pietatis habere
nomẽ. Si quis autem sponte vel inuitè peccaret,
secundum traditionem Christianorum instituit,
vt post pœnitentiam, mediocrem sustineret cor
rectionem. Præcipuè verò imitatus dicitur no
tas literarum Episcopalium, quibus solent alter
alteri scribentes commẽdare peregrinos, & quò
proficiscantur, & à quibus veniant, modis omni
bus indicare: & solatia promereri, tanquam noti
& amici sint testimonio missi signaculi. Hæc cõ
syderans dabat operam: vt Pagani Christianorũ
assuescerent officiis. Sed quoniam multis incre
dibile est eum studia Christianorum sequi vo
luisse, non aliunde quàm ex ipsius Imperatoris
sermonibus est probandum. Huiusmodi enim
Arsacio pontifici Galatiæ scripta misit.

Iuliani Aug. epistola ad Arsacium pont. Paganorum ritus nondum agitur secundum
sententiam nostram, propter cultores eius in ne
gligentia positos. Nam deorum claritas, magni
tudo atque sublimitas, omni oratione, omni
que spe maior est. Sed propiij sint nostris men
tibus dij propter negligentiam quam habemus,
cum illorum prouidentia in paruo tępore tanta
mutatio facta sit, quantam ne petere quidẽ quif
quam ausus fuisset. Cur ergo credimus hoc pos
se sufficere, neque respicimus quemadmodum
Christianorũ hospitalitas & officia erga mortuos. superstitionem Christianorum auxerit cura pe
regrinorum, & circa sepulturas & mortuos mul
ta officia, honestáque conuersationis studia, nõ
vera sed ficta? Quas res arbitror apud nos debe
re sub veritate geri. Non itaque satis est te talem
esse, sed omnes absolutè circa Galatiam facer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotes: quos aut deprecare, aut ratione flecte, aut certè festinanter à sacerdotali ministerio remoue, nisi diis cum coniugibus & filiis atque seruis colla submiserint: non ferentes vlterius suos seruos aut filios, hoc facere contemnentes, aut Galilæos impiè contra deos agentes, & impietatem pierati præponentes. Deinde cunctos admone, vt sacerdos neque ad spectacula procedat, neq; in tabernis bibat, aut cuiquam arti, operibúsve turpibus aut pudendis præsit. Qui obediûr, honorentur: inobedientes expelle. Xenodochia cõstitue per singulas ciuitates, vt nostra peregrini clementia perfruantur: non tantum nostri, sed etiam extranei pecuniis indigentes. Et vt habeas vnde fiat, interim decreui singulis annis triginta millia modiorum tritici per vniuersam dari Galatiam, & † sexaginta millia sextariorũ vini. Horum quinta pars pauperibus templa obseruantibus debet expendi, reliqua peregrinis egentibus distribui: Turpe nanque est, vt Iudæos quidem non abiiciant, sed potius nutriant impij Galilæi & suos pariter, necnon etiam nostros: nostri verò nostrorum solatio deserantur. Quapropter doce etiam collationes facere Paganos ad talia ministeria, paganorumque vicos offerre diis primitias frugum eósque huiusmodi benefactis instituc, docens eos hoc opus olim fuisse nostrorum. Homerus enim hoc probat, introducens Eumæum talia facientẽ. Nos ergo ne bona quidem nostrorum imitamur, sed aliis permittimus negligentia non confusi, magis autem deorum reuerentiam respuentes. Si igitur hæc te facientem ego cognouero, lætitia plenus ero. Præsides prouinciarum rarius in domum suscipe: frequenter eis scripta transmitte. Ingredientibus eis ciuitatem sacerdotum nullus occurrat: Cumque ad templa venerint deorum, intra ianuas eos nemo præcedat militum fortè aut præcedentium officiorum: sed qui voluerit subsequatur. Cùm ad ipsum limen templi peruenerit, priuatus existat. Tu enim, sicuti nosti, intus es iudex. Hoc enim etiam sacra sanctio videtur exigere. Obedientes igitur pro veritate pij sunt: reluctantes vanæ gloriæ cõprobantur. Quid enim patiatur, aut quod mereatur auxilium, qui matrem Deorum propitiam habere noluerit? Qui ergo eam neglexerint, non solùm sine querela non erũt, sed etiam nostræ indignationis impetum sustinebunt. Neque enim fas est vt illi parcatur, qui deos habuerit inimicos. Suade igitur eis, vt si mea volũt frui tuitione, omnes matri deorum studeant offerre culturam.

† quadraginta. Hinc coniicere potes quàm officiosi fuerint olim christiani, non solum in suos sed etiam in gentiles & Iudæos Eumæus Homericus.

præsides in tẽplis tanquam priuati.

Quibus modis conatus sit Paganismum extollere, & milites ad cultum idolorum inclinare. Caput 30.

Iulianus abolet crucem in vexillo.

HÆc itaque faciens Imperator ad abolitionẽ Christianorũ, persuadere hoc subditis non potuit, & apertè vim inferre erubuit. Inter hæc vt ad Paganismũ milites insuescerent, studuit ad priscum schema reformare signũillud sublimius Romanorũ, quod Constantinus (sicut prædictũ est) in crucis formã mutauerat. Verùm in publicis imaginibus depingebat Iouẽ, quasi de cœlo illi coronam & purpuram deferentem: Mercurium & Martẽ in se respicientes, velut pro testimonio sapientis & fortis. Et hoc agebat imaginibus, vt sub occasione imperij latenter adorarentur Dij: & hoc modo subditi clanculum fallerentur. Arbitrabatur enim quod si hoc volentibus imponeret, postea quæ vellet impleret. Si verò respuentes agnosceret, venia adempta torqueret, tanquam circa Romanorum solennia reluctantes & in rempublicam atque ipsum imperiũ delinquentes. Pauci verò etiam pœnis subditi cognouerunt dolum: quia sicut moris erat, adorare noluerant. Turba verò (vt fieri solet) per ignorantiã simpliciter imagines adorabat. Quod tamen imperatori nil profuit. Cumque multa excogitaret quibus Paganorum ritus extolleret, inuenit modum qui cõpluribus militibus Christianis claræ virtutis coronam dedit. Quum venisset enim tempus, quo imperialia milites solent dona accipere (hoc enim agitur plerunque die kalendarum Ianuariarum, & natali principum, & vrbium regiarum) exquisiuit vt eos simpliciter & ex prisca consuetudine fallere posset, iussitque vt vnusquisque ad manum imperatoris accedentiũ, admonitus ab officiis, primo incensum offerret. Erat enim ante eum positum thus & ara, secundum antiquam Romanorũ solennitatem. Tunc quidem alij libere suam fortitudinem ostenderunt, & neque incensum offerre, neque donum accipere ab Imperatore sustinuerunt. Alij verò occasione legis & antiquitatis, ne mente quidem perceperunt quod commisere peccatum. Alij propter lucrum capti, aut timore turbati, seu iussione repentina concussi, licet intellexerint, tamen Paganismum declinare nequiuerunt. Plurimi siquidem per ignorãtiam decepti cum inter cibos, (vt fieri solet) & pocula inuocarent inter se Christum, respondens quidã dixit: Quid patimini inuocãtes Christum, quem paulò antè denegastis, cùm donũ ab Imperatore percipientes thus in ignem mitteretis? Cumque hoc milites audissent, & quod gesserãt agnouissent, statim exilientes per publicum currebant, atque impetu facto proclamabant Deum suum, & cunctis hominibus testabantur se esse christianos, & in eo nomine permanere, atque per ignorantiam se fecisse, & (si dici posset) solam manũ Paganam esse: conscientia verò nihil simul egisse. Quumque venissent ad principem, proiecerunt aurũ quod acceperant, & forti voce poscebant, vt reciperet quod dedisset, & illos occideret. Se enim pœnitentiã agere fatebantur, eo quòd improuide eorũ dextera peccasset: & studere propter Christum totum corpus pœnæ contradere.

Iupiter Mercurius Mars.

Donatiua principũ quãdo solita dari

Milites christiani restituunt donatiua sua.

THEODORITVS.

Hęc igitur furorem mouerunt Imperatoris. Et primo quidem eorum capita iussit amputari. Quumque deducerentur ad mortem, sequente populo mirantéq; virtutem eorum pro pietate susceptam, venerunt ad locum vbi rei puniri solent. Tunc spiculatorem rogauit senior omniũ, vt primo cuiusdã caput nomine Romani adhuc adolescentis abscinderet: ne dũ alios respiceret, frãgeretur. Quumq; ille genua fixisset in terra, & gladiũ spiculator euaginasset, venit repẽte nũtius clamore prohibens necẽ. Porrò iuuenis ille ait, morte frustratus: Non fuit Romanus dignus, vt Christi

Romanus miles.

Christi martyr appellaretur. Et licet sanguinem A
sceleratus Imperator fundi prohibuisset, ductus
inuidia, non tamen eos in ciuitatibus habitare
permisit, sed ad vltima Romanorum loca in exilium misit.

Militès christiani in exilium mittuntur.

SOZOMENVS.

Postea verò præcepit, vt qui sacrificare nollẽt, in palatium non intrarent, & neq; collegio, neque foro eos, neq; arbitrio, neque vlla dignitate, nec aliqua administratione participare iussit.

THEODORITVS.

De corpore martyris Babylæ, & de simulachro Apollinis, fulmine concremato. Cap. 31.

An. do. 365. Pythius Apollo incusat Babylam adempræ virtutis fatidæ.

CVm igitur Iulianus apud Pythiũ Daphnæũ B
peteret responsa de Parthici belli victoria,
& ille viciniã corporis Babylæ martyris accusaret, iussit eius corpus auferri. Ob quam rem cùm Christiani festiuitatem deducto corpore psallẽtes agerẽt, & indignatione principis quidẽ Theodorus iuuenis multa passionũ tormenta pertulisset, hoc quidem facto, fallax dæmon martyris gloriam auxit, suum verò mendaciũ clarius detexit. Fulmen nanque cœlitus missum, omne templum accendit, & ipsum Pythij Apollinis simulacrum redegit in puluerẽ. Erat enim ligneũ, sed foris deauratum. Quod noctu Præfectus Oriẽtis tunc nomine Iulianus Iuliani θεῖος, id est, auũculus, cognoscens, festinanter venit Daphnen, volẽs succurrere Deo, qui ibi colebatur: videnſque eum redactum in cinerem, παχύρρυτα, id est, C
ædituos verberibus affligebat, credens hoc ab aliquo Christiano fuisse commissum. Qui licet torquerentur, tamen mentiri noluerunt, clamãtes incendium non ex infernis, sed è supernis habuisse principium. Adhæc etiam rustici vicinorũ venientes locorum, dixerunt se vidisse fulmen cœlitus fuisse delapsum.

Iulianus, Iuliani Aug. auunculus.

De publicatione vasorum ecclesiasticorum, & quomodo Iulianus præfectus & Felix violantes ecclesiam diuinitus sint puniti. Caput 32.

An. do. 365. Vasa ecclesiarum confiscantur.

INterea iubentur vasa ecclesiarũ sacra fisci ærario deputari. Sublatisq; ianuis ecclesiæ maioris, quã Constantinus ædificauerat, fit cunctis accessibile sanctuarium. Ingrediente siquidẽ Iuliano Præfecto Orientis ecclesiam, felix Præpo- D
situs regalium thesaurorũ pariter introiuit, & simul Elpidius Comes rerũ priuatarũ. Aiunt enim & Felicem & Elpidium prius Christianos, tũc à pietate recessisse, impio Principi parere cupientes. Iulianus itaque Præfectus impudenter contra sacrũ altare minxit. Quem cũ Euzoius prohibere tentaret, eum ille percussit in capite. Fertur autem dixisse, Christianorũ inuentiones cœlestium cura non vacare. Porrò Felix videns vasorũ ornamenta, quæ Constantius & Cõstantius frequenter obtulerãt: Ecce in quibus, inquit, vasis Mariæ filio ministratur? Sed pro his impietatibus væsaniſq; præsumptionibus nõ pòst multum pœnas exacti sunt. Nam repẽte Iulianus fæ-

Templum christianorum profanatur

Iulianus Præfectus Orientis Felix.

τὸν τοιοῦτον θρασυπορευθέντα βίον ἐπιδεδωκότα μανίαις.

Hæc verba Theodoriti circo apposita vt intelligas quid sit Græcorum priuatarii, & quid priuata, quæ distinctione etiam Græci vtuntur, vt Iulianus Aug. ad Ecclesiam.

χρὴ τὰ κτήματα τοῖς ὑμετέροις τοκεῦσι παραδοῦναι.

De christianorum possessionibus loquens. Filius sacerdotis ethnici, ad Christum conuersus.

Quomodo apud Antiochiam sacerdotis filius sit conuersus. Cap. 33.

HIs ita gestis, ad olescens quidam, sacerdotis filius, in Paganismo nutritus ea tẽpestate ad Christianorum transiatus est chorũ. Erat enim tunc quædam insignis reuerentiæ mulier, & diaconissæ honore fulgebat. Hæc cùm huius matre habuit amicitiam, quæ sæpius cùm huius mater ad ipsam veniret, hunc infantem amplectebatur, & ad cultũ Christiani nominis inuitabat. Porrò matre defuncta veniebat adolescens ad eã, & doctrina consueta fruebatur. Cúmque firmissimè eius consilium percepisset, interrogauit Doctrinem, quo posset argumento, & patris superstitionem declinare, & prædicationem veritatis adipisci. Quæ dixit, vt patrem fugeret, & creatorem suum atque illius potius sequeretur, atque ad aliam iret vrbem, in qua latenter Imperatoris impij manus effugeret, ipsam se eius curam habere promittens. Ad quam adolescens: Reuertar, inquit, postea, & animam meam tibi contradam. Quum verò pauci transissent dies, Iulianus venit ad Daphnen, celebraturus publica sacrificia. Cũ quo etiam huius pater. Erat enim sacerdos, & sequi solitus Imperatorem. Cum quo erat & iste puer, eiúsque frater, habentes officium, vt cibos imperatori apponerent. Solebãt enim septẽ diebus in Daphne festa celebrari. Primo siquidem die, quũ starer iste ante Imperatoris accubitum, & epulas solẽniter asperfisset, repletus horrore, cũ celeritate Antiochenã venit ad ciuitatẽ, ad illam mirãdam mulierem. Quo facto ego, inquit, nequaquã tibi de promissione mentitus: tu verò vtrinsq; saluti consulens, promissa cõple. At illa

An. do. 365.

Melitius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum vsque perduxit. Primúmq; eum multis flagellis afficiens: deinde calefaciens obolos, manibus ac pedibus & dorso eius imposuit. Post hæc vinctum in cubiculo clausis ianuis dereliquit, & ita profectus est ad Daphnẽ. Hæc ego à viro iam senes, quum narraret, audiui. Qui etiam hęc adiecit, quod spiritu diuino gratiáque repletus, contriuerit omnia patris idola, & eorum infirmitati cæperit irrogare blasphemias. Quo facto mente percipiens quod egisset, formidauit præsentiam patris, rogauitque dominum Christum, vt ipsi ferret auxilium, clausträque confringeret, & ianuas aperiret: Propter te, inquit, talia domine pertuli, & hæc agere non expaui. Cùm hæc, inquam, dixisset, cecidерunt repente claustra, aperteque sunt ianuæ. At ille rursus ad magistram venit, quæ continuò eum induens schemate mulieris, & in camera residere iubens, post paululum obtulit rursus sancto Melitio. Qui eum episcopo Cyrillo Hierosolymitano contradidit, & p ita venerunt noctu in Palæstinam. Verùm pòst Iuliani mortem etiam patrem iste duxit ad veritatem Christianam: quod inter alia quoque nobis expositi.

Quomodo Iulianus aquis immolatitijs vniuersa polluerit, vique restiterint Iuuentius & Maximus. Caput 34.

Iulianus publicos fontes Antiochiæ & cibaria sacrificia prophanauit.

INterea Iulianus contra fidei pietatem impudentius armabatur, & vultu quidem se simulabat mitem: porrò laqueos instruebat, quibus deciperet innocentes. Et primùm quidé fontes vrbis, & qui erãt in Daphne, sacrificiis violauit, vt vnusquisque aquam bibentium eius horrore potiretur. Quúmque etiam in publico venales cibos illo scelere compleuisset (aspergebantur enim ex eis, & panes, & carnes, & poma simul, G & olera, & cuncta quæ comeduntur) hęc videntes qui nomen salutare perceperant, ingemiscebant quidem, atque mugiebant videntes abominationem tantam. Veruntamen comedebant, legi obedientes Apostoli: Omnia, inquit, quæ in macello venduntur comedite, nihil diiudicantes propter conscientiam. Verùm duo quidam milites clari, erant enim Scrutarij principis in quodam conuiuio, hoc horrore vehementiùs sunt accensi, atq; admirabilium illorum adolescẽtum in Babylone coruscantium verbis vsi sunt, dicẽtes: Tradidisti enim nos regi iniquo, qui recessit à te vltrà omnes gentes quæ sunt in terra. Hæc quidã conuuarũ nuntiauit Imperatori qui repẽte illos ad se fortissimos viros adducens, requirebat quid loquuti fuissent. At illi occasionem fi- H duciæ de interrogatione sumentes Imperatoris, laudabilemq; sui firmantes zelum, dixerunt hæc pietatis more nutriti: O Princeps laudandis legibus hactenus seruiẽtes, quas Constantinus & eius filij posuerũt, ingemiscimus, nũc abominatione omnia videtes esse cõplera, & nephãdis sacrificiis cibos potusq; violari. Hæc & domi deflemus, & te præsente nihilominus eiulamus. Hoc enim in tuo displicet nobis imperio. Hæc audiẽs ille mitis atq; Philosophus à sui similibus nominatus, mãsuetudinis quidẽ exhibuit vultũ, & impietatis faciẽ protinus eiudauit, præcipiẽs amarissimas eis plagas inferri. Quos etiã luce priuauit, magis autẽ (vt verius est) illius tẽporis infelicitate liberauit, victricesq; eis coronas prouidit offerri: fingebat enim se in eis quasi causſam defendere Imperialis injuriæ, & hæc diuulgari iussit inuidẽs decertatoribus veritatis in appellatione martyrij pariter & honoris. Nomina fuerunt horum Iuuẽtius & Maximus, quos Antiochena ciuitas tanquã pietatis propugnatores venerata, precioso monumento recondidit: & vsq; ad diem hunc festis annalibus honorãtur. Sed & plurimi nobilium & dignitate fulgentium vtentes tali fiducia coronas æquales sunt adepti.

De his extat sermo diui Chrysostomi.

Quomodo Valentinianus, qui post eũ imperauit, propter aspersionem immolatitiæ aquæ ministrum percusserit templi. cap. 35.

An. do. 366 Valentinianus.

VAlentinianus etiam qui paulò post sumpsit Imperiũ, tunc Millenarius erat circa Palatia cõstitutus dux Lanceariorũ. Is zelũ quẽ pro pietate habuit non celauit. Eo nanque tẽpore cum fulminandus ille fortunæ tẽplum ingrederetur saltans, & ex vtraque parte ianuarũ astarent ministri tẽpli, qui aspersione (sicut ipsi dicebãt) purgarẽt ingrediẽtes, Valentinianus præcedẽs principem, aspersionis guttã sua vidit in chlamyde. Et indignatus, pugno percussit templi ministrũ, dicens se maculatũ potius quàm purgatũ. Quod respiciens Imperator, iussit eum in custodiã tunc redigi, & ad eremum destinari. Sed ille cùm annus & pauci transissent menses, pro mercede cõfessionis recepit imperium. Non solùm enim in illa vita diligentes se Deus honorat, sed aliquando etiam in præsenti bonorum operum retributiones impendit, & præsentibus præmiis illic sperata confirmat.

De Artemio martyre, & Publia Abbatissa. Caput 36.

Artemius.

ARtemium verò qui temporibus Constantij dux fuit Ægypti, quia illius temporis idola multa confregerat, nõ solùm facultate nudũ reddidit, sed etiã capitis sectione mulctauit. Hæc & huiusmodi gessit ille mansuetus & ab iracundia remotus, sicut ab impijs vocabatur. Adiiciam super hæc etiam miraculum fœminæ, quæ zelo diuino huius contempsit impietatem. Publia quẽdam fuit eo tempore nominatissima & preciosis virtutibus exornata. Hæc cum nuptiale iugum ad tempus paulisper suscepisset, fructum dignissimum obtulit creatori. Ioãnes enim Antiochiæ presbyter multo tempore cõstitutus, & sæpe Apostolici præsulatus decreta refugiens, de terra illius fœminæ admirabilis germinauit. Hæc habens apud se chorũ conuersatione digna virgini tatem seruantiũ, semper cum eis laudabat factorem Saluatoremq; Deum. Transeũte verò Imperatore, clarius in commune psallebant, contẽpribilem & deridendum iudicantes erroneũ, illáque maximè cantica personantes, quæ idolorũ videntur traducere debilitatẽ: dicebãtq; cũ Dauid: Simulacra gentiũ argẽrum & aurum, opera manuum hominũ. Et iterũ: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidũt in eis. Hæc audiens Iulianus, & vehemẽter accẽsus, eas cũ trãsiret

Ioannes Antiochenus. Publiæ.

Psal. 113.b

siret tacere præcepit. Quæ eius legem paruipendentes, chorum maiori ordine compleuerunt. Rursúsque illo transeunte psallebant: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Tunc ille sæuiens, magistrã chori præcepit adduci. Quam cùm videret senectute maceratam, nec corporis caniciem miseratus est, nec animi studuit honorare virtutes: sed quibusdam Spatariorum iussit vt eã alapis cæderent. Quæ veluti summum honorem contumelias illas excipiens, domum reuersa est, eumque solitis melodiis spiritalibus notabat. Sicut auror illius Cantici malignum spiritum effugauerat à Saũl. Nam & Iulianus erroneos dæmones sibimet applicans, cõtra donum pietatis insaniebat.

Psal. 67. a

δορυφόρος.

SOZOMENVS.

De Basilio atque Gregorio. Caput 37.

An. do. 366 Apollinaris Basilius. Gregorius.

CONtristabat porrò eum nõ mediocriter Apollinaris Syrus, omni sciẽtia insigniter instructus, simulque Basilius & Gregorius, Cappadoces, illius temporis Rhetores Christiani, aliíque plurimi eloquentes viri. Quorum alij quidẽ æmulati sunt veram gloriam, alij Arianæ hæreseos habuere væsaniam. Quamobrem arbitratus hinc armari Christianos, prohibuit eos Grecorum doctrinis imbui, & eorum lectionibus eruditi. Tunc Apollinaris cùm esset doctus & simul ingeniosus, pro Homeri Poẽmate versibus Heroicis Hebraicam conscripsit antiquitatem vsque ad imperium Saul, & vigintiquatuor libris opus omne diuisit, vnicuique libro nomen literæ ponens, secundum Homericam lectionem. Fecit autem & aliud opus secundum Menandri fabulas. Comœdiæ similitudine comparatas, imitatus etiã Euripidis Tragœdias, & Lyram Pindari. Et (vt absolutè dicã) ex diuinis scripturis argumenta sumens, omnes Encyclias lectiones tempore paruo compositi, numero, virtute, moribus, conscriptione, characterе, & dispositione, Græcis valde pares. Et nisi veritatem homines honorarent, & quæ sunt in vsu grata crederent, vt ego reor, æqua veteribus Apollinaris opuscula decreuissent. Fecit etiã non ignobilem ad ipsum Imperatorem, siue contra Paganos Philosophos libru cui titulum posuit, pro veritate. In quo de sacris reslimoniis tacens, probauit illos quidem fuisse deceptos, se autem sapere vera de Deo. Hæc autem consyderans Imperator, claris tunc episcopis scripsit: legi, & reprehendi. Cui rescripserunt. Et si legisti, non tamen cognouisti. Si enim cognouisses, nequaquã reprehendisses. Quidam dicunt hanc epistolam Præsulis ecclesiæ Cappadocenæ fuisse Basilij, quod incredibile non est. Siue autem eius, siue sit alterius, iustum est virtutis laudare doctrinã.

Apollinarius Syrus.

SOCRATES.

De his qui amore pecuniæ à fide declinauerunt. Cap. 38.

An. do. 366. Rebelles Sophistæ.

PLurimi verò non recta mente Christianum habentes nomen, quippe qui pecunias & honorem præsentem felicitati veræ fidei præponerent, ad sacrificiorũ scelera descenderunt. Quorum vnus fuit sophista Constantinopolitanus Ecebolus. Is enim mores Imperatorum sequẽs, sub Constantio quidem feruentissimum se finxit Christianum, sub Iuliano Paganus celeriter est effectus. & rursus post Iulianum volebat esse Christianus. Prosternẽs etenim semetipsum ante ianuas ecclesiæ pronum, magna voce clamabat: Conculcate me sal insensatum.

Quomodo pecunias Iulianus abstulerit christianis. cap. 39.

An. do. 365. Christiani spoliantur à Iuliano.

IGitur cùm Iulianus iret ad Persas, volẽs in eis vleisci, eò quòd sub Constãtio Romanorum terminos inuasissent, & sciens in præliis euenire frequenter aduersa, & plurimis pecuniis opus esse, adinuenit modum vt auferret pecunias Christianorum. Nolentibus ergo sacrificare, pecuniam multam imposuit, exigebanturque verè Christiani. Singuli nanque eorum pro sua substantia offerebant, & Imperator ex iniusta collectione, iniustè factus idoneus est. Vbi enim non erat, illuc hanc mittebat legem: vbi erat, vtebatur ipse. Tunc ergo pagani christianos grauiter oppresserunt, interdum etiam tormentis corporalibus affligebant eos. Quod Imperator audiẽs, Christianis videlicet adeuntibus eum, defendere conẽnebat, dicens: Vestrũ est vt patientes mala sustineatis, hoc enim est præceptum vestri Dei.

SOZOMENVS.

Quomodo ab Antiochenis irrisus sit. Cap. 40.

An. do. 365. Iulianus imminuit precia rerũ venaliũ.

IGitur Imperator pugnaturus contra Persas venit Antiochiam. Cúmque populus quereretur venalia quidem abundare, sed carius vẽdi, volens magnitudinem suæ largitatis ostendere, minora quàm debuit precia in foro rerum venalium constituit. Et cùm fugissent tabernarij negotiatoréque diuersi, res necessariæ defecerunt. Antiocheni verò grauiter hoc ferentes, cõtumelias irrogarunt Imperatori.

SOCRATES.

Iuliani & Antiochenorum contentiones. Symbolum in nomismatis. Libanius Sophista pro Antiochensibus.

Querebantur enim aduersus eum, facetias de illius barba proferentes, erat enim eius barba valde promissa. Dicebant ergo: Tondatur, vt ad funes eius proficiat barba. Et quoniam superstitionis suæ causſa Taurum idolis frequẽtius immolabat, aram vel taurum in solido suo formari præcepit. Ob quam rem proscindentes eum dicebant: Iste taurus euertet mundum. His iniuriis prouocatus ad iram, interminatus est se Antiochenam afflicturum ciuitatem. Quamobrem Tersum Ciliciæ reuerti volens, iussit necessaria præparari. A quo proposito eum Sophista Libanius auocauit, scribens pro Antiochenis intercessionis librum, & rursus ad Antiochenos de principis ira: quos tamen libros non ædidit. Verùm Imperator respuens se operibus vindicare, reciprocis iniuriis iram suæ indignationis amouit. Librum enim aduersus Antiochenos fecit lepidum & satis vrbanum, quem Antiochicũ nominauit. Verùm contra Christianos multa mala etiam in ea ciuitate commisit.

SOZOMENVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De simulachro Christi quod deposuit Iulianus. Caput. 41.

Statuam Christi fustem Iulianus deiecit.

ILlud quoque quod sub Iuliano accidit, non silebo. Fuit enim signum quidē virtutis Christi,& indicium contra principem iræ Dei. Cum enim cognouisset in Cæsarea Philippi, ciuitate Phœniciæ,quā Paneada vocabant,insigne Christi esse simulachrum, quod mulier illa sanguinis liberata profluuio constituerat, eo deposito suā ibi statuam collocauit. Quæ violento igne de cœlo cadente,circa eius pectus diuisa est, & caput cum ceruice vna parte deiectum atque in terra fixum: reliqua verò pars hactenus superfuit,& fulminis indicium reseruauit.Statuā verò Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt.Postea verò Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt,vbi hactenus reseruatur. F Hoc itaque simulachrum (sicuti refert Eusebius) omnium passionum & ægritudinum nosci-

Lege Eusebiū lib.8.cap. 4.

tur esse medicamentum.Iuxta quod quædā herba germinauit,cuius speciem nullus nostræ terræ medicus licet expertus cognouit.

De beneficio herbæ quæ nascebatur iuxta simulachrum Christi,& de miraculis, quæ per loca diuersa pro nomine Christi fiebant. Cap. 42.

MIhi sanè videtur, quod adueniente Deo nullum miraculum, nullúmque beneficiū debeat non credi.Nam & alia plurima miracula per ciuitates & vicos plerunque apud multos prouinciales antiquitus tradita sunt, habentia veritatem:quod statim monstrabo.Est itaque ciuitas Palestinæ Nicopolis nomine, hanc cū adhuc vicus esset, Emaus facer Euāgeliorum liber appellat,Quam Romani post vastationem Hierosolymorum Iudaicámque victoriam.Nicopolim ex euentu vtique victoriæ vocauerunt.Ante hanc vrbem in triuio vbi Christus cum Cleopa post resurrectionem noscitur ambulasse,tanquā ad alium vicum iturus fons quidam est salutaris, in quo morbi hominum abluuntur, & alia pariter animalia diuersis detenta languoribus emūdantur.Quod vt ita contingat,traditur ex quodam itinere visum esse Christum apud fontem cum discipulis suis & lauisse pedes,ex quo aqua facta est diuersarum curatrix passionum. Fertur etiā quod in Hermopoli Thebaidos, arbor quæ vocatur Perseis, multorum morbos abegerit, si fructus,aut folium, aut pars eius corticis collo H ægrotantium ligaretur. De hac enim arbore ferunt, quod cùm apud Ægyptum Ioseph cum Christo& Maria virgine sancta fugisset Herodē, venissétque ad Hermopolim ciuitatē,mox vt ingrediebatur vrbem,non ferens hæc arbor maximum Christi salutaris aduentum,inclinata est vsque ad terram,& eum suppliciter adorauit.Hæc ego de ista arbore à multis audiēs narraui. Reor autem hoc signum fuisse factum ciuibus diuinæ præsentiæ:aut certè quia ritu paganorū hæc arbor propter magnitudinem atque pulchritudiné colebatur,mota est,non ferens Christi diuinitatem.dæmonibus vtique contremiscētibus, cum viderent rerum talium destructoré (necnon omnibus simulacris Ægyptiorum secundum Esaiæ prophetiam) fugatóque dæmonio pro testimo-

Nicopolis Emaus.

Fons apud Nicopolim morborum depulsor.

Perseis arbor.

nio Christi vacuam remansisse.Igitur apud Ægyptios & Palæstinos gestorum testimonia conseruantur.

THEODORITVS.

Quomodo Iulianus Iudæos armauerit contra Christianos,& de templo Hierosolymorum. Cap. 43.

IGitur Iulianus etiam Iudæos contra Christianos armauit.Primúmque conuocans requisiuit,quur cū ipsis præcipiat lex sacrificare, nequaquam immolationibus vterentur. Cúmque respondissent,vno tantúmodo loco sibi offerre sacrificium fuisse permissum, repentè iussit Deo exosus destructum I reparari templum, credens † excitari. inselix dominicum verbum se posse destruere: cuius per hoc veritatem magis ostendit.Hęc itaque verba Iudæi libenter accipientes, cūctis per diuersum terrarum orbem mandauere Iudæis. Qui vndiq; concurrētes, pecunias ad ædificium alacriter offerebant: ministrauítque plurimum etiam Imperator,non largitatis gratia,sed vt veritatem oppugnaret. Misitque pariter præsidem impiorum executorem dignissimum præceptorum.Aiunt enim quod ad repurgationem faciēdam argenteos hamos & cophinos, & scaphas habuerint. Cúmque fodere iam cœpissent,statuto quidem die hoc multitudo plurima faciebat: nocte verò, spontanea terra de valle crescebat. Soluris itaque prioris etiā fundamenti reliquiis, noua omnia præparabant. Cúmque gypsi & calcis multa modiorum millia congregassent, vis magna ventorum repentè respirans,tempestates atque procellæ subito factæ, quicquid congregatum fuerat,dispersérunt. Adhuc autē insanientibus eis, & nequaquam diuina longanimitate correptis, maximus primo terræmotus est factus.Et quisquis nō fuerat mysteriis diuinis imbutus, vehementer attritus est.Quum verò neq; hoc terrerentur indicio,ignis ex fundamētis quę suffodiebantur egrediens: plurimos fodientium concremauit, aliorum membra dissoluit.Nocte quoq; plurimis in vicina porticu dormientibus, cadens subitò cum tecto ipsa porticus,dormientes oppressit.Alio verò die in cœlo signū splendens crucis salutaris apparuit. Sed etiam Iudæorum vestes crucis signaculo sunt impletæ,nō tamen splendenti,sed nigro colore signatæ.Hæc itaque Deo rebelles consyderantes,& diuina flagella expauescentes,ad propria sunt reuersi, cōfitentes esse Deum,qui ab illorum progenitoribus ligno fuerit adfixus.Quod audiens Iulianus, quum vtique caneretur ab omnibus, tanquam Pharao indurato corde non timuit.

An.do.363. Iulianum auctor Iudæis vt templum Hierosolymitanū reparent.

De bello Parthico, & quomodo Iulianus illuc profectus sit. Cap. 44.

IGitur cùm Persæ mortuū cognouissent Constantiū, sumpta fiducia venerunt ad terminos Romanorū denuntiantes bellū. Ob quā rem collecto exercitu Iulianus misit in Delphos, & Delum, atq; Dodonē,ad percipienda responsa,an expediret ipsi bella suscipere.Tūc vniuersi Vates & pugnādi,fiduciā dabant, & victoriā promittebant.Vnū verò responsum pro exēplo mendacij ac seductionis inferere non pigebit:est enim huiusmodi:Nunc omnes aggredimur dij, victoriæ trophæa

An.do.364. Persæ aduersus Romanos

trophæa referentes circa fluuium Thiren. Horū A ego dux ero belligerator Mars. Νῦν πάντες ὡρμήμεθα θεοί, νίκας τροπαιοκομίσασθαι παρὰ θηρὶ πολλὰ φίλῳ· ἐγὼ δ' ἐγὼ ἡγεμονεύσω θοὸς πολεμοκλόνος ἄρης. Horum itaque carminum ridiculū eos conuenit diuulgare, qui sapientem deū Musarúmque principem Pythium vocant.Ego autē mendacium seductionis eius inueniens ingemisco. Thiren namque fluuium Tigrim voluit appellare, quoniam Thiris eius nomini similis est. Is enim fluuius ex Armeniæ redundans mōtibus,& per Assyriorum arua discurrens, sinum descendit in Persicum. Per hæc ergo responsa deceptus infelix, & victoriā mente somniabat, & post Parthicum prælium pugnam Galilæis inferre parabat:sic enim vocabat Christianos, contumeliam nominis se eis inferre putans,quū magis debuisset eorum cōsiderare virtutem.Nō enim Socrates etiam si Critias fuerit appellatus B & Pythagoras, Phalaris, ex mutatione nominis aliquam labem cōtraxerint:neq; Nireus, Thersites vocatus, pulchritudinem quam habebat, amiserit.Horum nihil mente percipiens, ex hac appellatione aliquid læsionis se nobis putauit inferre. Et fallaci responso credens, interminabatur per ecclesias dæmonum se statuere simulachra.Post has igitur minas,ab vno vito in Berœa debellatus est. Is enim nobilis erat,eiusque ciuitatis Curiæ præsidebat, quem zelus Christi reddidit clariorem. Videś namque filium in impietatem,quæ tunc vigebat,fuisse demersum,expulit sua domo,& corā omnibus abdicauit.Qui in vicinæ ciuitatis itinere aggressus Imperatorē, suam voluntatē & abdicationem patris aperuit. At ille quiescere iuuenem imperauit,placandum promittens patrem. Quumque venisset in Be- C rœam, nobiles & honoratos cōuocauit ad prādium:inter quos erat & huius pater,quem cum filio in suo prandere iussit accubitu. Tunc circa medias epulas dixit ad patrem: Non mihi videtur iustum vim facere voluntati ad aliud declinanti, & animum ad alia mutare quæ non vult. Noli itaque esse filio violentus, sequi tua dogmata respuenti.Neque enim ego tibi vim facio vt mea sequaris, licet cogere valde possim. Ille causſam diuinæ religionis mente percipiens: De isto,inquit,ô Imperator, erronco dicis, & Deo exoso,& veritati præponēte mendacium: Tum ille rursus mansuetudinis induēs vultum: Cessa, inquit,detrahere.Et declinans ab eo vultū,adolescenti dixit: Ego tui curam habebo, quoniam patri tuo vt hoc faciat suadere nō possum. Hæc itaque non frustra retuli, sed volens ostendere non solū illius admirabilis viri fiduciā,sed quod D partem,si solutus bello discedere posset. Quod contēpta Iuliani à plurimis sit potestas.In Antiochia autē vir quidā optimus pædagogus adolescentiū habitabat. Eratq; illic nobilis ille Sophista Libanius, impius, expectánsq; Iuliani victoriā,habēs præ oculis eius minas. Ergo interrogauit pædagogum,quasi nostram deridēdo religionē:Nūc,inquit,fabri filius quid putas agit:At ille quod paulò post contigit:repletus gratia diuina prædixit.Respōdit enim:O Sophista,creator omniū,quē tu fabri filium nominasti,loculū Iuliano concinnat.Post paucos verò dies mors illius nuntiatur erronei,& in loculo positus aduectus est, minarúmque tumor euacuatus est.

Tigris.

Galilæi.

Præses Beroeæ filium ob christianismū abdicat.

Libanius Sophista.

Quomodo Iulianus monachus, eius mortem antequam audiret prænuntiauit. Caput 45.

EO porrò tempore religiosissimus Inlianus cognomento Saba, qui angelorum incorporalium vitam corporali conuersatione videbatur imitari,cuius etiam vitam conscripsimus, prolixiores offerebat Deo preces,cùm illius impij minas audisset. Et ea hora qua ille percussus est orans,mortem eius iste cognouit, licet plusquam viginti mutationes ab eo loco vsque ad illius exercitum esse viderētur. Aiunt enim cùm continuè ingemisceret, & clemēti domino supplicaret,subitò lachrymarum eius fluuium restitisse,fuisséque alacritate repletum, & eius vultū exhilaratum. Hanc animi perturbationem eius ministri respicientes, rogauerunt vt eis causam repentini gaudij patefaceret. Tunc ille dixit: Ferus sacræ vineæ deuastator pœnas exactus est vastationis suæ,iacetque mortuus,terroribus minísque frustratus. Hæc cognoscentes exultauerunt omnes, Deóque hymnos gratificos obtulerunt.Postea verò à nuntiis est compertū,eundem fuisse diem simul & horam necis Iuliani, quam ille sacratissimus senex cognouerat atque prædixerat.

An.do.365. Iulianus saba.

πλείονα ἢ εἴκοσι καταμοιρ.

De inconsulto Iuliani ductu. Caput 46.

ILlum itaque semper incōsultè egisse, mortis demonstrauit euentus. Transiens enim cum exercitu fluuium qui Persarum Romanorumque regna diuidit,repentè naues incēdit,nō suadens rebus aut verbis,sed cogēs milites prēliari.Porrò duces alacritate repleti, animabant milites,& eos spe varia cōfortabant, quam Imperator absciderat,cùm eorum reuersionem incensis nauibus abnegasset. Super hæc autē cùm debuisset cibos militibus congregare, neque de propriis finibus præcepit afferri, neque de inimicorum abundantia iussit aliquid deprædari. Relinquentes ergo habitabilem viam,pergebat per solitudinis loca, vbi & cibo & potu milites defrandati, & duces itineris non habentes, sed errantes in deserta prouincia,sapientissimi principis cognouere imprudentiam.

SOCRATES.

Multos itaque vicos castraque detinens, iam etiā ciuitates capiebat. Cumque venisset Ctesiphontem,in tantū obsedit regē, vt crebris Legationibus vteretur, offerens dare suæ patriæ

Iulianus obsidet regem Persarum apud Ctesiphontem.

Maximus philosophus. Iulianus putabat se alterum Alexandrum.

pacem,si solutus bello discedere posset. Quod ille noluit, neque supplicantium est misertus: neque mente percepit,quod vincere quidē bonū est, superuincere nimis inuidiosum: credens præcipuè magicis artibus,quas ei Maximus philosophus exhibebat,& arbitratus Alexādri Macedonis se gloriā percepturum,aut etiam maiorem. Putabat enim secundū Pythagoræam Platonísq; sententiam, ex mutatione corporū Alexandri animam se possidere, aut esse potius in alio corpore alter Alexander. Ob hanc itaque causſam Persarum regis noluit preces admittere.

SOZOMENVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quum igitur in deserti loca primò captiuorũ E habuisset ducatum, postea quidã senex sub schemate proditoris se ei compendiosum iter ostẽdere compromisit. Cumque tribus diebus ambulantes ad maiorem solitudinem venissent, illum quidem fustibus occiderunt, confitentem hoc se feciſſe pro patriæ liberatione. & libenter torméta omnia sustinere Exercitus interea Persarum, ex itinere fatigato exercitui Romanorũ, commotus occurrit, seque ad congressionem prælij parauit.

SOCRATES.

Querebantur enim Romani de principe, cur F noluerit bellum cum lucri promissione finire. Veruntamen Persis instantibus resistebãt, ita vt frequenter verterentur hostes in fugam. Porrò Iulianus erat præsens in equo, & exercitum cõfortabat, inermis quidem, spe felicitatis suæ audacior factus.

THEODORITVS.
De peremptione Iuliani. Caput 47.

COntra quem iaculum repentè delatũ, discurrens per brachium, in eius latus immersum est. Ex hoc vulnere susceptum finẽ vitæ. Quis verò iustissimũ intulerit vulnus, hactenus ignoratur. Sed alij quendam inuisibilium hoc intulisse ferunt: alij verò vnum pastorum Ismahelitarum. alij militem fama & itinere fatigatũ. Sed siue homo siue angelus fuerit, palàm est quòd diuinæ iussioni ministrauit. Aiunt autem quòd cùm fuisset vulneratus, mox manum sanguine suo compleuerit, & in aërem proiecerit, dicens: Galilæe vicisti. Et in eo ipso confessus est cum blasphemia victoriam.

SOCRATES.

Callistus. Callistus autem qui inter familiares Imperatoris tunc militabat, & Heroico versu eius cõscri- H tentia copuletur.

Iuliani Aug. mors. An. do. 366.

psit historiam, ait eum à dæmonio vulneratum, fuisse defunctum. Iulianus ergo quarto Consulatu suo quẽ ediderat cum Salustio, sexto die Iunij mẽsis, in Persica regione defunctus est, anno tertio imperij sui, septimo verò ex quo Cæsar à Constantio fuerat ordinatus, vitæ anno. xxxi.

Quæ Magiæ post mortem eius inuentæ sint. Caput 48.

Carræ.

POst cuius mortẽ eius Magię compertæ sunt. Carræ namque ciuitas est, hactenus impietatis eius reliquias habens. Per hanc iter agens, quoniam per Edessam propter piæ religionis cultum transire noluerat, in templum quod à Paganis colitur, est ingressus. Vbi cùm quædam cum suis consortibus sacrilegia celebrasset, ianuas & claustra disposuit, & quosdam ibi milites obseruare præcepit, vt inter hoc nullus accederet donec ipse rediret. Cumque mortuus *Magica quædam portenta Carris reperta.* fuisset, & impio pium successisset imperium, ingredientes in templum inuenerunt mira principis simulacra eiusque sapientiam & famosissimã pietatem. Viderũt enim mulierem à capillis appensam, extensas habẽtem manus, cuius vterum aperuerat, vt Persarum victoriam in iecore eius inspiceret. Hoc ergo scelus in Carris inuentum est. Verùm in Antiochia plurimas arcas in Palatio humanis aiunt capitibus plenas fuisse repertas, & innumera in puteis demersa corpora mortuorum. In qua vrbe cùm eius nuntiatus fuisset interitus, publicã cuncti habuẽre festiuitatẽ, & *Antiochenſiũ publicũ gaudium de morte Iuliani.* non solum in ecclesiis & sepulturis martyrum saltabant, sed etiam in Theatris Crucis victoriã prædicabant, illius Magiæ insultantes. Ego autẽ etiã clamorem fauoris eorũ hic ponere necessarium iudicaui, vt etiam apud posteros hęc memoria reseruetur. Communiter enim clamabãt omnes: Maxime fatue, vbi sunt tua vaticinia? Vicit Deus, & Christus eius. Hic ergo libri terminus est habendus, ne pio Imperio impietatis portentia copuletur.

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER SEPTIMVS.

SOCRATES.

De Ioniani Imperatoris auspicijs, & quemadmodum à Persidis finibus sit egressus.

Quid sophista Libanius contra Christianos scripserit, & quemodo socrates historiographus eius dicta confutarit. Caput 2.

CAPVT PRIMVM.

Iouianus Augusti. An. do. 366. tribunus militum. Cingulam militare.

MILITES IGItur in maxima sollicitudine conuenientes, omissa omni dilatione, altero die Ioniano insulas Imperatoris imponunt. Erat enim vir fortis & nobilis, & illo tẽpore χιλιάρχης, id B est, Millenarius, quo Iulianus electionem militibus lege proposuit, vt aut sacrificarent, aut militia cederent. Qui cingulum magis eligit amittere, quàm Imperatoris præceptis impijs obedire. Hunc ergo tũc Iulianus propter belli necessitatem inter viros militares habebat. Qui cùm violẽter à militibus ad imperium traheretur, clamabat, dicens, non se velle Paganis hominibus imperare, cùm ipse Christianus existeret. Cumque vox omnium communiter proclamasset, dicentium, se quoque Christianos, suscepit imperium.

THEODORITVS.

Cogitabat itaque Iouianus de communi salute, & quomodo posset de medio hostium illęsum exercitũ liberare. Nec indiguit magno consilio, sed feminibus pietatis vtilissimum vindemiauit fructum. Repentè namque suam prouidentiam Deus ostendit, & fluctuationem eius ad portum tranquillitatis adduxit. Dum enim huius angustiam Persarum rex agnouisset, missa Legatione petiuit pacem, deinde cibaria militibus destinauit, & forum venalium eis præparari in deserto præcepit. Celebratisque fœderibus, exercitum reduxit incolumem.

SOCRATES.

Fœdus Romanorum cum Persis.

Quæ pacta, quãtum ad gloriam quidem pertinebat Romanorum, turpia erant, sed tempori congruebant. Amissa namque Syria, & tradita Persis Nisibi Mesopotamiæ ciuitate discessit. Hæc itaque nunciata Christianos confortauerunt, Paganis intulerunt luctum. Portò milites incautum Iuliani feruorem valde culpabãt, causamque damni finium Romanorũ ei potius imputabant, quòd à Persarum veluti proditore seductus, naues quæ per fluuiũ frumenta deuehebant incendisset, & famem militibus accersisset.

Libanij opus de morte Iuliani.

TVm itaque Sophista Libanius Lamentationis librum in Iulianum conscripsit, quẽ Iulianum denominauit, fascinatum sanè laudibus illius: in quo etiam meminit librorum quos cõtra Christianos ædiderat Iulianus. Et si quidem laudes Imperatoris Sophista dixisset, ego quiescerem, vestigia historiæ sequens. Sed quia tanquam callidus Rhetor mentione Iuliani librorum Christianã videtur lacerare religionẽ, propterea contra eũ positis primùm verbis ipsius, pauca dicenda sunt. Hyemis inquit, noctes amplius Imperator extendẽs, incũbendo libris, Palæstinensem hominem Deum, Deique filiũ referentibus, præliabatur edixius, & redarguendo præualuit, vt risum & quandã inanitatẽ ostẽderet eorum quæ coluntur à talibus. In quibus laboribus sene Tyrio sapientior est inuẽtus. Propitius autẽ sit iste Tyrius, & placidè verba mea suscipiat, tanquã à filio victus est. Hæc quidem Sophistæ Libanij sunt. Verùm ego Sophistã eũ optimum fuisse noui: quanquam si non eius religionis fuisset cuius Imperator erat, omnia quę de Iuliano Christiani dicunt, etiam iste tunc diceret, & forsitan tanquam Rhetor augeret. Nã & viuo Constantio laudes, & eo defuncto iniurias plenas criminibus eius effadit. Et si senex Porphyrius fuisset Imperator, libros eius Iuliani præposuisset operibus. Sed & Iulianus, si Sophista fuisset, dixisset forsitan etiã ipsum malum, sicut Eceboli. Quia ergo ille tanquã eius sectæ, & tanquã Sophista & amicus Imperatoris, quæ ei sunt visa dixit. ei nos vt possumus obuiemus. Primùm itaque dixit, quòd libris incumberet, hyemis noctes extẽdens. Incũbere namq; significat, quòd intentionem habuerit, vt vituperationem cõscriberet, sicut consuetudo Sophistis est. Nã olim hos libros scierat, sed tunc incumbebat, & maximo prælio contẽdebat. Vnde palàm est quod non (sicuti Libanius putat) redarguẽdo præualuerit, sed infirmitate suæ veritatis æstuabat, & quæ benè illic cauteq; sunt posita, tanquã detractor lacerare laborabat. Omnis e- D nim qui resistit alicui, nunc vertẽdo, nunc celãdo veritatem, mentitur aduersus eũ cõtra quem litigat. Et qui infensus alicui est, omnia sicuti hostis non solùm agit, sed etiam loqui cõtendit. Quòd verò Iulianus atque Porphyrius, quẽ Tyriũ senem vocat, detractores ambo fuerint, suis ipsorũ sermonibus arguuntur. Nam Porphyrius summi philosophorũ Socratis vitã † lacerauit in historia Philosophica, quã ipse conscripsit: & talia de eo retulit, qualia soliti derogationibus occupari. Et hæc de illo Socrate, qui apud Græcos mirabilis castitate, iustitia aliisq; virtutibus

Porphyrius.

† *dilacerauit.* Χαιροφῶν, ἀπίστευτα μέντοι λέγεται νομαζόμενος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habebatur. Quem Plato mirabilis eorum philosophus, & Xenophon, alter philosophorum Thalius θεοφορος, non solum tanquã Deo amabilẽ honorãt, sed etiam vltra hominem sapuisse pronunciant. Porrò Iulianus æmulatus patrẽ, † passionem propriã in Cæsaribus denudauit, & omnium ante se regnantiũ vitas carpens, ne philosopho quidẽ Marco pepercit. Igitur ambo detractores fuerũt. Non opus habeo pluribus vti sermonibus. Ego namque ex vtrorunque verbis mores eorum coniiciens, hæc dixi. Quid autem de Iuliano Gregorius Nazanzenus retulerit audiamus. Ait enim in secundo libro contra Paganos hæc verba post alia: Hæc equidẽ de Iuliano aliis ipsa experimẽta tradiderũt, & assumpta potestas imperij: mihi autem eius mores comperti sunt, cùm hũc virũ Athenis clarius agnouissem. Venerat enim illuc, cùm frater eius Imperatori videretur inimicus. Fuitque aduentus eus ratio F duplex: vna quidẽ quasi decentior, qua dicebat se venisse vt viseret Hellada atque doceretur: altera verò secretior & non nota plurimis, vt immolatores dæmonũ & viros fallaces inquireret, quia nondũ habebat impietatis suæ licentiam. Tunc igitur nõ frustra consideraui virum. Non enim fortuitò ista cõspexi, sed faciebat me cautũ inconstantia morũ eius, & excessus vberiot. Vates siquidẽ egregius est, qui bene cõsiderat. Nullum enim signũ in eo mihi vtile videbatur. Cerui inflexibilis, humeri iactabiles, oculi currentes, huc illucque directi, & furiosè respicientes. Pedes impatientes, nares spirantes iniurias atque contẽptus, schemata risibilia, & hoc ipsum semper habentia. Risus incõtinens, & quasi subbulliens. Consensus & negatio simul, ratio nulla ratione consistens, interrogatio inordinata, atque responsio nulla congruẽtia sibi conueniẽs. Sed G quid per vniuersa discurro? Hũc ante opera vidi, & operibus ipsis agnoui. Et siquidem essent mihi præsentes, qui tunc aderãt, testarẽrur quòd cùm hæc vidissem, repentè dixi: O quale malum nutrit Respublica Romanorũ! Et cùm hæc prædixissem, optaui me inueniri debere mendacem. Melius enim fuerat hoc, quàm vt tãtis terra sceleribus impleretur. Nunquã arbitror talia fuisse prodigia, cùm multa diluuia, multa incẽdia, multæ pestes, & hiatus terræ prouenerint, licet homines inhumani & feroces, compositisq; dissimilibus naturis fuisse referantur. Ob quam rem digno suæ superbia fine conclusus est. Hæc Gregorius de Iuliano narrauit. Quia verò contra Christianos multa proferentes, nisi sunt vim facere veritati, quædã ex sacris literis peruertẽtes, alia permutantes, omnia tamen secundũ suã su- H mentes intentionem, multi eis obuiãtes ista patefecerunt, destruẽtes & redarguẽtes eorũ vana sophismata, & ante omnes Origenes, licet ante multa fuisset tempora Iuliani. Is enim quæ videbantur turbare legentes sacratissimas lectiones, obiiciẽ. sibiipsi & interpretatus ea, detractorũ sophisticas adinnẽtiones exclusit. Quæ si sæpius legissent Iulianus atque Porphyrius, ea libenter accipiẽtes, in aliud fortè sua verba mutassent, & nõ ad blasphemię sophismata verterẽtur. Quod verò lacerare studuerit Imperator apud idiotas & simplices verba faciens, & non apud eos, qui scripturarum diuinarum obtinent veritatem, ex

primus scripsit vitas philosophorum.

† *animi sui affectionem.*

Gregorius Nazanzenus de Iuliano.

Depingit Iulianũ Nazanzenus.

Origenes.

his palàm est: sumens enim ea verba, quæ dispõsationis causa humanius posita sunt, cùm multa huiusmodi collegisset exẽpla, hæc nouissimè dicit: Horũ igitur singula si nõ aliquam habẽt ineffabilem contemplationẽ, maxima de Deo blasphemia sunt plena. Hæc ergo Iulianus in tertio contra Christianos libro dixit. In libro autẽ suo quem de Cynismo scripsit, docẽs quomodo sacras fabulas deceat fingi, dicit oportere harũ veritatẽ abscondi. Sic enim ait: Amat enim natura celari, & abdita Deorũ subtilantia nõ patitur nudis verbis in aures introire pollutas. Apparet ergo per hæc Imperatorem suspicionẽ habuisse de diuinis scripturis, quòd essent verba mystica ineffabilem quendam modum contemplationis habentia. Sed indignatur quòd non omnes eandem sententiã habuerint, & incessit hos qui inter Christianos diuina simpliciter suscipere vidẽtur eloquia. Non igitur oportebat eũ contra simplices insurgere, nec propter illos contra sacras literas intumescere, neque odio habere, aut auersari quæ magis bene intellexerant: quod nõ omnes tunc ita sentirent, sicut ipse voluerat. Similis ergo Porphyrio factus est. Ille namque in Cæsarea Palæstina à quibusdam Christianis cæsus, iram non ferens, Christianismũ deseruit per furorẽ: & odio inimicorũ scribẽdo blasphemias Christianismo priuatus est: sicut eum Eusebius Pamphili redarguit, & eius verba destruxit. Imperator autẽ apud idiotas superbus inter Christianos exiit, ea passione in blasphemias Porphyrij declinauit. Ambo siquidẽ spõte deliquerunt, & scienter percãdo dignissima pœna mulctati sunt. Cùm igitur sophista Libanius velut irridens dixisset, hominẽ ex Palæstina Deum & Dei filiũ faciunt, oblitus suorũ videtur esse verborum: ad finem namque eius libri Iulianũ deificauit, sic inter alia dicens: Primum namq; nuncium eius mortis penè peremerant, quòd putaretur de Deo mentitus. Deinde paululũ descendens, ait: O dæmonum alumne, dæmonúmque discipule, & dæmonũ obseruator. Qui licet hoc aliter intelligeret, veruntamen hæc eadem de Iuliano dixit, quæ Christiani approbãtes affirmãt. Si ergo eum laudare cogitabat, oportebat eum hoc nomen effugere: nec eum deditum dæmonibus indicare: sicut sermonẽ alium declinauit, quẽ cùm reprehẽderetur, de suis libris abscidit. Quomodo enim homo Christi deificetur, & quemadmodũ in aperto homo fuerit, inuisibiliter autẽ Deus, & quemadmodũ vtraq; sint vera, Christianorũ ratio sacra nouit: Pagani verò antequàm credãt intelligere nequeunt. Dicit enim *Esa.6.d.* sermo diuinus: Nisi credideritis, nõ intelligetis. Quapropter non erubescunt multos homines deificando: & vtinam bonis moribus institutos, aut iustos, aut castos, & nõ potius lubricos, iniquos, & ebriosos, id est, Hercules, Dionysos, & Asclepios, sicuti frequẽter in suis libris Iulianũ iurare nõ pudet. Quorum masculos fœminásq; Cupidines si enumerare voluero, lõga digressio generatur. Sed sufficit hæc scire volẽtibus Aristotelis Palliũ, & Corona Dionysij, & liber Rhegini multæ memoriæ, turbáque Poetarũ, qui de talibus scribentes, verè ridiculum & inanitatem Theologię ostẽdere Paganorũ. Quod verò proprium Paganorũ sit, homines summa facilitate

Liber Iuliani Augusti. Ἐκ τῶν κατὰ Χριστιανῶν, πρὸς τοὺς κατὰ Χριστὸν.

Iuliani verba ex tertio libro contra Christianos.

Iulianus reprehenditur.

Quid Porphyrium mouerit, vt aduersus Christianos scriberet.

Aristotelis pallium.

Corona Dionysij.

deificare, monstremus. Rhodiis quadã calamitate detentis, responsum est datũ, vt Phrygium Attin sacerdotẽ vxsanæ Phrygum celebritatis placarent. Tale namque respõsum est: Attin placate Deum magnũ, purum Adonem, bonæ vitę, diuitiarum datorem, comatúmq; Dionysium. Hoc itaque respõso Attin qui amore vxsano semetipsum occidit, eundẽ Adonem Dionysiúmq; nominauit. Cumque Alexãder Macedonũ rex trãsisset in Asiam, Amphictyones Alexandro fauẽtes, carmina ista finxerũt, Iouem deorum Cõsulem, & Mineruã tritogenitã honorate, qui corpore mortali supernum abscondis regem, quem Iupiter Heroum seminauit gentibus adiutorem, bonæ legis lætitiæ Alexandrũ statuere regẽ. Hęc in Pythia pronunciauit dæmon: qui cùm potẽtibus adularetur, deificabat eos. Quid enim dicamus cùm etiã Cleomedem athletam deificauerint, ita dicentes: Vltimus Heroũ Cleomedes Astypalæus quẽ sacrificiis honorate, quia mortalis iã non est. Propter hoc ergo responsum Diogenes Cynicus & OEnomaus philosophus Pythiũ reprehenderunt Apollinem Cyziceni verò tertiumdecimum deum Adrianũ appellauerunt. Sed etiam ipse Adrianus amatam suã Antinoum deificauit. Et hæc ridiculam inanitatem nõ dicit esse Libanius? Hæc ergo à nobis propter eius detractionem, per digressionem dicta sufficiant.

Attin Rhodij in Deos retulerunt.

Amphictiones de Alexandro.

Cleomedes athleta.

Adrianus Antinoum Amasius Adriani.

THEODORITVS.
De rectitudine fidei Iuliani, & quid Athanasius Alexandrinus scripserit. Caput 3.

IOuianus ergo Imperator, mox vt imperij sui C terras ingressus est, primùm scripsit legem, vt episcopi de exilio redirent, & ecclesias eis reddẽdas esse professus est, qui expositam in Nicæa fidem inuiolabiliter seruassent. Scripsit etiam Athanasio, qui præcipuus erat horum dogmatũ propugnator, petens vt ei rescriberet perlectam diuinorum dogmatũ disciplinam. Qui eloquentiores episcopos congregans rescripsit, rogans vt fidem Nicææ expositam custodiret, tanquam Apostolicis dogmatibus congruentem. Cuius epistolæ verba sunt hæc:

Iouianus Aug. episcopos exules restituit.

Iouianus Aug. ab Athanasio cupit orthodoxam religionem edoceri.

PIISSIMO ATQVE CLEMENTISsimo victori Augusto Iouiano Athanasius, & reliqui episcopi cõuenientes ex persona omnium episcoporũ Ægyptiorum, Thebaidos, & Libyę.

DECET Deo amabilem principẽ discendi habere voluntatẽ, desideriúmque cœlestium. Sic enim verè & cor habes in manu Dei, & imperium cum pace multis annorum curriculis gubernabis. Volente igitur à nobis tua discere pietate catholicæ ecclesiæ fidẽ, gratias ob hoc domino referentes, curauimus vt prolatam ab omnibus patribus in Nicæa tuæ pietati insinuaremus fidem. Hanc enim repudiãres quidã, nobis quidem frequenter insidiati sunt, eò quòd Arianæ non cõsentiremus insaniæ. Autores verò facti sunt hęresis & schismatum vniuersalis ecclesiæ. Vera ergo & pia in dominũ nostrum Iesum Christum fides est omnibus manifesta, & ex diuinis literis agnita atque lecta. In hac enim etiã sancti martyrio consummati sunt, & requiescẽtes in domino nunc consistunt. Manserat itaque semper fides illæsa, nihil calliditas quorundam hæreticorum eam violare præsumeret. Arius enim quidam, eiusque sectatores erumpere & impietatem aduersus eam introducere tentauerũt, dicentes ex non extantibus: & creaturam, atque factũram, cõuertibilémque esse filium Dei. Plurimósque per talia seduxerunt, ita vt etiã qui aliquid esse videbãtur, blasphemia huiusmodi traherentur. Verùm sancti patres nostri olim cõuenientes (sicuti prædiximus) in Nicæno concilio, Arianam quidẽ sectam anathematizauerunt, catholicæ verò ecclesiæ fidẽ (scriptura teste) professi sunt. Eaque prædicatione hæresis extincta est, quæ vbique videbatur accensa. Hæc itaq; fides per omnes ecclesias legebatur & prædicabatur. Sed quoniã Arianam hæresim quidam renouare volentes, ipsam fidem à patribus in Nicæa prolatam anathematizare præsumpserunt: aliqui verò fingunt se eã profiteri, sed ipsam veritatem negare noscuntur, aliter interpretantes Consubstantialitatẽ, & sancto spiritui blasphemantes, cùm dicunt eum creaturam esse atq; factũram per filium celebratam: necessario considerantes læsionem ex huiusmodi causa contra populũ generatam offerre tuę pietati confessionem concilij Nicæni curauimus, vt pia religio tua cognoscat, cum quanta scrupulositate conscripta sit: & quantum errent, qui extra eã volũt aliquid edocere. Cognosce Deo amabilis Imperator, quoniam hæc quidẽ prædicatur à seculo, & hanc professi sunt patres in Nicæa cõuenientes. In hac quoque fide concordãt omnes ecclesiæ in Hispania, & Britannia, necnon in Galliis, Italiis, & in Dalmatiis constitutæ: in Cappadocia, Mysia, & Macedonia & vniuersa simul Hellade, sed etiã in vniuersa Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pãphilia, Lycia, Isauria, & in omni Ægypto & Lybia, Ponto & Cappadocia, partibúsq; vicinis, & Orientales ecclesiæ præter paucos Arij sectatores. Omniũ namque prædictorũ sententiam experimẽto cognouimus, literas habemus, cósque nouimus Deo amabilis Imperator, quia cùm pauci quidam huic fidei contradicant, præiudicium facere nõ poterunt in toto orbe terrarum. Multo enim tempore ab hæresi Ariana pulsari, nunc etiam pietati contentione maxima contradicunt. Vt verò hæc pietas tua cognoscat, licet sciat, tamen studuimus fidem Nicæno concilio professam ab episcopis trecẽtis decem & octo, subiungere. Est autem hæc Nicæni concilij fides.

CREDIMVS in vnum Deum patrem omnipotẽtem, omnium visibilium, inuisibiliúmq; factorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre, vnigenitũ: hoc est, de substantia patris, Deũ de Deo, lumen de lumine, Deũ verum de Deo vero: natum non factum, consubstãtialem patri per quem omnia facta sunt, quę in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutẽ descẽdit de cœlis, incarnatus, humanat⁹, passus est, & die tertia resurrexit. Ascẽdit in cœlos, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritũ sanctum. Eos autẽ qui dicunt, Erat, quãdo nõ erat: & antequam nasceretur non erat: & quia ex nõ extantibus factus est, aut ex altera substantia vel

Professio fidei in concilio Nicæno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

subsistentia dicentes esse, aut creatum, aut conuertibilem, aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat sancta catholica & Apostolica ecclesia. In hac fide deo amabilis Imperator nos cõsistere necessarium est, tanquam sacra & Apostolica: nullâq; mouere eam seductione verborum atque contentione: quod ab initio Ariani fecerunt, ex non extantibus filium dicentes. Et, quia erat, quando non erat, & creatus, & factus, & conuertibilis est: Propterea (sicuti prædiximus) & Nicæna synodus hæresim anathematizauit huiusmodi, fidem verò professa est veritatis. Non enim simpliciter similem dixerunt filiũ patri, nec simpliciter similis Deo, deus verus esse crederetur, sed etiam consubstantialem scripserunt, quod proprium est geniti verique filij, ex vtero & naturali patre nascentis. Sed neq; Spiritum sanctum alienauerunt à patre & filio, sed potius glorificauerunt cum cum patre & filio in vna sanctæ Trinitatis fide, eò quòd vna sit in sancta Trinitate diuinitas.

Frumentorum reditus restituit ecclesiis Iulianus.

Has literas Imperator legens, confirmauit quã habuerat de sacris sciẽtiam & affectũ: aliámque conscripsit legem, vt frumentorum consuetudo redderetur ecclesiis, quã Maximus distribuerat Constantinus, & dari prohibuerat Iulianus. Et quoniam propter illius impietatem orta fames, non sinebat totam tunc summam quam Constantinus constituerat, erogari, tertiam partem Iouianus ad præsens impẽdi promisit, ita vt cessante fame, frumenta integra præberentur.

SOCRATES.

Quomodo Iouiani temporibus orthodoxi floruerint, & hæretici sint oppressi. Caput 4.

An.do.366. Exules episcopos reuocat.

EVocauit igitur Imperator à Constantio in exilium missos episcopos, qui non occurrerant Iuliani redire temporibus. Tunc autẽ etiam templa Paganorum omnia claudebantur, & ipsi sacerdotes vbique fugiebant: indutique pallio, ipsa pallia reponebant, & ad schema commune reuertebãtur. Quieuit etiam pollutio sanguinis, quam publicè infatiabiliter sub Iuliano celebrauerant. Porrò Christiani non quiescebant: Præsules enim religionum adibãt crebro Principẽ, credentes eius obtinere se voluntatem aduersus proprios inimicos. Et primũ quidẽ Macedoniani libellum Principi porrexerunt, postulantes vt expellerentur ecclesiis, qui dissimilẽ filium prædicarent, & ipsi introducerentur in eas. Erãt qui libellum obtulerant, Basilius Ancyræ, Sylvanus Tarsi, Sophronius Pompeiopoleos, Pasinicus Zilenus, Leontius Comanus, Callicrates Claudiopolites, Theophilus Castabalenus. Horum libellum Imperator accipiens, eos sine responso dimisit, hoc tantummodo dicens: Ego contentiones odi, eos autem qui ad concordiam festinant, diligo, pariter & honoro. Quod audiẽtes, qui ad contentionẽ se parabant, quieuerũt. Hoc ergo pro voto Imperatoris est factum. Nã tunc intẽtio sectatorum Acacij reuelata est, & (sicuti solebant) ad vota se principis contulerunt. Cõuenientes enim in Antiochia Syriæ, habuerunt verba cum Melitio, qui paulò ante diuisus ab eis, Consubstantialitatem ita defendere videbatur. Hoc itaque fecerunt, quoniam eum honorari conspiciebant, Principe tunc ibi agente. Communi ergo concilio libellum componentes, Consubstantialitatem professi sunt, & Nicænam roborantes fidem obtulerunt Imperatori. Cuius libelli verba sunt hæc:

Acaciani cõuentum apud Antiochiam.

PIISSIMO ET DEO AMABILI Domino nostro, Iouiano, Victori Augusto, synodus præsentium Episcoporũ ex diuersis prouinciis in Antiochena vrbe, conuenientium.

An.do.366. Acacianorũ epistola ex synodo Antiochena ad Iouianum Aug.

Quod ecclesiasticam pacem atque concordiã tua primum studuerit pietas celebrare, bene nouimus etiã nos Deo amabilis Imperator. Quod verò verticẽ huiusmodi veræ vnitatis & orthodoxæ fidei bene sumpseris, neque hoc ignoramus. Sed ne cum his qui adulterant veritatis dogma adnumeremur tuę pietati suggerimus, quoniam sancti cõcilij in Nicea olim & ab initio celebrati fidem & suscepimus & tenemus. Quãdo etiam Consubstantialitatis nomen, quod aliter se quibusdam habere videtur, dicimus cautã interpretationem à patribus excepisse, quippe significantibus quod ex substantia patris natus sit filius: & quia similis per substantiam patri est. Non enim velut aliqua passio circa ineffabilem natiuitatẽ creditur. Neque secundum aliquẽ Paganorum vsum percipitur à Patribus substãtiæ nomen dictum, sed ad destructionem Arianorũ, qui præsumpserunt ex non extantibus de Christo aliquid impie prædicare. Quod etiam illi, qui nunc inæqualitatẽ asserunt, asperius & audacius ad vastandam ecclesiæ concordiam imprudentes ausi sunt perpetrare. Quamobrem huic nostræ relationi subiunximus exemplar fidei Nicæni concilij, quam etiam decenter amplectimur. Est enim huiusmodi: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & reliqua. Et subscriptio: Melitius episcopus Antiochiæ obtuli in suprascriptis cõsentiens, Eusebius Samosatenus, Euagrius Siculus, Vranius Apamiæ, Zoilus Larissenus, Acacius Cæsariæ, Antipater Rhosi, Abramius Yrimensis, Aristonicus Seleucobeli, † Barbabentus Pergami, Vranius Meletenæ, Magnus Calcidis, Eutychius Eleutheropoleos, Isaci Armeniæ maioris, Titus Bostrensis, Petrus Sippanius, Pelagius Laodiciæ, Arabianus Adrensis, Piso Adanensis per Lamirionẽ presbyterũ. Sabinianus Zeugmatis, Athanasius Ancyræ per Orphitũ & Aterũ presbyteros, Irenæus Gazæ, Piso Augustæ, Patricius Palti per Lamirionẽ presbyterum, Anatolius Berææ, Theothimus Arameus, Lucianus Arcenus. Húc itaque libellum in collectione Synodaliũ Sabini conscriptũ inuenimus. Verùm Imperator propositũ hoc habebat, vt blãdimentis & suasione verborũ discordantiũ contentiones abscinderet, dicens. Nulli quidẽ se quomodocunque credẽtium fore molestum: eos tamen diligere, & valde honorare, qui principium ecclesiasticæ vnitati præberent. Quod verò hoc egerit, etiã Themistius Philosophus ait in laude quam in eius protulit Consulatu. vbi miratur Imperatorem, quod permiserit vnumquenque colere sicut vellet, atq; deuicerit blandientiũ mores, quos valde deridens, ait eos non Deũ, sed purpuram magis colere.

† Barlameus

Sabini synodalia.

Themistij philosophi oratio pane gyrica.

SOZOMENVS.

Igitur

De non ducẽdis sacris virginibus, Iouiani lex.

Igitur Imperator tũc etiam Secundo nomine Præfecturam gubernanti Prætorianam legẽ dedit, vt capitali sententia plecterentur, qui vel sacram virginem nuptiali thoro violare auderet, vel impudico aspectu aspiceret, ne dicam abripere forte tentaret. Quam legem ideo posuit, cò quòd Iuliani temporibus quidam huiusmodi virgines vxores ducere ausi fuerant.

Athanasius Iouianũ adit.

Quod Athanasius venerit ad Iouianum, & ab eo decenter sit honoratus. caput 5.

INter hæc Athanasius Alexandrinæ sedis episcopus, cum paucis suorum communicato cõsilio necessarium iudicauit, vt Christianum videret Imperatorem. Venienſque Antiochiam, Principem, de quibus oportebat, edocuit. Quidam aiunt, quod eum ipse magis euocauerit Imperator, vt quæ necessaria pro religione & recta fide viderentur, exponeret: disponẽnſque, vt decebat, causas ecclesiæ de reditu cogitabat. Verũ

Euzoius Antiochenus, Lucius Alexandrinus accusat Athanasium.

Euzoius Arianę sectæ Antiochenę ciuitatis episcopus, studebat vt Probatianus quidam Eunuchus, in Alexandrina vrbe ordinaretur episcopus. Cumq; hoc ageretur, Lucius Alexandrinus à Georgio presbyter ordinatus, adiit Imperatorem, & maledicens Athanasio, quasi temporibus episcopatus illius fuisset accusatus, & plurima exilia sub præcedentibus sustinuisset Imperatoribus, essetq; circa sacra per eũ causa discordiæ, supplicabat vt alius in Alexandrina ciuitate ordinaretur episcopus. Verum Imperator sciens, quãtæ Athanasio inimicorũ insidię factæ fuissent, detractiones huiusmodi non respexit, sed Lucium quidem cum multa interminatione tacere iussit, Probatianum verò ciusque sequaces Eunuchos, autores huiusmodi scelerum atque turbarum castigandos esse præcepit. Porrò Athanasium amicum sibi maximum factum destinauit in Ægyptum, vt sicut ei videretur causas ecclesiarum populosque disponeret. Fertur enim, quod cum pro maxima virtute conuersationis sapientiæque laudauerit. Aiunt quidem antequam sub Constantio Imperatore Ariani tenerent ecclesias, somnium vidisse Antonium monachum quasi † burdones altare sacrum calcibus euertissent, experrectumque dixisse: Ab adulteris & permixtis hominibus ecclesiam calcari. Quæ non fuisse mendacia posteriora monstrauit euentus.

Probatianus, Eunuchi.

† Mulos Antonij monachi somnium.

SOCRATES.

De consulatu & fine Iouiani. Caput 6.

Iulianus Iulianum Tarsi sepelit. Dadastana Themistius philosophus Iouianus mortuus. An.do.366.

TVnc igitur Imperator impetum retinens hæreticorũ discessit ab Antiochia, & venit ad Tarsum Ciliciæ, ibique corpus Iuliani sepeliuit. Et cùm cuncta solemnia funeri eius exhibuissent, Cos. est designatus. Cumque Constantinopolim festinaret, venit ad prædium nomine Dadastana inter Galariam & Bithyniam vbi philosophus Themistius cum aliis Senatoribus occurrens, Consularem recitauit orationem. Feliciter tunc agi poterãt res Romanæ publicæ, & simul ecclesiasticę sub principe benigno dispositę, nisi repentina mors talem virum ab hominibus abstulisset. In prædicto nanque prædio hyemis tẽpore in † phraxis languore constrictus est mortuus. Cõsulatu suo & Varroniani filij, septimo decimo die Februarij mensis, qui regnauit mensibus septem, vixit annis trigintatribus.

† Oppilationis. Varronianus.

SOZOMENVS.

De ortu principis Valentiniani, & quemadmodum fratrem Valentem ipse fecerit Imperatorem. Caput 7.

CVmque in Nicæam Bithynię venisset exercitus, Valentinianũ ordinauit imperatorẽ, virũ optimum & apice Principali dignissimum.

An.do 367. Valentinianus.

SOCRATES.

Valẽtinianus igitur ordinatur vicesimoquinto die eiusdem Februarij mensis, Pannonius genere, de Cibala ciuitate: cui tunc erat militium cura commissa, quoniam probatissimè militarẽ nouerat disciplinam. Fuit etiã vir magnanimus, & semper præsenti fortuna melior apparebat.

THEODORITVS.

Is enim non modo fortitudine, sed etiam prudentia, tẽperantia atque iustitia & corporis magnitudine præfulgebat. Adeo enim fuit regalis pariter & vrbanus, vt quum exercitus tentasset ei alium sociare consortem, ille responderit, quod cantatur ab omnibus: Vestrum, inquit, fuit ô milites Imperatore nõ existente mihi dare regimen Imperij. Verum vbi hoc ego suscepi, meum iam & non vestrum est de rebus cogitare cõmunibus. Cuius verba admirati milites, eius sequuti sunt voluntatem. At ille fratrem de Pannonia vocans, quod certe non debuit, socium fecit Imperij.

Valentinianus ad milites.

SOCRATES.

Post triginta dies auspicij sui.

THEODORITVS.

Cui Asiæ sceptra contradens pariter & Ægypti, Europam sibi distribuit. Et veniens ad Hesperiam, omnem illico docuit æquitatem, à prædicationibus impietatis incipiens.

De Ambrosij Mediolanensis episcopatu atque libertate loquendi. caput 8.

Auxentius episcopus moritur. Obtestatio Valentiniani Aug. ad episcopos, de præficiendo Mediolanensibus episcopo.

AVxentio namque defuncto, qui Mediolanensem præsulatum tenuerat, multisque fuerat concilijs abdicatus, euocans Episcopos Imperator huiusmodi apud eos verba loquutus est: Notis apertè, eruditi vtique diuinis eloquiis, qualem oporteat esse Põtificem, & quod non deceat eum verbo solum, sed etiam vita gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, restémque doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque in Pontificali constituite sede, cui & nos qui gubernamus Imperiũ syncerè nostra capita submittamus, & eius monita dum tanquã homines deliquerimus necessario, veluti curãtis medicamenta suspiciamus. Hæc quum dixisset Imperator, petiit synodus vt magis ipse decerneret, sapiens & pius existẽs. At ille supra nos est, inquit, talis electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo splẽdore fulgẽtes, meli⁹ poteritis eligere. Tũc sacerdotes egressi, de episcopali sede tractabant. Verum ciuitatis habitatores (vt fieri assolet) tu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

multus faciebāt, alij hunc, alij illum ordinare pe tentes. Qui enim erant de Ariani Auxentij secta similem sibi fieri concertabant. Rursum orthodoxi, sui dogmatis nitebantur habere episcopū. Hanc seditionē Ambrosius, cui tunc Præsidialis fuerat cura commissa, vbi cognouisset, metuens ne quid turbę consurgeret, ad ecclesiam festinus accessit. At illi, cessante seditione communē dederunt vocē, petētes vt pastor gregis ordinaretur Ambrosius, qui nondum fuerat baptizatus. Hoc Imperator cognoscens, repēte iussit & baptizari, & tanquam dignum virum ordinari pōtificem. Nouerat enim eius rectiorem omni libra sententiā, & omni regula certiora suffragia. Arbitratus etiam diuinum in eo esse decretum, quum in eius electione etiam pars contraria cōsonaret: Is ergo sacri baptismatis dono potitus, gratiam quoq; simul suscepit Episcopatus. Quo facto hunc hymnum optimus Imperator Saluatori & domino obtulisse fertur (his enim quæ gerebātur intererat) Gratias, inquit, ago tibi Domine omnipotens & saluator noster, quoniam hunc viro ego quidem commisi corpora tua autē animas, & meas electionē osteadisti tuæ iustitiæ conuenire. Cumque post paucos dies sanctus Ambrosius cum multa fiducia apud Imperatorē quereretur, quod malē à Iudicibus ageretur, tūc Imperator ait: Hanc, inquit, † παῤῥησίαν tuā pridem noui, & aperte probās non solum non restiti, sed etiam in electione ordinationis tuæ socius fui. Festina itaque sanare, sicut diuina lege præcipitur, animarum delicta nostrarū. Hæc igitur Imperator Mediolani & dixit & fecit. Cognoscens autem quosdam in Asia & Phrygia de diuinis dubitare dogmatibus, in Illyrico quidē præcepit synodum celebrari, & quæ de illis decreta atque firmata sunt, dubitantibus destinauit. Potrò qui illic conuenerant, decreuerunt fidem expositam in Nicæna vrbe seruandā. Scripsit autem & ipse, socium adhibens in suis literis fratrem, vt in his quæ placuerant, duraretur. Nunc ergo etiam legem ipsam ponere necessarium est, quæ apertē & eius pietatem prædicat, & Valentis tunc syncritatem sine dubitatione demonstrat.

An. do. 377. Ambrosius vrsit tumultum cōpescit.

Ambrosius nondū baptizatus eligitur in episcopum.

Baptizatur.

Fit episcopus.

Audaciam & libertatem loquendi.

An. do. 377. Synodus in Illyrico celebratur iussu Valentiniani Aug.

Edictum Valentiniani & Valentis de Consubstantiali trinitate. Caput 9.

IMP. MAXIMI PII, VICTORES, Augusti, Valentinianus, Valēs, & Gratianus, episcopis diœceseos Asiæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino S.

TAnto concilio in Illyrico celebrato, & subtiliter habitā quæstione de salutari Verbo, ostenderunt beatissimi Pontifices Trinitatem consubstantialem Patris & filij & Spiritus sancti. Quam nequaquam declinantes, iuxta ministeria religionis magni regis exercent. Hāc ergo prædicare decreuit nostra quoque potentia: ita tamen vt nō dicāt aliquit Sequimur religionem Imperatoris hanc patriam gubernantis, & non illi potius obedientes, qui nobis salutis mādata contradidit, Euāgelium nāque Christi nostri sic habet: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Quid ergo dicitis vos Episcopi & Præsules salutaris Verbi: Si ita se habet vestra

Matth. 22. b Mar. 12. b Luc. 20. c

probatio, diligentes adulteros Imperiali aburi dignitate quiescite: & nolite persequi eos, qui Deo perfectè ministrant: quorū orationibus & terrena bella sedātur, & recedentiū à Deo angelorum repelluntur incursus: quique omnes dæmones corruptores precum assiduitate confundunt: tributa secundū leges inferre nō respuunt, potestatique regiæ non resistunt: sed syncera voluntate & superni mandata Dei custodiunt, & nostris legibus subiungātur. Vos autem inobedientes esse monstramini. Et nos quidē subiicimur ei, qui primus est & nouissimis: vos autē vobismet arrogatis. Nos itaque puros nosipsos à vobis esse desideramus. Et sicut Pilatus in examinatione nostri Christi, quū nollet eū perimere, cōuersusque ad Orientis partes & petēs aquā, abluit manus suas dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti: Sic etiā nostra maiestas semper mādauit persequutionē non fieri, neque fluctuationes inferri, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neque dispēsatores magni regis expellere: vt non ad præsens & sub Imperio nostro crescere videamini, & postea testamentum domini subdere passioni, sicut in sanguine Zacharię. Sed illi post aduentū superni regis nostri Christi Iesu diruti sunt, contraditi morti cum adiutore suo dæmone corruptore. Hoc præcepimus in Megerio, & Ciceronio, & Damasco, & Lampone. & Brintisio, qui auditores fuerūt. Sed etiā ipsa vobis Acta misimus, vt cognoscatis ea, quę in eximio sunt concilio celebrata. His ergo literis subdidit etiā dogmata concilij, hæc summatim habentia: Profitemur sequentes magnum orthodoxumque concilium, consubstantialem esse patri Filium: & non sic intelligimus consubstantialem, sicuti pridem quidā exposuerunt, non verò subscribentes, & nunc alij illos vocantes patres, virtutem sermonis respuunt, & sequuntur eos, qui per consubstantialē similitudinem significatam esse cōscripserunt, eo quod nulli reliquarum creaturarum per eum factarū similis sit filius, nisi tantummodo patri. Sed qui hæc exponunt, creaturam præcipuā Dei filium impiè dogmatizant. Nos itaque sapimus (sicut etiam concilia nuper Romæ & in Galliis celebrata) vnam esse eādémque substantiā patris & filij & spiritus sancti, in tribus personis, quod est in tribus perfectis subsistentiis. Confitemur autem secundū Nicænam expositionē, & incarnatum filium Dei consubstantialem ex virgine sancta Maria, & in hominibus habitasse, & cōplesse dispēsationem pro nobis omnem in natiuitate, & passione, & resurrectione, & in cœlos ascensione: & iterum venturum vt reddat nobis similitudinem diuinam: à semetipso, Deum existentem carnigerum, & hominem deiferum. His ergo quæ prædicta sunt contraria sapientes anathematizamus, & eos simul qui nō verè anathematizant, eum qui dixit, Antequam nasceretur, nō fuit filius: sed scripsit, quod & antequā opere nasceretur, virtute erat in patre. Hoc enim & in omnibus creaturis est, quę non semper existunt, sicuti Deus. Filius enim semper cum patre est, sempiterna natiuitate progenitus.

Interpres non intellexit, vt de Græca.

Hæc igitur Imperator summatim significauit, ego verò etiam ipsas concilij literas ponendas existimo.

Epistola

Epistola Illyricianorum episcoporum ad Orientales episcopos profitentium Consubstantialem Trinitatem. Caput 10.

EPISCOPI ILLYRICI, EPISCOpis Ecclesiarū Dei, Diœceseos Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ in Domino S.

COnuenientibus nobis in vnum, & habita maxima quæstione de salutari Verbo, probauimus consubstantialem esse patri Trinitatē patris & filij & spiritus sancti. Quam obrem iustum fuit vobis literas destinare, nō quibusdam argumentationibus religionem Trinitatis scribentes, sed in humilitate rogantes. Has nostras literas destinauimus per dulcissimum fratrem & consacerdotem nostrum Elpidium presbyterū. In præsentibus itaque nostris literis quasi illud refertur, quod in saluatoris nostri Iesu Christi libris ascriptum est. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ. Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Et hæc quidem sufficiebāt humilitati nostræ, etiam si non vobis vniuersales literas mitteremus, propter timorem tantum, quem ibi prædicatis cuncta vestræ prouinciæ, à patre & filio spiritum sanctum diuidentes. Quā obrem necessarium habuimus ad vos destinare dominum nostrum & comministrum Elpidium à regio principatu Romanorum has literas deferentem, vt si fortè talis est prędicatio vestra, cognoscat: qui enim consubstantialem Trinitatem non prędicant, anathema sint. Et si quis his cōmunicans inuenitur, anathema sit. His autem qui consubstantialem prædicant Trinitatē, præparata sunt regna cœlorum. Rogamus ergo vos fratres, vt non aliud doceatis, non aliud innouetis, sed cōsubstantialem semper & vbique prædicantes trinitatē, possidebitis regnum Dei. Ob hoc scribentes & commemorantes, has literas destinauimus. De episcopis autem constituendis vel comministris iam constitutis, si permanserint vsque ad finem sani, bene: alioquin ex ipso presbyterio repellantur. Similiter presbyteros atque diaconos in sacerdotali ordine definiuimus, vt sint irreprehensibiles vndique, & à Curia, & ob officio militari. Propterea ergo hoc noluimus pluribus verbis scribere, eò quòd miserimus vnū ex omnibus dominū nostrū, & cōministrum Elpidium, studiosè prædicationē vestram cognoturum an ita se habeat, sicut audiuimus à domino nostro & confacerdote Eustathio. Posthac licet aliquando in errore fueritis, deponētes veterē hominē, induimini nouo. Nā & ipse frater & comminister Elpidius docebit vos veram prædicare fidē: quia sancta Trinitas consubstantialis Deo & patri & filio cū spiritu sancto sanctificata, glorificata, manifestata est: pater in filio, filius in patre, cum sancto spiritu in secula. Hoc itaq; declarato apertè poterimus sanctam Trinitatē confiteri consubstantialem esse secundum fidem olim in Nicæa expositam, quam patres cōfirmauerunt. Qua fide prædicata, poterimus erroneū dæmonē declinare. Quo extincto, pacificos nosmetipsos literis degentes in pace salutabimus. Scripsimus itaque vobis, vt noueritis Arianos esse condēnatos, nolentes confiteri ex patris substantia filium & spiritum A sanctum, quorum nomina sunt subiecta. Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Hæc ergo ita se habent, in gloria patris & filij & spiritus sancti, in secula seculorum, Amen. Valere vos optamus patri & filio Saluatori Christo, cum sancto spiritu, multis annorum curriculis.

De hæresi Audæanorum. Caput 11.

INclytus igitur Imperator tanquam Apostolicis dogmatibus cum omni cura vacabat. Interea Syrus quidam & genere & lingua, Audæus nomine, illo tempore fuit dogmatum nouorum repertor: qui pridem quidē malignos habere conceptus cœperat, tunc autem cognitus est. Prius namque stultè intelligens quod scriptum est: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā, humanam formam putauit, habere diuinitatem & corporis circumiacere partes cōiecit, diuinæ scripturæ nequaquam sensum perspiciens, quæ sæpe diuinis operationibus humanorū membrorū nomina circumponit: quandoquidē qui facilè subtiliora intelligere nequeunt, per hæc Dei prouidentiā magis agnoscunt. Adiecit autem huic impietati & alia his vicina. Ex væsania namq; Maneris aspersus, neque ignis, neque tenebrarū Deū asserunt creatorē. Sed hæc quidem, & quæcunque his similia celant Manetis væsaniæ participes, & iste prædicabat. Aiunt autem hos ab ecclesiastico seiunctos esse conuentu, quando hic reperiātur quidam, qui vsuras execrandas exigant, nec desint qui absque legitimis nuptiis mulieribus cohabitantes indecentem agant vitam. Atque horum causa aiunt seorsum se viuere, celantes dogmatum blasphemiā. Est tamen hic prætextus arrogantiæ plenus, & Pharisaicę propago doctrinę. Nam & illi animarum & corporum medicū accusabant in templo, dicentes Apostolis: Vt quid cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Et per Prophetam de talibus dicit Deus: Qui dicunt mundus sum, noli me tāgere, isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Sed horum stultitiam redarguere præsentis tēporis non est: quapropter ad narrationē reliquam procedamus. Ea tēpestate Messalianorū, quos εὐχίτας, id est, Orantes appellant, hæresis est exorta. Vocantur autem & alia appellatione ἐνθουσιαζοντας, id est, sacrificatores. Hi enim cuiusdā dæmonis operationē expectant, & hāc sancti spiritus præsentiā arbitrantur. Qui verò integro huius rei languore participātur, auersantur operationem manuū velut malā, somnoque semetipsos tradūt, & somniorū phātasias, Prophetias appellāt. Huius hæreseos fuerunt principes, Dadoes, & Sabbas, & Adelphius, Hermas, & Symeones, & alij, qui ab ecclesiastica quidē nequaquàm cōmunione recesserūt, dicētes diuinū cibū nihil nec prodesse nec lædere, de quo Dominus dixit Christus: Qui comedit carnē meā, & bibit sanguinē meū, viuet in ęternū. Cumq; voluerint celare hunc languorē, etiam cōuicti impudēter negāt, & alios hæc sapientes quæ ipsi animo retinēt, prorsus abdicāt. Letoius itaq; Præsul Melitinēsis ecclesię, diuino zelo decēter ornatus, videns eo quod hic lāguor multa monasteria magis autē latronū (vt ita dixerim) spelūcas inuaderet,

Audæus hæreticus.

Genes. 1 c

Messaliani An. do. 371. ἐνθουσιαζοντες, id est, afflati & diuini.

Luc. 5 f

Esa 45 f

Ioan. 6. f

Error Buchelarum.

Letoius Melitenus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eas incendit,& lupos ab ouibus segregauit. Similiter etiã Amphilochius famigeratus ille Lycaonensis Antistes, dum hæc pestis illic cresceret,eam valde repressit, & oues quæ tali contagione vexabãtur,eripuit.Porrò Flauianus vbiq; laudabilis Præsul Antiochenus, audiens hos in Ideſſa degere & venenum propriũ vrbibus vicinis aspergere, turbam monachorum deduxit Antiochiam,& negãtes eam pestem, hoc modo redarguit: accusatores quidẽ dixit calumniosos esse,testes verò mẽdaces. Adelphium autẽ valde senem cum mansuetudine vocans,& iuxta se sedere præcipiens, ait:Nos ô senex,qui iam magnã partem vitæ transiuimus,humanam quidẽ didicimus diligenter naturam, & aduersariorũ dæmoniorum machinamẽta cognouimus:ipso experimento gratiæ ministrationes edocti sumus, isti verò cùm sint iuuenes, nihil horũ perfectius cognoscentes,spiritalia audite verba nõ serunt. Quapropter dicito mihi,quomodo creditis spiritum cõtrarium recedere,& gratiam sancti spiritus aduenire? His verbis senex ille delinitus, omne venenum quod celabat euomuit atq; dixit:Nullam quidem vtilitatem ex sancto baptismate baptizatis accedere, sed solam studiosam orationem inhabitantem dæmonem effugare dicebat.Insuper vnumquenque nascentium à progenitore suo sicuti naturam, sic etiam dæmonũ trahere famulatum. Et his expulsis per illã orationem studiosam sanctum spiritũ aduenire, & sensibiliter ac visibiliter suam designare præsentiam, atq; corpus passionibus motus cuiuslibet eripere, & animam à mala voluntate penitus liberare,ita vt nequaquam deinceps egeat,neque ieiunio macerante corpus, neque doctrina refrenante, & progredi ordinatè edocente. Non solum autẽ qui hoc imperrauerit, corporis, inquit,exultationibus liberatur,sed apertè etiã futura præuidet,& sanctam Trinitatem oculis cernit.Hunc itaque Flauianus fœtidissimum fodiẽs fontem,& eius pocula cunctis examinanda producens, infœliciſſimo ait seni: Vetustissime malorum dierum increpauit te os tuum & nõ ego: labia enim tua testantur aduersum te.Quumque hic languor cunctis innotuisset, de Syria quidã expulsi,& ad Pamphiliam sunt progressi,eámq; huiusmodi peste repleuerunt.

Hæresis negãtium gratia in baptismo conferri.

SOZOMENVS.

De Lampsaceno concilio. Caput 12.

Ad Valentinianum Aug. legatio episcoporum.

IGitur Valentinianus cùm ita saperet sicut Nicæni patres,similia proficẽtibus proderat, aliter verò sapientibus non erat importunus. Qui cùm initio regni de vrbe Constantinopolitana per Thracias properaret Romam,episcopi Hellesponti,Bithyniæ,& quicunque consubstantialem patrem ac filiũ prædicabãt, Legatũ miserũt Hypatianum Heracleiæ Perinthi præsulem, vt dignaretur ad emẽdationem dogmatis interesse. Is cũ adisset Imperatorem,& episcoporum legationem intimasset, respondens Valentinianus, ait:Mihi quidẽ cùm vnus de populo sim, fas nõ est talia perscrutari. Verùm sacerdotes quibus hæc cura est, apud semetipsos congregẽtur vbi voluerint. Cùm hæc itaq; respõdisset princeps, in Lampsacum conuenerunt episcopi.Cumque duos tractassent menses, nouissimè decreuerunt vt ea quæ Constantinopoli gesta fuerant studio Eudoxij & Acacij,abolerentur. Similiter autem vt irritaretur etiam expositio fidei, quam velut Occidẽtalium episcoporum proferẽtes,quosdã subscribere in ea,sub ea promissione fecerunt,vt quod fuerat constitutum de dissimilis substãtiæ nomine,penitus abdicarent,quod etiã sunt mẽtiti. Similem verò patri filium per substantiam asserebant,dicẽtes necessariam similis adiectionem propter significationem substantiarum. Fidem verò illam esse præcipiẽdam per omnes ecclesias,quæ Seleuciæ fuerat promulgata, & exposita in dedicatione Antiochenæ probatur ecclesiæ. Depositos autem ab eis qui dissimilẽ patri filium asserebant,sedes proprias recipere decreuerũt. Si quis autẽ eos accusare vellet, æquo hoc periculo sanciuerunt, iudices esse decernẽtes episcopos rectè sapientes, & de vicinis prouinciis in ecclesia conueniẽtes, vbi testes essent singulorum qui dicerentur oppressi. Hæc decernentes, cùm euocassent Eudoxium, & qui cum eo erant,locum eis pœnitentiæ tribuerunt. Quibus obedire nolẽtibus,quæ fuerant placita cunctis ecclesiis intimarunt. Cumque crederẽt studere Eudoxium, vt vniuersa regalia suæ partis faceret, & illis sine dubio derogaret, necessariũ putauerunt vt præcurrerent,& quæ fuissent Lãpsaci gesta,nuntiarent. Remeantẽ itaque Valentem Imperatorem de Thracia, in Heracleia adierunt. Fuerat enim cũ patre suo digressus vsque ad quendam locum. Tunc enim Eudoxius tam apud principem quàm apud proceres præcipuus habebatur. Adeũtibus ergo Legatis à Lampsaco missis, iussit Imperator ne seipsos ab Eudoxio separarent. Qui cùm resisterent, & de gestis Cõstantinopolitanis apud Seleucenum concilium habitis aduersus Eudoxium quererentur, commotus ad iram Princeps, illos quidem deputauit exilio,ecclesias autem tradi iussit Eudoxio.

An. do. 372. synodus apud Lampsacum.

Eudoxius gratiosus in aula Valentis.

THEODORITVS.

Quemadmodum valens fallus fuerit Arianus. Caput 13.

TEmpore quo Valens suscepit Imperium Apostolicis dogmatibus ornabatur. Cũ verò Gothi trãsissent Histrum, & Thraciam peragrarent, collecta militia pugnare cogitabat aduersus eos. Cui placuit vt non nudus sacra gratia pugnaret, sed sancti baptismatis munitus armis & hoc quidem bene placuit & valde sapienter. Quod verò postea gessit magnam animi mollitiem,& proditionẽ significat veritatis. Ea namque infœlix passus est, quæ progenitor Adã. Cõiugis enim est seductus alloquio, & muliebribus verbis illaqueatus.Illa namque primitus Arianę fallaciæ captionib⁹ irretita etiã istũ secũ corruere in blasphemiæ foueã persuasit: cuius seditionis autor fuit Eudoxius. Is enim adhuc Cõstãtinopolitanę gubernacula tenebat ecclesię,nõ regẽs,sed suã potius mergẽs nauẽ. Tũc ergo in baptismatis tẽpore, iureiurãdo miserrimũ obligauit,& vt in impietate dogmatis pmaneret,& vndiq; cõtraria sapiẽtes expelleret. Sic itaq; ille doctrinã Apostolicã derelinquẽs, cõtrarias partes sumpsit,& paulò post quę iurauerat adimpleuit.

An. do. 378. Valens baptizatur pugnaturus contra Gothos.

An. do. 378. Valens ad Arianas partes trahitur vxoris blandiloquentia.

SOZO-

SOZOMENVS.

Qua crudelitate Valens sit vsus aduersus orthodoxos. Caput 14.

Eusebius Samosatenus in exilio quid egerit.

AEVsebius interea Samosatenus episcopus in Thraciam in exilium deportatus, Apostolicis laboribus defudabat. Is enim multas ecclesias desolatas pastoribus esse conspiciens,habitu militari sumpto, *μάφᾳ* caput operiens, Syriam peragrabat,& Phœnicen,pariter & Palæstinam, presbyteros ordinans atque diaconos,aliáq; ecclesiæ peragebat officia. Sicubi autem inueniret sibi cõcordes episcopos, eos Præsules indigẽtibus constituebat ecclesiis.Quantã verò fortitudinẽ sapientiámque monstrarit,Imperialẽ suscipiens iussionẽ,qua eum præcipiebat in Thraciis habitare,necessarium arbitror nescientes cognoscere. Venerat enim baiulus huius præceptionis circa vesperam,quẽ Eusebius silentiũ habere,& aduẽrum suum celare iussit,dicens: Si cognouerit hoc turba sacri zeli amore inflãmata, te quidem interimet: ego autem pro tua morte apud Deũ pœnas cogar exoluere. Quum hæc dixisset vespertino consuero ministerio celebrato,circa ipsa somni primordia vni famulorum secretum pandens,solus egressus est senex: sequebatur famulus,puluillum tantummodo & codicem gerens.Cumque venisset ad Euphratis fluminis ripã,iuxta ipsos muros ciuitatis expositã,ascendit in nauem, vt Zeugma nauigaret, iussitq; nautis vt remigarent. Et facto die ille quidem peruenit ad Zeugmatis locũ: Samosateni verò gemitibus & lamentatione repleti sunt.Nam cùm ille seruus eius proximis,quæ iussa fuerãt, indicasset,& qui cum eo proficiscerentur, & quos codices detulisset, ingemiscebant vniuersi, pastore videlicet priuati. Fluuiúsque nauigantibus atque sequẽtibus est impetus.Cumq; venissent & desideratũ pastorẽ cernerent, amplius etiã labãtiac suspirãtes fundentésque lachrymarũ fontes, eum retinere nitebãtur, ne in lupos oues eius incideret. Quẽ cũ flectere non valuissent,audierunt eo legente Apostolicã legem, quæ apertè iubet nos Principibus & potestatibus esse subiectos. Quo facto,alij quidem ei obtulerunt aurũ,alij argentum, alij vestes,alij famulos, tanquã ad peregrinam & exteram properanti terrã. At ille pauca quæ dã à valde notis accipiens, doctrinisq; cunctos & orationibus armans, & pro Apostolicis dogmatibus pugnare præcipiẽs, ad Histrũ prosectus est. Illi verò ad vrbẽ propriã remeãtes, & mutuo se exhortantes,luporũ eis cumspiciebant prudenter insidias. Nunc verò narrãdus est horum fidei calor & puritas. Puto enim me delinquere, nisi per hanc relationem illi semper memorabiles habeãtur.Quum ergo Arianorũ participes egregio pastore priuassent gregẽ,aliúmq; pro eo Eunomium nomine fecissent episcopũ, nullus illic habitantium,non pauper, nõ dives, nõ famulus,nõ opifex,nõ agricola,non hortolanus,nõ vir, non mulier,nõ iuuenis,nõ senex,ad ecclesiasticũ accessit consuetũ collegium. Solus itaque degebat episcopus, tum nullo eum neq; videẽte,neque penitus appellante,licet feratur cũ multa vixisse mãsuetudine:cuius rei hoc probatur indicium.Cum enim voluisset lauare,& eius famuli balnei ianuas obseruassent, volentésq; ingredi prohiberẽt,ipse populũ ante ianuas videns, eas aperire præcepit, & libẽter secũ omnes lauacro participari. Hoc idẽ etiã in balnei solio fecit. Nã quum lauãti sibi quosdã videret astare, iussit

Eusebius ad Histrum.

Eusebius nauigat Zeugma Syriæ.

Roma. 13. à

Samosateni. Eunomius Arianus in Eusebii loco obtrusus.

Eunomij Samosateni humilitas.

Syriam.

Melitius in exilium.

Eusebius Samosatenus Pelagius Laodicenus.

An. do. 367. Procopius tyrannus.

Terræmotus.

An. do. 368. pugna inter Valentem & Procopium.

Agelon Gomarius Procopij supplicium.

SOCRATES.

Fertur enim etiam multos in Oronte flumine suffocasse.

THEODORITVS.

De Samosata autem sanctum Eusebium expulit, Pelagium admirabilem pastorem Laodicensium,vrbe priuauit: qui quum in iuuentute duxisset vxorem, in ipso thalamo primo die nuptiarum sponte persuasit,vt puritatem communi voluptati præponeret, atque vt charitatẽ fraternam adipisceretur pro copulis nuptialibus, erudiuit.

SOCRATES.

De tyrannide & perditione Procopij. Cap 15.

CVm hæc autem in Syria fierent, exortus est Constantinopoli tyrannus nomine Procopius:qui parvo tempore multam sibi militiam coaceruans, se destinabat aduersus Imperatorẽ. Quod cùm nuntiatum fuisset, conturbatus Valens paululum suum impetũ remoratur. Cumq; belli euentus interea parturiret, terræmotus factus multas diruit ciuitates. Sed etiam mare terminos proprios mutauit,& in quibusdam locis intantum influxit, vt loca quæ pridem ambulari poterant remigarentur: ab aliis verò locis tantũ recessit,vt arida tellus inueniretur.Hoc ergo factum est primo duorum principum Consulatu.

Sequenti autem anno,Gratiani & Dagalaiphi Consulatu,bella parabantur.Cumque tyrannus Procopius de Constantinopoli digressus,castra moueret aduersus Imperatorem,& hoc audisset Valens,venit ab Antiochia,& cum eo congressus est circa ciuitatem Phrygiæ Nacoliam. Et prima quidem pugna dementus est. Post paululũ verò Procopium cepit, tradentibus eum Agelone Gomarióque militibus,quos etiam postea inopinatis quibusdam suppliciis iussit expendi. Contemnens enim iusiurandum quod eis præbuerat,ferris dimissos crudeliter interemit. Tyrãnum verò duabus vicinis arboribus flexis, singulos in eis pedes eius ligari fecit, quæ demissæ aërem repetẽtes,Procopium diuiserunt. Et hoc modo tyrannus interiit.

THEODORITVS.

De exilio sancti Eusebij Samosatæni pontificis,& quod ciues eius,amore fidei,alij episcopo se subdere noluerint. Caput 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt cum ipso communiter aqua calida fruerẽtur, E qui tacentes astabant. At ille honoris caussa hoc fieri putans, velociter ascendens egressus est. Illi verò nequissimæ hæreseos immunditia, etiam aquam iudicantes esse pollutam, eam repente cuniculorum egestionibus tradiderũt, & aliud fecerunt solium temperari. Quod ille cognoscẽs, relicta ciuitate discessit, inimicam habitare ciuitatem, & horrorem habentem aduersum se cõmunem, arbitratus esse stultum. Quo de Samosata abeunte, Lucium pro eo aperte lupũ, & ouibus inimicum constituerunt. Sed oues licet desolatæ pastore, tamen quæ sunt pastoris operabantur. Permanserunt enim doctrinam apostolicam inuiolabiliter obseruantes. Quomodo enim etiam Lucium omnes habuerint odio, aliis narrationibus explanabo. Adolescẽtes in platea sphæram alter alteri porrigentes, lusu delectabantur. Isto autem transeunte, cõtigit vt sphæra F cadens, per asini eius transiret pedes: tum pueri vehementer eiulauerunt, arbitrati sphæram pollutione repletam. At ille hoc intelligens, præcepit cuidam sequentiũ vt expectaret, & quod gereretur cognosceret. Pueri verò accedẽtes ignẽ, & sphæram iaculantes per mediam flammã, hoc modo eam arbitrati sunt expiatam. Et hoc quidem esse noui inuenile, & cõsuetudinis antiquæ reliquias. Veruntamen indicium est, quo possit ostendi quale odium circa Arianam væsaniam ciuitas habuerit vniuersa. At Lucius mansuetudine non est imitatus Eunomiũ, sed multos quidem sacerdotum fecit per Indices in exilium deportari, eos præcipuè qui viriliter pro sacris dogmatibus dimicabant, vsque ad nouissimos Romani fines imperij, Euolcium Diaconij ministerio functum in eremum Oasin, Antiochũ verò G Eusebij maximi generatione decoratum (erat enim consobrinus eius) & multis virtutibus coruscantem, necnon sacerdotij dignitate fulgentem, in Armeniæ terminos mitti suasit, cuius opera pro diuinis dogmatibus celebrata quis explanare sufficiat? Quum itaque vir sanctus Eusebius post multa certamina, innumerásque victorias etiam coronam martyrij suscepisset, cõuenit solenni modo prouinciæ synodus pariter & Iouianus Pergenæ tunc ciuitatis episcopus, qui pauco tempore Arianorum fuerat communione maculatus. Quumque vniuersi Antiochũ elegissent, annuculo proprio successorem, & ad sacrum perduxissent altare, & genua ad ordinationem inclinare compellerent, conuersus & videns Iouianum suo capiti dexteram imponentem, manum eius repulit, dicens, non esse ferendam dexteram, quæ aliquando sacramenta blas- H phemiis celebrata suscepisset. Sed hæc quidem non post multum temporis euenerunt. Tunc enim in interiorem est (vt dixi) ductus Armeniã. Qua tempestate vir sanctus Eusebius morabatur apud Histrum, Celtis Thraciam deuastantibus & obsidentibus ciuitates, sicut eius scripta commemorant.

Eunomius dissentit Samosæa.

Lucius obtruditur.

Purgatio per ignem.

Euolcius in exilium.

Eusebius in exilium.

Eusebius martyrio coronatus.

Antiochus nepos succedit.

Iouianus pergenus.

Celtæ. Germani.

De exilio Barsæ episcopi. Caput 16

Barsen Edessæ.

BArsen quoque, cuius etiamnũ maxima gloria est, non solùm in Edessa quam regebat vicinísque prouinciis, sed etiam in Phœnice & Ægypto, necnon Thebaide, quas gentes cũ maximo virtutis suæ splendore transierat, primùm quidem Valens insulam Aradon habitare præcepit. Cúmque cognouisset innumeros ad eum concurrere populos (quia cùm plenus esset gratia, verbo ægritudines effugabat) in Oxyrynchũ Ægypti vrbem eum in exiliũ destinauit. Cúmq; etiam illic eius gloria omnes accenderet, in quoddam castrum extremum Barbaris vicinũ, cui nomen est Pheno, (senex dignus cœlesti vrbe deductus est. Aiunt quidam in Arado hactenus eius extare lectum eximia celebritate dignum: multi enim ægrotantium, cùm in illo collocantur, salutem fide percipiunt.

Aradus insula.

SOZOMENVS.
Item de crudelitate Valentis quam gessit aduersus orthodoxos extincto Procopio.
Caput 18.

IGitur Imperator extincto Procopio, fœlicitate prouectus, denuò contra Christianos bella commouebat, omnem religionẽ in Ariano dogmate cupiens concordare. Præcipuè tamẽ eum ad furorem prouocabat synodus in Lampsaco celebrata, non solùm quia Arianorum abdicaret episcopos, sed quòd promulgationem fidei Ariminensis anathematizauerat. Veniens igitur Nicomediam Bithyniæ, conuocauit Eleusium Cyzici, is enim sectam Macedonij magis sequebatur, sicut iam dixi. Et faciens concilium Arianorum episcoporum, cogebat Eleusium vt illorũ dogmati consentiret. Qui primùm quidem negauit. Postea verò cùm ei minaretur exiliũ, formidans in Arianum dogma consensit. Quo perpetrato, mox pœnitentia tractus veniens Cyzicum, corã omni populo de violentia querebatur, dicens consensum violentia non voluntate factum. Et vt quærerent sibi alium episcopum hortabatur, quoniam ipse per necessitatem dogma proprium denegasset. Porrò Cyziceni propter amicitiã eius alij episcopo subdi noluerunt, manserúntque sub eo, non tamen à propria hæresi abducti sunt. Hoc audiens Constantinopolitanus episcopus, Eunomium in Cyzico ordinauit episcopum, tanquam qui posset populum calliditate verborum ad suum circumuenire cõsensum. Descendente vero Eunomio, Sactis præceptionibus expelli iubetur Eleusius, & in sede Eunomius collocari. Quo facto amatores Eleusij extra vrbem oratorium fabricantes, Collectas ibi faciebãt. Hæc ergo de Eleusio dicta sufficiant. Nunc de Eunomio referendum est.

Valens pro Arianis.

Eleusius Cyzicenus.

Eudoxius.

Sacræ literæ principis. Eunomius in Cyzicum.

SOCRATES.
De Eunomio hæresiarcha. Caput 19.

EVnomius notarius fuit Aëtij, qui ἄθεος, id est, sine Deo, vocabatur: cuius mentionem fecimus. Cum quo dum esset, modum eius sophisticum imitatus est, & sermonibus quibusdam vacans, faciensque sibi sophismata, non sentiebat, ex his inflatus, in blasphemias se incidere: quippè qui dogma imitaretur Arij, & multis modis repugnaret dogmatibus veritatis. Enimuerò parum edoctus ex literis sacris, & eas minimè intelligere valés circa verba

Eunomius & eius scripta.

verba frequenter occupabatur, cáque conuertẽs A Imperatoris, & saxa ad ædificium Thermarum, quæ Constantianæ vocantur, Constantinopolim vehebantur. Inter quæ saxa vnum inuentum est, in quo responsum habebatur inscriptum, olim quidem absconsum, tunc verò manifestum. Significabat enim, quòd cùm proueniret aquarum abundantia ciuitati, tunc murus quidem lauacro seruiret, innumeræ verò Barbarorum nationes, Romanorum fines incurrentes, cùm crudelia multa committerent, nouissimè etiam ipsæ perirent. Post aliquantum itaque temporis euenit, vt Valens Aquæductum ædificaret, & abundantiam Constantinopoli præberet aquarum, tunc etiam Barbaræ motę sunt nationes. Respósum tamen etiam alio modo contigit adimpleri. Cùm enim Aquæductus in ciuitatem fuisset inductus, Præfectus vrbis tunc Clearchus Nymphæum maximũ ædificauit in platea, quæ Theodosij nunc vocatur, vbi aquæ affluentia est emissa: in quo maximam festiuitatem ciuitas habuit. Sed hoc responsum paulò post est impletum. Porrò cùm solueretur murus, Principem Constantinopolitani rogauerũt, vt à muri destructione cessaret. Cum quibus etiam supplicabãt possessores Bithyniæ, Nicomediẽses, atque Nicæni. Verùm Imperator furore plenus, vix quidẽ supplicantium suscepit preces. Volens tamen iusiurandum implere, murũ destruebat, eúmque subinde minoribus lapidibus rursus ædificabat. Quod nunc etiam in quibusdam muri partibus inuenitur, vbi maximis mirabilibusq; lapidibus, vilis nunc fabrica superposita demonstratur.

Thermæ Constantianæ.

Epigramma futura prædicens.

Valens aquæductũ extruit.

Clearchus Nymphæum ædificat.

Eunomij teme raria subtilitas.

Cyzicani eiiciunt Eunomium.

verba frequenter occupabatur, cáque conuertẽs A semper non poterat intentionis suę propositum adimplere: sicut septem eius demonstrant Tomi in quibus vanissimè laborauit, quos in epistolã Apostoli ad Romanos fecit: multa enim illic verba profundens, intentionem epistolæ nõ potuit inuenire. Sunt etiam alij eius similes libri, quos qui legere voluerit, eorum contemptum experimentis cognoscet. Hunc igitur Eunomium Eudoxius in Cyzico fecit episcopum expellere nisus Eleusium. Cumque illuc venisset, vtẽs more solito Dialectica, quasi peregrinum aliquid audi toribus inferebat. Quamobrẽ Cyzici tumultus exortus est, eumque vrbe pepulerunt, non ferẽtes eius verborum fastum. Qui Constantinopolim veniens cum Eudoxio morabatur, episcopatu vacans. Sed ne detrahere videamur, audi vocem ipsius Eunomij, quæ tentat contra Deum sophismatibus loqui. Sic enim ait: Deus de substantia sua nihil nouit amplius quàm nos, neque est illi magis, nobis autẽ agnita minus, sed quodcunque de illa nouimus nos, hoc modis omnibus etiam ille nouit. Quod autem rursus ille, hoc inuenies immutabiliter in nobis. Hæc quidem aliáque similia Eunomius sophismata, id est, circunuentiones faciens, nõ sentiebat occumbere. Quomodo autem ab Arianis paulò post segregatus sit, proprio loco narrabimus.

SOZOMENVS.
De sœuitia Valentis contra Constantinopolitanos orthodoxos. Cap. 20.

Nouatiani apud Constantinopolim.

Agelius Nouatianorum episcopus.

VExabantur enim etiam Constantinopoli habitantes, qui Nicænum dogma profitebantur, quos omnes Imperator expelli ciuitate præcepit, Nouatianorum verò etiã ecclesias claudi, aliorum verò hæreticorum quod clauderet non inuenit. Pridem enim sub Constantio principe probantur ablatæ. Sed etiam Agelium Nouatianorum episcopũ ecclesiæ Constantinopoli constitutæ, exilij deportatione damnauit. Dicebatur enim mirabiliter viuere secundum ecclesiasticas sanctiones, cuius vita erat philosophica, & à pecuniarum possessione segregata. Quod etiã conuersationis eius modis ostendebat. Vna enim tunica vtebatur, & semper ambulabat excalciatus. Qui non longo post tempore reuocatus est, ecclesiásque recepit. Cuius rei fuit autor quidam Martianus, vita, scientiáque admirabilis, pridem quidem in Regalibus militans: tunc autem presbyter Nouatianus artem Grammaticam Imperatoris filias edocebat Anastasiam atq; Carosiam. Ex quarum nominibus hactenus Anastasianę & Carosianæ Thermæ publicæ Constantinopoli nuncupantur.

Agelius reuocatur de exilio.

Anastasia & Carosia filiæ Valentiniani.

SOCRATES.
De destructione murorum Chalcedonensium. Cap. 21.

Valens Aug. muros Chalcedonis diruit.

IGitur Imperator Valens Chalcedonensis vrbis contra Byzantium positæ muros destrui iussit. Iurauerat enim hoc se facturum tyranno victo, quòd Chalcedonenses fauore tyranni ei turpes contumelias intulissent, & portas clausissent ciuitatis. Murus autẽ iussione destruebatur

De natiuitate Valentiniani minoris, & de immensitate grandinis, & de ortu principis Gratiani. Caput. 22.

HOc itaque tempore talia gerebantur. Sciẽdum tamen quòd bellum contra Procopiũ tyrannum gestum est Consulatu Gratiani & Dagalaiphi, circa finẽ Maij mensis. Post paululũ verò tẽporis eodem Consulatu, Valẽtiniano principi in Occidentis partibus constituto, natus est filius nomẽ referẽs patris. Verùm Gratianus ante eius fuerat natus imperiũ. Et sequenti Consulatu Lupicini & Iouiniani grãdinis multitudo in Constantinopolitana vrbe secundo Iunij mẽsis die, saxorum gerens similitudinẽ vehementer effunditur. Quod multi dicebãt propter motũ Imperatoris accidere, qui plurimos sacerdotum in exiliũ deportauerat, Eudoxio cõmunicare fugiẽtes. Post paululum verò temporis eodẽ Consulatu Valentinianus Princeps filium Gratianũ Imperatorẽ constituit, vicesimo quarto die mensis Augusti. Sequẽti verò Cõsulatu Valentiniani secundo, & Valentis itẽ secundo, terræmotus circa Bithyniam maximus Niceam subuertit vrbẽ, vndecimo die mensis Octobris. Agebatur autẽ annus duodecimus post Nicomedię casum. Post modicum verò tẽpus alio terræmotu multæ partes Germæ ciuitatis in Hellespõto cõstitutæ, destructę sunt. His ergo ita proueniẽtibus, nulla reuerentia terruit, neque Eudoxiũ Arianorum episcopum, neque Valentẽ Imperatorẽ. Non enim à persecutione cessabãt. Porrò terræmotus, turbarum ecclesiasticarũ indicium esse videbatur. Cùm ergo multi sacerdotum in exilium depor-

An. do. 365.

Grando constantinopoli.

An. do. 369.

An. do. 370.

Germa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rantur, soli diuina prouidentia propter eminẽtem sui reuerentiam exilium non sunt passi Basilius atque Gregorius. Quorum alter quidẽ Cæsareę Cappadociæ fuit episcopus, Gregorius autem Nazianzenę ciuitatis omnino vilissimę, quę est posita vicina Cæsareę. De Basilio atque Gregorio procedenti sermone narrabimus.

Quomodo Ariani Macedonianos fuerint persecuti & illi se contulerint ad Liberium. Caput 23.

CVmque eo tempore Consubstantialitatis dogma profitentes vehementer affligerentur, rursus persecutores contra Macedonianos insurrexerunt: qui terrore magis violentiáq; cõstricti, per singulas ciuitates Legationibus fungebantur apud alterutros, iudicantes optimum, si per necessitatem confugerent ad fratrem Imperatoris, & ad Liberium Romanæ vrbis episcopum, cuius fidem amplectebantur potius quàm communionem Eudoxij. Miserunt ergo Eustathium Sebastiæ, qui fuerat sæpe depositus. Syluanum Tarsi Ciliciæ atque Theophilum, mandantes, ne declinarent fidei caussa Liberium, sed Romanæ communicarent ecclesiæ, & fidẽ de consubstantialitate robosarent. Itaque cum his literis in Seleucia dispositis, ad Italiam peruenerũt. Et Imperatorem quidem videre non potuerũt: erat enim occupatus in Galliis, & contra Sauromatas pugnabat. Liberio tamen epistolas obtulerunt: qui eos suscipere nullatenus voluit, dicẽs eos Arianos esse: nec ab ecclesia suscipi posse, qui Nicænã non susciperent fidẽ. At illi respõderunt, per pœnitentiã se cognouisse veritatem, & dudum abnegasse Dissimilitudinis fidẽ, & similẽ professos per omnia filium patri, nihilque differre à consubstantiali per omnia similem. Hæc dicentes exegit Liberius scriptam suæ sententiæ dare professionem. At illi libellum porrexerunt, in quo etiam proposuerunt verba fidei Nicæni concilij. Epistolas autem à Smyrna in Asia constitutą, & Pisidia Isauriæ, atque Pamphylia, necnõn Lycia missas, hic propter prolixitatem non subscripsi. Verba verò libelli ab Eustathio & reliquis Liberio dati hæc esse noscuntur.

Macedoniani confugiũt ad Valentinianũ & Liberium. An.do 367.

Sauromatæ.

Libellus Macedonianorũ, Liberio Romano datus episcopo. Caput 24.

DOMINO FRATRI ET CONsacerdoti Liberio, Eustathius, Theophilus, & Syluanus, in domino S.

Libellus Macedonianorũ exhibitus Liberio põt. Ro.

PRopter hæreticorũ væsanas suspiciones qui nõ cessant catholicis ecclesiis scandala generare, ea gratia omnẽ occasionem eorũ perimentes, professi sumus synodũ Lampsaci celebratam, & Smyrnæ, aliisq; diuersis locis orthodoxorũ episcoporum. Pro qua synodo legatione fungentes apud tuam paternitatẽ, & vniuersos Italiæ cunctosq; Occidẽtis episcopos, literas deportamus, catholicam fidem renere atq; seruare, quæ in sancto Nicæno cõcilio sub beatæ memoriæ Cõstãtino à trecentis decẽ & octo episcopis cõfirmato perfecto & immobili statu hactenus & in perpetuũ permanebit, in qua Cõsubstantialitas sanctè pièque definita est cõtrà Arij prauitatem. Similiterque nos cum prædictis eandem fidem tenuisse atque tenere, & vsque ad terminũ vitæ cũstodire manu propria profitemur, condẽnantes Arium impiámque doctrinam eius cum discipulis ipsius, eique similia sapientibus, necnon omnem hæresim, Sabellianos, Patripassianos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos, simul etiã Paulosamosatenos, eorũmque doctrinam, omnésque his similia sapientes, & vniuersas hæreses sanctæ fidei prædictæ contrarias, quæ piè catholicéque est in Nicæa à sanctis patribus explanata, anathematizantes præcipuè explanationem lectam in Ariminensi concilio, tanquã contrariã prædictæ fidei sancti concilij in Nicæa vrbe celebrati, cuius lectione prolata in vrbe Thraciæ Nicæa dolo atque periurio capti, Constantinopoli subscripserunt. Est autem fides nostra & eorum pro quibus legatione fungimur hęc: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium inuisibiliumque factorem, & in vnum vnigenitum Deum dominum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factũ, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines propter nostram salutem descẽdit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus, passus, & resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, & vẽturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Fuit quãdo non fuit, & ante quàm nascereturnõ fuit, & quòd ex non existentibus factus est, aut ex altera essentia vel substantia dicentes esse, aut conuertibilem aut mutabilem filium Dei, anathema tizat catholica & apostolica ecclesia.

Subscriptio.

Eustathius episc. Sebastiæ ciuitatis, & Theophilus & Syluanus Legati conciliorũ Lampsaci, Smyrnæ, & reliquorũ, hanc professionem manibus nostris & propria voluntate subscripsimus.

Si quis autẽ præter expositam à nobis fidem, cõtra nos vel eos à quibus missi sumus, aliquod crimen inferre voluerit, cũ literis ad nos ruæ sanctitatis ad quos probaueris orthodoxos episc. mitte, & apud eos nobiscũ caussam dicant. Et si quid criminis fuerit approbatum, in autore proculdubiò vindicetur. Hoc itaq; libello Legatos obligans Liberius, eos in cõmunionem suscepit. Quibus dans huiusmodi literas, abire præcepit.

Epistola Liberij & Siciliensis concilij ad Macedonianos episcopos post pœnitentiam. Cap. 25.

Epistola Liberii pont. Rom.

DIlectissimis fratribus & cõsacerdotibus. Eustathio, Cyrillo, Hypericio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, & Ortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Proclo, Passinico, Arsenio, Seuero, Didymioni, Britanio, Callicrati, Damabio, Ædesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Martiano, Sthenelo, Ioanni, Maceri, Carisio, Syluano, Photino, Autho, Antonio, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Seueriano, Eusebio, Eumolphio, Athanasio, Diophanto, Minodoro, Diocli, Chrysampelo, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrio, Lucio & vniuersis Orientalibus orthodoxis, Liberius episcopus, & Occidentales episcopi in domino salutem.

OPtabile nobis pacis atque concordiæ gaudium vestræ literæ attulerunt, fidei lumine resplendentes, fratres charissimi, oblatæ nobis per charissimos fratres & coepiscopos. Eustarthium, Syluanum atque Theophilum, & maximè quia vestram sententiam vestrósque sensus concordare & consonare cum mea humilitate, & Italis, atque Occidentalibus vniuersis affirmauerunt atq; demonstrauerunt. Et hanc esse cognoscimus catholicam & apostolicam fidem, quæ vsque ad Nicænum concilium integra immobilisque seruata est: & hanc ipsi retinere professi sunt, gaudióque repleti, & omne vestigiũ ac nebulas ineptæ suspicionis abiicientes, non solùm sermone eam, sed etiam scriptura currente professi sunt. Cuius exemplar his literis subdere necessarium iudicauimus, ne vllam occasionẽ hæreticis ad exercendas insidias denuò relinquamus: quibus iterum flammas propriæ malitiæ commouentes, incendia discordiarum consuetè resuscitent. Hæc insuper sunt professi charissimi fratres nostri, Eustathius, Syluanus, atque Theophilus, vestram charitatem semper hanc fidẽ habuisse & hanc vsque ad terminum custodire, id est, in Nicæna vrbe à trecentis decem & octo episcopis orthodoxis approbatam, quæ perfectã continet veritatem, & os totius hæreticæ multitudinis obstruit atq; dissoluit. Non enim spontaneo motu, sed nutu diuino tantorũ episcoporum numerus aggregatus est contra væsaniã Arij, quanto numero beatus Abraam rot hostium millia fide destruxit. Quę fides dum in subsistentia & nomine Consubstantialitatis continetur, velut quoddam munitissimum & inexpugnabile castrum omnia iacula & molitiones Arianæ incredulitatis decenter euitat. Cùm igitur omnes Occidentales episcopi in Arimino congregati, quando eos Arianorum collegit væsania, quadam suasione, aut (vt veriùs dicam) mũdana potentia, hoc quod cautius erat in fide positum, auferre, aut obliquè denegare conati sunt: tamen nihil eorum calliditas profuit. Nam penè omnes conuenientes Arimini tunc terrore permoti atque decepti, nunc resipiscentes atque anathema tizantes eos qui ibi conuenerunt, aut subscribẽtes catholicæ fidei quæ in Nicæna vrbe sancita est, nobisque communicantes, feruentius contra Arij dogma eiusque discipulos inflãmantur. Cuius rei indicium etiam ipsi legati vestræ ciuitatis agnoscentes, vosipsos in sua subscriptione iunxerunt, anathematizantes Arium, & quæ ab eius sequacibus Arimini gesta noscuntur contra fidẽ in Nicæna vrbe sancitam. In quibus etiam vos capti periurio subscripsistis. Vnde consequens nobis visum est scribere charitati vestræ, & adiuuare iusta poscentes, maximè quia per professionem vestrorum Legatorum resipiscentes Orientales cum orthodoxis Occidentalibus concordare cognouimus, & significamus, vt noueritis blasphemos Arimínenses, qui tunc videbantur per surreptionem maculari, nunc anathematizatos, & vniuersos ad Nicænam respirasse fidem. Quod oportet per vos omnibus indicari, vt possint qui violenter læsi sunt, aliquando ab hæreticis tenebris ad diuinũ lumen catholicæ libertatis accedere. Qui post hanc synodũ nisi voluerint respuere venenũ perfidię & blasphemias Arij vniuersas abiicere, eáq; anathematizare cognoscunt se cum Ario eiúsque discipulis cęteríſque serpentibus siue Sabellianis vel Patripassianis, aut cuiuslibet alterius hæreseos socios esse, & communione priuatos ab ecclesiastica synodo, quæ ad se filios adulterij non admittit. Deus vos incolumes custodiat fratres charissimi. Has literas Eustathius cæterique percipientes, rursus ad Siciliam deuenerunt, ibique facientes synodũ Siculorum episcoporũ coram ipsis Consubstantialitatis fidem professi sunt. Cumque Nicænam fidem roborassent, consonas ab eis quoque percipiẽres epistolas, ad eos à quibus fuerant destinati reuersi sunt. Qui Liberij præcepta suscipientes. Legationes mittebant per ciuitates ad Præsules, & consubstantialitatem fidei prædicabant, inuitantes eos vt in Tarsum Ciliciæ pariter cõuenirent, vt Nicænam roborantes fidem, deinceps soluerent omnem contentionem. Quæ fieri potuerũt, nisi Eudoxius Arianæ religionis Præsul, tunc apud Imperatorem eminens valde prohibuisset. Qui amplius propter indictum iter ad Tarsum accẽlus, plus illis malorũ intulit. Quòd verò Macedoniani per Legatos quos miserant communicantes Liberio, Nicænam confirmauerint fidem, ipse Sabinus in collectione synodalium est attestatus.

Cur Eunomius ab Eudoxio segregatus sit. cap. 26.

Eunomius cur ab Eudoxio separatus.

CIrca hæc itaque tempora Eunomius ab Eudoxio separatus, seorsum agebat missas, propterea quòd cùm sæpe rogasset vt susciperetur præceptor ipsius Aëtius, Eudoxius non exaudisset. Hoc autem non ideo refutauit, quòd sectam declinaret Aëtij, cùm eam scilicet prædicaret: sed quoniam omnes vnanimes illius, eum sectæ alterius fatebãtur. Ista ergo caussa fuit, vt ab Eudoxio separaretur Eunomius. Hęc igitur Cõstantinopoli gerebantur.

De latebris Athanasii. Caput 27.

Alexandriæ seditio, cuius autor Eudoxius. An.do 371.

DEinde Alexandriæ præceptum Præfectorũ, studio Eudoxij destinarum, conturbauit ecclesiam. Verùm Athanasius irrationabilem furorem populi metuens, atque timens ne malorum faciendorum ipse caussa esse videretur, quatuor mensibus seipsum in sepulchro patris abscõdit. Cumque propter eius absentiam seditionẽ desiderio ipsius populus excitasset, cognoscens Imperator propter hoc Alexãdriam esse turbatam, literis indicauit vt Athanasius licitè teneret ecclesias. Et hæc fuit caussa vt vsque ad Athanasij mortem Alexandrina non turbaretur ecclesia. Quod verò post eius mortem rursus Ariani eas ecclesias inuaserint, paulò post narrabo.

SOZOMENVS.

De concilio Tyanensi vbi literæ Liberij & Occidentalium sunt receptæ. Caput 28.

Synodus apud Tyanam.

ILlo siquidẽ tempore celebrabatur concilium in Tyanis ab Eusebio episcopo Cæsareę Cap-

Universidad de Deusto
Biblioteca

padociæ, Athanasio Ancyræ, Pelagio Laodiciæ, Zenone Tarsi, Paulo Emeseno, Ostresio Melitinense, & Gregorio Nazianzeno, aliisque multis, qui verbum Consubstantialitatis seruandum esse apud Antiochiam Iouiano imperãte decreuerant. Relegũtur ibi Liberij & Occidẽtalium literæ sacerdotum. Quamobrem gaudio repleti scripserunt vniuersis ecclesiis vt legerent decreta episcoporum apud Asiam celebrata, & Liberij literas, tralorúmque, Aphrorum, atque Gallicanorum necnon Siculorum. Attulerant enim horum literas Legati do Lampsaco destinati, vt considerarent omnium numerum ipsis concordantium. Plurima nanque multitudo concilium Ariminense vincebat: paritérque scripserunt vt in Tarsum Ciliciæ conuenirent certo die: & illi quidem hoc modo se inuitabant Cúmque synodus pararetur in Tarsum, conuenientes in Antiochia Cariæ, fermè 34. Asiani pontifices studium concordiæ ecclesiasticæ collaudabant. Consubstantialitaris verò nomen respuentes, fidem in Antiochia & Seleucia prolatam robore nitebantur, tanquam Luciani martyris existentem, & multorum sudoribus à progenitoribus ipsorum approbatam. Verùm Imperator studio Eudoxij synodum in Cilicia celebrari prohibuit.

SOCRATES.

De Eudoxio Ariano qui fuerat Constantinopolitanus episcopus, & de persecutione Valentis propter euagrium orthodoxum episcopum. Cap. 29.

Eudoxius moritur. An. do. 372.

IGitur Imperator Valens festinans Antiochiã, de Constantinopoli digressus, venit in Nicomediã, & illic huiusmodi de caussa moratus est. Eudoxius enim Arianæ religionis, mox post egressum Imperatoris defunctus est Consulatu Valentiniani & Valentis tertio, cùm vndecim annis sedem Constantinopolitanæ tenuisset ecclesiæ. Quamobrem Ariani in locum eius ordinauerunt Demophilum. Verùm prædicatores consubstantialitatis opportunum iudicantes inuenisse se tempus, Euagrium quendam suæ fidei constituerunt episcopum. Quem ordinarat Eustathius pridẽ Antiochenus episcopus, qui prius quidem à Iouiano fuerat de exilio reuocatus: tunc autem aderat in vrbe Constantinopoli latenter degens, vt Consubstantialitaris prædicatores sua præsentia roboraret. Hoc facto, ex alio rursus initio persecutionem Ariani mouebant. Hæc gesta cùm peruenissent ad principem, metuens ne seditione ciuitas turbaretur, militarem manum à Nicomedia Constantinopolim destinauit, præcipiens vt teneretur & ordinator & ordinatus, & alius aliò mitteretur in exiliũ. Eustathius igitur in Bisam Thraciæ ciuitatem mittitur, Euagrius in locum aliũ destinatur. His ita gestis Ariani amplius efferati, vexabant vehemẽter orthodoxos, cædentes, contumelijs affligentes, carceribus recludẽtes, pecunisque sæpe spoliantes, & omnia contra eos facientes non ferendis modis. Quæ cùm illi ferre non possent, vt deprecarentur principem veniebant, si quo modo mererentur violentias euitare. Sed hoc cogitantes valde frustrati sunt, ab iniusto se arbitrati iustitiam promereri. Cumque viri electi ex ecclesiastico collegio octoginta numero, quibus præerant Vrbasus, Theodorus, & Menedemus, in Nicomediam peruenissent, preces obtulerunt Imperatori, violentiam proclamantes, & ea quæ videbantur esse perpessi.

Demophilus.

Euagrius.

Ariani in orthodoxos.

Quod octuaginta orthodoxorum à Valente in naue cremati sunt. Cap. 30.

INdignatus igitur Imperator, ad præsens celauit iram, latenter autem Modesto Præfecto præcepit, vt eos comprehensos occideret. Modus autem mortis erat quodammodo peregrinus: quapropter memorię contraditus. Metuens enim Præfectus ne seditio nasceretur in populo, si eos palàm perimeret, simulauit se eos viros in exilium destinare. Illis autem simpliciter acquiescentibus, iussit eos Præfectus mitti in nauem, velut in exilium deuehendos, præcipiens nautis vt cum ad mare medium peruenissent, eos demergerent & hoc modo morerentur. Quo facto perductis eis in medium sinum qui vocatur Astacenus, quod insserat præfectus imperatoris impletum est, & in alia sequenti naucula nautæ transeũtes concremauerũt nauem. Contigit autem ventum Subsolanum valde flare, & ita nauis velociter est accensa. Cuius reliquiæ peruenerunt ad locum qui Acidiza nũcupatur, vbi ad plenum cũ viris religiosis absumptæ sunt. Quod tamen aiunt non sine vltione transisse. Fames nãque repentè secuta est circa Phrygias gentes, ita vt necessitatem haberẽt habitatores patriam relinquere, & ad Constantinopolim diuersásque prouincias properare.

Modestus Præfectus. 80 legati ad principem mergunt.

Pœna.

SOZOMENVS.

Quid Valens gesserit in Cappadocia & Antiochia. Cap. 31.

VAlens itaque Nicomedia relicta proficiscebatur Antiochiam. Interea cùm venisset ad Cappadociam, more suo eius loci turbabat ecclesias, Arianis eas tradere volens. Quod se sperabat citò effecturum, eò quòd pro quibusdam inimicitijs Basilius Eusebio, qui tunc Cæsariensem regebat ecclesiam, videretur infensus, & abscedens in Pontum, cum monachis habitaret ibi philosophantibus. Porrò populus, & maximè nobilium ac sapientium, Eusebium in suspicione habebant, quasi ipse fuisset autor fugæ viri philosophi, vita verbóque perfecti. Volebántq; eum deterere, & apud seipsos missarum celebrare solennia. Sed Basilius quidem ne turba nasceretur in populo per seditiones hæreticorum, agebat in Ponto silentium cum suis episcopis, qui semper aderant illi. Contigit ergo vt in Eusebiũ odium populi nasceretur. Cúmque Basilio fuisset nuntiatum, quod Valens veniret in Cappadociam, relicto Ponto Cæsaream venit, & pactis cum Eusebio celebratis, ecclesiam pro tempore suis adhortationibus roborabat. Valens autem cum suam intentionem non valuisset implere, cum episcopis secum profectis tunc abscessit.

An. do. 378.

Basilius.

SOCRATES.

Igitur Imperator Valẽs paruipẽdens famis inuasionẽ, venit Antiochiã Syriæ. Cúmq; ibi moraretur,

raretur, nolentes Arianis consentire affligebat, A vehementérque τῷ ὁμοίῳ prædicatoribus imminebat. Quos cum ecclesiis penè omnium ciuitatum Orientalium expulisset, non ei hoc sufficit, sed etiã eos diuersis supplicijs subdidit: multósque diuersa morte contraditos interemit, plurimos etiam necabat in flumine.

Quomodo in Edessa mulier cum filio suo currens ad martyrium, & Præfectum & imperatorem stupore facti à crudelitate remouerit. Cap. 32.

An. do. 378. Valens apud Edessam sæuit in orthodoxos.

DIcendum quoque est, quod in Edessa Mesopotamiæ gestũ esse dignoscitur. In hac vrbe est Thomæ apostoli basilica, clara valde pariter & ornata. In qua propter loci reuerentiam Collectæ sæpius celebrantur. Quam volens Imperator inspicere, & cognoscens sibi omnes exosos ibidem conuenire, fertur manu percussisse Præfectum, quod inde orthodoxos non expulisset vniuersos. Cúmque præfectus iniuriam passus, inuitus indignationi principis ministrare contẽderet (non enim volebat tot hominibus cædem inferre) latenter mandauit, vt nullus in illa Basilica remaneret. Sed nemo respexit, neque consilium, neque terrorem eius. Omnes enim altero die ad locum orationis pariter confluxerunt. Cumque Præfectus cum multa militum manu ad basilicam festinaret, vt Imperatoris perficeret iussionem, quædam muliercula in paupertate degens, suum filium manu trahens, cursúque ad illam basilicam properans, Præfecti interrupit officium. Indignatus verò Præfectus, mulierem sibi iussit adduci, dixitque ad eam: O infelix mulier, quò sic indecenter curris? At illa: Quò & alij, inquit, ire festinant. Tunc ille: Non audisti quod Præfectus illic occisurus est vniuersos quoscunque repererit? Et mulier: Audiui, inquit, ideóq; festino, vt illic inueniar inter eos. Et quò hunc paruulum trahis infantẽ? Tum mulier ait: vt & ille martyriũ suscipere mereatur. Hæc cùm audisset vir ille, consyderauit concurrentium animum. Et mox recurrens ad principem, suggessit ei, quod essent omnes mortem pro sua fide susciperе parati, irrationabile dicens breui tempore tantam multitudinem occidere. Quo dicto ab ira auocauit imperatorem. Hoc ergo modo Edesseni furorem Imperatoris effugiunt.

Orthodoxi intrepidi.

Constantia mulieris orthodoxæ.

THEODORITVS.

De examinatione & exilio plurimorũ orthodoxorum. Caput 33.

An. do. 379. Valens Aug. cogere orthodoxos conatur apud Edessã.

ET hæc quidem cũ Præfectus imperatori dixisset populum quidem quod expectabat, nõ pertulit experiri. Verùm duces eorum, id est, presbyteros atque diaconos interrogari præceptum est, vt vnum è duobus eligerent, aut communicare Lupo, aut vrbe pelli, & in quasdam extremas partes destinari. Cumque congregasset vniuersos, mitibus vtebatur verbis, persuadere nitens vt leges sequerentur Imperatoris, indiciũ vesaniæ dicens esse, quod tanto imperatori pauci homines repugnarent. Cumque cuncti tacerent, ad horum ducem Eulogium virum valde laudandum Præfectus ait: Cur non respondes his quæ dicuntur à nobis? At ille: Non, inquit, oportet nihil interrogatũ respondere. Tunc Præfectus: Multa itaque verba locutus sum, monens vos quæ satis expediunt. Porrò Eulogius vniuersis hæc dicta fuisse respõdit, & incongruum esse vt solus alios contemnens responderet. Si verò me solum, inquit, interrogas, meam declarabo sententiam. Præfectus ait: Communica possidẽti regnum. At ille pacificè & valdè benigne ait: Et mihi regni quoque sacerdotiique consortium est. Tunc Præfectus irrisionem sentiens sæuiebat, & iniuriis contra senem vsus, etiam hæc adiecit: Non hoc locutus sum solminande, sed quibus communicat Imperator, communicare vos monui. Cumque dixisset senes pastorẽ se habere, & illius nutibus obedire, octoginta eodem tempore comprehendens destinauit in Thraciã: qui cùm ducerentur, plurimo pariter apparatu fruebantur. Ciuitates enim occurrebant & vici, victores athletas honorantes. Sed hostes armauit inuidia, vt imperatori dicerẽt, plurimum honorem viris illis decretam exilij contumeliam afferre. Hæc cognoscens imperator, iussit vt bini & bini separarentur, & alios quidem in Thracias, alios in extremam Arabiam, alios verò in Thebaidos disperſit vrbes. Aiunt enim quod etiam fratres quos natura iunxit, crudelissimus corpore separarit. Porrò Eulogium Præsulem illorum, & Protogenem qui post eum fuit, in Antinoum vsque transmisit. Quorum virtutem non patior obliuioni contradere. Quum enim concordem viderent ciuitatis episcopum, ecclesiasticoque collegio qui communicarent videbant paucos esse, ad ecclesias concurrebant. De qua consulentes cognouerunt habitatores ciuitatis esse Paganos, vnde dolentes de eorum incredulitate lamentati sunt: non tamen esse diu lugendum arbitrati sunt, sed omni virtute de medicina curauerunt.

Eulogius.

Modestus Præfectus.

Protogenes.

De miraculis confessorum. Cap. 34.

SAnctissimus igitur Eulogius in habitaculo suo consistens, toto die totáque nocte omnium deprecabatur Deum. Protogenes autem valde dignissimus, Eunomij literis eruditus, ad scribendum velociter prõptus, inueniens importunum locum, eumque sibi segregans ad docendum, adolescentium magister effectus est, quos & scribere velociter edocebat, & diuina erudiebat eloquia. Dictabat eis Dauidicas melodias: & apostolicæ doctrinæ congruas lectiones meditari præcipiebat. Cúmque vnus adolescentium incidisset in morbum, venit ad domum eius, & tenens ægroti dexteram, morbum orationibus effugauit. Hoc cognoscentes aliorum parentes infantium, deduxerunt eum ad domos suas, & ægrotis auxiliari precabantur. At ille non antè se dixit Deum, vt expellerentur morbi, rogaturum, nisi prius ægroti sacri baptismatis munere potirentur: quod illi cum gaudio impleuerunt. Cogebat enim eos salutis desiderium, & simul animæ corporisque sanitate fruebantur. Si quando verò alicui suasisset vt sacram gratiã mereretur accipere, ducebat eum ad Eulogium, & concutiens ianuam, rogabat vt aperiret, ac signũ Dominicũ ei qui fuerat renatus, imponeret. Cumq; ille difficiliùs aperiret, ne intercideret orationẽ, dicebat potius esse necessariam salutem errantium. Mirabantur igitur vniuersi videntes Protogenem ta-

Ludimagister factus protogenes.

Mos initiãdi Christianos.

lia facere, qui licet tot hominibus lumen diuinæ cognitionis impartiret, tamen Eulogio primatum per omnia reseruaret, vt eos quos lucrabatur, illi magis offerret. Vnde coniiciebant multo magis virtutem illius eminere. Quum igitur fluctuatio quieuisset, tranquillitate facta, remeare iussos deduxerunt omnes, ingemiscentes & lachrymantes, maximè verò præsul ecclesiæ eorũ, primatus affectum. Cumq; ad propria remeassent, sanctus quidem Eulogius Barsę maximo ad vitam felicissimam transeunte, eius suscepit regimen ecclesiæ. Porrò mirabilis Protogenes colere iussus est vrbem Carrẽsium desolatam & spinis gentilium plenam, quæ vtique pluribus laboribus indigebat.

Eulogius & Protogenes de exilio.

SOCRATES.

De responso dæmonis quo post Valentem imperaturus esset, & quod ob hoc Valens multos occiderit. Caput 35.

EOdem tempore dæmon quidam erroneus cetudelitate Valentis abusus ei persuasit vt scrutaretur quisnam post eum suscepturus esset imperium. Quamobrem necromantiam fecit. Quibus artibus ad impletis, plurimos ille dæmõ non quidem aperta, sed obliqua solite responsa proferens interemit. Nam quũ de imperio consuleretur, quatuor literas demonstrauit, θεοδ, dicens hoc nomen post Valentem imperij culmen accipere. Quod cùm ad aures peruenisset imperatoris, zelo ductus, multos peremit quos tyrannidem ambire iudicauit. Occidebantur itaque Theodori, Theodoti, Theoduli, & quicunque has literas in capite sui nominis habuissent. Inter quos etiam Theodosius, quidam vir fortis ex Hispania prouincia genus ducens, occisus est. Hoc ergo timore plurimi sua nomina mutauerunt, negantes quæ prius habuissent cum iuramento, vt pericula declinarent.

Theodosius.

THEODORITVS.

De Basilio episcopo Cappadociæ, & quomodo exilij minas euaserit. cap. 36.

VAlens igitur Imperator cùm vniuersas (vt ita dicam) ecclesias pastore nudasset, in Cęsaream Cappadociæ venit, cuius tunc præsul erat Basilius, lumen totius orbis. Præmisitq; Præfectum, præcipiens, vt aut flecteret Basilium, vt dogmati communicaret Eudoxij, aut hoc facere nollens expelleretur. Audiens enim gloriã tanti viri, noluit ei prius inferre certamen, ne cùm fortiter Basilius eius iacula deuitaret, fieret cæteris clarior imago virtutis. Huius machinamenta velut tela aranæa facta sunt: sufficerunt enim cæteris sacerdotibus ad vtilitatem sui antiquę patrũ narrationes, & velut quædam turres murum fidei indeclinabilẽ seruauerunt. Porrò Præfectus Cæsaream veniens, & euocans magnũ Basilium, honorauit, & mãluetis apud eum sermonibus vsus est, monens vt tempori pareret, & non tot ecclesias propter prauam dogmatum subtilitatem vexari pateretur. Promittebat etiam imperatoriam amicitiam, multáque beneficia propter hæc plurimis offerenda. Verùm ille vir sacratissimus ait adolescentibus hæc verba congruere: illi, inquit, & illorum similes talia promissa respiciũt. Nam qui diuinis innutriti sunt eloquiis, corrũpere de diuinis dogmatibus ne vnam quidem syllabam patiuntur, sed pro his (si cõtingat) etiam omnes mortis species amplectuntur. Amicitiam autem imperatoris magnam quidem cũ pietate iudico, sine qua perniciem potius hanc appello. Cumq; Præfectus fæuiret in eum, stultumq; vocaret, sanctus Basilius ait: Hanc stultitiam semper habere exopto. Quem cùm egredi tunc iuberet, vt quid deberet facere cogitaret, sententiamq; suã altero die depromeret, fertur vir ille inclytus hoc dixisse: Ego quidem etiã cras ipse regrediar, dũmodo tu sententiam nõ permutes, sed vtere minis tuis. Post hæc verba Præfectus occurrẽs, imperatori quæ dicta fuerant, & virtutẽ viri huius, animæq; fortitudinem & fiduciã nuntiauit. Tunc ergo tacens imperator ingressus est. Posthæc contigit, vt diuinitus sibi plagas videret immissas. Filius enim eius ægrotãs, circa ipsius mortis metas agebatur. Sed & coniugẽ diuersę occupauerant passiones. Cognoscens ergo caussam suæ tristitiæ, virum sacratissimũ quem punire minabatur, venire ad palatium deprecatus est. Duces autẽ præceptis imperialibus ministrabant. Tum itaq; magnus Basilius veniens ad Palatiũ, vidensq; principis filium circa mortem, ad vitam eum remeaturũ esse promisit, si per pios viros sacro baptismate potiretur. Hæc quum dixisset egressus est. At ille iurisiurãdi quod baptismatis tẽpore promiserat memor, secundũ stultum errorẽ præsentibus Arianis filiũ baptizare præcepit. Quo gesto, mox infans finem vitæ sortitus est. Pœnitẽtia verò ductus Valens, & noxiã iurisiurãdi iudicãs veritatem, in sactũ templũ ingressus, magni Basilij magisterio fretus est. & altari obtulit dona solennia. Quẽ intra aulæa vbi ipse residebat, venire præcipiens, multa apud eũ de diuinis dogmatibus verba locutus est, & docentẽ libenter audiuit. Vbi tunc aderat quidã nomine Demosthenes super Imperiales epulas cõstitutus, qui cùm doctorẽ mundi culparet, Barbarismũ fecit. Tum sanctus Basilius subridens: Vidimus, inquit, sine literis Demosthenẽ. Quũ verò magis ille minaretur, sanctus ait Basilius: Tuũ est de pulmentariis cogitare, nõ dogmata diuina decoquere. Posthęc imperator ita dilexit virum, vt etiã optima prædia quæ illic habebat, pauperibus qui ab eo gubernabatur offerret, ex quibus leprosis prępicuè necessaria ministrantur. Primum ergo Valentis impetũ hoc modo magnus Basilius declinauit. Quũ verò postea reuersus illuc fuisset, priorũ oblitus, quoniã à seductoribus eius voluntas obsidebatur, rursum eum mouebat, vt ad pãrtes inclinaretur hæreticas. Cui nõ persuadens, legẽ de eius scribi præcepit exilio, quã volẽs manus suæ subscriptione roborare, nullũ apicẽ cõplere valuit: calamus enim cõtritus est. Cumq; secũdus & tertius calamus hoc pertulisset, & adhuc legem impiã firmare contenderet, cõmota est eius dextra eamq; subito tremor inuasit. Tũc eius animo terrore impleto, ambabus manibus chartam rupit. Ostenditq; prouisor omnium Deus, quod & alios ipse permiserit pati, & hũc ab insidiis liberarit: & per ea quæ in isto cõtigere, signũ proprię virtutis ostendens, & per alia dispensationis fortitudinem virorum prædicans optimorum.

Præfectus ad Basilium.

Valens Imp. Basilium accersit.

Filius Valentis ab Arianis baptizatur.

So crates.

SOCRATES.

A *Quæ miracula gesserint eremitæ in exilium à Lucio destinati. Cap. 39.*

HVius ergo loci tunc incolas sequaces Antonij infelix Lucius expulit, eorumq; sanctissimos Præsules, Macarium venerabilẽ, aliumque Macarium, Isidorũ, & cæteros speluncis suis ciiciens, in quandam insulã quæ ab impiis inhabitabatur hominibus destinauit: quippe quæ nunquam magistrũ susceperat pietatis. Cumq; nauis ad littus insulæ peruenisset, dæmõq; qui ab illis honorabatur, relinquens idolũ vbi dudũ habitare cõsueuerat, filiã sui sacerdotis inuasit. & bacchãtem illuc vsq; perduxit, vbi nauis aduenerat monachorũ. Tunc dæmon vtens lingua puellæ clamabat, sicut in Philippis per Pythonissam. Audiebãtq; cuncti viri simul & mulieres dæmone proclamante: O potentiam vestram, ô ministri Christi: vndiq; à vobis expellimur, à ciuitatibus atq; vicis, à mõtibus simul atq; collibus, ab erẽmo quæ priuata † probatur hominibus. Sperabamus in hac insula cõmorantes, à vestris iaculis liberari, qua spe noscimur esse frustrati. Huc vos persecutores misertt, non vt vos vexarẽr, sed vt nos per vos expellerent. Ecce recedimus ab hac insula: virtutis enim vestræ radiis iaculamur. Hęc dicẽtes & his similia, puellãmq; in terrã prosternentes, ipsũ quoq; omnino disparuerunt. Tunc ille sacratissimus chorus oratione facta suscitauit puellã, & suo patri sanã valentemq; restituit. Verùm illi qui miraculum conspexerant, ad sanctorum prouoluti pedes, salutis viaticũ se percipere supplicabant. Et templũ quidem dæmonũ destruxerũt: doctrinę verò radiis illuminati, sacri baptismatis gratia sunt potiti. His in vrbe nũtiatis, omnes populi cõgregati, Lucio detrahebãt, dicentes irã sibi imminere diuinitus, nisi sanctorum reuerteretur chorus. Sic itaque metuẽs tumultũ Lucius ciuitatis, sacratissimos viros ad suas spelũcas redire præcepit. Et hęc quidẽ sunt digna quæ abominationẽ illius impietatis aperiãt.

Lucius Macarios & Isidorum in exilium relegat.

Dæmon queritur de sanctis viris.

† *putabatur.*

Athanasij mors. An. do. 373.

De fine Athanasij Alexandrini, & successione Petri, & seditione contra eum facta, & quod Romam profectus sit. cap. 37.

Petrus Athanasio succedit. An. do. 374.

CVm igitur in Alexandria victor Athanasius post multa certamina innumerasque coronas, vitæ finẽ suscepisset, & ad laborũ suorũ prę- B mia demigrasset, suscepit Petrus vir optimus Præsulatũ, quẽ dudũ ille beatus elegerat, cunctis consentiẽtibus & sacerdotibus, & nobilibus, cũctaque plebe, & fauore suo propriã ostendentibus voluntatem. Is enim Athanasij studorũ particeps fuit, & quũ esset in ciuitate, & cùm diuersa lambula peragraret: multifariáque pericula cum eo sustinuit. Quapropter cuncti sacerdotum cõcurrentes, dignũ hæredem Petrũ Athanasij clamauerunt. Cumq; eũ in Pontificali sede constituissent, repentè Iudex prouinciæ, Paganorũ populum congregans, & pariter Iudæorũ, ecclesiæ septa circumdedit, Petrum exire præcipiens, nolentémq; interminatus est abstrahere. Faciebat hoc Imperatori placere volens, quũ ei contraria sapientes calamitati submitteret. Quod autẽ ve- C rum est, impietatis ira cõpletur: idolis potius placere nitebatur, & tempestatẽ ecclesię claram putabat esse festinitatẽ. Petrus itaq; vir admirãdus, insperatum respiciens bellũ, latẽrer egressus est, & conscendens nauem, profectus est Romam.

Iudex Aegyptis aduersus Petrum.

Petrus Romã vadit.

Quæ crudelitate Lucius Alexandreã fuerit introductus. Caput 38.

Lucius obtruditur ab Alexandrinis.

TRansactis verò diebus paucis, Euzoius ab Antiochia venit cum Lucio & ecclesias ei contradidit: cuius etiam impietatem Samosata noscitur experta. Populus autem doctrinis primum Athanasij satiatus, deinde fastidiens cibum sibi offerri cõtrarium, ab ecclesiasticis collegiis se subtraxit. Porrò Lucius armigeris vtens cultoribus idolorum, alios verberauit, alios suspen- D debat, alios cogebat effugere, aliorum verò instar Barbarorum vastabat domos. Sed hæc melius vir mirabilis Petrus in sua narrabit epistola. Ego tamen vnum è sceleribus Lucij prius referens, epistolam Petri ponam. Viri quidã in Ægypto conuersationem imitantes angelorum, & ciuitatis euitantes turbas, vitam agere in erẽmo potius elegerunt, arenosámque terram & sterilem frugiferam reddiderunt, fructum videlicet Deo suauissimum virtutis eorum & optimum referentem. Cuius vitæ multi quidem videntur esse autores. Sed à puero ille creuit, Antonius ille celeberrimus, monachis virtutem luctaminis spiritualis ostendens.

Litera Petri Alexandrini Pontificis, in quibus Lucy mala referuntur. Cap. 40.

VEruntamẽ remeritatis eius scelera literæ Petri illius admirabilis edocebunt: Quarũ ego prolixitatem fugiens quæ in medio posita sunt, ponere non omittam.

Prouinciæ, inquit, iudex Palladius cũ esset religione Paganus, & idola semper adoraret, contra Christũ sæpius pugnare conabatur, & colligens prædictũ populũ, impetũ fecit aduersus ecclesiã, perinde, ac si Barbaros subdere niteretur. Tũc itaque multa crudelia gesta sunt, quæ solũ dictare volẽs, ipsa rei memoria dolore maximo sum cõmotus, & fluxũ protuli lachrymarũ, diuq; hoc potueram pati, nisi diuina ratione animum releuassem. In ecclesia enim, quæ Theone vocatur, ingressa multitudo pro verbis honorabilibus idolorũ fauoribus exultabãt. Pro sacrarũ lectione scripturarũ turpes manuum plausus agebantur. Infractæque cum turpitudine voces contra Christi virgines contumelias dicũt, quas lingua hominũ proferre nõ patitur. Audiẽs enim vnusquisque sapiẽtium talia, claudebat aures: & ma-

K

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis optabat esse surdus, ne huiusmodi verba audire cogeretur. Sed vtinã verbis peccando quieuissent, & non actu verborum turpitudinem superarent. Tolerabilis nanque detractio est huiusmodi, apud quos Christi sapientiæ & doctrinæ cultus inhabitat. Hi siquidem iræ vasa ad perditionem facta, subsannãtes & horribilem sonum de naribus emittentes, & vt ita dicam, fœtorem veluti de quodam cuniculo profundẽtes, vestes sanctarum Christi virginum dirumpebant, quarum continentia formam sanctorum imitabatur angelorum. Et sicut habet natura, nudas per totã circunferentes vrbem, sicuti volebant eis cũ turpitudine illudebant. Si quis autem eos tunc cõpatiendo prohibuisset, vulneribus maceratus agebatur. Væ illis cladibus. Multæ siquidem violentia corporis sustinuere corruptionẽ: plurimæ virginũ vectibus in capite cæsæ, sine voce manserunt: quarum etiam funera solenni sepulturæ tradi prohibita sunt. Multa denique corpora hactenus à parentibus ingemiscentibus inquisita reperiri non possunt. Sed quur parua de magnis loquor? Quur in istis † moror, & non potius ad necessaria iã recurro: in quibus bene noui, quod mirabitur quilibet nobilcum obstupescens patientiam domini, eò quòd non repente vniuersa conclauserit. Quæ enim nunquam facta sunt, neque per scripturas patrum nostrorum diebus audita, hæc super ipsum altare impij committebãt. Velut enim in scena turpi consisterent, puerum quendam naturam masculi denegantẽ, & vtentẽ veste fœminea, inũctis oculis & vultu serico colore depicto, & vt apud prophetam scriptũ est, idolum fœminei schematis super ipsum altare, vbi aduentũ sancti spiritus inuocamus, circuitus huc & illuc agere, & manibus saltationẽ celebrare fecerunt, tidentes, nephandásq; mittentes voces. Qui rursus hoc paruũ iudicantes, & præterita decora quàm turpia magis existimantes, quẽdam ex suis turpitudine notissimũ, veste genitalibusq; nudatum in sede ponentes ecclesiæ concionatorem turpem contra Christũ impudenter eleuauerunt. Pro sacris enim verbis, ille scelera proferebat, pro honestis laudabat luxuriã, pro pietate impietatẽ, pro continẽtia fornicationem & adulterium, masculorũ concubitum, furtũ, cibos, potum, vitę huic vtilia proclamabat. His ita gestis, & me ab ecclesia recedente: quippe quũ illic stare non possem, vbi militũ inuasiones, vbi populus pro seditione redemptus largitate pecuniarũ, & gẽtilium multitudo magnis promissionibus aderat: noster quidem successor missus est, episcopatum velut mundanam cõparans dignitatem quidam Lucius lupi nequitiã & actus habere festinãs, nõ orthodoxorũ episcoporũ concilio, non decreto veraciũ clericorum, non petitione populorũ electus, sicuti concionantur ecclesiasticę sanctiones. Non quisquã episcoporũ, non presbyterorum, non diaconorum, non populi multitudo. non præcedebant eum monachi hymnos decantantes scripturarũ, sed Euzoius erat cum eo pridem quidem damnatus cũ Ario in sancto Nicæno maximóq; concilio: nunc autem per parrocinia Antiochensiũ vastator ecclesiæ, & comes largitionũ ac militũ Dux in omni impietate notissimus, nomine Magnus, qui Iuliani temporibus Berytiorũ incendens ecclesiã, beatæ memoriæ Iouiani temporibus ex propriis facultatibus eam reparare coactus est, ita vt penè caput tunc amitteret, nisi multorum labore imperialem clementiã meruisset. Consyderate quidem hæc vestrum zelum, & ad vindictam excitari deposco, quanta & qualia sint cõmissa contra Dei ecclesiam, cũ talis aduersum nos fuerit Tyrannus excitatus. Is enim Lucius, qui per vestram religionem & omnes orthodoxos episcopos frequenter abdicatus est pro rationabilibus caussis, nunc adstitit ciuitati: & non solùm sicut blasphemus & insipiens, dicit in psalmis: nõ est Deus verus Christus, sed etiam in opportunitatibus est corruptus, atque corrupit, gaudens in blasphemiis contra eos, qui saluatorem colere comprobantur. Quum enim Paganorũ sensibus sit vicinus, recentem præsumit erroneus colere Deum. Nam alij corã eo laudes huiusmodi proclamabant: Bene venisti episcope, † qui filiũ non defendis. Alij dicebant: Te Serapis amat, & huc introduxit: simulacrum vtique Paganorum nominantes. Inter hæc eodem momẽto prædictus Magnus impietatis eius socius indiuisus, armiger amatissimus, & minister crudelitatis eius collecta multitudine populorũ, presbyteros atque diaconos decem & nouem numero cõprehendens, quorum quidam octogesimũ transcenderant annum, tanquam captos in quodam scelere & Romanorũ inimicos, legibus coartabat, nesciens virrutem Christianorũ legis, & apostolorum fidem per patres traditam nobis: hæc etiam clementissimũ principem Valentem grata habere pronuntians: Flectimini, inquit miserrimi, & Arianorum cõcordate dogmatibus. Flectimini, ignoscet enim vobis diuinitas, licet verę religioni cultũ exhibeatis, non sponte, sed violẽter hoc faciẽtes. Necessitati nanq; † satisfactio adest: spõtaneam verò voluntatem accusatio digna subsequitur. Quapropter huiusmodi rationes præ oculis habentes, promptè sequimini, & dogmati Ariano subscribite, quod nunc prædicat Lucius: bene scientes, quod si obediatis, pecunias, quæstus, honores ab Imperatore percipietis. Resistẽtes verò, carceres, supplicia, tormẽta, flagella, vincula sustinebitis. Pecunis simul, possessionibúsque priuati, & postea pulsi, loca crudelia inhabitare dãnabimini. Sic iste fortissimus seductor minas seductioni contẽperãs, inuirabat atq; cogebat vt omnes à pia sentẽtia deuiarẽt: At illi nihil Hamarius existimãtes, q̃ pietatis proditionẽ, huiusmodi responderunt verbis, virtute fortiq; sensu seductionẽ minasq; subdentes. Quiesce iã quiesce his nos terrere sermonibus, cessa verba vana proferre. Nos neq; nouũ, neq; recentẽ colimus Deum. Et licet inaniter furias, teq; cõcutias sicut vehemens vẽtus, in dogmatibus pietatis ad mortem vsq; consistimus: non impotentem, nõ insipientem, nõ sine veritate aliquãdo fatẽtes Deũ: non aliquando quidem existẽtem, sicut impietas Arij temporalem prędicat filiũ. Si enim creatura est secundum eius væsaniam Filius non existens cum Patre, etiam Pater aliquando nõ fuit, quippe filio non extante secundum eos aliquando. Si vero semper est pater, existente videlicet ex eo vero Filio, & non secundum generationis fluxũ (Deus enim impassibilis est) quomodo non est insipiens atque vætanus, qui hoc de filio profitetur

† immoror.

Lucius.

† qui filium negas.

Magnus ad orthodoxos.

Orthodoxi ad Arianos.

Magnus comes sacrarum largitionum militum Dux.

tetur, dicens: Erat quando non erat, per quem omnia vt sint, per gratiam cõstitutæ sunt? Nostri siquidem patres (à quibus isti cadentes, iustè sine patre sunt facti) in Niceam venientes, & anathematizantes Arij sectã, cuius nunc iste iuuenis patronus existit, non alterius substantiæ, quod tu fateri nos cogis, ex natura patris esse dixerunt, sed ex eius essentia. Quod bene & cum pia mẽte intelligentes, ex plurima sacrorum verborũ collectione consubstantialem esse professi sunt. Talia autem & his similia dicentes, per multos dies coërcuit, putans à pia eos sentẽtia posse mutari. Qui magis velut in stadio fortiores, effecti, terroremq́ue conculcantes, & seipsos patrũ rationibus coarmantes, validiorem habuerunt de pietate sensum, virtutis exercitium sua pericula iudicantes. Sic igitur illis decertantibus & spectaculũ factis, sicut beatus scribit Apostolus, angelis & hominibus, vniuersa ciuitas concurrebat, athletas contemplatura Christi, suáque constantia verbera Iudicis & flagella superantes, triumphúmque piè contra Arianos per patientiã possidentes, quos ille vtique credebat se vincere, & illorum impietati contradere. Cùm ergo defecisset eos tormentis afficere, cunctis flentibus atq; lugentibus, rursus collecta incõposita multitudine ad iudicium eos, imò magis ad damnationẽ circa portam fecit adduci. Et cum illic consuerẽ contra eos clamores emitterentur à Paganis atque Iudæis, & illi nollent Arianorum impietatibus consentire, sententiã protulit vniuersis ante tribunal eius ingemiscentibus, vt ab Alexandria sublati in Heliopolim Phœniciæ ducerẽtur: cuius habitatores ne nomen quidẽ Christi audire sustinent, sunt nanque Pagani. Quo facto iubẽs eos nauem conscendere, ipse stabat in portu, nudum gladium vibrans, & hoc modo illos terreri putans, qui bis acuto gladio hostiles dæmones crebrius vulnerauerant. Sic ergo dimisit eos absque sumptibus, & absq; aliquo solatio, nauigare præcipiens mari spumante, & (vt ita dicam) nolente per susceptionem virorum iniquæ iussioni communicare. Ingemuit enim ciuitas vniuersa, & hactenus lamentatur: & alij quidem suis manibus pectora percutiebant, alij verò manus & oculos tendebant ad cœlum, violentiam protestantes, & veluti dicentes: Audi cœlum, & auribus percipe terra, quoniam iniusta sunt quæ geruntur. Cunctáque simul gemitu complebãtur, & veluti cantus quidã erat in ciuitate luctificus, currebatq́; fluuius lachrymarum. Cùm igitur iudex ille præcepisset, vt vela nauis tollerentur, tũc gemitus ingens vniuersorum virginum & mulierum, seniorum & iuuenum permixtus lachrymis est emissus. Quum illi ergo Heliopolim nauigarent, vbi diabolica superstitio celebratur, omnes in media ciuitate communiter & singuli ingemiscentes, atque lugentes agebãtur. Quibus tamẽ nec apertè licebat flere iussione vrbis præfecti Palladij: erat enim & ipse Paganus. Multi denique flentium arrepti, & in carcerem ducti, deinde castigati, lacerati, verberati, nouissimè in metalla sunt traditi: viri vtique ecclesiæ, & propter diuinum zelũ valde pugnantes. Erant enim plurimi eorum monachi, eremum incolentes, & deuotè in illo cõuersantes, numero viginti tres: cum quibus paulò pòst Diaconus à dilectissimo fratre nostro Damaso, Romanæ ciuitatis episcopo deferens nobis consolatorias communicationis epistolas, manibus post tergum vinctis, publicè ab ipsis speculatoribus ducebatur: veluti aliquis reus insignis, & homicidarũ, verberibus coęquandus lapidibúsque simul & plumbo eius ceruicibus laceratis, ad mare ductus est: & sicut illi sine sumptibus, sine vllo solatio in metallicũ deportatus exilium. Cúmque Iudex ille multos quoque infantium cruciasset, quidam eorũ morientes, neque parẽtum, neque fratrum exequiis solennibus sunt potiti. O multam inhumanitatẽ iudicantis, magis verò condemnantis. Qui enim propter pietatem decertarunt, homicidis compararari potuerunt, quorum vtique corpora insepulta relicta sunt: piè laborantes escis bestiarũ volatiliúmque proiecti sunt. Quíque patribus necatorum naturalium conscientia compati voluerunt, veluti iniqui capite sẽcti sunt. Quæ lex Romanorum, quæ Barbarorum sentẽtia, quoslibet patribus condolentes punit? quando quispiam veterum huiusmodi gessit iniquitatem? Iussit itaque Pharao, vt masculi interficerentur Hebræorum, sed inuidia & timor tunc protulit hoc præceptum. Quanto tamen illa quæ tunc gesta sunt, humaniora modernis existunt, quanto desiderabiliora ad discretionem iniquitatis huius? Et licet malitia nequaquam separentur alterutris, sunt tamen incredibilia quę dicuntur, inhumana, crudelia, sæua, barbara, amara, sine misericordia, in quibus exultabant Ariani, choros agentes, quum vniuersa ciuitas ingemisceret. Nõ fuit enim domus, in qua non esset mortuus, sicut in Exodo scribitur, Et quum hæc ita sint gesta (non enim quieuerunt iniquitatis autores, sed ad peiora profecti) vsque ad episcopos prouinciarum venena propria dispersa sunt, habentes iniquitatis suæ solatium Comitem largitionum, quem prædiximus Magnum: Alios etenim episcoporum Curiæ tradiderunt, alios diuersis machinationibus affecerũt, volentes vniuersos impietatibus obligari, & secundum patrem ipsorũ diabolum quærentes, quem sua rabie deuorarent. Super hæc autem vndecim Ægyptiorum episcopos, viros penè ab infantia vsque ad senectutem eremum incolentes, verbóque superantes & actu libidinem, piámque fidem sine confusione prędicantes, & dogma pietatis edocentes, multasque victorias de dæmonibus exercentes, & Arianam sectam sapientissima ratione denotantes, in exilium miserunt in ciuitatem Iudæorum, nomine Diocæsareã. Et velut infernus crudelissimus nunquam morte satiati fratrum, suæ sæuitiæ memoriam relinquere voluerũt. Nuper enim ecclesiæ catholicæ clericos, degẽtes in Antiochia cum fidelibus monachis, voleteśque eorum scelera denotare, aures imperatorias inflãmantes in Neocæsaream Ponti mittendos esse subornarunt. Qui puto propter inclementiam locorum, etiam vita priuati sunt. Tales itaque tẽpus illud tragœdias exercuit, silentio quidem & obliuione dignas, sed literis memorandas ad obiurgationem eorum, qui contra vnigenitum linguas suas exacuerunt. Hi nanque rabie coarmati blasphemiæ, non solùm dominum omnium iaculari nituntur, sed etiam contra eius famulos bellum sine vllo fœdere susceperunt.

Exod. 12. c

Magnus, Comes largitionum.

Vndecim episcopi Ægypty in Diocæsareã relegati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIÆ ECCLESIASTI-
CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,
LIBER OCTAVVS.
SOCRATES.

De conuersatione, miraculis & responsionibus, vel scriptis diuersorum monachorum, necnon episcoporum.

CAPVT PRIMVM.

† Arsenius An. do. 374. Arsius. † Arseniue.

EO tempore fuit † Arsius Monasterij præsul. Is delinquẽtes iuuenes nó excómunicabat, sed magis ætate proiectos: dicebat enim: Iuuenis excómunicatus spernit, proiectus verò velociter excómunicationis dolore corrigitur. Alius nomine † Prior ambulans comedebat. Cõsultus autem cur ita comederet: nõ, inquit, volo veluti necessariè vri cibo, sed tanquam extraneũ aliquid agere. Pro qua re etiam ab alio rogatus ait: vt ne dum comedo, animæ voluptatem sentiat corporalem. Isidorus dicebat quadragesimum se annum habere, ex quo sentiret quidem mente peccatum, non tamen consentiret vel concupiscentiæ vel furori. Pambus autem cùm sine literis esset, accessit ad quendam vt doceretur psalmum: Qui cùm audisset primum versum tricesimi octaui psalmi: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: Secũdum versum non passus est audire, dicens: Si potuero opere hoc implere: hic versus tantummodo mihi sufficiet. Cumq; doctor qui ei tradiderat versum cuparet quur per sex menses ad se minimè venisset, respondit: Quia versum illum adhuc opere non impleui. Postea verò quum multos superuixisset annos, à quodam noto rogatus an didicisset versum: Quadraginta & nouẽ, inquit, annis vix eũ implere valui. Huic itaq; quodam aurum dante ad cibaria pauperum, & dicente: numera. Ille respondit: Quod dedisti non eget numero, sed bono affectu. Is Pambus Athanasio episcopo precante, ab eremo descendit in Alexandriã. Cumque vidisset ibi mulierem Theatralem, fleuit: & à præsentibus rogatus quare ploraret: Duæ, inquit, me res mouerunt: vna, quæ est illius perditio: altera verò, quod ego non tantum studeo placere Deo, quantum hæc vt turpibus placere possit hominibus. Alter quidam dicebat: Monachus nisi operatus fuerit, violento iudicatur æqualis. Piterius multas expositiones naturales adhibebat, & frequenter aliis alia requirentibus enarrabat. Per singulas autem explanationes orabat. Id temporis inter monachos fuerunt duo viri Deo amabiles, nomine vterque Macarius: vnus ex Ægypto superiore, alter Alexandrinus. Ambo de multis rebus insignes, propter abstinentiam, conuersationem, mores atque miracula, quæ eorum manibus agebantur. Ægyptius itaque Macarius tantum morborum depulit, & tantum dæmonum effugauit, vt ex eius operibus liber proprius expleatur. Erat autem reuerendus, & circa delinquentes seuerus. Porrò Macarius Alexandrinus quum similis esset Ægyptio per omnia, in hoc variabat, quod circa consulentes hilarior apparebat, & vultu lætifico ad conuersionem iuuenes inducebat. Horum discipulus Euagrius philosophiam opere rebúsq; possedit, prius sermone solummodo philosophatus, & in vrbe Constantinopoli à Gregorio Nazianzeno Diaconus ordinatus: deinde cum eo descendens in Ægyptum, & prædictos viros inspiciens, conuersationem eorum æmulatus est: tantáq; miracula in eius manibus facta sunt, quanta in præceptorum eius. Conscripsitque libros valde necessarios, quorum vnus quidem μοναχὸς inscribitur: & est de Actuali. Alius cognitionalis, secundum quod quispiam cognitione fit dignus: huic † capita sunt quinquaginta. Alius verò Contradictorius, ex diuinis scripturis collectus, contra dæmones tentatores: partibus octo diuisus est, secundum numerum octo cogitationum. Et sexcentæ propositiones ad contemplationem pertinentes, quas γνωστικὰς προβλήματα id est, Cognitionales propositiones denominauit. Insuper & versuum opera duo: vnum quidem ad monachos in cœnobiis vel itineribus constitutos: & vnum ad virgines, quæ quàm mira, quámque necessaria sint, legentes intelligunt. Sed opportunum est, sicut arbitror, pauca eius dicta de monachis ac scriptura referri. Sic enim ait: Necessarium est enim vias inquirere rectè præcedentium monachorum, & secundum eas exercere. Multa enim inueniuntur ab eis dicta bene simul & acta. Inter quos etiam hoc ait quidam: Quòd ficca & non inæqualis diæta charitati coniuncta, citò perducit monachum ad impassibilem portum. Is autem cùm vidisset quendam fratrem phantasiis nocte turbari, hoc modo curauit eum, præcipiens, vt languentibus cibos iciunans ministraret. Vnde interrogatus: Nihil, inquit, sicuti misericordia huiusmodi passiones extinguit. Quidam tunc philosophorum accessit ad iustum Antonium, dicens: Quomodo sufficis, ô pater, codicum consolatione priuatus? Ad quem Antonius: O, inquit, Philosophe, meus codex natura creaturarum est, & adest cùm voluero, verbáque mihi relegit Dei. Interrogauit me vas electionis Macarius senex Ægyptius, dicens: Quare mali memoriam aduersus homines retinentes memorabilem virtutem animæ dissipamus? Contra dæmones autem habentes mali memoriam, innoxij permanemus? Cumque in quæstione huius interrogationis hæsissem, rogaui eum explanare sermonem. At ille: Prima inquit, passio furoris contra naturã est, consequẽs verò secundum naturam. In ipso feruẽti meridie perueni ad sanctum patrem Macarium, & siti vehementer accẽsus, aquam vt biberem postulaui. At ille: Vmbra, inquit, tibi sufficiat, multi nãque nunc iter agentium aut nauigantium etiam hac releuatione priuantur. Deinde cùm apud eũ verba de abstinẽtia exercerem, confide, inquit, fili: per viginti annos neque pane, neque aqua, neq; somno sum satiatus. Panem nanq; meum in põdere comedebam, aquam verò bibebam cum mensura parietibus autem inclinatus somni paululum capiebam. Cuidam monachorũ nunciata mors patris est: at ille nuncianti, cessa, inquit, & blasphemare noli: meus enim pater immortalis existit. Quidam fratrum Euangeliũ solummodo possidebat, quod vendens pauperibus erogauit, dignum proferens memorandumque sermonẽ: Ipsum, inquit, verbum vendidi, quod mihi semper dicit: Vende omnia tua & da pauperibus. Est quædam insula circa Alexandriã trans paludem Mariæ, in qua habitabat monachus contemplãtibus approbatissimus, qui dixit: Omnia quæ geruntur à monachis, agi propter causſas quinque, id est, propter Deum, propter naturam, propter consuetudinem, propter necessitatem, propter opus manuum. Idem dicebat vnam quidem naturæ esse virtutem, sed eã diuersas species sumere per animæ qualitates. Nam & lumen, inquit, solis cùm sine specie sit diuersa, fenestris tamẽ per quas ingreditur, schema quoddam varium facere videtur. Alius porrò monachus, propterea, inquit, abscindo libidines, vt auferam furoris occasiones. Noui enim furorem semper pro libidinibus litigare, mentem meam turbare, scientiam persequentem. Quidam senum dicebat: charitas depositum ciborum aut pecuniarum seruare nõ nouit. Idem dicebat: Nescio me in eadẽre à dæmonibus fuisse deceptum. Hæc igitur Euagrius in libro suo Actuali commemorauit. In contemplatiuo autem hæc dicit: Quatuor virtutes & contemplationes earum à Gregorio iusto esse didicimus, prudentiam, fortitudinem, temperãtiam, atque iustitiam. Prudentiæ quidẽ opus esse dicebat, contemplari intellectuales sanctásque potestates absque sermonibus, quippe quos sapientia significari contradidit. Fortitudinis autẽ, perdurare in veritate, licet quispiam debelletur, & non accedere ad ea quę nihil sunt. Temperantiæ verò proprium hoc esse respondit, suscipere præmia agricolæ semina, & ea plantare conuenienter. Porrò Iustitiæ opus, vt pro merito singula cuique verba reddantur: alia quidẽ obscurè pronuntiata, alia ænigmatibus indicata, quędam verò propter vtilitatẽ simplicium apertè dispositа. Columna itaq; veritatis Cappadox Basilius ait: Humanam scientiam reddit crebra meditatio & exercitatio meliorem: eam verò quæ gratia Dei conceditur, iustitia patientia, atque misericordia. Et humanam quidem etiam passibiles suscipere poterunt diuinæ impassibiles tantummodo sunt capaces: qui etiam orationis tempore proprio mentis lumine resplendentes seipsos inspiciunt. Ægyptiorum verò sacratissima lux Athanasius ait: Præcepit Moyses mensam contra Aquilonis constitui partem. Quamobrem cognoscant contemplatiui, quis contra eos spiret, & omnem tentationem forti mente sustineant, & cum alacritate ad se accedentes enutriant. Thmuitanorum ecclesiæ Angelus Serapion dicebat: Mens quidem spirituali intellectu ornata, perfectè purgatur. Charitas autem curat membra furore tumentia: iniquitas concupiscẽtias & influentias continentia tetinet. Maximus contẽplationum doctor Didymus ait: De prouidentia atque iudicio apud temetipsum semper exerce sermones, & studiorum materiam memoria retine. Penè enim omnes in his peccamus: rationémque iudicij in corporum differentia, in qua etiam est mundus, inuenies: prouidentię verò, in modis quibus à malitia vel ignorantia ad virtutes atque scientiæ culmen euehitur. Hæc itaque ex Euagrij dictis retulimus. Fuit autem & alius vir mirabilis inter monachos, cui nomẽ Ammonius, qui adeò sine vlla curiositate fuit, vt cũ Athanasio Romam veniens, nullum opus ciuitatis inspiceret, nisi tantũ vt videret Petri & Pauli basilicas. Is Ammonius ad episcopatum tractus, atque diffugiens, dexteram sibi amputauit auré, vt mutilo corpore ordinationis opus effugeret. Cumque posteriori tempore etiam Euagrius à Theophilo Alexandrino pontifice ad episcopatum vocatus, nihil amputans de corpore suo fugisset, veniẽs ad Ammonium cum ioco dicebat, malè eum feciſſe aurem amputando, & de eo reũ existere. Ad quem Ammonius: Tu, inquit, Euagri, ignoras te puniendum quòd absciderís linguam. Et ne tibi arrogare videaris, non vteris gratia Dei. Plurimi porrò eo tempore digni fuerunt viri, quorum si quis velit verba miracula; cognoscere, & quemadmodum illis fuerint etiã bestiæ subiugatæ, librũ legat Palladij monachi, qui discipulus fuit Euagrij. Omnia nanque de istis subtiliter explanauit, in quo etiam fœminarum imitationem conuersationemque commemorauit. Euagrius verò atque Palladius mortuo Valente paulò post floruerunt.

SOZOMENVS.

Huius temporis est, vt quos potero cõmemorem, qui sunt in illo tempore inter Christianos philosophati. Quorum vnus quidẽ in Ægypto Ioannes, cui futura & aliis incerta, Deus nõ minus quàm antiquis Prophetis reuelauit, donúmque dedit. vt curaret insanabiles morbos. Is à iuuentute laudans Deum, degebat in solitudine, comedebátq; herbas & radices, bibebátque aquam si comperisset. Cumque venisset ad senectutem, diuina iussione migrauit ad Thebaida, & multorum monasteriorũ factus est Præsul. Qui oratione tantummodo morbos & dæmones effugabat & cùm literas nõ didicisset, ad rememorandũ aliquid codicibus non egebat: quia quicquid semel mente percepisset sub veritate retinebat. In hac quoq; regione philosophabatur Ammon Tabenensium præsul, circiter tria millia discipulorum habens. Non minus quoq; & Theonas: multorum Præsides fuêre monachorũ: ambo operatores stupendarum rerũ, & diuina prouidentia prophetiáque completi. Fertur autem Theonam eruditum Ægyptiarum, Græcarum, Latinarúmque literarum fuisse, & triginta annis habuisse silentium. Porrò à nullo hominum

Macarij duo.
Euagrius.
Antonius.
Basilij Magni memoranda sententia.
Athanasij.
Serapion.
Didym.
Ammonius, infr. fo. 215.
Palladius vitas monachorum scripsit.
An. do. 374. Ioannes Aegyptius.
Theon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

visum irascentem, aut iurantem, aut mentiẽcem, aut vanum aliquid, aut asperũ vel infirmũ protulisse sermonem. Ea tempestate fuerũt Copras & Hellen, necnõ Helias. Copras quidẽ, vt aiunt, diuinum habuit donum, sanitatẽ conferendi depulsis morbis, & dæmones expellendi. Hellẽ verò à paruulo nutritus in monasterio, plurima insolitè miracula faciebat, ita vt etiam ignẽ in sinu portaret, & nequaquã eius vestis arderet. Verùm Helias tunc quidem non procul ab Antinoo ciuitate degebat in erẽmo, agens annũ ætatis circiter centesimũ atq; decimũ. Antea tamẽ penè septuaginta annis solus vixerat in solitudine: & ad hanc ætatem ieiunando & viriliter cõuertendo peruenit. Fuit etiam Apelles in Ægypto ex fabro ferrario, qui cùm aliquando per noctẽ hoc opus exerceret, vmbra dæmonica velut mulier specio sa eũ de castitate tentabat. At ille ferrum quod elaborabat ex fornace trahens, eã percussit in faciem. Tunc ille stridens & ingemiscẽs procul effugit. Inter hos etiã Isidorus fuit, qui vndiq; monasteriũ muniẽs, curabat vt nullus egrederetur, sed omnia necessaria haberet intus. Necnõ Serapion circiter decem millia sub se monachorum habens, quos omnes sic educabat, vt ex propriis sudoribus necessaria cõpararet, & aliis ministraret egentibus. Dioscorus quoque non amplius centũ monachis præsidebat. Qui cùm presbyter esset sacrificia faciens, omnem perfectionem adhibebat examinando & diligenter diiudicando accedẽtes ad sacra mysteria, ita vt expiarent mẽtem, & mali cuiuspiam conscientiã non haberẽt. Eulogius presbyter fertur præsciẽtiã habuisse cogitationũ quorumlibet ad se venientiũ: eorúmq; delicta palàm redarguebat, & quæcunq; latẽter cogitassent, sibi reuelata manifestabat. Qui verò aliquid mali gessissent, vel prauũ consiliũ habuissent, ab altari suspendebat, manifestans eis peccatum quod egerant, & † diligentia purgatos rursus suscipiebat. His itaque similis erat Apollo in Thebaide, qui quadraginta annis in interiore morabatur solitudine, speluncã paruulã in monte vicino habẽs: sed pro multitudine miraculorum paruo tempore insigniseffectus, plurimorũ Præsul extitit monachorum. Eo nanque tempore multi & optimi studiosè philosophabantur in Alexandria propemodum duo millia virorum: quorum alij in solitudine morabantur, alij circa Mareoten degebant. Excellenter autẽ inter alios emicabat Dorotheus genere Thebæus: cuius hæc fuit vita, vt quotidie lapides à mari colligeret, & annis singulis hospitium ædificaret, & fabricare sibi non valentibus daret. Noctu autem propter eorum cibum faciebat sportas, vt venderet. Cuius cibus erat panis vnciæ sex, & oleri minutorum fasciculus vnus, & ad bibendum aqua. Hic à iuuentute sic viuens, ne in senecture quidem defecit. Nunquã visus est in lectulo obdormisse, vel pedes pro requie retẽdisse, aut dormire pro voluntate, nisi quantum operando aut comedendo natura compressus oculos claudere potuisset, ita vt sæpe dum comedẽdo dormiret, cibus ex eius ore laberetur. Aliquãdo ergo somno valde grauatus, cùm in sterquilinium cecidisset, obdormiuit. Expergefactus autem & contristatus, sub silentio dixit: Si angelis dormire suaseris, & mihi vlterius suadebis. Quod fortè dicebat ad somnum aut ad dæmonem, qui eum nitebatur à bonis actionibus impedire. Huic laboranti quidam dixit: Cur ita conficis corpus tuũ? At ille: Quia me, inquit, illud occidit. Piamonem verò presbyterũ ferunt, cùm sacrificaret aliquãdo sanctum angelum circa sacrum vidisse altare stantem, præsentes monachos in codice conscribentem, absentesque delentem. Ioanni quoque tantã Deus noscitur donasse virtutẽ contra passiones ac languores, vt plurimos podagricos & articulos habentes solutos curaret. Inter hos Beniamin senior valde clarus habebatur, dono Dei potitus, vt sine medicamine, tactu manus aut olei, facta oratione, sanaret ægrotos. Hunc ferunt incidisse in hydropem morbum, & tantũ eius corpus intumuisse, vt non posset per ianuas cellulæ suę in qua habitabat efferri, nisi ianuæ cũ tabulis antepositis sublatæ fuissent. Is ergo ægro tationis suæ tempore penè octo mensibus ante mortem in sella satissima sedens, curabat solenniter ægrotantes, non grauiter ferens quòd suæ ægritudini non prodesset, sed etiã se videntes cõsolabatur, & deprecabatur vt rogarent Deum pro anima ipsius, & de corpore nõ curarẽt, quia etiam cùm sanũ, inquit, esset, nihil profuit mihi. Marcum in Scethi degentem, ferunt etiam in iuuentute valde fuisse mansuetũ & sapientem, memoriáque scripturarum diuinarum satis idoneũ, & adeò Deo amabilẽ, vt cùm ad dominicũ corpus accederet, angelus ei sacramenta præberet, cuius manũ vsque ad iuncturam brachij tãtummodo se dicebat inspicere. Macario verò datum est, vt saperet vltra dæmones. Huic occasio conuersionis cõmissum homicidiũ fuit. Nã cùm puer esset, & oues pascerer circa Marian paludem, ludens quendam coætaneũ interemit, & metuẽs fugit in solitudinẽ. Qui cùm tribus annis sub diuo moraretur, postea paruũ hospitũ fecit sibi, in quo annis viginti quinq; moratus est. Equidẽ plurimi se eũ audisse dicebãt, gratias illi calamitati referentem, & salutiferum vocantẽ illud homicidiũ non sponte cõmissum, quod ei beatitudinis causſa extitisset. Apollonius autẽ cùm per omne tẽpus vitæ nihil vitæ monachicæ didicisset, sciẽs quia nec scribere, nec artem iã exercere posset propter ætatẽ, omnia medicamina & cibaria opportuna laborãtibus ex propriis pecuniis cõparabat, singulásq; ianuas monasteriorũ à matutino circumibat vsque ad horã nonã visitãdo languentes, & ministrando quo indigerent. Qui moriturus, alteri tradidit quod habebat, iubens vt talia vota seruaret. Moses autẽ quũ seruus esset, propter culpã expulsus è domo est: qui latrocinio deditus, homicidia multa cõmisit. Postea verò conuersus, repertè huiusmodi philosophiæ virtute repletus est. Cúmq; pro prioris vitæ feruore phãtasiis adhuc libidinũ moueretur, multa abstinentia domabat corpus suum, panẽ solummodo comedens, & multũ operis efficiens. Sex autem annis per totam noctẽ stans orauit, neque genibus inclinatis, neque oculis somno clausis. Insuper etiã noctu circũibat cellulas monachorum, & lagenas singulorum aqua implebat, cùm procul aut decem, aut viginti, aut triginta stadiis aqua manaret. Qui licet ita domaret corpus, priorẽ tamẽ valetudinẽ non amisit. Fertur enim cùm quatuor latrones eius inuasissent hospitium,

Copras. Hellen. *Helias.* *Apelles Ægyptius.* *Isidorus. Serapion.* *Dioscorus.* *Eulogius presbyter.* † *resipiscẽtia. Apollo.* *Dorotheus.* *Piamon.* *Ioannes.* *Beniamin.* *Marcus.* *Macarius.* *Apollonius.* *Moses.*

tium, cõprehendisse omnes atq; ligasse suisque A te vsque ad nouissimum diem præter panem assum nihil aliud comedisse. Hunc dum voluissent humeris impositos ad ecclesiã perduxisse, in volunrate monachorum ponens, quid de illis facere vellent. Fuit ergo in summa philosophia & terribilis dæmonibus, & presbyter in Scethi cõstitut⁹. Vixit annis penè septuaginta quinq;. Sub hoc igitur imperio fuit Paulus de Lybia in Scethi, nõ pauciores quingẽtis monachos habens. Nihil autem operabatur neque percipiebat, nisi quod cõmederet tantũ. Orabat autẽ solummodò: & veluti quoddã tributũ habẽs impositum, trecẽtas orationes Deo vnoquoque die reddebat. Et ne numero fortè delinqueret, trecẽtos lapides ponebat, & singulis orationibus lapidem mittebat in sinum. Expẽsis verò lapidibus, orationes sciebat esse cõpletas. Tũ etiã Pachomius abbas in Scethi florebat, à iuuẽtute vsque ad senium optimè cõuersatus. Quem neq; circa corporis sanitatẽ neque circa animæ passionem dæmon aliquando decepit. Stephanus autem circa Mareotem habitauit, perfectè degens & integra continentia. Qui circa sexaginta annos probatissimus monachus fuit & Antonio magno notissimus. Fuit itaque mãsuetus & sapiens, loquutione suauis & vtilis, tristantiũ cõsolabatur animos, & ad alacritatẽ reuocabat, licet necessaria tribulatio accideret. Talis etiã erat in cladibus propriis. Denique quum infirmitatẽ incurabilẽ incurrisset, & medici putria membra eius incidissent, ille manibus tamen operabatur, palmarũ plectens folia, & præsentibus persuadens, vt de rebus huiusmodi non dolerent, neq; aliud cogitarent nisi de bono fine: Deus, inquit, quæ fecit, cuncta vtilia sunt. Ego autem noui huiusmodi morbos propter peccata accidere. Et melius est hic pœnas soluere, quàm post mortẽ perpetua supplicia sustinere. Pior autẽ quum de domo patris ad philosophiã cõuersionis exiret, promisit denuò nullum se propinquorũ fore visurũ. Post quinquaginta verò annos quũ eius soror ipsum videre vellet, & habitare in eremo cognouisset, non cessabat donec eum inspiceret. Quam dum Episcopus loci iam grandæuam propterea videret affligi, scripsit Præsulibus eremi vt Piorem mitterẽt. At ille quoniã reluctari nephas est iussionibus seniorum, obediẽs, & assumens quendam venit ad patriam. Quúmque ad ianuam domus suæ accessisset, & suum nuntiasset aduentũ, veniente germana clausis oculis dixit: Ecce ego sum Pior: quantumuis aspectu satiare. Tum illa gratiis actis laudauit Deũ. At ille oratione facta rediit ad eremum, vbi fodiẽs aquã, inuenit amaram eáq; vsus est vsq; ad vltimum vitæ suæ diẽ. Post cuius obitum nullus illic habitare potuit. Ego autẽ reor, quòd per orationẽ, eam ad suos vsque fecerit dulcem, quum etiam alibi non extantem oratione meruerit elicere. Nam quum Moyses & eius monachi puteum aliquando foderent, & nec venam aliquã reperirent, nec amplius fodere altitudo permitteret, medio die superuenit Pior, & oratione facta descendit in foueam. Quúmque terriò percussisset terram, mox emanauit aqua. Quũ verò oratione facta discederet illis cũ petentibus vt vel ex aqua gustaret: Ad illud, inquit, missus sum, & propter quod veni peractũ est. Ammoniũ autem ferunt valde eruditũ, Origenis Didymique discipulũ à iuuẽ-

Paulus Lybius. *Pachomius.* *Stephanus monachus.* *Pior.* *Moses.* *Ammonius.* *supra fol. 113.* *Euagrius.* *Melas.* *Salomon.* *Epiphanius.* *Protogenes vitus.* *Heliodorus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod Ariani Constantinopoli comprehendentes orthodoxos, multos in naui concremauerint. Caput 2.

Ariani orthodoxos exurunt.

EO verò tempore in Constantinopolitana vrbe comprehendentes Ariani quosdã religionis piæ presbyteros, cósque mittentes in naui inermes, & trahentes in pelagus, aliis videlicet in altera naue sequentibus, immisso igne cremauerunt. Quo facto, sancti viri cum igne atque mari pugnantes, nouissimè sunt absorpti, & triumpho martyrij coronati.

Quòd Valens vaganis, Iudæis & hæreticis tribuerit potestatem suas festiuitates agendi, & orthodoxos vbique prohibuerit, de Flauiani Diodoríque Virtutibus. Caput 3.

An. do. 379. Valentis Aug. impietas.

IN Antiochia verò Valens plurimo tempore commoratus, omnibus licentiam dedit Gentilibus atque Iudæis, necnon hæreticis. Nam & Gentiles festiuitates agebant dæmonibus ministrantes, & post Iulianum à Iouiano idololatriæ vanitates extinctas, florere rursus iste permisit: & Iouis cultum atque Dionysij, sacráque Cereris iam non in occulto tanquam sub pio Imperatore celebrabant, sed per mediam plateã bacchantes vbique currebant. Illis tantummodo tunc princeps erat inimicus, qui Apostolicã doctrinam prædicare videbantur, & eos primum quidem à sacris basilicis fecit expelli: quibus Iouianus inclytus Imperator nouam dederat ecclesiam. Cúmque in monte sacra celebrarent, hymnis laudãtes Deum, & diuinis illic eloquiis perfruentes, licet aëris aduersitatem sæpius sustinerent, aliquando pluuiis, aliquando niuibus, aliquando gelu, frequenter ignis ardore macerati, ne in huiusmodi quidem locis laudibus diuinis eos frui permisit, sed missis militibus affugauit. Tunc Flauianus atque Diodorus, veluti quædam propugnacula, iaculis imminẽtibus resistebant. Nam cùm Melitius ipsorum pastor seorsum degere cogeretur, isti curam gregibus adhibebant: lupis quidem obiicientes propriam fortitudinem & sapientiam suam, ouibus autem curam congruam iugiter afferentes. De montanis autem locis expulsi, contra ripas vicini fluminis pascebant oues. Non enim patiẽbantur secundum Israëlitas captiuos in Babylone organa sua suspendere, sed laudabãt creatorem & largitorem Deum in omni loco dominationis eius. Sed neque in hoc loco concilium piorum quietum esse permisit hostis seruorum Christi. Veruntamen concordia illorum mirabilium pastoris magni discipulorum ad exercitiũ sanctas oues enutriẽs, spiritualia pascua ministrabat. Et Diodorus quidem sapientissimus atque fortissimus, velut quidam fluuius perspicuus atq; torrens, oues quidem proprias irrigabat, luporum verò blasphemias penitus abluebat: & generis sui nobilitatem spernens, libenter sustinebat quamlibet pro fide calamitatem. Flauianus vir optimus, & ipse, genere nobilissimus, honestatẽ solam iudicabat esse pietatẽ, & velut puer exercitatus, maximum Diodorum quasi quendã infinitorum certaminum vngebat athletam. Illo namque tempore non concionabatur inter ecclesiastica collegia, sed hoc agẽtibus multa subE sidia conferebat cõsiliorum, & scripturarum & expositionum. Et doctores quidem cõtra Arianas blasphemias tendebãt arcus: iste verò velut ex quibusdam pharetris suæ mentis sagittas cõgruas offerebat, & non solùm domi, sed etiam publicè hæreticis resistens, retia eorum facilius perrumpebat, & illorum argumenta ostendebat esse telas aranearum.

Flauianus Diodorus. Melitius Antiochenus.

De laudibus Aphraatæ monachi, & quæ fiducia valenti responderit. Caput 4.

CVm his etiam laborabat Aphraates, cuius conuersationem alio loco prodidimus. Is enim ouium salutem suæ quieti præponens, & spelunca deserens propriam, pastorales sudores aggressus est. Quantas verò virtutis diuitias cõgregarit, nũc referre superfluũ est. Vnũ tantũmodo eius debet dici, quod huic historiæ valde congruit. A Boreæ parte fluuius currit Orontes circa palatium: à meridie verò est maxima porticus, Vndique turres excelsas habens. Inter palatium verò & flumen platea est, quæ egredientes ex vrbe mittit ad suburbanos agros. Per hãc plateam quum transisset Aphraates, ad hostilia certamina properabat vt sacris ouibus curã necessariã exhiberet. Hunc de palatio respiciẽs Imperator, vilissimo pallio vidit indutum & in longæua senecta celeriter properantem. Quúmque dixisset quidam istum esse Aphraatem, à quo ciuitas vniuersa penderet, dicit ei Imperator: Die mihi quò vadis? At ille sapiẽter respondit & cõgruè: Pro tuo, inquit, oraturus Imperio. Tunc Imperator: Oportebat te domi, inquit, orare secundũ † monadicũ morem. At ille sanctissimus: Optime, inquit, dicis: si sic quoque permitteres, hoc me facere oportebat. Et hoc hactenus egi, quandiu Christi oues pace pristina fruebantur. Quia verò tumultu maximo commouentur, & periculi onus impendet, ne captiuæ teneantur, necesse est quouis discurrere, eásque à † necessitate saluare. Sed dic mihi serenissime Imperator: Si puella essem in cubiculo residens, & lanæ vacans, videremque paternam domũ ignibus concremari, quid me facere deceret? sedere intus & ardentem contemnere domum, an certè discurrere vbi aquam ferrem, & flammas extinguerẽ? credo te dicere hoc potius fuisse faciendum: id enim puellæ sapientis est opus. Hoc ergo nunc agitur Imperator. Te namque in paternam domum nostram mittente flammas, discurrimus vt eas velociter extinguamus. Hæc illo dicente interminatus est quidem, sed tacuit Imperator. Vnus verò cubicularius Imperatoris asperè respondens viro sanctissimo huiusmodi cladem noscitur pertulisse. Is enim habebat balnei curã: quò post hæc verba descendens, vt Imperatori pararet ingressum, & mente perculsus in aquam feruentem descendit, ibíque defunctus est. Sedebat Imperator expectans, vt eo renunciante lauaret: eóque tardãte, misit alios viros quur moraretur. At illi ingressi, viderunt eum in solio feruente defunctum atque solutum. Quod cùm nuntiatum fuisset Imperatori, cognouerunt virturem orationis Aphraatę, non tamen ab impiis dogmatibus recesserunt, sed secundum Pharaonem induratum est cor eorum.

An. do. 379. Aphraates.

Orontes fluuius.

Valens Aug. ad Aphraatem.

† *Monachicũ.*

† *Captiuitate.*

De

De Iuliano monacho. caput 5.

An. do. 379. Iulianus anachoreta.

HAc tempestate Iulianus ille famigeratus solitudine relicta venit Antiocheam. Nam cum hæretici soliti facilè sarcire mẽdacia, hunc virum suæ dicerent esse pranitatis, miserunt ad eum lumẽ veritatis Flauianus atque Diodorus, pariter & Aphraates Acacium virtute florentẽ, qui postea Beroeæ fuit episcopus, rogantes vt multis hominum millibus subueniret, & aduersariorum fallaciam redargueret, veritatísq; dogmata confirmaret. Is ergo vir sanctissimus, & veniendo & reuertendo, & in ipsa maxima ciuitate, quenta miracula fecerit, in historia † Deo amabili à nobis conscripta retulimus. Quod verò totius populus ciuitatis ad collegia nostra conuenerit, nullum seculum dubitare confido. Res enim inopinabiles ad se probantur vniuersos attrahere. Sed quod maxima miracula ille vir operatus sit, etiam veritatis hostes nequeunt denegare. Hoc enim in Alexandreia temporibus Constantij fecit magnus Antonius. Deserens enim solitudinem, totas circumibat vrbes, satisfaciẽs vniuersis, quod Athanasius doctrinæ Apostolicæ prædicator extaret, & hostes essent veritatis participes Arij. Sic igitur sciebant illi sacratissimi viri, quid tempori vnicuique cõgrueret, & quando opus esset frui quiete, quando necessarium solitudini præponere ciuitates.

† *Philotheo.*

Antonius.

De Acepsema, & aliis. Caput 6.

An. do. 379. Acepsemas. Zeugmatius.

FVit porrò illo tẽpore in Cyrestẽsium eremo famigeratus ille Acepsemas in cella reclusus, & sexaginta annis neque visus neque locutus. Zeugmatius quoque ille admirabilis, qui licet oculorum acie priuaretur, omnia tamen circũibat, confortans oues, lupíque resistẽs. Propter quam causam monachicam eius cellulã concremauerunt: sed Traianus magister militum fidelissimus aliam ei extruxit, multóque eum fouit auxilio. Hoc quoque tempore fuit Ephræm in Edessa, in Alexandreia verò Didymus. Et Ephrẽ Syra vsus lingua, spiritalis gratiæ radios emittebat. Qui licet nesciret doctrinam Græcam multos Græcorum eruditósque redarguit, & totius hæreticæ prauitatis infirmitatem nudauit. Et quoniam tunc Harmonius Bardisanæ quædam cantica componens, & impietatem melodicæ suauitati permiscens illiciebat audientes, & ad perniciem venabatur: iste sumens inde harmoniam, pietatem cantilenæ permiscuit, & audientibus suaue admodũ & vtile medicamen apposuit: quæ cantica triumphatorum Martyrum festos dies etiamnum efficiunt clariores.

Ephræm.

Armonius Bardisanæ F. Ephræm Syrus.

SOCRATES.

De malis, quæ sub Valente in Alexandria & per Aegyptum gesta sunt. Caput 7.

CVm igitur Imperator Valens, lege præcepisset persequendos esse in Alexandreia & Ægypto cunctos orthodoxos, omnia vastabantur. Alij namque ad iudicia trahebãtur, alij mittebantur in vincula, alij verberibus agebantur: plurimáque supplicia aduersus quietis amatores ingerebãtur. Et cùm hæc in Alexandreia fierent secundum Lucij voluntatem, fuissetque in Antiochiam reuersus Euzoius, mox ad monasteria per Ægyptum cõstituta processerunt Magister militum cum multitudine armatorum, & Lucius Arianus. Cumque plurima viris sanctis mala facerent, nec eos vllo modo superarent, persuasione Lucij patres monachorum mittuntur in exilium. Inter quos erant, Macarius Ægyptius, & alter Alexãdrinus. Quumque venissent in insulam quandam, arreptam cuiusdam filiam sacerdotis à dæmone, clamantémque ad illos viros: Cur venistis etiam hinc nos expellere? suis orationibus liberatã patri restituit, & ad Christianismum sacerdotem simul & reliquos habitantes in insula perduxerunt. Qui mox simulacra proiicientes, formã templi in ecclesiam mutauerunt. Baptizabantur enim, & officia Christianismi cupidissimè docebãtur. Sic igitur propter Consubstantialitatis fidem, viri admirabiles probabiliores effecti sunt, aliosque sanantes firmiorem operibus ostenderunt fidem.

Orthodoxi vexantur.

Macarij duo.

De Didymo & scriptis eius, de Gregorio vantice, eiusque miraculis. Caput 8.

EO quoq; tempore virum alium fidelẽ produxit Deus, vt per eum fidei testimonium perhiberet, Didymum admirabilem virum, qui omni tunc doctrina florebat. Is cum paruus adhuc prima literarum elementa doceretur morbo oculorum perdidit visum. Cui Deus pro visibilibus oculis intelligibiles condonauit. Nã quod per oculos doceri non potuit, auditu vigilanti cognouit: qui cum à puero fuisset ingeniosus, vincebat etiam acuta conspicientes. Facilè uanCque regulas Grammaticæ atque Rhetoricę artis didicit. Cumque venisset ad Philosophiam, mirabiliter Dialecticam, Arithmeticam, Musicam, aliásq; Philosophiæ disciplinas didicit, animóq; recondidit, ita vt celeriter obuiaret eis qui oculis inspectoribus talia didicissent. Sed etiam vetus nouumque Testamentum adeo perfectè cognouit, vt multos æderet libros. Qui & de Trinitate tres libros fecit, & Origenis opus de principiis, id est, περὶ ἀρχῶν interpretatus, id est explanationes reliquit eximias. Fertur verò Antonius cùm Valentis tempore propter Arianos venisset in Alexandreiam, vidisse Didymum, eíque dixisse: Non te conturbet ô Didyme, amissio sensibilium oculorum, tales enim oculi tibi desunt, quibus & muscæ & pulices frui vtique possunt. Sed gaude potius te habere oculos, quibus etiam angeli couuntur, per quos videtur Deus & eius lumen inspicitur.

Didymus. An. do. 376.

THEODORITVS.

Didymus ab infantia priuatus oculis, Grãmaticam, Rhetoricam, Arithmeticam, Geometriã, & Astronomiam, & syllogismos Aristotelis, & eloquentiam Platonis auditu didicit, non quod hæc veritatem erudirent, sed quod aduersus mẽdacium arma veritatis existerent. *An. do. 376.*

SOCRATES.

Et quoniã aliqui ex nominis similitudine noscuntur errare, necessarium est ostẽdere aliũ esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius Pōticus discipulus Origenis.

Gregorium Ponticum ortum ex Cæsarea Ponti E admodum vernstum & discipulū Origenis. De hoc nanq; Gregorio multus est sermo in Athenis,& Beryto,necnon & Ponto, & (vt ita dicatur)in vniuerso orbe terrarum.Is enim quū discessisset ab Athenis,venit Berythū, ibique iura legebat. Cūmq; cognouisset in Cæsarcia libros sacros Origenem exponere, venit illuc,expositiones magniloqui illius auditurus. A quo verā philosophiam eruditus, euocantibus parēsibus remeauit ad patriam. Vbi primò quidem quum esset adhuc laicus,plurima signa fecit,languores curando,dæmones per epistolas expellēdo, Paganosque sermonibus & operibus sibi subiugando.Huius meminit & Pamphilus martyr, & Eusebius in libris quos de Origene conscripsit. Fuit ergo Gregorius antiquus iste, discipulus Origenis,& alter Naziāzenus fraterque Basilij. Fuit alius Gregorius Alexandrinus,Arianus. F

Quod Nouatiani festiuitatem Paschæ mutauerint, & de schismate inter Cornelium Romanorum episcopum,& Nouatum facto pro recipiendis errantibus. Caput 9.

Nouatus Presbyter.

EA tempestate Nouatiani habitātes in Phrygia,festiuitatem Paschæ mutauerunt. Quomodo autem gestum sit,dicam,primò tamen referens cuius rei gratia circa Phrygum Paphlagoniorūmq; gentes seuerius ecclesiastica regula conseruetur. Nouatus presbyter se ab ecclesiæ Romanæ communione subtraxit,quod Cornelius episcopus, fideles qui sacrificauerāt tempore factæ persequutionis à Decio,in communionem recepisset. Pro hac itaq; caussa segregatus, & ad episcopatum à consortibus suis episcopis euocatus, scribebat ecclesiis, ne eos qui dæmonibus immolauerant, ad sacramēta susciperent, sed inuitarent quidem ad pœnitentiam, remissionem verò Dei relinquerēt potestati.cuius solius est peccata remittere. Tales epistolas suscipientes, in vnaquaque prouincia secundū proprios sensus responsa reddebant. Cùm ergo ille mandaret nō oportere sacris interesse mysteriis eos,qui post baptisma peccatum commisissent quod ducit ad mortem, quibusdam quidē videbatur amara nimis & dura huiusmodi regula, alij verò velut iustam rectámque suscipiebāt.Inter hæc mora quęstione venerunt literę Cornelij Romani præsulis,quæ remissionē peccātibus etiam post baptisma promittebant.Sic ergo ambobus diuersa scribētibus,& ex diuinis eloquiis sua sensa firmantibus,singuli Prouincialium diuersas sunt sequuti sententias. † Sanantes namque sanare promissa remissione, etiam reliquo tempore deliquerunt. Vnde gentes Phrygū castiores quàm aliæ esse noscuntur.Nouatus itaq; licet propter conuersationem subtilissimam segregauerit seipsum, non tamen mutauit Paschæ festiuitatem. Nam secundum partes Hesperias etiam iste celebrabat. Agitur enim apud illos Pascha post equinoctium iam olim, & ex quo Christiani esse cœperunt. Sed iste quidē postea sub persequutione Valeriani principis martyrio finiuit vitam. Hi verò qui ex eo nomen habuerunt,eiusq; fuere participes,facto concilio paucorum episcoporum in vico Pazeno, vbi sunt fontes Sagarij fluminis,regulam protulerunt,vt Iudæos obseruent azyma facientes, & cum eis agant Paschæ celebritatem.Postea tamen etiam Nouatianorum ecclesia propter illud cōcilium noscitur esse diuisa.

† Sana repromissa.

Cornelius Pont.Rom.

Nouatianorū concilium.

De Damaso & Vrsino,qui Romæ episcopi pariter ordinati sunt. Caput 10.

EO tempore quum Valentinianus Imperator nullam hæresim perturbaret, post Liberium Romæ Damasus ordinatus episcopus, simul & Vrsinus ex diacono eius ecclesiæ in Basilica Sicinienſi latēter.Ob quam rem multis seditione, vel Præfecti Maximini animaduersione punitus,remoto Vrsino Damasus remānsit episcopus.

An.do.368. Damasus. Pont. Vrsinus.

THEODORITVS.

Tunc itaque apud Hesperiam Damasus Romanus & Ambrosius Mediolanēsis spiritalibus iaculis feriebant hostes. Cum quibus etiam illi qui ad longa fuerant exilia destinati,literis confortabant suos,& aduersarios destruebāt. Quos diuina prouidentia gubernatores in fluctuatione præparauerat & militum sapientissimos ducēs in prœliis.

An.do.378. Damasus. Ambrosius.

SOCRATES.

De fine Valentiniani maioris,& auspicijs Valentiniani minoris: & quomodo Iustinam matrem eius. Valentinianus viua priore coniuge duxerit vxorem. Caput 11.

INter hęc igitur Valētinianus Imperator Hesperiæ,contra legatos Sauromatarum vehemēti furore commotus, eruptione venarum fluxu sanguinis expirauit, post Consulatū Gratiani tertium, & Equitij, septimodecimo die mensis Nouembris,anno vitæ quinquagesimoquarto,imperij vndecimo.Quo moriente Italię milites sexto die post eius mortem Valentinianum puerum eius filium ad imperij culmina proueserunt.Cuius imperium frater,& patruus licet inuitè (quod eis ignorātibus factum esset) tamen postea susceperunt. Hoc itaque modo Valentinianus Iunior in paternum successit imperium.Is enim natus est de Iustina, quam viuente Seuera priore cōiuge Valētinianus hoc modo duxisse probatur vxorem. Iustus Iustinæ pater quum esset Piceni iudex. Constātij temporibus vidit in somnis, quod ex dextro fœmore Imperialem purpuram genuisset.Quumque visio per multos recitaretur,ad Cōstantij aures vsq; peruenit.At ille consyderans somnium tanquam ei Imperator ex ea nasceretur, mittens occidit Iustum. Cuius filia Iustina quum orphana remansisset à patre,virgo permansit. Posteriore verò tempore peruenit ad Seueræ notitiā,ad quā frequentius veniebat & amabatur, ita vt etiā cum ea balneis vteretur.Quumq; Seuera secū lauantē Iustinā diutius inspexisset, pulchritudine virginis obligata est, & dixit Imperatori adeo esse speciosam virginem Iustinam, vt etiā ipsa licet esset mulier,eius tamē amore sit capta. Itaq; Imperator eius sermone cōcepto, Iustinam ducere tractabat vxorem, nō tamen Seueram abiicere: ex qua

Legati Sauromatarum.

Valētinianus Aug.moritur. An.do.377.

† Decimotertio.

Scilicet Gratianus & Valentinianus iunior.

Iustus Piceni iudex.

Iustina.

Seuera cōiunx Valentiniani.

Lex Valentiniani Aug. de duabus vxoribus ducendis & liberis.

ex qua Gratianus fuerat natus,quem paulò ante A firmarat Imperatorem. Legem itaque protulit publicè per ciuitates propositam,sancientem vt licerer si quis vellet habere duas vxores:Cumq; lex posita haberetur, Iustinæ ipse cōiunctus est: ex qua natus est Valentinianus iunior, & filiæ tres,Iusta,Grata,& Galla: quarum duæ quidem in virginitate mansserunt. Gallam verò postea maior Theodosius Imperator duxit vxorem, ex qua Placidia filia noscitur ei esse progenita. Nā Arcadium & Honorium ex Placida priore coniuge habuisse cognoscitur.

SOZOMENVS.

Quod Themistius philosophus Valentem ab orthodoxorum nece auocarit. Caput 12.

An.do.278. Valens aduersus orthodoxos.

INterea Valens in Antiochia Syriæ degens, B Consubstātialitatis cultores vehemēter fuisset persequutus,nisi eum liber Themistij philosophi reuocasset, in quo perorauerat eum esse non oportere crudelem propter discordiam ecclesiasticorum dogmatum, quando etiam apud Paganos plus quàm trecentarum sectarum differentia videretur,& vnusquisque pro dogmate proprio in sententia diuersa consisterer.Et forrè hoc Deo gratum magis esset,dum nō facilè cognoscitur, & diuerso modo glorificatur: vt vnusquisque amplius timeat, dum integritatem eius scientia vel quomodo aut qualis quātusque sit magis ignorat.His ergo Themistij ratiocinationibus aliquantulum mitior factus est Imperator.

SOCRATES.

Quemadmodum se Gothi contulerint ad Valentem,& quomodo ad Gothos pestis Ariana peruenerit. Caput 13.

An.do 378. Exilia orthodoxorum. Gothi. Fridigernus. Athalaricus. An. do. 379.

NOn tamen omnino ab indignatione abstinuit,sed pro morte infligenda sacratissimis viris decernebat exilia,donec eius impetū caussa huiusmodi reipublicæ cohibuisset. Barbari trans Histrum constituti, qui vocantur Gothi, ciuile bellum inter se duabus partibus commouerunt:vni præerat Fridigernus, alteri Athalaricus. Cúmque prævaluisset Athalaricus, Fridigernus confugit ad Rom. eorúmque postulauit auxilium. Quo cognito Valens præcepit Thraciæ militibus, vt Barbaris auxilia commodarēt. Hoc subsidio victus Athalaricus est, & in fugā D versus. Ob hanc ergo caussam Fridigernus volens aliquod beneficium repensare Valenti,cum suis omnibus dogmata eius religionis amplexus est. Vnde hactenus Gothi Ariani esse noscūtur. Tum etiam Vulphilas Gothorum episcopus literas Gothicas adinuenit, & scripturas diuinas in eam conuertit linguam.Cum igitur non solū Fridigerni Gothos, sed etiam Athalarici Vulphilas edoceret, tunc Athalaricus videns religionem patriam violari, multos Arianorū supplicijs tradidit, quos Ariani martyres nunc appellant. Nō verò post multum temporis denuo inter se Barbaris compacatis, à vicinis gentibus Hunnorum deprędabantur. Expulsíque de propriis,ad Romanorum loca confugiunt, seruire potius volentes Imperatori. Hoc quum

Martyres Arianorum. Hunni in Gothos.

cognouisset Valens, nihil futuri prouidens, terras eis tribuit Thraciarum, arbitratus paratū se contra omnes Barbaros habere auxiliū: ac propterea milites deinceps negligebat, & eos qui pridem contra hostes laborauerāt contemnēs, etiam à Collatoribus prouinciæ per vicos & ciuitates pro vnoquoque milite octuaginta solidos exigebat. qui dudum eorum tributa releuarat.Hoc ergo fuit initium, vt illo tempore Romanorum respublica calamitatibus subderetur. Barbari namque quum Thraciam tenuissent, licenter Romanorum prouinciam deuastabant. Hæc audiens Valens, quum ab orthodoxorum exiliis non quieseceret, tunc tamen hac necessitate abstinuit.Turbatus enim, ab Antiochia Cōstātinopolim venit: vnde etiam aliquantū Christianorum persequutio tunc cessauit.

granitas exactionum.

Gothi in Romanos.

THEODORITVS.

Interea Valens Imperator cùm Gothorū gentem commouisset ad bellum apud Bosphorum, tum fatuus vires suæ infirmitatis agnoscens,mittit ad fratrem,suppetias petens.At ille rescripsit, religiosum nō esse,talem virum iuuare,qui Deo rebellis existeret: sed magis esse iustum vt eius superbia sedaretur. Quod cùm ille miserrimus cognouisset, licet maiori necessitate cōstrictus, non tamen à sua vehementia cessauit,sed fuit veritati rebellis. Terentius igitur inter hæc victor reuersus est ab Armenia vir optimus, & pietate decenter ornatus. Tunc ei iussit Valens poscere dona quæ vellet. At ille,quod decebat pium virum cogitare,respondit: Petiit enim non aurū, C non argentum, non prædium, non cingulum, neque donum,sed vt eis qui pro Apostolica doctrina pericula sustinuerant,vna præberetur ecclesia. At ille petitionem ex scripto susceptā cognoscens, quæ illic tenebātur adscripta dirupit, cumque alia postulare præcepit. Verum ille colligens verba precum: Suscipe,inquit,ô Imperator & habetō donum. Aliud verò non postulo: intentionis meæ iudex est vniuersorum iudex. Cum ergo Valēs transmisso Bosphoro venisset in Thraciam,primum quidem Constantinopoli commoratus est,præparans bellum:deinde Traianum cum expeditione contra Barbaros destinauit. Cumq; remeasset ille destructus,derogabat Valens ei mollitiem & timorē adscribēs. At ille vsus fiducia viro fortissimo congruēti: Non,inquit, Imperator ego sum victus, sed tu victoriā perdidisti,cum Deo resistis,& illius auxilia Barbaris facis potius opportuna.Cùm enim à te impugnetur,pro illis pugnat: & necesse est, Deum sequi victoriam. An nescis quos ab ecclesiis expuleris,vel quibus eas contradideris? Hæc eadē Arātheus & Victor magistri militū sunt professi, & Imperatorem ne tūc indignaretur,admonuerunt. Aiunt verò Isaac monachum habentē cellulam illic,cùm videret eum egredientem ad pugnam cū clamore dixisse:Quo vadis Imperator qui pugnas aduersus Deū,quē nō habes adiutorē?ipse enim contra te Barbaros mouit,quoniā & tu aduersus eū blasphemas linguas plurimas incitasti,& qui ei psallunt sacra,domibus expulisti. Quiesce ergo rebellare, & ille faciet bella cessare.Redde gregibus pastores eximios, & vi-

Valens petit auxilium à fratre contra Gothos.

Terentius,magister militū orthodoxus.

Traianus magister militū.

Arantheus, Victor.

Isaacus monachus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctoriam sine bello percipies. Si verò nihil horũ sic agens pugnare contendis, experimento cognoices, quam durum sit contra stimulum calcitrare. Nam neque reuerteris, & exercitum vehementer perdes. Betranion autem omni virtute clarus vniuersæ Scythiæ præsul, habens zelo fidei cor accensum, pro corruptione dogmatũ & iniquitatibus quas contra sanctos agebat, Valentem sæpe redarguit, clamãs cum sacratissimo Dauid: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar. Qua tamẽ gratia Barbari Ariano sint vitiati languore, narrabo. Tempore quo transeuntes Histrum, pacem cum Valente fecerunt, tunc præsens Eudoxius suggessit Imperatori, vt ei Gothi communicarent, pridem enim diuinæ scientiæ radiis imbuti, Apostolicis dogmatibus pascebantur. Commu-
nio, inquit, vnius dogmatis firmiorem faciet pacem. Hoc Valens laudans à ducibus Gothorum exegit, vt dogmatum quoque concordiam retinerent. Illi verò dicebant, paternam se mutare non posse doctrinam. Et cum illo tempore Vulphilas esset eorũ episcopus (quem valde sequebantur, eiusque verba quasi leges immobiles existimabant) hunc verbis, pecuniisque flectens Eudoxius, egit, vt Barbari communionem amplecterentur Imperatoris, sic decipiens eos ac dicens, certamen esse verborum, non differentiã dogmatum. Quamobrem hactenus Gothi maiorem quidem patrem filio dicũt: creaturã verò filium nequaquam dicere sustinent, licet hoc asserentibus communicare videantur.

Betranion.

Gothi quando Ariani facti.

Gothi Christiani.

Vulphilas Gothorum episcopus corrũpitur à Valẽte.

SOCRATES.

De reuersione Petri episcopi in Alexandreiam, & de eius morte, & de successione Timothei. caput 14.

HOc itaque tempore, cùm Imperator ab Antiochia discessisset cõfortati sunt qui ab eo persecutionem patiebantur, & maximè Alexandrini Petro videlicet reuerso de Roma cum literis Damasi Romanæ vrbis antistitis confirmantis Consubstantialitatis fidem, & Petri episcopi roborantis ordinationem. Quo facto populus sumpta fiducia, Lucium expulit, & reduxit Petrum. Sed Lucius Constantinopolim nauigauit: Petrus cùm modicum vixisset tempus, reliquit fratrem suum Timotheum successorem.

Alexãdrini.

Petrus moritur.

Timotheus succedit.

Quomodo Valens contra Gothos pugnando sit deuictus, ac mortuus. Caput 15.

POrrò Valens Imp. cum trigesimo die Maij mensis sexto Consulatu suo, & Valentiniani iunioris secundo Constantinopolim venisset, inuenit populum in mœstitia constitutum. Barbari namque per Thracias discurrentes etiam Constantinopoleos suburbana vastabant, non existente qui eis resistere fortiter valeret. Qui cũ vsque ad muros venissent vrbis, afflicta ciuitas murmurabat, quasi eos Imperator illic euocasset, quũ nec resisteret, & magis bella protraheret. Circẽses ludi igitur agebantur, & illic Imperatori clamabant: Da arma & nos pugnabimus.

An.do 380.

Hinc accensus Imperator, vndecimo die Iunij mensis egreditur, interminatus pœnas se pro iniuriis cum rediret à Constantinopolitanis ciuibus exacturum, & quia prius videbantur Procopio præbuisse auxilium, ita vt ciuitatem aratro vertere minaretur. Deduxit ciues igitur vsq; ad vrbem Hadrianopolim, quæ est in confinio Macedoniæ.

THEODORITVS.

Et exercitu quidem præmisso ipse in quodam vico victoriam expectabat. Porrò milites Barbarorum impetum non ferentes, alij fugiebant, alij necabantur. Barbari autem venientes ad vicum vbi Valẽs cognita proditione se celare nitebatur, immisso igne cõcremauerunt cum vico etiam pietatis inimicum.

Valens Augustus combustus est. An.do.381.

SOCRATES.

Qui finem vitæ sortitus est nono die mensis Augusti, eodem Consulatu, id est, quarto anno ducentesimæ octuagesimæ nonæ Olimpiadis. Aiunt aliqui eum igne consumptum cum in vicum fugisset, quem Barbari concremauerunt. Alij verò ferunt, quod mutato Imperiali habitu ad pedestrium venerit exercitum: & cum equestres se dedidissent pugnare nolentes, in congressione vniuersos pedestres repentè confossos: vnde dicunt ipsum quoque ignoti vulnere fuisse prostratum. Defunctus est anno vitę quinquagesimo. Qui cum fratre regnauit annos tredecim, post fratrem verò tres. Taliq; sorte defunctus est.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTI-
CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER NONVS.

SOCRATES.

Quod Mortuo Valente Constantinopolim Barbari deuastarint.

A

THEODORITVS.

De contentione apud Antiochiam inter Paulinum & Melitium facta, & de Apollinare Laodiceno eiusq; secta. Caput 3.

CAPVT PRIMVM.

Barbari sub urbia Constãtinopolitana diripiunt.

GITVR defuncto Valẽte, denuò Barbari vsq; ad muros Constãtinopoleos venientes eius suburbana vastabãt. Quapropter ciues quæ innenissent arma gestantes, hostibus vt poterant resistebant. Vxor enim Valẽtis Imperatoris nomine Dominica præmia exærario publico bene pugnantibus, secundum consuetudinem militum ministrabat. Quibus etiam Saraceni tulere suppetias, quas eorum regina nomine Mauia Romanis fœderata miserat.

Dominica reg. Mauia regina Saracenorum.

THEODORITVS.

De benignitate Gratiani & fidei rectitudine. Caput 2.

An.do. 381. Gratianus reuocat episcopos orthodoxos de exilio.

POrrò Gratianus Valẽtiniani filius, cùm pridem patre defuncto Europæ sceptra tenuisset, defuncto Valente sine sobole, Asiæ quoque Lybiæque regna suscepit. Moxque pietatem quã mente perceperat, operibus demonstrabat, initiáque sui regni rerum omnium domino dedicauit. Scripsit itaque Legem, præcipiens, vt expulsi pastores ad sua ouilia redirent, sacræque basilicæ eis redderentur, qui communionẽ Damasi sequerentur. Is enim Damasus Romanæ vrbis episcopus laude dignus, vir mirabilis, semper ornatus, dicere faceréque pro Apostolicis dogmatibus cuncta festinus post Liberium gubernacula susceperat ecclesiæ. Misit igitur Imperator cum huiusmodi lege etiã Saporẽ quendam tunc nominatissimum militiæ principem: & Arianæ quidem blasphemiæ prædicatores, veluti quasdã bestias diuinis septis iussit expelli: optimis verò pastoribus & sacris ouilibus vniuersa restitui. Hoc ergo in vniuersis prouinciis decreuit obseruari.

Damasus Põt. Rom.

An.do. 381. Libertas religionis vniuscuiusque.

SOCRATES.

Gratianus itaque cum iunior Valentiniano regno potitus ab exilio reuocatis omnibus, lege sanciuit, vt vnaquæque religio licitè sacra celebraret, solos verò ab ecclesiis prohibuit Eunomianos, Photinianos, Manichæos.

schismata christianorũ. Apollinaris Laodicenus. An.do.380.

Vnc igitur in Antiochia, quæ præsidet Orienti, contentio huiusmodi causa prouenit, Pro Apostolicis dogmatibus laborantes (sicut iam dictum est) erant diuisi, & alij post calumnias irrogatas Eustathio Arianam abominati væsaniam, apud seipsos sacra celebrantes, Paulinum habebant antistitem. Alij verò post ordinationem Euzoij, cum Melitio conuenientes eius doctrina fruebãtur. Ad hæc autẽ Apollinaris Laodicenus alterius partis sibi præsulatũ assumpsit. Qui cum pietatis indueret vultum, & Apostolica se fingeret dogmata cõseruare, paulò post manifestus hostis apparuit. De diuina namque natura adulterinis rationibus vrebatur, gradus quosdam generans dignitatum, & sacramentum dispensationis imperfectum explanare præsumens, animámque rationalem quę corpus regit, priuatam salute confirmans. Si enim animam non assumpsit secundum illius rationem Deus verbum, neque medicinam præbuit, neq; honorem dedit: sed corpus quidem terrenum ab inuisibilibus virtutibus adoratur: anima verò secundum diuinam imaginem facta inferre permansit, cõtumeliis inducta peccati. Qui plurima super hæc væsanus asseruit. Aliquando etenim pariter confitebatur & ipse ex sancta virgine assumptam carnem: aliquando verò eam cũ Deo verbo cœlitus descendisse: aliquãdo eum ipsum factũ carnem, sumpsisse nihil ex nobis. Aliásque plurimas & inanes fabulas sacris promissionib⁹ copulabat, quas in præsenti dicere superfluũ indicaui. Talia quidẽ ille dicens, nõ solũ suos peste repleuit, sed etiã quosdã nostrorum fecit huiusmodi lepra participari. Post modicũ verò tẽporis cum suũ viderent opprobriũ & ecclesiæ claritatẽ, penè cuncti reuersi sunt, & communionẽ ecclesiasticam percipere meruerunt, non tamen priorem deposuere ægnorem, sed magis cõplures Constantiũ latenter sauciauerũt. Ex hac ergo radice in ecclesiis germinauit, vna carnis deitatisq; natura, & vt diuinitati vnigeniti passio copuletur: & alia, quæcunq; populis & sacerdotibus certamina genuerũt. Sed hæc quidẽ postea facta sunt. Tum igitur veniente Sapore magistro militię, & ostendente Principis legem, Paulinus quidem fatebatur se Damasi esse participẽ. Promittebat etiã Apollinaris, hoc ipso languore celato. Sacratissimus verò Melitius sub quiete degẽs, illorũ certamina deuitabat. Porrò Flauianus sapientissimus tũc in ordine presbyterij cõstitutus, primo quidem veniente magistro militũ, ita ad Paulinum loquutus est: Si communionẽ Da-

Flauianus Paulinus.

L

Universidad de Deusto
Biblioteca

masi ô amice sectaris, ostende nobis dogmatum E
uorum aperte concordiam. Ille namq; vnã Trinitatis subsistãtiam confitẽs, tres subsistẽtias prædicat in aperto: verũ tu è diuerso subsistẽtias perimis Trinitatis, ostende itaque dogmatum concordiam, & suscipe secundum legem ecclesias. Quum ergo illum his sermonibus obiurgasset, cõuersus, Apollinari dixit: Admiror te amice sic impudenter veritati resistere, cum aperte noueris, quod laudabilis Damasus perfecte naturam nostram à Deo verbo dicat assumptam, tu verò contraria fatearis. Mentem nanque nostrã salute fraudas. Si autẽ fallẽ loquimur, te forsitan accusantes, vel nũc nouitatẽ à te natã denega, & Damasi amplexus doctrinã, sectam suscipe venerãdam veritatis. His rationibus sapiẽtissimus Flauianus illorũ fiduciam ita redarguit. Porrò Melitius omniũ mansuerissimus hominũ, benigne atque suauiter Paulino dixit: Quoniam & mihi harum ouium curam cõmisit dominus, & tibi similiter aliarum, suscipe hanc sollicitudinẽ, & communicemus inter nos sub dogmate pietatis. Iungamus amice greges, & soluamus de Præsulatu contentionẽ: cõmuniter pascẽtes oues, curã eis cõmuniter exhibeamus. Si autẽ de sede certamen est, ego etiã hanc contẽtionem conabor dissoluere. In sede sacrum ponatur Euãgelium, & ex vtraque parte nos sedeamus. Et si quidem prius ego finem vitæ suscepero, solus eris Antistes: si verò hoc tibi prius euenerit, ego rursus gregis habebo curã. Quum hæc ergo Melitius cum omni mansuetudine protulisset, Paulinus acquieseere nõ cõsensit. Tum magister militiæ, iudex vtriusq; verborũ ecclesias Melitio tradidit. Paulinus autẽ aliarũ ouiũ permãsit Antistes. G
Verum Apollinaris Præsulatu nudatus ecclesiæ, nouitatẽ doctrinæ suæ aperta impudentia prædicabat, & ducem semetipsum ostẽdit hæreseos, & ipse quidẽ in Laodicia crebro morabatur. In Antiochia verò pridem Vitalẽ ordinauerat, vita quidem optima decoratum, & Apostolicis dogmatibus innutritũ, postea tamen hoc languore putrefactum. Porrò sacratissimus Melitius Diodorum illũ, cuius iam meminimus) qui sub tẽpestate oppido quàm aspera ecclesiæ nauem à subuersione seruauerat, Tarsensium pastorẽ cõstituit, eique Cilicum gentis curam commisit. Apamiæ verò Pontificalem curam Ioanni dedit. Qui licet genere ac nobilitate fulgeret, tamen progenitores propriis virtutibus adornabat. Hunc ergo & sermo decorabat & vita. Is itaque tempore tempestatis confidelium suorũ numerum gubernauit, cooperatorẽ habens laudabilẽ Stephanum, quem sacratissimus Melitius ad alia certamina destinauit. Nã cùm cognouisset Germaniciam Eudoxij peste corruptum, hunc eò tãquam sapientissimum medicum destinauit. Erat enim omni Græcorum doctrina plenus, & diuinis dogmatibus innutritus. Quamobrẽ spe sua fraudatus nõ est. Vsus nanq; dono spiritalis doctrinæ, lupos mutauit in oues. Porrò magnus Eusebius de exilio remeans Acaciũ summæ claritatis virum in Beræa ordinauit episcopum, in Hierapoli Theodotũ, cuius mira cõuersatio hactenus decãtatur, Eusebiũ in Chalcide, in Cyro nostra Isidorum. Aiunt verò quod etiã Eulogiũ, qui pro Apostolicis dogmatibus decertarat, &

Melitius ad Paulinum.

Apollinaris priuatus episcopatu.

Vitalis.

Diodorus.

Ioannes.

Stephanus sodalis Ioannis Apamensis.

Germanicia.

Eusebius reuocatus. Acacius Theodotus.

in Antinoũ cum Protogene missus in exilium, Edessæ ordinauerit, episcopum. Barses enim sanctissimus, iam de hac luce migrauerat. Sanctus verò Eusebius vltimum episcopũ Marin in ciuitate Dolicha fecit. Hæc enim parua ciuitas vẽsaniam tunc obtinuerat Arianam. Quò quum accessisset Eusebius, vt Marin virũ plurimis virtutibus decoratũ, in sede collocaret episcopali, quædam mulier Ariana peste repleta, regulã de tecto demisit, qua eius caput valde cõtriuit. Isq; paulò post ad vitam meliorem de hac luce migrauit. Qui moriens, præsentes iureiurando cõstrinxit, vt ab ea quæ hoc fecisset, nullo modo pœnas exigerent, imitatus dominum suũ qui de crucifigentibus ait: Pater, remitte eis: non enim sciunt quid faciunt. Simul & cõseruum Stephanum, qui post multos lapidum iactus clamabat: Domine ne eis statuas hoc peccatum. Hoc ergo modo magnus Eusebius est defunctus. Et qui Thraciæ Barbaros effugit, impiorum hæreticorum manus declinare non potuit, sed martyrij coronam illorum ferocitate suscepit. Hæc ergo gesta sunt post reuersionem episcoporum.

Barses. Mares.

Eusebius à muliere Ariana occiditur.

F

De Theodosij ducatu, quomodo à Gratiano Imperatore fuerit ordinatus & ad Orientale missus imperium Orthodoxis præfuerit, & retuserit hæreticos. Caput 4.

PORRÒ Gratianus Thraciam Barbaros vastare cognoscens. Italia relicta, in Pæoniam venit. Ea tempestate Theodosius tam propter parentum nobilitatem, quàm propter fortitudinem propriam nominatissimus habebatur: & ob hãc causam inuidia parium iudicũ fatigatus, in Hispania morabatur, vbi & ortus fuerat, & nutritus. Cumque Imperator quid faceret hæsitaret, quippe cùm barbari eleuati victoria inexpugnabiles esse viderentur, ducatu Theodosij pugnã credidit finiri. Repente siquidem eum ab Hispaniis euocans, & magistrum militum esse denuntians, cum expeditione ad Barbaros destinauit. At ille fide munitus, confidenter ad Thracias est profectus. Quò cum venisset, vidisseq́ue Barbaros, exercitum ordinauit ad pugnam. Congressione verò facta, impetum Barbari non ferẽtes suas acies reliquerunt. Et illi quidem fugiebant, hi verò fortiter sequebantur. Immensaque cædes tunc facta est Barbarorum. Plurimis igitur interemptis, pauciq́ue latenter transeuntibus Histrum, mox Dux optimus exercitu dispersо per vicinas vrbes, velociter rediit ad Principem, ita vt ipse triumphorum suorum nuntius existeret. Quod tamen nec ipsi Imperatori quũ miraretur factum, credibile videbatur. Æmuli siquidem & fugisse eum dicebant, & exercitum perdidisse. At ille propter derogantes sibi, petiit mitti qui viderent hostium multitudinẽ peremptorum. His verbis Imperator flexus, misit qui res actas inspicerent, sibiq́ue renunciarent. Porrò Dux optimus inter hæc diuinã visionẽ vidit, & ab ipso Deo aperte sibi monstratũ. Cõspexit enim in somnis, quod sanctus Melitius Antiochenæ ciuitatis Antistes chlamyde ipsum vestiret Imperiali, & corona caput ornaret. Hæc quũ nocte vidisset, cuidam mane retulit † clericorũ. At ille clarum esse somnium dixit, & nihil ænigmaticum,

Pannonia regio quam Pannoniã vocamus. Theodosius in Hesperiam patriam suam secessit.

Theodosius Dux militum Barbaros profligauit.

H

Theodosij somnium.

† *amicorum.*

† *Ascholio.*

maticum, nihil dubium cõtinere. Quumq; pauci omnino transissent dies, qui pro victoriæ inspectione missi fuerant, redierunt, perempráque hostiũ multa millia narrauerũt. Quamobrẽ lætatus Princeps, Theodosium fecit Imperatorem. A

Theodosius fit Cæsar. An. do 382.

SOCRATES.

Consulatu Ausonij & Olibrij sextodecimo die Ianuarij mensis.

THEODORITVS.

Tradita ei sceptrorum parte Valẽtis, ipse rursus ad Italiam rediit, & illum ad regna collata transmisit. Mox igitur vt imperium sumpsit, præomnibus de concordia ecclesiæ cogitauit, & vniuscuiusque Præsulatus episcopos Constantinopoli cõuenire præcepit. Hæc sola erat Ariano plena contagio. Nam Occidens liber ab huiusmodi languore permansit. Constantinus enim senior filius Constantini maioris, & Constans iunior paternã fidem integram seruauerũt. Rursus Valentinianus Imperator Hesperiæ, inuiolatam custodiuit fidei prætatem. Orientis autẽ tractus, multifariam huiusmodi labe repletus est. Arius enim Alexandrinæ presbyter ciuitatis hãc ibi genuit blasphemiam. Post quem Eusebius, Patrophilus, & Aëtius Palæstini, & Paulinus atque Gregorius Phœnices, & Laodicẽsis Theodotus, cumque his Georgius, post quos etiam Athanasius & Narcissus Cilices, & alij plurimi malè iacta semina nutriuerũt. His igitur nequissimis cultoribus fuit cooperator Constantius atque Valens. Pro hac ergo solummodo causa, Theodosius suo subiacentes imperio Constantinopoli congregari præcepit episcopos. C

An. do. 381. Theodosius episcopos Cõstantinopolim euocat.

SOCRATES.

Quomodo Macedoniani denuo ab Orthodoxis diuisi sint. Caput 5.

INterea Macedoniani post legationem ad Liberium destinatam aliquanto tempore sine discretione communicabant, & ipsi iis qui ab initio definitionem fidei Nicænæ susceperant. Cumque lex Principis Gratiani Potestatem religionibus sicuti vellent communicare prębuisset, denuo sunt diuisi: congregatique in Antiochia, statuerunt vocem Consubstantialitatis amouendam, & venerantibus Nicænam fidem non esse communicandum. Sed plurimi videntes eorum varietatem, recesserunt ab eis & Cõsubstantialitatis sectatoribus sunt vniti.

SOZOMENVS.

Quomodo Theodosius Imperator Thessalonicæ baptizatus sit. Caput 6.

CVmque Theodosius bello Barbaros superasset, & illi Romanos amicos habere precarẽtur causa fœderis, acceptis obsidibus Thessalonicam venit. Vbi cùm in ægritudinem incurrisset, ab † Acholio eius ciuitatis episcopo baptizatus est, licet à progenitoribus Christianum dogma & fidem Nicæni cõcilij sequeretur.

SOCRATES.

Tùm igitur baptizari cupiẽs propter morbũ, Thessalonicẽsium interrogauit episcopum, cuius nam fidei esset. Quo respondere, quod Ariana pestis in Illyricum non valuisset accedere, sed inuiolatam ab initio fidem Nicęnúmque concilium seruarent, ille libenter eius verba suscipiens, baptizatus atque ægritudine liberatus est.

An. do 383.

SOZOMENVS.

Professio Theodosij de fide. caput 7.

COgitans igitur Imperator, melius esse pronunciare subiectis, cuiusnam esset fidei, ne videretur vim facere, si quenquam subitò inuitũ ad cultum religionis impelleret, legem è Thessalonica populo Constantinopolitano proposuit. Hoc enim visum est, vt veluti de quadam ciuitatis arce omnibus subiectis aliisq́ue ciuitatibus iudicante scriptura, fieret manifesta. Cuius legis verba sunt hæc: B

Lex Impp. de fide orthodoxa

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS, & Theodosius Auggg. populo vrbis Constantinopolitanæ.

Cunctos populos, quos clementiæ nostrę regit temperamentum, in ea volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque nunc ab ipso insinuata declarat: quámque põtificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: hoc est, vt secundum Apostolicam disciplinam, euãgelicámque doctrinam patris & filij & spiritus sancti vnam deitatem sub pia maiestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legam sequentes, Christianorũ catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos verò dementes væsanósque iudicãtes, hæreticí dogmatis infamiam sustinere, diuina primùm vindicta, post etiam motus nostri quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, vltione plectẽdos. Data. iij. Kalẽd. Martias. Thessalonicæ. Gratiano quinto, & Theodosio Aug. coss. Hęc sanciens paulò post Constantinopolim venit. C

Petrus. Damasus Pont. Rom. Petrus Alexandrinus. An. do. 382.

De Gregorio Nazianzeno Constantinopolim translato. Caput 8.

TVm igitur Gregorius Naziãzenus communi decreto multorum episcoporum in Cõstantinopolim transmutatus, intra ciuitatem in paruo oratorio sacra celebrabat. Cui loco postea principis basilicam maximam copulantes, eam vocauerant Anastasiam. D

Gregorius Nazianzenus Constantinopolim ascitus Anastasia.

De Basilica sancta Anastasia. Caput 9.

QVę sanè nõ solùm pulchritudine & magnitudine, verùmetiã apertissima apparitione Dei noscitur illustrari. Illic enim diuina virtus in somnis, & apertè, plurimis & frequẽter multisq; langruentibus & in rerũ periculis cõstitutis subuenisse dinoscitur, ita vt crederetur ab aliquibus sanctã Mariam, Christi matrem virginem hanc esse. Cum tali namque habitu multis ostẽditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quam Basilicam ideò Anastasiam vocant, sicuti E reor, eò quòd dogma Nicæni concilij in Constantinopoli, velut iam mortuum, eo loco expositionibus Gregorij resurrexerit. Ego tamen audiui quosdam veriloquos referentes, cùm populus illic congregaretur ad missas, mulierem pregnantem de superiori porticu cadentem defunctam fuisse, túmque communi oratione facta super eam, reuixisse, & cum partu seruatam esse. Quamobrem valde inopinatum Anastasiæ nomen, id est resurrectionis, accepit.

SOCRATES.

Quomodo Theodosius ab ecclesia Constantinopolitana Arianos expulerit. Caput 10.

Gregorius Nazianzenus cupit abire Constantinopoli.

GRegorius itaque vir eloquentissimus ac venerandus, cognoscens aliquos murmurare F eò quòd esset ex alia ciuitate, adueniente principe Constantinopoli habitare declinabat. Imperator tamen cùm in tali statu inuenisset ecclesias, cogitabat quemadmodum pacificaret omnes, & cunctas augeret ecclesias. Mandauit ergo repentè Demophilo, qui tunc Arianæ religiom præsidebat: Si vis, inquit, credere secundum Nicæni dogma concilij, vniatur populus & suscipiat pacem. Cumque ille propositionem huiusmodi refugisset, tunc Imperator, Si pacé, inquit, concordiámque declinas, fugere te etiam à sacris basilicis ego præcipio. Hæc audiens Demophilus, & cogitans graue esse potioribus resistere, conuocans in ecclesiam plebẽ, & surgens in medio cunctorum, hæc per se subiectis verba loquutus est: Fratres, scriptum est in euangelio:

Theodosius Aug. ad Demophilum Arianæ religionis antistitem.

Matth. 10. Si persequuti vos fuerint, ex ista ciuitate fugite in aliam. Quia igitur Imperator ecclesiis opus habet, scitote crastina nos Collectam extra vrbẽ celebraturos. Hæc cùm dixisset, egressus est. Non tamen sic intelligens euangelij verba, quẽadmodum dicta sunt. Illic enim præcipitur, vt fugientes habitationem mũdanam, Hierusalem requirant supernam. Egressus ergo ciuitate ante portas conciliabula celebrabat. Cum quo simul exiit. Lucius Alexandria pulsus, quia tunc Constantinopoli morabatur. Sic itaque Theodosij concordiam non ferentes post quadraginta annos ecclesias, quas vi tenuerant, reliquerunt. Egressi de ciuitate quinto Consulatu Gratiani, & Theodosij primo, mẽse Nouembri. Quo facto, Nicænæ fidei sectatores ecclesias receperunt.

Lucius exul. Ariani relinquunt ecclesias quas XL. annis tenuerant. An. do. 382.

SOZOMENVS.

De Eunomij calliditate. Caput 11.

IGitur cum Eunomius Valentis temporibus à suis clericis recessisset, apud seipsum in Bithynia morabatur vir callidus & dicendi peritus, multúsque populus concurrebat ad eum: alij hominem experiri volẽtes: alij audire quæ diceret: Horum fama peruenit ad Principem: Cum quo ipse quoque voluit habere sermonem: sed Augusta Placilla precibus eum retinuit. Erat enim fidelissima, & Nicæni dogmatis iura sub integritate seruabat, timuítq; ne (vt fieri solet) eloquio viri callidi captus Imperator, facilè in sectã eius incideret.

THEODORITVS.

De Constantinopolitano concilio contra Macedonianos. Caput 12.

INterea cùm episcopi cẽtum & quinquaginta *An. do. 383.* fuissent Constantinopoli congregati, præcepit Imperator vt nullus proderet quisnam esset maximus ille Melitius. Volebat enim ex memoria sui somnij virũ illum sibi ipsi indicari. Cùm ergo omnis illa multitudo Pontificum regiam introisset domum, relictis omnibus ad magnum cõcurrit Melitium, & veluti quispiam filius patris amator, post multum temporis paterna visione potitus, complectebatur eum, & simul osculabatur oculos, labia, pectus, & caput, dextrámque quæ ipsum in somnis coronauerat, insinuauitq; illi quam viderat visionem. Cúmq; etiam cæteros congruè salutasset, rogauit tanquã patres, vt de rebus præsentibus cogitarent.

Theodosius Melitium agnoscit nunquam antea visum à se nisi per somnium.

SOCRATES.

Et vt in vrbe Constantinopolitana ordinaretur episcopus. Et cùm speraret posse Macedonianos vniri, etiam eorum conuocauit episcopos. Conuenerunt ergo de Consubstantialitatis fide, Timotheus Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, post pœnitentiam in Consubstantialitatis dogma consentiens, Melitius Antiochiæ, & Acholius Thessalonicę, aliique plurimi, ita vt centum & quinquaginta numerus cõpleretur. Macedonianis verò præerat Eleusius Cy- *Macedonianorũ episcopi & pertinacia. An. do. 383.*
G zici & Lampsaci Martianus: eramque simul triginta sex, quorum plurimi esse videbantur de ciuitatibus Hellesponti. Conuenerunt itaq; Consulatu Eucharij & Euagrij mense Maio. Igitur Imperator & Episcopi partis ipsius laborabant, vt Eleusius eiusque sequaces vnirentur ecclesię, commemorantes eis legationem, quam miserat ad Liberium tunc Romanæ vrbis episcopũ per Eustathium, & quia pridem sponte ei communicassent, nec esset sine pudore vt subitò bene prius placita mutarent. At illi eius monita apertáque conuitia paruipendentes, elegerunt sequi potius Arianam pestem, quàm Consubstantialem dicere Trinitatem. Hæc fatentes de Constantinopoli sunt egressi, & scribebant alteri alteris, ne quis ipsorum in Nicæni concilij dogma consentiret.

H *THEODORITVS.*

De ordinatione Maximi Cynici eiúsque depositione, & ordinatione rectà Nectarij. & de canonibus in ea synodo constitutis. Caput 13.

GRegorius verò qui tunc Cõstantinopolitanã regebat ecclesiam, Nazianzũ redire parabat. Pro quo cùm episcopatus Constãtinopolitanæ vacaret eccleſię, Timotheus Alexãdrinus Petri successor, Maximũ quendã Cynicum ordinauit episcopũ, cùm nuper totondisset eum. Is verò erat Apollinaris vælania refertus. Sed non pertulerunt hoc malũ viri sanctissimi Constãtinopoli congregati. Et cùm Ægyptij maximè sepro eius ordinatione separassent, sacra officia cum Gregorio celebrabant. At ille grauiter ferens

Gregorius Nazianzenus Constãtinop. reliquit. Maximus Cynicus.

rens rursus factam diuisionẽ, exorabat vniuer- A quos certum est condolere. Sed neque tales nos
sos, vt laude dignum virum quærerent quem Pontificem ordinarent. Tunc illi eius verbis acquiescentes, Nectarium generis nobilitate decoratum constituerunt. Constãtinopolitanæ ciuitatis episcopum, Maximum verò Apollinaris contagio laborantem, nudatum Pontificali dignitate eiecerunt.

Nectarius.

SOCRATES.

Tum etiam regulam protulerunt, vt Constantinopolitanus episcopus haberet honoris priuilegia post Pontificem Romanum, eò quòd sit noua Roma. Firmauerúntque rursus Nicænam fidem, & Patriarchas constituerunt, distribuentes prouincias, vt episcopi vniuscuiusque diœceseos ad ecclesias nõ irent extraneas. Hoc enim olim propter persecutionis tempus indifferẽter B agebatur. Distribuerunt itaque Nectario quidẽ maximam ciuitatem & Thraciam. Ponticã verò diœcesim Helladio, qui post Basilium fuit. Cæsaream, Cappadociæ Gregorio Nysseno, Basilij germano: Troilo quoque Melitenæ, Armeniæ ius Patriarchæ dederunt. Asianam verò diœcesim, Iconij Amphilochius est sortitus. Optimus autem Antiochiæ, Pisidiæ. Aegyptum quoque Timotheo Alexandrino distribuerunt. Porrò ecclesiarum Orientalium gubernationem eius præsulibus commiserunt, Pelagio Laodiceno, & Diodoro Tarsi, Antiochenæ ecclesiæ priuilegia reseruantes, quę tunc Melitio præsenti dederunt. Definierunt pariter, vt si quid in prouincia qualibet emergeret, prouinciæ concilio finiretur. In his omnibus suum præbuit etiam Imperator assensum.

Prouincialiũ conciliorum institutio.

THEODORITVS.

Paruo porrò tempore transeunte, sanctus quidem Melitius est defunctus, & ab omnibus sapiẽtibus cum præconiis maximis est sepultus.

Æstate verò sequenti rursus plures episcopi Constãtinopolim pro causis ecclesiasticis sunt reuersi, vbi Occidentalium episcoporum synodicam susceperunt epistolã, inuitantem eos Romam, vt illic maximum celebraretur concilium. Sed illi quidem profectionem quasi nihil habituram lucri refugerunt, veriùm literas miserunt Damaso cæterisq; præsulibus quas pro clariori notitia subdere necessarium iudicaui.

An. do. 384. Synodus Constantinopolitana.

Epistola Constantinopolitani concilij ad Papam Damasum & Occidentales episcopos. Caput 14.

Epistola synodi Constantinopolitanæ missa Occidẽtalibus.

DOMINIS HONORABILIBVS atque Venerãdis fratribus & comministris, Damaso, Ambrosio, Britonio, Valeriano, Acholio, Basilio, & reliquis sanctis episcopis in maxima Roma collectis, sancta synodus orthodoxorum episcoporum congregatorum in maxima ciuitate Constantinopoli in domino S.

VElut nunc ignoranti vestræ reuerentiæ insinuare, atq; narrare multitudinẽ passionũ ab Ariana potẽtia nobis sæpius illatarũ, forsitan supernacuum est. Non enim ita negligere vestram credimus sanctitatem, vt adhuc egeatis discere

C

D

Psal. 45. b

conſtrinxere tempestates, vt pro sui paruitate latere potuerint. Neq; tempus persequutionis est nouum, sed adhuc memoriam seruat antiquam, non solùm in his qui passi sunt, sed etiam in eis, qui participes sunt illorum. quorũ proprias indicant passiones. Heri enim (vt ita dicã) aut hodie exiliorũ vinculis resoluti, post innumeras tribulationes ad ecclesias proprias sunt reuersi. Aliotũ verò in exilio defunctorũ funera reuocata sunt. Quidã verò etiam ab exilio remeantes, & feruenti hæreticorum furore detẽti, amariora quàm in exilio propriis sunt perpessi, lapidibus ab eis obruti, sicuti beatus Stephanus. Alij diuersis macerati sunt supplicijs, adhuc stigmata Christi & vulnera in suo corpore circumferre noscuntur. Pecuniarum verò dilpẽdia, honoris ademptiones, singulorũmque confiscationes, & machinamina, iniurias atq; vincula, quis numerare valebit per singula? Omnes enim tribulationes verè super nos multiplicatæ sunt vltra numerum. Iustè quidem quoniã valde peccauimus. Aut certè clemens dominus passionum multitudine nos voluit exercere. Propter hæc itaque gratias Deo referimus: qui & per tantas tribulationes seruos corripit, suos, & secundũ multitudinem miserationum suarũ deduxit nos rursus ad refrigerium. Nobis itaque tẽpus & labor maximus necessarius fuit, vt emẽdatio ita prouenire ecclesiarum, vt tanquam pro longa ægritudine diligẽtia paulatim adhibita, priscam pietatis redderet sanitatem. Hoc etenim putabimur modo persecutionibus acerrimis liberati, & ecclesias longo tempore ab hereticis detentas, dennò reparare. Veruntamen graues adhuc nobis sunt lupi, qui postquã de caulis expulsi sunt, ex ipsis pascuis oues abripiunt. collectas facere cõtendentes, populos commouentes, & in nullo segnes ad ecclesiæ læsionẽ. Erat itaq; (sicut diximus) necessariũ huic operi tempus. Quia tamen fraternam circa nos charitatem ministrantes, synodum in Romana vrbe Dei voluntate fecistis: & nos illuc tanquam mẽbra propria, literis Deo amabilis Principis euocastis: vt quoniam tunc ad tribulationes soli sumus addicti, nunc sub Imperatorum pia cõcordia non sine nobis regnaretis, sed etiã nos vobiscũ secundum Apostolicã vocem cõregnaremus: oratio quidẽ nostra fuit, si esset possibile, vt omnes nostras simul relinquẽtes ecclesias, desiderio vtili iũgeremur. Quis enim nobis dabit penna sicut colũbæ, vt volemus & apud vos requiescamus? Sed quoniã hoc omnino nudabat ecclesias, requie nuper inchoãte, resque nimis erat plurimis impossibilis, quia concurreramus in vrbem Constantinopolitanam, causa literarum ad nos missarum à vestra charitate post Aquileiense concilium ad Deo amabilem Imperatorem Theodosium, propter hanc solummodo causam vsque ad Constantinopolim præparati, & de hac tantummodò synodo ferentes consensum Episcoporum, qui per prouincias permansere: maioris verò profectionis neque speruimus opus, neque prœaudiuimus omnino, antequã Constantinopolim veniremus. Super hæc autem inducrarum angusto tẽpore faciente, neque præparare nos valẽtes ad longã profectionem, neque vniuersos cõmunẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eusebius. Cyriacus. Priscianus.

rores nostros in prouinciis positos cõmone- E re,& eorũ cõsensum sumere prœualuimus. Quoniam igitur hæc & alia multa plurimorũ aduentum prohibere videbantur, quod erat secundũ, ad effectum rerum,& vestrę circa nos charitatis ostensionem, hoc egimus. Reuerendissimos atque charissimos fratres, & cõministros nostros episcopos, Cyriacum, Eusebium, & Priscianũ, vsque ad vos laborare alacriter exorantes, per quos & nostram voluntatem pacificam,& intẽtionem habentem vnitatis ostendimus,zelúmq; nostrum quem pro saluberrima fide gerimus, indicauimus: nos etenim persecutiones, siue tribulationes, siue minas Imperiales, siue crudelitates Iudicum, siue quaslibet alias tentationes hæreticorum, libenter sustinuimus pro euangelica fide, quæ in Nicæa Bithyniæ à trecentis decẽ & octo patribus roborata dignoscũtur. Hãc enim & vobis & nobis & omnibus qui nõ subuertunt verbum veræ fidei, complacere confidimus, quam scimus antiquissimam existere, & sequacem baptismatis, docentémque nos credere. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Diuinitatem quippè & virtutẽ atque substantiam vnam Patris & Filij & Spiritus sancti credimus, & æqualem honorem ac dignitatem & imperiũ cœternum, in tribus perfectissimis subsistẽtiis, seu tribus perfectis personis: vt neque Sabellij languor habeat locum confusione subsistentiarum, aut peremptione proprietatum: neq; Eunomianorum & Arianorum πνευματομάχων, id est, spiritui relistẽtium blasphemia prœualeat: substantia videlicet secundum illos, aut natura, aut diuinitate diuisa, aut vt increatæ consubstãtiali & cœternæ Trinitati posterior aliqua vel creata, vel alterius substantiæ natura detur. Inhumanationis verò Christi sermonẽ sine aliqua violatione seruamus, neque sine anima neque sine mente aut imperfectam carnis dispensationem suscipientes: sed totum scientes perfectum quidem ante secula existere domini verbũ, perfectum verò hominẽ in nouissimis diebus propter nostram salutẽ factum. Igitur quæ de fide à nobis apertè prædicantur, velut in summa hæc esse noscuntur: de quibus amplius instrui poteritis, si & Tomũ in Antiochia factum à synodo ibi constituta, dignemini legere. Et quid anno superiori in Cõstantinopoli ab vniuersali synodo cognoscitur esse prolatum: in quibus latius fidẽ professi sumus, & cõtra nouitates hæreseon nuper exortas, anathema ex scripto protulimus. De dispensationibus autem particularibus ecclesiarum antiqua (sicuti nostis) sanctio tenuit, & definitio sanctorum patrũ in Nicæa conuenientiũ, secundum vnamquamque prouinciã,& si Põtifices voluerint vt cum eis vicini propter vtilitatem celebrẽt ordinationes. Quibus rebus consequenter & cæteras ecclesias apud nos gubernari cognoscite,& insignium ecclesiarũ hæc approbasse sacerdotes. Porrò Constantinopolitanæ vrbis nouellam (vt ita dicamus) ecclesiam, velut ex ore leonis hæreticis suffossam blasphemiis abstraximus,& per misericordiã Dei & reuerendissimũ & Deo amabilẽ Nectariũ episcopum ordinauimus, corã vniuersali cõcilio cum cõmuni concordia, sub aspectu etiã Deo amabilis Imperatoris Theodosij, vniuersique cleri cuncta decernẽte pariter ciuitate. In seniore autẽ & verè Apostolica ecclesia Antiochiæ Syriæ, in qua primũ venerabile Christianorũ appellatum est nomen, reuerendissimũ & Deo amabilẽ episcopum Flauianum de vniuersa prouincia & oriẽtali diœcesi concurrẽtes regulariter ordinauerunt, omni ecclesia pariter decernẽte,& quasi sub vna voce hunc honorante vitũ. Quam ordinationem tanquam legalem suscepit commune conciliũ. In matre verò cunctarũ ecclesiarũ Hierosolymis constituta, reuerendissimum & Deo amabilẽ Cyrillũ episcopũ esse significamus, qui regulariter olim à prouincialibus ordinatus, plurima propter Arianos diuersis temporibus certamina passus est. His igitur tam legaliter & canonicè apud nos gestis, etiam vestrã reuerentiã congaudere deposcimus, spirituali intercedente dilectione & timore domnico, per quæ humana remouetur offensio, & ecclesiarũ ædificatio pręponitur vniuersis. Sic etenim verbo fidei cõcordante, & Christiana in nobis charitate firmata, cessauimus dicere, quod reprehẽdebat Apostolus, Ego quidẽ sum Pauli, ego verò Apollo, ego autem Cephę, dũ omnes videlicet appareamus Christi, qui in nobis diuisus non est. Et si sine schismate corpus ecclesiæ, Deo adiuuãte, seruemus, cũ fiducia ante domini tribunal astabimus. Hæc contra Arij & Aẽtij Eunomiiq; vesaniam, necnon cõtra Sabellij, Photini Marcelli, Pauli Samosatẽi & Macedonij conscripserunt. Similiter autem & Apollinaris nouitatem palãm abdicauerunt, dicentes, Inhumanationis verò domini verbum sine violatione seruamus, neque sine anima, neque sine mente, aut imperfectam carnis dispensationem suscipientes.

Hieroſolymitana eccleſia.

1. Cor. 1. b

Tomus decretorum Antiochiæ.

Constantinopolitana ecclesia recens.

Porrò Damasus omni laude dignissim⁹ agnoG scens hanc hæresim exortam fuisse, non solum Apollinarem, sed etiam Timotheum discipulũ illius abdicauit. Et hoc otientem gubernãtibus episcopis, literis propris indicauit, quas curauimus infrà annectere.

Epistola Damasi de damnatione Apollinaris ad Timotheum. caput 15.

QVoniam Apostolicæ sedi reuerentiam debitam charitas vestra distribuit, vobis plurimum charissimi filij præstitistis. Nam licet ecclesiæ, in qua sanctus Apostolus residẽs docuit, quodammodo nos gubernacula quæ suscepimus, teneamus: tamen profitemur nos honore minores esse, & propterea omni modo festinamus, vt ad gloriam eius beatitudinis peruenire Hpossimus. Scitote igitur quòd pridem Timotheum prophanum, ineruditum, Apollinaris hæretici discipulũ, cum impio ipsius dogmate condemnauimus, nec vltra concedimus eius reliquias qualibet ratione de cætero prœualere. Si autem adhuc ille serpens antiquus semel & secundo percussus, ad pœnam propriam reuiuiscit: quique extraneus ab ecclesia est, mortiferis venenis suis quosdam fideliũ tentare non cessat, hanc tanquam pestiferam declinate corruptionẽ, vt vos memores Apostolicæ fidei, quæ præcipuè in vrbe Nicæna à patribus ex scriptis prolata est, firmo gradu stabiles in fide & immutabiles perduretis: & nõ vaniloquia & extẽminabiles

les quæstiones ab isto audire patiamini clericos A ciuitates, in quibus primitus ordinati sunt.
vestros, aut plebem. Iam enim semel formam dedimus, vt qui seipsum cognouerit Christianum, illud seruet, quod ab Apostolis noscitur esse cõtraditum, dicẽte sancto Paulo, Si quis vobis annuntiauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Christus enim filius Dei, dominus noster, humano generi per propriam passionem salutẽ plenissimam condonauit, vt totum hominẽ delictis obnoxium, peccatis omnibus liberaret. Hunc si quis in deitate, siue in humanitate minus aliquid dixerit habuisse, plenus spiritu diaboli, Gehẽnæ se ipsum filium demonstrauit. Cur itaque rursus à me quæritis damnationẽ Timothæi, qui & hic de iudicio Apostolicæ sedis, præsente quoq; Petro Alexãdrinæ ciuitatis episcopo cũ Apollinari suo doctore damnatus est, & in die iudicij tormenta debita & supplicia sustinebit? Si verò quibusdam leuioribus ille suadet, veluti quandam spem habens, qui veram spem in Christi confessione mutauit, sciant se cum isto similiter perituros, cùm ecclesiasticam regulam impugnabunt. Deus vos incolumes custodiat filij charissimi.

Galat. 1. b

Statuta sedũ Apostolicæ contra diuersas hæreses. Caput 16.

Professio catholica fidei, quam Damasus misit ad Paulinum.

SEd etiam alia quædam in eminentissima Roma colligentes contra diuersas hæreses conscripserunt, quæ huic operi necessarium subdere iudicaui.

1 Quoniam post Nicænum concilium talis error exortus est, vt quidam dicere prophano ore præsumant, Sanctum spiritum per Filium fuisse factum, anathematizamus eos, qui nõ eum om- C ni prædicant libertate cum Patre & Filio sanctũ Spiritum vnius eiusdemque substãtiæ atque potestatis existere.

2 Similiter autem anathematizamus & eos, qui errorem Sabellij sunt sequuti, eundem dicentes Patrem esse, quem Filium.

3 Anathematizamus Arium & Eunomium, qui simili impietate, licet verbis discrepent, Filium tamen & Spiritum sanctum creaturam esse confirmant.

4 Anathematizamus Macedonianos, qui ex Ariana radice deriuati, non impietatem sed vocabulum mutauerunt.

5 Anathematizamus Photinum qui Hebionis hæresim renouans, dominum nostrum Iesum Christum solum ex Maria confitetur.

6 Anathematizamus etiam eos, qui duos filios esse profitentur: vnum ante secula, & alium post carnis assumptionem ex Virgine. D

7 Anathematizamus & hos, qui pro rationali anima confirmant, quod Dei verbum in humanam carnem conuersum est: ipse nanque Filius verbum Dei, non pro rationali anima & intelligibili in suo corpore factus est, sed nostram, hoc est rationalem & intelligibilem animã sine peccato assumpsit atque saluauit.

8 Anathematizamus & eos, qui dicunt Verbũ Dei productione & correptione à patre separatum, & sine substantia eum aut terminandum esse blasphemant. Eos autem qui ab ecclesiis ad alias ecclesias migranerunt, tamdiu à nostra communione alienos habemus, donec ad eas redeãt

9 Si quis autem alio de loco ad locũ migrante, in locũ viuentis ordinatus est, tãdiu vacet sacerdotij dignitate, qui propriam deseruit ciuitatem, donec successor eius requiescat in domino.

10 Si quis non dixerit semper patrem & filium & semper Spiritum sanctum esse, anathema sit.

11 Si quis non dixerit filium natũ ex patre, hoc est, ex eius diuina substantia, anathema sit.

12 Si quis non dixerit verum Deum filium Dei, sicut verum patrẽ eius & omnia posse & omnia nosse, & patri æqualem esse, anathema sit.

13 Si quis dixerit, quod in carne degens filius Dei, cum esset in terra, in cœlis & cum Patre nõ fuerit, anathema sit.

14 Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem passus sit filius Dei Deus, non caro cũ anima, quæ induta est formã serui, quã sibi assumpsit, sicut sancta scriptura dixit, anathema sit. B

15 Si quis non dixerit, quod in carne, quã assum psit: sedeat in dextera patris, in qua etiam venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit.

16 Si quis non dixerit sanctum Spiritũ ex patre esse verè & propriè, sicut & filium ex diuina substantia, & Deum Dei verbum, anathema sit.

17 Si quis non dixerit omnia posse Spiritũ sanctum, & omnia nosse, & vbique adesse, sicut filium & patrem, anathema sit.

18 Si quis dixerit Spiritum sanctum facturam, aut per filium factum, anathema sit.

19 Si quis non dixerit omnia per filium & per Spiritum sanctum fecisse patrem, hoc est, visibilia & inuisibilia anathema sit.

20 Si quis non dixerit Patris & Filij & Spiritus C sancti vnam deitatem, potestatem, diuinitatẽ, virtutem, vnam gloriam, dominationem, imperiũ, vnam voluntatem & veritatem, anathema sit.

21 Si quis tres personas non dixerit veras patris & filij & spiritus sancti æquales, semper viuentes, omnia continentes, visibilia & inuisibilia, omnia potentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia creantes, omniaque saluantes, anathema sit.

22 Si quis non dixerit adorandum sanctum Spiritum ab vniuersa creatura, sicut & filium atque patrem, anathema sit.

23 Si quis de patre & filio bene sapuerit, de sancto autẽ Spiritu non rectè crediderit, hæreticus est: quia omnes hæretici de filio Dei, & de sancto Spiritu malè sapientes, in Iudæorum atque Gentilium incredulitate consistere conuincuntur.

D 24 Si quis autem diuiserit, Deum patrẽ dicens: & Deum filium, & Deum spiritum sanctum, affirmans deos dici, & non Deum propter vnã deitatem ac potestatem, quam esse credimus & nouimus, Patris & Filij & Spiritus sancti Deũ vnum: subtrahens verò filium & spiritum sanctum, tanquam solum opinatus patrem Deum, anathema sit. Nomen enim deorum & angelis & omnibus sanctis à Deo positũ est atque donatum. De Patre verò & Filio & Spiritu sancto propter vnam æqualemq; diuinitatem non deorũ nomina, sed Dei nostri traditur atque significatur, vt credamus quia in Patre & Filio & Spiritu sancto solummodo baptizamur, & non in archangelorũ & angelorũ nominibus, sicut hæretici, aut sicut Iudæi Gentilesque insaniunt. Hæc igitur Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stianorum salus est, vt credentes Trinitati, hoc E
est, Patri & Filio & Spiritui sancto, & in eam baptizati, vnam deitatem, & potestatem, & diuinitatem & substantiam in eum credamus. Hæc itaque Gratiano viuente facta sunt.

SOCRATES.

Quod corpus Pauli Constantinopolitani pontificis, de Ancyra fecerit reverti Theodosius. Caput 17.

INterea Theodosius imperator corpus episcopi Pauli de Ancyra tũ reuocari fecit, quẽ Philippus Præfectus propter Macedonium in exiliũ destinatũ in Cucuso Armeniæ fecerat suffocari. Quod funus cũ honore maximo atque veneratione suscipiens, in ecclesia recõdidit, quæ nunc ex eius nomine noscitur appellari, quã tunc Macedoniani tenuerant ab Arianis diuisi, & expulsi ab imperatore, quod eius noluissent sequi fidẽ.

SOZOMENVS.

Melitij corpus Antiochiam.

In qua basilica plurimi nescientes veritatem, Paulum Apostolum iacere credunt, & maximè mulieres ac populus. Hoc itaque tempore etiam Melitij reliquiæ in Antiochiam relatæ, & iuxta sepulchrum Babylæ martyris noscuntur esse recondítæ. Fertur verò quod per totam viam iussu principis, ministrantibus cunctis ciuitatibus, cũ psalmodia & honore debito funus eius vsq; ad Antiochiam fuerit deportatum.

SOCRATES.

De auspicijs imperatoris Arcadij. Cap. 18.

An. do. 385. INter hæc Theodosius imperator filium suũ Arcadium designauit Augustum, Consulatu Merobaudis secundo, & Saturnini, sextodecimo Ianuarij mensis die. Non longo post tempore aderant vtique totius religionis episcopi eodem Consulatu, Iumo mense.

Quomodo Theodosius examinatione facta hæreticorum, omnes expulerit, & fouerit solos orthodoxos. Caput 19.

Theodosius laborabat pro concordia ecclesiarum. Nectarius. Agelius Nouatianorum episcopus. Sisinnius. Disputatio.

INter hæc euocans imperator Nectarium, tractabat cũ eo quid fieret vt non Christiani discordarẽt, sed tota vniretur ecclesia. Dicebat autem: Oportet examinari quæstionẽ ecclesias segregantem, vt cum discordia recederet, concordia ecclesias congregaret. Hoc audiens Nectarius, cogitabat: & euocans Agelium tunc Nouatianorum episcopum tanquam in fide consortẽ, indicauit ei votum imperatoris. At ille cùm esset rebus aliis venerandus, de dogmate non valebat reddere rationem, sed lectorem suum Sisinnium nomine, statuit qui pro ipso deberet proferre sermonem, virum eloquentem & rebus expertum, optimeque scientem sacrarum profundissima litterarum, sed & philosophica dogmata. Is ergo dixit, quod disputatio non solùm schismata non vniret, sed etiam hæreses ad contentiones maiores adduceret, & propterea Nectario dedit tale consilium. Bene nanque sciebat, quod veteres patres principium substantiæ filio Dei dare vitabant, quoniam percepissent esse patri coæternum. Quapropter dedit consilium, vt disputatiuas fugeret intentiones, & testimonium ex traditione veterum adhiberet, vtque Præsules hæreseon interrogaret Imperator, an sermonem vellent facere de antiquis ecclesiæ doctoribus, qui ante diuisionẽ floruissent, an certè illos velut alienos à Christianismo respuerent. Et si quidem eos abnegarent, obiceretur eis. Ergo eos anathematizare præsumite. Et si hoc facere non auderent, à populo pellerentur. Quo facto apertam fore victoriam veritatis. Si verò de antiquis non offenderétur doctoribus: Nostrum, inquit, est præbere veterum libros, per quos nostrum dogma illorum testimonio roboretur. Inter hæc cum Nectarius Sisinnium dicentem libẽter audisset, festinus ad palatium properauit, dixitque Principi concilium sibi datum. At ille consyderata sententia, causam sapiẽter instituebat. Deinde conuocatis hæresiarchis, interrogauit an susciperent Magistros ecclesiæ, qui ante tempora diuisionis extitissent. Illis verò non abnegantibus, sed tanquam præceptores honorantibus: rursum Imperator interrogauit, an eis horũ testimonia de Christiano dogmate complacerent. Hæc audientes præsules hæreseon atque disputatores eorum (erant enim plurimi ad disputationis certamina parati in responso vehemẽter hęserunt. Irruit enim in omnes magna discordia, aliis dicentibus bonum Imperatoris esse propositum, aliis verò cogitantibus, quod non ipsorũ expediret proposito, dum alij aliter de libris veterum sentire viderentur. Et nequaquam inter se conspirabant, sed erant diuisi, non solùm aduersus alias hæreses, sed etiam inter seipsos, qui pridem vnius hæreseos esse videbantur. Quamobrẽ consors malitia, sicut linguę Gigantum veterum est diuisa, & turris eorum funditus est subuersa. Cognoscens igitur Imperator eorum confusionem, & quod in disputatione solùmodo, & non in antiquis expositionibus confidebãt, alio properauit itinere, eisque declarauit, vt ex scripto vnaquæque religio definitionem suæ fidei declararet. Tunc callidi viri singulariũ hæreseon subtiliter sua verba tractantes, dogma propriũ conscripserunt. Erat enim definitus dies, quo singuli episcoporum ad palatium conuenirent. Aderant ergo Nectarius & Agelius τῆ ὁμοουσίῳ fidei præsidentes, Arianorũ verò Demophilus, Eunomianorum ipse Eunomius, Macedonianorũ Eleusius Cyzici. Igitur Imperator eos qui conuenerant & vniuscuiusq; dogmatis scripta suscipiẽs, seorsumque recedens orauit intentè, vt sibi cooperaretur Deus ad veritatis electionem. Deinde vniuscuiusque dogmatis relegens scripturã, alia quidem omnia tanquam diuisionem Trinitatis introducentia culpans, repentè disrupit, & solum τῆ ὁμοουσίῳ dogma cum laude suscepit. Hæc autem occasio fuit, vt Nouatiani bene agẽtes, intra ciuitatem haberent rursus ecclesias. Admiratus nanque princeps eorum concordiã circa fidem, lege præcepit, vt propria oratoria tenerent, & priuilegia suæ ecclesiæ atque fidei possiderent. Verùm aliarum religionum Antistites propter discordiam suam in reprehensionem sui populi venientes æstuabant, tristitiaque confusi discedebant, & literis consolabantur alteri alteros,

Disputatores.

Antiqui interpretes.

Nectarius. Agelius. Demophilus Eunomius. Eleusius. Theodosius dogma Cõsubstantialitatis amplectitur.

alteros, vt non cruciarentur quod plurimi desi- A
cientes ad fidem τῷ ὁμοουσίῳ accederent, dicentes: Multos quidem vocatos, paucos autem electos. Quod certè tum non dicebant, cùm multũ populum per potestatem sibiipsis aggregarent.

SOZOMENVS.

Imperator interea lege sanciuit, vt hæretici neque ecclesias haberent, neque de fide docerent, neque episcopos aut alios ordinarent: & alios quidem è ciuitatibus expelli, alios sine honore esse. Neque frui communi ciuitate permisit. Insuper crudeles pœnas aduersus eos in lege conscripsit, quas tamen executus non est. Hoc enim spectabat vt per hoc concordes existerent, non verò supplicio subiacerent.

SOCRATES.

De schismate facto inter Orientales & Aegyptios propter Flauianum Antiochenum. Cap. 20.

Orthodoxi inquieti inter se.

SEd neque hi qui tuebantur fidem Niceni concilij, penitus à tristitia vacabant. Nam Antiocheni eos qui in concilio præsentes fuerãt declinabant. Ægyptij & Arabes, & Cyprij, Flauianum ab Antiochia expellendum esse dicebant. Palæstini verò & Phœnices, atque Syri, pro Flauiano laborabãt. Quarum rerum finem proprio loco narrabimus. Eo porrò tempore quo Constantinopoli de synodis agebatur, talia circa Hesperiam acciderunt. Maximus de Britannorũ partibus contra Romanorum surrexit imperium, & laboranti Gratiano contra Alamannos intulit bellum. In Italia verò puero admodum existente Valentiniano, rerum curam Probus Exconsul atque Præfectus habebat. Iustina verò Valentiniani mater quum esset Ariana, viuo quidem marito lædere non valuit Orthodoxos: eo mortuo & filio valde iuuene, Mediolanum veniens Ambrosio episcopo erat infesta, ita vt eum mitti iuberet in exilium.

An. do. 386. Maximus tyrannus.

Alamanni. Probus, præfectus. Iustina.

Ambrosius in exilium.

THEODORITVS.

Cumque de ecclesia iubereretur exire Ambrosius, ait: Ego, inquit, hoc sponte non faciam, ne lupis ouium septa contradere videar, aut blasphemantibus Deum: hic si placet occide: hoc loco mortem prona suscipiam voluntate.

SOZOMENVS.

Cumque populus singulariter diligẽs Ambrosium repugnaret, & trahentibus eum ad exilium valde resisteret, magis indignata Iustina vocauit Beniuolum tunc Quæstorem, iubens vt velociter proponeret legem, quæ fidem prolatam Arimini confirmaret. Cumque ille hoc agere declinaret (erat enim Orthodoxus) maioribus eum cingulis inuitabat. Beniuolus autem discingens se, balteum ante pedes Augustæ proiecit, dicens, nõ illum honorem neque maiorem velle se pro impietatis habere mercede. Cumque ille hoc facere omnibus modis refutasset, inuenti sunt alij qui nequitiæ iussionibus ministrarent.

Beniuolus quæstor.

SOCRATES.

Quomodo Iustina Ambrosium fuerit persecuta, & de Gratiani, nece, & inuasione Maximi. Cap. 21.

INter hæc nuntiatur Gratianum dolo tyranni Maximi fuisse occisum. Andragarius enim dux Maximi, in lectica portatus vt occideret Gratianum, huiusmodi opinionẽ misit in vulgus, quod vxor Gratiani suo viro festinaret occurrere in Lugduno Galliæ ciuitate fluuium transeunti. Gratianus autem credens coniugem re vera venire quam nuper acceperat, non præcauit eius insidias, & veluti cæcus in foueam, in manus hostis incurrit. Cum ergo venisset Gratianus veluti ad vxoris vehiculum, ex improuiso exiliens Andragatius Gratianũ callidus interemit. Mortuus ergo est Consulatu Merobaudis & Saturnini, B anno Imperij decimoquinto, vitæ vicesimo & quarto. Hoc itaq; facto, ad præsens contra Ambrosium ira Iustinæ quieuit. Porrò Valentinianus, licet inuitus, tempore necessitatis flexus in Maximi consensit imperium. Tunc Probus metuens Maximi potestatem, ab Italia in Illyricum venit, & in Thessalonica Macedoniæ morabatur.

An. do. 386. Gratianus Cæsar, quo pacto cæsus.

Andragatius trucidatus.

THEODORITVS.

Cumque audisset Maximus quæ contra Ambrosium rursus magniloquum prædicatorẽ veritatis agerentur, scripsit Valẽtiniano, vt bellum quod agebatur contra ecclesias, solueretur, monens vt paternam non amitteret pietatem: adiecitque etiam minas belli: & nisi quiesceret, verba operibus adimpleret. Quamobrem sumens C exercitum venit Mediolanum, vbi tum ille degebat. Porrò Valentinianus cognoscens eius inuasionem, fugit in Illyricum, experimento cognoscẽs quę matris consilio sustineret. Porrò Theodosius audiens quæ à Iustina fuerant gesta, & à tyranno scripta, fugienti Valentiniano rescripsit, non esse mirandum si imperatori quidem terror, Tyranno verò potestas accresceret, cùm Imperator pietati rebellis extitisset, Tyrannus autem ei auxilia cõmodaret: & propterea ille quidem fugeret nudus, iste verò armaretur aduersus nudum.

Maximus tyrannus pro ecthodoxis.

Theodosius ad Valentinianum.

SOCRATES.

Tum igitur Theodosius Imperator in maxima sollicitudine constitutus, contra Tyrannum pa- D rabat exercitum, metuens ne quid etiam contra iuniorem Valentinianum insidiæ tyranni præualerent. Ea tempestate etiam Legatio Persarum aderat, pacem petens. Quo tempore filius quoq; Honorius ei natus est de vxore Placilla, Consulatu Richomeri & Clearchi, nono die Septembris mensis: quo Consulatu Agelius quoq; Nouatianorum episcopus est defunctus.

An. do. 386. Theodosius aduersus Maximũ tyrannũ. Honor. Theodosij filius. Agely mors.

De morte Timothei Alexandrini, & ordinatione Theophili. Caput 22.

An. do. 387. Timotheus Alex. moritur, Theophilus succedit.

SEquenti verò Consulatu Arcadij Augusti primo, & Baudonis, defuncto Timotheo Alexãdrinę ciuitatis episcopo, Theophilus suscepit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marinus Dorotheus.

præsulatū. Post annū verò Demophilo Arianorū Antistite moriente, Ariani Marinum quendā episcopum sibi ipsis ordinauerunt, qui tamen non diu vixit, sub quo diuisa est Ariana religio. Quo moriente Dorotheum ab Antiochia Syrię deducentes habuerunt pontificem.

De prælio Theodosij contra Maximum atque victoria. Caput 23.

An. do. 387.

POrrò Imperator cōtra Maximum festinans, Constantinopoli imperatorem filium reliquit Arcadium. Cúmque Thessalonicam venisset, inuenit Valentiniani iudices in maxima tristitia cōstitutos, quod tyrannum velut imperatorem ex necessitatis caussa suscepissent. Theodosius autē apertè quidem nec refutabat nec admittebat Legationem Maximi. Non tamen patiebatur sub tyranno positum imperium Romanorum. Sumens ergo omnem exercitum, Mediolanum tēdebat, vbi erat etiam Maximus. Interea Ariani Constantinopoli positi, diuersas opiniones in populo seminantes, dicebant & exercitum imperatorem amisisse, & ipsum Tyranni ducibus subiugatum, aliaque multa quæ solent inimici voto malitiæ iactare, ita vt crebro hæc audientes, non opinionem, sed vera iam crederent. His sermonibus Arianorum populus inflammatus, ad enormem quandam exarsit audaciam, domúmq; Nectarij episcopi concremauit, Cōsulatu Theodosij secundo & Cynegij. Verùm imperator Theodosius dum tyrannum aggrederetur cognoscentes Maximi milites præsentiam instructionis imperialis & signorum eius aduētum, ne famæ quidem ipsius impetum sustinere valuerunt, sed apprehendentes Tyrannum, vinctum ei protinus obtulerunt. Qui eorum Consulatu peremptus est septimo & vicesimo die Augusti mensis. Andragatius autem qui peremerat Gratianum, in vicinum fluuium seipsum proiiciens expirauit. Tunc igitur Valentinianus & Theodosius peracta victoria, venēre Romam. Erat enim cum eis pariter & Honorius valde puer: Quem post victoriam contra Maximū habitam, ab vrbe Constantinopolitana Theodosius euocauerat. Cúmque in Romana vrbe morarētur, festiuitates pro victoria celebrantes, tunc suam bonitatem circa Symmachum Exconsulem Theodosius ostendit. Is enim Symmachus inter Senatores præcipuus habebatur, erátq; Romanæ eloquentiæ eruditione admirabilis, cuius multi quoq; reperiuntur libri. Scripserat autē Maximi laudem, eám que recitarat vnde postea reus maiestatis esse videbatur. Quamobrem mortem metuens, confugit in ecclesiam. Verum Imperator quum esset perfectè Christianus, & non solùm suæ fidei sacerdotes honoraret, sed etiam Nouatianos, qui proximè ipsius fidei decreta seruarent, Leontio tunc episcopo Romano, ecclesiæ Nouatianorū roganti beneficium conferens, Symmachum absoluit à crimine. Cúmq; veniā Symmachus meruisset, συλλογικὸν, id est, satisfactionalem librū ad Theodosium imperatorem conscripsit.

Theodosius Mediolanum venit.

An. do. 390. Ariani domū Nectarij incendunt.

An. do. 390. Maximi tyranni mors.

Andragatius trucidarius se in aquam præcipitat.

Eiusnicia Valentiniani & Theodosij Augustorum.

Symmachus reus læsæ maiestatis ad ecclesiā cōfugit.

Quemadmodum latrocinia quæ Romæ per pistrina fiebant Theodosius remouerit Imperator, & de lege contra adulteras prolata mulieres. Cap. 24.

THeodosius igitur imperator in Romana vrbe impositus, multum profuit ciuitati, alia instituendo, alia vtiliter auferendo. Duas tamen res dignas confusione prohibuit. Erant iā olim in vrbe Romana domus ingenti magnitudine extructæ, in quibus panis fiebat qui vniuersæ ciuitati ministrabatur. Harum mancipes, tempore procedente pristina publica latrocinia esse fecerunt. Quum enim essent molæ in locis subterraneis constitutæ, per singula latera earum domuū tabernas instituentes, meretrices in eis prostrare faciebant, vt per eas plurimos deciperent, alios qui pro pane veniebant, alios qui illuc pro libidinis turpitudine festinabant. Arte nanque mechanica in molam de taberna cadebant. Et hoc accidebat maximè peregrinis. Vnde fiebat vt multi vsque ad senectam laborantes, inde non permitterentur exire, existimātibus eorum propinquis eos esse defunctos. In huiusmodi laqueū quidam miles Theodosij imperatoris incidit. Cumque fuisset clausus ad molam, nec dimittere tur exire, euaginato gladio prohibentes occidit. At illi terrore correpti, militem dimiserunt. Hęc vbi cognouisset Imperator, nō solùm mancipes supplicijs affecit, sed ęcipta pistrina funditus esse destruenda præcepit. Aliam rursus abrogauit huiusmodi rē. Siqua mulier in adulterio capta fuisset, non emendabatur, sed potius ad augmentum peccandi contradebatur. Includentes enim eam in angusto prostibulo, & admittētes qui cum ea fornicarentur, hora qua turpitudine miscebatur, tintinnabula percutiebant, vt eo sono illius iniuria fieret manifesta. Hæc audiens Imperator, permanere non passus est, sed ipsa prostibula destrui iussit, aliisque pœnis adulteratam saeuiit affligi. His actis relicto Valentiniano Romæ, ipse cum Honorio Constinop. rediit, Consulatu Daciani & Symmachi, die decimo mensis Nouembris.

Roma pistrinum subterraneum, in quo peregrini vellut in carcere per dolum abripiebantur.

Romæ adulterarum pœna sublata.

An. do. 393.

THEODORITVS.

Quemadmodum Amphilochius Theodosio persuaserit, vt Arianorum conciliabula prohiberet. cap. 25.

REuertente porrò Theodosio ab Hesperiis partibus, venit ad eū Amphilochius vir admirandus (cuius sæpe meminimus) supplicans vt Arianorū concilia de singulis ciuitatibus prohiberet. Verum imperator crudelē iudicans esse petitionem, contempsit eum. Porrò sapientissimus Amphilochius eo quidem tempore tacuit, sed caussæ remedium memorabile parauit. Post aliquot nanque dies ingressus Palatium, vidēsque filium Arcadium iam Imperatorem adstare patri, Theodosium solenniter salutauit, filiū verò non ei exhibita salutatione defuit. Verum Imperator credens oblitum Amphilochium, inuitauit, vt eū oscularetur. At ille: Sufficit, inquit, ei proprius honor. Tunc Imperator cōtristatus, suam iniuriam filio factam contumeliam iudicauit. Porrò sapientissimus Amphilochius consilium suæ intentionis aperuit, & cum clamore dixit: Vides Imperator quemadmodum filio tuo contumeliam non pateris irrogari? crede ergo etiam omnium Deum sic abominari eos qui ipsius vnigenitum filium blasphemare contendunt, & velut ingratos circa Saluatorem & benefactorem

Amphilochius ad Theodosium.

Oscula veterum.

benefactorem habere semper odio. Hoc intelligēs Imperator, & gesta simul dictaque miratus, legem statim protulit, vt hæreticorum concilia prohiberentur.

SOCRATES.

De morte Paulini Antiocheni episcopi & ordinatione Euagrij, & quomodo Flauianus sit Damaso reconciliatus. Cap. 26.

Paulinus. Flauianus. Euagrius.

CIrca hæc tempora in Antiochia Syriæ, Paulino episcopo moriente plebs eius declinabat omni modo Flauianum. Et propter hoc Euagrium ordinauerunt suæ partis episcopum. Quo in breui tempore mortuo, alter quidem in eius loco factus iam non est: Flauiano vtique renitēte. Verùm hi qui declinabāt Flauianum propter iurisiurandi præuaricationem, seorsum solennia celebrabāt. Porrò Flauianus omni virtute curabat, vt eos sibiipsi aggregaret. Quod paulò post hoc modo cognoscitur euenisse. Cùm Damasus Romanus pontif. & Theophilus Alexandrinus indignarentur circa Flauianum, non solùm propter periurium, sed etiam quod ipse fuisset occasio, vt populus fideliū discordaret, postea Theophilus à Flauiano rogatus misit Isidorum presbyterum, vt succensentem Damasum Flauiano conciliaret episcopo, dicens vtilem fore populi concordiam, si culpa iam facta Flauiano remitteretur. Hoc itaque modo communione reddita Flauiano, Antiochenus populus paulatim concordiā reparauit. Ariani verò ab ecclesijs pulsi, in suburbanis Antiochenis Collectas agebant. Inter hæc autem mortuo Cyrillo Hierosolymorum episcopo, Ioannes in eius sede succedit.

Damasus pōt. Rom. Theophilus Alexād.

Cyrilli mors.

Quemodo apud Alexandreiam Paganorū templa destructa sint. Cap. 27.

EO porrò tempore etiam in Alexandreia huiusmodi sedition generata est. Præceperat Imperator, vt opera Theophili in Alexandreia Paganorum templa destruerentur. Theophilus potestate percepta, studuit Paganorum destruere mysteria, & templum quidem Mithræ purgauit, Serapidis verò subuertit. Verum Mithræ sacra vbi homicidia perpetrabant, publicè patefecit. Serapidis autem & aliorum risu plena monstrauit, iubens per mediam plateam portariverenda, quæ Pagani cum maximo honore venerabātur. Hæc Pagani videntes, maximè Philosophi, iniuriam ferre nequiuerunt. Vno nanq; impetu contra Christianos facto, neces innumeras perpetrarunt: resistentibusq; Christianis clades hæc vsq; ad immensum bellum processit. Mortui deniq; sunt in ea congressione Paganorum pauci, Christianorum verò plurimi: ex vtraque parte innumeri vulnerati. Porrò Pagani metu principis postquam cæde fuerant satiati, per loca singula cælabantur: multi quoque etiam de ciuitate fugerunt. Inter quos Helladius Ammonius q̄ Grāmatici, apud quos ego valde puer Constantinopoli legi. Et Helladius quidē sacerdos Iouis esse dicebatur, Ammonius verò † Simiæ. His ita gestis, Theophilo in destructione templorum auxiliā subministrabāt Præfectus Alexādreiæ & dux

Templa gentilium destruuntur.

Φέλλος.

Helladius & Ammonius Grammatici Præceptores Socratis Constantinopolitani historici.

Theodosius dola Alexandrina donauit christianis, in vsus pauperum.

Simiæ simulachrum.

Custodes Serapidis fugerūt.

Olympius philosophus.

Igitur Imperator audiens quæ Alexādreię fuerant perpetrata, beatificauit quidē Christianos, martyrū eis palmas attribuens, eo quòd pro dogmate tanta pericula pertulissent. Paganis autem veniam dedit, vt eis Christianissimum facilè suaderet. Iussitque vt templa funditus, quæ fuerant cędis caussa, destruerentur. Cuius literæ cū publicè lectæ fuissent, & Christiani Paganos impererēt, terrore ducti custodes Serapidis, fugerunt: & ex illo tēpore Christiani ea loca tenuisse noscūtur. Olympius autē philosophus (sicuti audiui non ante multū temporis) lucescēte die quo hoc euenit, audiuit quendā in templo Serapidis, alleluia psallentē. Cumq; ianuis clausis adhuc quietis tēpore nullū ibi conspiceret, sed tantūmodo vocē psallētis audiret, cognouit signo quod esset futurum, & latenter egressus, inuenta naue discessit.

THEODORITVS.

De his audibus quas per templa sua pagani faciebant. Caput. 28.

THeophilus igitur Alexandrinam vrbem ido lorum errore purgauit, & non solùm à fundamentis templa subuertit, sed etiam fallaciā sacerdotum his qui seducebantur aperuit. Erant enim simulachra ærea ligneaque intus vacua, & dorsum copularū ad parietes habentia vbi quædam foramina relinquebant, & per adyta ascendentes & intrantes in simulachra, quæ volebant per eorum ora loquebantur, & hoc modo seducebantur iugiter audientes. In Serapidis autem Dascendens templum, vidit simulachrū quod magnitudine sua terrebat conspicientes. Ferebatur etiam fermo fallax, quod si quis ad illud accederet, mox terra commoueretur, & pestis cunctos inuaderet. Sed hæc verba fabulis anilibus plena esse confidens, magnitudinem contempsit velut exanimem, insilitque cuidam habenti securim, vt Serapim forti percussione concideret. Cúmque cecidisset, clamauerunt omnes, propter illam senilem fabulam sibi formidantes. Porrò Serapis neque doluit, nempe ligneus: neque vocē emisit, velut exanimis. Cū verò eius abstulissent caput, greges soricum inde procurrerunt. Erat enim nidus soricum, Ægyptiorum deus. Tunc eum per partes incidentes igne concremauerunt, caput autem per totam traxerunt vrbem.

Impostura Gentilium.

Serapis deiicitur.

SOCRATES.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De charácteribus sub crucis figura factis qui in templo Serapidis sunt inuenti. Caput 29.

CVmque templum Serapis spoliaretur, inuẽtę sunt literę in lapidibus sculptæ, quę apud Ægyptios vocantur sacræ, habebántq; ipsi characteres figuram crucis. Hoc Christiani vidẽtes atque Pagani, singuli eorum hoc signũ religioni proprię deputabant. Christiani dicebant signum esse salutiferæ passionis Christi, Pagani verò aliquam communionem Christo & Serapidi per hoc signum asserebant. Interpretes autem signũ crucis insinuare dicebant vitam superuenturam. Quam ob causſam Christiani ad summum fastigium sunt euecti. Cúmq; & per alias literas, quæ apud eos sacræ dicuntur, indicaretur finem habiturum Serapidis templũ, quando character crucis apparuisset, qui vitam superuẽturam sine dubio declararet, longè plurimi ad Christianismũ festinabant, & peccata confitentes, baptizabantur. Sed ego non arbitror sacerdotes Ægyptiorũ aduentum præsciſſe Christi, & crucis signaculũ designaſſe. Nam si sacramentum aduentus domini à seculis & à generationibus fuit absconditũ, sicut dicit Apostolus, & latuit principem nequitiæ diabolum, multò magis famulos eius sacerdotes Ægyptiorum. Sed diuina prouidentia hoc præstruxit, vt in literarum fierent quęstione, quod etiam in Apostolo Paulo monstratum est. Nam & ille sancto Spiritu ditatus, multos Athenienſium adduxit ad fidẽ, quando ea quæ in ara erãt, scripta, sensu propriæ narrationis exposuit. Nisi fortè quis dicat, quod etiã in sacerdotibus Ægyptiorũ operatus fuerit Deus, sicut in Balaã & in Caipha: etenim & illi quoq; prophetaſſe referũtur.

Symbolum crucis.

THEODORITVS.

De cæde quæ sub Theodosio Theſſalonicæ facta est, & de pœnitentia eiusdem Theodosii, Ambrosiiq; constantia. Caput 30.

NOn est facilè hominibus, vniuersas vitare hostis insidias. Nam vbi quispiam libidinis effugerit passionem, incurrit in auaritiã. Qua declinata, inuidiæ fouea paratur. Hanc si transcendat, vitium furoris incurrit. Atq; alios plurimos ponit laqueos inimicus, quo capere possit incautos. Et corporis quidem passiones habet facilè ministrãtes, vt animam possit occidere. Sola autem mens eius qui vigilarit, diuinis vacando victoriam reportat, machinationum imperium dissoluens. Humana itaque natura participatus Theodosius imperator, habuit passionum quoque communionem, iustoque furori immensam permiscens crudelitatem, inuſtam operatus est passionem. Quam rem narrare necessarium est & pro vtilitate legentium, & pro memorabili virtutum opinione. Theſſalonica ciuitas est grandis & populosa, in qua cùm fuisſet orta seditio, quidam iudicum lapidati sunt atque trucidati. Hinc indignatus Theodosius, iracundiæ non refrenauit impetum, sed iussit iniustos gladios super omnes euaginari, & vna cum nocentibus innocẽtes interimi. Septem millia etenim hominum (sicut fertur) occisa sunt, non præcedente iudicio, sed tanquã in messibus omnes simul cõcisi sunt.

An. do. 390. Magistratus Imperiales occisi apud Theſſalonicẽ. 7. hominum millia occiſſa Theſſalonicæ iussu Theodosii.

Huiusmodi cladem plenam valde gemitibus, audiens Ambrosius, cum princeps Mediolanũ veniſſet, & solenniter in sacrum voluiſſet intrare templum, occurrit foris ad ianuas, & ingredientem his sermonibus à sacri liminis ingressu prohibuit. Nescis imperator perpetratæ à re cædis quanta sit magnitudo, neque post causſam tanti furoris mens tua molem præsumptionis agnoscit, sed fortè recognitionẽ peccati prohibet potestas imperij. Decet tamen vt vincat ratio potestatem. Scienda quippe natura est, eiusq; mortalitas atque resolutio, & puluis progenitorum ex quo facti, & in quem redigendi sumus, & non flore purpureo confidentem infirmitates operti corporis ignorare. Coæqualium hominũ princeps es ô Imperator, & conseruorum. Vnus est enim omnium dominus, rex omnium & creator. Quibus igitur oculis aspicies communis domini templum? quibus calcabis pedibus sanctũ illius pauimentum: quomodo manus extendes, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? qua temeritate ore tuo poculum sanguinis precioſi percipies, quando furore verborum tuorum tãtus iniustè est sanguis effusus? Recede igitur recede, nec altero peccato priora crimina augere contẽdas. Suscipe vinculum, quo te omnium dominus nũc ligat: est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus Imperator obediẽs (erat enim diuinis eruditionibus innutritus, & apertè scies quæ sint propria sacerdotum, quę regum/gemens & flens ad Regalia reuersus est. Quumque octo mensium continuorum transisſet tempus, propinquauit Natiuitatis Saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residẽs, continuas lachrymas inceſſabiliter expẽdebat. Ingressus itaq; Ruffinus tunc magister, & singularẽ apud principem habens loquendi libertatẽ, & videns principem in lamentatione prostratũ, accessit vt lachrymarum causſam inquireret. At ille amariſſimè ingemiſcens, & vehementiùs lachrymas fundẽs: Tu inquit, Ruffine ludis, & mea mala nõ sentis. Ego autem lamentor & gemo calamitatẽ meam: quia seruis quidem & mendicantibus aperta sunt tẽpla Dei, & proprium dominũ ingredientes licitè exorant, mihi verò ingressus ad eũ non est. Insuper etiã cœli sunt mihi clauſi. Hæc dicens, verba singula singultibus interrũpebat. Ruffinus verò: Curã, inquit, si tibi placet, pontificiq; precibus persuadebo vt soluatur vinculũ quod illigauit. Ait Imperator: Nõ suadebis Ambrosio. Noui ego decretũ illius esse iustũ, neq; reuerebitur imperialem potentiam vt legẽ pręuaricetur diuinã. Cumque Ruffinus verbis plurimis vreretur, & promitteret Ambrosium esse flectendũ, imperator eum proficiſci cũ festinatione præcepit. Ipse verò spe data paulò post est sequutus, credẽs Ruffini promiſſionibus. Porrò vir mirãdus Ambros. mox vt vidit Ruffinum, ait: impudentiam canum imitatus es ô Ruffine. tãtæ videlicet cædis autor existens, pudorẽ ex fronte detergens, nec erubescis, nec metuis contra imaginẽ latrare diuinam. Cumq; Ruffinus supplicaret, & imperatorẽ diceret esse venturũ, superno zelo accẽsus Ambrosius ait: Ego verò, inquit, Ruffine prædico, quod eum ingredi sacra limina prohibebo: si verò imperium

Olim cuchariſtia dabatur laicis in manus.

Excommunicatur Theodosius.

Pœnitet.

Ambros. ad Ruffinum.

perium in tyrannidem mutabit, necẽ libenter & ego suscipiam. Hæc & alia plurima Ruffinus audiens, nuntiauit imperatori votũ Antistitis, monens ne de palatio fortè procederet. At Imperator hæc in media iam platea cognoscens, pergã, inquit, & iustas suscipiã contumelias. Cumq; ad sacra limina peruenisſet, in sanctã quidem basilicam non intrauit, sed veniens ad Antistitẽ. & inuemens eũ in Saluatorio residentẽ, supplicabat vt ipsius vincula resolueret. At ille tyrannicã dicebat eius esse præsentiã, & contra Deũ insanire Theodosiũ, eiusq; calcare leges. Verùm Imperator: Non, inquit, insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones, nec iniquè ingredi limina sacra contendo, sed te soluere mea vincula deposco, & cõmunis domini pro me exorare clementiam, nec mihi ianuam claudi, quam cunctis pœnitentiam agentibus dominus noster aperuit. Tũ Antistes: Quam, inquit, pœnitentiam ostendisti post tanta scelera? Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasq; curasti? At Imperator, Tuũ, inquit, opus est & docere, & medicamina tẽperare: meum verò oblata suscipere. Tũ sanctus Ambrosius: Quoniam furori, inquit, tuum iudicium commisisti, & non ratio protulit sententiam, sed protinus iracundia, scribe legem quę decreta furoris euacuet, vt triginta diebus sententia necis atque proscriptionis in literis tantũmodo maneat, & iudicium rationis expectet; quibus transactis diebus ira videlicet iã cessante, ratio causſam iudicans, apud seipsam quæ cognouerit sub veritate disponat. In his enim diebus cognoscetur an iusta sit quã protuleris an iniusta sententia. Et si quidem ratio probauerit, iniusta quæ sunt prolata abolebit: si verò iusta, firmabit. Dierum verò numerus ad hæc examinanda sufficier. Hãc admonitionem Imperator animo lubenti suscipiens, & optimam esse confidens, legẽ conscribi repente præcepit, & propriæ manus literis cõfirmauit. Quo facto vinculũ eius soluit Amb. Quę lex hactenus obseruatur. Est enim huiusmodi.

Theodosius ad Ambrosium.

Ambros. ad Theodosium.

IMPPP. GRATIANVS. VALENtinianus, & Theodosius Auggg. Flauiano Præfecto Prætori Illyrici.

Lex de dilatione vindictæ.

Si vindicari in aliquos seuerius contra nostrã consuetudinẽ pro causſæ intuitu iusſerimus, nolumus statim eos aut subire pœnã, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Reos sanè accipiat vinciatque custodia, & excubiis solertibus vigilanter obseruet.

An. do. 391. Theodosius in templo.

Sic igitur sacratiſſimus imperator ingredi limina tentans, nõ stans domino supplicauit, neq; genua flexit, sed pronus in pauimento iacẽs, Dauidicam proclamauit vocem: Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuũ. Manibus autẽ capillos euellens, frontemq; percutiens, & pauimento lachrymarũ guttas aspergens, veniam impetrare poscebat. Cumq; tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lachrymis est ingressus. Cùm verò obtuliſſet, sicut solitus erat, intra cancellos stetit. Rursus autem Ambr. non quicuit, sed differentiam locorum edocuit. Et primo quidẽ interrogauit, quid ibidẽ expectaret: Imperatore dicente, expectare se sacrorũ perceptionem mysteriorum, per Archidiaconum remandauit: O Imperator, interiora loca tãtum sacerdotibus sunt collata, quæ cæteri nec ingredi, nec contingere permittũtur. Egredere igitur, & hãc expectationem cum cæteris habe communẽ. Purpura nanque imperatores, nõ sacerdotes facit. Tum fideliſſimus Imperator etiam hanc traditionem animo lubenti suscipiens remandauit: Non temeritatis causſa intra cancellos mansi, sed in Constãtinopolitana vrbe hanc consuetudinem esse cognoui. Vnde ago gratias pro huiusmodi medicina. Tali ergo tantaque & Præsul & Imperator virtute clarebant. Ego sanè vtriusq; opus admiror, illius libertatem, huius autem obedientiam: illius zeli feruorẽ, huius fidei puritatem. Porrò regulas pietatis quas à magno sacerdote percepit, etiam reuersus in Constantinopolitana vrbe seruauit. Nam cùm festiuitatis tẽpore ad ecclesiã processiſſet, oblatis ad altare muneribus, mox egressus est. Cumq; Nectarius tum Præsul ecclesiæ rogaſſet, cur intus stare noluiſſet, mandauit princeps: Vix, inquit, potui discere quæ differẽtia sit imperatoris & sacerdotis, vix enim inueni veritatis magistrum. Ambrosium nanque solum noui digne vocari pontificẽ. Tantũ itaq; profuit increpatio à viro virtutibus florente profecto.

Xenodochia ecclesiarum.

De virtutibus vxoris Theodosij. caput 31.

HAbebat igitur imperator & aliam vtilitatis occasionem, per quam de bonis operibus triumpharet. Coniunx enim eius de diuinis legibus eum sæpius admonebat, seipsam tamen perfectè prius erudiens. Non enim regni fastigiis eleuata est, sed potius diuino amore succensa. Beneficij nanque magnitudo maiorem ei amorem benefactoris excitabat. Repente ergo vt venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximã habebat curam, non seruis, non aliis ministris vtens, sed per seipsam agens, & ad eorum habitacula veniens, & vnicuique quod opus haberet præbens. Sic etiam per ecclesiarum Xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens cochlearia, panẽ frangens, cibósq; ministrans, calices abluens, & alia cũcta faciens, quæ seruis & ancillis mos est solenniter operari. Illis autẽ qui ei tales res nitebãtur prohibere, dicebat: Aurũ distribuere opus imperij est: ego autem pro ipso imperio hoc opus offero, bona mihi omnia conferenti. Nam viro suo sæpe dicebat: Oportet te semper marite cogitare quid pridem fueris, quid modò sis. Hæc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris: sed imperiũ quod suscepiſti, legitimè gubernabis, & harum rerũ placabis autorẽ. His ergo sermonibus semper vsa velut optimam quandam vtilitatem, virtutisque abundantiam cõiugi suo alioqui ad optima propẽso offerebat.

De indignatione & reconciliatione Theodosij propter Antiochenos statuam coniugis illius deponentes. Cap. 32.

HÆc verò ante maritũ defuncta est. Post aliquantũ verò tẽpus mortis eius aliquid tale accidit, quod maximũ amorem quẽ habuit erga

An. do. 395. Seditio Antiochia.

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam Imperator, ostendit. Coactus siquidé Theodosius plurimorum cõtinuatione bellorũ quandam exactionem nouam imposuit ciuitatibus. Antiochena verò ciuitas nouum vectigal ferre non potuit: sed videns populus suspendi eos à quibus fuerat exacta pecunia, cũ alia egit (vt vulgus solet) occasionem seditionis inueniens, tum deiicientes æneam statuam laudatissimæ Placillæ (sic enim Augusta fuerat vocata) etiã diu per omnem traxêre ciuitatem. Hæc vbi Imperator cognouisset, egerrimè quidem tulit, vt æquum erat, ac priuilegia ciuitati ademit, vrbiq; vicinæ primatum tribuit, putans hoc illis maximo dolori futurum. Inuidebat enim iã olim Antiochiæ Laodicia. Post hæc autẽ & incendiũ & deuastationé minabatur, & in vici formã se vrbem redacturũ. Porrò magistratus ipsi quosdam in ipso facinore comprehensos suppliciis affecerant, priusquã de hac Tragœdia Augustus fuisset certior redditus. Hæc autẽ omnia Imperator quidé præcipiebat, non tamen fiebant, prohibente id lege quã proferri fecerat Ambrosius. Cũ igitur venissent qui ferebant minas Imperatoris, † Allebichus Magister militum & Cæsarius Magister officiorum, erant omnes sub formidine constituti. Porrò viri eremũ habitantes virtutis propugnatores, multi sancti & optimi viri plurima monita simul & preces eis qui à principe missi fuerant, offerebãt. Macedonius autem vir sanctus, nihil huius vitæ sciens, sed etiam diuinorũ librorum penitus expers, in summitatibus habitans montiũ, diu noctuq; Saluatori omnium puras offerẽs preces, non Imperatoris indignatione permotus, nõ iudicum ab eo missorum, in media ciuitate vtriusque chlamydem apprehendens, ab equis suis vt descenderẽt imperabat. At illi seniculum pannis obsitum vilissimis intuentes, primùm indignati sunt. Cùm verò quidam obsequia exhibentium, virtutem viri illius indicassent, repentè ab equis desilientes & genua tenentes, eius veniam supplici ter implorabant. At ille sapientia diuina repletus, hæc eis verba loquutus est: O amici, dicite Imperatori: Non es Imperator solummodo, sed etiam homo. Noli itaque respicere solum imperium, sed cõsidera quoq; naturam. Nam cum sis homo eiusdem naturæ hominibus cognoscens imperare, & secundũ imaginẽ diuinã atq; similitudinẽ hominũ creata natura est. Noli igitur crudeliter atque sæuissimè Dei imaginem occidere. Iratus enim creatorẽ cùm illius punis imaginẽ. Illud quoque considera, quod tu ipse tantũ propter æreã contristaris imaginem. Quantum verò differat inanimata res ab animata, viuenti atque rationali, cunctis sensum habentibus est apertũ. Insuper etiam illud cõsideret, nobis quidé facilè esse pro vna imagine complures æreas reparare, at illi omnino difficilè vel vnum capillum restituere peremptorum. Hęc audientes illi, principique referentes, flammam iracundiæ penitus extinxerunt. Qui pro terroribus satisfactionem rescripsit, & causſam indignationis aperuit. Non, inquit, oportebat me peccante, mulierem omni fauore dignissimam, post mortem tantam contumeliam sustinere. Aduersum meum nanque furorem indignantes decebat armare. Adiecit etiam, quòd doleret & ingemisceret, eò quòd audisset quosdam à Iudicibus peremptos.

Placill.

Videlicet Laodiciæ.

† Allebichus.

Quomodo Theodosius fuerit paganis infensus. Cap. 33.

FIdelissimus igitur Imperator, tunc contra errorem Paganorum suum transtulit studium, legesq; conscripsit, præcipiens idolorum templa subuerti. Constantinus enim maximus omni fauore laudãdus, qui primus pietate ornauit imperium, dæmonibus quidẽ sacrificare omnibus interdixit, non tamẽ eorum templa destruxit, sed inaccessa esse præcepit. Cuius filij paterna vestigia sunt sequuti. Iulianus autẽ renouauit impietatem, & flammam veteris seductionis reaccendit. Porrò Iouianus imperio assumpto, rursus immolationes prohibuit idolorum. Valentinianus autẽ maior, huiusmodi legibus vsus gubernauit Europam. Porrò Valẽs omnibus quidem aliis concessit, vt religiones suas colerent sicut vellent, eos solos impugnãs, qui apostolica dogmata propugnabant. Omni siquidem tempore eius imperij, ad aras ignis accendebatur, & libamina atque sacrificia idolis offerebantur. Sed & publicas festiuitates per plateas agebant, & Orgia Dionysij celebrabant, & cũ scutis currebant, canes euiscerantes, furentes atque bacchãtes, & agentes omnia quæ nequitiam proprij doctoris insinuant. Hæc omnia Theodosius inueniens fidelissimus Imperator, radicitus euulsit, & obliuioni contradidit.

An. do. 395. prohibitus idolorum cultus per Theodosium. Constantinus. Iulianus. Iouianus. Valẽtinianus. Valens.

Quomodo Marcellus episc. Apamia templa destruxit. Caput. 34.

PRimus igitur aliorũ Marcellus episcopus lege principis pro armis vsus, proprię ciuitatis templa destruxit, de fiducia diuina, non de hominum virtute præsumens. Quod opus dignũ memoria narrare non prætermittam. Defuncto Ioanne Apameiæ ciuitatis episcopo Marcellus vir sanctissimus ordinatus est, feruens spiritu secundum Apostolum. Inter hæc venit Præfectus Orientis Apamian duos χαλιάρχας cum subiectis habens. Quo facto populus militari timore perterritus est. Vbi cum esset templum Iouis valde insigne, & ornamentis plurimis variatũ, id Præfectus destruere nitebatur. Videns autẽ forte admodũ ædificium ac robustum, impossibile iudicauit hominibus, lapidũ iuncturas & cõmissiones posse dissoluere. Erant enim ingẽtes & inter se † inligati, insuper & ferro plumbóq; coniuncti. Porrò Marcellus pusillanimitatem Præfecti videns, eum quidem misit ad alias ciuitates: ipse verò supplicabat Deo vt templi destruendi præberet successum. Inter hæc venit quidam suapte sponte diluculo, nõ structor, non lapidũ sector, neque alterius cuiusquam peritus artis, sed lapides ferre & ligna in humeris consuetus. Is ergo accedẽs promisit facilè templũ esse soluendum: duorum autem mercedem poscebat artificum. Cumq; hoc sanctus pontifex promisisset, hoc ille machinatus est. Cohærebat enim templo in altitudine constituto ex quatuor lateribus porticus: erantq; columnæ ingentes, & altitudinem templo habentes æqualẽ. Singularũ verò circulus columnarum erat sedecim cubitorũ. Porrò natura lapidis durissima erat, quæ nõ facilè quibuslibet ferramentorũ generibus rũperetur. Harum itaq; tres per circuitũ suffodiens, & sub earum

templũ Iouis apud Apameam.

† illigati.

rum basibus sortia ligna supponens, immisit ignem. Quo facto non poterat ligna naturaliter ignis accendere. Dæmon etenim quidam teterrimus apparuit, qui flammam secũdum vires suas prohibebat operari. Cumq; frequenter hoc faceret, & molitionem suam explere nõ possent, nuntiauerunt hoc pontifici meridie dormienti. At ille repentè ad ecclesiam concurrens, & aquã in vasculo portari præcipiens, aquam posuit sub altari. Ipse verò in pauimento posita fronte clementi domino supplicabat, ne amplius tyrannidem dęmoni vllam permitteret, sed vt infirmitatem illius denudaret, & signum propriæ virtutis ostenderet, ne magis ex hoc infidelibus exultationis occasio nasceretur. Hæc cùm dixisset, facto signaculo crucis in aqua, quendam diaconũ suum Equitium, fide & zelo munitum, sumere iussit aquam, & velociter currere & cum fide aspergere, ignemq; ipse supponere. Quod cùm fuisset factum, dæmon effugit non ferens aquæ virtutẽ. Ignis autem velut oleum habuit illius aquæ naturam, cõprehensaq; sunt ligna & repentè consumpta. Columnæ verò suffulturæ subsidio nudatæ, & ipsæ ceciderunt, & alias duodecim vnà traxerunt. Tum latus quod cohærebat templo, violentia ruinæ detractum est. Sonus autem totam concutiens ciuitatẽ, cunctos fecit illuc concurrere. Et cùm inimici dæmonis apertè cognouissent fugam, in diuinas laudes ora soluebat. Sic verò & alia templa sacratissimus põtifex ille destruxit. Qui & victoribus scribebat martyribus, & rescripta suscipiebat, & nouissimè etiam ipse martyrio coronatus est.

Equitius.

SOCRATES.

Ob quam causſam presbyteri super pœnitentes positi, sint remoti. Cap. 35.

An. do. 394. Post schismata Nouatianorum instituti sunt qui pœnitentibus præessent presbyteri.

HOc porrò tẽpore placuit, vt presbyteri qui erant super pœnitentes constituti, remouerentur propter huiusmodi causſam. Ex quo Nouatiani ab ecclesia sunt diuisi, cum his qui deliquerant sub persecutionibus imperatoris Decij communicare nolentes, ex illo episcopi pro ecclesiastica regula presbyterum super pœnitentes esse constituerunt.

SOZOMENVS.

Confessio

Quoniam omnino non peccare, diuinũ & vltra humanã naturã esse cognoscitur, peccãtibus autem & pœnitentiã agentibus, & veniam Deus dari præcepit: qui verò confiteri refugiũt, maius peccatorũ onus acquirunt: propterea visum est antiquis Põtificibus, vt velut in Theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pãdatur. Et ad hanc rẽ presbyterũ bonæ conuersationis seruantemq; secretum ac sapientem virum statuerunt: ad quẽ accedentes hi, qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille secundũ vnius cuiusque culpam indicebat & mulctam. Quod etiã hactenus diligenter in Occidentalibus seruatur ecclesiis, & maximè apud Romam, vbi etiam locus est certus pœnitentiũ: Stant enim rei, & vestiuntur in lamẽtationibus constituti. Quũ enim sacra celebratio fuerit adimpleta, illi cõmunionem nõ percipientes, cũ gemitu & lamentatione seipsos

Publicæ pœnitentiæ modus apud veteres.

in terram prosternunt. Ad quos concurrens episcopus, & ipse cũ lachrymis & gemitu spirituali prosternitur, & omnis ecclesię plebs fletibus inundatur. Post hoc autem prior surgit episcopus, & eleuat iacentes è terra. Tum competenter pro pœnitentibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte vacãtes, aut ieiuniis, aut abstinentia lauacri, aut suspensione ciborum, aut aliis rebus quæ iubentur, expectant cõmune tẽpus quod decernit episcopus. Constituto verò tempore velut quoddam debitum exoluẽtes, afflictione de peccato curati, cum populo communione participãtur. Hæc ergo antiquitus Romani Pontifices vsq; ad nostrum conseruarunt tẽpus. Porrò Constãtinopoli presbyter super pœnitentes fuit vsque ad illud tempus, quo quædã mulier nobilissima, cùm peccata sua fuisset confessa, & ei à presbytero fuisset præceptum vt ieiunaret, & Deo operibus supplicaret: cum hoc obseruaret, crebriùs in ecclesia cũ Diacono se concubuisse confessa est. Hoc cùm populus cognouisset, fæuiebat in sacerdotes, quasi per eos facta fuisset iniuria ecclesię. Tum Nectarius episcopus remouit diaconum scelleratum, & quibusdã suadentibus vt singulos ad communicandum iudicio conscientiæ suæ relinqueret, etiam presbyterum ne quaquã super pœnitentes esse præcepit. Et ex illo antiquitatis consuetudo sublata est, cùm (vt arbitror) minora peccata pro pudore cõfessionis, & subtilitate examinantiũ patrarentur.

SOCRATES.

De diuisione hæreticorum inter seipsos. Caput 36.

An. do. 394. Schismata hæreticorum.

DIgnum verò iudico non tacere quæ apud alios gesta sunt, id est, apud Arianos, Nouatianos, Macedonianos, & Eunomianos. Ecclesia nanque diuisa erat, & apud seipsos singuli congregabantur. Quemadmodum verò & pro quibus causis diuisi sint, sermone procedente narrabimus. Hoc autem sciẽdum est, quod imperator Theodosius nullum horum persequebatur præter Eunomium, qui Constãtinopoli collectas in domo faciebat, & conscriptos à se libros recitabat, ita vt eius doctrina multi corrumperentur. Pro qua causſa eum mulctauit exilio, nullumq; alium fatigauit, neque sibi communicare compulit, sed singulos per loca propria Collectas celebrare permisit & cultum tenere Christianismi sicut præcipere potuit. Et alios quidem permisit extra ciuitatem Oratoria fabricare: Nouatianis autem concordibus suæ fidei, intra vrbem ecclesias habere concessit. De quibus panca dicenda sunt. Quadraginta annis Agelius presul fuit à tẽporibus Constantini vsq; ad annum sextũ Theodosij. Qui cùm vicinus esset morti, Sisinniũ presbyterum ordinauit episcopum, virum eloquentissimum, & à Maximo philosopho vnà cum Iuliano imperatore literis eruditum. Cumq; populus Nouatianorũ culparet ordinationẽ quòd non Martianum potius ordinasset, per quem sub Valente Nouariani sine persecutione mansissent: tum Agelius populi volens placare tristitiam, etiam Martianum ordinauit episcopum. Et cùm melius habuisset, in ecclesiam processit,

Eunomius in exilium.

Nouatiani.

An. do. 393.

Martianus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sermonem fecit, dicens: Martianum habetis E post me, post Martianum verò Sisinnium. Post paucos itaque dies defunctus est. Sub episcopatu verò Martiani etiam eorum ecclesia ex huiusmodi causa diuisa est.

Sabbatius.

De Sabbatio hæresiarcha. Caput 37.

SAbbatius quidam ex Iudæo sectus Christianus, & à Martiano ad presbyteratus honorem prouectus, nihilominus sectę Iudaicę seruiebat, cum quo scelere ambiebat episcopatum. Assumens ergo sui desiderij conscios duos presbyteros, Theoctistum & Macarium, nouitatem festinitatis paschalis sub Valente imperatore constitutam in vico Phrygiæ Pazo, defendere nitebatur. Et plurimum quidem quasi pro ecclesiæ integritate custodienda, dicebat non esse dignos quosdam participatione sacramẽtorum. Proce- F dẽti verò tempore manifestatus est, cùm Collectas proprias celebraret. Inter hęc Martianus cognoscens illius errorem, & ordinationis suæ culpam, quia vanæ gloriæ homines presbyteros ordinauerat, cum gemitu dicebat: Melius fuisse super spinas ponere manus suas, quàm Sabbatium ordinasse presbyterum. Proinde Synodũ in Sangario Bithyniæ Nouatianorum fecit episcoporũ: Quò congregati euocauerunt eos, vt coràm synodo causas dissensionis suæ proponerent. Cumque Sabbatius discordiam festinitatis paschalis suam diceret esse tristitiã, & oportere secundum Iudæorum obseruationem eã celebrari, sicut in Pazo fuisset constitutum: existimantes episcopi quòd propter ambitum Sabbatius talia faceret, iuiurandum ei imposuerunt, vt nunquã peteret episcopatum. Quo iurante regulam de G Paschæ festiuitate protulerunt, qua singulis liceret cùm vellẽt celebrare pascha, nec propter discordiam festiuitatis diuiderent ecclesiam, cùm antiqui & Apostolis proximi, licet discordantes de tali festiuitate, communicarint tamẽ inter se, & Nouatiani in regia vrbe Roma cõstituti, nunquam fuerint sequuti Iudæos, sed semper post equinoctium celebrarint pascha. Cùm hæc ab eis tunc fuisset regula definita, Sabbatius iuramẽtis obstrictus, si quando paschalis festiuitas discordaret, ille apud seipsum prius ieiunabat, & noctu solennẽ diem paschæ in sabbato celebrabat, & rursus cum omnibus in ecclesia conueniebat, & mysteriis fruebatur. Hoc ergo multis annis faciens, latere nõ potuit. Quapropter quidã simplicium, & maximè Phrygũ & Galatarum ex hac re iustificari credentes, imitabantur eum, & pascha H cũ illo celebrabant. Sed Sabbatius postea etiam seorsim collectas faciebat, paruiq; pendens iusiurandum, suorũ sequaciũ ordinatur episcopus.

Martianus.

Nouatianorũ synodus apud Sangarium.

Sabbatius iudaizat.

De pascha vel diuersitate institutionum seu obseruationum, quæ per diuersas ecclesias celebrantur. cap. 38.

SEd mihi non videtur huiusmodi viros de festiuitate paschæ rationabiliter contendisse, neq; illos qui nunc sequuntur Iudæos. Non enim mente perceperũt Iudaismo in Christianismum mutato, illa subtilia & figuratiua legis Mosaicæ cessasse: quod hinc apparet. Vt Iudaizet enim nulla gens Christiana accepit legem: è diuerso autẽ etiam apostolus contradixit non solùm circuncisionem prohibens, sed etiam de festiuitatibus contentiones abiiciẽdas monens. Scribens enim ad Galatas ait: Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legẽ non audistis? Et hinc pauca loquens seruum ostendit populum Iudæorum, & in libertatem vocatos qui accedunt ad Christum. Monet etiam nullatenus obseruandos dies, & mẽses, & annos. Colossensibus autem scribẽs, magna voce clamabat, vmbram fuisse obseruationes antiquas. Quapropter, inquit, nullus vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte festiuitatis, aut initio mẽsis, aut Sabbato, quæ sunt vmbra futuri. Et ad Hebræos idem apostolus dicit: Mutato enim sacerdotio, necessario legis mutatio fuit. Igitur nec apostolus, nec euangelia accedentibus ad prædicationem iugum seruitutis imposuerunt, sed festiuitatem Paschæ & alias celebritates honoran- *Paschæ christi dies festus.*
das esse dixerunt. Itaque quoniã amant homines huiusmodi celebritates, eò quòd in eis à laboribus quiescunt, singuli per prouincias sicuti voluerũt memoriam salutaris passionis antiquitus ex quadam consuetudine celebrabant. Nõ enim hoc Saluator aut nostri Apostoli lege prædicauerunt, nec pœnam, aut supplicium, aut maledictũ, sicut lex Mosaica Iudæis, nobis euangelia aut Apostoli sunt minati, sed solummodo in derogationem Iudæorum, quòd in festiuitatibus homicidium commiserint, in tempore Azymorum Saluatorem passum in euãgeliis est relatũ. Mens nanque fuit Apostolorum non de diebus sancire festiuitatem, sed conuersationem rectam, & Dei prædicare culturam. Mihi ergo videtur, quòd sicut multa alia per prouincias ad consuetudinem venerant, sic & Paschæ festiuitas tradita sit, eò quòd nullus Apostolorũ aliquid hinc sanxisset. Nam plurimi circa minorem Asiam antiquitus quartum decimum diem obseruauere, nõ respicientes Sabbati diem. Et quanquam hoc facerẽt, non tamẽ segregabantur ab illis qui aliter celebrabant, donec Romanæ ecclesiæ Victor episcopus excommunicationem Quartodecimanis misisset in Asiam. Quo facto Irenæus Lugdunensis Gallicanus episcopus Victorem epistola sua culpauit, dicẽs etiam veteres ita celebrasse: & quòd Polycarpus Smyrnæ ciuitatis episcop. qui postea sub Gordiano principe martyrio coronatus est, Aniceto episcopo Romano communicauerit, nihil discernens de Paschali festiuitate, cùm ipse Quartodecimanus esset: sicut Eusebius in quinto Ecclesiasticæ historiæ libro docet. Quidam igitur (sicuti dixi) in Asia minore quartumdecimum obseruabant diem. Quidam verò etiã I circa Orientales partes Sabbatum custodiebãt, dissonabant autem circa mensem. Nam alij Iudæos licet integritatem non seruarent, sequendos esse in sacra festiuitate dicebant. Alij verò post æquinoctium celebrabant, declinantes sequi Iudæos, & dicẽtes, quòd dum sol esset in Ariete, Pascha celebrari deberet. Secũdum Antiochenos autem Xanthico mense, secũdum Rom. Aprili. Et hoc faciendũ non sequendo recentiores Iudæos, qui per omnia errare noscuntur, sed magis antiquos & Iosephum. Sic enim ille in tertio Antiquitatis libro scripsit. His itaque contendentibus omnes occidentales vsque ad oceanũ, post æquinoctium ex antiqua traditione Pascha celebrasse

Galat. 4.c

Sententia Socratis Constantinopolitani de festis Christian. diebus.

Coloss. 2.e

Hebr. 7.d

Polycarpus.

Irenæus.

Xanthico, id est, martio.

Sabbatis olim sacrificabatur.

celebrasse comperimus, nec aliquando habuisse A discordiam. Non enim (sicuti quidam dicũt) celebratum sub Constantino conciliũ, festiuitatem paschæ mutauit. Nã ipse Constantinus discordãtibus scribẽs, monet vt isti cùm pauci essent, imitarentur plures. Cuius epistolæ partẽ ponere nõ omisi. Sic enim post alia dixit: Est enim ordo decorus, quẽ omnes ecclesiæ in vniuerso orbe apud Occidentẽ & Meridiẽ & Arcton positę seruare noscuntur, necnõ etiã quidam Orientaliũ. Quapropter in præsenti bene se habere omnes existimauerunt, & ego ipse vestræ quoq; sapientiæ placere promisi, vt quod in Romana ciuitate, Italia, Aphrica, & vniuersa Ægypto, Hispania, Galliis, Britanniis, Libya, tota Hellade, Asiana diœcesi, Ponto & Cilicia libẽter sub vna cõcordia custoditur, hoc etiã sapientia vestra suscipiat, considerantes non solùm multitudinẽ prędictorum locorũ & ecclesiarũ numerum: sed etiã quia hoc maximè debetis omnes cõmuniter celebrare, quod ratio subtilis videtur exigere, nullã cum Iudæorum periurio habere communionẽ. Talia quidẽ Constantinus. Sed aiunt Quartodecimanis hanc obseruationem Ioannem Apostolũ tradidisse. Alij verò Petrũ & Paulũ apostolos Romanis & Occidentalibus dicũt paschę tradidisse solennitatem. Sed nullus scriptam probationem horum habere dinoscitur. Quod verò ex consuetudine quadã per prouincias celebretur pascha, hinc existimo, quòd nulla regio easdem videatur seruare solẽnitates. Nã cùm vnius sint fidei plurimi, tamẽ dissonãt circa paschæ legitima. Vnde pauca dicenda sunt. Nam in ipsis ieiuniis, aliter apud alios inuenimus obseruari. Romani enim tres ante pascha septimanas, præter Sabbatũ & C Dominicã, sub cõtinuatione ieiunãt. Illyrici verò & tota Hellas, Alexandria quoq; ante sex septimanas ieiunant. Eaq; ieiunia quadragesimam vocant. Alij verò ante septẽ paschæ septimanas ieiuniorum facere noscuntur initia, & tres tantũmodo septimanas: hoc est, quinis diebus per intermissionem aliarum duarum septimanarũ ieiunantes, nihilominus quadragesimam vocãt. Vnde miror, cùm numerum ipsum non habeant, quomodo quadragesimã vocẽt. Sed etiam ciborum abstinentiã non similem habent: nã alij omnino ab animatis abstinẽt: alij ex animãtibus pisces solummodò comedunt: quidã cum piscibus vescuntur & volatilibus, dicentes, hæc secundũ Mosen ex aqua habere substantiã. Alij verò etiã D † caulibus, & ouis abstinere noscuntur: quidam ficco tantũmodo pane vescuntur: alij neq; hoc: alij vsque ad nonam ieiunantes horam, sine discretione ciborum reficiuntur, & innumeræ cõsuetudines apud diuersos inueniuntur. Et quia lectio nulla ex hoc inuenitur antiqua, puto Apostolos, singulorum hoc reliquisse sententiæ, vt vnusquisque operetur non timore, non necessitate, quod bonum est. Sed etiam circa celebritatem Collectarum quædam diuersitas inuenitur. Nam cùm per ecclesias in vniuerso terrarũ orbe constitutas die Sabbatorum per singulas hebdomadas sacrificia celebrentur, hoc in Alexandria & in Roma, quadam prisca traditione faciunt. Ægyptij verò Alexandriæ vicini, & Thebaidos habitatores Sabbato quidem Collectas agunt, sed non sicut moris est, sacramenta percipiunt:

Constantinus Aug. de Pascha.

Quartodecimani.

Ieiuniorum diuersitas.

Quadragesima.

† caseis, baccis.

nam postquam fuerint epulati, & cibis omnibus adimpleti, circa vesperam oblatione facta communicant. Rursus autem in Alexandria quarta & sexta feria scripturæ leguntur, easq; doctores interpretantur, & omnia fiunt præter solennem oblationis morem. Origenes enim plurima in his diebus videtur edocuisse. Qui quum sapiẽs esset magister, & cõsideraret quod impossibilitas Mosaicæ legis ad literam esset infirma, rationẽ Paschę ad modum cõtemplationis euexit. vnũ Pascha solummodo verum fieri dicens, quod Saluator celebrauit aduersus contrarias potestates, dũ crucem susciperet, & hoc trophæo vteretur cõtra diabolum. In eadem Alexandria Lectores & psalmi pronunciatores indifferenter fiunt siue catechumeni, siue iam Christiani, cũ omnes ecclesiæ iam fideles in his ordinibus habere videantur. Ego quoque cognoui in Thessalia cõsuetudinem aliam, cum quidam clericus ante clericatum legitimè duxisset vxorem, quia cum ea mixtus fuisset, abdicatus est, cum in Oriente cuncti spontanea voluntate, & non aliqua necessitate etiam episcopi seipsos absũeant. Plurimi enim eorum etiam episcopatus tẽpore ex legitima vxore filios habuerunt. Hoc quoq; in Thessalia seruari cognoui, quod apud eos in diebus paschę tã tummodo baptizatur. Quapropter plurimi sine baptismate moriuntur. In Antiochia verò Syriæ altare non ad Orientẽ ecclesię, sed magis ad Occidentem habent. In Hellade, Hierosolymis, & Thessalia, ad tempus vespertinũ orationes similes Nouatianis Constantinopoli degentibus agunt. In Cæsaria Cappadocię & Cypro die Sabbati & Dominico, circa vesperam cũ lucernariis episcopi atque presbyteri scripturas interpretãtur. In Alexandria presbyter non facit sermonẽ. Et hæc res initium accepit, ex quo Arius ecclesiam conturbauit. Romæ sabbata vniuersa ieiunant. In Cæsaria Cappadociæ, eos qui post baptismata delinquunt, à communione suspendunt, sicut Nouatiani & Macedoniani in Hellesponto faciunt, & in Asia Quartodecimani. Nouatiani circa Phrygiam binubos non recipiunt. Constãtinopoli verò neque apertè recipiunt: neque palam remouere noscuntur. In Occidentalibus verò partibus apertè recipiunt.

Oblatio. Origenes.

Exponũt scripturas ad lucernam.

Sabbati ieiunium.

Digami.

SOZOMENVS.

De pascha Montanistarum. Caput 39.

MOntani porrò, quos Pepuzitas & Phrygas nominant, peregrinam quandã adinuentionem introducentes, secũdum eam pascha celebrant. Culpant enim eos, qui cursum lunæ requirunt, & dicunt solares tantũmodo circulos sequendos. Et mẽses quidẽ singulos esse dierum triginta definiunt, & inchoare primũ ab æquinoctio vernali, quod est secundũ Romanos octauo kalend. Aprilis. Tum, inquiunt, duo luminaria facta sunt, quibus tempora, & anni manifestantur. Et hoc indicari eo quòd luna per octo annos cũ sole concurrat, & ambo iidem nouum habeant mensem. Eo quòd octo annorum cursus lunæ compleatur, & tanquam principiũ sit primi mẽsis, reputant prædictum diem in scripturis quartumdecimum, & hunc esse dicunt octauo idus Aprilis, secundũ quam semper celebrant Pascha. Si contingat etiam concurrere resurrectionis, id est, Dominicũ diem, alioqui dominica superue-

Montani.

Quartadecimani.

Exod. 12.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

niente celebrant: scriptum est enim, inquiunt, à quartadecima vsque ad vicesimam primam esse celebrandam.

Alleluia Romæ.

Apud Romanos in vno quoque anno semel psallunt Alleluia primo die Paschæ, ita vt Romani velut pro iuramento habeant, vt hunc hymnum audire mereantur. In qua ecclesia neque episcopus, neque alter quisquam coram populo docet. Apud Alexandrinos hoc præter communem morem est, quod cum leguntur Euangelia, non surgit episcopus: quod apud alios nusquam fieri noui, vbi solus archidiaconus hanc lectionem legit: in aliis locis diaconi: in multis verò ecclesiis sacerdotes soli: Constantinopoli primo die resurrectionis Dominicæ Pontifex.

SOCRATES.

De Arianorum diuisione. Cap. 40.

Arianorum schismata.

ACciderunt porrò etiam apud Arianos diuisiones propter huiusmodi caussam: Singulæ videlicet eorũ contentiones ad ineptos eos perduxere sermones. Cum enim in eorum ecclesia credatur Deus pater esse filij verbi, ex hoc apud eos quæstio processit, an possibile sit vt etiam antequam existeret filius, Deus pater vocari potuerit: quoniam Dei verbum non ex patre naturaliter, sed ex non existentibus subsistisse credebant. Circa primum itaque capitulum errantes, ritè de puro nomine in certamen illicitum irruerunt. Dorotheus etenim ab Antiocha euocatus ab eis, dicebat non posse patrem esse, neque vocari filio non subsistente. Porrò Marinus, quem à Thracia ante Dorotheũ vocauerant, occasionem inueniens opportunam (Dorotheo enim erat aduersus) respondit sermonem de hac quæstione contrariũ. Et propterea sunt inter eos factæ diuisiones. Diuisiq; propter hoc verbum, seorsum singuli solennia celebrabãt. Alij enim sequebantur Dorotheũ, alij verò Marinum, dicẽtes videlicet patrẽ semper esse patrem, etiam filio non extante. Vocabantur verò illi Psathyriani, eò quòd quidam Theoctistus, Syrus genere ψαθυροπώλης, hanc propositionẽ valde defenderet. Hos quoq; secutus est Selenas Gothorũ episcopus. Verũ isti quoq; paulò post separati sunt, cũ Marinus cum Agapio discordiã habuisset, quem ipse episcopum fecerat Ephesi. Cæterùm isti non propter religionem, sed propter præsulatũ inimicitias inter se belláque gessẽrũt. Gothi nanq; defendebant Agapium. Quamobrẽ plurimi clericorum eorum vanam gloriam fugiẽtes, ad fidẽ Cõsubstantialitatis vtiliter accesserũt, Ariani verò viginti quinq; annis diuisi sunt inter se, postea sub imperio Theodosij iunioris Consulatu Plinetæ ab hæresi Psathyrianorũ recedẽtes, vniti sũt, veluti lege decernentes nunquã capituli propter quod diuisi fuerãt meminisse. Sed hoc Constantinopoli gestũ est. Verùm in aliis ciuitatibus sub diuisione manserũt. Hæc de Arianis. Verùm nec Eunomiani sine diuisione manserunt. Nã & ipse Eunomius dudũ ab Eudoxio, qui eũ Cyzici ordinauerat episcopũ, segregatus est, occasione accepta, eò quòd Aëtiũ doctorẽ eius expulsum suscipere noluisset. Reliqui verò ab eo per schisma ta diuersa partiti sunt. Prius itaq; Theophronius quidã Cappadox ab Eunomio versare contentiones edoctus, & aliquid de Aristotelis Categoriis & Περὶ ἑρμηνείας intelligẽs, fecit libros, quos de exercitio mentis attitulauit. Is ergo cùm offendisset consectatores suos, tanquam recedens ab eis, expulsus est, & seorsum colligens sui nominis hæresim reliquit. In Constantinopoli verò quidam Eutychius ex tepidissima quæstione ab Eunomianis diuisus, hactenus collectas seorsum facit, vocanturque horũ alij Eunomiotheophroniani: alij verò Eunomioeutychiani. Veruntamẽ isti baptisma corruperunt. Non enim in Trinitate, sed in Christi morte baptizant.

Eunomianorum schismata.

Theophronij.

De diuisione Macedonianorum. Cap. 41.

FActa est igitur quodam tempore etiam inter Macedonianos diuisio, cum Eutropius presbyter seorsum colligeret, & nequaquam ei Cat- F terius consentiret. Fuerunt forsitan & aliæ diuisiones hæreseon, sed ego tanquam Constantino politanus atque hic nutritus quæ mihi clariora visa sunt, ea narrare curaui.

SOZOMENVS.

De recessu Nili fluminis & rursus accessu. Caput 42.

An. do. 394. Nilus retrocedens.

EA porrò tempestate dicunt Ægypti fluuium circa primum ascensum aquæ post tergũ recessisse. Quo facto Ægyptij lætiebant, eò quòd non sinerentur flumini sacrificia solẽnia celebrare. Iudex autem seditionem perspiciens cõcitari, nuntiauit id imperatori. Verùm Imperator me- G lius iudicauit diuinæ fidei seruire, quàm pocula Nili & sacrilegia præponere pietati: Nunquam, inquit, currat ille fluuius, si magicis artibus & fluxu sanguinis vndæ pollũendæ sunt sacri Paradisi. Hoc acto, paulò post ita vbertim Nilus effusus est, vt etiam altiùs quàm solebat, fluctus spargeret. Cumque solitas complesset mensuras, & adhuc in altitudinem extolleretur, in terrorẽ nimium Ægyptij sunt redacti, metuẽtes ne Alexandreiam & Libyæ partes fortè destrueret. Tũ verò ferunt Paganos Alexandrinos in Theatro clamasse, quod velut senex & delirus euanuisset Nilus. Quamobrem plurimi Ægyptiorum derogantes paternæ religioni, ad Christianismi iura conuersi sunt.

Quemadmodum caput Ioannis Baptistæ Constantinopolim fuerit deportatum. Cap. 43.

An. do. 394. Caput Ioannis Baptistæ.

EO tempore dicitur delatũ Constantinopolim Ioannis Baptistæ caput, quod Heroidas petiit ab Herode Tetrarcha. Fertur enim inuentũ caput à monachis Macedonianis, qui primũ qui dem Hierosolymis habitabãt, postea verò in Ciliciã migrauerunt. Quũ enim ante hoc imperium Mardonius maior domus imperialis nuntiasset hoc imperatori, præcepit Valẽs, caput sacrũ Cõstantinopolim deportari. Qua iussione missi, & imponẽtes vehiculo deportabant. Cũq; venisset ad locum qui vocatur Pantichiũ (est enim circa Chalcedonem) nequaquam poterat trahi vehiculum, licet multis plagis † iumenta affligerentur. Et quum hoc nouum videretur vniuersis, & ipsi

Mardonius.

† *Iurdonet.*

ipsi simul Imperatori, sacrum hoc caput reconderũt in vico appellato Cosilai. Erat enim possessio ipsa Mardonij. Illo quidem tẽpore aut deo aut ipso propheta monente in hunc locum vsque perductum est. Cumque postea Theodosius Imperator has Baptistæ reliquias voluisset auferre, solam referunt restitisse matronam virginem sacrã, quæ eius custodiam capitis exhibebat. Cui cùm sæpius Imperator non violenter, sed cum lachrymis supplicaret, vt cum permitteret sua vota complere: hæc putans quod sicut tempore Valentis, etiam tunc non pateretur vlterius Baptistæ portari, cessit. At Imperator amplectens sua purpura thecam in qua caput Baptistæ iacebat, eámque portans venit, & ante ciuitatem Constantinopolitanam recondidit ad septimum miliarium: ibiq; magnam & pulchertimam deo ædificauit ecclesiam: crebroque deprecatus est matronam, promisitq; dona gratissima si recõciliari vellet. Nec passa est: erat enim Macedoniana hæresi corrupta, licet presbyter Vincentius consectator eius, qui prophetæ sepulchrum æqualiter obseruabat, cõuersus fuisset, & catholicæ communicasset ecclesiæ. Ferunt enim quod coniurationem habeant Macedoniani, nunquam se à sua secta recedere. Verum is presbyter dum ageretur de translatione sacri capitis, apud se definiuit, quod si sequeretur Baptista Imperatorem, & ipse communicaret ei. Quo facto, conuersus est.

Macedonianorum pertinacia.

THEODORITVS.

Quemadmodum Flauianus Antiochenum solus acceperit episcopatum. Caput 44.

Flauianus Melitij successor. † *Theodoto*

IGitur in Antiochia Melitij maximi successionem Flauianus accepit, qui cũ † Diodoro plurima pro quibus certamina passus est. Voluerat enim Paulinus ecclesiæ susciperepræsulatũ, sed pontificum restitit chorus, dicens nõ oportere eum qui Melitij consilium non recepisset, post illius mortem in eius sede consistere, sed eũ potius qui plurimis laboribus effulserat, & pro omnium cura pericula sustinuerat. Hoc factum Romanos & Ægyptios fecit infestos Oriẽtalibus. Sed neque morte Paulini inimicitiæ sunt destructæ. Nam & post illum quum Euagrius eius accepisset sedem, perstiterunt Flauiano vehemẽter infensi, licet Euagrius præter ecclesiasticam regulam fuerit ordinatus. Solus enim Paulinus eũ instituerat, plurimas regulas præuaricatus ecclesiasticas. Non enim præcipiũt vt pro se quilibet ordinare possit, sed conuocare vniuersos prouinciæ sacerdotes, & præter tres pontifices ordinationem fieri penitus interdicunt. Veruntamen nihil horum respicientes. Euagrij sunt amplexi communionem, & aduersus Flauianum aures principis commouerunt. Qui frequẽter impulsus, deduxit eum ad vrbem Constantinopolim, & Romam proficisci præcepit. Porrò Flauianus excusatione hyemis, promissione facta quod tẽpore opportuno proficisceretur Romã, tum est reuersus ad propria. Quumque Romani pontifices, non solũ mirabilis Damasus, sed etiã post eũ Siricius & Anastasius apud Imperatorẽ vehementer instarent, dicentes, quod tyrannos quidem proprios debellaret: qui verò Christi Aresisterent legibus, eos sineret impunitos. rursus eũ euocans, Romam proficisci cogebat. Tunc Flauianus sapientissimus digna libertate vsus ait, Siquidem fidem meam ô Imperator quasi non rectam accusant quidam, aut vitam dicũt sacerdotio non esse dignam, etiam ipsos accusatores habere iudices non refuto, eorumque sententiã lubenter accipiam. Si verò de fede & præsulatu contendunt, nec litigabo nec hæc volẽtibus habere resistam: sed abscedam, & ab ista præeminentia abstinebo. Da igitur Antiochenam sedẽ cuicunque volueris Imperator. Hanc eius fortitudinem sapientiãmque miratus princeps, redire ad patriam, & commissam sibi regere præcepit ecclesiam. Post aliquantum temporis Romã denuo veniens Imperator, easdem ab episcopis patiebatur querelas, quasi Flauiani tyrannidem premere noluisset. At ille specié tyrannidis eos B effari præcepit, dicens se esse Flauianũ. Illis verò dicentibus quod non possent cum Imperatore contendere, monuit vt deinceps ecclesiæ concordiam haberent, deponerentque certamen, & stultas contentiones extinguerent. Paulinus, inquit, olim est mortuus: Euagrius contra regulas ordinatus: Orientales autem ecclesiæ præsulatũ Flauiano deferentes. & Asia, Pontus & Thracia, eius communioni conuunctæ sunt: Omnis Illyria illum nouit per Orientem episcopis præsidere. His flexi monitionibus Hesperiæ sacerdotes soluturos se inimicitias promiserunt, & Legatos mittendos ab eo se susceppturos. Hoc cognoscẽs sacratissimus Flauianus, misit Romam quosdam laude dignos episcopos, & Antiochenos presbyteros atque diaconos, quibus præerat Acacius Beroææ in omni terra pelagóque cantatus. Is cum aliis Romam veniens, longámq; fanans odij passionem, post decem & septẽ annos ecclesiis restituit pacem. Quod cognoscentes Ægyptij, inimicitias extinguentes, concordiam sunt amplexi. Tum igitur ecclesiæ Romanæ Innocentius successor Anastasij præfidebat, vir prudentia & intellectu decenter ornatus, Alexandrinæ verò Theophilus.

Flauianus ad Imp.

Innocentius pont. Rom.

Theophilus Alexandrinus.

SOCRATES.

De Eugenio tyranno, & quemadmodum fuerit superatus. Caput 45.

Euagrius.

REspublica autem eo tempore ex huiusmodi causa turbabatur. In Occidentis partibus Grammaticus quidam nomine Eugenius, literarum Latinarum Doctor relinquens Scholas D Psuas, in palatio militabat. Eratque Imperatoris ἀπογραφεύς, & propter eloquentiam à multis honorabatur. Tum ergo (vt fertur) non mediocriter cogitans, cooperatorem assumpsit Arbogasten de minoribus Gallis ortum, militaris ordinis Ducem, virũ sæuum & ad cædes paratum. Quo facto declinauit ad tyrannidẽ. Igitur vterq; contra Imperatorem Valẽtinianum necem machinabatur, Cubicularios corrumpentes eunuchos. At illi dormientem principem suffocarũt. Hoc Eugenius repẽte cognoscens, Imperio potitur Hesperiæ, agebatque quod tyrãno poterat conuenire. Hæc audiẽs Theodosius Imperator, rursus sollicitudinibus obstrictus, secunda certamina post Maximum præparabat. Congre-

An. do. 394. Eugenius ex ludi magistro tyrannus.

Arbogastes

An. do. 398. Honorius fit cæsar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ganſque militarem virtutem,& Honorium filiũ E designans Imperatorem Consulatu suo & Habundantij, decimo die Ianuarij mensis, denuo ad partes Hesperias magno studio festinabat.

SOZOMENVS.

Ioannes monachus Christ futurorũ præscius. An.do. 394.

Interea euentum belli consyderans misit in Thebaida ad Ioannem monachum tunc præscientia clarum. Ad quem destinauit Eutropium eunuchum sibi fidissimum, vt aut eum (si vellet venire) deduceret, aut nolentem de euentu belli interrogaret. At ille Ioannem quidem deducere non prævaluit, sed mandatum retulit eius, quod bello vinceret, & perimeret tyrannum, & post victoriam in Italia moreretur.

SOCRATES.

Gothi cum Theodosio.

Relictis ergo Theodosius ambobus filiis in vrbe Constãtinopoli quum proficisceretur cõtra Eugenium bellaturus, plurimi trans Histrum Barbari sunt sequuti, cum eo pugnaturi contra tyrannum. Parvóque tempore cum manu maxima venit ad Gallias. Illic enim parabat bellũ, vbi iam multa millia habebat exercitus.

THEODORITVS.

Theodosij insomnium.

Quum igitur in quodam monte oratoriũ inuenisset, ibi noctu domino supplicabat. & circa galli cantum sopore compressus, vidit in somnis quasi iaceret in campo, & adstarẽt sibi duo quidam viri in vestibus albis & equis candidissimis residentes, eumque iubentes habere fiduciam, & diluculo armare milites ad victoriam: dicebantq; se pro auxilio destinatos. Quorum alter Ioannem Euangelistam, alter se Philippum dicebat Apostolum. Hac visione cõperta, nequaquam ab oratione cessauit, sed lachrymas vberiores effudit. Quæ visio etiam cuidam militi reuelata est, & per diuersos peruenit ad principẽ. At ille: Nõ propter me inquit, hæc iste vidit, sed ne quis crederet, quod finxerim, quod ego vidi. Ideoque etiam isti monstratum est, nam primo mihi dominus hoc communis ostendit.

SOCRATES.

Conflictus An.do.396.

Fuit ergo congressio circa flonium vocabulo Frigidũ. Igitur in parte qua Romani contra Romanos consligebant, bellum erat æquale. Vnde verò Barbari auxiliatores Imperatoris erãt, pars Eugenij potior esse videbatur. Imperator autem videns Barbaros perire, in maximam veniens æstuationem, prostrauit seipsum in terram, adiutorem inuocans Deum, & petitione frustratus non est. Quidam enim Bacurius Magister militum eius, repentè sic confortatus est, vt cum primis ducibus concurreret ad eam partẽ qua Barbari premebantur. Quo facto dirupit acies, & in fugã mox vertit inimicos. Fitque denuo ea hora miraculum: ventus enim vehemẽtissimus inspiraus, emissa iacula ab Eugenij partibus contra eos denuo reuocabat, & à partibus Imperatoris ad hostes cum magna fortitudine deferebat. Tãtum valuit Imperatoris oratio. Hoc itaq; modo

Bacurius magister militũ.

Eugenius supplex Theodosio.

pugna finita, Tyrannus accurrens ad pedes Imperatoris, orabat vt promereretur salutem. Qui circa pedes eius à militibus capite sect⁹ est. Hæc gesta sunt septimodecimo die Septembris mensis, Consulatu Arcadij tertio, & Honorij secundo. Arbogastes autem tãtorum causa malorum, post duos congressionis dies, fuga elapsus, cum cognouisset quod viuere non posset, proprio gladio se peremit.

Arbogastes seipsum iugulat.

SOZOMENVS.

De miraculis Donati Pontificis in Beræa. Caput 46.

An. de. 396. Donatus.

EA tempestate plurimi inter episcopos effulgebãt, sicut Donatus Euoriæ Epiri. De quo cùm prouinciales miracula multa testentur, maximum tamẽ est quod de dracone gessit. Is enim circa pontem in via publica iacẽs cibum habebat oues, capras, equos, boues, & homines abripiens deuorabat. Ad quam bestiam Donatus sine gladio, sine aliquo iaculo veniens, cùm illa leuasset caput quasi voratura virum, tunc ille vexillum crucis ante faciem eius digito designans in aëre, in os eius expuit. Bestia verò sputũ mox ore suo suscipiẽs expirauit. Quam (sicut audiui) octo paria boum in vicinum campum traxerũt. Et misso igne cõbusta est, ne aërem fœtore corrumperet. Huius Donati sepultura insignis est, vbi oratorium ex eius nomine vocatur, habens fontem aquarum, quem ipse fertur orationibus inuenisse. Nam quum esset locus inaquosus, & illuc ex itinere aliquando venisset, aiunt quod fatigatis illis qui cum eo erant, orauerit, & mox aquæ inundatio proruperit, & ex illo hactenus permaneat.

De Theotimo Tomitano Pontifice. Caput 47.

An do. 398. Theotimus Tomitanorum episcopus.

EO tempore Tomitanam & Scythiæ ecclesiam Theotimus gubernabat, vir in philosophia nutritus, cuius virtutem diligentes Barbari trans Histrum habitantes, Deum Romanorum esse prædicabant. Diuinarum siquidem in eo rerum experimẽta sæpius perceperunt. Nã cùm quodam tempore iter faceret, illius terræ Barbari occurrerunt ei. Et cùm hi qui erãt circa eum terrore turbarentur, quasi continuò moriturí. ex equo descendens orauit. Porrò Barbari neque eum neque sequaces eius, nec equos de quibus descenderant videntes, trãsierunt. Cum igitur crebro transeuntes Scythas naturaliter ferroces epulis muneribúsque mansuefaceret, quidam Barbarorum arbitratus eum esse locupletẽ, cœpit insidiari vt eum caperet, alligaret & traheret. Cùm hoc iam parasset, & dexteram ad hoc haberet, vt eum iactu illaquearet, manus in aëre mox ligata, & Barbarus ille inuisibilibus vinculis est obstrictus. Tunc aliis pro eo rogantibus, supplicauit deo Theotimus vt Barbarus solueretur.

Scythæ.

De Epiphanio Cyprio. caput 48.

An.do 399. Epiphanius Cypri episcopus.

EO quoq; tempore Epiphanius Cypriorum episcopus, ad cuius sepulchrum hactenus dæmones

dæmones expelluntur. Is enim cùm substantiam propriam, necessitatem sustinentibus erogasset, & multis quoque offerẽtibus ei pecunias manu largissima dispensaret, contigit vt pecunias deficientibus œconomus ecclesiæ murmuraret. Quo facto assistens quidam in domo in qua habitabat œconomus, sacculum multarum pecuniarũ dedit, & ita disparuit, vt nec qui dedisset, nec qui misisset cognosceretur. Quod factũ omnes diuinum esse iudicauerunt. Aliud quoque eius libet referre miraculum. Quidam pauperes studentes Epiphanium arte deludere vt sibi aliquid daret: cùm iter ageret, vnus eorum supinũ se prostrauit in terram, alter stabat quasi mortuum deflens, nec habẽs vnde eum sepelire potuisset. Epiphanius autem superueniens, orauit vt sub quiete dormiret. Et sepulturæ necessaria præbuit, simulque consolatus est flentem, dicẽs: Quiesce fili à lachrymis. Non enim fletu resuscitari poterit. Est enim ineuitabile quod euenit. Cumque discessisset Epiphanius, cœpit ille pulsare socium vt resurgeret. Et cùm hoc semel & secundo fecisset, dicens: Surge, vt hodie de tuis laboribus epulemur: & ille penitus nõ sentiret, cognoscens verè mortuum, cucurrit ad Epiphanium flens, & petens vt suum socium suscitaret. At ille cõsolatus est, ne grauiter ferret quod euenisset. Non tamen defunctum denuo suscitauit. Hoc enim credo prouidè factum, vt non facilè Dei ministri deludantur. Eo tempore fuit Æas & Zeno in Palæstinæ Gaza philosophantes. Et Æas fertur cum pulcherrimam duxisset vxorẽ, ter cum ipsa solùm concubuisse, & tres filios genuisse, postea vitam monachicam apprimè esse sectatum. Zeno verò episcopus fermè annorum centum habens ætatem, nunquam solennibus minor fuit aut quieuit officiis.

Æas. Zeno.

Quemodo Abacuc & Micheæ Prophetarum corpora ostensa sint. Caput 49.

An.do. 400. Abacus & Micheæ prophetarum corpora reperta.

NOn solùm autem religionem hæc tunc nobilitabant, sed etiã Abacuc & Micheæ prophetarum corpora (sicuti audiui) hoc tempore sunt ostensa reuelatione diuina, cum Zebennus tunc Eleutheropolitanam gubernaret ecclesiam in vico qui prius vocabatur Ceila, in Berethasia prædio quod distat ab vrbe fermè stadiis decẽ. Circa hunc locum sepultura Micheæ fuit, quam nescientes quid dicerent, prouinciales, ô fidelem memoriam vocitabant.

SOCRATES.

De fine Theodosij principis. Caput 50.

Theodosius ægrotat. An.do.397.

IGitur Theodosius Imperator post laborem publicum corpore fatigatus, & sperans se eo morbo non morituũ, potius de Republica cogitabat, consyderans quæ soleãt hominibus accidere, Imperatore moriente. Filium itaque Honorium de Constãtinopoli velociter euocauit, ordinare volens partes Hesperias. Cumq; filius Mediolanum veniisset, ex ægritudine reuelatus, Circum de victoria celebrabat. Et ante prandiũ quidem spectaculum quasi sanus exhibuit. Post prandium repentè prægrauatus ad spectaculum venire non potuit, filiũ tamen Ludis adesse præcepit. Superueniente verò nocte defunctus est, Consulatu Olibrij & Probini, septimodecimo Cdie Ianuarij mensis, anno primo decentesimæ nonagesimæquartæ Olympiadis. Vixit autem Imperator Theodosius annos sexaginta, ex quibus sedecim imperauit.

Moritur.

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER DECIMVS.

SOCRATES.

De successione Arcadij & Honorij.

CAPVT PRIMVM.

An.do. 398. episcopi Apostolicarum ecclesiarum.

DEfuncto Theodosio, in Imperium filij successerunt, Arcadius in Oriente, Honorius autem in Occidente. Hoc tempore in Romana Damasus præsidebat ecclesiæ: in Alexãdreia Theophilus, Hierosolymis Ioannes, Flauian⁹ Anthiochenam tenebat sedem, Constãtinopolitanam verò Nectarius. Igitur circa octauum diem Nouembris mensis eodem Consulatu, corpus Theodosij delatum cum solenni honore ab Arcadio filio sepulturæ contraditur. Post paucos verò dies, id est, vicesimoseptimo eiusdem mensis die etiam exercitus qui cũ Imperatore Theodosio fuerat contra tyrannum, reuersus est. Et cum Imperator Arcadius secundum consuetudinem ad portas occurrisset exercitui redeunti, tunc milites Ruffinum Præfectum Imperatoris peremerunt. Erat enim suspectus quasi tyrannidem posset assumere. Dicebatur autem Hunos ipse in Romanorũ prouincias euocasse, qui tunc Armeniam & partes Orientis valde vastabant.

THEODORITVS.

Quemodo Honorius Iudum gladiatorum remouerit. Caput 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Telemachus. Monomachiæ sublata.

HOnorius itaque suscipiens Occidēris Imperium, monomachias, quæ iam olim Romæ celebrabātur, huiusmodi de causa remouit. Quidā Telemachus conuersationis monasticæ, hac de causa ab Oriente venit Romam. Cumq; nephandum illud spectaculum ageretur, etiam iple intrauit in stadium, & descendens nitebatur pugnantes inter se gladiis, separare. Cumq; spectatores aduersus eum sæuirent, & in effusione sanguinis grassarentur, prouisorem pacis lapidibus occiderunt. Hoc vbi cognouisset mirabilis Imperator, illum quidem inter victores martyres numerauit, nephandum verò spectaculum prorsus sustulit.

SOCRATES.

De morte Nectarij Constantinopolitani & ordinatione actibúsque Ioannis. Caput 3.

An. do. 399. Nectarii constantinopo. episcopi mors.

CVm verò modicum tempus transisset, etiā Nectarius Constantinopolitanus episcopus defunctus est, Consulatu Cæsarij & Attici, septimo & vicesimo die Septēbris mensis. Mox ergo studia generantur in episcopatum, aliis aliū ordinare cupientibus. Nouissimè verò placuit, vt ab Antiochia Ioannes euocaretur, ecclesiæ presbyter. Erat enim eius doctrinæ fama mirabilis. Intra modicum ergo tēpus communi decreto omniū clericorū & laicorū Imperator Arcadius euocauit eum. Et propter dignitatem ordinis cùm adessent ex Imperiali iussione plurimi

Ioan. Chrysost. Homil.

Theophilus Ioan. Chrysostomo parum fauens.

Isidorus. Astra Theophili vafricies.

epiſcopi, etiam Theophilus venit Alexādrinus, qui studebat quidem Ioannem detrahere, & Isidorum suū presbyterū ordinare. Diligebat enim eum, quod aliquando sustinuisset pro ipso tale periculū. Cùm Imperator Theodosius aduersus Maximum tyrannū decertaret, Theophilus per Isidorū xenia misit Imperatori, & duplices misit epistolas, mandans vt alteras literas non vincēti daret: porrò victori & munera & alteras porrigeret literas. Has cùm Isidorus portasset, Romā veniens victoriam expectabat. Sed non diu latuit. Quidam enim lector rapiens epistolas, demonstrauit Imperatori. Quamobrem Isidorus terrore correptus, in Alexandreiam fugit, celare volens quod fuerat ei mandatum. Ob quā causam Isidorum Theophilus diligebat. Verū palatij iudices præposuere Ioannem. Cumque multi Theophilum accusarent, libellos aduersus eum pro diuersis causis præsentibus episcopis obtulerunt. Tunc Præpositus Palatij Eutropius nomine, sumēs accusationes scriptas ostēdit Theophilo, dicēs aut ordina Ioannē aut accusationes istæ venient ad examen. Hinc perterritus Theophilus, Ioānem ordinauit episcopum, qui suscepit episcopatum sextodecimo die Februarij mēsis, Consulatu Honorij Imperatoris, & Eutychiani Præfecti. *An. do 400.* Quod verò Ioannes vir fuerit omnino præclarus, ex libris quos reliquit, cognoscitur. Cuius vitam, genus, conuersationem, & quemadmodum sit depositus, & post mortē magis honoratus, exponam. Ioānes itaque fuit Antiochenus, filius Secundi & Anthusæ nobilium personarum, discipulus Sophistæ Libanij, & auditor Andragatij Philosophi. Cumque se ad aduocationem præpararet, considerans molestias litigantium, iniustumque vitæ propositū, E potius elegit quietē. Et hoc fecit æmulatus Eugrium, quoniam & ille quum iisdē studiis esset vsus, quietam magis sequutus est vitā. Mox ergo mutato cultu pariter & incessu, diuinis lectionibus incumbebat, & frequentius ad sanctā concurrebat ecclesiam. Hæc agens persuasit etiam Theodoro & Maximo qui fuerant condiscipuli ipsius apud Sophistam Libanium, vt pomposam. relinquerent vitam, & simplicem sequerentur. Quorū Theodorus postea episcopus Mopsuestiensis ordinatur ecclesiæ, Maximus autem Seleuciæ Isauriæ. Tum itaque isti fiebant discipuli in lectione diuina Diodori atq; Carterij, qui eo tēpore sacris monasteriis præsidebant. Sed Diodorus postea Tarsi ordinatus episcopus, multos conscripsit libros sacras ad literam intuens scripturas. Porrò Ioannē degētem cum Basilio, qui tunc à Melitio factus erat diaconus, & postea F Cæsareiæ Cappadociæ præsule cōstituto, Zeno episcopus ab Hierosolymis reuertēs, Lectorē in ecclesia Antiochena cōstituit. In quo adhuc officio positus librum ædidit contra Iudæos. Post modicum verò tempus etiam Diaconatū à Melitio promerēs. De sacerdotio alium fecit librū, alióque plurimos explanauit. Postea verò Melitio in Constantinopolitana vrbe defuncto, recedens Ioannes à Melitianis, & neque Paulino communicans, tribus annis continuē sub quiete degebat. Mortuo verò Paulino, ab Euagrio eius successore presbyter ordinatur. Ante episcopatū itaque hoc modo conuersatus est. Fuit enim vir (vt aiunt) propter zelum castitatis seuerior, & amplius quàm † habebat, à iuuentute sua furori magis quam reuerentiæ se præbebat, & propter G vitæ rectitudinem incautus prospicere de futuris. Propter simplicitatē verò, oris libertate profusus. apud colloquētes non mediocriter vrebatur. Docendo præcipuus erat, vtilis ad corrigēdos audientium mores. In confabulatione verò arrogans à nescientibus putabatur. Cùm ergo talis moribus esset, episcopatu suscepto, maiori fastu quàm debuerat vrebatur, clericorum suorum corrigere vitam volens. Moxigitur in ipso initio quū clericis asper videretur ecclesiæ, erat plurimis exosus, & veluti furiosum vniuersi declinabant. Compellebat enim eum vt velut omnes offenderet Serapio diaconus eius, qui aliquando præsentibus clericis hunc protulit magna voce sermonē: Nunquā poteris, ô episcope, hos corrigere, nisi vno baculo percusseris vniuersos. Quo dicto maiora contra eum odia cōcitata sunt. Non post multum verò tēporis plurimos clericorum pro diuersis exemit causis. At illi conspirātes aduersus eum: etiam derogationibus apud populum vrebantur: quarum rerum faciebant maximam fidem, eo quod nec vllum secum comedere pateretur, nec ipse ad alium inuitatus accederet. Dicunt enim quidam propterea noluisse eum cum quoquam comedere, eò quod turpiter manducaret escāsque perciperet. Alij verò propter excellētem ciborum abstinētiam hoc eum facere prædicabant.

Io. Chrysostomus amplectitur vitā christianam. Theodorus. Maximus.

Io. chrysostomus fit lector in ecclesia Antiochena.

Fit presbyter.

† debebat.

Liberæ linguæ Chrysostomus emendatio cleri.

Serapio diaconus chrysostomi.

Sacerdotes aduersus Chrysostomum conspirant.

SOZOMENVS.

Ego tamen, quodā viro veraci referēte, audiui quòd propter abstinentiam capite & stomacho sæpe dolebat, & ideò prandiorū epulas euitabat.

SOCRA-

SOCRATES.

Porrò populus propter sermones quos in ecclesia faciebat, diligebat eum parui pendens accusatorum voces. Quales verò sint eius libri, nō † oportet nunc dicit: quoniam legentibus poterunt indicari. Igitur cùm clero tantummodo esset exosus, machinationes contra eum non omnino valuerunt. Quum verò etiā plurimos Procerum obiurgare cœpisset, tunc inuidia contra eum maior accensa est. Et plurima quidem aduersus eum dicebantur: multa quoque faciebant audientibus fidem.

† attinet iam dicere:

Quomodo Eutropius Præpositus Imperatoris fuerit interemptus. Caput 4.

Eutropius Eunuchus præpositus cubiculi.

ELius derogationibus dedit augmētum homilia contra Eutropium tunc prolata. Eutropius enim Eunuchus Præpositus Imperatoris, B & habens Consulis dignitatem, volens in quosdam qui ad ecclesiam confugerant, animaduertere, operam dedit vt ab Imperatoribus lex poneretur, iubens vt nullus ad ecclesias confugeret, imò qui dudum cōfugerant, traherentur. Sed Dei sequutum est repentè iudicium. Erat ergo proposita lex. Post paucos verò dies quum ipse Eutropius offendisset Imperatorem, inter refugas erat apud ecclesiam. Episcopus verò Eutropio sub altari iacēte, nimióque percusso timore, residens super ambonem, vbi solebat prius facere consuetè sermonē, homiliam increpatoriā fecit aduersus eū. Vnde plurimos magis offendebat, eo quod hominem in infelicitate positū, non solum non miseraretur, sed etiam ne obiurgare quidē desisteret. Igitur Eutropij tunc Consulatus dignitatem habentis, propter quædam crimina caput Imperator iussit amputari, & ex ordine Consulum eius nomen penitus aboleri. Quamobrem Theodori solummodo, qui cum *An. do. 401.* eo Consul fuit, nomen adscriptum est. Pro diuersis igitur caussis multos sæpius liberè obiurgabat, & plurimis erat exosus. Vnde Theophilus Alexandrinæ ciuitatis episcopus, mox post ordinationem caussas eius deiectionis quęsiuit, & quibusdam præsentibus de eo latenter obloquebatur, multis etiam longè positis scribebat. Contristabatur enim non solum propter libertatem illam, sed quod etiam Isidorum presbyterum suum episcopum Constantinopoleos ordinare non valuisset.

Ioan. Chrysostomus declamat publicè in Eutropium.

THEODORITVS.

Ioan. Chrysostomus clerī reformator.

Sacerdotibus igitur Ioannes episcopus supplicabat, vt secundū ecclesiasticas viuerent sanctiones, quas quicunque præuaricati præsumerent, eos ad templum prohibebat accedere. Dicebat enim, quod nec deberent frui honore sacerdotij, qui eorū vitā contemnerēt imitari. Nō solùm autem prouidentiam vrbis Constantinopoleos habebat, sed etiam totius Thraciæ, quæ sex præfecturis est diuisa, & Asiæ totius quæ ab vndecim Præsidibus regitur. His legibus ornabat etiā Pontica regionē, quę totidem Iudicibus gubernari dignoscitur. Cumque cognouisset in *Pontus Phœnicia* Phœnice adhuc dæmonibus sacrificia ministrari, electos monachos & Imperialibus sanctionibus coarmatos aduersus cultores destinauit ido-

Alorum dans pecunias templorum, destructoribus erogandas, non ex ærario publico, sed quas à fidelissimis mulieribus oblatas liberaliter excipiebat sic ab ipso persuasis.

De conuersione Celticorum per Ioannem. Caput 5.

VIdēs verò etiam cohortem Scythicam Arianis retibus illaqueatam, & cogitans de eorum capienda salute, cōsilium huiusmodi venationis inuenit. Eiusdem namque linguæ presbyteros, diaconos, atque Lectores fecit, & vnam eis ecclesiam dedit. Qua occasione multos eorum cepit, cùm & frequēter illuc iret, & per interpretem Scythicum diuinas lectiones exponeret. Hæc ergo intra ciuitatem crebro faciens, plurimos eius gentis Arianorum ad Apostolica dogmata reuocauit. Apud Scythas autem accolas Istri quidam erant desiderium salutis habentes, quò non poterant peruenire. Quod Ioannes cognoscens, quęsiuit viros Apostolico zelo feruentes, cósque misit, & desiderantibus salutis gratiam ministrauit. Ego autem etiā literas eius legi ad Leontium Ancyræ Præsulem, quibus indicauit Scythas fuisse conuersos in nostra prouincia. Et cognoscens in quibusdam vicis Marcionis creuisse languorem, scripsit eius loci pastoribus, vt eos pellerent. Insuper etiam Principis pro hac caussa proferri petiit sanctionem. Quod igitur ecclesiarum curam in animo habuerit, secundum diuinum Apostolum, satis hęc docuerint. Licet autem etiam aliunde illius libertatem intelligere.

Scytha.

Aduersus Marcionistas.

C

De Gaina magistro militum, eiúsque rebellione. Caput 6.

Gainas magister militum Scytha.

GAinas quidam genere Scythicus, consilio Barbarus, studio tyrannico vehemēter elatus, eo tempore quum esset magister militum, multos suæ gentis, multos etiam Romanorum sub suo magisterio habens, terrorem plurimis, etiam ipsi Principi meditatione tyrannidis inferebat. Erat que Arianus. Is ergo rogauit Imperatorem, vt intra ciuitatem ei vnam daret ecclesiā. At ille cum se placare promisit. Tum euocans Ioannem, eique potentiam illius meditatamque tyrannidem dicens, petebat vt data ecclesia, eius refrenaret intentionem. At ille virtute fortissimus: Noli, inquit, ô Imperator hæc promittere, D neque sanctum canibus dare. Non enim potero Deo benedicentes expellere, neque sanctū templum blasphemantibus iniustè contradere. Neque hunc Barbarum metuas Imperator, sed ambos nos iube vocari, & sub silentio inter nos quæ dicuntur audi. Ego namque linguam illius sic frenabo, vt non præsumat petere quæ dari non expedit. Hoc audiēs Imperator gauisus est, & vtrunque altero die vocauit. Tūc Gainas petitionem suam poscebat, Ioannes cōtra dicebat, dicens: Non licet Imperatori pietatē custodiēti, aliquid contra mādata diuina tentare. Cumque responderet ille, quod oratorium & ipse habere deberet, Ioannes ait: Vbique tibi diuina domus aperta est, & nullus te vetat orare. At ille: ego, inquit, alterius sectæ sum, & cum meis vnum templum habere deposco. Multos enim pro Romana republica labores assumpsi, & nō

Ioan. Chrysostomus aduersus Gainam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debeo in mea petitione contemni. Cui Ioannes: Plurima, inquit, præmia, & quæ transcendunt tua certamina percepisti, magister militum factus. Cósulari toga insuper exornatus. Et oportet te consyderare quis pridem fueris, & qualis modo conspiciaris, & quæ prisca paupertas, & quæ præsens substantia. Quibus vestibus vsus fueris antequam Histrum transisses, & quibus nunc vtaris. Consydera igitur paucos labores maxima tibi præmia contulisse, & circa honorantem te non sis ingratus. His sermonibus tantus ille doctor obstruxit os Gainæ, eumq; compulit vt taceret.

SOZOMENVS.

Gainas conatur incendere palatiũ Constantinop.

Igitur quum Gainas adipisci desideraret Imperium, qui pridem de sua fide apud beatam martyrem Euphemiam in Chalcedone Imperatori Arcadio promisisset, diuersa cõsilia reuoluebat, & in sua intentione semper instabat. Cumque per diẽ nihil in vrbe Cõstantinopolitana agere potuisset, machinatus est vt noctu Barbaros mitteret qui Palatium cõcremarent. Tunc vero apertè monstratum est, quomodo Deus custodiat ciuitatem. Missis enim ab eo Barbaris ad incendium atque prædas, angelorum turba apparuit armatorum ingentia corpora habentium. Illi verò putantes esse milites, abscesserunt. Cumque hoc Gainæ fuisset nuntiatum, incredibile visum est. Nouerat enim omnem exercitũ per ciuitates constitutum. Quapropter denuo sequenti nocte alios destinauit. Cumque idem ei renuntiatum fuisset (denuo enim angeli eandem visionem Barbaris ostendebant) nouissime ipse egressus cum multitudine, miraculi sumpsit experimẽtum, arbitratus reuera, quod per diem quidem lateret exercitus, noctu verò pro eius custodia poneretur. Et ita quum intra vrbẽ nihil posset implere, egressus ad Thraciam, aperte hostilem monstrauit intentionem.

THEODORITVS.

Gainæ aperta tyrannis.

Quum igitur aliquantum transisset tempus, diu meditatam tyrãnidem Gainas patefecit. Collecto namque exercitu, per Thracias vniuersa vastabat. Hoc cognoscẽtes & iudices & populi, terrebantur: & neque repugnare illi quisquam audebat, neque apud eum legatione fungi, dum asperitatem Barbaricam formidarẽt: Tum ergo alios omnes tanquam metuentes relinquẽs Imperator, Ioanni viro sanctissimo onus Legationis imposuit: At ille neque illius insultationis memor, neque inimicitiarum quæ hinc exortæ videbãtur, alacriter est profectus ad Thraciam. At ille cognoscens Legarum eiusque fiduciam pro pietate animose assumptam, occurrit ei longo itinere, eiusque dexteram suis oculis circumposuit: insuper etiam suos filios sacra eius genua osculari præcepit. Huius ergo virtutis Ioannes fuit, vt etiam valde terrfbiles humiliari cogeret, & timere.

Io. Chrysostomus Legatus ad Gainam.

Oscula genuũ.

SOCRATES.

De quæstione inter Ægyptios monachos exorta, An Deus corporeus sit, an incorporeus. Caput 7.

EA tempestate quæstio mota fuerat: An Deus corporeus esset, & hominis haberet figurã, an certè incorporeus & à figuta humana omnino alienus. Ex qua quæstione contentiones & certamina plurima surrexerunt, aliis hoc affirmantibus, aliud aliis. Maximè tamen simplices inter monachos corporeum & humanæ formæ Deũ esse iudicabant. Plurimi verò reprobantes illos, Deũ incorporeũ esse dicebant, & à forma corporea segregatum. Cum quibus Theophilus quoque Alexandrinus cõsonabat episcopus, ita vt in ecclesia corã populo cõtra eos qui humanæ formæ Deum asseuerabant contenderet, & Deũ incorporeum suo dogmate definiret. Hæc cognoscentes Ægyptiorum monachi, venerunt Alexandreiam. & seditionem contra Theophilũ velut impium excitarent, ita vt eum occidere niterentur. Hoc ille cognoscens, cogitauit quemadmodũ euitaret mortẽ. Quos sub blandimento suscipiens, hæc eis loquutus est: Sic, inquit, vos video sicut Dei vultum. Hoc dicto monachos à suo impetu reuocauit. At illi: Si verè, inquiunt, dicis, quòd Dei vultus est sicut & noster anathematiza libros Origenis. Et ipsis enim quidam aduersantur opinioni nostræ. Si verò hoc nõ feceris, quæ impiorum & Deo rebelliũ sunt, à nobis sine dubio sustinebis. Ego, inquit Theophilus, quæ vobis placent faciam: nolite in me fœuire. Nam & ego inimicus sum librorum Origenis, & culpo suscipiẽtes. Sic ergo monachos declinauit: & forsitan ideo hæc quæstio hactenus est ablata. Post hæc huiusmodi res accidit. Ægypti monasteriis quatuor venerabiles præsidebãt viri, Dioscorus, Ammonius, Eusebius, Euthymius, germani, qui pro corporis magnitudine Longi vocabantur, sermone vitáque fulgẽtes, & propterea apud Alexandrinos egregij. Sed & Theophilus eos honorabat episcopus. Quamobrẽ Dioscorũ violẽter tractum Hermopoleos fecit episcopũ: duos autẽ eorũ rogauit vt habitarẽt cũ eo, & vix vt episcopus imperauit, factos clericos ecclesiæ œconomos instituit. Cumque illi æstuarẽt quòd minus propositũ suæ cõuersationis implerent, & procedẽti tempore viderent animas suas lædi, cùm episcopus pecuniam haberet multã, & multum auri congregandi studium, repudiabant esse cum eo, & deserti potius habitaculum diligebãt. Cumq; ille nescius eorũ voluntatẽ, sibi eos adesse deposceret: postea videns quòd eum ipsi potius despicerent, iratus interminabatur eis. At illi hoc paruipendentes abscedunt. Porrò Theophilus cùm animo feruens esset, nisus est vt viros illos qua posset arte vexaret. Et fratrẽ interim eorũ Dioscorũ habebat exosum. Cõtristabatur enim quòd eos turba diligeret & coleret monachorũ, & sciebat quòd eis aliter nocere non posset, nisi monachos debellaret. Expertus erat quoque, quòd crebro cũ eis habito sermone, faterẽtur incorporeum esse Deum, & non humanæ formæ, ne forte necessitate humanæ formæ, humana quoque passio sequeretur. Et cùm sic Theophilus saperet, tamen vt se vindicaret, quod bene prius prædicauerat immutauit. Mittens enim in eremum, plurimos monachorũ simplicium & spiritali exercitatione carentium est venatus, dicẽs, nõ oportere sequi Dioscorũ, neque fratres eius dicentes incorporeum

An. do. 401. An Deus corporeus.

Theophilus Alexandrinus. Monachi Ægyptij.

Theophili animus elatus & dolosus.

poreum esse Deum. Deus enim secũdum diuinã A scripturam & oculos habet, & aures, & manus, & pedes, sicut & homines. Dioscorus autem eiusque sequaces, sequentes Origenem dogma blasphemum introducunt, quasi Deus nec oculos, nec aures, nec manus habeat, neque pedes. Hac seductione monachorum plurimi sunt decepti, & seditio feruentissima monachorũ suscitatur. Sed exercitati viri seducti non sunt, simplices autem ardore fidei repentè contra fratres insurgunt. Et facta seditione alteri alteros impetebant. Theophili sequaces Origenistas & impios appellebãt fratres. Isti verò sequaces Theophili Humaniformianos vocabant. Ob quam rem orta immani seditione, Theophilus cum armatorum multitudine venit in Nitriam contra Dioscorum eiusque fratres. At illi vix fuga valuerunt declinare pericula.

Dioscorus. Ammonius. Eusebius. Euthymius.

Dioscorus. Hermopoleos episcopus.

Homousiani.

Quemodo hymni nocturni à Ioanne sint incepti. Caput 8.

Io. Chrysostomus orationes addidit hymnis nocturnis. Ariani Sabbato & Dominica.

CVm hæc in Ægypto fierent, Ioannes Constãtinopolitanus doctrina florebat, & apud cunctos fauorabilis habebatur. Auxitq; primus in nocturnis hymnis orationes ob huiusmodi causam. Ariani (sicuti dictum est) extra ciuitatem collectas agebant. Sabbato autem atque Dominica intra portas & porticus congregati, hymnos & antiphonas ex Ariano dogmate compositas decantabant. Et hoc maxima noctis parte faciẽtes, diluculo cum ipsis antiphonis per mediam ciuitatem egressi portam ad suã ecclesiam concurrebant. Cumque hoc crebrò quasi ad vituperationem orthodoxorum facere non cessarent frequenter enim etiam hoc cantabant: Vbi sunt qui dicũt tria virtute vnum? Tum Ioannes metuens ne simplices huiusmodi cantibus traherẽtur, instituit suũ populum, vt & ipsi nocturnis occuparentur hymnis, vt & illorũ obscuraretur opus, & fideliũ professio firmaretur. Studium ergo Ioannis valde vtile, cũ turba periculisque finitũ est. Nam cùm clariores hymni homousianorũ noctu apparerẽt (fecerat enim etiã cruces argenteas, quæ cũ argenteis cereis portabantur, expensas ad hæc Eudoxia Augusta præbente) tum Ariani zelo tracti, vsque ad cædẽ insurgunt. Vna ergo nocte, facta congressione, lapide in fronte percussus est † Brison eunuchus Augustæ, qui ad hymnos exercendos fuerat deputatus. Sed etiam quidam ex populo vtriusque partis extincti sunt. In his motus Imperator, prohibuit Arianos hymnos publicè decantare.

† Crison.

† Brison eunuchus Augustæ.

Quòd episcopo Ignatio angelorum Deum laudantium visio sit ostensa. Caput 9.

Antiphonarum origo.

DIcendum autem est vnde sumpserit initium, vt in ecclesia Antiphonæ decãtentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius post apostolũ Petrum episcopus, qui etiam cum ipsis vixerat Apostolis, vidit angelorum visionem, quomodo per Antiphonas sanctæ Thrinitati dicerẽt hymnos. Isque modum visionis Antiochenæ tradidisse probatur ecclesiæ: & ex hoc ad cunctas trãsiuit ecclesias.

SOZOMENVS.

De inimicis Ioannis. Caput 10.

FErtur verò quòd inter alia Ioannes etiã propter Seuerianum Gabalensem episcopum, odium Augustæ sibi constauerit. Is enim Seuerianus & Antiochus Ptolemaidos, ambo eloquentissimi erant, & coram ecclesia docere instructi. Veniens ergo prius Antiochus Constãtinopolim eloquẽtia promotus, atque pecuniis ditatus, in suam reuersus est ciuitatẽ. Quẽ æmulatus Seuerianus postea venit, videns quòd Ioãnes frequenter in ecclesia sermone facto mirabilis apparebat. Erat quoque honorabilis apud multos Proceres. & apud ipsum Imperatorẽ pariter & Augustam. Itaque cùm Ioãnes profectus fuisset in Asiam, huic commendauit ecclesiam. Credebat enim eius blandimẽtis, quòd se renera diligeret. At ille magis se auditoribus commendabat. Quod cùm Ioãnes audisset, Serapione nunciante, æmulari cœpit. Reuersoq; ab Asia Ioãne, contigit transeunte Seueriano, vt studio non assurgeret Serapio. At ille exasperatus clamauit: Si Serapio clericus mortuus fuerit, Christus in humanatus non est. Ob hanc rem accusatus à Serapione velut iniuriosus & in Deũ blasphemus, ciuitate pulsus est à Ioanne. Quod Augusta cognoscens per familiares Seueriam, mox eum à Chalcedone fecit reuocari. Porrò Ioannes multis rogantibus, eum videre refugiebat, donec in Apostolorum ecclesia in eius genibus poneret Augusta Theodosium filium suum, supplicãs & sæpe adiurans, vt Seuerianum ipsius conciliaret affectui.

10. Chrysostomus quo pacto odiũ Augustæ sibi constarit.

Antiochus.

Seueriamus pulsus Constãtinopoli.

SOCRATES.

Interea monachi ab eremo Cõstantinopolim veniũt cum Dioscoro & fratribus, cum quibus Isidorus qui Theophilo amicissimus pridẽ, ob huiusmodi causam postea fuerat inimicus. Petrus quidam archipresbyter Alexandrinæ fuit ecclesiæ. Hunc Theophilus ab ecclesia ex odio proiecit, culpans eum quasi mulierem quandam Manichæam, non prius abrenunciantem hæresim, in communionem sacram suscepisset. Cumque Petrus diceret se eam iussu Theophili suscepisse, illo neganre, Isidori testimonium Petrus implorabat, quòd hoc actum non ignorasset episcopus. Eo tempore Isidorus Romæ agebat, a Theophilo missus ad Damasum, vt ei Flauianum Antiochiæ reconciliaret episcopũ. Verùm reuersus Isidorus Petri responsione veram esse firmauit, dicens quòd mulier Manichæa cũ episcopi fuisset iussione suscepta. Hinc accensus Theophilus, ambos expulit ab ecclesia. Ob hãc ergo causam Isidorus cum Dioscoro & reliquis Constantinopolim venit, vt Principi & Ioanni eius facta narraret. Hæc Ioannes cognoscẽs honorabat principio viros, eorumque fruebatur orationibus. Communione verò sacra cum eis ante causæ cognitionem participare nõ voluit. His ita gestis, peruenit ad Theophilũ sermo falsus, tanquam Ioannes illis communicasset, vt eis ferret auxiliũ. Parabãtque vt nõ solùm de Dioscoro & Isidoro sese vlciscerentur, sed etiã Ioannem episcopatu deponerent. Misit ergo ad singulares episcopos ciuitatum epistolas, celans intentionem suam, culpans tamen Origenis libros. Deinde Epiphanium Cypri fecit amicum,

Petrus archipresbyter Alexandrinus.

Isidorus pulsus Alexandria.

12. Chrysostomus recipit Petrum & Isidorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm prius eius fuisset inimicus, tãquam de Deo E minus bene saperet, eumq; formam hominis habere iudicaret. Tunc ergo quasi ex pœnitẽtia, eius se professus est sequi sectam, egitque vt synodus episcoporum Cypri celebraretur, vt libri damnarentur Origenis. Porro Epiphanius propter nimiam sui reuerentiam atque simplicitatẽ circumuentus constituta synodo lectionem librorum Origenis interdixit. Misitque literas ad Ioannem, monẽs vt ab Origeniana lectione abstineret: & synodo congregata quæ placuerant, etiam ipse firmaret. Theophilus igitur famigeratum illum Epiphanium circumueniens, & cognoscens sua vota proficere, etiam ipse collectis episcopis libros damnauit Origenis, qui penè ante ducentos defunctus erat annos: non quòd huiusmodi haberet intentionem, sed studens Dioscoro eiusque nocere sequacibus. Ioannes autẽ parumpendens quæ ab Epiphanio & Theophilo fuerant nunciata, in doctrina ecclesiastica laborabat, & in ea quidem florebat. Nihil tamen de his quæ contra eum cogitabantur sæpe, curabat. Cumque Theophilus iam manifestè studere videretur, vt Ioannem episcopatu deponeret: tunc etiam inimici Ioannis Theophilũ sunt sequuti: & multi clerici, multi procerum palatij tempus inuententes opportunum, nitebãtur vt synodus Constantinopoli fieret contra Ioannẽ. Et hoc tam per epistolas sibiipsis, quàm per verba mandabant. Auxit igitur odium Ioanni causa Seueriani & Antiochi episcoporum quæ supra relata est.

Theophili subdola vafricies

Ioannes chrysostomus.

Quomodo Epiphanius Cyprius Ioanni fuerit inimicus. Caput 11.

Epiphanius Cyprius constãtinopolim.

POst paucũ verò tempus episcopus Epiphanius Constantinopolim venit, portãs dãnationem librorũ Origenis. Quibus non quidem ipsum Origenem excõmunicatum decreuerant, sed libris tantũ modò derogauerãt. Egressus ergo ad Basilicam sancti Ioannis miliario ab vrbe septimo cõstitutam: & collecta ibidẽ celebrata, ordinatóque diacono rursus venit in ciuitatẽ, & inuitationẽ quidẽ Ioãnis declinauit causa Theophili: in propria verò mansione habitare magis elegit. Et vocãs tunc præsentes episcopos dãnationẽ librorum Origenis legabat eis. Et quidam habentes Epiphanij reuerentiam subscribebãt, plurimi autẽ hoc facere recusabant. Quorũ fuit H etiã Theotimus Scythiæ præsul, qui ita respondit: ego inquit, ô Epiphani, neque ei qui pridem bene requieuit iniurias infero, neq; rẽ blasphemã tentare præsumo, dãnans ea quę priores nostri respuere noluerũt. Proinde neq; malam doctrinam in libris Origenis esse conspicio. Tunc proferens libros Origenis legit, & ecclesiasticas expositiones ostendit, ac postea procedẽs dicebat: Qui his cõtumelias inferũt, nesciũt seipsos. Hæc ergo Theotimus vitæ rectitudine nobilissimus Epiphanio respondisse fertur. Sed quoniã detractores plurimi subrepentes, velut blasphemum respuunt Origenẽ, pauca de his dicere nõ videtur absurdum. Viles homines, & qui per seipsos nequeunt apparere, vituperando melioré esse se aliquid conantur ostẽdere. Hoc passus est primò Methodius, Lyciæ Olympi ciuitatis episcopus, deinde Eustathius pauci præsul temporis, & post eum Apollinaris, nouissimè Theophilus. Isti derogabant Origeni, & alij ob aliam causam ad accusationem eius accesserunt. Methodius igitur cùm multum derogasset primùm Origeni, postea velut ex pœnitentia miratus virum, in dialogo quem attitulauit Xenonem, sic ait: Sed quia amplius ego de illorũ querimoniis factis contra Origenẽ loquar? Quum enim culpant eũ pro quibus putant causis, & nihil quasi malè credentem de sancta Trinitate reperiunt, ostenduntur in eo magis pietatis & rectitudinis testimonia perhibere. Athanasius autem defensor Nicæni concilij, libris propriis contra Arianos voce clara testem suæ fidei hunc virum vocat, illius libros coniungens suis, & hæc dicens: Mirabilis, inquit, & laboriosissimus Origenes hoc de filio Dei nobis testimoniũ perhibẽs, ait, coæternum eum asseuerãs patri. Ignorant igitur seipsos derogatores Origenis, etiam laudatorẽ eius Athanasium blasphemantes. Hæc de Origene dicta sufficiãt. Nunc sequamur historiam.

Methodius in Xenone de Origene.

Athanasij testimonium de origine.

Quomodo Ioannes acceperit Epiphanium. Caput 12.

IOannes igitur Constantinopoleos indignatus F non est, quòd præter regulas in ipsius ecclesia ordinationem fecisset Epiphanius, sed tamẽ rogabat vt inter episcopos cũ eo maneret. At ille nec manere se cum eo nec orare respondit, nisi Dioscorum & qui cum eo erãt, vrbe depelleret, & ipse in librorum Origenis damnatione subscriberet. Ioanne hæc facere differente & dicẽte, nõ oportere ante catholicam cognitionem aliquid facere petulanter: ad hoc consilium ab inimicis Ioannis Epiphanius instigatur. Quũ esset in Apostolorum ecclesia celebranda collectio, procedere faciunt Epiphanium, & coram omni populo Origenis damnare libros & adiudicare Dioscorum eiusque sequaces, simul quoq; derogare Ioanni velut eorũ defensori. Hæc Ioanni nunciantur. Altero verò die quum iam venisset Epiphanius ad ecclesiam, hæc per Serapionem verba mandauit: Contra regulas multa gessisti ô Epiphani. Primùm quidem, quòd ordinationem fecisti in ecclesia sub meo iure constituta: deinde quia me non iubente, in ea, autoritate propria sacra celebrasti. Rursus quòd inuitatus excusasti, & nunc denuo in teipsum confidis. Quapropter obserua ne turbatio nascatur in populo, & huius rei periculũ ipse suscipias. Hæc cùm audisset Epiphanius ab ecclesia formidans abscessit. Quumque reuersurus esset ad Cyprũ, ferunt quidam hęc eum mandasse Ioanni. Spero quod non morieris episcopus. At ille remandauit: Spero te ad tuam patriam non rediturũ. Hęc vtrum verè dicta sint, nescio: ambo tamen hunc habuêre finem. Nam nec Epiphanius viuus peruenit ad Cyprum, sed in naui defunctus est, & Ioannes paulò post ab episcopatu depositus est.

Epiphanius Origenis libros damnat & Dioscorum.

Io. chryso. ad Epiphanium.

Epiphanius subducit se.

Cur Augusta grauiur. & per quas Ioanni sit facta inimica. & quomodo in exilium fuerit deportatus. Caput 13.

CVmq; Epiphani° discessisset, perlatũ fuit ad Ioannem, quod Eudoxia Augusta eũ cõtra Ioannem

B. Chrysostomus aduersus Eudoxiã Aug.

Ioannẽ armasset: & hinc accensus, linguæ vbertate sermonem fecit ad populum cunctarũ mulierum vituperatione plenum. Hunc sermonem populus omnis arripuit quasi contra Augustam prolatus esset, & ita peruenit ad aures Imperatoris. Quod Augusta cognoscens, velut iniuriam suam narrauit Imperatori, dicẽs illius magis esse cõtumeliam quæ ipsius vxori fieret. Quamobrẽ factũ est vt Theophilus contra eum perquã velociter synodum celebraret. Quod etiam Seuerianus simul agebat: erat enim adhuc inimicus. Inter hæc Theophilus venit, multos simul episcoporum mouens. Confluebant igitur plurimi Ioannis inimici. Aderant etiam quos ab episcopatu remouerat. Omnes ergo concorditer in Chalcedone conuenerunt, vbi tunc erat episcopus Cyrinus multa contra Ioannem loquens, impium eum superbúmque vocans. Episcopi verò delectabantur talibus. Porrò Maruthas Mesopotamenus episcopus, inuitus Cyrini calcauit tunc pedẽ. At ille dolore constrictus Constantinopolim cum episcopis transire non potuit: alij verò sunt transuecti.

An. do. 403. Concilũ in Chalcedone contra Ioan. Chrysostomũ. Cyrini mors.

SOZOMENVS.

Postea verò cùm dolore laboraret eius crus cõtinuò est abscissum: quia putredo penè omne corpus eius inuaserat, & in pedẽ aliũ iam serpebat. Is ergo post paululũ temporis est defunctus.

An. do. 404.

SOCRATES.

Theophila autem ab Alexandria venięti nullus occurrit, nec solenni honore potitus est. Erat enim apertissimus inimicꝰ. Sed Alexãdrini nautæ, qui tunc venerant cum frumentis, occurrentes cum fauorabiliter susceperunt. Cumque venisset Constantinopolim, restituit in ecclesiam introire, sed in vna domo Augustarum, vocabulo Placidonia tunc habitauit. Hinc ergo cœperunt contra Ioannem mouere causas: & nõ iam de libris Origenis mentio ferebatur, sed has accusationes illicitas excitabãt. His ita præparatis, conuenientes episcopi in suburbano Chalcedonensi, quod Rufini nomine vocitatur, vbi est in honore Petri & Pauli Apostolorũ basilica cõstituta, euocauerũt Ioannem satisfacturum pro quibus accusabatur: iusserunt̃que vt cum eo venirent Serapion, & Tigrius eunuchus presbyter, & Paulus lector. Isti enim simul accusabantur. Cumque Ioannes euocantes velut inimicos refugeret, vniuersalem synodum fieri proclamauit. At illi nihil morati quater eum euocauerunt. Qui cùm noluisset occurrere, sed synodum fieri proclamaret, damnauerunt eum: in nullo culpãtes, nisi quòd vocatus noluisset obedire. Cumq; hoc fuisset circa vesperam nunciatum, populus ad seditionem maximam excitatus est: & noctu concurrentes, eum trahi ab ecclesia non sinebant, sed clamabant, vt apud maius concilium de eo agitaretur examen. Porrò iussio Principis vrgebat, velociter eum eiici, & in exilium deportari. Hoc cognoscens Ioannes tertio damnationis die circa meridiẽ seipsum populo ignorante contradidit. Cogitabat enim ne vlla propter ipsum seditio nasceretur. Et ille quidem in exilium ducebatur. In populo autẽ seditio enormis est exorta, ita vt etiam multi inimicorũ eius

Domus Placidiæ Augustæ Accusatur Chrysostomus.

Condẽnatur.

Mittitur in exilium.

A misericordia mouerẽtur, dicẽtes eum calumniã passum, quem paulò ante desiderabãt videre depositum. Quamobrẽ clamabant omnes contra Principem atque conciliũ sacerdotũ, & maximè contra Theophilum. Nõ enim eius machinatio iam poterat latere, quæ multis quidem indiciis apparebat, maximè quòd Dioscoro eiusq; fratribus mox post Ioannis deiectionẽ communicauerat. Tum igitur etiam Seuerianus in ecclesia docẽs Ioanni derogabat, dicens: Et si in nullo alio vituperãdus Ioannes est, eius tamẽ superbia crimen est ad damnationẽ sufficiẽs. Omnia nanque peccata remittũtur hominibus, superbis autem Deus resistit, sicut sanctæ scripturę docent.

Seuerianus de Io. Chrysostomo.

Iacob. 4. b 1. Pet. 5. b

Quomodo sit reuersus, & denuò à calumniatoribus impetitus. Caput 14.

B ORta igitur immẽsa seditione, populo discurrẽte, & ad ipsa regalia proclamante, Augusta permota rogauit Imperatorẽ, vt eum reuerti præciperet. Misso igitur tunc eunucho † Bresone, etiam necessitas Ioanni inuito, vt in ciuitatẽ ingrederetur imposita est. Cũ verò rediisset, cum multo eius honore ad ecclesiam plebs occurrit. Et mox vt Ioannes ingressus est, rogabant vt in episcopali sede resideret, & populo orationem pacis impenderet. Quod cùm refutaret atq; diceret, quòd hoc oporteret iudicio fieri synodali, & eos qui damnauerant, suam sententiã reuocare, accendebantur omnes eum videre in loco proprio residentem, & verba doctoris audire. Qui licet diu tardaret, prævaluit tamẽ populus, & eum in sede residere episcopali coẽgit, & cõsuetæ orationem præbere pacis. Coactus etiam sermonem fecit ad populum. Hęc causa aliã præbuit inimicis occasionem. Et primũ quidem de Heraclidæ ordinatione contra eũ mouere dicebatur Theophilus quęstionẽ, vt Ioannem huius rei occasione deponeret. Verũm Heraclides nõ aderat, iudicabatur autem veluti præsens, quasi quosdam imusitè cæcidisset, catenisque vinctos misisset in pompam Ephesi per mediã ciuitatẽ. Cumque pars Ioannis diceret auditoriũ debere iustè constitui, Alexandrini contendebãt vt Heraclidis accusatores susciperentur. Hinc ergo seditio & cędes inter Constãtinopolitanum populum & Alexandrinum vehemens est exorta. Ob quã rem plurimi vulnerati, pauci etiã mortui sunt. Hæc videns Theophilus, repentè diffugit Alexandriam. Quod etiam alij fecerunt episcopi, præter paucos, qui personam Ioannis amplectebantur. His ita gestis, reprehẽsibilis Theophilus est inuentus. Cuius auxit inuidiam, quòd rursus Origenis libris incumberet. Qui cùm à quodam fuisset interrogatus, quomodo ea quæ damnauerat rursus amplecteretur, ita respõdit: Origenis libri similes sunt prato floribus vniuersis pleno: quicquid ergo in eis bonũ inuenero, hoc decerpo. Si quid verò mihi spinosum occurrerit, hoc quasi pungat, omitto. Hæc ergo Theophilus ait, nõ cõsyderans Salomonis sapiẽtissimi verba dicentis, quòd verba sapientũ sicut aculei sunt. Ob hãc ergo causam apud oẽs Theophilus reprehẽsibilis videbatur. Porrò Dioscorus Hermopoleos episcopus paulò post fugam Theophili mortuꝰ est, clarãq; sepultꝰ in basilica

Heraclides à chrysostomo ordinatus, accusatur.

seditio.

Theophilus recurrit Alexandriã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud illicem constituta. Vbi propter Ioannē sy-
nodus fuerat celebrata.

THEODORITVS.

An.do. 405. Contra Eutyq. Chrysostomi.

Missus ergo tunc Ioannes in exiliū, apud ostiū habitabat Ponti, quod vocatur Hieron. Quumque per noctem terræmotus ciuitatem regiā inuasisset, Legati mane mittebantur ad eum, rogātes vt velociter reuerteretur ad ciuitatem, & orationibus suis pericula remoueret. Sed & alij post illos, & rursus alij destinati sunt, ita vt Legatis Bosphorus repleretur. Quod quum fidelissimus populus cognouisset, fluctus Propontidos nauibus est opertus. Omnes enim occurrerunt cæreos & lampades accendentes pro reuersione pastoris.

Occurrunt. Chrysostomo

SOZOMENVS.

Nilammon.

Interea cùm Theophilus nauigio Hierapolim aduenisset, mortuo eius ciuitatis episcopo, Nilāmonem monachum elegerunt ciues. At ille cùm crebrò refugeret, ei Theophilus suadebat, ne sacerdotium refutaret. Tum ille promisit, dicens: Cras quod domino placet, implebitur. Altero verò die venientes ad cellam eius cogebant eum. Tum Nilammon, prius, inquit, oremus. Quod cùm Theophilus laudasset, simul orabat. Nilammon autem repentè finem vitæ cum illa oratione suscepit.

SOCRATES.

Qualiter Ioannes tractauerit Augustam. Caput 15.

Serapion.

IOannes itaque doctrinis occupabatur, ordinauitque Serapion Heracliæ Thracensis episcopum. Vnde contra eum maius odium excitatur. Nam paulò post hæc contigisse noscuntur. Augustæ Eudoxiæ statua argentea constituta est in colūna Porphyretica chlamyde circumamicta: eratque posita nec proximè nec longè ab ecclesia Sophia, quam plateæ tantummodo diuidebat iter. Illic ergo consuetè Ludus publicus occurrebat. Porrò Ioannes iniuriam hoc arbitratus esse ecclesiæ, confuetā fiduciā rursus suam armauit linguam. Et cùm oporteret principes supplicationis verbo deflectere, vt à tali Ludo recederetur, hoc non fecit, sed impetu suæ vsus eloquentiæ, iubentes fieri talia obiurgabat. Augusta verò rursus ad suam hæc trahebat iniuriū, & denuò præparabat, vt aduersus eum synodus celebraretur episcoporum. Hoc sentiens Ioannes illam notissimam in ecclesia protulit homiliam, cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursusq; turbatur denuò saltat, denuò caput Ioannis in disco concupiscit accipere. Quod factum amplius ad iram accendit Augustam.

Statua Eudoxiæ Aug.

Ludus circa statuam Aug.

SOZOMENVS.

De insidiis quæ Ioanni fiebant. caput 16.

Subornati trucidare qui Chrysostomū occiderent.

INterea quidam homo comprehensus est, qui Ioannem volebat occidere, traditusq; ad supplicium Præfecto, à Ioāne ne perimeretur ereptus est. Postea verò Elpidij presbyteri seruus, cursu in episcopum irruens, eum interimere nitebatur. Et dum à quodam teneretur, & ipsum repentè percussit, simul & alium adstantem, & tertiū. Tum clamore facto & multis conuenientibus plurimos interemit, nouissimè tentus & traditus est. Ex illo tempore Ioannem populus custodiebat die noctuque eius circumcidentes domum.

SOCRATES.

De secunda depositione Ioannis, & de schismate facto propter eum. Caput 17.

Altera Gnodus propter Chrysost.

PAulò pòst aderāt episcopi, Leontius Ancyræ Galatiæ, Ammonius Laodiciæ, † Bretton Thraciæ Philippensis Acacius Beroææ Syriæ, & alij quidam. His præsentibus accusatores priores denuò mouebantur. Ioannes itaque cōsidebat in talibus, rogans vt accusatio decenter flagitaretur. Cumque superuenisset festiuitas Natalis Saluatoris, Imperator solenniter ad ecclesiā non venit, sed mandauit Ioanni, quod ei non communicaret nisi criminibus prius exueretur. Comq; pro securitate Ioannis accusatores eius valde terrerentur, præsentes episcopi nihil aliud requirebant, nisi quod post depositionē nō decreto consilij resedisset in sede. Cumque ille responderet, quod sexagintaquinque episcopi cōmunicantes ei decreuissent, Leontius & alij reclamabant dicentes: Sed plurimi te ô Ioannes deposuerunt. Cumque denuò Ioannes hanc regulam nō orthodoxorū ecclesiæ, sed esse firmaret Arianorūnam in Antiochia congregati pro dānatione fidei de Consubstantialitate prolatæ, odio Athanasij hanc regulam protulerunt: Tū illi non recta satisfactione condemnauerunt eū, non intelligentes quod dum hac regula vterentur, Athanasium quoque deponerent. Hæc acta sunt circa festiuitatem Paschæ. Mandauitq; Imperator Ioanni, nō se posse ad ecclesiam venire, quod eum duo concilia condemnassent. Vacabat ergo Ioannes, & nequaquam in ecclesiam descendebat. Moxque omnes ei fauentes ab ecclesia recedentes, Pascha quidē in Thermis quæ Constantinianæ vocantur, celebrauerunt. Cum quibus plurimi episcoporū, presbyterorum, & sacri ordinis clericorū commoti sunt, collectiones seorsum per loca diuersa celebrantes: vnde etiam Ioannitæ vocati sunt. Porrò Ioannes duobus mensibus nusquā processit, donec Princeps eum duci iuberet in exilium. Et ille quidem tractus ab ecclesia, ducebatur. Quidā verò Ioannitarum eo die ecclesiam incenderunt. Quæ ardēte flans ventus etiam basilicam Senatus pariter cōprehendit. Quod actum est vicesimo Ianuarij mēsis, Cōsulatu Honorij sexto & Aristhenis. Ob quam rem Optatus Præfectus vrbis cū Paganus esset, odio Christianorū plurimos Ioannitarum diuersis tormentorum generibus laniauit.

Ioānitæ vocati, qui erant à patre Ioannis chrysostomi.

An.do. 406.

THEODORITVS.

De exilio & morte Ioannis. Caput 18.

Chrysostomus vbi exularit. Cucusus.

IOannes igitur nō solū è ciuitate pulsus est, sed etiam in quoddā exiguū oppidū atque desertū Armeniæ Cucusson destinatus est. Inde rursus ad Pityuntem vbi fines sunt Ponti Imperiiq; Romani, quæ loco crudelibus Barbaris sunt vicina

Sed

Sed clemens dominus non permisit victorem Asoler) accepta licentia, prædā circa mulierū ornamenta faciebant, Zonas aureas, dextralia, monilia, † lauatoria, annulos, diademata, & cum ipsis auribus earum auferētes inaures. Ob quam rem turbatio maxima & gemitus in ciuitate prouenit. Nec sic tamen illi affectum deposuere Ioannis: verum publicè plurimi cōuenire, nec in platea nec in balneo præsumebāt. Quibusdā etiam erat domi quoque manere periculosum, ita vt ciuitatem declinarent: Multi siquidem viri, plurimæq; mulieres nobili genere procreatæ, virginitate atque virtute vitæ laudabiles fugerunt.

† *Libateria.*

Innocentius Rom. pont. pro Chrysostomo.

chrysostomus moritur.

Inter hæc Innocentius Romanus antistes audiens de Ioanne, & molestè ferens, volensq; generale celebrari concilium, scripsit Ioanni & clero Constantinopoleos quod non oporteret Ioanni successorem dari, nec eius clerū alij parere pontifici, quas prolixitatis causa non transtuli. Aiunt verò Ioannem cùm in exilium duceretur per visionem cognouisse diem quo moriturus esset, ostensum sibi à Basilico martyre in Comanis: vbi cum esset itinere fatigatus, dolorem capitis non ferens & ardorem solis, vitam languore finiuit.

SOCRATES.

An.do. 405.

Quartodecimo die Septembris mensis, Consulatu Honorij septimo, & Theodosij secundo.

THEODORITVS.

Quomodo Illyricum & occidens propter Ioannem ab Orientalibus se suspenderint episcopis. Caput 19.

HVius igitur iniustitiæ causas abominati sunt præcipuè Europæ Pontifices: ab eorū namque se suspenderunt, communione: pariter omnes Illyrici eius partis effecti sunt. Orientales autem plurimi quidē iniustitiam declinauerunt, corpus tamen ecclesiæ diuidere noluerunt. Verū mortuo illo omniū doctore terrarum, nō prius Occidentales episcopi Ægyptiorum & Orientalium, Bosphorenſium atque Thracēsium sunt amplexi cōmunionem, quàm illius sacratissimi viri nomen inter prædecessores poneretur episcopos. Et Arsacium quidem, qui post eum ordinatus est, ne alloquio quidem dignati sunt. Atticum verò Arsacij successorem, legationē crebro mittentē, & pacis pignora postulantē, in διπτύχοις scripto Ioannis nomine, postea susceperūt.

SOCRATES.

De ordinatione Arsacij Constantinopolitani, & eius odio propter Ioannem. Caput 20.

An.do. 406. Constantinop. episcopos.

TRansactis itaque diebus paucis, Arsacius Constantinopoleos ordinatur episcopus, Nectarij frater, valde longæuus, & plusquam octuaginta annos habens, qui māsuetissimè admodum regebat episcopatum.

SOZOMENVS.

Cuius opinioni derogauit postea, quod cum Ioannis fautoribus agebatur. Nam cùm Arsacio communicare nollent, nec orationem habere communem, sed (sicuti dictum est) seorsum per loca secreta vltima ciuitatis, sacra celebrarent, hæc ille renunciauit Imperatori. Cumque iussisset vt eos manu militari turbaret, lapidibus atq; fustibus populum conuertit in fugam. Nobiliores autem & magis propensos in amorem Ioannis coniecit in carcerem. Porrò milites (vt fieri

An.do. 406. Grando Constantinopoli.

Eo tempore etiā grando vehemens Constantinopoli & circa eius suburbana decidit. Quod factum est Consulatu eodē Honorij sexto, & Aristenæti, die tricesimo Septēbris mensis, quod dicebant dei ira factū, eo quod sine iudicio Ioannes fuisset condēnatus. Quibus verbis incremētum dedit mors Augustæ continuò subsequuta. Quarto nanq; die post grandinem est defuncta.

SOZOMENVS.

Tum verò Cyrinus Chalchedonensis episcopus, qui Ioannem crebrò lacerauerat, fecto pede defunctus est.

SOCRATES.

chrysostomus Nouatiani fuit.

Alij tamē dicebāt, Ioannē hoc iustè perpessum, eo quod multas ecclesias Nouatianorū, Quarto decimanorum, & aliorum tulisset hæreticorum.

SOZOMENVS.

De Eutropio lectore propter Ioannem in carcerem coniecto. Caput 21.

Eutropius lector in carcerem.

EO tempore quidā lector Eutropius est detectus, quasi & ipse in ecclesiam misisset ignē. Qui cùm multa fuisset tormenta perpessus, coniectus in carcerē, paulò pòst est defunctus. Quid autem de eo contigerit existimo esse memorandum. Quidam vidit in somnis adstitisse altari virum pulchritudine & magnitudine decoratum, quasi in honore martyris Stephani cōsistentem & quasi cogitantē eo quod boni viri nusquā inuenirētur, atq; totā se circumire ciuitatē, & nisi Eutropiū nullū penitus inuenisse. Cumq; is qui viderat, experrectus fuisset, somniū retulit fidelibus viris. Deinde requirens eos qui à Præfecto comprehensi fuerāt & verberibus macerati, inuenit Eutropiū, eique retulit visionē. At ille flēs, orationem sibi dari ab eo qui viderat, implorauit. Quumq; diuersos Præfectus torqueret, nec personas incēdij reperiret, etiā mulieres quasdā tenens suadebat vt episcopi communionē amplecterentur Arsacij, & multæ quidem declinauerunt: Olympias antè iniustum credēs malitiæ satisfacere dixit: Adiice mihi calūniatores & violentiam maiorem impone: mihi verò fas non est cōmunicare, & ea facere, quæ piis non licet perpetrare. Quam cùm nequisset flectere præfectus vt cōmunicaret Arsacio, tum dimissam & paulò pòst tētā, multo nudauit auro, hoc modo credēs

chrysostomus torquetur propter factum incendium.

Olympias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius frangi constantiam. Eo tempore Tigrius E presbyter veste nudatus, & dorso cæsus, ita tẽsus est, vt pedũ eius ac manuum articuli soluerẽtur.

SOCRATES.

De morte Arsacij & ordinatione pontificis Attici. Caput 22.

Arsacius moritur. An. do. 407.

ARsacius itaque quum modicum vixisset tẽpus, defunctus est, Consulatu sequenti Stiliconis secũdo, & Anthemij, vndecimo die Nouembris mensis. Quo mortuo, de episcopatu Constantinopolitano magna cœpit esse contentio. Et propterea quum quatuor vacassent menses, sequenti Consulatu Arcadij sexto & Probi, Atticus ordinatur episcopus, genere Armenius, habitu monachus, à iuuentute sua naturali sapientia decoratus.

Atticus succedit. An. do 408.

SOZOMENVS.

De successione diuersorum patriarcharum. caput 23.

Siriciur. An. do. 401. Anastasius. An. do. 404 Innocentius. Rom. pont. Flauianus. Antiochenus. porphyrius succedit.

INterea quum Siricius quinque annis Romanorum rexisset episcopatũ, Anastasius ei successit. Post quem Innocentius Pontificatus iura suscepit. Defunctus quoq; est etiam Flauianus, non consentiens in damnationem Ioannis. Flauiano moriente, Porphyrius Antiochenũ suscepit episcopatum. Et quoniam plurimi contra Ioannem consenserant, propterea in Constantinopolitana vrbe multa diuisio facta est, ita vt missas apud seipsos plurimi celebrarent, & scandala prouenirent: quoniam propter gratiam Arsacij atque Porphyrij: necnon Theophili Alexãdrinæ ciuitatis episcopi, pridẽ studio Procerum posita lex fuerat, iubens omnes in ecclesiam cõuenire, & qui nõ cõmunicarent, procul expelli.

De concussionibus quas Barbari reipublica inferebant. Caput 24.

Huni in Thracism. Latrones Isauriæ. Stilicon. An. do. 412.

EO tempore cum discordia sacerdotum, etiã Respublica magnis concussionibus turbabatur. Huni namque trãseuntes Histrum, Thraciam deuastabant. Isauriæ quoque latrones maxima multitudine congregata vsque ad Carenos & Phœniciam venientes, vrbes & vicos in medio positos populati sunt. Per idem tempus Stilicon magister armorum erat apud Honorium magna præditus potestate, habebátque sub se Romanorum plurimos atque Gentilium. Qui contractis inimicitiis cum Arcadij ducibus, cogitabat congredi contra eos. Tunc ergo agens cum Honorio Alaricum regẽ Gothorum fecit ordinari magistrum militũ, & accessit aduersus Illyricum, eique Iouium Præfectum constituit, vt arma contra Romanos attolleret, ac prouinciales Honorij subderet ditioni. Et quum Alaricus Barbaros sub se constitutos & per Dalmatias habitantes congregasset, venit ad Epirũ vbi multo tempore commoratus, reuersus est in Italiam: quia quum discedere voluisset Honorij literis est detentus, sicut ipse confessus est.

Alaricus rex Gothorum.

Quomodo Alexander Antiochenus episcopus discordantem populum ad vnitatem reuocarit ecclesiæ. caput 25.

Cyrillus Alexandrinus Ioannes Hierosolymitanus.

EA tempestate Cyrillus Theophili consobrinus, Alexandrinum suscepit episcopatum. Hierosolymorum ecclesiæ præsidebat Ioannes vir mirabilis successor Cyrilli. Antiochię autem Alexander, vir sermone doctus, & virtutẽ ostẽdens magnis operibus. Is enim Porphyrio succedẽs, qui post Flauianũ fuerat ordinatus, multa reliquit monimenta clementiæ. Flauianus equidem sapientiæ subtilitate florebat. Potrò sacratissimus Alexander conuersatione summoque philosophiæ eloquio, & plurima donorum copia abundabat. Is namque etiam partẽ Eustathij (quam pridem Paulinus flectere nõ potuit, nec post illum Euagrius) precibus vsus reliquo corpori copulauit: egitque festiuitatem, cuius similẽ nemo potuit aliquando videre. Nam quum omnes fideles sumpsisset sacerdotes simul & populum, venit ad locum, vbi Eustathiani congregabantur. Apprehendensque psallentes & vnum canticum sub quadam congruentia prædicãtes, à porta vltima ciuitatis vsque ad maiorẽ ecclesiam totam plateam compleuit hominibus, & ostendit fluuium rationalem ad instar fluminis decurrentis. Hæc Iudæi videntes & Ariani, & paruæ reliquiæ Paganorum, ingemuerunt. videtes alios fluuios in mare ecclesiæ concurrentes. Is ergo Pontifex Ioannis magni vocabulum ecclesiasticis διατυπώσεις primus inseruit.

Eustathianos vnit orthodoxis.

Quomodo corpus Ioannis Constantinopolim fuerit reuectum. Caput 26.

Ioan. Chrysostomi reliquiæ constantinopolim delatæ.

HVius doctoris reliquiæ sequẽti tempore in regiam deuectæ sunt ciuitatem. Rursumq; fidelissimus populus per pelagus quasi per terram currens, vndas Bosphori lampadibus & cereis obuelauit. Hunc ergo thesaurum in illa ciuitate recondidit Imperator. Qui sui aui & vocabulum sortitus est, & pietatem seruat inuiolabilem. Is in eius loculum defigens oculos atque frontem, pro Arcadio & Eudoxia genitoribus supplicauit vt ignoranter delinquentibus veniã condonaret. Pridem enim mortui sunt eius parentes hunc orphanum relinquentes. Sed patrum & progenitorum Deus, experientiam pupilli eum sentire non pertulit. Nam & pie nutriri fecit, & sine concussionis metu custodiuit Heius imperium, atque tyrannorum consilia refrenauit.

De laudibus Theodosij iunioris. Caput 27.

An. do. 411. Theodosij iunioris laus.

IS enim beneficiorum semper memor honorabat beneficij largitorẽ, habebátque participes hymnorũ sorores seruantes cõuersatione virginitatem, & delitias maximas indicantes sacrorũ meditationes eloquiorum, thesaurum inaustribilem existimantes manus egẽtium. Verũ ipse Princeps multis etiam aliis adornatur, maximè verò clementia, mãsuetudine, animi tranquillitate nunquam recipiens tempestatem fide vera atq; probabili. Cuius indiciũ nos conuenit ostendere manifestum. Quidã vir cõuersationis quidem

monachicæ, sed asperior consilio, adiit Imperatorem pro quadã caussa rogans. Quum hoc crebro fecisset, nec ea quæ postulauerat impetrasset, eum ab ecclesiastica cõmunione prohibuit, & imposito ei vinculo, discessit. Verum fidelissimus Imperator ad palatium reuersus, tempore prandij præsentibus conuiuis ait, non se sumpturum cibum, nisi prius eius vinculum soluerẽtur. Ob quam rem misit ad ciuitatis episcopum rogans vt iuberet ei qui ligauerat vt ipsius vincula solueret. Cũmque dixisset episcopus, non debere à quolibet obligationem recipi, & mandasset quod solutus esset: ille tamen eius non suscepit solutionem, donec qui ligauerat multo labore requisitus ei communionẽ quam prohibuerat, reddidisset. Idolorum igitur templa quæ fuerant derelicta, à fundamentis dirui fecit, vt posteri ne vestigium quidẽ erroris pristini reperirẽt. Hunc enim sensum etiã in sua lege conscripsit. Quãdo igitur Roilas dux Scythiæ transiuit Histrum, & cum innumero exercitu vehementer Thracias populatus est, ipsamque regiam ciuitatem obsidere se & subuertere minabatur, supernis iaculis atque fulminibus eũ maiestas diuina percutiens, & ipsum & omnem simul cõcremauit exercitũ.

Templa Gentiliũ à fundamentis euersa.

Roilas Scythiarum Nomadũ dux fulmine profligatus cũ exercitu.

De miraculis contra Persas gestis. Caput 28.

Persæ contra Theodosium iuniorem.

TAle aliquid à domino eius consolatore etiã Persico prælio gestum est. Nam quũ illi Romanos vacare cognouissent, & ciuitates in confinio constitutas debellarent, pacisq; pacta transferenderẽt vastatis finibus, nemo ferebat auxiliũ. Imperator nanque de pace præsumens, duces & milites ad alia bella miserat. Tunc ergo imbre vehementissimo, & grãdine demissã, vlterius eos deus accedere nõ permisit, eorumq; ligauit cursum, ita vt viginti diebus totidem ambulare stadia non valerent. Duces verò venientes congregarunt exercitum, & in priori bello obsidentes vrbem Imperatoris vocabulo nominatam, ridiculos ostendit. Quum enim plusquam triginta diebus Gororanes, rex prædictã vndiq; obsideret ciuitatem, & multa machinamenta construeret, & turres contra muros ciuitatis excelsas ædificaret, solus Eunomius sactatissimus eius ciuitatis episcopus restitit, & impetum moliminis eorum machinásq; destruxit. Et licet duces nostri hostibus bellando cessissent, & obsessi ciues resistere non auderent, ille solus pugnando à vastatione præseruauit ciuitatem. Vnus itaque partis hostilis vir dum consuerẽ blasphemaret, & Rapsacis atque Sennacherib verba profunderet, & cum væsania minaretur, sacrum se concrematurum templum: ille vir sanctissimus non ferens huius insaniam, iussit baliam poni iuxta propugnaculũ, quæ Apostoli Thomæ habebat vocabulum: & maximo in eam lapide coaptato, in nomine, inquit, eius qui est blasphematus, lapidem tenso arcu dimittite. Tum lapis emissus veniens vsq; ad faciẽ nephandissimè blasphemantis, vultũ eius valde corrupit, caput cõtriuit, cerebrumq; in terram dispersit. Hoc quũ Dux exercitus cognouisset, qui se ciuitatem capturum esse minabatur siluit, & rebus ipsis victũ se esse professus est, & metuens queſiuit pacẽ. Sic ergo Rex omnium fidelissimũ hunc principem con-

Gororanes.

Eunomius episcopus.

A seruauit, quum & iste seruitutem profiteatur, & competens offerat domino ministerium.

De successione pontificum. Cap. 29.

An. do. 418. An. do. 420. An. do. 426. Zosimus. Bonifacius. Cœlestinus. Praylius. Theodotus Antiochenus. Atticus vnit ecclesiæ thodoxi.

INter hæc Innocẽtio optimo Romanæ vrbis antistiti successit Zosimus, Zosimo Bonifacius, Bonifacio Cœlestinus. Hierosolymis verò post Ioannem Praylius suscepit ecclesiæ præsulatum. Verùm in Antiochia post sacrum Alexandrum Theodorus castitatis speculum, ecclesiæ pontifex ordinatur mãsuetudine & puritate cõuersationis ornatus. Is enim cohortem Apollinaris aliis ouibus miscuit, rogans eos vt vnirentur ouili. Ea quidem tempestate Isdigerdes Persarum rex contra ecclesias huiusmodi de caussa bella commouit.

B

De virtutibus Abdæ apud Persas episcopi. cap. 30.

An. do. 410. Abdas episcopus, Persarum πυρεῖον destruxit.

ABdas quidam erat episcopus plurimis virtutibus adornatus. Is nõ mediocriter vsus zelo diuino. πυρεῖον, id est, focum eorum seu Vestã destruxit. πυρεῖα nanque illi vocant tẽpla, in quibus ignem seruant. Deum enim arbitrãtur ignẽ. Hoc cũ rex cognouisset à Magis, euocauit Abdam: & primo quidm mãsuete culpauit factum, præcipiens vt πυρεῖον rursus ædificaret. Illo resistente, & hoc nequaquã facere confirmante, vniuersas se rex destructurũ interminatur ecclesias: cuius interminationẽ completio subsecuta est. Nam prius illum virũ occidi præcipiens, destrui quoq; ecclesias imperauit. Ego sanè destructionem τὸ πυρεῖον nõ reor opportunè commissam: neque enim sanctus Apostolus cùm venisset Athenas, & ciuitatem repleram idolis conspexisset, aras ab illis honoratas destruxit, sed ratione ignorantiam redarguit, & veritatis iura monstrauit. Quod verò destructum templum reædificare noluerit, sed necem magis elegerit, valde admiror, & plurimis eum honorandum coronis existimo. Tale est enim igné adorare, quale ius ædificare templum. Hinc ergo sumens tempestas initium, sæuissimè atq; ferociter circa pietatis alũnos intumuit, & triginta iugiter annis fluctuatio † dura permansit, à Magis veluti quibusdã procellis agitata. Magos enim appellant Persæ eos, qui elementa deificant. Quorum fabulas in alia conscriptione monstrauimus, in qua horum interrogationibus dignas solutiones obtulimus. Gororanes itaque filius Isdegerdis, post patris C mortem cum Imperio etiam cõtra Christianam pietatem bella suscepit. Quas enim tormentorũ species, & suppliciorum adinuentiones piis intulerit, non est facilè nunc narrare. Aliorũ nanque manus excoriauerunt, aliorum dorsa, aliorũ capita, à fronte inchoantes vsq; ad ceruices nuda cute reliquerunt. Alios sectis per mediũ calamis, nudos operiẽtes, & ipsas sectiones calamorũ carnibus aptantes, à capite vsque ad pedes funibus stringẽtes, postea calamos ex eorũ mẽbris violẽter trahebant, vt acutæ sectiones calamorũ cùm traherentur eorũ carnes secarent, & tormentum amarissimi doloris inferrẽt. Deinde fodientes lacus, & eos vndique obturantes, † soricum maiorum greges in eos immiserunt, eisque pabulum athletas dederunt, impiè ligantes manus eorũ &

Persecutio Christianorũ apud Persas.

† diræ.

† glirium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pedes, ne possent à se bestias remouere. Sed & alia tormenta sæuiora valde exercuerunt, habentes doctorem veritatis inimicũ: Sed non potuerunt athletarum deuincere fortitudinem. Spõte nanque currebant, vt occasione huius mortis incorruptibilis vitæ dona perciperent. Duorum tamen aut trium faciam mentionem, vt per hos reliquorum fortitudo monstretur.

De Hormisda apud Persas nobilissimo confessore. caput 31.

Hormisdes Persa.

HOrmisdes quidam valde nobilis apud Persas erat, qui patrem Pręfectũ habuerat. Hũc cùm rex cognouisset esse Christianũ, deduci fecit, & imperauit vt salutarem negaret Deum. At ille: Nec iustum, inquit, nec vtile præcipis Imperator. Nam qui docetur vt Deum omniũ facilè contemnat ac neget, facillimè quoq; spernit Imperatorem, cum & ipse sit particeps naturę mortalis. Et si summo supplicio dignus est, qui tua sceptra contempserit Imperator, multiplicibus tormentis subdendus est, qui cunctorum negauerit creatorem. At Imperator cum debuisset mirari prudentiam, fortissimum diuitiis & dignitate nudauit athletam, iussitq́ue vt nudus traheret camelos exercitus. Quumq́ue plurimi trãsissent dies, respiciens de superioribus Imperator, vidit illum eminentissimum virum solis radiis inflammarum, & pulueris squalore repletum, patriæq; nobilitatis memor, eum ad se iussit adduci, & lineis vestibus operiri. Deinde putans quod tam præcedenti afflictione, quàm exista clementia molliretur, vel nunc, inquit, illa obstinatione exutus, nega filium fabri. At ille Dei zelo repletus, dirupit vestem & proiecit, dicẽs: Si propter hoc me putas à pietate recedere, habe donum cũ impietate, quam possides. Hanc eius fortitudinem contemplatus, mudũ eum è suo expulit imperio.

De Sanne apud Persas confessore. Cap. 32.

Suenes. † Suenem.

S† Annen quoque mille famulorum dominũ, resistẽtem sibi, & negare creatorem omnium nolentem, requirens quisnam seruorum eius esset sequissimus, illi aliorum seruorum tradidit dominatum. Cui ipsum quoque dominum seruire præcepit, simul & eius vxorem. Per hoc putans propugnatorem se flectere veritatis. Sed ipe sua deceptus est. Habebat enim ille domum in petra constructam.

De Beniamin Persico diacono, eiusque martyrio. Caput 33.

BEniamin etiam diaconum comprehendens, clausit in carcere. Cumq́ue duo transissent anni, superuenit Legatus Romanorum pro aliis caussis acturus. Et cùm hęc cognouisset, postulauit à rege vt dimitteretur Diaconus. Porrò rex iussit vt promitteret Beniamin quod nulli Magorum doctrinam Christianam prædicare ȝẽtaret, & dimitteretur exire. Tum Legatus quidem custodire Beniamin quæ rex præceperat compromisit. Beniamin autem audiens monita legati: Impossibile est, inquit, non me participare lumẽ aliis, quod ipse percepi. Quanto enim supplicio dignus sit qui talentum absconderit, sacra euangeliorum testatur historia. Sed rex horum tum nihil cognoscens, iussit eum absolui à vinculis. At ille prædicare nullatenus cessabat: & capiens eos qui ignorantiæ caligine tenebantur, intelligibili luci iugiter offerebat. Dumq́ue transisset annus, regi gesta illius nunciantur. Tum deductum ad se, negare iussit quem adorabat Deum verum. Ille quæ iussit à rege dicens: Quo dignus honore est, qui suum derelinquẽs regnum inuadere studuerit alienum? Cumq́ue dixisset rex: Morte vltimoque supplicio: Sapientissimus vir ille respondit: Quid ergo non iustè patiatur homo, qui factorem mundiq́ue creatorem, nutritorẽ, ac Saluatorem deserens, vnum conseruorum suorum deificare voluerit, & debitum illi cultum isti magis obtulerit? His sermonibus rex accẽsus, viginti calamos acui, & totidem vngulibus digitorum eius manuum atque pedum præcepit infigi. Cũque hoc supplicium ab eo derideri conspiceret, alium rursus calamum acutũ in eius semut vnde humana origo descendit, iussit immitti. Cumq́; crebro eiceretur & rursus induceretur, ineffabiles ei dolores excitabat. Post hoc verò suppliciũ impius atque ferox virgam grandem spinis vndique plenam, per eius meatũ iussit induci, & hoc modo spiritũ fortissimus decertator emisit. Sed & alia multa ab illis impiis sunt tentata. Nec tamen mirandum, quòd illorum ferocitatẽ & impietatem longanimiter Deus omnium patiatur quando ante imperiũ Maximi Constantini quicunque fuerunt Romanorum Imperatores, cõtra veritatis ministros vehementer inflammerint. Diocletianus nanque passionis salutaris die in omni imperio Romanorum, destruxit ecclesias. Sed nouem transactis annis istæ quidem denuò refloruerunt, & multiplicem magnitudinem susceperunt. Ille verò post rabiem suæ impietatis extinctus est. Nã & bella huiusmodi futura Dominus prædixit & ecclesiæ victoriã prædicauit. Nos tamen ipsæ quoque res edocent, quòd magis nobis vtilia sunt bella quàm pax: quia pax delicatos nos facit, remissos & timidos: porrò bellum & mentem acuit, & præsentia quasi transeuntia contemnere persuadet. Sed hæc quidem etiam in aliis operibus crebro diximus.

Diocletianus in die passionis Domini, omnes ecclesias christianorum euertit.

De Theodoro Antiocheno episcopo, & Theodoro Mopsuestiate pontifice. Cap. 34.

Theodorus Mopsuestiates episcopus.

EO autem tempore quo sacratissimus Theodorus Antiochenam regebat ecclesiã, Theodorus μόψου ἐπίας quidem episcopus, sed totius doctor ecclesiæ, cum contra vniuersam cohortẽ hæreticorum fortiter pugnasset, finem vitæ fortitus est. Is enim Diodori quidẽ magni doctrina potitus est. Ioannis verò sacratissimi fuit socius atque cooperator. Communiter enim Diodori pocula spiritalia sunt adepti: qui sex & triginta annis mansit in Præsulatu, & contra Arij Eunomiique acies fortissimè præliatus est, insidiasque latronis Apollinaris extinxit, optimáque pascua diuinis ouibus præparauit. Cuius frater Polychronius Apamienium rexit ecclesiam, & gratia sermonis, & claritate vitæ ornatus.

Polychronius.

SOCRATES.

De

De fine imperatoris Arcadij. Caput 35.

Arcadij Augusti mores. An. do. 410.

NOn multò post tempore quàm Ioannes defunctus est, moritur & Arcadius imperator, vir mitis & quietus. Et circa finem vitæ pro huiusmodi caussa venerabilis existimabatur. In vrbe Constantinopoli domus est maxima, habens cognomen κάρυας, id est, nucis. Est enim in eius domus vestibulo arbor nucis, in qua fermo est fuisse appensum martyrem Acacium & defunctum. Ob quam rem etiam Oratorium illic est ædificatum. Hunc Arcadius videre volens, ad orationem venit, votoq́; completo reuertebatur. Proinde cuncti circa Oratorium habitantes, volentes Imperatorem videre accurrebant, & alij quidem extra domum præcesserant, vt melius aspectum principis & ordinem viderent obsequij, alij verò sequebantur. Cumq́ue omnes cum mulieribus atque filiis simul & mancipiis extra domum fuissent egressi, repentè maxima domus Oratorio cohęrens, subito tota corruit, clamorq́ue cum admiratione sequutus est, quod oratio principis tot homines à ruinæ imminentis periculo liberasset. Arcadius itaque relicto annorum octo filio Theodosio (de quo iam complura sunt narrata) defunctus est. Consulatu Bassi & Philippi, primo die Maij mensis, anno secundo ducentesimæ nonagesimæ septimæ Olympiadis. Is cum patre quidem Theodosio tredecim regnauit annis, post mortẽ verò patris quatuordecim. Vixit annis triginta & vno.

Acacium martyr.

De muris Κ.Ρ. quæ apud Constantinopolim corruit.

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER VNDECIMVS.

SOCRATES.

Quod Theodosij iunioris Imperium præfectus regebat Anthemius.

CAPVT PRIMVM.

An. do. 411. Honorius Aug.

AReadio Imperatore defuncto, Honorius quidem eius frater regebat Hesperias, Orientales autem prouinciæ sub ditione manebãt Theodosij junioris, cũ esset annorum octo, Anthemio Præfecto omnia disponente. Erat enim iste nepos Philippi, qui Paulum episcopũ sub Constantio ab ecclesia expulerat, & Macedonium introduxerat. Is muro maximo vrbem Constantinopolim circundedit. Qui vir sapientissimus inter illius temporis homines & putabatur & erat, & nihil inconsultè faciebat, sed cũ multorum consilio quę erant agenda tractabat, & maximè Sophistæ Troilo sese credebat.

Anthemius Præfectus.

Troilus Sophista.

De Attico episcopo eiusque moribus. Cap. 2.

Atticus Constantinop.

IMperatore porrò Honorio octauum annum agente, iam tribus annis Atticus habebat episcopatum, vir clarus & eruditus, venerabilis atque prudens. Vnde etiam ecclesias sub eo maganum sumere contigit incrementum. Non enim solis propriæ fidei personis munificus erat, sed etiam hæreticis miraculum suæ sapientię demõstrabat, quos vexare quidem nolebat. Cum verò eos terrere tentasset denuò mansuetudinẽ ostẽdebat. Et inter hæc non negligebat eloquẽtiam. Laborabat enim circa veterum lectiones, nocte diq́ue incumbens. Quapropter non eum mouebãt Philosophicæ aut Sophisticæ lectiones. Erat enim & cõfabulãtibus gratus, & cũ tristibus mœstus, & absolutè (secundũ Apostolũ) omnibus omnia factus est. Primo quidẽ cũ presbyter esset, libros faciebat, & meditatos corã ecclesia recitabat. Postea verò etiã fiduciam cũ labore fortitus, sub oculos doctrinã laudabilem proferebat. Nõ tamen tales erant eius sermones, vt etiã ab auditoribus scripturæ traderentur. Quę verò eius tẽporibus memoranda acciderint † narrabo.

1. Cor. 9. d

† enarrabo.

De Theodosio episcopo Synnadæ, & quemadmodum illic Macedoniani conuersi sint. Cap. 3.

Theodosius Synnadensis persecutor Macedonianorũ.

IN Synnada Pacatianę Phrygię ciuitate, Theodosius quidã erat episc. & Macedonianos cũ illic plures essent, insequebatur, & nõ solùm eis è ciuitate, sed etiã ab agris nimia crudelitate pellebat, cũ Orthodoxorũ ecclesia persequutiones inferre nõ soleat. Quod ille nõ zelo rectæ fidei, sed pro pecuniarũ amore faciebat. Contra quos vniuersos tam clericos quàm Iudices prouinciales armabat, & præcipuè Agapitum eorum turbabat episcopũ. Quumq́; iudices prouinciæ ad inferẽda tormẽta, sibi sufficere nõ putaret. Constantinopolim est profectus, vt Præfectorũ auxilia mereretur. Ibiq́; posito Theodosio propter huiusmodi caussam Agapitus Macedonianorũ episc. ad meliorẽ se contulit partem, habitoq́ue tractatu cũ omni clero, & euocans totum populum sibi subiacentẽ, suasit eis, vt Consubstantialitatis susciperent fidem. Hoc facto, repentè cum maxima multitudine, imò cum omni (vt ita dixerim) ciuitate ad Orthodoxorũ ecclesiã venit, & oratione facta, sedẽ in qua Theodosius præsidere solebat, obtinuit. Tum vniẽs populum, & deinceps fidem Consubstantialitatis docẽs, ecclesiam tenuit Synnadensem. His itaque gestis, non post multum temporis Theodosius cum Præfectianorũ venit auxilio, & nihil sciens horũ quæ

Agapitus τὸν ὁμοούσιον amplectitur, & fit episcop. Synnadensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theodosius episcopus non recipitur à suis.

fuerant gesta, ad ecclesiam properauit. Ex qua ab E omnibus expulsus, rursus Constantinopolim remeauit, & apud episcopum Atticum quæ fuerat contra eum gesta deposuit, quemadmodum iniustè episcopatu fuisset expulsus. Atticus autem cognoscens vtilem causam ecclesiæ accidisse, Theodosium quidem verbo consolatus est, vt patienter ferret. Præponens autem causis personalibus generalem vtilitatem scripsit Agapito, vt teneret episcopatum, nihilque de inimicitiis Theodosij cogitaret.

Quomodo Iudæus paralyticus per baptismũ sit curatus. Caput. 4.

Iudæus paralyticus sanitati restitutus

HOc igitur vnum est rerum vtilium, quæ Attici temporibus in ecclesia acciderunt. Sed neque miraculorum aut sanitatẽ his defuit causa temporibus. Quidam nanque Iudæus quum F paralyticus esset, plurimis annis in lecto iacebat. Cumque omnis medicina ei fuisset adhibita, & cunctorum Iudæorum nihil oratio præualeret: nouissimè ad baptismatis Christiani gratiam cõfugit, huic soli veritatis medicamini se committens. Hoc velociter episcopo Attico nuntiatur. Quem catechumenum factum, & spem Christi promittens deportari cũ lecto præcepit ad baptismum. Verum Iudæus paralyticus baptismum vera fide suscipiẽs, cùm de fonte fuisset leuatus, statim morbo caruit, & deinceps sanus fuit. Hãc igitur curam virtus Christi etiam nostris temporibus demonstrauit. Qua ex causa plurimi Paganorum credentes baptizati sunt. Iudæos autem licet signa quærentes, hæc tamen non prouocauerũt ad fidem. His ita apud Christianos gestis, G plurimi paruipendentes, in sua nequitia permanserunt. Et nõ solùm Iudæi tantis prodigiis repugnabant, sed etiam sequaces eorum similia sapuisse conuicti sunt.

De Sabbatio hæresiarcha, eiusque sequacibus. cap. 5.

Sabbatius.

SAbbatius itaque (cuius ante fecimus mentionem) nolens in suo ordine manere presbyteratus, desiderabat episcopatum. Iisdemque temporibus recessit ab ecclesia Nouatianorum, occasionem habens quasi propter obseruationem Paschæ Iudaici. Faciebátque collectas cõtra Sisinnium suum episcopum in loco ciuitatis qui

Ξηρόλοφος

Ξηρόλοφος appellatur in Arcadij foro. Illic enim rem commisit valde periculosam. Die nãque festiuitatis in euãgelica lectione, vbi scriptum est: H Erat enim Pascha Iudæorum, verba quę nusquã scripta neq; audita sunt ausus est adiicere, id est: Maledictus qui præter azyma celebrauerit Pascha. Hoc auditum manauit in populum, & simplices decepti Nouatianorum laicorum conuenerunt ad illum. Quod tale malum non remansit inultum, sed in finem pessima eius falsitas est conuersa. Paulò pòst enim quum ad quandam festiuitatem multi concurrerẽt, vt vigilias solitè celebrarent, formido subito dæmoniaca irruit super eos, quasi Sisinnius eorum episcopus venirent cum maxima multitudine. Factáque turba videlicet noctu, & in angustię loco comperti semetipsos contriuerunt, ita vt vltra septuaginta homines morerentur. Hoc factum plurimos à

Marc. 14. & Luc. 22. a

sabbatiani.

sabbatiani. Nouatianorum secta prohibuit: quidam verò in eius rusticitate manserunt.

De morte Dorotheꝰ Arianorũ episcopi, & ordinatione Barbæ, & quæ sub eo sint gesta. Caput 6.

An. do. 409. Dorotheus Arianorum episcopus. Barbas Arianorum episcopus. Timotheus Georgius Arrians.

EO tempore Dorotheus Arianorum Præsul, quem ab Antiochia Constantinopolim trãstulerant cùm centum & nouemdecim vixisset annos defunctus est, Consulatu Honorij septimo, & Theodosij secundo, sexto die Nouembris mensis. Post quem Arianę superstitionis Barbas ordinatur episcopus. Sub hoc itaque Barba, per duos presbyteros eloquentissimos Arianorum religio floruit, quorum alter Timotheus, alter Georgius dicebatur. Sed Georgius doctrina Helladica eruditus erat, Timotheus sacris literis incumbebat. Et Georgius quidem semper Aristotelem & Platonem habebat in manibus, Timotheus Origenem, ita vt etiam lingua Hebraica loqueretur. Timotheus pridem Pathyrianorũ fuerat hæreseos, Georgium Barbas presbyterum ordinauit. Timotheum itaque ego ipse vidi, & cognoui quemadmodum interrogantibus fuerit respondere paratus, soluens obscurissimas quæstiones, quæ in diuinis inueniuntur eloquiis testem vocans veracissimum Origenem. Mihi tamen videtur admirabile, quomodo tales viri in Arianorum lege manserint, quorum vnus quidem Platonem semper habebat in manibus, alter spirabat iugiter Origenem: quum nusquam Plato secundam vel tertiam causam (sicuti ipse nominare solet) initium subsistentię acserat percepisse, & Origenes coæternum vbique fateatur filium patri. Qui licet in sua sententia manserint, religionem tamen Arianam perduxerunt latenter ad Meliora. Multas nanque Arij blasphemias doctrinis propriis expulerunt.

Origenes veracissimus testis.

De ordinatione Cyrilli Alexandrini pontificis. Caput 7.

An. do. 414. Theophilus Alexandrinus moritur. Cyrillus succedit. Nouatiani spoliantur per Cyrillum.

INter hæc defũcto Theophilo morbo lethargico, Cõsulatu Honorij, nono, & Theodosij quinto, facta contentione propter episcopatum inter Timotheum & Cyrillum, die tertio mortis Theophili Cyrillus ordinatur episcopus, & maiori fastu quàm Theophilus tenebat episcopatum: Qui mox ecpiscoparus sui principio Nouatianorum claudens ecclesias, omnia vasa eorum sacra abstulit, episcopumque eorum Theopompum rebus quas habebat omnibus spoliauit.

Quomodo apud Persas per Maruthã episcopum sit Christianismus dilatatus. Caput 8.

Maruthas episcopus ad Persas Legatus mittitur.

EO tẽpore apud Persas est Christianismus dilatatus. Inter Romanos enim & Persas semper propter diuersas causas mittũtur Legationes. Tum ergo causas attulit, vt Maruthas Mesopomenus episcopus (cuius dudũ meminimus) à Romanorũ imperatore ad Persarũ destinaretur regem. Qui multam reuerentiam apud Marutham inueniens, eum decenter honorabat, & tãquam diuinum respiciebat virũ. Hoc factũ mordebat Magos, metuẽtes ne regem Christianũ fieri suaderet. Nam cùm dolore capitis multo tempore A torqueretur, Magis eum curare non valentibus, Maruthas orationibus fecit incolumem: ob hãc ergo causam moliti sunt quandam Magi fallaciam. Et quoniam Persæ ignem colunt, consueuitque Rex in quadam domo ignem ardentem perpetuò suppliciter adorare: Magi sub terra hominem quendam absconditum tẽpore quo Rex solebat adorare, eũ talia clamare fecerunt. Mitte foras Regem: impiè enim † egit, quòd sacerdotẽ Christi iudicat esse venerandũ. Hæc audiens Isdigerdes Persarum rex licet reuerentiam haberet, tamen Marutham abiicere cogitabat. Porrò Maruthas verè Deo venerabilis homo, vacabat orationibus, per quas inuenit dolũ Magicis artibus fabricatum. Veniẽsque ad Regem: Noli, inquit, illudi Rex, sed ingressus cùm audieris vocem, fodi iube, & doli causas inuenies. Nõ enim ignis loquitur, sed hominũ molimina huiusmodi esse noscuntur. Hoc dicto flexus est Persarum rex: & rursus ingressus vbi ignis inextinguibilis seruabatur, cùm audisset vocẽ, iussit fodi locum. Tum qui mittebat quasi diuinam vocem, inuentus arguitur. Iratus itaq; rex, Magorũ genus vsq; ad decimam iussit imminui portionẽ. Hoc facto, Maruthæ dixit vt templa quæ vellet ædificaret. Ex hoc apud Persas sumpsit Christianismus incrementum. Tum igitur Maruthas à Persis Constantinopolim remeauit. Et non longo pòst tempore rursum destinatus est. Iterumq; Magi machinabantur ne eum susciperet Rex. Fecerunt quę fœtorem quendam in loco vnde Rex transire solebat, & quasi à Christianis id factum fuisset derogabant. Cumq; rex suspectos iam habens Magos, hoc cum studio requisisset, denuò ab eis concinnatũ esse cognouit. Quamobrem C plurimos eorum supplicijs tradidit. Marutham verò potiori honore coluit, & Romanos valdè dilexit, eorumque amplexus est pacem. Qui penè Christianus fieri potuit, cùm aliud miraculũ per Marutham & Ablatem Persidos episcopum prouenisset. Ambo nanq; molestum dæmonem à regis filio propulerunt, orationibus vacantes atque ieiunijs. Post hæc Isdigerde defuncto antequam fieret Christianus, ad eius filium peruenit imperium. Cuius tempore inter Persas atq; Romanos pacta soluta sunt.

Magorum dolus.

† agit vel regit.

Isdigerdes Persarum rex incipit fauere christianis.

Quemadmodum Italiam vastarit Alaricus. Cap. 9.

An. do. 412. Innocentius Pont. Rom. aduersus Nouatianos.

PEr idem tempus Innocentius, primus Romæ Nouatianos persequi cœpit, multáque D eorum abstulit ecclesias. Quo tempore Roma est à Barbaris deprædata. Alaricus enim quidam Barbarus ditioni Romanorum & Theodosij imperatoris subiectus, atque contra Eugenium tyrannum auxilia largitus, & propterea Romanis dignitatibus honoratus, feliciratem suam nõ ferens, imperare quidem non elegit, sed discedens ab vrbe Cõstantinopolitana, venit ad partes Hesperias. Cumque venisset in Illyricum, omnia subuertebat, & transiens Thessaliam, habita congressione circa fluuiũ Pinum apud Nicopolim Epiri, penè tria millia virorum eius Thessali peremerunt. Posthæc autem quicquid eis occurreret destruentes, nouissimè Romã venerunt. Quam vastantes, plurima quidem mira-

Alaricus Romam venit. An. do. 413.

culorum eius igne concremauerũt, pecunias autem abripuerunt, multosq; Senatorij ordinis diuersis subdidere suppliciis. Deridentesq; Romanorum regnum, Imperatorem fecerunt quẽdam nomine Attalum, quem vno die tanquã Imperatorem fecerunt procedere, altero verò seruischemate ministrare. Hæc cùm egisset Alaricus, repẽtè in fugam conuersus est, fama procedẽte quòd Theodosius imperator cõtra eum misisset exercitum, quæ fama non fuit ficta, sed vera: nã exercitus veniebat. Fertur itaq; cùm Alaricus proficisceretur Romã, vir quidam venerabilis, conuersatione monachus, eum monuisse, ne mala talia facere tentaret, neque cædibus gauderet aut sanguine. At ille: Non (inquit) ego volens Romam proficiscor, sed quidam quotidie mihi molestus est, torquens & dicens: Perge, & Romã destrue ciuitatem. Hæc etiam de his dicta sufficiant.

De Cælestino Romano pontifice, & quomodo Nouatianos fuerit insequutus, & de Sabbatio. Cap. 10.

An. do. 426. Cælestinus pont. Rom. Nouatiani Romæ in occulto.

INter hæc Celestinus Romæ ordinatus episcopus, qui etiam Nouatianorum abstraxit ecclesias, & eorum episcoporum nomine Rusticulum, in occulto coẽgit celebrare Collectas. Vsq; ad illud nanque tempus plurimas Nouatiani habent ecclesias. Porrò Constantinopoli non talia pertulerunt, sed cùm eos diligerent etiam intra vrbem eos Collectas facere permiserunt. Mortuo verò Sisinnio Nouatianorũ episcopo, Chry

Chrysantus.

santus ad episcopatum trahebatur, vir multis Romanorum dignitatibus honoratus. Quo fugiẽte, Sabbatius se tempus opportunum ad episcopatum inuenisse credens, fecit quosdam ignobiles sibi manus imponere, iusiurandum quod præbuerat paruipendens. Cuius mores cùm populus abhorruisset, Chrysantũ per loca omnia requirebant. Quem inuenientes in Bithynia, inuitum sacerdotium suscipere coẽgerunt. Qui nihil percipiebat de ecclesia, nisi dominico die duos panes.

Sabbatius.

De seditione & nece christianorum quæ per Iudæos apud Alexandreiam acciderunt. Caput 11.

An. do. 431. Alexandrini seditiosi.

EA porrò tempestate Iudæorum genus ab Alexandreia est huiusmodi de causa eiectũ. Alexandrinorum populus plus quàm aliæ generationes seditionibus deditus est: qui si occasionem acceperit, intoleranda mala cõmittit. Nam circa sanguinem non cessat à lite. Contigit itaq; tunc vt inter se contentiones haberent, non propter necessariam causam, sed propter studium Pantomimorum: quia enim is qui die Sabbatorum saltabat, plurimum habebat populum Iudæorum, dum vacantes non auditioni Legis, sed Theatris occuparentur, ea dies litigiosa extirit inter partes. Cumq; hoc aliquatenus fuisset ab Alexandreiæ Præfecto correctum, nihilominus mansere Iudæi partis alterius inimici. Et cùm essent semper Christianis infensi, contra Pantomimos eorum amplius pugnabãt. Tunc igitur Ho

Christiani dabant operã spectaculis apud Alexandriam.

Horestes præfectus Alexandrinus.

reſtes Præfectus Alexandreiæ festiuitatem quandam quam Politiam vocant, in Theatro celebrabat, vbi & aderant quidam fautorum Cyrilli,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hierax Indimagister.

dispositiones Præfecti volentes cognoscere. Inter quos, quidam nomine Hierax doctor puerilium literarum, & Cyrilli seruentissimus auditor, ac solitus plausus in eius expositionibus excitare. Hunc itaque Hieracem cùm vidisset in Theatro Iudæorum turba, clamabat aduersus eum, quòd propter nil aliud venisset, nisi vt in Theatro seditiones inter populos excitaret. Verùm Horestes pridem habens odium contra Cyrilli superbiam, arreptum Hieracem publicè fecit in Theatro agi verberibus. Hoc Cyrillus cognoscens, conuocatis primoribus Iudæorum (vt decebat) admonuit, ne contra Christianos seditiones vlterius excitarent. Porrò turba Iudæorum hoc paruipendens, maiora contra Christianos tractauit molimina. Dantes itaque sibiipsis signum, vt annulum factum ex palma, omnes haberent in digito, contra Christianos hoc modo pugnauerunt. Fecerunt enim quosdã de suis vna nocte per omnes ciuitatis decurrere regiones, clamantes Alexandrinum ardere ecclesiam. Ob quam rem Christiani vndique concurrebant, vt ecclesiæ flãmas extinguerent. Porrò Iudæi ignorantes interimebãt seipsos per signum annuli agnoscentes, ac parcentes sibi mutuo. Facto autẽ die latere nequiuerunt. Ob hanc rem permotus Cyrillus, cum maxima multitudine irruit in synagogas Iudæorũ, & illas quidem abstulit, Iudæos autem expulit ciuitate, eorumq; substantiam diripere populo imperauit. Hoc ergo modo Indæi tẽporibus Alexandri Macedonis illam habitantes vrbem, tunc nudi prorsus expulsi sunt, & per singula loca dispersi. Adamantius verò medicinæ sophista Cõstantinopolim veniens, & Christianũ se fore promittens, postea reuersus est Alexandriam. Igitur Alexandreiæ præfectus Horestes valdè trillabatur, eò quòd populosam vrbẽ ita desolatam repentè conspiceret. Vnde etiam Principi retulit quod acciderat. Sed & Cyrillus † scelera Iudæorum Imperatori non tacuit, & Horestis amicitiam cogente populo postulauit. Cumq; Præfectus amicitiæ verba refutaret, euãgelia obtulit ei Cyrillus. Et cùm nec sic eius corda subigerentur, hæc denuò acciderunt. Monachorum quidam in monte Nitria constituti, fautores Theophili, ex illo quo contra Dioscorum iniustè fuerat coarmatus, etiam pro Cyrillo libẽter prælia susceperunt. Relictisq; monasteriis viri penè quingenti venientes ad ciuitatẽ, procedẽtem in carpento Præfectum, immolatorem idolorum Paganumq; inclamabant. At ille putans immissione Cyrilli factum, clamare cœpit: Christianus sum, & ab Attico Constantinopoli baptizatus. Illis hæc verba contemnentibus, Ammonius quidam eorum Præfectum lapide percussit in capite. Qui repentè repletus est sanguine, & recedentibus Officiis, atque lapidum impetum declinantibus, cum paucis remansit. Inter hæc populus concurrebat, vt Præfecti vindicaret iniuriam, detentumque Ammonium tamdiu verberibus castigauit, donec traderet morti. Non multò post hæc nunciantur Imperatori. Corpus autem Ammonij sumens Cyrillus in quadam ecclesia sepeliuit, eique aliud nomen † imposuit, vt non pro sua culpa, sed pro Christo mortuus crederetur, cui laudes velut martyribus offerebat. Sed qui verè nouerãt quòd dignas susceperet pœnas, Cyrillum valde culpabant. Sed neque in hoc solummodo Cyrilli & Horestis aduersitas conquieuit, quãdo post hæc aliud est exortum.

Indæi christianos occidunt.

Indæi pulsi Alexandria.

Adamantius medicus.

† *delicta.*

De Hypatia philosopha quomodo in Alexandreia fuerit interempta. Cap. 12.

ERat in Alexãdreia quædam mulier Hypatia nomine, filia Theonis philosophi, adeò erudita, vt supra Philosophos eius temporis emineret, & in Platonicam scholam à Plotino venientem, susciperet ipsa successionem, atque omnes philosophicas lectiones exponeret. Quapropter omnes currebant ad eam propter honestam doctrinæ fiduciam. Veniebat verò etiã ad Iudices, nec habebat vllam verecundiã, pudicè permixta viris, quum eam cuncti pro ipsius castitate venerarentur. Tum ergo inuidia contra hanc fœminã est accensa. Quum enim crebrò proficisceretur ad Horestem, ecclesiasticus populus motus aduersus eam est, tanquam ipsa illum ab amicitia prohiberet episcopi. Quamobrem conspirantes viri, acerrimo furore commoti, quorũ dux erat quidam Petrus Lector, obseruauerunt mulierẽ ad propria redeuntem, eamq; de vehiculo deponentes, ad ecclesiam quæ vocatur Cæsaris traxerunt, & vestibus exutam lapidibus peremerũt. Quam postea membratim dilacerantes, in loco qui dicitur Cinarus igne concremauerunt. Hæc res non mediocrem inuidiam Cyrillo & Alexãdrinæ concitauit ecclesiæ. Alienæ nanque sunt à Christianis cædes & pugnæ. Hæc igitur acta sunt quarto anno episcopatus Cyrilli, Cõsulatu Honorij decimo, & Theodosij sexto, mẽse Martio, icciuniis existentibus.

An. do. 417. Hypatia. De hac vide suidam.

Christiani Hypatiã occidũt.

Quomodo Iudæi temeritatis suæ pœnas exluerint. Caput 13.

POst modicum verò tempus Iudæi rursus illicitè contra Christianos agẽtes, puniti sunt in loco qui dicitur Mestar, posito inter Chalcidem & Ancyram Syriæ. Hic itaq; Iudæi cõsueta quædam ludicra celebrantes, per ebrietatem accensi, inter alia Christianis ipsiq; Christo derogare cœperunt, illudentes cruci, & spem in eo qui est crucifixus habentibus. Comprehendentes enim infantulum Christianum, alligatum cruci suspẽderunt. Et primùm quidẽ deludebant & irridebant eum: postea verò correpti væsania ipsum infantulum verberibus peremerunt. Ob hoc ergo dira congressio inter eos atq; Christianos exorta est. Quod cùm princeps cognouisset, prouinciarum iudicibus mandatum est, vt huiusmodi quærerentur autores & punirentur. Et hoc modo dignam vltionem suæ † malitiæ receperunt.

Iudæi in christianos.

† *nequitiæ.*

De Iudæo qui cùm sæpè baptizaretur aqua fontis abscosit. Caput 14.

EA porrò rẽpestate Iudæus quidã seductor, ficto christianismo crebrò baptizabatur, & hac arte pecunias cõgregabat. Cũq; multis hæresibus illusisset Arianorũ atque Macedonianorũ, postremò ad ecclesiã venit orthodoxorum. Cui cùm tempus icciuniorum fuisset impositũ, multisq; adhuc diebus occuparetur, cœpit festinare, vt quasi in feruẽti studio baptismatis dona perciperet.

Iudæum sæpè baptizatum.

Icciunium ante baptismum.

peret. Præparabatur baptisma, & vestis conueniens baptizato. Cumque fons fuisset impletus, deducitur Iudæus ad baptizandũ. Tum Dei quædam inuisibilis virtus aquam disparere præcepit. Cumque præsentes non cogitantes Dei virtutẽ, aquam per cuniculum proprium defluxisse suspicarentur, diligenter vndique clausum rursus impleuerunt fontem. Denuò deducto Iudæo aqua disparuit. Tum sacerdos: Quid mali, inquit, fecisti ô homo? An certè nesciens baptismo iam potitus es? Ob hanc rem cùm diuersi concurrerent quidam Iudæum agnouit, quem baptizatũ ab Attico episcopo ipse susceperat, & hoc modo illius fraus vniuersis apparuit.

Quomodo Isdigerdes rex Persarũ Christianos fuerit persequutus, & à Romanis deuictus. Cap. 15.

INterea defuncto Isdigerde rege Persarum, eius filius † Barbaranes ei successit. Hic instigatus à Magis, crudelibus torquebat suppliciis Christianos. Cumq; Christiani apud Persas opprimerentur, confugiunt ad Romanos eorũ petentes auxilium. Quos Atticus episcopus libenter accipiens, eosque quantum erat possibile fouens; quæ gesta fuerant Theodosio nũtiauit imperatori. Eo quoque tempore etiã alia causa acciderat, quæ Romanos Persis faciebat infensos: Quoniã Persæ auri fossores quos à Romanis ad mercedem acceperant, reddere contemnebant: & quòd onera negociatorum Romanorũ violenter abstulissent. Cum illa ergo ingratitudine, etiam Christianorum ad Romanos confugientium causa est adiecta. Mox ergo Persarum rex Legatos mittit, repetens fugientes. Porrò Romani nequaquam ad se confugientes reddere voluerunt, non solùm supplices liberare studentes, sed pro christianismo libẽter omnia sustinere. Quãobrẽ pugnare quàm perituros Christianos tradere, potius elegerũt. Solutis igitur propter hoc pactis, bellum crudele cõmissum est. De quo absurdum non est pauca narrare. Romanorũ igitur imperator misit exercitũ cui præfuit militiæ magister Ardaburius. Is enim Persicam regionẽ per Armeniæ fines ingrediens, vnam eius prouinciã Azamensem valde vastauit, cui cum plurimo exercitu Narseus dux Parthorũ regis occurrit. Factáque congressione deuictus est. Quo facto cogitauit Mesopotamiam Romanorum prouinciã sine custodia consistentem inuadere, & hoc modo de Romanis vlcisci. Sed Romanorum ducem Narsei consilium latere non potuit. Deprædatus enim Azazenam velociter regionem, & ipse in Mesopotamiam venit. Et ideo Narseus licet ingentem haberet exercitum, Romanorum terras intrare non potuit, sed veniens ad Nisibin Persarum ciuitatẽ in confinio constitutam, Ardaburio mandauit vt diem & locum statueret prœliorum. At ille venientibus: Nunciate, inquit, Narsæo, quod non quãdo tu volueris, Romanorum pugnabũt imperatores. Verùm Imperator Deo soli spem committens destinauit exercitum. Et quod fideliter Deo supplicans, repentè impetrauerit auxilium, hinc datur cognosci. Cùm enim Constantinopoli pro euentu bellorum æstuatio magna consurgeret, angeli Dei iter agentibus per Bithyniam ad vrbem Constantinopolim, se demonstrauerunt, iubentes vt confiderent & orarent, & Deo crederent quòd Romanos victoria sequeretur, dicentes se mediatores belli missos à Deo. Hoc auditum, non solùm ciuitatem, sed etiam milites confortauit. Cumque ad Mesopotamiam bellum fuisset de Armeniæ regione translatum, Romani Persas Nisibi clausos fortiter obsidebant, ligneas turres facientes aduersus eos, easque contra muros applicantes, & plurimos de muris contra se pugnantium perimentes. Porrò † Barabanes Persarum rex, audiens Azazenam regionem ab eis fuisse vastatam, & eos qui in Nisibi clausi videbantur obsessos, seipsum cum magno exercitu præparauit vt occurreret. Miratúsque Romanorum virtutem, Saracenorum auxilia postulauit. Quorum tunc erat rex Alamundarus vir fortis & præliator: qui cùm multa millia Saracenorum haberet, Persarum regi victoriam promittebat, seque ei Antiochiam Syriæ traditurum: sed non contigit quod putauit. Deus enim omnibus Saracenis quendam † enormem metum latenter iniecit, ira vt putarent sibiipsis Romanos insistere. Turbatique nec habentes quò fugerẽt, in fluuium Euphratem seipsos armati proiiciebant, vbi plusquàm centum millia virorum necata atque consumpta sunt. Cùm hæc ita euenissent, Nisibin obsidentes cùm audirent Persarum regem plurimos elephantos adducere, perterriti cuncta quidem obsidionis machinamenta concremauerunt, & ad propria loca reuersi sunt. Quæ verò congressiones postea acciderint, & quomodo Ariobindas alter Romanorum magister militum, fortissimum Persarum monomachum interemerit: Aut quomodo Ardaburius septem fortissimos Persarum duces insidiis captos occiderit: vel quomodo † Beatianus alter dux Romanorum reliquos Saracenos extinxerit, prætereũdum est, ne videar multum à proposita relatione digressus. Quæ tunc igitur gerebantur, velociter Imperatori Theodosio nunciata sunt. Quomodo autem hæc citò cognouerit, indicare non piget. Inuenit quendam virum animi corporisque habitu fortissimum nomine Palladiũ, qui tãta velocitate veredos agebat, vt tribus diebus perueniret ad terminos Romanorum atq; Persarum, & rursus totidem remearet ad Constantinopolim ciuitatem. Is verò etiam alios Romani imperij terminos velociter transibat. De quo quidam eloquentissimus sic ait: Iste vir cùm sit lata Romana respublica eam parnã sua velocitate demõstrat. Quem etiam Persarum rex sæpius admiratus est. Romanorum igitur Imperator licet videret apertè sibi collatam à Deo victoriam prouenisse, tamen pacem non dissimulauit expetere, misitque Helionem virum prudentẽ & honoratum, vt cum Persis de pace loqueretur. Qui cum venisset in Mesopotamiam, vbi erant tentoria Romanorum, misit pro pace petenda Legatum quendam Maximum, virum eloquentissimum, Ardaburij militiæ magistri consiliarium: qui pro pace veniens ad Persarum regem missum se non non ab Imperatore, sed à ducibus allegabat, dicens, quòd hoc bellum pro sui contemptu ne peruenisset quidem ad principem. Cumque Persa paratus esset vt Legati verba susciperet, quòd fame ipsius laboraret exercitus, veniens

An. do. 421. Barabanes rex Persarũ. † Barabanes.

An. do. 424. Ardaburius.

† *Barabanes.*

Saraceni pro Persis.

† *inanem.*

Ariobindas. Ardaburius.

† *Beatianus. Vitianus.*

Palladius cursor.

Helion ab imperatore mittitur ad pertractandas de pace.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numerus immortalium.

Numerus, qui apud ipsos Immortalium appellatur (est enim decem millium virorũ fortissimorum) non prius dixerunt pacem cum Romanis esse faciendam, quàm ipsi eos sine custodia constitutos inuaderet. Quibus verbis persuasum est Regi, vt à pace abstineret. Tum Legatum quidé clausum seruari fecit, & misit Numerum immortalium vt pugnaret contra Romanos. Qui venientes in duas acies diuisi, medios habuêre Romanos. Porrò Romani vnam Persarum vidêtes aciem, contra eam se præparabant, aliam non videbant: quæ paulatim accessit ad pugnam. Quũque ergo iam cõgressio penè esset in opere, Dei prouidentia ex quodam colle exercitus alter apparuit Romanorum cum duce Procopio: Qui cùm videret socios in periculo, instabat à dorso Persarum. Tum in medio concluſi qui circũdederant primò Romanos, in momento ab eis extincti sunt. Quo facto, Romani ad alios qui erãt in subsidiis positi concurrerunt, eosque fortiter iaculati sunt. Sic igitur qui immortales appellabantur, omnes mortales apparuerũt, pœnas exigente Christo de gente Persarum, eò quòd plurimos eius famulos occidissent. Portò rex Persarum infortunij sui causſam cognoscens, simulabat se nescire quod gestum esset: Susceptúque Legationem dicens Legato Romanorum: Non bello cedens pacem amplector, sed tibi præstare volens, quòd omnium Romanorum te sapientissimum esse cognoscam. Et hoc modo bellum propter Christianos exortum de Parthorum regione cessauit. Contigit autem Consulatu Honorij tertiodecimo & Theodosij decimo.

Procopius dux.

Romani vincunt Persas. Numerus immortalis mortis traditur.

Quomodo Acacius episcopus Amidæ, captiuos redemerit à Romanis militibus, venditis vasis ecclesiæ, & refectos cum sumptibus ad propria destinarit. Caput 16.

TVm verò Acaciam Amidæ ciuitatis episcopum facinus optimum reddidit clariorem. Cùm enim Romani milites captiuos Persarum de Avazena regione vastata, reddere regi Parthorum nullo modo vellent, captiui fame consumebantur, cum essent circa sexcẽti millia: quod Persarum regem non mediocriter contristabat. Tũ igitur Acacius conuocans clericos sibi subiectos: Viri, inquit, fratres, Deus noster nec discis nec calicibus opus habet: nam neque comedit, neque bibit. Et quia multa vasa aurea & argentea, ecclesia nostra ex oblatione Christianorum habet, conuenit ex his liberari exercitum captiuorum, egentibusque cibos offerri. Hęc & his similia cùm dixisset, conflauit vasa, & militibus dedit precium captiuorũ. Quos cùm recreasset cibis, datis sumptibus ad regem proprium destinauit. Ad hoc mirabile opus Acacij Persarum rex magis obstupuit, quod & bello Romani, & beneficiis se vicissent. Aiunt enim, quòd etiam desiderium habuerit Persarum rex vt videret Acacium, sed hoc Theodosius prohibuerit Imperator.

De Eudocia vxore Theodosij, & de laudibus ipsius Theodosy. Caput 17.

OB victoriam verò auxilio Dei collatam, Romanorũ plurimi pollentes eloquentia, coscribebant laudes Imperatoris. Cuius vxor Heroico metro poëmata multa confecit. Erat enim eloquens filia Leontij Sophistæ Athenien sis, à patre omnibus lectionibus erudita. Quam cùm Imperator ducturus esset vxorem, Christianam Atticus fecit episcopus, & in baptismate cùm prius vocaretur Athenais, Eudociæ nomen imposuit. Multi ergo (sicuti dixi) volentes innotescere, alij suam facundiam demonstrare, præconia imperatoria conscripserunt. Ego verò nec innotescere cupiens, nec facundiam sermonis ostendere, cum veritate Imperatoris bona memorare studebo, quod sit damnosum si taceantur. Primùm itaque regaliter natus atque nutritus, nihil habuit repidum, sed adeò fuit sapiens, vt inter confabulanteis experimentum omnium crederetur habere caussarum. Perdurabat in frigore, similiter & in æstu. Plerunque ieiunabat, & maximè quarta feria & sexta studio Christianissimi, nec aliud quàm monasterium Regalia videbantur. Ipse nanque manè ad suas sorores proficiscens, diuinas dicebat laudes. Quamobrem etiam sacras literas sine codice recitabat. Loquẽtibus episcopis velut olim sacerdos factus, ex diuina lectione respondebat. Congregabátque sacros codices, & quoscunque illorum interpretes seu expositores cõscripsisse videbantur, plusquàm Ptolemæus studuerat Philadelphus. Patientia atque clementia vniuersis hominibus eminebat. Nam Iulianus imperator licet philosophus diceretur, non tamen Antiochensium tulit iniuriam, sed maxima Theodoro tormenta indignatus imposuit. Porrò Theodosius multum gaudens syllogismis Aristotelis, philosophiam exercebat operibus, iram, tristitiam, libidinemque deuincens, & in nullo se vlcisci desiderans. Cùm igitur à quodam familiarium interrogaretur, cur nullum se lædentium morti subiiceret: Vtinam, inquit, esset mihi possibile ad vitam etiam mortuos reuocare. Quem cum alius pro ea caussa interrogaret: Non est, inquit, magnum, neque difficile hominem mori, quia neque Deo soli semel mortuum ex pœnitentia suscitare. Adeò enim fuit clemẽs, vt si quando quispiam dignum aliquid morte committeret, ne vsque ad ciuitatis quidem portas moriturus perueniret, sed ex eius clementia continuò reuocatio sequeretur. Cum quodam tempore ipse in Amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus: Crudeli bestiæ artifex παράβολος pugnet. At ille, Nescitis, inquit, quod consuescimus nos spectare clementer? Tanta verò pietate præcelluit, vt omnes quidem Deo consecratos honoraret, præcipuè tamen quos audiebat veneranda actione pollere. Fertur autem, quod cum Constãtinopoli episcopus Chebronensis fuisset mortuus, sacrum eius valdè sordidum quæsierit, eóque circumamictus sit, credẽs se aliquid ex defuncti sanctitate promereri. Cum aliquando aëris tẽpestas esset, & ille Circũ propter populũ † expectaret, pleno Circo tempestas vehemẽtius agebatur multo imbre diffuso. Cúmq; hoc fieret, suã voluntatẽ Imperator aperuit, fecitq; per præconẽ clamari, quod melius esset spectaculum contemnere, & omnes rogare Deũ, vt illæsi ab imminente tempestate seruarẽtur. Quo dicto cũcti Deo magno gaudio supplicãtes hymnos concorditer offerebant, & tota ciuitas velut vna psallebat ecclesia. In medio autem horũ imperator existens priuato cultu properabat. Nec ipse sua frustratus est. Repente nanque aër ad serenitatem diuina clementia reuocatus, annum præbuit frugibus vniuersis vberrimum. Si quãdo bella mouerentur, secundum Dauid confugiebat ad Deum, sciens cum præliorum autor ẽ inimicos orationibus superabat.

An. do. 424. Panegyrici in laudem Theodosij iuniores.

Athenais Eudocia.

Theodosij iuniores vita & merces.

παράβολος audax. Theodosius minor. Ludi Circenses.

† exhiberet.

Quomodo Ioannes tyrannus in Occidente fuerit superatus. cap 18.

An. do. 425.

POst modicum itaque tẽpus Perfici belli defuncto imperatore Honorio, Consulatu Asclepiodoti & Mariani Augusto mense, quomodo Ioannem tyrannum Deo se committens superauerit, enarrabo. Sicut enim tunc sub Moyse Hebræis contigit rubrum transire mare, talia etiam eius ducibus euenerunt, cùm eos mitteret contra tyrannum. Defuncto siquidem (sicuti diximus) Honorio principe, cognoscens Theodosius celauit factum, & alia dicendo diuersorum suspicionibus obuiauit. Inter hæc mittit magistrum militum in Salonas ciuitatem Dalmatiarum, vt si qua bellorum commotio prouenirent, circa partes Hesperias vicinus adiutor esset. Quo facto, mortem patrui patefecit. Inter hæc Ioannes primus Imperialium conscriptorum, non ferens suam fœlicitatem imperium contendit arripere. Misitque Legatos ad imperatorem Theodosium, petens vt eius susciperet imperium. At ille Legatos quidem retrusit in carcerem, misitque magistrum militum Ardaburium qui multum laborauerat apud Persas: hic Salonam veniens, inde nauigauit Aquileiam. Contigitq; vẽtum aduersum flare, ita vt in tyranni manus incideret. Quo capto sperabat ad necessitatem peruenire Theodosium, vt per hoc ipsum decerneret imperatorem, si vellet magistrum militum liberare. Imperator tamẽ vt audiuit factum, æstuabat ne quid mali Ardaburius sustineret. Aspat verò Ardaburij filius cognoscens patrem à Tyranno teneri, & multa millia Barbarorũ in præsidio tyranni consistere, quidnam faceret, ignorabat. Qui tunc imperatoris oratione præualuit. Angelus enim Dei sub figura pastoris educebat Asparem, & omnes qui cum eo erant: ac per paludem adiacentem Rauẽnæ, ad loca sperata peruenerunt. In ea nanque ciuitate tyrannus degens habebat exercitum, vnde nullus aliquando transisse fertur. Tum ergo Deus inadibilem terram fecit adibilem. Transeuntes nanque per siccam paludis aquam, apertasque inuenientes ciuitatis portas, Tyrannum quoq; detinuerunt. Tum ergo piissimus Imperator reuerentiam quam circa diuinitatem habebat, ostendit. Cùm enim Circum populo exhiberet, nunciatum est, ei tyrannum fuisse peremptum. Quamobrem sermonem fecit ad populum dicens: Venite, si placet, relinquẽtes hoc propositum, & proficiscẽtes ad ecclesiam, gratificos Deo soluamus hymnos, cuius manus tyranni præsumptionibus obuiauit. Quo dicto, spectaculo cessante, per medium circum cuncti cum eo concorditer gratias agẽtes, ad ecclesiam conuenerũt, ita vt tota ciuitas vna videretur ecclesia. Veniẽtesque ad locum orationis, iugi die gratias domino retulerunt.

Ioãnes ex seruo tyrannus.

Rauenna.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER DVODECIMVS.

De ortu Valentiniani principis filij Placidiæ.

CAPVT PRIMVM.

An. do. 420.



CEsso tyrãno cogitabat Theodosius imperator, cui nam deberet Hesperiarũ regna cõmittere. Tum Valẽtinianus erat valde puer, natus ex matre Placidia, eius quidem amita, filia verò maioris Theodosij. Arcadij & Honorij sorore, de patre Constãtio, qui ab Honorio Imperij iura susceperat: paruóque tempore cum eo regnauerat. Hunc ergo Valentinianum consobrinum suum Cæsarem factum, mittit ad partes Italiæ, cum quo matrẽ pariter Placidiam, eíque vniuersam dispositionẽ commisit imperij. Cúmque voluisset ipse quoque in Italiam proficisci, vt consobrinum ad Imperij culmen eueheret, vt sui vigore tyrãnorum remoueret audaciam: veniens vsque ad Thessalonicam, languore prohibitus est. Quamobrem coronam imperialem postea consobrino per patricium † Stiliconem mittens, Constantinopolim rediit. Hæc de talibus retulisse sufficiat.

Valẽtinianus Cæsar.

Helionem.

De egregiis factis Attici Constãtinopolitani Pontificis. Caput 2.

ATticus porrò episcopus caussas ecclesiæ sapiẽtia mirabiliter disponebat, doctrinísque populum ad virtutis studium prouocabat. Cúmque videret diuisam ecclesiam, cum Ioannitæ seorsum apud seipsos sacra solennia celebrarent, iussit vt in orationibus memoria Ioannis haberetur, sicut aliorum dormientium episcoporum fieri consueuit: per hoc sperans plurimos ad ecclesiam reuocari. Adeo autem largus erat, vt nõ solùm pauperibus suarũ paroeciarum, sed etiã in vicinas ciuitates multas pecunias pro egentium

Atticus Chrysostomiani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

subsidio transmitteret. Calliopio nanque presbytero ecclesiæ Nicænæ trecentos aureos mittens hæc scripsit.

CALLIOPIO ATTICVS IN Domino salutem.

Cognoui decem millia esuriẽtium in ciuitate, à piis exhibenda egere misericordia. Decẽ millia verò cum dico, multitudinẽ intelligo, non perfectum numerum cõprehendo. Quia igitur ego quidem habeo perceptũ numerũ datum ab eo qui manum habet munificã, & præbet congruis dispensationibus, & cõtigit aliquos indigere nõ habẽtes, nec acquirere scientes, suscipiens ô charissimum mihi caput hos trecentos † solidos expende sicuti volueris: & maximè illis quos petere puder, & non eis qui propter vitæ ventrẽ magis negotiãtur ex talibus. Noli igitur vel religionem in hac parte consyderare, sed vnã tantũmodo rem obserua, vt nutrias indigentes: nec cogites si quæ nostra sunt, sapere non videntur. Sic igitur Atticus etiam procul indigẽtium habebat curam. Sed & superstitionem quorundã studebat abscindere. Audiens etenim Nouatianos Iudaicum pascha sequentes propter Sabbatiũ fuisse diuisos, eiusque corpus ab insula Rhodi vbi mortuus fuerat trãslatum, & plurimos ad tumulum eius orare, noctu mittens in aliud sepulchrũ corpus Sabbatij iussit abscondi. At illi consuetè venientes, essossumque reperientes tumulũ, deinceps eum locum colere quieuerunt. Erat verò circa nomina locorũ studiosus. Nam cum quidã portus in ore ponti Euxini constitutus, exantiquo φαρμακὸς appellaretur, i. venenarius, mutato nomine eum locum Senatorũ nominauit, ne dũ ibi Collectæ prædicarentur, nomine blasphemo locus ipse designaretur, Sed & aliũ locũ ἀργυρόπολιν pro huiusmodi caussa nominauit. Χρυσόπολις item in capite Bosphori constituta est. Huius multi antiquorũ faciunt mentionẽ. De qua ciuitate Xenophon in primo libro Helladicorum dicit, quòd cã muro cinxerit Alcibiades, & in ea constituerit, vt qui nauigarẽt de Ponto, decimas ibi præberent. Videns ergo Atticas locum in contraria ripa χρυσοπόλεως positũ dele ctabilẽ & decorũ, ait: ἀργυρόπολις nominetur: qui locus eius repentè cognomen obtinuit. Igitur quibusdam dicentibus ei, non debere Nouatianos intra ciuitatem missas facere: Nescitis, inquit, quantum nobiscum in persecutione Constantij atque Valentis fuerint passi, qui etiam testes sunt nostræ fidei. Nam quum pridẽ ecclesia fuisset diuisa, isti circa fidem nihil innouauerũt. Pro episcopi ordinatione aliquando veniens in Niceam, Asclepiadem Nouatianorum vidit episcopum valdè senem, interrogauitq; quot in episcopatu annos haberet. Quo respõdente: Quinquaginta: Fœlix, inquit, homo es, tanto tempore boni operis curam † habens. Super hæc ait: Ego quidem Nouatum laudo, Nouatianos non approbo. Tum Asclepiades: Quomodo hoc dicis episcope? Verùm Atticus: illum, inquit, laudo, quoniam his qui sacrificauerant, communicare noluit, hoc etiam ego ipse feciſſem. Nouatianos autem non laudo, quod pro leuibus vitiis laicos à gratia communicationis excludunt. Asclepiades dixit: Extra sacrificandi peccatum etiam alia plurima sunt delicta secundum scripturas quæ ducunt ad mortem, propter quę vos quidem clericos, nos autem communicare etiam laicos prohibemus, Deo soli eorum remissionis iudicium cõmittentes. Atticus verò etiam suam præsciuit mortem. Nam quũ à Nicæa discederet, Calliopio presbytero dixit: Ante autumnũ Constãtinopolim venire festina, si vinum me denuò videre desideras. Si tardaueris, nõ videbis. Quo dicto, mentitus non est. Anno nanque vicesimo primo sui episcopatus, decimo die mẽsis Octobris est mortuus, Consulatu Theodosij vndecimo, & Valentiniani Cæsaris primo.

Attici mors An. do. 427.

† aureos.

Φαρμακὸς.

Chrysopolis Xenophontis ἑλληνικ.

Argyropolis.

Nouatiani minimè mali.

† agens. Nouatum laudo, Nouatianos non approbo.

De ordinatione Sisinnij, & moribus ipsius, & quod Proclus ordinatus Cyzici non sit susceptus. cap. 3.

POstrò Theodosius imperator à Thessalonica reuertens, eius exequias non inuenit. Ante vnum nanque diem quàm ingrederetur, ille sepultus est. Post paucos verò dies, id est, viginti tres, mensis Octobris nuntiatum est, quod Valentinianus insulas suscepisset imperij. Post obitum igitur Attici sit maxima de episcopi ordinatione contentio, aliis alium postulantibus, quidam Philippum presbyterũ quærebant, alij Proclum item presbyterum. Sed omnis populus cõmuniter desiderabat ordinari Sisinnium, qui & ipse presbyter quidem erat. In nulla tamen ciuitate ordinatus, sed in suburbano Constantinopoleos, cui nomen † Oliua est, ministrabat: hoc suburbanum est positum extra faciem ciuitatis, vbi dies ascensionis Saluatoris solenniter celebratur. Hunc ergo virum omnes laici diligebãt propter ipsius reuerentiam, & maximè quia fouebat pauperes vltra sui mensuram. Præualuit ergo votum laicorum, & Sisinnius ordinatus est vicesimo octauo die Februarij mensis, Consulatu sequenti Theodosij duodecimo, & Valentiniani iunioris secũdo. Philippus autẽ presbyter, cui prælatus fuerat Sisinnius, in historia Christiana quam triginta sex libris ipse conscripsit, ordinationem Sisinnij valdè lacerauit, derogãs ordinato & pariter ordinantibus, & maximè laicis. Is enim Philippus à Ioanne episcopo diaconus ordinatus, multa quoque conscripsit contra Iulianum imperatorem: cuius tamen historia mihi multam videtur habere confusionem, & non satis prodesse legẽtibus. Sisinnio igitur ordinato, contigit episcopum obire Cyzicenum. Tunc Sisinnius, Proclum in Cyzico consecrauit, qui antequam proficisceretur Cyzicum, ciues præcedentes, Dalmatiũ monachum episcopũ sibimet ordinarunt, paruipendentes regulã qua iubetur, præter Constantinopolitanũ pont, ordinationẽ fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quod Attico soli hæc lex personaliter præfixa videbatur. Mãsit ergo Proclus non habens ecclesiam propriã, qui tamẽ in doctrina ecclesiarum Constantinopoleos valde florebat. Igitur Sisinnius cùm duos in episcopatu compleuisset annos, defunctus est Consulatu Hierij & Ardaburij 24. die Decembris mẽsis, vir celebertimus castitate & rectitudine vitæ suæ, mansuetus moribus sine vllo figmẽto, remotus à caussis. Quãobrẽ curiosis viris, tristis & inefficax videbatur.

† Elga. Oliua.

Sisinnius Constãtinop. episc. An. do. 428. Philippi Constantinop. Historiæ Christianæ libri. 36.

Proclus.

Dalmatius monachus.

An. do. 430.

De

De ordinatione Nestorij, & quæ sub ea in ecclesijs mala acciderint. Caput 4.

DEfuncto Sisinnio, Imperatoribus visum est nullum ex ecclesia Constãtinopolitana ordinare pontificẽ, eo quòd essent vanæ gloriæ & sibimet arrogantes: quũ vtique multi Philippũ, plurimi Proclum habere desiderarẽt. Interea ab Antiochia visum est aduenam euocari debere. Erat enim ibi quidã Nestorius nomine, genere Germanicienſis, bonæ vocis & simul eloquẽtię. Ideóque eum velut idoneũ ad docendũ euocauerunt. Quumque transissent tres menses, venit Nestorius ab Antiochia, qui castitate inter plurimos præcipuus habebatur. Quibus autem fuerit moribus instituta, sapiẽtes à primo eius sermone non latuit. Ordinatus enim decimo die mensis Aprilis Consulatu Felicis & Tauri, mox illã vulgatam corã omni populo protulit vocẽ, faciens sermonẽ ad Principẽ: Da mihi, inquit, ô Imperator, terrã purgatam ab hæreticis, & ego cœlũ tribuam. Debella mecũ hæreticos, & ego tecũ debellabo Persas. Hæc quum dixisset, licet quidam odio haberent hæreticos, tamen leuitas sensus eius, & indignationis initiũ, vanæ gloriæ tumor, eis valde displicuit, quod ne modicum quidem tempus expectans ad talia verba descẽdisset, & secundũ Prouerbiũ vt dicam, cùm necdum ciuitatis gustasset aquam, persecutor feruẽtissimus appareret. Quinto verò ordinationis die Oratorium Arianorum, in quo latenter cõueniebant, auferre volens, eos ad tantum furorẽ perduxit, vt idem Oratoriũ concremarent. Quę caussa etiam vicinas consumpsit ædes turbãque vehemens in ciuitate accidit. Verùm Ariani seipsos defendere parabant: sed eorum consilium custos ciuitatis dominus impediuit. Postea autẽ ipsum Nestorium vocabant incendiariũ, nõ solum hæretici, sed etiã qui eius fidei concordabant. Nõ enim silere poterat, sed semper contra hæreses machinatus quantũ ad se, subuertit funditus ciuitatẽ. Nouatianos autẽ depopulari tentabat, eo quòd Paulus eorũ episcopus præditus esse reuerẽtia diceretur: sed proceres eius impetum refrenarunt. Quanta verò circa Asiam, Lydiã, Cariam, contra Quartodecimanos mala cõmiserit, & quod propter eum circa Miletum & Sardis facta seditione sint mortui, nunc omitto. Quam verò propter hæc & propter infrenatam linguam receperit vltionẽ, post pauca narrabo. Nunc verò res memorabilis indicanda est. Quędam gens vltra Rhenum fluuium est, Burgundionum. Isti vitam quietã agunt, & penè omnes fabri lignorum sunt, ex qua mercede pascuntur: quorum regionem Huni crebra inuasione vastabant, & plurimos occidebant. At illi licet anxietate constricti, ad nullum se tamen hominem contulerunt, sed alicui Deo se committere cogitabant. Tum audiẽtes quod Romanorum Deus fortiter adiuuat se timentes, omnes cõmuni cõsilio ad credulitatẽ Christi confugiunt. Venientésque in vnam ciuitatẽ Galliarum, rogabant vt ab episcopo Christianorum baptisma mererentur. At ille eos septem diebus faciens ieiunare, & imbuens fide, baptizatos octauo die abire præcepit. Qui sumpta fiducia contra tyrannos alacriter festinabãt, & spe sua frustrati non sunt. Nã A quum rex Hunorũ nomine † Suptarus per noctem fuisset ciborũ nimia voracitate corruptus, Burgundiones gentem inimicã sine duce reperiẽtes, & pauci plurimis resistentes, facta cõgressione vicerunt. Nũ quum essent istorũ tria millia, circa decem millia peremerũt, & ex illo tota gens feruẽtissimè in Christianismo permãsit. Eo tempore Barbas Arianorũ episcopus, est defunctus, Cõsulatu Theodosij tertiodecimo, & Valẽtiniani tertio, vicesimo quarto die Iunij mẽsis, in cuius locum Sabbatius ordinatur. Nestorius itaq; agens præter consuetudinẽ ecclesiæ, contra se plurimos incitabat, sicut eius facta ostẽdunt. In Germẽsi etenim Hellesponti ciuitate Antonius erat episcopus, qui cognoscẽs instantiã Nestorij aduersus hæreticos, Macedonianos & ipse persequi festinabat, quasi patriarchæ imitatus imaginẽ. Portrò Macedoniani aliquantulũ sunt perpessi. Quúmq; Antonius vehemẽter insisteret, iã molestiã nõ ferentes, ad scelus se durissimũ contulerũt. Mittentes etenim quosdam viros, & quod rectũ est secundo loco ponẽtes, interemerunt eum. Hoc factũ Macedonianorũ, Nestorio maioris persecutionis dedit occasionẽ. Persuasit enim imperatoribus, vt eorum ecclesiæ tollerẽtur. Quamobrem Constantinopoli eis ecclesia ablata est, ante murum veterem posita ciuitatis, & Cyzici, & aliæ plurimæ quas habebãt in Hellesponto: quorũ aliqui ad ecclesiam confugerũt, in Consubstantialitatis fide consentientes. Sed, sicut ait scriptura, Ebriosis vinum non deest, neque contentiosis lires: sic quoq; Nestorio amãti persecutiones, euenit vt persequeretur semper ecclesiam Dei. Erat cum eo Anastasius presbyter ab Antiochia pariter destinatus, quem nimis honorabat, & veluti consiliarium habebat in caussis. Aliquãdo igitur corã ecclesia Anastasius docens, ait: Dei genitricẽ Mariã nullus appellet. Maria enim homo fuit, & Deum ab homine generari prorsus impossibile est. Hoc quum auditum fuisset, plurimos clericorum & laicorũ pariter cõturbabat. Olim namq; didicerant Deum fateri Christũ, & nullatenus eũ per dispensationem velut hominẽ à diuinitate separari, credentes Apostolicæ voci, dicit: Et si cognouimus secundũ carnẽ Christũ, sed nũc nequaquã cognoscimus. Quapropter relinquẽtes de Christo sermonẽ, ad perfectionẽ procedamus. Tumultu siquidem (sicut dixi) in ecclesia facto, Nestorius Anastasij sermonem firmare volens, & nõ redarguere velut blasphemũ, qui videbatur ab eo honorari, frequẽter ex hoc coram ecclesia docuit. Et cũ maiori cõtentione quæstionẽ hanc agitabat, sermonẽ Dei genitricis reiiciẽs. Vnde diuisio nata est in ecclesia, & velut in nocturno bello diuersi, nũc his, nũc aliis cõsentiebant & verba propria denegabãt. Nestorius autẽ apud multos in ea erat opinione, quòd purũ hominẽ diceret Christũ, & tanquã Pauli Samosateni atq; Photini dogma in ecclesias introduceret. Sed de his maxima quæstio mota est, & tumultus, ita vt vniuersalis synodus ageretur. Ego verò legẽs Nestorij libros, quæ intellexisse comperi hunc virum, & cum veritate cõspexi, neque pro eius inimicitiis, neque pro gratia alterius explanabo. Nõ mihi videtur Nestorius neque Samosatenũ secutus Paulum, neque Photinum, neq; omni-

† Vptarus.

Barbæ mors. An. do. 438. Sabbatius.

Nestorius ex Antiochia ad episcopatum Constantinopolitanum vocatus. An. do. 430.

Antonius Germensis episcopus contra Macedonianos.

Nestorij arrogantia.

Macedonianis ecclesiæ ademptæ.

Prouerbium.

Anastasius presbyter.

Nestorius, incendiarius.

2. Cor. 5.

An. do. 430. rgundi.

An. do. 431.

Ieiunia ante baptisma.

Nestorij sententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

no purum hominē dixisse Christum, sed sermonem tantummodo quasi metuendum expauisse: Et hoc passim quod decenter nō esset eruditus. Qui dum naturaliter eloquēs fuisset, se putabat doctum, & libris Antiquorum interpretum dedignabatur incumbere, omnibusq; se meliorem putabat esse, ignorans quod in catholica Ioannis epistola in antiquis exemplaribus habeatur: Omnis spiritus qui soluit Iesum, à Deo non est. Hunc enim sensum ex veteribus exemplaribus abstulerunt, qui separare volunt ab hominis dispēsatione diuinitatem. Quapropter veteres interpretes hoc ipsum designauerūt, quod aliqui adulteratint hanc epistolā, soluere hominem à Deo volentes. Est enim humanitas copulata diuinitati, & iā non sunt duo, sed vnū. Hac ratione confidētes antiqui, Mariam Dei non timuerunt dicere genitricem. Eusebius Pamphili enim tertio libro de vita Cōstantini, dixit: Etenim & generationem sustinere, qui nobiscū est Deus propter nos voluit: & locus eius in carne generationis nominatus est apud Hebræos Bethleḗ. Quamobrem & Helena Augusta Deo amabilis, locū amplum vbi Dei genitrix peperit, memoriis mirabilibus adornauit, hanc sacratissimam speluncam decenter illustrans. Sed & Origenes in primo Tomo de epistola Pauli ad Romanos, ait: Quomodo Dei genitrix dicatur, latius animaduerte. Apparet igitur Nestorium ignorasse lectiones antiquorū. Quapropter (sicut dixi) in sermone solo moratus est, & nō solūm eum sermonē ex animō dedit, sed etiā omnino Deū esse qui nat⁹ est denegauit. Nos enim fatemur quod qui de sancta Virgine natus est, crucifixus est, Dominus est gloriæ, sicut dixit Apostolus: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Porrò Nestorius dicit: Noli gloriari Iudæe, non crucifixisti Deum: tanquā ipse Dominus gloriæ idem non sit Deus. Nam quod purum nō dicat hominē Christum, sicut Photinus, aut Paulus Samosatenus, etiā homiliæ quas fecit ostendunt. Nusquam enim Dei verbi subsistentiam perimit, sed vbique id subsistere confitetur, & habere substātiam, non sicut Photinus & Samosatenus eius existentiā perimentes. Hoc enim & Manichæi à Montano dogmatizare audent. Sic igitur Nestoriū inuenio sapuisse ex eius libris. Non ergo mediocrem cōcussionem orbi terrarum repidissima Nestorij ratiocinatio concitauit. Interea contigit scelus quoddam graue in ecclesia prouenire. Serui quidam potentium genere Barbari, dominum crudelem experti, ad ecclesiam confugerunt, & portantes gladios ingressi sunt ad altare. Cumque rogarentur, exire nullo modo voluerunt, sed impediebāt solennia celebrari, plurimis diebus gladios tenentes euaginatos, & parati se vindicare: & omnibus accedentibus insistebāt. Qui postremò vnū clericum perimentes, & alium vulnerantes, etiā seipsos interemerūt. Quo facto quidā transeuntium hoc scelus nihil boni ecclesiæ significare prædixit: nec veritate frustratus est. Significabat enim populi diuisionem, & deiectionem eius, qui fuerat caussa diuisionis.

Antiqui interpretes.

Euseb. Pamphili in vita Constantini.

Serui confugiūt ad templū.

De Ephesino concilio contra Nestorium. Caput 5.

NOn multo post tempore, iussio principis episcopos vndiq; Ephesum cōuenire præcepit. Mox ergo post Paschalē festiuitatem, Nestorius cū maxima multitudine venit Ephesum, inuenitq; plurimos episcoporū ibi fuisse collectos. Porrò Cyrillus Alexandrinus moditum cunctatus, circa Pentecosten occurrit. Quinto verò die post Pentecosten, Iuuenalis etiam Hierosolymorum venit. Porrò Ioanne Antiocheno cunctāte, mouebāt præsentes episcopi quæstionem. Cyrillus autem Alexādrinus episcopus, defloratiōnes quasdā librorum Nestorij faciebat, eum turbare volens. Etenim erat inimicus eius. Et quum plurim: Deū confiteantur esse Iesum: ego, inquit Nestorius, bimestrem & trimestrem nequaquam confiteor Deū. Quapropter mundus sum à sanguine vestro, & post hac ad vos nō veniā. Quum hæc dixisset, cum reliquis congregabatur episcopis, qui ipsius sententiam sequebantur: præsentes ergo in duos ordines sunt diuisi. Porrò Cyrillus cum suis facto concilio Nestorium vocauerunt. At ille non obediuit, differens in præsentiā Ioannis Antiocheni. Qui verò circa Cyrillum erant, homilias Nestorij quas de hac quæstione protulerat sæpius relegentes, & ex ipsis iudicantes, eum velut blasphemantē Dei filium, damnauerunt. Hoc facto, qui circa Nestorium erant, aliud apud se concilium facientes damnauere Cyrillum, & cum eo Memnonem Ephesinæ ciuitatis episcopum. Non verò multo post venit etiā Ioannes Antiochenus episcopus, & cognoscens quæ gesta essent, indignabatur contra Cyrillum tanquam seditionis autorē, eò quòd adeò seruēter Nestorij fecisset damnationem. Porrò Cyrillus cum Iuuenale volens se vlcisci contra Ioānem damnauit etiam ipsum. His tali mixtione confusis, cognoscēs Nestorius cōtentionem ad quandam perniciem peruenisse, Dei genitricem Mariam vocabat, dicens: Dicatur, inquit, etiam Dei genitrix Maria, & ea quæ afferunt dissidium conquiescāt. Sed nullus eum ex pœnitentia talia dicentem, suscepit. Quapropter hactenus dānatus & in exiliū missus Oasin habitare dinoscitur. Hunc ergo terminum synodus habuit: quæ gesta sunt Consulatu Bassi & Antiochi, tricesima octaua die Iunij mensis.

An. do. 433. concilium Ephesinum.

Nestorius damnatur.

Oasis eremus.

Quomodo Ioannes Antiochenus Cyrillum damnauerit. caput 6.

POrrò Ioannes veniēs Antiochiam, & plurimos episcoporum colligens, damnauit Cyrillum cùm iam esset in Alexandria. Paulo post verò inimicitias resoluentes, in gratiam redierunt, & sedes alterutris reddiderunt. Post damnationem verò Nestorij, dura Constantinopli turba contra ecclesiam facta est. Diuisus est namque populus propter tepidum eius, sicut dixi, tractatum. Cleri tamen omnes communi decreto eum anathematizauerunt. Sic enim nos Christiani contra blasphemos prolatum solemus appellare decretum, quando id veluti in marmore scriptum, manifestum cunctis ostēdimus.

Ioan. Antiochenus damnat Cyrillū Alexandrinum. Anathet.

De ordinatione Maximiani constantinopoli. caput 7.

His

HIs ita prouenientibus de electione episcopi A batur. Polycarpus de vrbe Antapristena Mysię, in Nicopolim Thraciæ mutatus est. Herophilus de Trapezapoli Phrygiæ, translatus est in Plotinopolim Thracię. Optimus ab Argdamia Phrygiæ, in Antiochiā Pisidię transfertur. Syluanus à Philippopoli Thraciæ mutatur in Troada. Tot igitur quot ad præsens inuenio⁹ ex propriis ciuitatib⁹ ad alias migrasse, nos memorasse sufficiat. De Syluano tamē, qui ex Philippopoli Thraciæ in Troada migrauit, vtile iudico pauca narrare. Syluanus quidē Rhetor fuit prius Troili Sophistæ filius, & ad perfectū Christianus, vitāmque monachicam diligēs. Is enim doctoris pallio vti despexit quē post hæc Atticus episcopus cōprehendēs, episcopum Philippopoleos ordinauit. At ille tribus annis in Thracia degēs, nec frigora ferre valens, cū haberet corpus valde debile atq; subtile, rogauit Atticū, vt eū in loco alio constitueret, dicēs, nō ob aliā caussam nisi propter frigus ea se loca vitare. Cumq; alius pro eo fuisset ordinatus, māsit Syluanus Constātinopoli, vitā monachicam perfectè custodiens. Adeoque sine vlla fuit arrogātia, vt plerunque in tāta multitudine ciuitatis cū soleis de sparto procederet. Cū vero aliquantum tēporis præteriisset, Troianæ præsul ecclesiæ moritur: Troianiq; venerūt, petentes episcopū. Cumque cogitaret Atticus quē ordinare deberet, subitò contigit ad ipsum salutandum venire Syluanū. At ille vidēs eum, mox cogitare cessauit. Tum ad Syluanū: Non habes, inquit, vlterius occasionem, pro qua ecclesiasticas curas possis effugere. Troia namque nō habet frigus, sed ecce apparatus est tuo corpori opportun⁹ à Deo locus. Prepara ergo teipsum, & ad Troiā continuò proficiscere. Migrat ergo Syluanus. Quo facto miraculū quod inter eius manus accidit, enarrabo. Nauis maxima quę gia des colūnas deuexerat nuper, in littore Troiano fabricabatur. Cumq; eā ad mare voluissent deducere multis funibus, atq; populo trahēte, nullatenus mouebatur. Quod cū plurimis diebus ageretur, suspicati sunt nauem à dæmonio retineri. Tum ad Syluanū venientes episcopum, togauerunt cū vt in eo loco daret orationem, credētes hoc modo trahi nauem. At ille humili sermone dicebat se esse peccatorem, asserēs hoc opus alicuius esse iusti, nō tamen suū. Quē cū rogassent, venit ad littus. Factāque oratione tetigit vnum funem, iubens vt insisterent operi cum labore. Tum illis † breuiter impellentibus cursim nauis ad mare processit: hoc miraculum reuerentiā illius viri cunctos fecit habere Prouinciales. Qui quum esset etiam in aliis rebus eximius, videns clericos etiam de contentione litigātium negocia facientes, nullum clericum vnquam iudicare præcepit. Sed petitiones postulantiū ipse suscepit: rogabat vnum fidelium laicorū amatorémque iustitiæ, vt ipse litigātibus interesset, & terminū iustitiæ definiret. Ob quam rem maximam apud omnes gloriam consequutus est. Quum igitur Maximianus in vrbe Constantinopolitana ordinatus fuisset episcopus Cōsulatu Bassi & Antonij, quinto & vicesimo die mensis Octobris, caussæ ecclesiasticæ quieuerunt.

Proclus.

Maximianus Constantinop.

Acamātium.

Syluanus.

Miraculum.

† *leuiter.*

Quomodo apud Cretam quidam Iudæo dicente se esse Mosen, plurimi iudæorum deceptione sint mortui, & reliqui facti sint Christiani. Caput 9.

Quod episcopi ex aliis ad alias ecclesias sint mutati. Caput 8.

QVia verò quidam dicebant ecclesiasticam regulam prohibere, ne Proclus Constantinopolitanā teneret ecclesiam, cum Cyzici fuisset ordinatus, volo pro hac re pauca narrare. Non enim hoc verè dixisse videntur, sed aut inuidia faciente, aut ignorantes ecclesiasticam sanctionem prohibuerunt, quæ frequenter in ecclesiis vtiliter facta noscuntur. Eusebius itaque Pamphili in sexto Ecclesiasticæ historiæ libro, Alexandrum vnius Cappadociæ ciuitatis episcopū refert, quum venisset caussa orationis Hierosolymam, detentum fuisse ab eius ciuibus, & in locum Narcissi episcopi constitutum, & deinceps omni vita sua ipsi ecclesiæ præsedisse. Sic igitur apud veteres sine vlla differentia, de ciuitate ad aliam migrabat episcopus, cùm vtilitas euocaret. Oportet autem etiam regulam hanc operi copulari, vt ostendatur mentitos esse, qui Proclum inthronizare prohibuerunt.

Regula XVIII. Si quis episcopus ordinatus ad parœciam, in qua ordinatus est, minimè proficiscitur, non sua culpa, sed siue populo respuēte, aut propter quamlibet aliam caussam nō necessitate factā, hunc honore ministerioq; participari tārum, nec eum misceri rebus, in qua collectas celebrat ecclesiæ, sed sustinere quod pronunciæ synodus suo iudicio definierit. Hæc itaq; regula est. Quod verò plurimi episcoporum ex aliis ciuitatibus ad alias propter vtilitates tēporū migrarint, nomina eorū qui sunt mutati subdidimus. Perigenes in Petris ordinatur episcopus: & quoniā ciues eius eum susципere noluerunt, Romanæ ciuitatis episcopus iussit eum inthronizari in Corintho metropoli, defuncto eius episcopo: eique donec vixit, ecclesiæ prefuit. Gregorius Nazianzenus prius vnius Cappadociæ ciuitatis fuit episcopus, deinde in Nazianzo constitutus est. Melitius prius Sebastenæ ecclesiæ præfuit, & postea Antiochiæ præsul est constitutus. Dositheum Seleuciæ episcopū, Alexander Antiochenus episcopus in Tarsum Ciliciæ transtulit † Reuerentius ab Arcis Phœniciæ, in Tyrum translatus est. Ioannes de Gordo Lydiæ mutatus est in Proconesum, & in ea præsidet ecclesia. Palladius ab Helenopoli mutatur in Aspona. Alexāder ab Helenopoli in Adrianos mutatus est. Theosebius ab Apamia Asiæ transfertur in Eudoxiopolim, quæ prius Salābria vocabatur. Polycarpus de vrbe Antapristena Mysię, in Nicopolim Thraciæ mutatus est. Herophilus de Trapezapoli Phrygiæ, translatus est in Plotinopolim Thracię. Optimus ab Argdamia Phrygiæ, in Antiochiā Pisidię transfertur. Syluanus à Philippopoli Thraciæ mutatur in Troada. Tot igitur quot ad præsens inuenio⁹ ex propriis ciuitatib⁹ ad alias migrasse, nos memorasse sufficiat. De Syluano tamē, qui ex Philippopoli Thraciæ in Troada migrauit, vtile iudico pauca narrare. Syluanus quidē Rhetor fuit prius Troili Sophistæ filius, & ad perfectū Christianus, vitāmque monachicam diligēs. Is enim doctoris pallio vti despexit quē post hæc Atticus episcopus cōprehendēs, episcopum Philippopoleos ordinauit. At ille tribus annis in Thracia degēs, nec frigora ferre valens, cū haberet corpus valde debile atq; subtile, rogauit Atticū, vt eū in loco alio constitueret, dicēs, nō ob aliā caussam nisi propter frigus ea se loca vitare. Cumq; alius pro eo fuisset ordinatus, māsit Syluanus Constātinopoli, vitā monachicam perfectè custodiens. Adeoque sine vlla fuit arrogātia, vt plerunque in tāta multitudine ciuitatis cū soleis de sparto procederet. Cū vero aliquantum tēporis præteriisset, Troianæ præsul ecclesiæ moritur: Troianiq; venerūt, petentes episcopū. Cumque cogitaret Atticus quē ordinare deberet, subitò contigit ad ipsum salutandum venire Syluanū. At ille vidēs eum, mox cogitare cessauit. Tum ad Syluanū: Non habes, inquit, vlterius occasionem, pro qua ecclesiasticas curas possis effugere. Troia namque nō habet frigus, sed ecce apparatus est tuo corpori opportun⁹ à Deo locus. Prepara ergo teipsum, & ad Troiā continuò proficiscere. Migrat ergo Syluanus. Quo facto miraculū quod inter eius manus accidit, enarrabo. Nauis maxima quę gia des colūnas deuexerat nuper, in littore Troiano fabricabatur. Cumq; eā ad mare voluissent deducere multis funibus, atq; populo trahēte, nullatenus mouebatur. Quod cū plurimis diebus ageretur, suspicati sunt nauem à dæmonio retineri. Tum ad Syluanū venientes episcopum, togauerunt cū vt in eo loco daret orationem, credētes hoc modo trahi nauem. At ille humili sermone dicebat se esse peccatorem, asserēs hoc opus alicuius esse iusti, nō tamen suū. Quē cū rogassent, venit ad littus. Factāque oratione tetigit vnum funem, iubens vt insisterent operi cum labore. Tum illis † breuiter impellentibus cursim nauis ad mare processit: hoc miraculum reuerentiā illius viri cunctos fecit habere Prouinciales. Qui quum esset etiam in aliis rebus eximius, videns clericos etiam de contentione litigātium negocia facientes, nullum clericum vnquam iudicare præcepit. Sed petitiones postulantiū ipse suscepit: rogabat vnum fidelium laicorū amatorémque iustitiæ, vt ipse litigātibus interesset, & terminū iustitiæ definiret. Ob quam rem maximam apud omnes gloriam consequutus est. Quum igitur Maximianus in vrbe Constantinopolitana ordinatus fuisset episcopus Cōsulatu Bassi & Antonij, quinto & vicesimo die mensis Octobris, caussæ ecclesiasticæ quieuerunt.

Proclus.

Maximianus Constantinop.

Acamātium.

Syluanus.

Miraculum.

† *leuiter.*

† *Recentius.*

Hermopolis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An. do. 441. Circa hoc tempus multi Iudæorum in Creta E christiani facti sunt propter huiusmodi cladem. Quidã seductor Iudæus finxit seipsum esse Moysen, & cœlitus destinatum, vt Iudæos illam insulam inhabitantes per mare † duceret, ipsum se esse dicens, qui olim filios Israël per rubrum mare saluasset. Circuibat itaque toto anno vnãquamque illius insulæ ciuitatem, suadebãtq; Iudæis vt crederent, monens vt omnes pecunias atque possessiones relinquerent, cum vtique deducti per siccum mare ad repromissionis gaudia peruenirẽt. At illi hac spe capti, omne opus proprium negligebant, contemnentes etiam possessiones suas, & dimittentes eas quibuslibet personis. Quumque venisset dies quã designauerat seductor ille Iudæus, eo præcedente sequebantur F omnes cũ coniugibus & † minoribus, seduxitq; eos ad quandam rupem decliuius incumbentẽ, iussitque vt in tomorum specie seipsos euoluerent. Hoc igitur faciebant priores. Et quum venirent ad rupes, repentè mortiebantur, tam dilacerati acutis rupibus, quàm in aqua necati. Plures tamen mori potuerunt, nisi (Deo prouidẽte) quidam viri Christiani superuenissent piscatores atque negotiatores, qui alios quum necarẽtur eripientes recreauerunt. Tum alij eorũ stultitiam sentientes, alios, ne seipsos iactu interficerent, tenuerunt, nuntiantes eorum mortem qui primò ceciderant. Qui etiam cognoscẽtes seductionem, culpabantur, eò quod facile credidissent. Quumque voluissent illum perimere seductorem, cõprehendere nequiuerũt. Repẽte namque disparuit, deditque sulpitionẽ quod dæmon G fuisset erroneus humana figura circumamictus. Ex hac itaque calamitate multi tunc Cretensiũ Iudæorum ad Christianam conuersi sunt fidem.

† deduceret,

† putarent esse deceptos in creta.

† parulis,

De magno incendio Constantinopoli facto, & morte Maximiani atque insolentiæ prodi. Caput 10.

Incendium Cõstãtinopoli.

INterea incendium in ciuitate Constãtinopolitana factum paulatim peruenit ad Thermas, quæ vocãtur Achilleæ: deinde ad locum qui dicitur Pelargus, ita vt Nouatiorum comprehenderetur ecclesia. Tum fertur Paulũ eorũ episcopum inter flammas ecclesiæ restitisse supplicantem Deo, ne ecclesia pariter cremaretur. Qui locus ereptus est: & hactenus XVII. die mẽsis Augusti apud Nouatianos Collectio celebratur. Hunc tamen locum non solùm Christiani, sed etiam Pagani ex eo tempore venerantur. Maximianus igitur cum duos annos & sex mẽses ecclesiam gubernasset, defunctus est. Consulãtu Ariobindæ & Aſparis, die duodecimo mensis Aprilis, in septimanã maiore leuniorum, feria quinta. Tũ igitur Theodosius imperator sapienter cauſſæ prospexit, ne cursus de episcopatu sedi tionis quæstio, aut tumultus in ecclesia nasceretur. Quum adhuc ergo corpus Maximiani iaceret, præsentibus episcopis præcepit inthronizati Proclum. Quod etiã Romani episcopi Cælestini literæ firmauerũt, quas ad Cyrillum Alexandriæ destinauit episcopum, & ad Ioannẽ Antiochenũ & Ruphum Thessalonicẽsem dicens, quod nihil prohiberet alterius ciuitatis existente episcopũ in aliã demigrare. Inthronizatus igitur Proclus exequias Maximiani corporis celebrauit: de quo tempus vt pauca dicamus.

Maximiani episcopi constantinopo. mors. An. do. 436.

Proclus succedit.

De conuersatione & moribus Proculi. Caput 11.

PRoclus ab ætate prima lector fuit, apud doctores tamen † obseruans studiosus quoque Rhetoricæ fuit: qui quum ad perfectam venisset ætatem, plerunq; cum Attico erat episcopo exceptor sermonũ eius. Et quum proficeret ab Attico diaconus ordinatur, postea presbyter. A Sisinnio verò Cyzici cõsecratur episcopus. Hæc quidem ei primo acciderunt, postea thronum Constãtinopolitanę sortitur ecclesiæ. Erat enim vir moribus optimis: & ab Attico vtiliter eruditus, omnia eius imitabatur. Sed in isto patientia potior apparebat. Et ille quidẽ hæreticis se terribilem opportunè monstrabat, iste verò omnibus mitis erat, & sic eos potius quàm violenter flectere nitebatur, nullam hæresim vexare volẽs, in hac parte Theodosium imitatus imperatorẽ. Ille namque iudicabat contra culpabiles imperiali non vti potestate. Hic autem paruipẽdebat, si quis de Deo non ita saperet sicut ipse. In his igitur Imperator laudabat eum, quum & ipse verox sacerdotes imitaretur, & nequaquam persequi volentes admitteret. Ego tamen audacter dico, quod mansuetudine omnes veros sacerdotes euicerit. Ob quã causſam hostes suos citra belli certamina subiugabat, sicut ostenditur in Ioanne tyranno. & facta post hoc perditione Barbarorum.

† studiosus.

† Theodosius vicit omnes sacerdotes mãsuetudine.

De victoria Barbarorum. Caput 12.

POst interitum namque tyrãni, Barbari quos ille cõtra Romanos suum euocauerat in auxilium, parati erant Romanorum fines inuadere. Hæc audiens Imperator consuetè hanc solicitudinem Deo commisit, & orationibus occupatus citò promeruit quod quæsiuit. Quæ enim acciderint Barbaris enarrãda sunt. Dux eorum nomine Rugas, fulmine percussus, interiit. Securáque pestis, maximam partem eorum hominum interemit. Et non solùm hoc suffecit, sed etiam ignis de cœlo descendens, plurimos qui videbantur remansisse, cõsumpsit. Quæ res Barbaros in formidine magna cõstituit non solùm H quod contra gentem Romanorum fortissimam arma leuare ausi fuissent, sed quod sic eos à forti Deo iuuari conspicerent. Tum Proclus episcopus de prophetia Ezechielis coram ecclesia faciens sermonem, de collata salute, ab omnibus est laudatus. Cuius prophetiæ verba sunt hæc: Et tu fili hominis prophetiza in Gog principe Mosoch & Thubal. Iudico enim eum morte & sanguine & imbre diluuij, & lapidibus grandinis, & ignem & sulphur pluã super eum, & omnes qui cum eo sunt. Et post pauca: Et scient quia ego sum Dominus.

Barbari cõtra Romanos.

Rugas.

Ezech. 38.a

Quomodo filia Theodosij Valentiniano sit iuncta. Caput 13.

IGitur imperatori propter suã mãsuetudinem etiam alia plurima præstitit Deus, quorum vnũ illud est: Erat ei filia ex Eudocia, nomine Eudoxia. Hanc Valentinianus consobrinus eius, A Hesperiarũ imperium ab eo factus Imperator, petiit vxorem. Cumque Theodosius annuisset, cogitabat in medio iteneris, quodam loco nuptias celebrare. Placueratque vt Thessalonicam ambo venirent. Inter hæc nunciauit Valentinianus ne fatigaretur Theodosius: ipse enim venturum se Constantinopolim compromisit. Quum ergo partes muniſſet Hesperias, Constantinopolim venit ad nuptias. Quibus celebratis Consulatu Isidori & Senatoris, vxore sumpta reuertus est.

An. 428. Eudoxia filia Theodosij nubit Valentiniano.

THeodosius igitur Imperator pro beneficiis à deo sibi collatis, gratias agebat, plurimis honoribus Christo sua vota compensans, coniugemque suam Eudociam Hierosolymam destinauit. Hoc enim & ipsa votum habuerat, si filiam videret nuptam. Quæ tam Hierosolymis ecclesias constitutas quàm per singulas ciuitates positas, honorauit: & quum illuc proficisceretur, & cùm inde rediret.

Quod Proclus Thalassium senatorem authoritate sua Cæsareæ Cappadociæ fecerit episcopum.

CAPVT XVI.

PRoclus autem Episcopus eodem tempore septimodecimo Imperatoris Theodosii Consulatu, rem mirabilem operatus est, quam nullus priorum fecit Episcoporum. Quum enim Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ mortuus fuB isset, aderant Cæsarienses, petentes Episcopum. Quumque cogitaret, quem eis ordinare deberet, contigit vt ad eum salutandum die sabato Senatores vniuersi venirent, inter quos Thalassius qui præfecturæ Illyrici administrauerat dignitatem. Quumque futurum esset (sicut habebat fama) vt Orientalem regeret præfecturã, missa manu Proclus pro præfecturæ dignitate episcoparum ei Cęsarianæ ciuitatis imposuit. Hæc quidem in ecclesia illo tempore gerebãtur. Nos autem hic terminum faciamus historiæ in pace gubernati cunctas ecclesias exorantes. Nos ergo ô sacratissime homo dei Theodore, tuam compleuimus iussionẽ, finem facientes historiæ, in anno secundo trecentesimoquintæ Olympiadis, Consulatu 17. Imperatoris Theodosij.

An. do. 441.

Peroratio Sociatis Cõstantinopolitani ad Theodorum.

An. do. 442.

Historiæ Ecclesiasticæ quam Tripartitam vocãt, libri duodecimi. Epiphanio Scholastico interprete,

FINIS.

p

Ioannes tyrannus occisus.

Quomodo Eudoxia vxor Imperatoris Hierosolymam sit profecta. CAP. XV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EVSEBII CAESARIENSIS
VITA EX D. HIERONYMI CATALOGO *de Viris illustribus.*

Eusebius, Cæsareæ Palæstinę episcopus, in scripturis diuinis studiosissimus, & bibliothecę diuinę cum Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator, ædidit infinita volumina, de quibus hæc sunt:

Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, hoc est Euangelicæ demonstrationis, Libri 20.

Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς, hoc est Euangelicæ præparationis, Libri 15.

Θεοφανεί† Θεοφανείας, hoc est diuinæ apparitionis, Libri 5.
as Ecclesiasticæ historiæ, Libri 10.

Chronicorum canonum omnimodo historia, & eorum ἐπιτομῶν. Et

De Euangeliorum diaphonia.

In Esaiam Libri 10. Et

Contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, vt quidam putant, Libri 30. De quibus ad me viginti tantum peruenerunt.

Τοπικῶν, Liber vnus.

Ἀπολογίας pro Origene, Libri 6.

De vita Pamphili, Libri 3.

De martyribus alia opuscula. Et

In centum quinquaginta Psalmos, eruditissimi cõmentarij. Et multa alia. Floruit maxime sub Cõstantino imperatore & Constantio. Et ob amicitiam Pamphili martyris ab eo cognomentum sortitus est.

Theodoritus Ciri fuit Episcopus, quam Stephanus χώρᾳ πόλιν appellat, Vocant illã Persę Cyrrechatam, & sita est in extremis Persię finibus. Meminit eius in quinto libro, quum inquit, χώρᾳ δ' ἡμετέρας ἰσίδωρος. Scripsit Ecclesiasticæ historiæ libr. quinque, quos Græci nunc λόγους, nunc τόμους vocãt. Præterea opus quod inscripsit De curatione Græcarum affectionum, versum superioribus annis à Zenobio Acciaiolo Florẽtino ordinis Prędicatorum. Meminit ipse passim in historia sua de aliis quoque libris à se conscriptis, vt responsionũ ad Magos Persarum, & Historiæ de Martyribus.

DE SOZOMENO.

Sozomenus indicat se versatũ in actionibus forensibus apud Cõstantinopolim, cùm Aquilini sodalis sui meminit à febre liberati. Meminit alicubi progenitorum suorum, & aui sui, quem ad Christum conuersum refert in agro Gazensi, quum fuisset patre ethnico prognatus, tribuens illi sacrarũ literarum peritiam. Scripsit autem historiam nouem tomis sectam, ad Theodosiũ iuniorem, exorsus à tertio Consulatu Crispi & Constantini Cæsar vsque ad septimumdecimum Theodosij iunioris. Extat autem huius historiæ volumen Græcum in bibliotheca Xysti Romæ.

DE SOCRATE

Et hic Cõstantinopolitanus fuit, discipulus Helladij & Ammonij Grammaticorum. Scripsit historiam ad preces Theodori Sozomenicæ simillimam, quantum ad tempus attinet.

Index Rerum ac materiarum memorabilium in Historiam Ecclesiasticam, quam tripartitam vocant.

A

A Bacuc corpus repertum. 141.a
Abdas episcopus Persarũ. 131.b
Abdias. 85.d
Abedec alla martyr. 36.h
Abraham hebræorum pater. 6.b
Acaciani 69. a conueniunt apud Antiochiam. 96.b 72.c
Acacianorum epistola ex synodo Antiochena ad Iouianum august. 96.c
Acacij doctrina. 68.c
Acacius euocat è Bithynia ad synodũ cõstantinop. 69.d 70.c conqueritur. 68.c
Acacius dicit filium Dei similem patri secundum voluntatem tantũ. ibid.h
Acacius martyr. 131.a
Acamantium. 163.a
Accusatur Chrysostomus. 147.b condemnatur, mittitur in exilium. 147.d
Acepsemas episcopus. 36.h zeugmaticus. 117.b
Achab. 85.d
Achilas Alexandriæ episc. 15.b 22.g Apostata 16.c Arianus. 17.c 19.c
Achitus diaconus. 51.b.c
Acta synodi Seleuciæ. 69.d
Acta conciliorum. 7.b
Adamantius medicus. 156.g
Adrianus. 95.b
Adulterarũ pœna Romæ sublata. 130.c
AEas. 14.g
AEgyptij post cœnã sacrificabãt. 137.c
AEtham hoc est, hierosolyma synodus transfertur. 38.c
AEmilianus iudex. 61.d
AEmona ciuitas. 9.d
AEsculapij templum. 35.a
AEthalis excommunicatur. 20.g
AEtij vox superba. 71.g
AEtio interdicitur vti diaconi officio. 66.f
AEtius Lydde episcopus. 21.c mittitur in exilium. 72.f
Agapitus ἐυδόκει amplectitur & fit episcopus Synnadensis. 137.d
Agapius. 118.c episc. & eius scripta. 41.h
Agelius Nouatianorũ episcopus. 103.d reuocatur de exilio. ibid. eius mors. 129.d
Agelon Gomarus. 101.d
Aiacis tumulus. 31.b
Alamanni. 129.b
Aithalis martyrium. 37.b 77.b
Alaricius rex Gothorum. 150.h
Alaricus Romam venit. 155.d
Alemanni profligati à Iuliano. 77.b
Alexander antiochenis. 150.d
Alexander magnus. 5.f Alexandriæ episcopus. 8.f 15.c
Alexander inexorabilis. 22.c Constantinopoli ecclesiæ epis. 15.c Apostolic. dogmatum prædicator. 15.d melior quam doctior. 25.b
Alexander totam noctẽ Deum orauit. 40.d
Alexander philosopho silentium Imponit. ibidem.
Alexãdria vrbs multarum Gentiũ. 15.b
Alexandri mors. 38.e
Alexãder Alexandrinus ad ecclesiæ præsules literæ. 15.c.d
Alexandrinæ seditionis autor Eudoxius. 105.c
Alexandrinæ ecclesiæ episcopi. 11.b
Allelvia Romæ. 138.a
Alexandri persecuntur. 120.h
Alexandri seditiosi. 155.d
Amantius episcopus. 39.c
Altera synodus propter Chrysost. 148.f
Amatus index. 81.b
Ambrosius ad Theodosium. 133.b præsul ruralium compescit. 98.f
Ambrosius in exilium. 129.c baptizatur, eligitur in episcopum. 98.f
Ambrosius ad Ruffinum. 132.h
Ammonius. 115.b 115.a
Ammonius occiditur à populo quod lapidem petulanter in præfectũ iecisset. 156.h
Ammõ 111.c eius miracula, mors. 14.g
Amphilchyones de Alexandro. 91.a
Amphilochius Lycaoniensis. 100.c
Amphilochius ad Theodosium. 130.h
Amphion Epiphaniæ Ciliciæ episc. 21.c
Ananiæ martyrium. 30.g
Anastasia basilica. 123.d
Anastasia & Carosia filiæ Valentiniani august. 103.c
Anastasius presbyter. 161.c
Anastasius. 130.f
Anathema. 162.f
Anaxagatus trucidarius. 129.b.c sepultam præcipitat. 130.c
Anianus episcopus. 69.d
Anima Christi. 82.h
Ante fecula. 20.f
Anchemius præfectus. 151.c
Antinous amasius Adriani. 95.f
Antiochenæ synodi fides. 67.b.c
Antiocheni conuertuntur in barbam Iuliani. 89.d
Antiocheni concilij diuisio propter fidem. 33.d
Antiochensium gaudium de morte Iuliani. 92.g
Antiochia Mygdonica Nisibis dicta. 24.f.g
Antiochia Orientis caput. 121.a
Antiochus 145.d
Annoch' nepos succedit liberio. 102.g
Amphonarum origo. 143.d
Antiquus mos 29.b
Antiqui interpretes. 162.e
Antonij vigiliæ. 13.d mors. 14.g fugalitas. 13.a
Antonij monachi somnium. 97.g
Antonius Germensis episcopus cõtra Macedonianos. 161.h
Antonius Aegyptius monachus Constantino Imperatori amicus. 13.d
Anto Magnus. 113.b 117.a literarũ ignarus. 31.d præfectus. 151.c
Annubion episcopus. 39.d
Apelles Aegyptius. 114.c
Apex fidei tonus. 58.f
Aphaca. 31.d
Aphraates. 116.e
Aphricanus. 7.d eius scripta. 59.d
Apollinaris rhetor. 73.a Syrus 89.c grãmaticus. 73.a
Apollinaris Laodicenus. 121.b priuatur episcopatu. 122.c
Apollinares duo. 7.a
Apollinaristæ. 73.a
Apollinaristæ vnius orthodoxis. 151.a
Apollo eremita. 114.f
Apollo Didymeus. 10.b Pithius. 31.a
Apollonij vita. 114.f.g
Apologia de Origene. 82.c de fuga Athanasij. 85.a
Apostaleos Arij, socii. 36.c
Apostolica sedes Antiochiæ. 24.c Hierosolymis. ibidem
Appion Nicomediæ episcopus. 54.c
Aquila locus ad quẽ ducta est argo. 9.d
Aquilinus cauidicus Sozomeni soci⁹. 32.f ardentissima febre correptus diuinitus sanatur. ibidem.
Arabindas. 117.c
Arantheus. 119.d
Aradus Insula. 102.a
Arbarbion episcopus. 39.
Arcadij Augusti mors. 155.a
Ardaburius. 157.c
Arethusij Marco episcopo suo infensi. 80.c
Argyropolis. 160.g
Ariani cupiũt habere vnam ecclesiam oppidatim. 51.c asserunt Christũ esse naturæ mutabilis. 17.d concitãt Cõstantium contra Athanasium. 55.a
Ariani quidam apud Alexandriã suffocati. 45.b
Ariani Interdictum Arij anathematizauerunt. 26.c
Ariani exurunt orthodoxos. 106.b
Ariani exurunt orthodoxos. 119.c
Ariani in suburbiis Alexandrinis 131.a domum Nectarij incendunt. 130.b
Ariani reliquũs ecclesias quas 40. annis tenuerant. 124.g
Ariani Sabbato & dominica. 145.b
Ariani cõueniunt Antiochiæ 34.g triũphant 74.c damnat. 62.f
Arianorũ conuentus apud Bythiniam. 22.h Marcotem. 18.b schisma. 138.f
Arianorum impiissimum dogma. 17.c.f concilia decem. 65.b.c
Arij Impium dogma. 20.h 21.a mors. 40.g epistola ad Eusebium 20.f Doctrina. 16.c
Arij professio mittitur synodo hierosolymitanæ examinanda. 39.a
Aristoteles In quem vsum scripserit sophismata. 59.c
Arius cõtra ecclesiam exoritur. 15.a.b.c excommunicatur. 20.g
Arius Alexandrinus. 31.f subscribit decretis Nicæni concilij. 40.c
Arius iurisiurandi delusor. 40.c ordine excidit sacerdotali. 15.a
Arius & Achilas speluncas latronum sibi ædificant. 17.c ad Paulum Tyri episcopum legatus. 21.c
Arius alexãdrinæ scholæ præficitur. 15.c
Arius & eius sectatores mittuntur in exiliũ. 28.b ab exilio reuocatur. 38.c
Arius & Achillas tunicam Christi inconsutilem dividere nõ erubuerunt. 17.a
Armenij Christi fidem sectantur. 31.a
Atmenius hæresiarchæ. 117.d
Arianus Cõstantinop. episcopus. 149.d moritur. 150.c
Arsenius. 48.f
Arsius abbas. 111.c
Artemius. 88.h
Artemon. 19.b
Asclepas Gazæ episcopus. 47.d Romã

Universidad de Deusto
Biblioteca

proficiscitur. 44 g
Asclepam Gazei suscipiunt. 12 f
Asterius rhetor. 19 e eius libris Arianum dogma firmatur. ibid e
Astrum Flamani concilium. 100 e
Athalaricus 119 d
Athanasij testimonia de Origene 146 e
Athanasij Inimici. 39. a Vanicinium. 64 f g mors. 109 a
Athanasius Græcos vocat Gētiles 35 c Anazarbi episcopus 21 e Dispunctor. 27 c suam recipit ecclesiam 51. e f cōsticuit sacerdotes in alus ecclesiis 53 d
Athanasius Imperat Syriæ & Palestinorū synodis 51 b c petit Dari Christianis vnā ecclesiam oppidatim 52 f
Athanasius apud Treuiros Galliarum metropolim degebat. 59. h fit Alexādriæ episcopus. 38. f g ad iudicium euocatur. 42 h
Athanasius constantinop. venit ad Cōstantium 19 b iubetur redire in Alexandriam. 41. a 82 c fauore constantini iunioris Alexan reuertitur 42 e
Athanasius ve magus accusatur. 38. h 64 f Eusebij opera Alexandria petitur. 42 h accusatur ab Arianis. 41 a fugit Romam 44 e accusatur apud Cæsarem 42 g concilium cōuocat apud Alexandriam. 54 h
Athanasius Constantij furorem declinat 61. h exulat 82. f olim quinque episcopos ad Constan Impera vt se ipsum excusent. 64. h
Athanasius accusator ab Arianis. 41. a aduersus synodū Ariminensem 62 e vocatur ad Constantij exitum 69 b Iouianū 67. a semper odio habitus ab Arianis. 19 a suā recipit ecclesiā 12 h
Athanasius Alexandrinus. 51. a
Atrici sermones non excipiebantur à scribētibus sicut olim Origenis 115. b
Atticus Constantinop. 155 d
Atticus succedit Arsatio. 150.
Attim Rhodij in Deum reuelerant 95. a
Audæus hæreticus. 99 a
Authoritas Rom. Pontificis. 43 a 63. d
Auxentius episcopus moritur. 97 f
Azanes Eunuchus. 39. a

B

Barnabas magister militum. 140. h
Barsabanes rex Persarum. 137 a
Barbas Arianorū episcopus. 114. e
Barbæ mos. 161. a
Barbari Contra Romanos 164 g
Barbari suburbia Constantinop detrimunt. 111 a
Basilij magni memorāda sententia 111. d
Basilius Cappadox. 89. b
Basilius 108 b Ancyranæ occiditur. 81 c
Beatitudo vera in cultura Dei est 15. b
Bellum Persicum. 51. a
Benjamin in oratione sola ægros sanabat. 114. e
Beniuolus quæstor. 110. d
Beryllus Philadelphiæ episcopus 82. h
Bichor episcopus martyr. 37. b
Bita Thraciæ Ciuitas. 104. h
Britanni. 137 c
Blandinis magis quàm tormētis cenſet Iulianus expugnandos Christianos. 78. a
Britannio senex in Imperatorem electitur. 56. h
Britannio tyrannus. 34. f
Britannio primatus Imperio. 56 h
Burgundiones 161. d
Busyris martyr. 81. a
Byzantium. 33 d

C

Calomnia adulterij ab Arianis Eustathio impositur. 34 h
Calydonius aper. 7. h
Calystus. 92. h
Candelabrum Theodosij. 5 d
Canones Nicæni concilij 90. h
Canones synodi Syrmiensis. 37 b
Caput Ioannis baptistæ. 138. h
Carræ Ciuitas 92. a
Causa secessus. 13 c
Celestinus Pontifex Romanus. 117. b
Celtæ. 101. b
Centum Christiani interfecti. 36. f
Chrestus Niceæ episcopus 54 c
Christiani dabant operam spectaculis apud Alexandriam 35. d
Christiani à Licinio persequuntur. 10. b suis opibus spoliantur. 89. d
Christiani in militiam recipiuntur. 10. e exulātes reuocātur ibid infamia liberantur 10. g honorifice habētur. 10. g
Christiani hominis libertas. 12. e
Christianorum dogma cœpit ex Gentilium persequutione. 10. b
Christianorum hospitalitas & officiis erga mortuos 85 d
Christi mater post partum virgo permansit. 6 h
Christus in euangelio. 8. a
Chrysanius. 155 e f
Chrysopolis. 160 b
Chrysostomiani. 130. h
Chrysostomiani torquentur propter factum Incendium. 149 d
Chrysostomus Novatianis fauit 149. c
Chrysostomus vbi exulauit. 148. e enumeratur prædecessoribus suis episcopis & moritur. 149 d
Chrysostomus accusatus appellat synodum vniuersalem.
Cingonum voluare. 9. f 91. a
Circenses ludi 110. e
Clearchus Nymphæum ædificat 101. a
Clemens Alexand. 7. a eius opera. 19. d
Cleomedes Athleta. 91. a
Clerici coguntur militare. 78. f
Coci publici. 80. a
Cœlibibus licet cō lere testamentū 11. a
Collecta Christianorum. 22. d h
Communion's signum. 23. a
Cœlia hæreticorū. 31. a prohibita 111. a
Concilia Occidentalium & Occidentalium episcoporum. 46 h
Concilia non celebranda cura sententiam summi pontificis 47 a
Concilij Niceni sessiones 36. c
Cōcilij Ephesi propter Nestorium 162. e
Concilij in chalcedone propter Ioan. Chrysostomum. 147. a
Concilium 2 in Nicea Bithiniæ 67. a
Concilium Antiochiæ monagista episcoporum. 43. 0. a
Concilij apud Niceam Isauriæ 67. d. a
Concilium Nicomediæ pro Orientalibus 60. g
Concilium Mediolani. 36 h
Concilium Arimineasē pro Occidentalibus. 60. g
Concilij Sirmij aduersus Photinū 16 f
Concilij Hierosol sub Athanasio. 81. c
Concilium Sisimii de concordandis hæreticis. 118. d
Confessorum conuersatio. 10. h
Conflictus. 140 h
Conscriptoris est omnia veritati postponere 7. d
Constās in tricēnalibus ordinatur. 41. a
Constans portes Athanasij tuetur. 42. h
Constans pro Athanasio. 43. a
Constantia mulieris orthodoxæ. 107 b
Constantienses cur à Constan. liberate donati. 78. d
Constantij in Gothos bellum. 10 h
Constantij lenitas 54 c
Constantij cum Gothis fœdus. 10 h
Constantij in Illyricum profectio 56 g
Constantij & Licinij bellum 10. f
Constantini Concilium de explorandis Christianorum constantia 9 b
Constantij epistola ad Alexandrinos qua recipitur Athanasius 51. f
Constantini seniorisin pauperes liberalitas. 30 c
Constantini epistola de Ario. 30. c
Constantini forum 49 e
Constantini oratorium. 11. a
Constantini de vnanimitate & cōcordia sermones. 26 f
Constantini principis epistola ad Alexandrum pontif. Alexādrinum. 22. g
Constantinopolis vnde dicta 76. f
Constantinopolis Romæ similis 22. h olim Byzantium dicta 31. c 32. h
Cōstantinopolitana hæresis recēsita 6. g
Constantinopolitani priuantur stipendiis frumentariis 44. d
Cōstantinus mysteria fidei edocetur 8. h
Constantinus necis filij sui cooperator. 9. e
Constantinus episcopis eorum vectigal distribuit. 11. a
Constantinus quomodo Christianum dogma cognouerit. 8. g
Constantinus Baptizatur. 9. d
Constantinus religionem Christianam commendat. 10. d
Constantinus persequitur Christianos. ibidem & 8. b
Constantinus Sarmatas vincit. 10. h
Constantinus arma militum signo crucis signabat. 11. a
Constantinus Eutichiano amicus 14. h
Constantinus nolebat iudicare de causis sacerdotum. 25 a
Constantinus non solum cum Ario & Alexandro expostulat. 22 e
Constantinus suppeditat victum patribus Niceni concilij. 24. f g
Constantinus Augusti filios suos Cæsares facit. 41 c
Constantinus moritur. 41. b
Constantinus iunior Hesperiis partibus præficitur. 41. c
Constantinus occiditur ibid e
Constantinus Augusti de pascha 137 a
Constā tinus iunior 15. c inuadit partes fratris sui Constantis. 42. c
Constantinus partem crucis Christi statuæ suæ inclusit. 32. e
Constantinus Cæsar. 41 a
Constantinus iuber hunc locum, dominus creauit me &c. populo interpretari. 7. e f
Constantinus voluit esse Romæ duos pontifices 61. b
Constantinus baptizatur 41. a
Constantinus iterum Arianizat. 84 g
Constantinus Arianam sectam dilominare nitur. 84 e f
Constantinus cupit vt Orientales subscribant Arianis. 59. b
Constantinus Athanasium persequitur. 14 e
Constantinus Romam venit. 59 a
Constātinus successit Macedonio. 60. d
Constantinus aug moritur. 71. d
Consubstantiale quomodo Ariani interpretantur. 28 f
Consultatur de episcopo Antiochenis præficiendo 74 c
Conuentus Christianorum. 12. f
Copras monachus. 11. a
Cornelius Pont. Romanus. 118 g
Corona Dionysij. 91. h
Corpus Ioannis Chrysostomi Constantinop. post trigesimum quintum annum adductum. 161. a
C C. episcopi Arimineūs synodi Arianis aduersi. 63. d
Corpus ecclesiæ vnum. 15. d
Cras. 64. f
Crucis signum Constantino ostēsum. 8. g
Cubitus. 31 g 10. e
Cucusum Cappadociæ ciuitas. 46 g
Cyriacus. 116. e
Cyrilli mors. 131. c
Cyrilli Hierosolym causa Seleuciæ discutitur. 69 a
Cyrillus Hierosolym. abdicatur ab Acacio Cæsariensi. 70. e
Cyrillus Hierosoly. primus inter ecclesiasticos appellatione vtus. 69. a
Cyrillus & Acacius contēdunt de iure metropolitæ. 70 f
Cyrillus Hierosoly. Diaconus martyr. 81. b
Cyrillus vendidit suppellectilem ecclesiæ donatam à Constantio. 70 f
Cyrillus Alexandrinus. 150 e 154 g
Cyrinus in pede læsus à Marutha moritur. 147. b
Cyziceni quod petunt à Iuliano impetrant. 84. h
Cyziceni eiciunt Eunomium. 103 a

D

DAEmon quęritur de sanctis vitis. 109 a
Dalmatius Cæsar. 51. d 72 f
Dalmatius monachus. 160. h
Damasus pontifex Romanus. 118. d e 101. e 119. b
Decennium imperatorum. 30 e
Dei substantia. 26 f
Demophilus episc. 62 e 106. f 118. h
Derogano valet quando derogator creditur bonæ fidei. 39. d
Deus an sit corporeus. 144. e
Dialectica. 12. g
Dialogus Constantij & Liberij pontif. Romani. 60. d
Dictum argutum. 51. e
Didymi memorabile dictum. 113 a
Didymus 117. b
Diem veneris cur Constantinus honorarit 11 b
Dies passionis parasceue. 36 f
Digami. 117 b
Diocletianus omnes ecclesias Christianorum euertit. 152. g
Diodorus diaconus. 66. a 116. f
Dionysius Albæ metropolis Italorum episcopus. 56. h
Dionysius in exilium mittitur. 60. e
Diospontus olim Lydda dicta. 21. e
Diripiuntur domus eorum qui Chrysostomo fauebant. 149. a
Dispuratores. 128. g
Differitur de Arij dogmate. 26. e
Dissidium ecclesiarum. 22. e
Dissimiles 71. d
Dissimilitudinis fides. 104. f
Diuersitas cleri & populi. 66. h
Diuersitas psallentium in templo. 53. a
Diuinitas psalmis & hymnis placatur. 11. e
Dogma Niceni concilij iterū in quæstionem venit. 41. d
Dominica Augusta. 121. b
Dominicus dies orationi dicatus 11. b
Domitianus Orientis præfectus. 58. h
Domus Placidiæ Augustæ. 147. e
Domus τῶν κυρίων apud Constāti. 111. a
Donatiua principum quando dari solita. 86. e
Donatus. 140. e
Dorotheus Theseus. 114 g 118. f
Dorotheus Arianorū episcopus apud Constantinopolim. 154. e
Duplex spectatorum color. 61. b

E

ECclesia Romana. 44. h
Ecclesia duas Constan. Constantinop. ædificauit. 31. g h
Eceholus sophista. 76. f c 89. d
Edessa. 51. b
Egesippus. 7. a
Elebachus. 134. f
Eleusius Cizici episcopus. 65. d
Eleusius Cizicenus. 8 f 118. h
Emaus vicus. 90 f
Ἐνθουσιασμὸς id est. diuini seu afflatus 99. d
Enratitæ. 81. a
Ephrem Syrus. 74. f
Ephrem cantica composuit de martyribus. 117 b c
Epigramma futura prædicens. 103. a
Epinicia Theodosij & Valentiniani. 130 h
Epiphanius sophista Gentilis. 75. a
Epiphanius episcopus. 115 d
Epiphanius Origenis libros damnat & diuersorum. 146. f
Epiphanius Cyprius Constantinop. 126. g
Episcopi Orientales rescribunt Iulio pontifici. 44 h
Episcopi potentia ex loco. 21 d
Episcopi excommunicati. 69 b
Episcopi abdicati. 70. e 64. e
Episcopi decem ad Constantium mittuntur. 69. d
Episcopi mittūt legationem ad Valētinianum Augustum. 100 h
Episcopi apostolicarū ecclesiarū. 141 d
Episcopi condemnati pelluntur vrbe Constantinop. 70. e
Episcopi substituti. ibid.
Episcopi Aegyptij in diocæsareā missi. 111. e
Episcopi qui in concilio Niceno subscripserunt. 28 e
Epistola Constantij ad Iustinum Cæsariensem de parandis libris. 30. h
Epistola Constantij ad Persarum Regē pro Christianis. 37. d
Epistola Liberij pontificis Rom. 104 h
Epistola Athanasij & aliorum episcoporum Occidentalium ad Iouianū Augustum. 95 d
Epistola synodi Constantinop. missa Occidentalibus. 115. d
Erat. 20. e
Eruca virtus magna. 26. e
Euagrius. 115 e 112. e 106. e 110 a
Euāgelici, Apostolici, prophetici libri. 26 h
Eucharistia olim laicis dabatur in manus. 112. f
Eucheitarū error qui dicūt eucharistiæ neque obesse neque prodesse. 90. d
Eudoxia filia Theodosij nubit Valentiniano 164. h 165. a
Eudoxij de Cōstantino magno & eius filio opinio. 71 a
Eudoxius nititur Actiū restituere 61 d
Eudoxius fedē Constan. vsurpat 70. h
Eudoxi⁹ gratiosus in aula Valētis. 100 f
Eudoxius Germaniæ episcopus 46 b consulit Eunomio vt ad tēpus opus suum premat. 73 d
Eudoxius occupat sedem Antiochenam. 66. h 61 d
Eudoxius accusatur apud Constantiū. 66 h
Eugeni⁹ ex ludimagistro tyrānus. 139. d
Eugenius supplex Theodosio. 140 g
Eulogius presbyter. 107. a 114. f
Eulogius & Protogenes redeunt ab exilio. 10. e
Eumæus homericus. 86. f
Eunomiani. 73 d
Eunomij temeraria subtilitas. 103. a
Eunomius episcopus Cyzicenus. 71. d
Eunomi⁹ accusatur apud imperat. 71 d
Eunomius cur ab Eudoxio separatus. 103. b
Eunomius it in exilium. 102. h
Eunomius ad tempus opus suum premit. 73. a
Eunomij scripta. 102. h 118. h
Eunomius discedit Samosata. 102. e
Eunomius Arianus in Eusebij locum obtrusus. 101. d
Eunomianorum schisma. 138. f
Eunomiotheophronani. ibid e
Eunomio eudiciani. 138. a
Eunuchi. 97. e
Eualcius exulat. 102. g
Euphronius episc. Antiochiæ 34. h 43. e
Eupsychius Cæsariensis. 81. d
Eusebia vxor Constantij. 74 f
Eusebij martyrium. 80. e 102. g
Eusebij Samosateni humilitas. 101 d
Eusebij epistola ad Paulinum episcopum. 21. d
Eusebij verba de cōcilio Niceno. 27. c d
Eusebij Cæsariensis vocabul. ὁμοούσιον interpretatio. 28. h
Eusebii constantia. 75 d
Eusebij Pamphili de fide concilij Nicæni ad Palestinos epistola. 28. g h
Eusebii & Theogonij pœnitentiæ libellus. 31. b
Eusebius ad Hyssum. 101. d
Eusebius vercellensis. 59 d 82. e f g
Eusebius naugat zeugma Syriæ. 101. d
Eusebius presbyter præpositus cubiculi. 60 f
Eusebius Nicomediensis Arianorum fautor. 41. d
Eusebius Samosatenus in exilio quid egerit. 101. a
Eusebius dolet de schismate Antiochēsium. 84. e f
Eusebius redux. 122 h
Eusebius de vita Constantini. 162. e
Eusebius in exilium. 101. f
Eusebius Eunuchus. 77. a
Eusebius Cæsariensis. 7. a
Eusebius Cæsariæ episcopus. 21. b
Eusebius Emisenus. 43. b c
Eusebius moritur. 44. b
Eusebi à muliere Ariana occiditur 112. e
Eusebius Nicomediensis Constantinop præficitur. 14. h
Eustathius Antiochiæ episc. 8 f 26 f g
Eustathiani. 34. e
Eutropius lector in carcere. 149 e
Eutropius Eunuchus præpositus cubiculi. 143 a
Eutychianus philosophus. 14. f
Euzoius episcopus Arianus. 16. e
Euzoius excommunicatur. 20 g
Euzoius Arii sodalis. 84. f
Ex alius Gētib⁹ cur creuerit ecclesia 7. b
Ex apologia Athanasij de fuga. 83. a
Exceptores notarii. 58. g 67. a b
Ex deo, id est. ex substantia. 17. b
Expositio fidei apud Sirmium. 56. h

F

Factio Melitianorum. 22. f
Factiones Arianorum & homousianorum. 43 b
Felix loco Liberij Pōtifex creatur. 61. a
Fidei maior authoritas in populo quā in clero. 66 g
Fidei expositio apud Sirmium Præsente Constantino Augusto. 56. h
Fides Niceni concilij. 27. d
Fides Acacij Cæsariensis. 68. e
Fides Antiochenæ synodi. 67. d
Fides lecta Arimini. 61. b
Fides Arij quam apud Constantium August. professus est. 38. f
Filius consubstantialis patri & coæter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus. 15.a
Filius ex non existentibus factus. 18.e
Filius sacerdotis ethnici ad Christum conuersus. 87.c
Filius Valentis baptizatur ab Arianis. 108.b Flacillus Antiochiæ episc. 41.a
Flauian⁹ Antiochen⁹. 100.e 116. g 150. f
Flauianus Antiochenus Meletij successor. 119.c
Fœdus Romanorum cum Persis. 91.a
Fornicaria mulier. 30 f
Fons apud Nicopolim morborum depulsor. 90.f
Fortunę templum à Christianis destructum. 78.f
Forum Constantini. 40.g
Franci Imperio Romano subiiciuntur. 44.f
Franci Romanis infesti. 43.d
Fridigernus. 119.c
Frumentorum reditus reddit ecclesiis Iouianus. 96.e f

G

Gainæ Tyrannis. 144.f
Gainas magister militū Scytha. 145.c
Gainas conatur incendere Palatium Constantinop. 144.e
Gaius episcopus. 61.e
Galilæos vocat Iulianus Christianos. 78 g
Galli Cæsaris tyrannis. 38.h
Gallus instituitur Ephesi. 76.f
Gallus Cæsar Iudæos compescit. 38.h
Gaza maritima. 78.e
Gentiles cur potius quam Iudæi fidē receperint. 6 f
Gentiles apud Antiochiam. 116.f
Georgius in sede Alexandrina propulso Athanasio. 64.h
Georgius Alexandrinus. 71.a
Georgius à Gentilibus capitur & occiditur. 79.e
Georgius fugere cogitur. 64.h
Georgius Laodicensis. 74.f
Germa. 103.d
Germani. 103 g 44 g
Germinius episcopus. 61.c
Gotorzanes. 151.c
Gothi. 119.d
Gothi cum Theodosio. 140.c
Gothi quando Arianizare cœperint. 120.c
Gothi quando Christiani. ibid.
Gothi in bello proni. 11 a
Gothi in Romanos. 119.a
Grando Constantinopoli. 105 c 149 a
Gratian⁹ Cæsar quo pacto cæsus. 119.a
Gratianus reuocat episcopos de exilio. 121.c
Grauitas exactionum multorum malorum causa. 119.a
Gregorius Cappadox. 89.b
Gregorius Alexandria pellitur. 44.c
Gregorius Ponticus discipulus Origenis. 118.c
Gregorius Cappadox recipitur 44.c
Gregorius Laodicenus. 71 c
Gregorius Beryti episcopus. 21 b
Gregorius Nazianz. de Iuliano. 94.c
Gregorius Constantinopolim relinquit. 114.h
Gregorius Constantinop ascitus. 121.d
Gregorius Nazanzenus cupit abire Constantinopolim. 124.h

H

Hæretici Christianos expugnant. 45.c
Hæresis de inæquali substantia. 46.h
Hæresis negantium gratiam conferri in baptismo. 100.f
Hæretici vt cameleontes mutātur. 16 f
Hæretici Tunicam Christi diuidere non erubescunt. 17.a
Hæretici ecclesiis ab orthodoxis pelluntur. 32.c
Hæreticis iussu Cæsaris adimuntur ecclesiæ. 41.a
Hæreticis ne aue quidem dicendū 17 a
Hebion. 19 b
Helena clauos Galeæ & freno equi filij sui inclusit. 31.e
Helena Hierosolyma vadit. 10 d
Heleneæ mors. 12 g
Helenopolis. 11.d
Helias monachus. 83.c
Helodorus. 71.e 114.e 115.d
Helion ab Imperatore mittitur ad Persas tractaturus de pace. 137.d
Heliopolitæ olim suas virgines prostituebant. 80.e
Heliopolis. 111.b
Heliopolitanorum in sacras virgines crudelitas. 80.e
Helladius & Ammonius Socratis historiæ Constantinop. præceptores 131.d
Helladius excommunicatur. 20 f
Hellanius Tripoleos episcopus. 21 b
Hellem monachus. 114.c
Heraclea ciuitas. 6 f
Heroclidis à Chrysostom. ordinatus accusatur. 147.c
Heraclius Hierosoly. episcopus. 71 b
Hereannius Hierosoly episcopus. 71.a
Hermogenes magister militum occiditur. 44 h
Hermon Hierosoly episcopus. 15.d
Hermopolis. 163.d
Herodes Idumæus. 6.h
Hierax Ludi magister. 136.e
Hierosolymitana ecclesia. 126.c
Hierosolymorum episcopi 15 b
Hierabel. 84.d
Hilarij libri de trinitate duodecim. 84.h
Hilarion monachus. 80.h 81.d
Hilarius Imperialis nuncius 64 e
Hilarius Pictauorum episcopus. 84.h
Historiæ huius tempus. 6 e
Honoratus præfectus urbis Hierosoly. 69.a
Honorius August. 133. b Theodosij filius. 119.
Honorius fit Cæsar. ibid.
Horestes præfectus reſpuit esse amicus Cyrilli. 135.d
Horestes lapide petitus est. 156.h
Hormisdas Persa. 151.c
Huni aduersus Gothos. 119.d
Huni in Thraciam. 140.g
Hypatia. 136.e

I

Iacob. 6 h
Iacobi episcopi miracula. 24 g
Iacobus episcopus Nizibenus. 71 d
Iacobus episcopus Antiochię Mygdonicæ. 24 g
Iacobus presbyter Ponticus. 36 h
Ianuæ clausæ sponte referantur. 14.h
Iberi Christiani. 36.e
Idolorum cultus prohibitus à Theodosio. 134.e
Ieiuniorum diuersitas. 137 c
Ieiunium ante baptismum. 156.h 162.g
Imperatoria dignitas minor sacerdotali. 26.b
Impostura Gentilium. 131.c
Incendium Constantinopoli. 7.b 163.d
Indi ad fidem Christi conuersi. 35.a
Innocentius Pōtifex Romanus aduersus Nouatianos. 155 d
Innocentius Pontifex Romanus pro Chrysost. 146.e
Innocentius Pontif. Rom. 158. c 150.f
Inquisitio in Marcellum. 40.f
Insidiæ Arianorum aduersus Athanasium. 42.g 54.b
Institutio psalmodiæ. 66 e
Iuramento Sozomeni ad historiam conscribendam. 7.c
Ioannes Baptista. 81 c
Ioannes Antiochenus. 88 b
Ioannes Hierosolymitanus. 150.e
Ioannes Chrysostomus aduersus Gainam. 43.d
Ioannes Chrysost legatus ad Gainam. 144.g.h
Ioannes Chrysostomus cleri reformator. 141.d
Ioannes declamat publice in Eutropium. 143.b
Ioannes Chrysostomus orationes addit hymnis nocturnis. 145.b
Ioannes Chrysostomus recipit Petrum & Isidorum. ibid.f
Ioannes Chrysost. non vult consentire in dānationē librorū Origenis. 146.f
Ioannes Chrysostomus ad Epiphaniū aduersus Eudoxiam Augustā. 147.a
Ioannis Chrysostomi nomen in catalogum episcoporum relatum 150.f
Ioannis Chrysostomi reliquiæ Constantinop. delatæ. 150.f
Ioannes ex scriba tyrannus. 159 b
Ioannes quo pacto odium Augustæ sibi conflarit. 145 d
Ioannes Antiochenus damnat Cyrillū Alexandrinum. 161.h
Ioannes futurorum præscius. 140.e
Ioannes Aegyptius. 11 d
Ioannitæ. 148.h
Ioannis virtutes. 114.f
Iouianus August. cupit ab Athanasio fidem orthodoxam edoceri. 96.f
Iouianus pergeous. 101.g
Iouianus August. episcopos exules reuocat. 91.c
Iouianus Augusti Cæsar creatur. 93 a
Iouianus August. Iulianum Tarsi sepelit 97.d
Iouis fulmina 53 a
Irene. 45 c ecclesia. 43.c
Ireneus Grammaticus. 81.g
Isaac Christi Typus. 6.b
Ischyra mendacii cōtra Athanasium. 48.g
Isdigerdes Persarū Rex incipit fauere Christianis. 155.b
Isidorus 111 b monachus. 114.f
Isidorus pulsus Alexandria. 145 d
Iudæi. 35 d 111 b
Iudæi per pseudomoysem decepti in Creta. 164.c
Iudæi pulsi Alexandria. 136.f
Iudei Christianos persequuntur ibid.e
Iudæus sæpe baptizatus. 116.h
Iudæus paralyticus sanitati restituitur. 154 c
Iudex Aegypti aduersus petrum 109 b
Iulianus fit Cæsar. 58 a ob metum leuior ordinator. 78.e
Iulianus in Gallias mittitur. 59.a
Iulianus ablut baptismum. 77.d
Iulianus & Gallus templum Mamæ erigendum iocant. 78.f
Iulianus Otientis præfectus. 87.d
Iulianus Cæsariam Cappadociæ priuat suo nomine. 78.e
Iulianus obiurgatur à Matete Chalcedonense episcopo. 79.a
Iulianus fontes publicos & cibaria sacrificiis prophanauit. 88.f
Iulianus iuber Christianos sacrificatos prius expiari. 79.b
Iulianus Gentilibus amicus. Christianis infestus. 78.g
Iulian⁹ Iuliani Augusti auunculi⁹. 87.b
Iulian⁹ tēpla Christianorū spoliat. 79.c

Iulianus populi fauorem constat sibi parare. 77.d
Iulianus appellatus Augustus. 75.a
Iulianus se pontificem Paganorum nominat. 77.d
Iulianus Christianum se fingit. 76 e
Iulianus creatur Imperator. 71.f Constantinopoli instituitur 76.g
Iulianus obsidet regem Persarū apud Ctesiphontem. 91.e
Iuliani fuga. 76.f
Iuliani mors. 92.e
Iulianus consulit vates. 76.g
Julian. statuā Christi fusilē delicit. 90.e
Iulianus rector fit Nicomediæ. 76.e
Iulianus autor Iudæis vt templū hierosoly reparent. 90.e
Iulianus se alterum Alexādrum putabat. 91.d
Iulianus abolet crucem in vestillo. 86.b
Iulianus nolebat Christianos cogi vt sacrificarent. 81 a
Iulianus iunior precia rerum venalia Antiochiæ minuit. 89 c
Iulianus Tiuum Bostrensem episcopū eiicit. 85 b
Iulianus excommunicatur. 20.f
Iulianus quibusdā officiis paganismū propagari cupit. 85.a
Julian⁹ iubet sacerdotes Gentilium imitari vitā sacerdotū Christia. 85.d 86 c
Iulianus reprehenditur. 94 e
Iulianus cupit consultum dignitati sacerdotum. 86.e
Iulianus iussit conscribi Christianorū numerum per singulas ciuitates 85 a
Iulianus Anachorita. 117.a
Iuliani liber quo vlciscitur in Antiochenos 89 d
Iuliani epistola ad Arsatium Pont 85.d
Iuliani & Antiochenorum contentiones. 89.b
Iulianus Saba vir religiosissimus. 91.a
Iulianus ad Christianos. 89.a
Iulius Pont. Rom. 24. f 47. d 48. f
Iulij epistola ad Orientales. 44 f
Iulius Pōt. Rom Athanasiū vocat. 45 c
Iulius in Athanasij causa iudex. 44 f
Iulius moritur. 56 c
Iulij successor liberius. ibid.e
Iupiter 86 e
Iura Romanæ ciuitatis. 11 b
Iustina. 118. h
Iustina Ariana. 129.b
Iustus Piceni iudex. 118.g
Iuuenalis episcopus Arianus. 16 c
Iuuentius & Maximus. 88 e

L

Labarum belli signum inter cætera preciosum. 9.a
Lacius simplex virum Dialecticū vincit. 25.c d
Laodicia Antiochiæ æmula. 134.e
Laurtius dux Isauriæ. 67. a 68.g
Laus Constantinopoliranorum à religione. 31.f
Legati Orientalium mittuntur in Italiam ad Constantem. 46.c
Legatio Constantis ad fratrem Constantium pro Athanasio 50 f
Leonas Comes August vicar. 67. a 68.g
Leontij episcopi argutū dictum. 53.c
Leōtius ordine sacerdotii excedit. 54.c
Leontius Antiochiæ episcopus. 50.e f
Leontius Macedonius tacitus suas orationes legebat. 66.g
Leotius Melitenus. 39.d
Lex Constantij contra Arianos. 30 f
Lex Iouiani de duobus vxoribus ducēdis. 119.a
Lex Imperatoris de fide Orthodoxa. 133. a
Lex Theod. de dilatione vindictę 133.a
Libanius sophista. 91 c
Libanius pro Antiochensibus. 89.d
Libanius pulsus constantinopoli venit Nicomediam. 76.g
Libanius Constantinum vnum laudauit, mortuum vituperauit. 95.b
Libanij opus de morte Iuliani. ibid. a
Libellus appellationis. 69.a
Libellus Macedonianorum exhibitus Liberio Pontifici Rom. 104.h
Liberalitas Theodosij in homines doctos. 5 a
Liber Iuliani Augusti. 94.e
Liberius Pont. Rom. 59 a
Liberius exulat. 60. f 61. c d
Liberius primum nō recipit Macedonianos. 104.f
Liberras Religionis vniuscuiusq; 121.d
Libertas olim sub testimonio sacerdotum conferebatur. 12 a
Libri Hilarij de trinitate. 84.e
Licinius spe victoriæ amplectitur paganitatem. 10.f
Licinii contra Constantiū bellū. ibid.f
Licini⁹ fugatur, vincitur, occiditur 10.f
Literæ episcopales. 85 b
Literæ Nicænæ synodi ad Alexandrinos & Aegyptios. 29.b
Literæ Sardicensis concilij ad vniuersos episcopos. 47.b
Literæ synodi Sirmiensis. 63.d
Literæ à synodo Romana ad Illyricū. 65.b
Literæ Constantij diuersa iubētes. 67.b
Literæ exponuntur ad lucernam. 137.d
Litibus finiendis laicum præfecit Syluanus. 163.d
Locus Arij detestabilis. 40.h
Locus exilij Chrysostomi. 148.c
Locusta virtus magna. 16.f
Longi fratres. 144.g
Lucianus. 19.b
Lucifer contra Eusebium. 84.f
Lucifer metropolitanus insulatū Sardiniæ exulat. 60.e
Luciferiani. 64.f
Lucius episcopus Arianus. 16.c
Lucius Anathematizatur. 20 g
Lucius in carcere moritur. 54.e
Lucius obtrudit⁹. 101.e
Lucius Alexandrinus. 110 e
Lucius exul. 124.g
Lucius Macarios & Isidorum in exilio relegat. 109.a
Lugdunēsem vrbē venit Magnēti⁹. 58.f
Lycus flumen. 14.e

M

Macarius. 41.f
Macarius hierosol. episc. 8.f 15.b
Macarij duo. 117 a 118.e
Macedoniani 84.e 71.b
Macedoniani interrogati reddūt causam suæ hæreseos. 84.e
Macedonius diaconus. 43.b
Macedon in ecclesiā deducitur. 46.a
Macedonius Arianus infert bellū orthodoxis. 54.f
Macedonius hæresiarches. 41.b
Macedonius ecclesia Constantinop pellitur. 46.f
Macedon⁹ apud Omnes odiosus 66.f
Macedonij tumultus, sæuitia & odium. 61.d
Macedonius similis substantiæ assertor. 71.b
Macedonius condemnatur. 70 h
Macedoniani confugiunt ad Valentinianum & Liberium. 104.f
Macedonianis ecclesiæ ademptæ. 161 b
Macedonianorum episcoporum pertinacia. 124.g
Macedonianorum schisma. 138.e
Magi Persarum sacerdotes. 35.d
Magi ad seducendum valent. 17.b
Magica quædam portenta Cattis reperta. 92. c
Magistratus imperiales occisi apud Thessalonicam. 132.g
Magnentius Romæ sæuit. 58.c
Magnentius tyrannus. 54.e
Magnētius victus in Galliā fugit. 58.e
Magnentius mortē sibi cōscisit. ibid.e
Magnus Comes Largitionum militū dux. 110.g
Magorum dolus. 135.a
Maioma Constantia. 78.h
Marathonij. 71.c
Marathonius Nicomediæ episc. 65.d
Marathonius Taurus. 7.d
Marcellus Ancyræ Galatiæ episc. 41.d
Marcellus abdicatur 40.e 54.e
Marcellus in errorē Samosateni Pauli incidit. 40.f
Marcellus sua sede Ancyrana potitur. 52.b 40.e
Marcianus succedit Paulo. 165.c
Marcus episcopus Arethusiorum. 80.f
Marcus Anthonius philosop. 94.a 114.f
Mardonius. 138.b
Mardonius Iuliani pædagogus. 76.f
Mareas martyr. 33.b
Maretus responsum. 79.a
Maria mater Dei. 161.f
Matinus. 138 f
Mars. 86.e
Martyres apud Ascalonē & Gazā. 81.a
Martyres Arianorum. 119 c
Martyrius literarum baiulus. 46.f
Marutbas episcopus ad Persas mittitur 154.h
Matronæ Romanæ solicitæ de reditu Liberij. 61.a
Mauia Regina Saracenorum. 113.b
Maxentius Imperator Rom. 8.f
Maxentij interitus. 9.d
Maximiani episcopi Constantinopol. mors. 164.h
Maximianus Constantinop. 163.a
Maximi Galeni cædes. 8.f
Maximus philosophus. 76.e
Maximus Cynicus. 29.b
Maximus hierosoly. episcopus. 11.d
Maximus Tyranus pro orthodo. 119.b
Mazaca 78.f
Melas episcopus. 115.b
Melitiani diu ab ecclesia segregati. 81.f 22.h
Melitiani Arianis mixti. ibid.e
Melitio potestas episcopalis adempta. 29.a 21.f
Melitius in exilium. 101.a 74.h
Melmus ab exilio reuertitur. 84.h
Melitius quod ore eloqui non finit manu designat. 74.h
Melitius vir dei. 87 d
Melitij doctrina. 74.e
Melitij corpus Antiochiā relatum. 118.f
Menas episcopus Arianus. 16.e
Menas excommunicatur. 20.f
Mercurius. 86.e
Messaliani. 99.d
Metatum dicitur diuersorium à metando. 50.e
Michaelis archan. apparitio. 11.e
Michaelis locus apud Constātin. ibid.e
Milesius circunferri peram operis euāgelici. 57.d
Milesius martyrio coronatur. ibid.d
Milites Christianos explorat Iulia. 86.f
Miltiades Alexandrinus episcopus. 15.a
Miraculum de dæmonibus ob signum crucis fugientibus. 76.h
Miraculum. 163.b
Mitra Galliæ oppidum. 58.f
Modestus præfectus. 106 d 107.a
Monachi Aegyptij. 164.h 144.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monachi Aegyptij pro Cyrillo aduersus præfectum 156.g
Monachi ne per vrbes vagentur. 11.d
Monachorum hoc est eremitarũ philosophia. 11.c
Monachorum frugalitas. 14.b
Monachorum officium. 11.g
Monomachia Romæ vetita. 10.h
Monetarij Cizicum à Iuliano trãslati. 58.e
Montani. 138.g
Montius Quæstor. ibidem h
Mopsi fons. 75.d
Mos iniriandi Christianos. 107.d
Moses seruus. 114.h
Moyses monachus. 115.d
Mulcta Cœlibatus remissa. 11.d
Mulier mercede conducta Eustathio adulterum imponit. 34.h
Multæ hæreses fuere ante Arium. 16.e f
Mygdonius fluuius. 73.d

N

Narcyssus Legatus. 46.e
Nazãzenus depingit Iulianum. 94.f
Nectarius. 128.g
Nectarij martyrium. 80.e
Nepotianus Imperator. 54.f
Nestorij verba ad principem superba. 161.a
Nestorij sententia. ibid.d
Nestorius ex Antiochia ad episcopatũ Constantinop. vocatus. 161.a
Nestorius Incendiarius. ibid.a
Nestorius damnatus. 161.f
Nestor confessor. 80.f
Nicæa synod. Thraciæ celebrata 64.f
Nicæa Thraciæ. ibid.g
Nicæa Bithyniæ. 64.f g
Nicææ synodi partes & eorum numerus. 14.c e
Nicænum concilium. 53.b 14.e
Nicocles grammaticus. 76.f
Nicomedia concidit. 103.d
Nicopolis olim Emaus. 90.f
Nilus retrocedit. 138.g
Nilammon. 148.f
Nisibenis Iulianus opem denegat. 78.h
Nisibis Antiochia Mygdonia 71.d
Notæ crucis in vestibus. 75.e
Nouatizni apud constantinop. 104.b
Nouariani minime mali. 160.g
Nouatiani in occulto Romæ. 115.e
Nouatiani spoliãtur per Cyrillũ. 154.h
Nouatianorum concilium. 118.e
Nouatum laudo, Nouatianos nõ approbo. 160.h
Nouatus presbyter. ibid.f
Nouem fidei expositiones. 70.g
Numeri olim cohortes dicti. 11.b
Numerus immortalium morti traditur. 118.e
Numerus immortalium. 137.d

O

Oasis cremus. 102.f 162.h
Oblatio. 137.a
Obseruatio paschæ. 29.c
Obtestatio Valentiniani de præficiẽdo episcopo Mediolanensibus. 57.d
Occasio quæ rempub turbauit. 53.d
Octuaginta legati ad Imperatorem mittuntur. 106.a
Oliua. 160.g
Olympus philosophus. 131.b
Olympias. 149.d
Onager homo conductinus. 50.f
Onagri machinatum concilium. ibid.f
Oppiani versus singulos Seuerus Cæsar aureis singulis remunerauit 5.a
Opus Eusebij Pamphili de vita Constantini. 21.g
Orientales hoc est, Ariani aduersus Athanasium. 59.d
Orientales consubstantialitatem negant. 46.f
Origenes. 94.h 137.a
Origenis scripta. 59.d
Origenes veracissimus testis. 154.g
Orontes fluuius. 116.a
Orthodoxi exulant. 60.e
Orthodoxi vexantur. 117.a
Orthodoxi ad Arianos. 110.h
Orthodoxi intrepidi. 107.d
Orthodoxi inquieti inter se. 129.d
Oscula genuum. 144.h
Oscula veterum. 150.h
Osius Cordubę episc. 11.e 23.d 24.a 47.a 46.e 60.f 81.a
Osius Cordubensis vi adigitur vt subscribat synodo Sirmiensi. 58.f
Osiorni fiunt Christiani. 35.a

P

Pachomius. 115.a
Pagani. 111.b
Panegyrici in laudem Theodosij iuniores. 158.e
Pambus. 112.f
Pannonia regio. 122.g
Paphnutij martyrium. 24.g
Paphnutius Aegyptius ad metalla damnatus. 11.d
Parasceue. 36.e
Pars epistolæ Cõstantini ad Nicomedienses. 13.a
Paschalis dixi obseruationis diuersitas. 11.c
Paschasini sententia. 29.c
Pauli Neocæsariensis martyrium. 24.g
Pauli Constantinop. Pont mors. 48.e
Paulinus Dionysius, Lucifer, Eusebius episcopi exulant. 60.a
Paulinus. 84.f
Paulinus Tyri episcopus. 21.b
Paulini simplicis vxor. 14.f
Paulus apud Cucusum suffocatur. 54.a
Paulus occiditur. 46.g
Paulus exulat. 45.c d
Paulus Constantinop. deportatur. 34.g 44.g 45.d
Paulus presbyter. 47.h
Paulus Romam proficiscitur. 44.f
Paulus monachus factus. 14.f
Paulus præfectus hæreseos patronus 46.e
Paulus simplex Antonij Aegyptij discipulus. 14.f
Paulus Nouatianorũ episcopus. 165.b
Paulus Samosatenus. 19.b
Paulus Lybicus. 115.a
Pelagius Laodicensis. 101.b
Peroratio Socratis Constantinopolitani ad Theodorum. 163.b
Persæ aduersus Romanos. 90.h
Persæ fiunt Christiani. 35.d
Persæ contra Theodosium iuniorem. 161.a
Perseis arbor. 90.f
Petrus Alexandriæ episcopus. 22.e
Petrus sub Maximiano & Diocletiano martyr 15.b 22.f
Petrus Archipresbyter Alexandrinus. 145.c
Petrus Athanasio succedit. 109.a
Petrus Romam proficiscitur. ibidem
Petrus moritur. 120.h
Petri epistola de paganorum impijs gestis aduersus Christianos 109.c d
Philippi Constantinop. historiæ Christianæ libri triginta quinque. 160.g
Philippus præfectus. 45.c
Philogonius Antiochenæ ecclesiæ episcopus. 15.c 21.b
Philo Hebræus. 13.a
Philosophia hominibus vtilissima. 12.g
Philosophiæ laudes. 13.a 12.d
Phœnnus Sirmij episcopus. 56.a
Photinus disputat, damnatur, libros conscribit. 58.b c
Photinus hæresiarcha. 56.g
Phœnicia. 143.d
Piamon presbyter. 114.c
Pior Philosophus. 122.f 115.b
Pistinum subterraneũ Romæ à Theodosio sublatum. 130.a
Piterius. 112.g
Placilla. 134.a
Placilla Augusta egenorum amatrix. 133.f Placillæ virtutes. ibid. f
Pœnitentia Theodosij publica. 131.c f
Polychronius. 152.g
Pons Miluius. 9.d
Pontus. 143.d
Porphyretica columna. 40.f
Porphyrium quid mouerit vt aduersus Christianos scribetet. 94.f
Porphyrius. 93.b
Porphyrius succedit Flauiano. 130.f
Potenna episcopi ex loco. 21.d
Præfectus ad Basilium. 108.g
Præparatus domus pro conuentu patrum Nicæni Concilij. 26.f
Præsentes pro absentibus subscribunt. 68.c
Præses Beroensis filium ob Christianismum abdicat. 91.b
Praylius 151.a
Præter Constantinop. episcopum ordinatio fieri non debet. 139.f
Preces Athanasij apud Constantium. 19.d
Presbyter testamentarius. 41.d
Presbytero Constan. suum commendat testamentum. 41.e
Principalia sacra sacræ literæ principijs. 32.f
Priscianus. 119.b
Priuata nobis magis curæ sunt quam publica. 24.g
Probarianus sanctam crucem nolebat adorare. 32.g
Probus præfectus. 129.b
Proclus Maximiano succedit 164.e
Procopius dux. 158.a
Procopius tyrannus. 101.b
Procopij supplicium. ibid.d
Prodigia. 71.c 78.f
Prodigium Coronatæ crucis in cœlis visæ. 77.d
Professio fidei in cœcilio Nicæno 95.d
Protogenes. 115.d
Protogenes ludimagister factus. 107.d
Protogenes Sardicẽsis episcopus. 26.h
Prouerbium, omnem mouere animũ. 20.g
Prouerbium. 161.a
Prouinciarum conciliorum institutio. 11.
Prouocatur ad episcopos. 11.e
Prusas Bithyniæ oppidum. 56.f
Ptolemaïs. 44.e
Ptarygiani. 118.f
Pudicitiæ conseruandæ memorabile exemplum. 14.f
Puella mortua locuta. 12.e
Puer sanatur Romæ restituto. 14.f
Pugna inter Valentem & Procopium. 101.d
Purgatio per ignem. 102.f
Pusicij filia martyr. 36.e

Q

Quadragesima. 137.b
Quartodecimani. ibid.
Quartus decimus dies. 137.f
Quidam monachus Theodosium iuniorem excommunicauit. 150.h
Quintianus Cæsareæ Pontifex. 44.e
Quod episcopus nauigare ad aliã ciuitatem non potest in qua non est ordinatus. 14.a

R

Raenna. 149.b
Reliquiæ magicorũ Iuliani Cæsaris repertæ. 92.e
Rhodij Attim inter Deos retulerunt. 91.a
Roilas Seythatum Nomadũ dux fulmine prostratus cum exercitu 131.a
Ruffinus præfectus cæditur. 143.d
Rugas. 164.f

S

Sabbatiani. 154.e
Sabbatis olim sacrificabatur. 137.d
Sabbati ieiunium. ibid.b
Sabbatius. 135.b 154.f
Sabellianí. 81.e
Sabellius. 19.d
Sabellius Lybicus. 81.e
Sabini synodalia. 96.h
Sabinus Macedoniane hæreseos dux. 41.b
Sabinus concilium acta describit 67.b
Sabinus Macedonianorum episc. 27.b
Sabinus Athanasium traducit. 45.b
Sabinus Antagonistes Ioannis 58.g
Sabinus culpat fidem Nicenam. 27.b
Sacerdotes Cõsules putet proprij cultus apud Iouianum Augst. 96.f
Sacerdotum Orientalium libertas 137.b
Sacerdotum Cœlibatus. 10.f
Sacerdotibus abunde prouisum à Constantino. 70.b
Sacræ literæ principis. 101.h
Salianus magister militum Cõstantis. 30.e
Salomonis & Theodosij iunioris comparatio. 6.e
Salomõ ex negotiatore philosophus. 11.d
Samosateni 101.d
Samosateni nolebant lauare in aqua in qua lauerat Eunomius. 102.e
Sannet. 151.g
Sapores Persarum rex 35.g
Sapores aduersus Romanos 71.d
Sapores Nisibin obsidet. ibid.d
Saraceni pro Persis. 117.a
Sardicis Concilium indicitur. 46.e f
Sardicensis vrbs 47.e
Sarmatus episcopus Arianus. 16.e
Sarmatus excommunicatur. 20.e
Sauromatarum legati. 118.f g
Sauromatæ 104.f
Schisma Christianorum. 121.b
Schisma in ecclesia. 61.a
Scythæ. 145.a
Sebastianus Manichæus. 15.d
Sebastianus dux mittitur ad occidendum Athanasium. ibid.b
Secunda Roma 31.b
Secundus episcopus. 16.e
Sedecim millia martyrum in Persis 37.d
Sedes Imperatoris Nicomediæ. 21.d
Sedes Romana, Antiochena, Alexandrina. 29.a
Seditio Constantinop. propter Chrysost. in exilium deductum. 147.a
Seditio Antiochiæ. 34.d 133.d
Seditiosi iubentur puniri. 52.b
Selenas Gotharum episcopus. 118.f
Seleucus mons. 58.g
Semper. 20.e
Senex simplex philosopho dogma Christianum pandit. 25.d
Sepulchrum domini prophanatũ deinde repurgatum. 31.a
Serapion decem millium monachorũ abbas. 114.b
Serapionis sententia. 111.a
Serapis deiicitur. 111.d
Serapidis custodes fugantur. ibid.e
Seuerianus pulsus Constantinop. 145.e
Serra episcopus. 72.e
Seuerianus de Ioanne Chrysostomo. 147.a
Serui confugiunt ad templum. 162.b
Seuera comitis Valentiniani 118.b
Seuerus prodritione militum moritur. 8.f
Signum Crucis in præliis auxiliũ. 8.g
Signum communionis. 21.a
Sibyllæ variatim de ligno crucis. 31.d
Sibæ cõtra Miphibosset mẽdacitũ. 39.d
Simiæ templum. 111.a
Similis substantiæ. 69.d
Sericus. 139.d 150.f
Sirmiensium synodum pœnitet suæ definitionis de fide 58.g
Sisinnius Constãtinop episcopus. 160.f
Sollitudo nonnunquam prudenter relinquenda 117.a
Separer in sede photini præerat. 9.c
Sopl ia templum Constantinopo dedicatur. 71.a
Sophia templum Constãtij opus. 45.b
Sophronius Pompeiinopolitanus 68.g
Sozomeni progenitores. 8.d
Spiritus sanctus veteris & noui testamenti sacros patres replenit. 20.f
Spiridion ad incutiendum timorẽ idoneus. 12.c
Spiridionis miracula. 11.d
Spiridionis in turres humanitas 12.e
Spiridion Thremitunta Cypriorum episcopus. 11.d
Spiridion comedit carnes tempore quadragesimo. 12.e
Stagnum maris. 1.b 24.c
Stamam Christi deiicit Iulianus. 92.a
Statuæ preciosæ conflatæ 31.a
Statua Eudoxiæ Augustæ. 148.g
Stephanus 71.e
Stephanus homo dolosus. 30.f
Stephanus Lacitus. 66.g
Stilicum. 25.g
Stipendia ordinat Iulianus. 86.e
Subdola Iuliani in Christianos clemẽtia 79.a
Subornati trucidatij qui Chrysost. occiderent 148.g
Subscriptum Eustathij & aliorum episcoporum. 204.f
Supplicium crucis sublatum. 11.b
Sylvanus Tyrannus. 58.h
Sylvanus. 161.a
Sylvester Miltiadi ecclesiæ Alexand. successor. 15.a
Sylvester Rom episcopus 8.f
Symbolum crucis in nummis. 31.b 89.d
Symeon ad persarum regẽ adducitur. 35.d
Symeonis ad martyres confortandos oratio. 36.g
Symeon archiepiscopus Seleuciæ & Ctesiphontis. 35.d
Symmachus læsæ maiestatis reus confugit ad ecclesiam. 130.g
Synodus Mediolani celebrata. 19.b
Synodus Constantinop. 125.d
Synodus celebratur in Illyrico iussu Valentiniani Augusti. 82.f
Synodus apud Lampsacum. 100.e
Synodus apud Tyanam. 105.d
Syrianus militari præsidio Gregorium Alexandriam producit. 44.a

T

TAtiani martyrium. 81.a
Templa Gentilium spoliantur opera Gregorij. 71.a
Templa Gentilium destruuntur. 131.d
Templum Christianorum prophanatur. 87.c d
Templum Iouis & Apollinis à Christianis euersum. 78.f
Templũ Iouis apud Apameam 114.h
Terentius magister militum orthodoxus. 119.b
Terræmotꝰ Antiochiæ 45.d 103.b 163.d
Terræmotus diuimit concilium apud Niceam. 67.a
Terrent Alexander 10.f
Tarbus Symeonis episcopi soror. 36.h
Thalassius Illyrici præfectus. 165.b
Themistius philosophus. 97.d
Themistij oratio panegyrica. 98.h
Theodorus ad Alexand. Constan. epistola. 17.b
Theodorus Ammonius Aegypti discipulus. 14.e
Theodorus Laodiciæ episcopus. 21.b
Theodorus legatus in Italiam. 46.e
Theodosius. 108.f
Theodosius Cæsar. 121.a
Theodosius Melitium per somnium agnoscit. 114.a
Theodosius episcopos Constantinop. conuocat. 111.a
Theodosius laborabat pro ecclesiarũ concordia. 128.f
Theodosius ad Valentinianum 129.g
Theodosij iussu septem millia hominum cæsa Thessalonicæ. 112.f
Theodosij Iuniorꝭ laus 114.e
Theodosius in Hispaniam patriã suam secessit. 112.f
Theodosius episcopus non recipitur à suis 114.e
Theodosius idola Alexand. donauit Christianis in vsus pauperum 31.d
Theodosius barbaros profligauit. 112.g
Theodosius excommunicatur. 112.g
Theodosius transfert caput Ioannis baptistæ 129.a
Theodosius dogma consubstantialitatis amplectitur. 118.f
Theodosius aduersus maximum Tyrannum 119.b
Theodosius venit Mediolanum. 130.e
Theodosius vicit omnes sacerdotes mansuetudine. 164.e
Theodosius iunior nocturnam operã hæreticis impendebat 5.d
Theodosius ad Arbrosium. 112.a
Theodosius in templo ibid.d
Theodosius ægrotat moritur 141.b
Theodosius August. ad Theophilum Arianæ religionis Antistitem 114.f
Theodosius Eudoxiam coniugẽ suam Hierosoly mittit. 163.a
Theodorus Mopsuestienensis episcopus. 151.b
Theoduli martyrium. 81.a
Theodulus sacerdos. 47.d
Theogonius Arianorum princeps 71.d
Theogonij literæ cõtra sacerdotes. 47.d
Theon 113.d
Theonas Arianus. 16.e
Theophilus Alexandrinus 131.b 139.b 144.e
Theophilus Timotheo succedit in ecclesia Alexandrina. 129.d
Theophilus fugatus. 2.
Theophilus recurrit Alexandriã 147.d
Theophilus Alexand. moritur 154.g
Theophili dolus aliter loquẽtis quam sentientis. 144.h 146.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theophili animus elatus & superbus. 144.h
Theophili fubdola vafricies. 146.e
Theophronius. 138.f
Theotimus Tomitanorum epiſcopus. 146.g
Theotimi memoranda ſententia. 146.f
Thermæ Zeuxippi. 45.c d
Thermæ Conſtantianæ. 103.a
Tigrius presbyter Chryſoſt. 150.e
Timotheus Petro ſuccedit. 110.h
Timotheus Alexan. moritur. 129.d
Timotheus & Georgius Ariani. 154.e f
Tiridates rex. 35.b
Tomus decretorum Antiochiæ. 216.g
Traianus magiſter militum. 119.b
Tres Cruces. 31.d
Tribunus militum. 93.a
Trinitas. 82.e
Triphylus Ledrenſis epiſcopus. 12.f
Tripodes Apollinis delphici. 31.a
Troilus ſophiſta. 153.d
Tropheum victoriæ crucis ſignũ. 8.h

V

VAlens Auguſt. ad Aphrastem. 116.f
Valens quoſdam occidit tãquam imperium occupaturos ex indicio dæmonis adiurati. 108.e
Valẽs muros Chalcedonis diruit. 103.a
Valens pro Arianis. 102.f
Valens ad Arianas partes trahitur vxoris blandiloquentia. 100.h
Valens Baſilium accerſit. 108.f
Valẽs cogere conatur orthodoxos ad Edeſſam. 147.d
Valens aduerſus orthodoxos. 119.a
Valens pugnaturus contra Gothos baptizatur. 110.h
Valens aquæ ductum extruit. 101.a
Valens pro Arianis à conſortio fidelium tollitur. 61.a
Valens Arianus reſipiſcit. 53.b
Valens hæreticus. 44.g
Valens petit auxilium à fratre contra Gothos. 119.b
Valens combuſtus moritur. 120. e f
Valentis Auguſti impietas. 115.e
Valentinianus ad milites. 95.b
Valentinianus moritur. 118.g
Valentinianus Cæſar. 159.d
Valentinianus iunior. 118 h 119.a 88.e
Valerianus punitur. 37.d
Varronianus. 97.d
Vaſa eccleſiarum confiſcantur. 87.d
Vehicula publica. 31.a
Venus illicita. 11.c d
Verba Libanij de Iuliano. 93.b
Veredi. 44.g
Veteres hæreſes omnes extinctæ ſub Conſtantino. 103.b
Vicennalia Conſtantini. 31.a
Victoria Iuliani aduerſus Alemannos apud Argentoratum. 73.a
Vigiliæ. 44.c
Vigiliæ apud ſepulchra martyrũ. 66.g
Vigiliæ Chriſtianorũ conuentus. 55.c d
Vigilij epiſcopi legati. 63.a
Vincentius presbyter Romanus. 24.f
Virgines factæ obiectæ parcis dilanidæ. 80.c
Virgines & viduæ pauperculæ ſumptu publico alebantur. 79.b
Vitalis Antiochiæ epiſcopus. 15.b
Vitus presbyter Romanus. 24.f 115.d
Vlphilas Gothorum epiſcopus. 70.e g
Vox populi Romani. 61.b
Vrſacius hæreticus. 44.f
Vrſacius Arianus reſipiſcit. 53.b
Vrſaci Ariani dogmatis particeps. 63.a
Vrſacius vir ſanctus miranda patrauit. 67.c
Vrſacius terræmotum prædicit. 67.b
Vſtiazares Eunuchus. 35.b
Vulphilas Gothicarum literarum inuentor. 119.d
Vulphilas Gothorum epiſcopus à Valente corrumpitur. 119.d

X

XEnodochia à Iuliano inſtituta. 86.c
Xenodochia eccleſiarum. 115.a
Xenephonus ἀλληγορικός. 160.f

Z

ZEnonis martyrium. 80.c
Zeno. 141.b
Zenon epiſcopus Gazæ. 80.f
Zeugma Syriæ. 101.b

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

T. I. FOL.
TILLEMONT
HISTOIRE
DES EMP.